*Macedon.* Mecedoniani à Macedonio Conſtantino Litareo Epiſcopo dicti ſunt, negantes Spiritum ſanctum eſſe Deum.

*Appollina.* Appollinariſtæ ab Appollinare vocati ſunt, dicentes Chriſtum corpus tantummodo ſine anima ſuſcepiſſe.

*Anticomar.* Anticomaritidæ appellati ſunt pro eo, quod Mariæ Virginitati contradicant, aſſerẽtes eam poſt Chriſtum natum viro ſuo Ioſeph fuiſſe commiſtam.

*Metang.* Metangiſmonitæ, ideo tale nomen acceperunt quia ἄγγος græcè, vas dicitur, aſſerunt enim eſſe in Patre Filium, tanquam vas minus intra vas minus.

*Patritiani.* Patritiani à quodam Patritio nuncupati ſunt, qui ſubſtantiam humanæ carnis à diabolo conditam dicunt.

*Colluriani.* Colluriani à quodam Collurio nominati, qui dicunt Deum non facere mala, cõtra illud, quod ſcriptum eſt, Ego Dominus creans mala entitatiue.

*Floriani.* Floriani à Floriano, qui ( è contra ) dicunt Deum creaſſe mala, contra hoc quod ſcriptum eſt; fecit Dominus omnia bona.

*Donatiſta.* Donatiſtæ à Donato quodam Aphro nũcupati, qui è Numidia veniens, totam penè Aphricam ſua perſuaſione decepit, aſſerẽns minorem Patre Filium, & minorem Filio Spiritum ſanctum, ac rebaptizans catholicos.

*Bonoſiani.* Bonoſiani à Bonoſo quodam Epiſcopo exorti produntur, qui Chriſtum Dei Filium odoptiuum, non proprium aſſerunt, &c.

*Circumcell.* Circumcelliones dicuntur, eo quod agreſtes ſint, quos Scotopicos vocant, ſupradictæ hæreſis habentes doctrinam, Hi amore Martirij ſemetipſos periment, violenter de hac vita decedentes diſcendentes martyres nominentur.

*Priſcillian.* Priſcillianiſtæ à Priſcilliano vocati, qui in Hiſpania ex errore Gnoſticorum, & Manichæorum, permiſtum dogma compoſuit.

*Luciferani.* Luciferani à Lucifero Sardiniæ Epiſcopo orti, qui Epiſcopus Catholicos, qui Conſtantij perſequutione perfidiæ Arianorum conſentientes erant, & poſtea correcto, in catholicam redire delegerunt: damnantes ſiuè quod crediderant, ſiuè quod ſi credidiſſe ſimulauerant, quos Eccleſia Catholica materno recipit ſinu, tanquam Petrum poſt fletum negationis; hanc illi matris charitatem ſuperbe accipientes, eoſq; recipere nolentes, ab Eccleſiæ communione receſſerunt, & cum ipſo Lucifero auctore ſuo, qui mane oriebatur, cadere meruerunt.

*Iouinian.* Iouinianiſtæ à Iouiniano quodam monacho dicti, aſſerentes nullam nuptiarum, & Virginum eſſe ſubſtantiam; nullumque inter abſtinentes, & ſimpliciter epulantes, eſſe diſcrimen.

*Heluidiani* Heluidiani ab Heluidio nominati, qui dicunt poſt Chriſtum natum, alios Mariam Filios de viro ſuo Ioſeph peperiſſe.

*Paterniani.* Paterniani à paterno quodam exorti inferiores corporis Partes à diabolo factas opinantur.

*Arabici.* Arabici nuncupati eo quod in Arabia exorti ſunt, dicentes animam cum corpore mori, atque in nouiſſimo vtrumque reſurgere.

*Tertullian.* Tertullianiſtæ dicti à Tertulliano preſbytereo Africanæ prouincię, Ciuitatis Carthaginenſis, animam immortalem eſſe, ſed corpoream prædicantes, & animas peccãtium hominum, poſt mortem in Dæmones verti putantes.

*Teſſarea.* Teſſareæ ædecatitæ dicti quod decimaquarta luna, Paſcha cum Iudæis obſeruandum contendunt, nam *Tebbares* quatuor, *DeKa*, decem ſignificat.

*Nyctales.* Nyctales à ſomno nuncupati quod vigilias noctis reſpuant, ſuperſtitionem eſſe dicẽtes, iura temeraria diuina, qui noctem ad requiem tribuunt.

*Pelagiani.* Pelagiani à Pelagio monacho exorti, hi liberum arbitrium diuinæ gratiæ antepo-

nunt, dicentes ſufficere voluntatem adimplendi iuſſa diuina.

*Neſtoriani.* Neſtoriani à Neſtorio Conſtantinopolitano Epiſcopo nuncupati, qui beatam Mariam Virginem, non Dei ſed hominis tãtummodo matrem aſſeruit; vt aliam perſonam carnis, aliam faceret deitatis; nec vnũ Chriſtum in Verbo Dei, carne credidit, ſed ſeparatim, atque ſecundum, alterum Filium Dei, alterum hominis prædicauit.

*Euthychia.* Euthychiani dicti ab Euthyche Conſtãtinopolitano Abbate, qui Chriſtum poſt humanam aſſumptionem negauit exiſtere in duabus naturis, ſed ſolam in eo diuinam aſſeruit eſſe naturam.

*Acephali.* Acephali dicti, id eſt ſine capite, nullus enim eorum reperitur auctor à quo exorti ſint. Hi trium Calcedonenſium, capitulorum, impugnatores, duarum in Chriſto ſubſtantiarum, proprietatem negant, & vnam in eius perſona naturam prædicant.

*Theodoſia.* Theodoſiani à Gaiãte appellati è Theodoſio, & Gaiano qui temporibus Iuſtiniani principis in Alexandria, populi peruerti electione, vna die ordinati ſunt Epiſcopi. Hi errores Euthychetis, & Dioſcori ſequentes; Chalcedonẽſe cõciliũ reſpuunt: ex duabus vnam in Chriſto naturam aſſerunt, quã Theodoſiani corruptam, Guianitæ incorruptam contendunt.

*Agnoita.* Agnoitæ, & Tritthеitæ à Theodoſianis exorti ſunt, ex quibus agnoitæ ab ignorãtia dicti, quia ad peruerſitatem à qua exorti ſunt, id adijciunt, quod Chriſti diuinitas ignoret futura, quæ ſunt ſcripta de die, & hora nouiſſima, non recordantes Chriſti perſonam in Iſaia loquentis (Dies Iudicij) in corde meo.

*Tritheita.* Tritheitæ vero vocati, quod ſicut tres perſonas in Trinitate, ita quoque tres aſſerunt Deos eſſe, contra illud, quod ſcriptum eſt C. audi Iſrael Dominus Deus tuus, Deus vnus eſt.

Sunt, & alij hæreſum auctores, ac ſine nominibus, ex quibus alij putant triformẽ eſſe Deum, alij Chriſti diuinitatem paſſibilem dicunt, alij Chriſti de Patre, natiuitati initium temporis dant, alij liberationem hominum apud Inferos factam, Chriſti deſcenſum non credunt, alij animam Imaginem Dei negant, alij animas conuerti in Demones, & in quæcunque animalia, exiſtimant, reliqui de mundi ſtatu diſſentiunt; alij innumerabiles mundos opinantur; alij aliquam Deo coæternam faciunt; alij nudis pedibus ambulant; alij cum hominibus non manducant, &c. quos infra ſucceſſiuè.

*Bainani.* Bainani apud Beatum Auguſtinum in libro de hæreſibus ex quo magnam partem accepit Iſidorus, & in aliquot vetuſtis Gratiani exemplaribus legitur. Cayni in vno autem eiuſdem Gratiani, Cayni, de quibus quidam hæreticis, Tertulianus in libro de præſcptione aduerſus hereticos hec ſcribit. Sunt, & nunc alij Nicolaitæ, Caiano hæreſis dicitur, & paulò inferius. Nec non arripit etiam alia quoque hæreſis, quæ dicitur Caienorum, & ipſi enim magnificant Cain; quaſi ex quadam potenti virtute conceptum, quæ operata ſit in ipſo.

*Anthropo.* Anthropophormitæ.) in codicibus Iſidori vulgatis, & aliquot manuſcriptis antecedunt hæc annouiani, latine ſine lege dicuntur, quæ tamen abeunt à codice Iſidori pereuetuſto, & valdè emendato monaſterij S. Auguſtini in Carbonaria Neapolis.

*Hirarchita.* Hirarchitæ.) ita mutatum eſt ex libello B. Auguſtini quamuis in aliquot ipſius editionibus ſit Hierarchiæ, Hierarchæ vero hæretici meminit B. Hilarius lib. 4. & 6. de Trinitate, ante legebatur Hieraclitæ ab Heraclio.

*Montani.* Montani.) horum nulla mentio eſt apud B. Auguſtinum, ſed Monteſium, quo minime Donatiſtas Romæ vocari ſolitos tradit.

*Merangiſm.* Merangiſmonitæ.) Sic emendatum eſt ex Iſidoro, & B. Auguſtino cum antea legeretur Metangi nomati.

*Scototopicos.* Scototopicos.) apud Iſidorum in Pannonia, & in aliquot manuſcriptis Gratiani. Cotopita habitis à Domino Ioſeph Bernalli omnium ſcientiarum peritiſſimo ex ſuo ſingulari ſtudio, antiquitatibus gemmis præcioſis, & mirabilib⁹ Mathematicis exornato, diſcipulo tanti Magiſtri æternæ memoriæ illuſtriſſimi Ioannis Baptiſtæ Portæ.

*Bonoſianos.* Bonoſianos Calcedonenſiũ.) qui quintam ſynodum impugnabant.

*Theodoſia.* Theodoſiani.) horum meminit liberatus in breuiario. Nicephorus lib. 78. capit. 45. 49. & 50. ac Gregorius Cedrenus anno 14. Iuſtiniani Imperatoris Beatus Auguſtinus memorat Theodoſianos à Theodorione, ſe idem videtur, qui Theodorus, de quo Epiphanius lib. 2. tomo 1. hæres. 54. Theodorianos à Theodoro, vt etiam Philaſtrius, & Damaſcenus.

*Agnoita.* Agnoitæ, & Tritheitæ,) ſic reſtitutum eſt, quamuis in codicibus Iſidori, & Gratiani legeretur, Gnoitæ, Trithoitæ, de his meminit Micepherus in locis proximè indicatis, eoſque ad Theodoſianos profe-

ctos

Digitized by Google

ctos ſcrib. De Agnoipis verò multa dicit. Beatus Gregorius lib. 8. Epiſtol. 35. & 42. ad Eulogium. S. Thomas per quatuor libros contra Gentiles, & in omnibus ſuis operibus quaſi omnes maximis rationibus reijcit, Eccleſia per tot tantaque concilia, vt dicebam in addictione omnium Conciliorum ad Concilium Tridentinum modo impreſſa per bullas, vt in Bullario magno & paruis Iacobi Caſtilla. Quaranta, per Canones circa finem cauſæ 24. per patres infra ſucceſſiuè nominandos in quas Sanctus Thomas virtualitèr aliquas, explicitè alias, vt in omnibus apparebit, operibus.

*Abecedarium omnium Hæreſum damnatarum hic ſucceſſiuè.*

ABſoluere poteſt, & pœnitentiam iniungere, quilibet bonus, & ſciens, laicus. Error dam. 3. de Sacramen. 14 & Addit. 75.

Abſoluere, & ligare, non poteſt Sacerdos peccator, cum ſit ipſe peccato ligatus. Error dam. addit. 76.

Abſoluendus eſt pœnitens ſacramentalitèr, etiam à reſeruatis, ab inferiori, hac lege, vt poſtea coram ſuperiore compareat, non vt eum abſoluat, ſed vt cognoſcat vultũ pecoris ſui. Error dam. addit. 79

Abſolutio cenſenda eſt efficax, non quia fit, (à quocunque tandem fiat erret, vel non erret,) ſed quia creditur. Hær. dam. addit. 67.

Abſolutum qui ſe credit, abſolutus eſt, etiam ſi contritio deſit. Hær. damnat. addit. 16.

Abſoluere poteſt, vbi non eſt Sacerdos, æquè quilibet Chriſtianus, etiam ſi mulier, aut puer, ſit. Hær. damnat. addit. 74.

Abſoluere poteſt in Sacramento pœnitentiæ infimus Sacerdos æquè, vt Epiſcopus, & Papa. Hær. dam. addit. 78.

Adæ coſta, ex qua Eua dicitur formata, non re ipſa, vt litera Geneſis habet, eſt intelligenda, ſed ſecundum myſterium, non quidem per allegoriam, ſed per parabolã. Hær. dam. 1.461.

Adæ formationem de limo terræ, & Euam de coſta eius, ac ſerpentis tentationem, allegoricè, & figurate, non Hiſtoricè eſſe intelligendam. Hær. damnat. 1.455. 461.475.

Adam in ſtatu innocentiæ nunquam habuit, vnde poſſet ſtare. Hær. dam. 1.476. 478. & 2.2.798.

Adæ corpus fuiſſe prius formatum, deinde animam creatam, illique infuſam. Err. damnatus. 1.458.

Adæ animam prius fuiſſe formatam, quã corpus. Error dam. 1.454.479.

Adam aliquid malum fuiſſe, Hær. dam. 1. 453.456.485.

Adam non fuiſſe à Deo. Hæreſis dam. 1. 453.456.

Adam, etiam ſi non peccaſſet, nihilominus mortuus fuiſſet. Hær. damn. 1. 484. & 1.2.457. & 2.1.769.

Adam non ex culpæ demerito, ſed conditione naturæ, mortuus eſt. Hæreſ. dam. 1.484. & 1.2.457. & 2.2.796.

Adæ peccatum fuiſſe occulto Dei decreto ordinatum, ita ſcilicèt quod eſt factũ Deo volente, & impellente. Hæreſis dam. 1.475.507.

Adam in forma feræ creatum fuiſſe. Hær. dam. 1.452.457.

Adam non à Deo, ſed à principe materia Seuela fictum, & Euam ſimilitèr, ſed inanimatam creatam, & immobile. Hæreſ. dam. 1.452.456.459.

Adam, & Eua, ſi in iuſtitia permanſiſſent, nulla fuiſſet ſexuum differentia, ſed æque, ac Angelorum, multiplicatio fuiſſet hominum. Error damnatus 1. 489. 482.491.

Adam, & Eua, ſi in iuſtitia permanſiſſent, non coiuiſſent vnquam. Error damnatus. 1.489.

Accuſare in iudicio, nõ licet Chriſtianis. Error dam. 2.2.381.

Adorandum eſſe ſolum Deum. Optima ſecũdum ſe propoſitio, ſed modo illo, quo intelligunt hæretici, intellecta, & redditur ſuſpecta, & pro tali damnatur 1.77.

Adorandos eſſe mures, muſcas, ranas, arbores. Hæreſis dam. 1.77.

Adorandum eſſe Dæmonem. Hær. dam. 1.77. & 2.2. 146. 502. 503. & addition. 240.

Adorandos eſſe ſodomitas. Error nefandiſſimus damnat. 1.77. & 2.2.753.

Adorandum eſſe Iudam illud proditorem. Hær. dam. 1.77.

Adorandam eſſe Mariam Virginem, vt Deum, Hæreſ. damn. 1.77. & 3. de Saluatore noſtro. 148.

Adorandum eſſe Solem. Hæreſis dam. 1.77.

Adorandos eſſe Angelos, vt Deum. Hær. damn. 1.77.

Adorandum eſſe Seth. Error damnatus 1.77.

Adoran-

Digitized by Google

Adorandum eſſe Caym. Error damnatus 1.77.

Adorandum eſſe ſerpentem, non quod ſerpens, qui decepit Euam, fuerit Chriſtus. Hær.dam.1.77.404.

Angelus vltimus præeſt omnibus inferioribus rebus à quo tota noſtra perfectio & intelligentia, prouenit, & in cuius cognitione tota noſtra beatitudo cõſiſtit, & in cuius ſeparatione conſiſtit tota pęna animæ noſtræ. Hær.dam.1.456.& 1.2.13. & addition.423.

Ab angelo primo proceſſit ſecundus, & deinceps, vſque in finem. Hæreſis damn.1.307.335.41.

Angeli ſunt, tantum decem. Hæreſis dam 1.363.

Angeli tot ſunt, quot ſunt orbes, qui ſunt quadraginta. Er.damnatus 1.263.

Angeli ſunt creatores corporum. Hær. dam.1.335.

Archangelos creaſſe mundum. Hær. dam 1.355.

Angelorum malorum creationem vniuerſæ carnis eſſe opificium, & non Dei: Hær.dam.1.33.

Angelos principes, ac mũdum, in die recti iudicij ſe iudicaturum, dixit quidam Menno filius, ſua doctrina. Error ipſius dam.addit.387.

Angelos non eſſe, & nihil eſſe. Hær. dam.1.307.465.2.2.145.

Angelos, & non ſolum Deum eſſe colẽdos. Hæreſis dam.1.465.

Angelos eſſe creatores animarum noſtrarum. Hær.dam.1.336.

Angelos creare aliquid. Hęr.dam.1.335.

Angelus in inſtanti ſuę creationis fuit malus, & nunquam, niſi malus. Hær. dam. 1.324.

Angelos feciſſe mundum. Ipſos autem factos à quibuſdam ſenſibus de cęlo prædictis, genuſque humanum feſelliſſe. Hær. dam.1.307.336.

Angelos ex Dei ſubſtãtia extitiſſe. Hær. dam.1.307.336.

Angelos ex Dei ſubſtantia extitiſſe. Hær.dam.1.386.

Angelos vinci non poſſe ab hominibus, niſi magicæ artis diſciplina. Error damn. 1.570.

Angelos creaſſe mundum. Hær. damn. 1.336.

Angelos ſeptem ſolos feciſſe mundum, præter conſcientiam Dei patris. Hæreſis dam 1.336.

Angelos ſiue bonos, ſiue malos, non eſſe à Deo creatos. Hæreſis dam.1.307.

Animas non eſſe ſpiritus, ſed ſolum corpora. Hæreſis dam.1.362.

Animæ impreſſio tranſit in aliud corpus ita, quod poteſt ipſum deſtruere, & interficere per excitationem ſuam, atque faſcinationem. Error dam.1.578.

Animæ noſtræ pęna non eſt niſi ſeparatio ab vltima intelligẽtia. Hær.dam.1.465.

Anima noſtra procedit à datore formarum, qui eſt vltima intelligentia. Hæreſ. dam.1.41.

Animas humanas eſſe productas ab intelligentia, à qua ipſarum animarum gubernatio, tota perfectio, & ſcientia, & beatitudo dependet. Hæreſis damn.1.71.419. & 1.2.23.38.

Ex anima intellectiua, & corpore non conſtituitur vnum tertium, niſi ſicut ex motore cęli, & Cęlo, Hæreſis damn.1.369.

Quo ad animam etiam homines nõ ſunt ęterni, gloria tamen æterna eſt ab hominibus affectanda. Hęreſis damnata 1.368.

Anima eſt Deus cõmorans in omnibus. Hæreſis damnata 1.386.

Anima non eſt tota æterna, ſed vna particula eſt æterna, & maior, alia autem temporalis. Hær.dam.1.367.

Anima nihil aliud eſt, quam corpus, & mortuo corpore, moritur anima conſequenter. Hæreſis dam.1.362.367.

Animarum beatarum viſio, qua vident diuinam eſſentiam, non eſt viſio intuitiua, & facialis. Hær.damn.1.56.

Animæ decedentium in mortali peccato, ſecundum communem Dei ordinationem, mox poſt mortem ſuam ad inferna non deſcendunt, nec pœnis infernalib. cruciantur. Hær.dam.add.291.& 3.de ſal.324.

Animæ iuſtorum omnium prædictorum deſcendentium, ſecundum communem Dei ordinationem, ante noſtrorum corporum reſumptionem, & iudicium generale, diuina viſione, & fruitione, non erunt beatæ, nec habebunt vitam, & requiem ſempiternam. Hær.damn.addit.291. & 1.2.29. & 3.de ſal.324.

Animæ paruulorum ſacro baptiſmate renatæ decedentium ante vſum liberi arbitrij, ſecundum communem Dei ordinationem, ante ſuorum corporum reſumptionem, & iudicium generale. nec videbunt clare, & aperte diuinam eſſentiam, nec illa etiam perfruuntur. Nec ſunt, nec erunt in Cęlo cęlorum regno, & Paradiſo cęleſti cum Chriſto, ſanctorum Angelorũ conſortio aggregatæ. Hær.dam.addit.291.

Ani-

Digitized by Google

Animæ iuſtorum decedentium poſt ſanctum Baptiſma ab eis ſuſceptum, ſecundum communem Dei ordinationem, in quibus eſt aliquid purgabile cum decedunt, peracta etiam purgatione ex toto ante ſuorum corporum reſumptionem, & iudicium generale, non vident, nec videbunt clarè, & apertè diuinam eſſentiam, nec illa etiam perfruuntur. Nec ſunt, nec erunt, in Cœlo Cœlorum regno, & Paradiſo cœleſti cum Chriſto, ſanctorum Angelorum conſortio aggregatæ. Hæreſis damnat.additione. 291.

Animę iuſtorum decedentium poſt ſanctum Baptiſma ab eis ſuſceptum, ſecundum communem Dei ordinationem, in quibus nihil eſt purgabile cum decedunt, ante ſuorum corporum reſumptionem, & iudicium generale, non vident, nec videbunt clarè, & apertè diuinam eſſentiam, nec illa etiam perfruuntur. Nec ſunt, nec erunt in Cœlo Cœlorum regno, Paradiſo cœleſti cum Chriſto, ſanctorum Angelorum conſortio aggregatæ. Hæreſis damnata, additionæ.ibid.

Animæ iuſtorum decedentium ante Chriſti Domini noſtri paſſionem, ſecundum communem Dei ordinationem, in quibus aliquid purgabile remanebit, purgatione peracta ex toto, mox poſt eandem Chriſti paſſionem ante reſumptionem ſuorum corporum, & iudicium generale, non viderunt, nec vident, nec videbunt, clarè, & apertè diuinam eſſentiam, nec illa etiam perfruuntur: Nec poſt eiuſdem Chriſti Aſcenſionem fuerunt, nec ſunt, nec erunt, in Cœlo Cœlorum regno, & Paradiſo cœleſti cum Chriſto, ſanctorum Angelorum conſortio aggregatæ. Hęr.dam. addit. ibid.

Animæ iuſtorum decedentium ante Domini noſtri IESV Chriſti paſſionem, in quibus nihil erat purgabile, ſecundum communem Dei ordinationem, mox poſt eãdem Chriſti paſſionem ante reſumptionem ſuorum corporum, & iudicium generale, non viderunt, nec vident, nec videbunt clarè, & apertè diuinam eſſentiam, nec illa etiam perfruuntur: Nec poſt eiuſdem Chriſti Aſcẽſionem fuerunt, nec ſunt, nec erunt, in Cœlo Cœlorum regno, & Paradiſo Cœleſti cum Chriſto, ſanctorum Angelorum conſortio aggregatæ. Hæreſ. damn. addit. ibid.

Animas eorum, quos infideles nuncupamus, æque ſaluandas, atque fidelium. addit. 288. 441.

Animam omnem morientem ad Deum redire, illique reuniri. Error damn. 1. 581 addit. 190.

Animam eſſe cibum principatuum, ac poteſtatuum propterea quod ipſa ſit ex humore ſuperno Hær.dam. 1.367.

Animæ defunctorum poſt annorũ multorum curricula circulariter in diuerſa corpora reuertuntur. Hær. dam. addit. 292.

Animam Dei, eſſe alterius ab ipſo Deo ſubſtantiæ, minoris eſſentia Dei. Hæreſ. damn. 1.15.

Anima hominis producitur ex ſemine humano, ſicut anima bruti. Hæreſ. damn. 1. 581.

Animam hominis ſecundum eius meritum per diuerſa tranſire corpora, etiam animalium, & ſerpentum, ſi male vixiſſet. Si vero probe, in alicuius principis, vel alterius illuſtris perſonę corpus tranſmeare. Hęr.dam.addit. 190.

Animas hominum poſt mortem conuerti in bruta ſuis meritis congrua. Hæreſ. damn. 1.367.

Animas humanas ante infuſionem corpori peccaſſe, & in corpora, tanquam in carceres, incluſas eſſe. Hær. damn. 1. 334. 597. 582.

Animas humanas tranſire de corpore in corpus. Hær.dam. adeit. 343.

Animas noſtras cum corporibus ita interire, vt amplius non redeant. Hær.dam. 1 363. 579. addit. 292.

Animas noſtras cum corporibus, quidem interire, ſed poſtmodum in reſurrectione cum corporibus reſuſcitari. Hæreſ. dam. 1. 363. 579. addit. 292.

Animam hominis, ſimul cum corpore, in ipſius mortem corrumpi, Hær. damn. 1. 463. 579. addit. 292.

Animam hominis eſſe propagatam de carnis ſubſtantia, Hær. dam. 1. 452. 451.

Animas hominum ſcæleratorum, poſt ipſorum mortem, conuerti in Dæmones, Hær.dam. 1. 367.

Animas noſtras nihil eſſe, Hær. damn. 1. 363. 451.

Animas nouas nec creari, nec infundi à Deo, Hær. dam. 1. 452. 453. 581. 582.

Animam filij ex anima patris, veluti corpus ex corpore, generari, Hæreſis damn. 1. 452. 581.

Animam hominis eſſe corpoream, Error dam. 1. 362.

Animas factas eſſe ex igne, Hær. damn. 1. 366. 452.

Animas factas eſſe ab Angelis, Hær. dam. 1. 453.

Ani-

Digitized by Google

Animas non creari à Deo, Hær. dam. 1. 45. 453 581.

Animam rationalem ex Dei ſubſtantia extitiſſe aut Dei ſubſtantiam eſſe, aut Dei naturam, Hær. damn. 1. 368 451.

Animam rationalem prius eſſe formatam, quam corpus, Error dam. 1. 334. 455.

Animam hominis nõ eſſe factam à Deo per Filium, ſed de terra eſſe, Hæreſis damn. 1. 366. 452.

Anima rationalis, inquãtum rationalis, non eſt forma corporis humani, Hæreſis damn. 1. 369.

Per Antichriſtum Iudæi, Sarraceni, & quicumque infideles tàm paruli, quàm adulti, ſubuertendi poſt ipſius Antichriſti mortem, omnes ad fidem Chriſti conuertentur. at ſic non erit de adultis Chriſtianis ab eodem Antichriſto ſeducendis. Err. dam. 564.

Antichriſtus tantæ efficaciæ characterem in peruerſos ab ipſo imprimet, vt immobiliter in erroribus per durantes ſint certo tandem damnandi, & igne de cœlo miſſo corporaliter morituri. Error damnata. 1. 564.

Antichriſtus ita peruertet omnes Chriſtianos habentes vſum liberi arbitrij, vt ſuis erroribus immobilitèr inhærentes nulla ratione deinceps poſſunt ad fidem conuerti. Error dam. 1. 564.

Antichriſti diſcipulos apparituros per vniuerſum orbem, die Pentecoſtes, anno Domini milleſimo, trecẽteſimo, ſexagemo, Error damnatus 1. 564.

Antichriſtum eſſe Romanum Pontificem. Her. dam. 3. de ſal. 63. & addition. 81.

Appropriata nõ ſunt potentia, ſapientia, & benignitas, Patri, Filio, & Spiritui ſancto in diuinis, ſed propria. Her. dam. 1. 209. 225.

Apoſtolorum ſucceſſores ſe eſſe, & Apoſtolicam authoritatem ligãdi, atque ſoluẽdi, ſe habere dicũt Pauperes de Lugduno, Error dam. 74.

Apoſtoli fuerunt ſtolidi, cum nolentes abiurare Chriſtum coram hominibus, permiſerint ſe occidi, Her. damn. 2. 2. 96. & addit. 33. 415.

Poſt Aſcenſionem Chriſti nulla eſſe ſeruanda ſtatuta Eccleſiæ, nec alicuius eſſe valoris, Hær. damn. 3. de Saluat. 315.

Aquas, quæ ſuper Cœlos ſunt animatas, & rationales quaſdam virtutes eſſe, Error damn. 1. 346.

Aquæ benedictionem eſſe inuocationẽ dæmonum, Error damn. 1. 358. & 3. de Sacram. 2. 35.

Aquam benedictam nihil plus habere virtutis, aut efficaciæ, quàm non benedictam, Error dam. 1. 358. & 3. de Sacram. 35.

Aſtris fatalibus hominem eſſe alligatũ, & in aſtris ſeptem, ac viginti quatuor literis omnium perfectionem conſiſtere, Hær. dam. 1. 352.

Auguria, & diuinationes, ac ſtellarum curſus inquirenda, & ex eis futurorum curſus rimandos, Error damnatus. 1. 288. 2. 2 509. 511.

Ex auibus vaticinia eſſe obſeruanda, Error damnatus 2. 2. 611.

## ALIQVANDO HÆRESES NOMINE COMVNI VOCANTVR ERRORES. CAIE.

Sine Baptiſmo ſeruare infãtes ad aliquot annos, liberum eſſe cuique, nec vllius conſcientiam hac in re ad certum tempus aſtringi poſſe, Error damn. 3. de Sacr. 61.

*Omnes iſtæ hæreſes confutantur à S. Thoma in locis, intus aſſignatis.*

Baptiſmum omittere in paruulis, melius eſt quam eos ſine fide, ideſt nõ credentes, baptizare, Hæreſ. damn. 2. 2. 912. & de Sacram. 16.

Baptiſmo nõ indigere infantes, eo quod ſint ſine peccato, Hær. damn. 3. de Sacram. 59. 67.

Baptiſmum pueris non eſſe neceſſarium, Hær. dam. 3. de Sacram. 59.

Baptizandos non eſſe paruulos, donec intelligibilem, & rationis capacem ætatem attigerint, Her. damn. 2. 2. 912. & 3. de Sacram. 61.

Baptizandum eſſe in Nomine Patris, per Filium, in Spiritu ſancto, Error damnatus 3. de Sacram. 43.

Baptiſmate licet peccatum originale dimittatur, non tamen omne peccatum deletur, quia ſuſcepto baptiſmo, adhuc remanet in baptizato carnis concupiſcentia, quę verè peccatum eſt, contra illud. Non concupiſces, etſi à Deo nõ imputetur. Her. damn. 3. de Sacram. 71.

Poſt baptiſmum perpetrantes peccatum ad mortem, ac dijs ſacrificãtes, à communione diuinorum miſteriorom reijciendos fore, & ſolus Deus, non autem Sacerdotes, poteſtatem talibus concedendi hanc remiſſionem delicti habet, Err. damn. 1. 255 & addit. 43. 69.

Baptiſmi Sacramentũ eſſe liberum, Her. damn. de Sacram. 59.

Baptiſmo non indigere pueros ob peccatum originale, quia illud nõ habent, Her. damn. 3. de Sacr. 67.

Baptiſ-

Digitized by Google

*Omnes iſtæ hæreſes confutantur a S Thoma in locis intus aſsignatis.*

Baptiſmo oleum ſacrum nullo pacto deberi miſceri. Er.dam.3.de ſacr.42.

De baptiſmo ſuſcipiẽdo nullum eſt præceptum Hær.dam.3.de ſacr.59.105.

Baptiſmum nullum eſſe, ſi fronti baptizati Crucis ſignum non infigatur. Er.dam. 3.de ſacr.42.

Baptiſmo vero perficiendo neceſſarium adeo eſſe chriſma, vt baptizandus, niſi Chriſmate perunganẽnr, nõ ſit baptizatus. Error dam.3.de ſacr.42.

Baptiſmum non poſſe alicui conſerri, niſi eidem conferatur Eucariſtiæ ſacramẽtũ. Error dam 3 de ſacr.64.

Baptiſmũ reiterandum, ſiuè pueros (vt aiunt) retingendos. Hær.dam.3 de ſacr.47.

Baptizatos ab hæreticis, Iudæis, vel Paganis in forma Eccleſiæ catholicæ fore rebaptizandos Hær.dam 3 de ſacr.55.

Baptiſmus paruulis non prodeſt. Hæreſ. dam.3.de ſacr.67.71.& 2.2.912.

Baptizatos paruulos, cum ad annos diſcretionis peruenerint fore rebaptizandos. Er, dam.3.ſacr.67.71.

Baptizatos hæreticos, cum ad Eccleſiæ communem redierint, fore rebaptizandos Error.dam.3.de ſacr.47.

Baptizatos poſſe iterũ rebaptizari, Hær. dam.3.de ſacr.24 47.

Baptiſmum reis, & peccatoribus nihil conferre. Err.dam.3.de ſacr.71.72.

Ex baptiſmo nulla prouenit virtus; ſed oratio ſedula dæmonem vernaculum, & familiarẽ reijcit. Hær.dam.3.de ſacr.71.72.

Baptiſmum non habere virtutem conferendi gratiam. Hær.dam.3.de ſacr 71.72.

Baptiſmate gratiam; & virtutes, quas vulgo theologicas appellant, minime infundi Hær.dam.3.de ſacr.71.72.

Baptiſmum omnino reſpuendum. Hær. dam 3 de ſacram.71 72.

Baptiſmum nullius eſſe virtutis. Hæreſ. damn.3.de ſacr.71.72.

Baptizatis nullam virtutem ex ſacro baptiſmate accedere. Hæreſ. damn.3. de ſacramen.71.72.

Baptiſmum conferri debere mortuo, ei profuturum baptizato viuo in demortui locum ſubmiſſo. Error damn.3. de ſacr.65.

Baptizandum non eſſe in nomine Patris, & Filij, & Spiritus ſancti, nec ea vtendum forma, qua ex Chriſti præcepto vtitur Eccleſia. Hær.dam.3.de ſacr.43.

Baptizandum in nomine ignoti patris omnium, & veritate omnium matre, & in eo, qui deſcendit in Ieſu Hær.damn.3. de ſacram.43.

Baptizandum, circumdicendo aduſtione quadam in fronte vel in genis impreſſa. Hær.dam.3.de ſacr.41.

Baptizandum eſſe non in acqua, ſed in igne. Hær.dam.de ſacr.41.

Loco baptiſmi aquæ eſſe quemdam ſpiritualem baptiſmum, quod eſt conſolamẽtum ſpiritus, quod Manichæi conferre manuum impoſitione ad ſuam ſectam veniẽtibus gloriabantur. Hæreſis damn.3. de ſacr.71.72.

Baptiſmum eſſe quid vanum, & inane Hær.dam 3.de ſacr.71.72.

Baptiſmo tam paruulis, quam adultis, non conferuntur gratia, & virtutes. Hæreſ. dam.3.de ſacr.74 76.

Baptiſmus non eſt communiter tam paruulis, quam adultis perfectum remediũ ad ſalutem, Hær.dam.3.de ſacr.67.71.

Erroneum eſt dicere, quod omnes infantes deſcendentes ſine babtiſmo priuantur gloria Dei in perpetuum, Err.dam. 3.de ſacr.67.

Erroneum eſt dicere, quod mulieres poſſunt miniſtrare baptiſmum, vel viri non deſignati ad prædicandum verbum Dei, Err.dam.3.de ſacr.53.54.

Erroneum eſt dicere, quod ad baptiſmũ requiruntur oleum, ſal, ſputum, conſignatio Crucis, exorciſmi, veſtis alba; candelæ, & alij huiuſmodi ritus. Error damnata 3. de ſacr.48.

In puero baptiſmum negare remanens peccatum, eſt Paulum, & Chriſtum ſimul conculare Hær.dam.3.de ſacr.67.72.

Baptizati paruoli non leuius punientur æternaliter, quam latrones, & homicidæ. Hær dam.3.de ſacr.72.

Baptiſmum penitus eſſe reijciendum. Hær.dam.3.de ſacr.59.

Baptiſma infantum nõ eſſe à Deo. Hær. dam.3.de ſacr.67.

Baptiſmate intincti non niſi ad tartarũ, & ſempiternam damnationẽ baptizantur, Hær.dam.3 de ſacr.71.

Baptiſma nihil ei proficit, qui ſine fidè præuia illud ſuſcipit, Hær.dam.3.de ſacr.66.

Baptiſma nihil prodeſſe paruulis vſu rationis carentibus, eo quod fidem habere nequeant rationis expertes. Hær.dam.2.2. 912.& 3.de ſacr.67.

Beatos omnes eſſe pares in gloria. Hær. dam.1.60.& 1.2.2.43.addit.398 400.

Beatam eſſe nullam animam ante diem iudicij, quia ante diem iudicij nulla anima videbit Deum. Hær.dam.1.2.29. & 3.324.

Beatam in ſeipſa naturaliter eſſe omnẽ



Digitized by Google

*Omnes iſtæ hæreſes confutantur à S. Thoma in locis intus aſſignatis,*

intellectualem naturam, & animam non indigere lumine gloriæ ipſam eleuante ad Deum videndum, eoque beatè fruendum, Hær.dam.1.58.59.311.& 1.2.15.27.

Beatitudinem finalem nos poſſe conſequi in hac vita ſecundum omnem perfectionis gradum, quem habebit in patria, atque in vita beata, Hær.damn.1.65.& 1.2.35.& 1.2.40.

Ad beatitudinem, & ad regnum cœlorum non peruenturos paruulos etiam baptizatos, eo quod in eis non ſint vlla certaminis merita, quo vitia ſuperent, Hæreſ. damn.3.de Sacr.74.

Beatitudinis, & miſeriæ fiet circulus, quidam, Hær.damn.1.218.& 1.2.36.& addit.54.403.430.

Beatę animę in corpora mortalia iterum ſunt reuerſuræ, in quibus patientur, & hinc rurſus ad beatitudinem euocabuntur, Her. damn.1.318.& 1.2.36.& addit.64.403.430.

Beatitudinis, & miſerie erunt quædam alternationes, Hær.damn.1.318.& 1.2.36.& addit.64.403.430.

Beatitudinem, & miſeriã non fore perpetuam, Hær damn.1.318.& 1.2.36.& addit. 64.403.430.

Cum venerit Chriſtus de cœlo, mille anni erunt iterum nobis ad viuendum, generandum, manducandum, ſicut nunc fit quotidie, in hoc ſæculo, Hær.dam.1.2.14.31.& addit.353.358.

Beatitudinem conſiſtere in carnis delitijs (nam poſt reſurrectionem regnũ Chriſti futurum etiam terrenum, & in eo homines beatos in carne vitam concupiſcentijs, & libidini ſubiectam auctores,) Hær dam. 1.2.14.28.31.3.& addit.347.353.358.

Beatos non videre Deum vllo pacto in ſe, ſed in ſuis creaturis, Hær.dam.1.55.& 1.2.16.24.& addit.396.

Beatitudo conſiſtit in viſione non Dei eſſentiæ, ſed claritatis illius eſſentiæ, Hær. dam.1.55.& 1.2.& addit.396.

Beatos videre claritatem quandam eſſẽtiæ Dei, in qua viſione beatitudo eſt, Hær. dam.1.55.& 1.2.24.& addit.396.

Beatos non videre in cœlo Dei eſſentiã, Hær.dam.1.55.& 1.2.24.& addit.396.

Beatitudem hominis poſſe naturaliter haberi, Hær.damn.1.2.27.

Beatitudinem hominis conſiſtere in cognitioné vltimæ intelligentiæ, Her.damn.1.2.23.& addit. 69.

In beatis viſio diuinæ eſſentiæ intuitiua, facialis, eiuſdemque eſſentiæ fruitio, ſecundum comunem Dei ordinationem euacuabitur, nec cõtinuabitur vſque ad finale iudicium, nec ex tunc vſque in ſempiternũ, Hær.damn.1.56.& 1.2.36.

*Omnes iſtæ hæreſes confutantur à S. Thoma in locis intus aſſignatis,*

Beatorum animarum viſio, qua vident diuinam eſſentiam, non eſt viſio intuitiua, & facialis, Hær.dam.1.56.

Beati, & contemplatiui, mens perdit ſuũ eſſe in proprio genere, & redit in illud eſſe idæale, quod habuit in mente diuina, Hær. damn.1.2.18.& addit.398.

In beatitudine cœleſti nullam eſſe præmiorum differentiam, Hæreſ.1.60.& addit. 398.400.

Beſtias omnes rationis eſſe capaces. Err. damn.1.364.& 1.2.447.

Benedictiones omnes, quas Eccleſia facit vel dicit ſuper panem, vinum, aquam, oleum, ſal, incenſum, ceram, arbores oliuarum, palmarum, veſtimenta, calices, & quęcunque alia ad Eccleſiaſticum vſum pertinentia, nullius eſſe momenti, ſed eſſe practicam necromantiæ potius, quam Sacræ Theologiæ, Hær.damn.1.358 & 2.2.410.

Bruta omnia, æquè vt hominem non ſolum ſentire, ſed etiam intelligere, Err.dam. 1.364.464.& 1.2.447.

Bibliorum textum nudum ſolum recipiendum, legendum, & proponendum populo in Eccleſia, vel in ſcholis, ſine vlla interpretatione, eo quod ſumus omnes diuinitus à Deo edocti, Error damn.1.171.

Biblia eſt ficta, & indiſtincta, & delirium eſt Euangelium, Hær.impijſſima, quæ damnarur.1.171.289.

Not. Vniuerſa infra dicenda cum ſimilibus, quæ Caluinus dixit, intelliguntur impugnari ab ipſo in ſenſu, quo acceptantur ab Eccleſia Romana: quandoquidem nullæ res, ſeù propoſitiones, poſſunt eſſe contradictoriæ ad inuicem, niſi teneantur ſecundum idem, ideſt ſecundum eundem ſenſum. Cœterum Caluinus nunquam in illis explicat verum ſenſum Eccleſiæ, vt & ſua vafrities magis lateat, & populo illi ſuo facilius, quòd ipſe in primis optabat, exoſum reddat Eccleſiam Rom.

Erroneum eſt, dicere, quòd vota fieri poſſunt Deo de rebus non compræhenſis in verbo, vel de rebus, vt perficiantur, vt eſt votum cœlibatus in viro, vel muliere, non habent tale donum, Error damnatus, 2.2.890.

Erroneum eſt, dicere; quod fiat tranſubſtantiatio in pane, vel vino, ita vt ipſemet Chriſtus ſit ibi carne, ſanguine, & oſſibus, Hær.dam.3.de Sacr.115.

Erro-

Digitized by Google

*Omnes iſtæ hæreſes confutantur à S. Thoma in locis intus aſſignatis.*

Erroneum eſt dicere, quod indulgentiæ Papales, ſtationes, Peregrinationes ordines, ſacerdotium, Baptiſmus, campanarum, Dedicatio Eccleſiaſticorum, altarium, veſtimẽtorum, calicum, lapidum, cinerum, aquæ panis, oraculorum; vel ſpherularum, præcatoriarum, roſariorum, candelarum, cum ſimilibus reb. vſum habere debent in Eccleſia. Error dam. 2. 2410.

Erroneum eſt, dicere, quod mulieres poſſint miniſtrare baptiſmum, vel viri non deſignati ad prædicandum verbum Dei, Err. dam. 3. de ſacr. 53. 54.

Erroneum eſt, dicere, quod ad baptiſmũ requiruntur oleum, ſal ſputum, conſignatio Crucis, exorciſmi, veſtis alba, candelæ, & huiuſmodi ritus. Er. dam. 3. de ſacr. 48. 86.

Erroneum eſt, dicere, quod cultus imaginum, reliquiarum, ſigni Crucis, canonizatio ſanctorum, vita monaſtica, conſignatio vel geſtatio ſacrorum rerum ſuper viros, ſiue alias creaturas Dei, non ſint vanæ, Error dam. addit. 310.

Erroneum eſt dicere, quod cultus ab homine excogitatus poſſit placere Deo. Err. dam. 2. 2. 614. & addit. 310.

Erroneum eſt, dicere, quod omnes infantes ſine baptiſmo decedentes priuãtur gloria Dei in perpetuum. Error damn. 3. de ſacr. 67. 87.

Erroneum eſt, inquit Caluinus, & omnia infra, vſque ad ly cantum non eſſe admittẽdum in Eccleſia, dicere, quod coniuratio, ſeu adiuratio, ſeu abiuratio dæmonum de infantibus alijs bonis creaturis Dei non eſt ſuperſtitio, & præſumptio. Error dam. 3. de ſacram. 86.

Caluinus vnicus nuſquam fuit lapſus, alij autem, vt vmbre, volitarunt, atque aberrarunt. Hær. dam. 1. 2. 568.

Caluinus non ſolum æquauit Apoſtolos, ſed etiam ſuperauit, in intelligentia cœnæ. Hær. dam. 1. 2. 568.

Caym eſſe adorandum Error dam. 1. 77.

Cantari pſalmos ſolitos vetuit Paulus Samoſatenus, hiſque alios ſuffecit, quos in ſuam ipſe laudem conſcripſerat. Error dam. 2. 2. 496.

Cantãtes in eccleſia vocandos eſſe ſacerdotes Baal. Hær. dam. 2. 2. 496.

In cantibus Eccleſiaſticis fruſtra conteri tempus Error dam. 2. 2. 496.

Cantum non eſſe admittendam in Eccleſia. Er. dam. 2. 2. 496.

Carnem tantum peccare. Hæreſ. damn. 2. 2. 758.

Carnis libertati indulgendum, quia ex ea impune flagitia omnia pulluant. Hær. dam. 2. 2. 304.

Carnem hominis à diabolo eſſe factam, Hær. dam. 1. 333.

Caſtratum, & eunuchum, debere eſſe quẽlibet ad hoc, vt Deo bene, ac integre ſeruiat. Err. dam. 2. 2. 364.

*Omnes iſtæ hæreſes confutantur à S. Thoma in locis intus aſſignatis.*

Catholicos, Doctores erraſſe, atque errare, in fide. Hær. dam. 1. 360.

Catholicam, & veram Eccleſiam non eſſe apud Latinos. Hær. dam. 1. 184.

Celeſtia corpora ſunt animata, & animalia rationabilia, quia dicitur pſalmo 18. Cęli enarrant gloriam Dei; & Iob. 38. cum me laudarent aſtra matutina, Err. dam. 1. 353.

A cœlo primo proceſſit ſecundnm cœlum, & deinceps, vſque ad vltimum. Error dam. 1. 41. 234. 361.

Celeſtia corpora ſant producta ab animabus corporum cæleſtium, & vna anima producitur ab alia ſcilicet inferiora ſuperiori, Err. dam. 1. 361. 234. 41.

Celum eſt animata anima intellectiua. Err. dam. 1. 353.

Cœlum non fuit factum, neque genitum, ſed ingenitum, & æternum. Hæreſ. damn. 1. 234. 345. 74.

Cœlum, Lunam, Stellas, & aquas, quæ ſuper cęlos ſunt, animatas eſſe, & quaſdam virtutes rationales, Error dam. 1. 346.

Cœlos trecentos, ſexaginta quinque eſſe, à quibus mundus eſt factus, nõ à Deo. Hær. dam. 1. 234. 348.

Cultus templi externus nihil iuuat. Error dam. 2. 2. 432. 614. 663. & addit. 310.

Certum vnumquẽque eſſe debere, quod gratis propter Chriſtum peccata ſibi remiſſa ſint, quodque Deo acceptus, & vitæ ſit hæres æternæ: quicquid ſit de noſtris operib. Hær. dam. addit. 55.

Characterem ſacramẽtalem eſſe meram nouorum theologiſtarum fictionem. Hæreſ. dam. addit. 141. & 3. de ſacr. 19. 24.

Characterem in nullo imprimi ſacramẽto Hær. dam. addit. 141. & 3. de ſacr. 19. 24.

Mulieres non peccant, commiſcendo his carnaliter, dummodo ex charitate id agerent. Hær. dam. addit 51.

Ex charitate carnaliter commiſcentes, quæcumque ſtupra, adulteria, &c. committant, non peccare, Hæreſ. damn. 2. 2. 116. & addit 51.

In Charitate conſtituto nullum peccatũ imputabitur. Hær. dam. dam. addit. 51.

Chriſma ſacrum, conſpuendum, & conculcandum eſſe, Hær. dam. 3. de ſacr. 90.

Chriſtus nõ Deus, ſed Deiferus eſt appellandus Hær. damn. 3. de ſal. 42. 107.

Chriſtus non eſt Deus, ſed in quo Deus ſpeciali prærogatiua habitat. Hær. damn. 3. de ſal. 42. 107.



Digitized by Google

*Omnes iſtæ hæreſes confutantur à S. Thoma in locis intus aſſignatis.*

Chriſtus ex viro Ioſeph natus. Hær. impijſſima, & immaniſſima, quæ dam. 3. de ſal. 158. 159 1. 160. 16

Chriſtus eſt Filius Dei adoptiuum, Hær. damn. 3. de ſal. 139.

Chriſtus, quamuis non fuerit ex vtroque ſexu natus, fuit tamen creatura, ſola adoptione, non natura, Dei Filius, Hær. damn. 3. de ſal 107, 139.

Chriſtus fuit purus homo, & ex vtroque ſexu natu, Hær. imp. & immaniſſima, quæ dam. 3. de Salu. 158. 159. 160. 161.

Chriſtus ſolam habuit naturam humanã, Hær. dam. 3. de Salu. 189.

Chriſtus IESVS non eſt natura Deus, Hær. impijſſima, & immaniſſima, quædam 3. de Salu. 42. 17. 107. 108. 139 197.

Chriſtus ſolum corpus aſſumpſit, non animam Hær. dam 3. de Sal. 35.

Chriſtum non veniſſe in carne, nec de virgine natũ, Hær dam. 3. de Salu. 1. 189. 195.

Chriſtũ non ex Virginis carne, ſed ex Dei Patris ſubſtantia, cœlitus attuliſſe corpus, Hær. dam. 3, de Sal. 34. 168 184. 190. 195.

Chriſti humanam naturam eſſe genituram Spiritus ſancti, non Dei creaturam, Hær. dam. 3. de Salu. 178.

Chriſti humanitatem vbique eſſe, ſicut diuinitatem, Hær. dam. 1. 24.

Chriſtus in paſſione ita carne dimiſit, & in cœlum aſcendit, vt non ſit iam in carne diuinitas. Neq; enim poſt paſſionem ſurrexit in carne, neq; cum carne aſcendit, Hær. dam. 3. de Sal. 298 310. 311, & addit. 388.

Chriſti caro, quam ipſe ex virgine aſſumpſit fuit ante paſſionem incorruptibilis, hęr. dam. 3. de Sal 86.

Chriſti corpus, creatum quidem eſſe, ſed ab ipſo Chriſti conceptione incorruptibile, Hær. dam. 3. de Sal. 86.

Chriſtus aſſumpſit humanitatem æqualẽ ſuæ diuinitati, Hær. dam. 1. 368. & 3. de Sal. 69. 145.

Chriſtus non in carne ſedet ad dexteram Patris, ſed carne ſe ſpoliauit, antequam in cœlum conſcenderet, & in ſole poſuit, Hær. dam. 3. de Sal. 311.

Chriſti anima, poſt crucifixum corpus, in cœlum fuit recepta, caro vero in terra dimiſſa, nec vnquam glorificata, Hær. dam. 3. de Sal 311.

Chriſtus ſine carne, & reſurrexit, & in cęlũ aſcendit, Hær. dam. 3. de Sal 298, 301. 311

Chriſtus etſi fuerit incarnatus, in incarnationis tamẽ momento, caro in diuinitatem fuit conuerſa, Hær. dam. 1. 368. & de Sal. 7. 109. & addit. 389.

Chriſtus cum vna perſona habuit tãtùm vnam naturam, ſcilicèt diuinam, Hær. dam. 3 de Sal. 7.

*Omnes iſtæ hæreſes confutantur à S. Thoma in locis intus aſſignatis.*

Chriſtus carnem non aduentitiã ſuſcepit, ſed antequam deſcendiſſet, ante ſæcula rem, & conſubſtantialẽ in cęlo habuit, Hær. dam. 3. de Sal. 34. 168. 184. 190. 105.

Chriſtus non aſſumpſit carnem ex Virgine, ſed in ipſo incarnationis opere aliquid Verbi in carnem fuit conuerſum, Hær. dam. 1. 368. & 3. de Sal. 7. 184. 195.

Chriſtus per Virginem, tanquam per rimam quandam, ſine vlla carne de ea aſſumpta, tranſiuit, hær. damn. 1. 455. & 3. de Sal. 34. 168. 184 190. 195.

Chriſtus à Patre miſſus corpus cęleſte ſecum traxit, hær. dam. 1. 455.

Chriſtus eſt quidem verus homo, ſed nõ eiuſdem naturæ nobiſcum, hær. dam. 1. 455. 3. de Sal 7. 168.

Chriſtum neque natum ex fęmina, neque habuiſſe carnem, neque vere mortuum, neque paſſum; ſed ſimulaſſe paſſionem, hær. dam. 3. de Sal. 33. 94 95. 96. 195. 251.

Chriſtus non fuit verus homo, ſed homo phantaſticus, ideſt phantaſma quoddam, hær. dam. 3. de Sal. 1. 33. 94. 95. 96.

Chriſtus carnem ſuam non de Matre aſſumpſit, ſed ex elementis, hær. damn. 3. de Sãlu. 171. 184. 190. 195.

Chriſtus nõ habuit naturam humanam, ſed tantum diuinam, hær. damn. 3. de Salu. 7. 189.

Chriſtus non fuit verus homo, hær. dam. 3. de Sal. 33.

Chriſtus Dei Patris Filius humanũ corpus paſsibile, & animam intellectiuam, ſiuè rationales ipſum corpus verè, & per ſe, & eſſentialitèr informantem, non aſſumpſit, hær. dam. 3. de Sal. 46. 86.

In Chriſto humana natura vere eſt Chriſtus, eſt perſona Chriſti, eſt perſona Verbi, eſt veraciter Deus naturalis, & proprius, hær. dam. 3. de Sal. 8.

Chriſtus non Maieſtate Diuina, ſed magicis artibus, fecit miracula, hær. damn. 3. de Sal. 235. 241.

Chriſtum paſſionem in diuinitate ſua ſuſtinuiſſe, ac ſuſcepiſſe, ita vt diuinitas cum humanitate fuerit mortua, ac reſuſcitata, hær. dam. 3. de Sal. 104. 257.

Chriſti diuina natura fuit crucifixa, hær. dam 3 de Sal. ibid.

Chriſti diuina natura paſſa fuit, hær. dam. 3. de Sal. 104.

Chriſtus eſt Dei virtus: creatura tamen, & merus homo, hær. impijſsima, & immanisſi-

nisſi-

Digitized by Google

*Omnes iſtæ hæreſes confutantur à S.Thoma in locis intus aſſignat.s.*

niſſim..., quę dam.3.de Sal.107.42.17.108. 139.197.

Chriſtus eſt ſolum excelſa quædam creatura omnes alias excellẽs creaturas, hær.impiiſſima & immaniſſima, quę dam. 3.de Sal.107.42.17.108.139.197.

Chriſtus & Deus,& imago Dei, non fuit ante ſęcula:ſed eo tempore Chriſtus eſt factus Filius Dei,quo ex Virgine carnem aſſumpſit, hær.dam.3.de Sal.108. & partim, 17.42.107.139.189.

Chriſtus quoad diuinitatem ante Mariam non fuit: nec propriam diuinitatis habuit ſubſtantiam,ſed ea, quę patris eſt, Deitas in eo tantum habitauit, hær.dam. 3.de Sal 108. & partim 17. 42. 107. 139. 189. 297.

Chriſtum vmbraliter tantum in mundo apparuiſſe, atque omnem ęconomiã myſterij Saluatoris, ita compleſſe, hær. dam.3.de Sal.1.

Chriſtum non propria virtute reſurrexiſſe,hær damn.3.quod Salu.297.312.

Chriſtum reſuſcitatum ad Apoſtolos ianuis clauſis ingredientem, per rimã fuiſſe introductum, aut per feneſtrã, aut corpus eius tunc, ſi neutro iſtorum, vel ſimilium modorum intraſſet,potuiſſe pati aliquam preſſuram, Error dam.addit. 360.

Chriſtum fuiſſe crucifixum etiam pro dæmonibus,& futuris ſæculis ſæpius eſſe crucifigendum, hær.dam. 3. de Sal. 246. 299.

De Chriſto nihil expreſſe fuit dictum in veteri teſtamẽto,hær.dam.3.de Sal.262

Chriſtum nec veniſſe, nec quidquam mali pertuliſſe,hær.dam.3.de Sal.251.

In Chriſto fuiſſe vnionem non perſonalem in duabus naturis vere ſubſiſtentẽ, ſed habitualem, ideſt perſonam habitũ, proprietatem, conditionemque quandam diuinam: qua, cum ſolus eſſet homo diuina tamen aſſiſtente per quandam participationem virtute, miracula operaretur,hær.dam.3.de Salu.8.42.113. 295.

In Chriſto duas naturas, ſcilicet diuinitatem,& humanitatem, vnum efficere Chriſtum. Vel duæ naturæ, ſcilicet diuinitas,& humanitas, ſunt vnus Chriſtus. Error dam.3.de Sal.8.

Chriſtum, ſecundum corpus etiam in inferno eſſe præſentem, hær.dam.1.42.

In Chriſto duas fuiſſe voluntates, & virtutes operatrices ante vnionem carnalem (diuinam ſcilicet,& humanam:) quæ poſt vnionem ita confuſæ ſunt,vt diuina ſit paſſa,quæ ſunt humanæ,& e contra,hær.dam.3.de Sal.114.120.126.

*Omnes iſtæ hæreſes confutantur à S.Thoma in locis intus aſſignatis.*

Chriſtum non verum illum promiſſũ veniſſe,ſed alium cum Iudæis expectandum,hær.dam.3.de Sal.262.

Chriſtum non vnum,ſed plures fuiſſe, hær.dam.3.de Sal.28.112.

Chriſtum, eo quòd in cruce deſperarit,fuiſſe damnatum, hær. impiiſſima, & immaniſſima,quæ dam.3.de Sal.119 277.

Chriſtum neque reſurrexiſſe, neque in cœlum aſcendiſſe, hær,impiiſſima, & immaniſſima,quæ dam.3 de Sal.294.310.

Chriſtum neque vere comediſſe,neque paſſum,neque mortuum fuiſſe,hær.dam. 3.de Sal.94.95.96.

Chriſtum per quadraginta dies, qui à reſurrectione vſque ad Aſcenſionem fluxerunt,manſit in archa fœderis,Err.dam. 3.de Sal.304.

Chriſtus ad inferos non deſcendit, hær.dam.3.de Sal.286.

Chriſtus reſurrexit à mortuis die Sabbati poſt paraſceuẽ hora ſextã, Err.dam. 3.de Sal 285.295.

Chriſtum non ſurrexiſſe,ſed aliquando ſurrecturum,hær.impiiſſima,& immaniſſima,quæ damn 3.de Sal.294.295.

Chriſtus ſuſtinuit vulnus lanceæ, cum adhuc eſſet viuus,hær.dam.3,de Sal.279.

Chriſtum non eſſe omnium hominum Saluatorem, hæreſis impiiſſima, atque immaniſſima,quæ damnatur 3. de Sal. 2. 247.278.& addit.332.

In Chriſti Maieſtate,vel eius corporali præſentia,nõ ſperandam eſſe ſalutem, hær.dam.3.de Sal.2.& addit.332.

Chriſtum non, vt hominem liberaret, fuiſſe incarnatum,hær.impiiſſima, & immaniſſima,quæ damnatur 3. de Sal. 2. & addit.332.

Chriſtum,poſtquam in fine mundi apparens interemerit Antichriſtum, eſſe moriturum,hær.dam.3.de Sal.299.

Chriſtus non vere, ſed putatiue fuit paſſus,hær.dam.3.de Sal.94.95.96.

Chriſtum nec naſci, nec mori potuiſſe,hær.dam.3.de Sal.246.

Chriſtum non eſſe pro omnibus, aut omnium peccatis crucifixum,& mortuũ, hær.impiiſſima,& immaniſſima,quæ dãnatur 3.de Sal.261.

In Chriſto duas fuiſſe perſonas, vnam paſſam, alteram ſeorſum ſtetiſſe, & paſſionis ſpectatricem fuiſſe,hær. dam. 3.de Sal.111.144.

Chri-

Digitized by Google

*Omnes iſtæ hæreſes confutantur à S. Thoma in locis intus aſſignatis.*

Christus nõ fuit vnus in Deitate, & humanitate, ſed ſeparatim alter Filius Dei, alter filius hominis, hær. dam 3. de Sal 8. 111. 113 144.

Christum duas habuiſſe perſonas, alteram naturæ diuinitatis, & alteram humanitatis, hær. dam. 3. de Sal. 8. 111 144.

In Christo duas eſſe hypoſtaſes, hær. dam. 3. de Sal. 9. 111. 144.

In Christo non fuit ſpiritus timoris Domini, hær. dam. 2. 2 104. & 3. de Sal. 48

In Christo fuit tantum vna voluntas, & operatio, ſcilicet diuina, hær. dam. 3. de Sal. 114. 120 126.

Christus aſſumpſit animam, quæ mentem non habebat, ſed Verbum diuinum fuit pro mente in homine aſſumpto, hær. dam 3. de Sal. 36.

Christi anima videt Deum tam clarè, & intenſe, quantum clarè, & intenſè, videt Deus ſeipſum, hær. dam. 3. de Sal. 68. 318. & addit. 368.

Humana natura aſſumpta à Verbo in vnione perſonali eſt veraciter Deus naturalis, & proprius, hær. dam. 1. 368. & 3. de Sal. 8. 104. 109. 145. & addit. 389.

In Christo humana natura verè eſt Christus, & eadem eſt perſona Verbi, & perſona Christi, hær. dam. 1. 368. & 3. de Sal. 8 82. 104. 109. 145.

Christus quotidie peccat, & ex quo fuit Christus, quotidie peccauit, intelligendo non pro ipſo capite in ſeipſo, ſed pro membris myſticis, quæ ſunt vnum cum Christo, Err. ſeu hęr. dãn. 3. de Sal. 90

Christi corpus eſſe Deũ, omnino propriè dici debere, hær. dam. 1. 95. 368. & 3. de Sal. 109 145.

Christi corpus cum aſcendit in cęlum, planè Deum eſſe factam, hær. dam. 1. 95. 368. & 3. de Sal. 109 345. 314.

Christianos eſſe garrulatores, & ſine ratione ſe ipſos mouentes ad credenda ex Fide Catholica ſibi ſuppoſita, hæreſ. dam. 2 2. 19.

Ciborum abſtinentiam præcipere nõ poteſt Eccleſia, hær. dam. 2. 2. 713.

Ciboſquoſlibet quolibet die comedere ſine vllo diſcrimine, licere omnibus, quãtumlibet per Eccleſiaſticas ordinationes prohibito, hær. dam. 2 2 613.

Ciborum vſum deteſtandum eſſe, Err. damn. 2. 2. 713.

Circumciſionem, & legem veterẽ, reducendas in obſeruantiam, hær. damn. 1. 2. 556.

Circumciſionem cum Euangelio obſeruandam, hær. dam. 1. 2. 556.

*Omnes iſtæ hæreſes confutantur à S. Thoma in locis intus aſſignatis.*

Circumcidi debere paruolos adhuc in noua lege, hær. dam. 2. 555.

Clauium poteſtatem habent omnes homines boni, hær. dam. addit. 75.

Clericos omnes, & eis obedientes, à tempore, B. Syluestri Papę, eſſe damnatos, hæ. addit. 163.

Clericos, & religioſos, Eccleſiæ eſſe Scribas, & Phariſeos; Apoſtolorum perſecutores, Err. dam. addit. 110.

Clerum ditare, eſt contra regulã Christi, Err. damn. addit. 165.

Cognitiones paruas ſola diſplicentia, & contritione, ſine ordine ad claues, abſque confeſsione in re, vel in voto, deleri, hær. dam. 3. de Sacr. 71. & addit 1.

Adulteria, ſtupra &c. Deus, vt bonus, non punit, hær. dam. addit. 274.

Quoſcunque actus carnales, ſtuprum adulterium, &c. commiſſos ex charitate, non eſſe paccatum, hær. damn. addit. 51. 274. 284.

Quilibet vir, & mulier, nudi ſimul abſque peccato poſſunt facere licitè in eodem lecto: tangere ſe mutuo in omni ſui parte, oſculari ſe inuicem, & coniungere ventrem cum ventre, ſi ſit carnis ſtimulus, vt ceſſet tentatio, hæreſ. damnat. addit. 267.

Luxuriæ nullum eſſe peccatum, hær. dam. 2. 2. 739.

Concubina permixta, ſeu promiſcua, vrente carnis libidine, eſſe permittenda, Err. dam. addit. 218. 267. 284.

Communes debere eſſe vxores, hæreſ. dãn. 218.

In communi debere viros, ac fęminas, iuuenes, ac virgines in vno loco, & conclaui viuere, & in eodem cubiculo dormire: vbi extinctis luminaribus ad omnes promiſcuè dicendum, creſcite, & multiplicamini, hęreſ. dãn. 1. 578. & 2. 2. 753. & 3. de Sal. 91. 245. & addit. 173.

Coire cum fęminis licet cuique inſtar canum, publicitus; omni pudore ſublato, hęr. addit. 267. 269.

Coire tenetur mulier cum quolibet eam petente: & è contra: hæreſ. dãn. 2. 2. 753. & addit. 255.

Coitũ, qui eſt ſimplex fornicatio, qui credit non eſſe peccatum; non eſt hæreticus; Error. dãn. addit. 273.

Coitum ſoluti cum ſoluta, quod ſimplex fornicatio dicitur, non eſſe peccatum, hær. dam. 2. 2. 743. & addit. 273.

Coi-

Digitized by Google

Omnes iſtæ hæreſes confutantur à S.Thoma in locis intus aſſignatis.

Coitum quemcumque carnalem, vrente carnis libidine, non eſſe peccatum, ſed oſcuculum: quia ad hoc nõ inclinat natura, ſed ad coitum eſt inclinatio naturalis, Hæreſ.damn 1.405.& 1.2.405.& 2.2.682.& addic.67.273.

Libidini ſatisfacere in quolibet actu turpi melius eſt, quam intus in corde tentari. Hæreſ.damn.2.2 753. & addit. 171.267

Coitum quemcumque commixtum, vrente carnis libidine, tam inter viros, quam fœminas, eſſe licitum, quia melius eſt nubere, quam vri. Hær.dam.1.405.& 2.2.753.& addit 267.

Coitum promiſcuum miſcendo cum qualibet muliere licere congregatis in Eccleſia, extinctis luminibus poſt ſolis occaſum, hær dam.2.2.753.& 3.de ſacr. 245.& addit.269.

Coitum promiſcuum fœminarum licere, vt quilibet qualibet ſine peccato vti poſſit, Hær.dam addit.204.

Via nobis facta eſt eneruandi authoritatem conciliorum, & libere contradicendi eorum geſtis, & iudicandi eorum decreta, & confidenter confitendi quicquid verum videtur, ſiuè probatum fuerit, ſiuè reprobatum à quocunq; concilio, Hær.dam.addit.413.

Conciliorum generalium determinationes, canones, & decreta, nihil valere, Hær.dam.2.2.9.

Concilia Niceni ſymbolum, & decreta deſtruenda, Hær.dam 2.2.

Confeſſionem admiſſorum ſecretam, apparet tempore hieronymi, nondum fuiſſe inſtitutam. Error damn.addit.25. 37.38.

Confeſſionem olim fuiſſe publicam, & de notis commiſſis publicam olim fuiſſe ſatisfactionem. Error damn.addition.25.

Confeſſio clancularia, quæ nunc recepta eſt, & in aurem fit, videtur ex conſultationibus priuatis eſſe nata, quæ ſolent apud Epiſcopos fieri, ſi quis ſcrupulus vrgeret animum. Error dam.add. 37.38.

Confeſſionem nullam fuiſſe antiquitus ſecretam male actæ vitæ, ſed apertam (vt opinor) quam nec legimus exactam à quaquam. Err.dam.add.38.

Non confitendum eſſe ſacramentaliter tempore quadrageſimæ, vel Paſchatis, quo præcepit Papa. Error damnatus addit.21.

Papa non poteſt dare poteſtatem generalem, nec Deus ipſe, audiendi confeſſiones, ſed confeſſus habenti talem facultatem tenetur iterum confitenti curato, vt proprio Sacerdoti. Err. dam. addit.32.

Stante ſtatuto. Omnis vtriſque, Papa non poteſt facere: quin Parochiani non teneantur quoto quoque anno omnia peccata ſua confiteri proprio Sacerdoti, idest curato, immo nec Deus ipſe, quia hoc implicat contradictionem. Err. dam.addit.32.

Confitendũ non eſt fratribus mendicantibus, & qui ipſis, vel alijs habentibus priuilegium generale audiendi confeſſiones, ſed confeſſus, tenetur iterum confiteri curato, tamquam proprio Sacerdoti Err.dam.addit.32

Confeſſionem audire, & pœnitentem abſoluere, poſſe omnes homines, cuiuſcumque fuerint conditionis, Hær.dam. addit.28.29.31.

Confeſſionem non poſſe dici ſacramentum, Hær.dam addit.20.

In confeſſione non conferri gratiam, qua homo iuſtificatur, Hær.dam.addit. 18.39.

Confiteri peccata, & enumerare, eſt Papiſtica carnificina, & impietas, Hær. dam.add.20.36.

Confiteri dum volumus purè omnia peccata, nihil aliud facimus, quam quod miſericordiæ Dei nihil volumus relinquere ignoſcendum, Hær.dam.3.de ſacram.286.& add.36.

Confitenda non eſſe omnia peccata mortalia: nec neceſſarium eſſe omnium peccatorum examen, Hæreſ.damnat. addit.36.

Confiteri hominem nec poſſe, nec debere, poſt commiſſum peccatum, Hær. dam.3.de Sacr.198.& addit.19.29.

Confeſſionem ſacramentalẽ omnino eſſe tollendam, Hær.dam.addit.19.29.

Confeſſionem hãc clanculariam, quæ fit in aurem Sacerdotis, non eſſe neceſſariam, ſed ſufficit, ſi ſoli Deo confiteatur. Hær.dam addit 19.29.

Confiteri ſacerdoti peccata ſua non eſſe neceſſarium; ſed ſoli Deo confiteri ſufficit, Hær.dam.addit.19.29.

Confeſſio inutilis eſt, & ſuperflua, ſi contritio adſit, Hær.dam.3.de ſacr.71. & addit.29.

Abſq; confeſſione peccata mortalia, quo ad culpam, & pœnam alterius ſæculi

Digitized by Google

*Omnes iſtæ hæreſes confutantur à S. Thoma in locis intus aſſignatis.*

culi ſola cordis contritione, cogitationes verò prauæ ſola diſplicentia delentur, ſine ordine ad claues, hęr. dam. 3. de ſacr. 71. 189 & addit. 1.

Sacramentum pœnitentiæ, quantum ad collationem gratiæ, eſt naturæ, non autem inſtitutionis noui, aut veteris teſtamenti, Error dam. addit. 39.

Confeſſio peccatorum in ſpecie, ex diuino iure non habetur, Error dam. additiõn. 20.

Confeſſionem auricularem exigi non debere ab omni Chriſtiano, Error dam. addit. 38.

Confeſſionem peccatorum factã ſacerdotibus Eccleſiæ Romanæ nihil valere ad ſalutem, Err. dam. add. 20. 29 41.

Si homo fuerit debitè contritus, omnis confeſſio exterior eſt ſibi ſuperflua, & inutilis, Error damn 3. de ſacr. 71. & addit. 29.

In primitiua Eccleſia ſolũ manifeſta mortalia confitebantur. Error, damnat. addit 21.

Nullo modo prȩſumas confiteri peccata venialia, ſed nec omnia mortalia, quia impoſſibile eſt, vt omnia mortalia cognoſcas, Error dam. 3. de ſacr. 186 & addit 21.

Cõfirmationis Sacramento tolli peccatum originale, Error damnatus 3. de ſacram. 97.

Confirmationis Sacramento infanti nolenti aſſentiri non valere ſacramentũ baptiſmi. Error dam. 3. de ſacr. 96.

Confirmationis ſacramentum fuiſſe ab Eccleſia in concilio Maldenſi inſtitutum, Error dam. 3. de ſacr. 89.

Confirmationem iuuenum reſeruari Papæ, & Epiſcopis propter cupiditatem lucri temporalis, Error dam. 3. de Sacram. 99.

Confirmationẽ poſſe à quolibet ſacerdote conferri, Err. dam. 3. de ſacr. 99.

Chriſma ſacrum eſſe conſpuendum, & conculcandum, Hær. dam. 3. de ſacr. 90. & addit. 128.

Confirmationem, neq; ſacramentum eſſe, neque gratiam conferre, ſed eſſe meram ceremoniam, & ritum quẽdam, Hær. dam. 3. de ſacr. 89. 95.

Confirmationem non eſſe ſacramentum, Hær. dam. 3. de ſacr. 89.

Coniugia eſſe reſpuenda, Error dam. addit. 175.

Coniugium eſſe legem, & conſtitutionem diaboli, hær. dam. addit. 174.

Coniugia inter fratres eſſe ſpiritualia, aiunt liberi, vnde, & vxores habent communes, & patiuntur eas ſuis maritis non ſuæ ſectæ reddere debitum, Error dam. addit. 199.

Coniugia eſſe contemnẽda, ſub prætextu ſuperſtitioſæ continentiæ, Error dam. addit. 266.

Conſcientiam Dei timore imbutam haberi pro inferno, pro Paradiſo autem conſcientiam diuini iudicij contemptricè, ſecuram, ſtupidam, conſopitam, Hær. 1. 13. 79. & 2. 2. 94 97.

Conſecrationem locorum reſeruari Papæ, & Epiſcopis, ob cupiditatem lucri temporalis, & honoris, Error damn. addit. 116.

Conſecrare corpus Chriſti poſſe omnẽ hominem iuſtum ſuæ factionis aiunt Vualdenſes, etiam ſi laicus fuerit, ſed ſi mortale committat, hanc poteſtatem amittit, etiam ſi ſit ſacerdos, Hær. ipſorum dam. 3. de ſacram. 169. & addit. 28.

Omnia commendata à Chriſto in Euangelio eſſe præcepta, Error dam. 1. 2. 576. & 2. 2. 870.

Inter conſilium, & præceptum nullũ eſſe diſcriẽm; Err. dã. 1. 2. 576. & 2. 2. 870.

Conſilium nullum eſſe in Euangelio, Err. dam. 1. 2. 576. & 2. 2. 870.

Ipſe Conſtantinus, cæterique domini tẽporales ſeducti ſunt à diabolo, vt Eccleſiam bonis temporalibus dotarent, Err. dam. 2. 2. 340. 650. & addit. 165.

Conſtantinus Imperator errauit ditãdo Eccleſiam, Err. dam. addit. 165.

Continentia non eſt virtus, neque caſtitas, Err. dam. 2. 2. 754. 728. & de Sal. 161.

Continentiam tum caſtitatis, tũ ieiunij eſſe damnabilem, Err. dam. 2. 2. 755. & 3. de Sal. 161. & addit. 266. 267.

Continentiæ clericorum legem inſtituendi nulla eſt rationabilis cauſa, Err. dam. 2. 2. 887. & de Sal. 161. & addit. 152. 214. 267.

Cõtinere nemo poteſt, & nec minus quidem, quam ſaliuam nõ expuere, Err. dam. 3. de Sal. 161. & addit. 352.

Veriſſimum eſt prouerbium, & omniũ doctrina de contritionibus hucuſq; data præſtantius, de cętero non facere, ſumma pęnitentia, optima pęnitentia, noua vita, Err. dam 1. 2. 460. 466. 601. & 3. de Sacr. 197. & addit. 1.

Si per impoſſibile confeſſus nõ eſſet cõtritus, aut ſacerdos nõ ſeriò, ſed loco abſolueret, veriſſimè eſt abſolutus, ſi tamen

men

Digitized by Google

*Omnes iſtæ hæreſes confutantur à S. Thoma in locis intus aſſignatis.*

men credat ſe abſolutum, Error dam. 3. de ſacr. 32. & addit. 16. 67.

Nullus debet ſacerdoti reſpondere, ſe eſſe contritum, nec ſacerdos requirere. Err. dam. addit. 16. 67.

Propter tuam contritionem nullo modo confidas abſolui, ſed propter verbum Chriſti, quodcunque ſolueris, &c. Hic, inquam, confide ſi ſacerdotis obtinueris abſolutionem, & crede fortiter te abſolutum, & abſolutus vere eris, quicquid ſit de contritione. Error damn. addit. 16. 67.

Contritio ſola ſine propoſito confitendi, deleri peccata, hær. damn. 3. de ſacr. 71. & addit. 1.

Contritio, quæ paratur ad diſcuſſionem, collectionem, & deteſtationem peccatorum, quia quis cogitat annos ſuos in amaritudine animæ ſuæ, ponderando peccatorum grauitatem, multitudinem, fœditatem, amiſſionem æternæ beatitudinis, & acquiſitioné æternæ damnationis, facit hominem hypocritam, imo magis peccatorem, hær. dam. 3. de ſacr. 199. & addit. 1. 2.

Corporum humanorū plaſmationem diaboli eſſe figmentum, & ſemina conceptionum opere dæmonum in mulieris vtero figurari, propterea carnis reſurrectionem non eſſe credendam, eo quod concreatio corporis non ſit congruens animę dignitati. hær. dam. 1. 333 & 2. 2. 40. & addit. 331. 354. 371.

Corporis humani, ſiuè carnis, ſalutem non fieri, ſed animi ſolum, Error damn. 1. 2. 140.

Corporis hominis, non animæ, imaginem Dei eſſe impreſſam, ad quam factus eſt homo, hær. dam. 1. 14. 468.

Corpus hominis ſecundū duodecim ſigna cœli eſſe compoſitum, hiſque alligatum: Error dam. 1. 352. 372. 575. & 1. 2. 2. & 2. 2. 509.

Corporis humani inferiores partes non à Deo, ſed à Diabolo eſſe factas hereſis dam. 1. 234. 333. 462. & addit. 173.

Corpus ſuapte natura eſſe malum, & ideò à principio factū, hær. dam. 1. 234. 333. 462. & 2. 2. 140.

Corrigere Prelatos, ac Dominos ſuos poſſunt ſubditi, ac populares homines ad libitum ſuum, cum viderint eos delinquentes, Error damn. 22. 198. ex addit. 80.

Creaturā non eſſe à Deo creatā, ſed à ſuperna quadā virtute, hær. dam. 1. 234.

Creaturas eſſe coæternas Deo, hær. dam. 1. 47. 308.

Crearuras ex ſe, & generatione ſua malas eſſe, quia malo Deo creatæ ſunt, hær. dam. 1. 234.

Creatum eſſe mundum ab Archangelis, hær. dam. 1. 234. 335.

Creaturas eſſe factas à malo Deo, hær. dam. 1. 234.

Creatum, ſiue factū fuiſſe mundum à ſeptem Angelis ſolum, præter conſciétiam patris, hær. dam. 1. 234. 336.

Creaturas ab alio, quam à Deo eſſe factas, nam mundum factum eſſe ab Angelis, hær. dam. 1. 234.

In omni noua factione præſupponi materiam, Error dam. 1. 139.

Creationem vniuerſæ carnis non opificium eſſe Dei, ſed malorum Angelorum, hær. dam. 1. 134. 333. 456.

Potentiam in productione rei non poſſe eſſe ſolum in augente, hær. dā. 238.

Nihil poſſe habere eſſe poſt omnino non eſſe, hær. dam. 1. 338. 308.

Creationem id eſt productionem ex nihilo, non dari, hær. dam. 1. 238.

Creator, ſiue conditor, malo ſuperior materiam accepit, ex qua condidit animam, ex puriſſima parte cœlum, ex craſſiori paradiſum, ex eius gleba Adā, cui ex propria ſubſtantia animam indidit; vndè perpetua inter corpus, & animam pugna extat, hær. dam. 1. 336.

Creatorem eſſe Angelū, neſcio quē, ſuperioris Dei, hær. dam. 1. 339.

Laici non tenentur dare decimas alicui ſacerdoti, vel Prælato Eccleſiæ humanæ, quia non ſunt in tanta perfectione, & paupertate, in quāta fuerunt Apoſtoli Chriſti, Error dam. 22. 468.

Decimas poſſunt parochiani ob peccata ſuorum Prælatorum ab eis ad libitum auferre, Error dam. addit. 80.

Decimas eſſe puras eleemoſynas, Error dam. 2. 2. 466.

Decretis, canonibus, atque conſtitutionibus Papalibus nulla ſubeſt ſcientia, ſed mera tantum humana ſunt opera, Err. dam. addit. 93.

Decretales epiſtolas eſſe apocriphas nullius momēti, & ſeducere à fide Chriſti: clericos epiſtolis ipſis incumbentes eſſe ſtultos, Error dam. addit. 93.

Defunctis non prodeſt Miſſæ ſacrificium, hær. dam. addit. 308.

Defunctis orationes non proſunt, hæreſis dam. addit. 308.

*Omnes iſtæ hæreſes confutantur à S. Thoma in locis intus aſſignatis.*



Digitized by Google

*Omnes illæ hæreſes confutantur à S. Thoma in locis intus aſſignatis.*

Deos eſſe duos: bonum à quo omnia bona, & malum, à quo omnia mala, hæreſ dam. 1. 53. 131. 204. 234.

Deo volente, & iubente diabolus mẽtitur in cordibus hominum, hær. dam. 1. 123. 259. 515. & 1. 2. 428. & addit. 198.

Nullum furtum, nulla ſcortatio, nullũ adulterium, fit ab homine, quod Deus nõ efficiat in homine, hær. dam. 1. 123. 259. 515. & 1. 2. 428. & addit. 198.

Deus à nobis nihil aliud requirit, quã vt ipſum ſolum cognoſcamus. Error dã. 2, 1. 242.

Dei opera omnino ſunt ſimpliciter omnia peccata, quę fiunt ab hominibus, hær. dam. 1. 123. 259. 515. & 1. 2. 328. & addit. 198.

Deus non modo permittit fieri peccata, quæ homines faciunt, ſed etiam fiũt Deo volente, & impellente, hær. dam. 1. 123. 259. 515. & 1. 2. 428. & addit. 198.

Deus creauit genus humanum ad perpetuam damnationem, & interitum, potiſſime, hær. dam. 1. 120. 139. 147. 470.

Dei naturam ſe compræhendere dicebant Anomi, Error ipſorum dam. 1. 61. 285.

Deum nõ eſſe, nec Chriſtum, nec diabolum, nec Cælum, nec infernum, hæreſ. dam. 1. 11.

Deum nullum eſſe, nullam diuinam prouidentiam hær. dam. 1. 11. 135.

Deum non eſſe omnipotentem, hær. dam. 1, 153. 155. 239.

Deus non poteſt habere filium, quia vxorem non habet: nam ſi Deus haberet filium, omnis res eſſet in periculo, tanquam futura inde ſeditio, hær. dam. 1. 178 185. 217.

Deus non eſt malorum (ſcilicet pęnæ) factor, hær. dam. 1. 123. 259.

Deus quod non extat præſciens, quod extat ſciens, quod extitit memoria tenent, non eodem modo ſemper ſe habet, vt qui cognitionem transferat, ad præſentia, præterita, & futura, hær. dam. 1 43. 45. 86. 109.

Deus non præſcit ex ſe aliquid malũ, ſed per aduerſarium ſuum. ſ. dæmonem, hær dam. 1. 89.

Præter Deum eſſe aliquid ęternum, hær. dam. 1 47.

Deum non eſſe authorem omnium bonorum, hær. dam. 1. 34.

Deum nõ eſſe trinum in perſonis, hær. dam. 1. 177.

Deus agit ex neceſſitate naturæ, hær. damn. 1. 87. 96. 124.

Dei potentiam, & actualem creationem eſſe eiuſdem menſuræ: & ita Deum non poſſe facere niſi quæ facta ſunt, nec aliter quam facit, hær. dam. 1. 95. 155.

Deum eſſe primam materiam, hær. dã. 1. 50.

Deum humanam naturam ex Maria non ſuſcepiſſe, hær. dam. 3. de Sal. 34. 168 171. 184. 189. 195.

Deum non videri in ſe, ſed in creaturis, ſicut lumen in aere, hær. dam. 1. 55.

Deum nõ videri per eſſentiam a beatis, ſed per claritatem quandum illius eſſentiæ, in qua conſiſtit beatitudo, hæreſ. dam. 1. 55.

Deum ordinaria potentia per adminiſtrum poſſe, vel mentiri vel fallere, hær. dam. 1. 103.

Deum pot̃etia ordinaria mentiri poſſe, hær. dam. 1. 103.

Deum eſſe mendacem, hær. dam 1. 103.

Deum non tantum permittere malũ (ſ. peccatum:) ſed etiam id operari efficaciter, hær. damn. 1. 123. 259. 515. & 1. 2. 428. & adpit. 198.

Deum eſſe non tantum malorum, ſed etiam peccati authorem, hær. dam. 1. 123. 259. 515. & 1. 2. 428. & addit 198.

Deum neque ignem neque tenebras creaſſe. hær dam. 1. 123. 259.

Deus, vt homines, habet membra, hęr. dam. 1. 14. 57. & addit. 392.

Deum eſſe corporeum. Error damn. 1. 14. & addit. 390.

In Deo eſſe quidpiam compoſitum Err. dam. 1. 20. 83. & addit. 390.

Deum malum ideſt diabolum, creare corpora. hær. dam. 1 204. 234.

Deum veteris teſtamenti malum eſſe, hær. 1. 204 & 1. 2. 520.

Deum malum viuificare, & interimere corpora. Error dam. 1. 204.

Deum bonum viuificare, & non occidere. Error dam. 1. 204.

Deum, quia Prophetis pronunciatus eſt, non eſſe Patrem Domini Noſtri Ieſu Chriſti: Pater enim Chriſti ignoratur, hic verò pronunciatur; nõ ignoratur. hęr. dam. 1. 204. & 1. 2. 520.

Deum alterum iuſtum non autem bonum, alterum verò eſſe bonum. hær. dam. 1. 104.

Deum malum vetus condidiſſe teſtamentum. hær. dam. 1. 203. & 1. 2. 520.

Deus, & malũ hunc in ſua malignitate feciſſe mundum. hęr. dam. 1. 131. 204. 234.

*Omnes illæ hæreſes confutantur à S. Thoma in locis intus aſſignatis.*

Deum

Digitized by Google

*Omnes iſtæ hæreſes confutantur a S.Thoma in locis intus aſſignatis.*

Deum bonum vnum pricipium eſſe ; a quo factus eſt malus.

Deus legis,& Iſraelis igneus eſt, creator vero eſt Angelus quidam glorioſus ſuperioris Dei, hær.dam.1.198.239.

Deus non permittit mala fieri, vt eliciat bona, ſed mala in mundo proueniunt ex neceſſitate materiæ, vel naturæ Err.dam. 1.13.95.136.253.

Deus nõ cognoſcit ſingularia in propria forma, hęr.dam.1.85.90.435.

In Deo bonitas, ſanctitas,& aliæ perfectiones non dicunt aliquid poſitiue, ſed tantum per remotionẽ. Error dam. 1.22.69.

Deus non præcedit creaturam durationis prioritate, hær.dam.1.246.

Ab vno Deo non procedit niſi vnum numero, Error dam.1.249.

A Deo inuariabili nullum variabile poteſt procedere. Error dam.1.249.

Deus nihil agit. Error dam.1.346.

Sicut alterius naturæ non eſt Abraham,& alterius Iſac, ſed vnius atque eiuſdem ſic omnia eſſe vnum, & omnia eſſe Deum, hęr.dam.3.114.

Deum eſſe eſſentiam omnium creaturarum,& eſſe omnium. Err.eam.1.21.

Deus ideo dicitur finis omnium, quia omnia reuerſura ſunt in ipſum, vt in Deo immutabiliter quieſcant, & vt vnũ indiuiduum atque incommutabile, in eo permanebunt. Error damnata 1. 237.501.

Deos multos ſibi faciunt Euangelici, hęr.dam.1.53.202.

Deum non vnum, ſed tres eſſe Deos, hær.dam.1.55.202.

Ridiculoſam battalogiam eſſe verſiculum ſimboli hunc, ſcilicet Deum de Deo, lumen de lumine, Deum verum de Deo vero. Error hæreticalis damn.1. 205.& addit.419.

Deum eſſe crudelẽ, hær.dam.1. 127. 128.133.198.& addit.431.

Dei opus ita eſſe adulterium Dauidis, ſæuitiam Manlij, proditionem Iudæ, ęquè ac conuerſionem Pauli, hær. dam. 1.123.259.515.& 1.2.428. & addit. 198.

Deus non eſt omnipotens, hær. dam. 153.155.239.

Deus nõ eſt vnus, hær.dam.1.53.202.

Deus eſt cauſa cuiuſlibet modi, actus, & cuiuſlibet circumſtantiæ producte) ideſt etiam culpabilis.) Err.dam.1.123. 259.515.& 1.2.428.

Deus eſt mutabilis, hęr. 1.43.106.

Deus non creat, nec infundit animas, hęr.dam.1.452.453.

Deus multas habet eſſentias, & diuina eſſentia non eſt ocioſa, ſed eſſentia eſſentiat, natura naturificat, bonitas bonificat. hær.dam. 1.202.206.

Dei lex,& Dei volũtas ſeparãt inter ſe contraria hęr dam.1.110.121.

Deus non ſolum eſt cauſa omnis mali (ſcilicet culpę,) ſed etiam hominibus, vt mala operentur, malas cogitationes in cordibus eorum inſpirat, adeoque, vt non homines peccent, ſed Deus ſit efficiens,& uolens, peccatum, hereſ. damn. 1 123.259.515.& 1.2 428.& addit.198.

Diabolus nũquam habuit, vnde poſſet ſtare, hoc eſt, ab inſtanti ſuæ creationis fuit malus, & nunquam niſi malus, hær.dam 1.324.

Diabolum ex ſua natura eſſe malum, nec poſſe eſſe bonum, ſcilicet ex natura ſua, hær.dam.1.323.

Diabolum, non prius fuiſſe Angelum bonum à Deo factum, Hęreſ. damn. 1. 323.

Diabolum eſſe principium,& ſubſtãtiam malam, Hær.dam.1.323.

Diabolum Dei mandat eſſe mendacem, Hær.dam.1.123.259.320. 515. & 1.2.428. & addit 198.

Diabolum nouies in die inuocãt, atq; colunt Athei. Idolatria ipſorum dam.1. 77 320.& 2.2. 502.503.

Diabolum, ſiuè dęmones aliquando fore ſaluandos, hær. dam.1. 330,& 1.2. 463 & 2.2.92. & addit.64.84.403 430.

Diabolo diuina miſericordia poſt iudicium præſto erit, hær.dam.1.330.& 1. 2.463.& 2.2.92.& addit.64.84.403.430

Diabolum creare omnia corpora, hær.dam.1.333.462.

Diabolum non eſſe, nec malos ſpiritus, nec vllas incantationes, aut maleficia per dęmones concitata, hær. dam.1. 320.548.

Diabolus fecit hunc mundum,& omnia, quę in eo ſunt, hæreſis dam. 1. 320. 333.462.

Doctrinam omnem hactenus à Deo per Moyſen,& Prophetas, per Chriſtũ, & Apoſtolos traditam fuiſſe imperfectam, & ad ſalutem conſequendam inutilem, hær.dam.1.1.

Eccleſiæ poſſunt domini temporales bona temporalia auferre ad arbitrium ſuum, poſſeſſionatis habitualiter delinquentibus, Err.dam.addit.80.

*Omnes iſtæ hæreſes confutantur a S.Thoma in locis intus aſſignatis.*



Digitized by Google

*Omnes iſtæ hæreſes confutantur à S Thoma in locis intus aſsignatis.*

Eccleſiam vniuerſalem non habere authoritatem exponendi verba Chriſti, hær.dam.1.184.

Eccleſia poteſtatem habet diſcernẽdi quidem verba Dei à verbis hominũ, ſed non proindè iudicem eſſe, hær.dam.1.184.

Penes Eccleſiam poteſtatem eſſe ſacræ ſcripturę iudicandę, quaſi ab huius nutu illius celſitudo pendeat, vaniſſimũ commentum eſt, error dam.1.184.

Eccleſiam Romanam eſſe ſupremam inter alias Eccleſias, credere, non eſt de neceſſitate ſalutis, hær.dam.1.184.

Eccleſiæ conſtitutiones, & cæremonias, non eſſe acceptãdas, err.dam.1.184.

Eccleſiam catholicam, & veram non eſſe apud Latinos, hær.dam.1.184.

Eccleſiam errare poſſe, & aliquando erraſſe, nec tantam eſſe Eccleſiæ certitudinem in definiendo, vt errare non poſſit, hær.dam.1.184.& 2.2.33.

Eccleſię prælatos non habere à Chriſto authoritatem condendi canones, ſiue leges, err.dam.1.184.

Eccleſiaſtica obedientia, ſecundum adinuentionem ſacerdotum Eccleſiæ, præter authoritatem expreſſam ſacræ ſcripturę, err.dam.1.184.

Eccleſiaſticos viros habere poſſeſſiones eſt contra ſanctam ſcripturam, err. dam.2.2.240.650.881.

Eccleſiam, ſiue clerum, ditare, eſt cõtra regulam Chriſti, err.damn.2.2.240.650.

Eccleſiam ditando errauerunt Sylueſter Papa, & Cõſtantinus Imperator, error damn.2.2.240.650.

Eccleſiaſtici, & Papa cum omnibus clericis poſſeſſionem habentibus ſunt hęretici, eo quod poſſeſſionem habeant, & omnes conſentientes eis, ſcilicet domini tẽporales, & cæteri laici, hęr.dam. 2.2.230.550.881.

Eccleſię bona eſſe diripiẽda dicit Lutherus, err.ipſius dam 2.2.240.650.881.

Eccleſiã non poſſe excommunicare, err.dam.2.2.409 & addit.82.

Eccleſiam non debere malos perſequi, err.dam.addit.82.

Eccleſiam Romanam non eſſe caput omnium Eccleſiarum, hęr.dam.1.284.

Extra Eccleſiam catholicam Romanam homines ſaluari poſſe, quemlibet in ſecta ſua, heręſ.dam.addit.443.& 1.2. 463.& 2.2.463.& 2.2.51.

Eccleſiæ Romanę obedientes ſunt nati, hęr.dam.addit.74.76.

*Omnes iſtæ hæreſes confutantur à S Thoma in locis intus aſsignatis.*

Eccleſię Romanę authoritas eſt omnino euacuata, & iamdudum ceſſauit propter malitiam prælatorum, hęr.dam. addit.35.74.75.76.

Eccleſia, quam tenet Papa, & Cardinales, & clerici, & religioſi non eſt Eccleſia Dei, hær.dam.addit 74.76.

Eccleſia Romana eſt illa meretrix, quę à fide Chriſti apoſtatauit, de qua ſcribit Ioannes in Apocalypſi, hęr.dam, 3.de Sal.63.213.& addit.74.76.81.

Electis nulla peccata eſſe mortalia, & nulla reprobis venialia, err. dam.1.142.

Eleemoſinã conferens fratribus, ipſo facto eſt excommunicatus, err. dam.2. 2.897.

Eleemoſinę tantę ſunt virtutis, vt qui eas exercuerit, quantũlibet criminosè, & nefariè viuat, tamen æternum ſupplicium non eſt habiturus, error dam.2.2. 743 & addit.60.

Eleemoſinam dũtaxat non facientibus ſuppliciũ ęternum eſſe deſtinatum, err.dam.addit.443.

Eleemoſinã pauperibus elargiri maioris meriti eſt, quam eleemoſinã pro Miſſæ ſacrificio offerri. eror ex malitia quorundam proferentium, quaſi alludẽs hereſis dicenti (Eleemoſynarum largitione magis repræſentatur, & exhibetur Chriſti paſſio, quam alterius ſacrificio) qui eſt dam.addit.61.

Eleementa omnia ſunt animata, Error dam.addit.394.

Enoch apud inferos manere, eo quod ad Chriſtum non acceſſerit, hær.damn. 1.496 497.

Epiſcopum non eſſe ſimplici Sacerdote ſuperiorem dignitate, & authoritate, hær.dam.2.2.873.& addit.94.155.

Epiſcopi nullam eſſe iuriſdictionem, hær.dam.addit.85.101.

Quod Papa ſit ſuper omnes Epiſcpos, non Chriſti, ſed hominum electione, cõſtitutum eſt, hær.dam.addit.102.

Epiſcopalem gradum, ac ſacerdotalẽ Ordinem cœteroſque ſacri Ordinis miniſtros, nihil eſſe, hær.dam.addit.166.

Epiſcopum quemlibet eſſe ſummum, & ſublimiſſimum, iuriſdictionis poteſtate, hær.dam.addit.102.

Epiſcopus non poteſt audire confeſſiones Parochianorum, error dam.addit. 166.

Epiſcopus non poteſt dare generalẽ poteſtatem audiri confeſſionem, error dam.

Digitized by Google

Omnes iſtæ hæreſes confutantur a S.Thoma in locis intus aſsignatis.

damn.addit. 166.

Epiſcopos eſſe Scribas, & Phariſæos, Apoſtolorum perſecutores, error dam. 2.3.872.& addit.166.

Eſſentia in diuinis generat eſſentiam, hær.dam.1.206.

Eſſentia diuina in ſe nec ab Angelo, nec ab homine videtur, nec videbitur, hær dam.1.55.& 1,2.24.33.

Eſſentia diuina, vt hæc eſſentia in ratione formæ,vna eſt in Patre, vna eſt in Filio,licet non vna in Spiritu ſancto;& in huiuſmodi tamen forma eſt idem, quod diuina eſſentia, hær.damn.1.206.

Euam non eſſe formatam ex coſta Adæ re ipſa,vt litera Geneſis habet,quæ non iuxta literam,ſed ſecundum myſterium,nõ quidem per allegoriam ſed per parabolam,intelligenda eſt, error.dam. 1 461.

Euangelium deſiniſſe poſt aduentum ſuæ ſectæ, dixerunt quidam nuncupati flagellantes ſe, hæreſis ipſorum damn.1. 2 568.

Euangelium non eſſe legem iuxt. veram,& propriam,legis rationem, hæreſ. damn.1 2.483.

Euangelicam, & Apoſtolicam doctrinam eſſe contrariam legi, & Prophetis, hær.damn. 1.2 570.571.

Euangelicos homines non obligari ad bona opera diuinæ legis, hæreſ. damn. 1.2.483.

Euangelium Chriſti non eſt Euangelium regni,& ideo non eſt ædificatorum, hær dam.1.2.568.

Poſt Euangelium Chriſti aliud Euangeliũ veniet, & ita pro Sacerdotio Chriſti aliud ſacerdotium ſuccedet, hæreſ. dam.1.2,568.

Euangelio Spiritus ſancti aduenien te,ſiuè clareſcente opere Ioachim (quod dicitur Euangelium æternum, ſiuè Spiritus ſancti) euacuabitur Euangelium Chriſti;hær.dam.1.2.568.

Eucariſtiæ Sacramentum ex pane cõfici non poteſt, eo quod panis ſit creatura diaboli,her. dam.3.de Sacr.107.

Eucariſtiæ Sacramentum confici non poſſe in pane azimo,her. damn.3. de Sacram.110.

Euchariſtiæ Sacramentum eſſe conficiendum ſub hac forma;ſcilicet dicendo ſepties Pater noſter,& benedicendo panem, & vinum, Error damn. 3. de Sacr. 139.

In Euchariſtia panem cõuerti in carnem hominis iuſti, & ſanctificati, error damn.3.de Sacr.115.

Omnes iſtæ hæreſes confutantur a S.Thoma in locis intus aſsignatis.

Hoc eſt corpus meum, ſignificare ſolum præſentiam corporis Chriſti, non autem panis conuerſionem, hær.dam.3. de Sacr 140.143.

Subſtantia panis,& vini annihilantur, & nõ conuertuntur in corpus, & ſanguinem Chriſti,hæreſ. damn. 3. de Sacram. 117.

Euchariſtiæ Sacramentum nullam continere carnem, in in quam conuertatur panis preexiſtẽs, cum nulla ibi fiat conuerſio,her.dam,3,de Sacr.118.

In Euchariſtiæ ſacramento carnem Filij Dei non verè, ſed tantum in ſigno, & figura contineri, her. dam. 3. de ſacr. 115.

In Euchariſtię Sacramento non eſſe Chriſtum identicè, & realitèr, in perſona propria, & corporali præſentia, hereſis dam.3.de Sacr,115.

In Euchariſtię Sacramento non alitèr eſſe corpus Chriſti, quam in alia qualibet re,her.dam.3.de Sacr.115.

In Euchariſtiæ Sacramento non eſſe realem Chriſti præſentiam, hær. dam. 3. de Sacr.ibid.

In Euchariſtia non ipſum corpus, ſed virtutem corporis eſſe, hær. dam.3. de Sacram.ibid.

Hoc eſt corpus meum, ſic intelligendum eſſe,vt Paulus intelligit illud, Petra autem erat Chriſtus, hereſ.damn.3.de Sacram.ibid.

Hoc eſt corpus, ideſt hoc, non quod fuit panis, ſed tota hæc cœnę actio, eſt corpus meum, hęretica expoſitio dam. 3. de Sacr.140.143.

Hoc eſt corpus,&c. Ex prędicato facit ſubiectum quidam hereticus,vt ſit ſemper,Corpus meum eſt hoc,ſcilicet panis, vel cibus, erronea expoſitio dam.3. de Sacram.ibid.

Hoc eſt corpus, &c. Ideſt hoc, quod hic aſſidet menſę,eſt corpus meum. Extorta expoſ. dam.3.de Sacr.ibid.

In Euchariſtia ſubſtantia panis; & vini,materialis remanent,hær.dam.3. de Sacram.116.118,120.122.

In Euchariſtia poſt conſecrationem panem, & vinũ manere, dixit Lutherus, ſed nihilominus veras eſſe has propoſitiones,ſcilicet panis eſt Corpus Chriſti, vinum eſt Sanguis Chriſti, nullam enim tranſubſtantiationis, inquit, mentionem ſecerunt Euangeliſtę, hereſis eius damn. 3.

*Omnes iſtæ hæreſes confutantur à S. Thoma in locis intus aſsignatis.*

3. de Sacram. ibid.

Corpus Chriſti conſecrare poſſe omnem hominem inſtrum. ſuę, ideſt Valdenſium, factionis, etiam ſi laicus fuerit, ſin autem mortale commiſerit, amittit poteſtatem illam, etiam ſi Sacerdos fuerit, hęr. dam. 3. de Sacram. 169.

Nuſquam legitur expreſsè, quibus verbis Chriſtus conſecrauit, hęr. dam. 3. de Sacram. 150.

Pro calicis conſecratione non apponendum eſſe vinum, ſed ſolam aquam, hęr. dam. 3. de Sacr. n. 1.

Aquam cum vino in calice non eſſe miſcendam, error damn 3. de Sacr. 112.

Euchariſtię Sacramenti cibum, nec prodeſſe, nec obeſſe, hęr. dam. 3. de Sacr. 145. 146. 148. &c.

Sacramẽti Euchariſtię cibum ſoli corporis ſaluti prodeſſe, hęr. dam. 3. de Sacr. ibidem.

Euchariſtię ſiuè altaris Sacramentum nihil eſſe, hęr. dam. 3. de Sacr. 37. 10.

In Sacramento Euchariſtię non eſſe verum Chriſti corpus, niſi in vſu, hęreſ. damnat. 3. de Sacrament. 183.

In Euchariſtię Sacramento extra actualem ſumptionem non eſſe Chriſti corpus, hęr. dam. 3. de ſacr. ibid.

Euchariſtię Sacramentum non eſſe ſeruandum in altari, in tabernaculo, aut in quocunque alio loco, error dam. 3. de Sacr. ibidem.

Magnus error eſt eorum, quia accedunt ad hoc Sacramentum huic innixi, quod ſint confeſſi, quod non ſint ſibi cõſcij alicuius peccati mortalis, quod premiſerint orationes ſuas, & preparatoria, hi homnes iudicium ſibi manducant, & bibunt, ſed confidant, & credant, ſe gratiam ibi conſecuturos. Hęc ſola fides facit eos puros, & dignos, hęr. dam. 3. de Sacr. 156. 162. & addit. 16. 149.

In Euchariſtia Corpus, & Sanguis Chriſti ſumitur tantum à bonis, non autem à malis, hær. dam. 3. de Sacr. 155.

Sub vtraque ſpecie panis, & vini neceſſario eſſe communicandum, hęr. dam. 3. de Sacr. 164.

Communicans ſub vna ſpecie tantũ committit ſacrilegium, agit contra preceptum Chriſti precipientis eſſe communicandum ſub vtraque ſpecie, ideo peccat, etiam ſi laicus ſit, hęr. damn. 3. de Sacram. ibid.

Sub vtraque ſpecie non cõtineri equè totum Chriſtum, hęreſ. damn. 3. de Sacr. 124.

Alij contendunt, quod corpus Domini ſit in pane, alij, quod circa panem, alij, quòd cum pane, alij, quòd ſub pane, vt pilulę in ouo reconditę, & farina ſub paſtillo, hęre. damn. 3. de Sacr. 116. 118. 120. 122.

Ad ſanctam Communionem non eſſe admittendos, niſi continentes, & eos, qui ita ſæculo rennuciarunt, vt nihil proprium poſſideant, error damn. 3. de Sacram. 16.

In Cœna Domini, Corpus Chriſti mãducatur tãtum ab his, pro quibus Chriſtus mortuus eſt, ideſt à pijs, hęr. dam. 3. de Sacram. 155.

In Euchariſtia non fieri tranſelementationem, non fiendam adorationem, extra vſum eſſe Sacramentum, hęr. dam. 3. de Sacram. 116. 118. 120. 122.

Accidentia panis, & vini non manent ſine ſubiecto in Sacramento, nec Deus poteſt id facere, hæreſis dam. 3. de Sacr. 131.

In Euchariſtiæ Sacramento, nulla nobis ad edendum, aut bibendum datur ſubſtantia Corporis, aut Sanguinis Chriſti, hęr. dam. 3 de Sacr. 553.

Hoc totum, ſcilicet manducari corpus Chriſti, & dari eius ſubſtantiam, eſt imaginarium, & repugnat Dei Verbo, hęr. dam. 3. de Sacram. 153.

Hanc manducationem Corporis, & Sanguinis Chriſti eſſe tantum ſpiritualẽ, hęr. dam. ibidem.

Chriſtus licet à ſuis fidelibus non ſit abſens, tamen illius ſubſtantiale corpus non eſt præſens in hac Cœna, hęr. dam. 3. de Sacram. 123. 153.

In Euchariſtię ſacramento eſt diuina eſſentia tantum, non autem caro humanę naturę conſubſtantialis, hęr. damn. 3. de Sacram. 123.

Neque vna, neque vtraque ſpecies Sacramenti eſt neceſſaria, ſed ſola fides ſufficit, hęr. dam. 3. de Sacr. 163.

Corporis, Sanguiniſque Chriſti ſumptionem ad ſalutem nihil prodeſſe, hęre. damn. 3. de Sacr. 145. 146. 148. &c.

In Euchariſtię Sacramento Corpus Chriſti exangue dari manducandum, & cruorem potius, quam Sanguinem dari bibendum, & hęr. dam. 3. de Sacr. 168.

Hoſtia conſecrata fracta, totum Chriſtum non manere ſub qualibet particula quantumcumque minima (etiam ſi habeat ſpeciem panis, hęr. damn. 3. de Sacram. 125.

*Omnes iſtæ hæreſes confutantur à S. Thoma in locis intus aſsignatis.*



Digitized by Google

*Omnes iſta hæreſes conſtantur à S.Thoma in locis intus aſſignatis.*

Græcos peccare,vel fortaſſis peccare, conficientes in fermentato,Error dam. 3.de Sacr.110.

Hac forma (hoc eſt corpus,&c.)conficiendam nobis neceſſariò non eſſe euchariſtiam,hær.dam.3.de Sacr.139.

Verba cõſecrationis panis,vel etiam è conuerſo.i.ſi verba conſecrationis vini proferantur ante conſecrationem panis ſuum non ſortiuntur effectum ante conſecrationem alteritrius, hæreſ. dam.3.de ſacr.144.

Vtinam Paulus explicuiſſet , quibus verbis eſſet conſecrandum,Error damn. 3.de Sacr.140.143.

Nullam eſſe præciſam conſecrationis formam.hęr.dam.3.de Sacr.139.

Chriſtus in cœna corpus ſuum non ſumpſit,quare nec ſacerdotes id ſumere debent,ſed ſolum cõſecrare,& ſub vtraque ſpecie populo miniſtrare,Err. dam. 3.de Sacr.156.172.

Euchariſtiam ſumere poſt cibũ ſumptum,conſultius eſt. Error damn.3. de Sacram.160.

Hoſtia conſecrata in lutum proiecta ſpeciebus remanentibus, deſinit ſub eis eſſe corpus Chriſti , & redit ſubſtantia panis,hær.dam.4.de Sacram.155.

Si hoſtia cõſecrata mure corrodatur, vel a bruto comedatur, remanentibus ſpeciebus deſinit ſub eis eſſe corpus Chriſti,,& redit ſubſtantia panis, hæreſ. damn.3.de Sacr.155.

Si Hoſtia conſecrata iuſto vel peccatore ſumatur dum ſpecies dentibus teritur, Chriſtus in cœlum rapitur, & in ventrẽ hominis non traijcitur, hær.damn.3.de Sacram.155.

Conſultum videtur , quòd Eccleſia in communi concilio ſtatueret laicos ſub vtraque ſpecie comunicandos nec Bohemi comunicantes ſub vtraque ſpecie ſunt,hær.ſed ſciſmatici, error dam.3.de Sacram.164.

In eleuatione Corporis Chriſti non debẽt aſſurgere,nec ei reuerentiam exhibere (aiunt Begardi) aſſerentes, quod eſſet imperfectionis eiſdem,ſi à puritate,& altitudine contemplationis ſuæ tantum deſcenderent, quòd circa myſterium,ſeù Sacramentum Euchariſtiæ,aut circa paſſionem humanitatis Chriſti,aliqua cogitarent,hær.dam.3.de Sacr.183.

Cõtritus,licet nõ ſit confeſſus de peccato mortali,etiam habita copia confeſſoris idonei, ſumens Euchariſtiam non peccat mortaliter, error damn. 3. de Sacram. 156.

*Omnes iſta hæreſes conſtantur à S.Thoma in locis intus aſſignatis.*

Excommunicationem à Papa , aut à quocunque Prælato inflictam, non eſſe timendam , error damnatus , addition. 81.91.92.

Excommunicationem à Papa , vel ab alio Prælato , inflictam eſſe cenſuram Antichriſti, hær.damn.3.de Sal.63.& addition.81.

Excommunicationem non ſolum nõ eſſe timendam, ſed cum gaudio ſuſcipiẽdam, & procurandam, error dam. addit. 81.91.92.

Excommunicare aliquem nullus prælatus debet,niſi prius ſciat, eum eſſe excommunicatum à Deo , error damn. 3. addit.82.

Excommunicans quem prius neſcit,à Deo excommunicatum eſt hęreticus,vel excommunicatus , error damn.2.2.409. addit.ibid.

Qui propter excommunicationem hominum concionari deſinunt,vel audire Dei verbum,ſunt re ipſa excommunicati, & in die iudicij proditores, & Antichriſti, habebuntur error damn.2.2. 876. & addit.84.

Excommunicationes ſunt tantum externæ pœnæ , nec priuant hominem cõmunibus ſpiritualibus Eccleſiæ orationibus,error dam.addit.81.92.

Docendi ſunt Chriſtiani pius diligere excommunicationem, quam timere, error dam.addit.81.

Sacerdos Chriſti viuens ſecundum legem eius , & habens notitiam ſcripturæ, & affectum ad ædificandum populũ , debet prædicare , non obſtante prætenſa excommunicatione,error damn.2.2.876 & addit.84.

Quilibet prædicantis officium de mãdato accipit , qui ad Sacerdotium accedit,& illud mandatum debet exequi non obſtante exommunicatione, error. dam. 2.2.876.addit.84.

Per Eccleſiaſticas cenſuras excommunicationis,& ſuſpenſionis, vel interdicti, Clerus ad ſui exaltationem ſuppeditat ſibi populum laicalem, auaritiam multiplicat,malitiam protegit, & viam præparat Antichriſto,error dam.addit.83.

Exorciſmos,& benedictiones aquarũ, nullius eſſe momenti,error dam.1.358.& 2.2.410.

Exorciſmos , & omnes benedictiones aquarum,palmarũ, ornamentorum, cœmite-

*Omnes iſtæ hæreſes confutantur à S. Thoma in locis intus aſſignatis.*

mirteriorum, &c. hæc eſſe deducta magis ex vera Necromantia, quã ex ſacra Theologia, hær. dam. 1.358. & 2.2.410.

Exponere verbum Chriſti nullos vnquam quantumcunque doctrina exculti fuerint, imo nec ipſamet vniuerſalem Eccleſiam habuiſſe autharitatem, hær. dam. 12 183.184.360.

Fato conuerſationes humanas eſſe attribuendas, hær. dam. 1.572 575.

Fatali ſigno animas noſtras, & corpora humana aſtringi, hær. dam. 1.352. 575. & 2 2.509.

Signa 12. quæ Mathematici obſeruare ſolent, per ſingula animæ, vel corporis membra diſſipata eſſe, & nominibus Patriarcharum aſcripta, error damn. 1. 352.572.

Fato omnia agi, nullãq; eſſe Dei prouidentiã, hær dam. 1.572.575. & 1 2.2.

In ſeptem aſtris, & 24. literis, rerũ omniũ perfectionẽ, vitã denique, & generationem omniũ hominum conſiſtere, err. dam. 352.569.

Ex cõditione corporum cœleſtiũ futura pendent intantũ, quod ſi quis totã conditionem cęleſtis harmoniæ haberet, cognoſceret plene tã præterita, quã futura, err. dam. 1 288.352.569 572.1.2. 60. & 2.2.509.

Corpora cęleſtia, & diſpoſitiones eorũ, in quibus aliquid incipimus operari, dirigunt operationes noſtras à principio vſque ad finem per tantũ, & per totam, ità quod iſta conſtellatio ſolum in qua opus incipitur, quantumcumque opus ſit voluntarium, dominatur à principio vſque in finem, error damnat. 1. ibidem.

Mortis voluntatis ſubſunt corporibus cęleſtibus, hęr. dam. 1.352.569.572. 575. & 2.2.509.

Feſta omnia abrogata: feſta nulla Sãctorum celebranda, err. dam. 22.614.

Feſtis diebus eſſe operandum, quia opus bonum eſt, err. dam. 2 2.47.

Fidei rationem inquirere, non opus eſt, ſed in ſua quiſque perſuaſione perſeuerare debet, hęr. dã 1.2 738. & 2.2.447.

Fides nihil eſſe credendum, quod vim intellectus noſtri excedat, hęr. damn. 1. 247. & 1.2 378 & 2.2.13.

Fides ſola iuſtificat, hær. damn. 1.4. & 2.2.602.

In fide manentibus nullum peccatũ quantumlibet graue imputatur. Vnde ſi es adulter, ſcortator vſurarius, auarus, alijſue pollutus peccatis, ſi tantum credis ſaluus es, hęr. dam. 1.437. & addit. 442.

*Omnes iſtæ hæreſes confutantur à S. Thoma in locis intus aſſignatis.*

Fidem ſolã abſq; vllo alio opere eſſe ſatis ad vitam ęternam conſequendam, hęr. dam. 1.4. & 2.2.242.

Fides populi Chriſtiani non differt ab ea, quę demonum eſt: diabolus enim fecit eum à Chriſti veritate deniare. Sicque totus populus Chriſtianus ad infernum deducitur, hęr. dam. 2.2.3.27.32.

Fides amittitur per quodlibet peccatum mortale, hęr. dam. 2.2.22.

Fides, qua iuſtificatur homo, cuilibet poteſt eſſe certa, err. dam. 1.437.

Fidẽ abiurare licet, hær. dam. 22.21.

Fidem habenti nullum flagitium, & nullum ſcelus imputatur, hær. damn. 1. 437. & addit. 24.

Fides ſi ſit firma, & fixa, qualiacumq; ſint opera hominis, sẽper erit certus de ſua ſalute, hęr. dam. 1 437. & addit. 442.

Credendum non eſt, niſi per ſe notũ, vel quod ex ſe certis poſſit declarari, hęr. dam. 1.247. & 1.2. 378. & 2 2.23.

In fidei diſciplina rationibus potius, quam ſacrę ſcripturæ authoritatibus, & teſtimonijs, agendum eſſe, hær. dam. 1. 8.247 & 1 2.378 2.2 5.

Fidem noſtram ſabuloſam eſſe, ſcripturam noſtram eſſe fatuã. Bibliã fictã, & delirium Euangeliũ, hær. dam. 1 2. & 2.2.3.31.

Fides non poteſt exiſtere cũ mala cõſcientia; err. dam. 2.2.107.

Fides non tantum eſt notitia hiſtoriæ de Chriſto, ſed eſt vera fiducia cordis, quæ aſſentitur promiſſioni Euangelij, præcipuè autem ſignificat fiduciã miſericordiæ promiſſę per Chriſtum, err. dam. 1.2.604. & 2 2.648.

Fiduciam gratiæ, aut gloriæ conſequendæ nullo pacto collocandã eſſe in noſtris operibus, hær. dam. 1.2.613.

Fides non poteſt eſſe ſine charitate, & fides ſine operibus non eſt fides, hær. dam. 1 2.602.

Fidem ex ſacris ſcripturis non pendere, nec ad eas ſe accomodare, ſed eas ad fidem inflecti debere, hær. dam. 2.2.1.

Fide, non operibus, ſaluari hominem, hær. dam. 1.4. & addit. 442.

Qui Deo ſe ſola fide cõmiſerit, tutus agit, liberque eſt a malis vniuerſis. Suſpecta propoſitio dam. 2.2.517. & addit. 442.

Miſericordię Dei dono fidelis nõ perit cum

Digitized by Google

*Omnes iſtæ hæreſes confutantur à S.Thoma in locis intus aſſignatis.*

cum infideli.Suſpecta propoſitio damn. addit.442.

Fideles,quamuis inuoluti ſint multis malis,ſaluabuntur per Chriſtum. error. damn.1.4.437.& 1.2.602.& 2.2.422. & addit.44.

Filio Dei humanitatẽ vnitam ſecundum ſubſiſtentiam multa ignorare,neſcire diem,& horam,totius conſumationis,error dam 3.de Sal 69.70.92.

Filius nequit videre patre. hær. dam. n.225.& 3.de Sal.71.

Filium Dei aſſumpſiſſe naturam humanam æqualem diuinitati, vt tantum valeat,quantum diuinitas.hęreſ.dam.3. de Sal.69.

Filium Dei ignorare diem vltimum. error dam.3.de Sal.69.& addit.378.

Fornicationem ſimplicem non eſſe peccatum.error dam.2.2.743.

Fornicatio ſimplex nullo modo eſt peccatum de iure naturę, ſed ſolum ex prohibitione legis,vnde Iudas non peccauit cum Thamar, quia fuit ante tempus legis, quo licitum erat fornicari.er. dam.22.743.

Fomes peccati, etiam ſi nullum adſit actuale peccatum, exeuntem a corpore animam moratur ab ingreſſu cœli. err. dam.addit 41.

Abſque Gratia Chriſti hominem poſſe præcepta Dei omnia implere, & ſuis meritis vitam æternam conſequi. hær. dam.1.58.139.410.499.& 1.2. 27. 580. 681.& 22.670.

Gratiam non eſſe abijciendam, velut prorſus inutilem,ſed eſſe amplectendã, quia illa accedente, facilius poteſt haberi gloria æterna(quaſi illa non accedente poſſit haberi gloria æterna.)error dam.1.312.410.499.

Gratiam in baptiſmo ſemel receptã non poſſe poſtmodum amitti hær.dam. 1.139.410.& 1.2.356.619.

Gratiam ſe habere omnis homo ſcit, & eſt certus de ſua iuſtitia. error dam.1. 2.600.606.

In gratia ſe eſſe,quilibet eſt obligatus ad credendum.error dam.1.2.600.

Abſque gratia hominem poſſe omnia Dei precepta adimplere,vitam æternam conſequi,non peccare,ad ſtatum perfectionis peruenire,ſi vult. hæreſ.damn. 1 139.410.499.& 1. 580. 581. 584. & 2.2. 670.

Ad gratiam Dei conſequendam homo ſe preparare poteſt ex puris naturalibus viribus.hær.dam. 1. 139. 410. 499. & 1.2.582.

*Omnes iſtæ hereſes confutantur à S Thoma in locis intus aſſignatis.*

Gratos ſe eſſe Deo per Chriſtum homine debere credere,quantumlibet impurè,& ſcelerate viuant, hær. damn.1.2. 600.& addit.56.

Sine gratia Dei vel auxilio poteſt homo omnia peccata vitare, & omnes admonitiones prohetarum adimplere.hær. damn.1.139.510. & 499. & 1.2. 584. & 2. 2.676.

Hæreticos omnes bene ſentire: vnde afficientes ſupplicio hæreticos, & illis iniurij,& criminis abnoxij ſunt hęr.dam. 1.506.& 2.2.58.65.66.

Hæreticos non eſſe aliqua corporali pœna puniendos, ſed diuino iudicio relinquendos. error damn.1.2. 506. & 22. 58.65.66.

Compertum eſt: aliquot locis ſcripturæ ſacræ addita fuiſſe quędam ab Orthodoxis ad excludendos aut refellendos hereticorum errores.hær.dam.1. 71.

Hæretici ſunt tolerandi,& non occidendi, error dam.1.2.506.2.2.58.65.66. 80.357.

Hæreticos cõburi eſt cõtra voluntatẽ ſpiritus.err.dã. 1.2.506.& 2.2. 65.66. 80.

Hæreticum prodere eſt crimen inexpiabile,& peccatum in ſpiritum ſanctum err.dam.1.2.506.& 2.2.381.

Hominem nullum ab Adam vſque ad Chriſtum placuiſſe Deo,ſed omnes fuiſſe damnatos,& vixiſſe ſecundum carnẽ. hęr.dam.addit.269.

Homini cuilibet viuendum eſſe liberè,& non ſub lege humana error damn. 2.2.546.

Hominem poſſe ex ſe dare ſpiritum ſantum.hæreſ. damn.1.233. & 12. 569. & 3.de Sacr.25.

Homo quilibet prẽditus eſt ea iuſtitia ea ſanctitate,ea charitate atq; virtutibus omnibus pari dignitate, & modo quibus eſſentialiter eſt prẽditus. hæreſ. dam. 1.67.68.& 2.2.793.& 3.de Sacr.18.

Humana natura à Deo verbo aſſumpta æqualis eſt Deo in omnibus bonis ſuis adeo,vt tanta ſit humanitas Chriſti quanta eſt eius diuinitas, & tantundẽ poſſit,& valeat.hær.dam 1.2.596.& 3. de Sal.12. & 3.de Sacr.27.& addit.389.

Humanum corpus eſſe a dæmone. hær.dam.1.333.456.462.

Hominis partes inferiores eſſe dęmone.hęr.dam.133.

Humanũ genus à Deo eſt creatũ po-

Omnes iſtæ hæreſes confutantur à S. Thoma in locis intus aſſignatis.

tiſſimè ad perpetuam damnationem, & interitum, hær. dam. 1.120. 139. 147. 470.

Hominem primum non eſt dare, Error dam. 1.456.

Ieiunium nullius eſſe meriti apud Deum. Error dam. 22.706. & addit. 61.

Neminem teneri, ſuſtinere famem propter ieiunium, eo quod ex hoc vitã ſuam minuat. error dam. 2.2. 706.

Ieiunia, quæ præſcribit lex, triſtia ſunt, & ob hoc ingrata Deo, qui diligit hilarem datorem, error dam. 2.2.708.

Vnica refectio, & à certis cibis abſtinentia, tempore ieiunij præcipiuntur contra rationem, & contra ſcripturam, error dam. 22.711.713.

A ieiuniorum huiuſmodi obſeruantia Chriſtiani ſunt liberi, neque obſeruantia hæc quicquam facit legis diuinæ obſeruantiam, error dam. 2.2.709.

Ad ieiunia Eccleſiaſtica non obligari hominem, cũ ad ſtatum quemdã perfectionis peruenerit, quia tunc ſenſualitas eſt ita perfectè ſpiritui, & rationi ſubiecta, quod homo poteſt liberè corpori concedere quicquid placet. error dam. 2.2.709. & addit. 51.

Imaginem Chriſti eſſe idolum, hær. dam. 1.108. & 3. de Sal. 146. 147.

Imagines in templis habere, idolatria eſt, ſiue ſint Chriſti, ſiue cuiuſcunq; Sãcti, hær. dam. 1.108 & 3. de Sal. 146. 147.

Imagines thurificare, idolatriam eſſe, hær. dam. ibidem.

Imaginem Dei, ad quam factus eſt homo, corpori, non animæ impreſſam eſſe. hær. dam. 1. 14. 468.

Imagines nõ eſſe faciendas, quę adorentur, hær. dam. 1. 108.

Statuas, ſcilicet ſanctorum, eſſe ſubuertendas, hær. dam. 1. 108.

Indulgentijs Papæ, & Epiſcoporum credere, fatuum eſt, Error dam. add. 98.

Indulgentias concedendi nullam prorſus authoritatem habet Papa, error damn. addit. 102. 309.

Indulgentias nullius eſſe momenti, ſed pias fidelium fraudes, error damn. addit. 96. 98.

Non eſt indulgentijs confidendum, error dam. addit. 97.

Nulli merita ſanctorum applicari poſſunt, err. dam. 3. de Sal. 265. & add. 97

Nullus eſt Eccleſiæ theſaurus præter Chriſti merita, quæ per ipſum Chriſtũ dumtaxat vnicuique ſecundum ſuam fidem applicantur. error dam. addit. 98.

Omnes iſtæ hæreſes confutantur à S. Thoma in locis intus aſſignatis.

Theſaurum meritorum ſanctorum non poſſe per Papam diſtribui, nec etiã compenſationem pœnarum pro peccatis debitarũ poſſe fieri per pœnas, quas ſuſtulit Chriſtus, hær. dam. 3. de Sal. 265. & addit. 102.

Theſauri Eccleſiæ, vnde Papa dat indulgentias, non ſunt merita Chriſti, & ſanctorum, error dam. 3. de Sal. 265. & addit. 97.

Indulgentiæ ſunt piæ fraudes fideliũ, remiſſiones bonorum operum, & de numero eorum, quæ licent, non quæ expediunt, error dam. addit. 98.

Indulgentiæ his, qui veraciter eas cõſequuntur, non valent ad remiſſionem pœnæ pro peccatis actualibus debitæ apud diuinam iuſtitiam. error damnat. addit 97.

Seducuntur, credentes indulgentias eſſe ſalutares, & ad fructum ſpiritus vtiles, error dam. addit 98.

Sex generibus hominum indulgẽtiæ nec ſunt neceſſariæ, nec vtiles, ſ. mortuis ſiue morituris, infirmis, legitimè impeditis, his, qui non commiſerunt crimina, his, qui commiſerunt crimina, ſed non publica, his, qui meliora operantur, error dam. addit. 105.

Infernum nullum eſſe, ſed exiſtentẽ in morali habere infernum, error dam. addit. 49.

Inferni alias non eſſe pœnas, quã eas quæ in hoc mundo experimur, error dam addit. 299. 423.

Inferni pœnam non eſſe perpetuam. hær. dam. addit. 440.

Infernum prorſus vel nullum eſſe, vel nihil eſſe, hær. dam. addit. 296.

Infernum eſſe mundum iſtum, & nullum alium ſupereſſe, hæreſ. damn. addit. 294. 429.

Ad inferos Chriſtus deſcendens omnes animas inde eduxit, error dam. 3. de Sal. 291. 292.

Inimicum decipere eſſe licitum, err. dam. 2.2.227.445.

Inimico ſi quis damnum inferret, nõ eſſe peccatum, etiam ſi ad id agendum, periurijs, aut quouis mendacio iuuetur, error dam. 2.2.227.445.

Inimicos odiſſe, licitum eſſe, error dam. 2.2. 143.445.

Inſtitutiones maiorum renunciare, ſiue ab eis recedere, non modo eſſe integrum, ſed & honeſtum, pium, & ſalu-

tare

Digitized by Google

*Omnes illæ hæreſes confutantur à S.Thoma in locis intus aſſignatis.*

tare;hær.dam.2.2.81.217 552.& 3.de Sal. 302.& addit.413.

Intellectus vnus numero eſt in omnibus hominibus,hær.dam.1.370.

Intellectus humanus eſt æternus, hær. dam.1.105.

In intelligentijs nihil mali potuit eſſe, hær.dam.1.320.

Intelligentias non eſſe prauitatis, & malitiæ capaces,hær.dam.1.320.

Intellectualem naturam eſſe in ſeipſa beatam.error dam.1.58.59.311.

Ioannem Baptiſtam Chriſti præcurſorem fuiſſe damnatum, eo quòd non crediderit in Chriſtũ,hær.dam.3.de Sal 157.

Iudas Iſcariot in Cœna Domini non accepit verũ Corpus Chriſti, error dam. 1.77.

Iudas à quibuſdã adoratur,error idolatricus ipſorum dam.ibid.

Iudas exiſtimauit: Chriſtum non maieſtate diuina,ſed arte magica feciſſe miracula, hæreſis ipſius damnata 3.de Salu. 235.241.

Iudæ deſperationem tantum placuiſſe Chriſto,quantum Petri contritionem, hær.dam.1.123.159.511.& 2.2.428.& addit. 198.

Iudicium nullum eſſe futurum, ſiuè iudicium vniuerſale iam factum eſſe, & nullum amplius eſſe futurum, hær. dam. 3.de Sal.324.& addit.366.

Iudicium extremum non eſſe, neque futurum eſſe, hæreſ. dam.3.de Sal.324.& addit.366.

Iudicij dies erit infra annũ, error dam. addit.317.378.

Iudicio proprio ita ſtandum eſſe, vt nullo modo licitum ſit in cauſa æternæ ſalutis ſententiæ alienæ, ita inhærere, vt eam ſine noſtro proprio iudicio amplectamur,error.dam.1.2.378.& 2.2.217. & 3.de Sal.302.

In die iudicij omnes homines ante tribunal Chriſti non comparebunt cum ſuis corporibus reddituri de factis proprijs rationem, vt referat vnuſquiſque propria corporis,prout geſſit,ſiuè bonũ, ſiuè malum,hær.dam.addit.384.385.

Iuramentum ità eſſe interdictũ Chriſtianis,vt nuſquam eis iurare liceat, err. dam.2.2.483.

Illos mortalis criminis contagione pollui,& pęna teneri,quos contigerit iuramenti religione conſtringi, error dam. 2.2.383.

Iuramentum ita eſſe licitum, vt etiam periurare liceat,error dam.2.2.484.523.

*Omnes illæ hæreſes confutantur à S.Thoma in locis intus aſſignatis.*

Iura,periura, ſecretum pandere, noli, error dam.ibid.

Pro nulla cauſa debet homo iurare, niſi pro articulis fidei,vel præceptis Dei, & omnia alia poſſunt celari, quantumcumque iurent dicere veritatẽm, & mẽtiri,& doloſè palliari, vt ſit vnum in ore, & aliud in corde,error dam.ibid.

Iuſtificari nos,& ſaluari, non ex miſericordia Dei propter Chriſtum,ſine merito noſtro, ſed ex proprijs operibus, & virtutibus naturalibus veram, ac ſolidã, coram Deo iuſtiam parari: & remiſſionem peccatorum contingere non ex fide Chriſti,ſed ex noſtris conatibus, hæreſ. dam.1.2.580.604.

Iuſtificari hominem imputatiuè, hoc eſt,non re ipſa,ſed verbo tantum iuſtum pronunciari,hær.dam. 1.2.587.

Iuſtificationem hominis per circumciſionem,& opera legis,fieri, error dam. 1.2.554.

Iuſtitiam noſtram Deum nobis imputare,etiam ſi iuſti non ſimus, error. dam. 1.34.& 1.2.587.588.

Iuſtitia ſola Chriſti, non autem vlla noſtra,nos iuſtos,& ſaluos eſſe: quicquid ſit de noſtris operibus,certum eſſe debere,quòd gratis propter Chriſtum peccata remiſſa ſunt,error dam.1.34.

Iuſtitiam hominis eſſe nullam apud Deum,erro.dam.ibid.

Nulla in nobis eſt iuſtitia,error damn. 1. 34.

Iuſtum hominẽ,ea iuſtitia, qua Deus iuſtus eſt,non eſſentialitèr,ſed imputatiuè,iuſtum fieri,ideſt non reipſa, ſed verbo tantum iuſtum pronunciari,hęr.dam. 1.2.587.

Labor manuum nullus eſt monachis licitus,etiam vitæ ſuſtentandæ cauſa, err. dam.2.2.896.

Labore manuum tenentur fratres victum acquirere,& non mendicare, error damn.2.2.896.898 907.

Laborare manibus omnes monachi, abſque vllo diſcrimine tenentur, vt ſibi victum inde acquirant: Nec alio modo poſſunt ſibi parare victum,quam manuũ labore,error dam.2.2.896.

Laicàlem manuum impoſitionem eſſe Sacramentum,hær.dam addit.123.

Laicos omnes eſſe Sacerdotes,& poſſe conſecrare,ſi non ſint in peccato mortali,hær.dam.addit.124.

Laicus quilibet bonus, ſciẽs,& poteſt



Digitized by Google

*Omnes iſtæ hereſes confutantur à S. Thoma in locis intus aſſignatis.*

abſoluere, & pœnitentiã imponere, hęr. dam. addit. 28. 29 31. 147.

Laicos tã viros, quã mulieres, qui ſint de ſecta ipſorũ ſ V aldenſium, poſſe conſecrare, & confeſſiones ſacramentales audire, hęreſ. damnat. 3. de ſacram. 24. & ibidem.

Legem veterem ſimul cũ noua iuxta omnia illius præcepta eſſe ſeruandam, hęreſis damnata 1. 2. 556. & 2. 2. 499. 501.

Legem veterem, & circumciſionẽ, in obſeruantiam eſſe reducendas, hæreſ. dam. ibidem.

Legem veterem eſſe malã, & à malo principio procedentem, hær. dam. 1. 2. 519 520.

Legem Moſaicam euertendam eſſe, err. dam. 1. 2. 519.

Legem veterẽ, & prophetas, non debere acceptari, quia eis contrariatur Euangelica, & Apoſtolica doctrina, hęr. dam. 1. 2. 570 571.

Legem ritu iudaico ſeruandam eſſe, hęr. dam. 1, 2. 559.

Legem Dei prorſus inutilem, & neq; ante, neq; poſt, iuſtificationem eſſe neceſſariam, hær. dam. 1. 14.

Legem nullã, ſiue ab hominibus, ſiue ab Angelis, vllo iure Chriſtianis imponi poſſe, niſi in quantum ipſi velint, error. dam 2. 305, 513. & 2. 2. 551.

Leges morũ concedendi, neq; in Põtifice maximo, neque in tota Eccleſia, vlla eſt poteſtas, hær. dam. 1. 2. 483. & addit 93.

Leges Eccleſiaſticas non ligare in foro conſcientiæ, err. dam. add. 93.

Leges humanas nõ ligare in foro cõſcientiæ. Temeraria propoſitio damn. 1. 2. 512.

Lex Chriſti noua viguit vſq; ad tẽpus Almarici, & ex tunc habuerunt finem, ac fuerunt euacuata, Baptiſmus, Pœnitentia, & omnia alia nouæ legis ſacramenta. hær. dam 2 2. 568.

Libero arbitrio nõ aſcribẽdas eſſe hominum conuerſationes, ſed fato, hæreſ. dam. 1 352 569 572. 575.

Liberum hominis arbitrium nullum eſſe, hær. dam. 1. 408. 412. 569.

Arbitrium hominis non eſſe liberum hær. dam. 1. ibidem.

Liberum hominis arbitriũ nullam habere in ſuis operationibus actiuitatem, ſ or gere ſed pati, hær. dam. 1. 408. 413. & 1. 2. 603.

Liberum hominis arbitrium deſtitutũ gratia Dei quantò magis ad bonum nititur, tantò grauius peccat, err. damn 1. 2. 597.

*Omnes iſtæ hæreſes confutantur à S. Thoma in locis intus aſſignatis.*

Liberum arbitrium hominis eſt potentia paſſiua, non actiua, & neceſſitate mouetur ab appetibili, hær. dam. 1. 408. 413.

Liberum hominis arbitrium cauſa eſt non effectiua ſuarũ actionũ ſed receptiua dumtaxat, vt ſolummodo paſſiuè ſe habeat, hær. dam. 1. 412.

Libertate nihil fit, ſed omnia ex neceſſitate eueniunt, hær. dam. 1. 352 412.

Liberi arbitrij nõ eſt homo, hęr. dam. 1. 408. 412. 569.

Liberare, ſeu voluntariè, peccans recepta gratia, nunquã amplius in gratiã recipitur, hær. dam. 1. 255.

In ſpiritu libertatis viuunt, ſub habitu monachorum, Sarrabaitæ. err. ipſorũ dam. 2. 483. & 1. 2. 505.

Liberum arbitrium ita hominem habere, vt ſi velit, in Deum credat, & non credat, ſi illi ita videatur, & placeat, & ita in eo quod credit, ſi velit, perſeueret, vel non perſeueret, hær. dam. 1. 412. & 1. 2. 586. & 2. 2. 676.

Liberum arbitrium poſt peccatũ eſt res de ſolo titulo, & dum facit quod in ſe eſt, peccat mortaliter, hęr. dam. 1. 255. 412. 569. & 1. 2. 597. & addit. 43.

Liberum arbitrium hominis poſſe viribus ſuis mandata diuerſa implere, hęr. dam. 1. 412.

Licentiam quãlibet in delitijs carnis, in eſcis, in commendis, in fucu, in ornamẽtis, in impudicijs, eſſe licitam, hæreſ. dam. 1. 406. & 2. 2. 719.

Libidini plene ſatisfaciendum eſſe, cũ ſtimuli carnis infeſtant, hær. dam 1 406.

Linguã vnam ſolã non fuiſſe, ſed plures, ante ædificationem, Babel. err. dam. 2. 2. 840.

Literæ appellandæ ſunt virtus, & peſtis err. dam. 1. 576. & 1. 2. 22. & 2. 2. 802. & addit 146. 416.

Literas eſſe abijciendas, err. dam. 1. 576. & 1. 2. 22 & addit. ibidem.

Luxuriæ nullum eſſe peccatum, hær. dam. 1. 406. & 2. 2. 739. & add. 204. 267. 273 274. 284.

Magicam artem palam eſſe exercendam, amore, cæteraq; conficiendo per ſomniorum viſiones, & dæmones aſſeſſores. err. dam 1. 570 & 2. 2. 508. 510.

Magiæ tantum tribuit Menander, vt

An-

*Omnes iſtæ hæreſes confutantur à S. Thoma in locis intus aſsignatis.*

Angelos nullo pacto aliter vinci poſſe aſſeuerit, quàm magicæ cuiuſdam artis diſciplina, err. ipſius dam. 1.570.

Maleficia, & incantationes non eſſe per dęmones concitata, err. dam. 1 548.

Malum eſſe à Deo, Deum facere mala (ſcilicet culpæ) non tantum permiſſiuè, ſed etiam effectiuè, hęr dam. 1.123.

Malum eſſe aliquãdo à Deo, aliquã dò à materia prima, err dam. 1.259.

Mali naturam eſſe Deo coęternã, err. dam. 1 252.

Malũ qualecunq; ſiue culpæ, ſiue pœnæ, non eſſe à Deo err. dam. 1.232.259.

Malum eſſe quamdam ſubſtantiam, err. dam 1 ibidem.

Malum nihil eſſe, nihil peccatum, niſi opinione eorum, qui ſe peccare putãt, err. dam. 1. ibidem.

Malas creaturas ex ſeſe eſſe aliquas; hær. dam. 1 260.

Mali eſſe naturã quandam, & Deum malum, hær. dam. 1.252.260.

Malum tantum placere Deo, quantum bona, hær. dam. 1.295.

Maria Virgo nec profecit, nec proficere potuit in gratia, nec aliquid gratię in die Pentecoſtes conſecuta fuit, error dam. 3. de Sal 156.

Mariã non fuiſſe mulierẽ, & veram Chriſti matrem, hær. dam 3. de Sal. 162.

Maria Virgo, poſtquã peperit Chriſtum, fuit à Ioſeph viro carnaliter cognita. hær immaniſſima dam. 3 de Sal. 160.

Maria Virgo præter vnigenitũ Chriſtum, alios peperit filios, hær. immaniſſima dam. 3. de Sal. 160.

Mariam non eſſe Dei genitricem, neq; dicendam matrẽ, hær. dam. 3. de Sal. 191.

Mariam non eſſe Virginẽ, hær. immaniſſima dam. 3 de Sal. 160.

Mariam Virginem, vt Deũ adorandã, & ei ſacrificandum, hær. dam. 1. 77. & 3. de Sal. 148.

Mariam non Dei, ſed Chriſti, vel hominis matrẽ eſſe dicendam, hær. dam. 3. de Sal. 191.

Mariam Virginẽ eſſe bonam per naturam, & habere proprietatem per ſeipſam faciendi bonum, err. dam. 3. de Sal. 156.

Mariam relaxare culpas, & peccata, donare etiã virtutes, & merita, fidẽ, ſpẽ, charitatem, err. dam. 3. de Sal. 156.

Mariæ voluntatẽ fuiſſe contra iuſtitiam, ſtultam, & inobedientem, quia non dilexit mortem filij ſui, hæreſ. damnat. 3. de Sal. 154. 155.

Mariæ partum fuiſſe viro genitum, hær. dam. 3. de Sal. 158. 159.

Martyrium pati pro Chriſti confeſſione dementia eſt, quoniam citra crimẽ poteſt Chriſtus negari, hær. dam. 2. 2. 96. 633. & addit. 33. 415.

Martyrium non eſſe ſubſtinendũ pro Chriſti oretenus confeſſione: quia ore tantum negans Chriſtum propter perſecutionem, in fide permanet (.i. mortaliter non peccat.) hæreſ. damnat. 2. 2. ibidem.

Martyriũ pati pro Chriſto ipſas Virgines, ſtultũ eſt, eò quòd volũtatis gaudia non guſtauerant, hęreſ. damnat. 2. 2. ibidem.

Martyrij deſiderio licere ſeipsũ occidere, err. dam. 2. 2. 360.

Martyrũ ſepulchra non eſſe venerãda, & ſanctorum vigilias eſſe damnandas, hęr dam. addit. 415.

Martyres, & Apoſtolos fuiſſe ſtolidos, nolendo abiurare Chriſtum coram hominibus, & ob id ſe occidi permittẽdo, hęr. dã. 2. 2 533. & add. 33. 415.

Materiam elementorũ, ex qua factus eſt mundus non eſſe à Deo factam, ſed ipſi Deo coęternam, err. dam. 1. 47. 235. 246. 247. 247.

Materiam malam eſſe, & ab alio malo perfectam, atq; abſolutam, err. damn. 1. 235.

Materiam nõ natã introducens Hermogenes, Deo non nato eam comparauit, matremq; elementorum, & Deam aſſeruit, err. dam. 1. 235.

Materiam primam Deũ eſſe, hæreſ. dam. 1. 235.

Materiã, vt Deũ, ingenitam, tenebras, & malam eſſe, à Deo longe abeſſe, in auſtrali plaga collocatam, ſeditionem aduerſus fructus ſuos mouiſſe, & cum dæmonibus, igne, & aqua, in lucem impetum feciſſe, Deumque ob id conterritum non habuiſſe, quo tantam vim in ipſam vindicaret, & diabolum nunc materiam, nunc materiæ principem eſſe, error dam. 1. 235.

Matrimoniũ nõ eſt in ſignũ, neq; confert gratiam, hær. dam. addit. 176.

Matrimoniũ non eſt ſacramentum, hær. dam addit. 174.

Matrimonium nullum eſſe, hær. dam. 1. 355. & addit. 170.

Matrimoniũ eſſe inuentum quoddam humanum, hær. dam. 1. 355. & add. 170.

Ma-

*Omnes iſtæ hæreſes confutantur a S. Thoma in locis intus aſſignatis.*

Matrimonium, quaſi per ſe malum, eſſe damnandum, hær.dam.1.355.& 3. de Sal.163.& addit.170.

Matrimonium nihil aliud eſſe, niſi occultum meritricium, hær.dam. 1.355.& 22.738. & 3.de Saluat. 163.& 172.176. 287.

Matrimonium, ſiue coniugium, eſſe reſpuendum, error damn.1.355.& add. 175.

Matrimonium propter adulterium (vt faciunt Iudæi) debere diſſolui, err. dam.addit.249.280.

Matrimonium poſſe diſſolui, vbi vxor mariti ſui tædium cœperit, error dam. addit.201.

Matrimonij conditio commodior eſt Iudæis, quàm nobis. Propoſ.ſuſp.damn. addit.205.

Haud ſcio, an hoc ſacramentum ſeptimum, ideſt matrimonium, veteribus fuerit cognitum, Propoſ. ſuſp. dam. addit.261.

Nullus eſt locus, vnde liqueat, Græcos, & Latinos connumerare coniugiũ inter ſeptem ſacramenta, Propoſ.ſuſpec. damn.ibidem.

Haud ſcio, an ætate Diui Hieronymi Eccleſia numerarit matrimonium inter ſeptem ſacramenta. Propoſ.ſuſpec.dam. ibidem.

Theologi faciunt matrimonium vnũ ex ſeptem ſacramentis. Propoſ. ſuſpec. dam.ibidem.

Matrimonium carnale eſt peccatum mortale, hær.dam.1.355.& 3.de Salu. 163.& addit.162.176.268.

Matrimonium eſſe fornicationem iuratam, niſi continenter coniugati viuãt. hær.dam.355.& 2.2.738. & addit.172. 263.

Quaslibet alias immunditias magis eſſe licitas, quam copulam carnalem, hær. dam.1.355.& addit.172.

Licitum eſt vxorem dimittere, etiam non fornicationis ratione, & libellum repudii ei dare, err.dam.addit.200.249.

Licitum eſt vxorem alterius, etiam marito viuente, in vxorem ſibi accipere, error dam.addit.200.249.

Matrimonium nihil differt à ſcortatione, ſed idem eſt, hær.1.355. & addit. 172.176.278.

Matrimonium Euangelicum id aſſerunt hæreticj, qui dicuntur Euangelici, cum Chriſto deuotas nefario polluunt adulterio, hær.ipſorũ dam. addit.177.

Matrimonium ſpirituale, id aſſerunt Libertini, in quo promiſcui fiunt concubitus, dummodo alter altero ſit contentus, & hoc obſeruandũ tradunt, matrimonium carnale Eccleſiæ ſacramentum diſſoluentes, hæreſ.ipſorum damn. addit. 64.176.

Melchiſedech ſacerdos non fuit purus homo, ſed Chriſtus, aut alia Dei virtus, id eſt Spiritus ſanctus, error dam.1. 221.& 3.de Sal.135.

Membra humana Deus habet, hær. dam.1.14.

Mendicantium Religiones fuerunt malorum dæmonum inuentiones, err. dam.2.2.898.917.

Mendicantes non poſſe ſaluari in ſuo mendicantium ordine, error damn.2.2. 898.917.

Mendicitatem eſſe ex lege diuina prohibitam, error dam. 2.2.898.917.

Non mendicitate, ſed manuum labore tenentur fratres victum acquirere, error dam. 2.2.896.898.917.

Mereri quidem præmia noſtra opera bona, ſed corporalia tantum, non autem ſpiritualia, error dam. 1.2.618.

Mereri poſſe hominem vitam æternam abſque gratię Dei auxilio, hæreſ. dam. 1.2.612.& addit.57.

Meritum nullum eſſe hominis ad gloriam aſſequendam. hær.dam.1.2.613.

Meritis, ac iuſtitiæ hominũ nihil penitus tribuẽdũ, hęr. dam.1.2.134.620.

Non propter iuſtitiam, & æquitatem cordis hominis tribuit quicquam Deus hominibus, hæreſ.damn.1.2. 134.618.& addit.435.

Merita humana non æſtimari apud Deum, hær.dam. 1.2.134.611.520.

Meretrix pauper, etiam publica, eſt melior quolibet caſto quantumlibet continente, dummodo ſibi retineat aliquid in ſui ſubſidium, & iuuamen: quia paupertate ſola omnia peccata conſumuntur, hær. dam.addit.272.420.

Mille annos, homines futuros in voluptate carnis poſt reſurrectionem, hęr. dam.addit.346.353.358.

Mille annorum poſt mortuorũ reſurrectionem regnum Chriſti corporaliter in hac terra fore producendum, ſanctoſque corporaliter cum Chriſto epulaturos, hær. dam. ibidem.

Miracula vera nulla in Eccleſia fiunt, hær.dam.1.518.& 2.2.844.& 3.de Salu. 146.241.

Mira-

Digitized by Google

*Omnes iſtæ hæreſes confutantur à S. Thoma in locis intus aſſignatis.*

*M*iracula ſanctorum fuiſſe præſtigias dæmonum, hær. dam. ibidem.

Miſericordiam omnino conſequentur à Deo poſt iudicium omnes homines, etiam dæmones, hær. potens damnari ab addit. 439. vſque ad 443.

Miſericordię opus magis placet Deo, quàm ſacrificium altaris, hær. dam. 2. 2. 180. & 3. de Sacr. 179. & addit. 308.

Miſſæ ſacrificio Deus non laudatur opere, ſed ore tantum, error dam. 3. de Sacr. 179.

Miſſæ ſacrificio ſacerdos nihil offert Deo, nec ſuam voluntatem, hæreſis dam. ibid.

Miſſam fuiſſe à Chriſto ordinatam, non eſt fundatum in Euangelio, hereſis dam ibidem.

Miſſam non eſſe ſacrificium, quia in ea nulla prorſus offertur oblatio, hæreſis damnat. 3. de Saluat. 266. & 3. de Sacr. 179.

Miſſæ, quas ſacrificia vocant, ſumma ſunt idolatria, & impietas, hær. damn. 3. de Sacr. 179.

Miſſarum vſum, nomine ſacrificiorũ, & ſacerdotum titulo, tenere, eſt negare Chriſtum, hær. dam. ibid.

Miſſam eſſe opus bonum, & ſacrificium, perſuadere in Eccleſia, eſt impiiſſimus abuſus, hęr. dam. ibid.

Miſſam non poſſe offerri pro peccatis, nec poſſe prodeſſe viuis, aut defunctis, ſed ſoli ſacerdoti, hæreſis damnata ibidem.

Miſſam cantari pro defunctis, impiũ eſt, hær. dam. 3. de Sacr. 179. & add. 508.

Miſſam non eſſe à Deo inſtitutam, nõ eſſe ſacrificium, non eſſe opus bonum, hær. dam. 3. de Sal. 266. & 3. de Sac. 179.

Miſſas applicari non poſſe pro peccatis, pro ſatisfactionibus, aut pro alijs quibuſuis Eccleſiæ neceſſitatibus, hær. dam. 3. de Sacr. 179

Miſſæ ſacrificium, & orationes, pro defunctis fieri non poſſe, hæreſis damn. ibidem.

Miſſam nihil eſſe, ideo celebrari non debere, hęr. dam. ibid.

Miſſam eſſe dęmonum ſacrificium, hær. dam. 3. de Sal. 266. & 3. de Sac. 179.

Monachus nemo ſaluari poteſt in religione priuata, niſi ab ea apoſtauerit, error dam. 2. 2. 872. 884. 917. & addit. 253.

Monachus in religione priuata exiſtẽs eſt inhabilis ad obſeruantiã mãdatorum Dei, error dam. 2. 2. 872. 884. 917

Religionum inſtitutores, BB. Benedictus, Dominicus, Franciſcus, ſunt damnati, eò quòd inſtituerunt religionem, niſi fortè de hoc pœnituerint, err. dam. 2. 2. 917.

In Monachatu non eſſe licitum, hominem obligari ad aliquid agendum, præter id, quod Dominus noſter præcepit nobis, ſed eſſe viuendum liberè cuilibet, & non ſub lege humana, err. dam. 2. 2. 889.

Monachi liberam habent facultatem exeundi à monaſterijs, & vxorem ducendi, ſi volunt, error dam. 2. 2. 910. 917.

Clauſtrum incolẽtes omnes ſunt extra charitatem, ideò damnantur, & falſificant, quotquot ſunt, doctrinam Chriſti, error dam. 2. 2. 884.

Monachi, & Monachæ, omnes damnantur, niſi à religionibus illis apoſtauerint; error dam. 2. 2. 917.

Monachos eſſe dæmones nouos, error dam. addit. 253.

Motus non incępit, ſed fuit ab æterno, & in æternum eſt duraturus, hæreſis dam. 1. 47. 246. 247. 248. & addit. 392.

Mobile quoddam fuit ab æterno, hęr. dam. 1. 47. 246. 247. 248.

Moyſen non à Deo, ſed malum fuiſſe, & ſtultum, error dam. 2. 2. 831.

Moyſen modo viſibili legem à Deo non ſuſcepiſſe, neque Deus eidem facie ad faciem locutum fuiſſe, error damn. ibidem.

Mulieres ſacris ordinibus initiari, & ad ſacerdotium iuſtè promoueri poſſunt, error dam. addit. 157.

Mundum fuiſſe ab æterno, hær. dam. 1. 47. 246. 247. 248.

Mundum nunquam finiendum, ſed ſemper in eodem ſtatu manſurum, hęr. dam. addit. 391. 424.

Mundum creatum non à Deo, ſed ab Angelis, ſiue ab Archangelis, hær. dam. 1. 97. 242. 333.

Mundum etiam poſt vniuerſalem reſurrectionem mortuorum in eodem ſtatu, in quo nunc eſt, permanſurum, neque ita eſſe mutandum, vt ſit cœlum nouum, & terra noua, hęr. damn. addit. 320. 321. 391.

Mundi finis eſt futurus Anno ab Incarnatione Chriſti Domini milleſimo trecẽteſimo, trigeſimo quinto, Propoſ. temeraria dam. addit. 317. 336. 378.

Mundũ, ſiue hominẽ non eſſe à Deo, factum,

Digitized by Google

*Omnes iſtæ hæreſes confutantur à S. Thoma in locis intus aſſignatis.*

adam, ſed à trecentis ſexagintaquinque cœlis, hæt. dam. 1. 97. 242. 333.

Mundum a malo pincipio in ſua malignitate factum, hæreſ. damn. 1. 97. 242. 260. 333.

Mures eſſe adorandos, err. dam. 1. 77.

Muſcas eſſe adorandas, err. dam. 1. 77.

Natalem Chriſti ſecundum carnem non eſſe piè venerandum, eo quod Chriſtus neque venit in carnem, neque eſt de Virgine natus, hær. damn. 3. de Saluat. 1. 189. 195.

Neceſſitate abſoluta omnia euenire, err. dam. 1. 122. 138.

Neceſſitate nihil eſſe faciendum, ſed omnia debere fieri liberè, & citra vllam coactionem, err. dam. 1. 407.

Negans Chriſtum tempore perſecutionis, ſi corde in fide maneat, nō peccat, hær. dam. 2. 2. 96. 633. & addit. 33. 415.

Noctis vigilias eſſe reſpuendas, eo quòd ſuperſtitio ſit, iura temerari diuina, quæ noctem ad requiem tribuunt, error dam. 2. 2. 706. & 3. de Salu. 126. & addit. 415.

Nuptias eſſe illicitas, execrabiles, & ſpurcas, & nuptiarum fœdera inter ſe iungentes peccare, hær. dam. 2. 2. 738. & addit. 202. 199.

Nuptiæ non fuiſſent, ſi Adam non peccaſſet, err. dam. 2. 2. 738.

Nuptijs coniugatos non eſſe ad ſanctā Communionem admittendos, ſed tantum continentes, error dam. 2. 2. 738.

Nuptijs coniugatos eſſe ſeparandos, err. dam. addit. 200.

Nuptias quidem primas admittendas, ſed ſecundas eſſe damnandas, err. damn. addit. 261.

Nuptias ſecundas haberi loco fornicationis, err. dam. addit. ibid.

Nuptias non ineſſe Sacramentum, ideſt illam maris, & fœminæ indiſſolubilem coniunctionem non eſſe Sacramentum, neque per eam conferri aliquam gratiam, hær. dam. addit. 174 176. 201.

Nuptiarum fœdus, & vinculum poſſè pro coniugum arbitrio, diſſolui, hęr. dam. addit. 249. 283.

Nuptias pares eſſe virginitati, hæreſ. dam. 2. 2. 735. & adpit. 413. 414.

Ad nuptias contrahendas omnes obligantur, & eſt præceptum vniuerſale, err. dam. 2. 2. 733. & addit. 171.

Ad matrimonium, ſiuè nuptias contrahendas, ſufficere conſenſum ſolum internum, err. dam. addit. 185.

Licitum eſt Chriſtiano dimittere vxorem ob carnalem fornicationem ipſius vxoris, & ducere aliam vxorem, err. dam. addit. 249.

Obediendum non eſſe Romano Pontifici, aut alijs Eccleſiæ Prælatis, hęr. dam. 1. 2. 513. & 2. 2. 551.

Obediendum non eſſe Eccleſiæ Prælatis, niſi in his, quæ in ſacra ſcriptura ſunt apertiſſimè manifeſta, err. dam. 1. 2. 51.

Obedire alicui poteſtati humanę non tenentur illi, qui ad ſtatum perfectionis peruenerint, hær. dam. 1. 2. 513. & 2. 2. 22. 88. 888.

Obedientia Eccleſia eſt obedientia ſecundum adinuentionem Sacerdotum Eccleſiæ, præter expreſſam authoritatem ſacræ ſcripturæ, error. dam. 1. 184.

Occidere ſeipſos poſſe homines, vt martyrij palmam conſequi mereantur, err. dam. 2. 2. 360.

Occidi non debent malefici per iudicem ſæcularem, err. pam. 2. 2. 357.

Occidi non debent animalia bruta. hær. dam. 2. 2. 346.

Omnipotentia in Deo non eſt, hæreſ. dam. 151. 153. 239.

Opera omnia cuiuſlibet, etiam rectè facta quomodocuque, ſunt peccata, hær. damn. addit. 58.

Opera noſtra omnia, cum incerta ſint, immo ex ſe nihil ſint, nulla eorum habēda eſt ratio, error damn. 1. 2. 128.

Opera bona nulla debet facere homo, cum ad vltimum ſtatum perfectionis venerit, hær. damn. 1. 458. & 2. 2. 559. & addit. 13.

Imperfecti hominis eſt, exercere ſeſe in operibus virtutum, & ideò perfecta anima licentiat à ſe virtutes, hær. dam. 1. 498. & 2. 2. 559. & 3. de Sacr. 192. 193. & addit. 13.

Opera nulli homini eſſe neceſſaria ad vitam æternam conſequendam, hęr. dam. 1. 2. 39.

Opera noſtra mereri quidem præmia corporalia, & ſpiritualia, ſed non vitam æternam, hær. dam. 1. 2. 134.

Opera bona pernicioſa eſſe ad ſalutem, hær. dam, 1. 2. 39. 134. & 2. 2. 421. & addit. 58. 303.

Opera bona non eſſe neceſſaria ad ſalutem, hær. damn. 1. 498. 505. 516. & 1. 2. 39. 306.

Operum legem eſſe reiciendam, hær. dam. 1. 2. 128. 134.

Nulla ſunt opera indifferenter, ſed hęc

eſt

*Omnes iſtæ hæreſes confutantur à S. Thoma in locis intus aſſignatis.*

Digitized by Google

*Omnes iſtæ hæreſes confutantur à S. Thoma in locis intus aſſignatis.*

eſt diuiſio immediata humanorum operum, quòd ſunt vel virtuoſa, vel vitioſa: quia ſi homo eſt vitioſus, & agat quicquam, tunc agit vitioſè, & eſt virtuoſus, & agat quicquam, tūc agit virtuoſè: quia ſicut peccatum inficit vniuerſalitèr omnes actus hominis vitioſi, ſic virtus viuificat omnes actus hominis virtuoſi, error dam. 1.2.111.

Nequaquam ſentiendū eſt, quòd propter dignitatem, & munditiam bonorū operum detur vita æterna, hæreſis damn. addit. 435.

Opera aliena nihil prodeſſe, etiam ſanctorum, err. dam. addit. 53.303.

Opera etiam propria, etiam bona, vt à Spiritu ſancto piorum corda inhabitāte, eſſe peccata, hær. damn. 1.498. & addition. 303.

Operationem manuum, vti malignā, eſſe reijciendam, err. dam. 1.498.

Oratio ſola ſufficit ad vitam æternam habendam, etiam ſi baptiſmus, & reliqua omnia deſint, hær. dam. 2.2.452.

Oratio ſola ſedula eijcit ex baptizato dæmonem vernaculum, & familiarem, nihil baptiſmate efficiente, hæreſ. damn. ibidem.

Oratio ſola ſufficit ad omnia peccata delenda, & bona reconcilianda, abſque alijs pietatis exercitijs, etiam ſine baptiſmo, hær. dam. ibid. & addit. 43.

Ab oratione actuali nunquam ceſſandum, err. dam. 2.2.451.

Orationes ſunt inutiles, quia omnia fiunt neceſſitate abſoluta, hæreſ. damn. 1. 122.138. & 2.2.439. & 3. de Salu. 85. 126. 129. & addit. 316.

Orationem nullam eſſe admittēdam, nullaſque orandi formulas, præter eam, quam Dominicam appellamus, error damn. 2.2.451. & 3. de Salu. 85. & addit. 61.300.

Orationem prorſus eſſe inutilem, nulliuſque virtutis, hær. dam. 2.2.439 & 3. de Sal. 126. & addit. 61.300.

Orationes, quas facit Eccleſia, ſiuè pro infidelibus, & alijs peccatoribus, vt conuertantur, ſiuè pro fidelibus, vt perſeuerent, fiunt fruſtrà, hær. dam. 2.2.439. 444. & 3. de Sal. 85.126.129. & addit. 61.300.

Oratio nullius pro alio exaudienda eſt, poſtquam mortui fuerimus, licet pro nobis mutuò, dum viuimus orare poſſimus, hær. dam. addit. 301.

Orationes factæ pro defunctis non proſunt eis, hær. dam. addit. 301.

Orandum non eſſe pro mortuis, hær. dam. addit. 301.

Orandum non eſſe pro aliqua perſona particolari, error damn. 2.2.444. addit. 300.

Oratio, quæ pro vno ſolo fit, nō plus prodeſt ei, quàm alijs, error dam. addit. 311.

Orationes ſpeciales applicatæ vni perſonæ per Prælatos, vel Religioſos non plus proſunt ei, quàm generales, cæteris paribus, error dam. addit. 312.

Orandum non eſſe, quòd Deus nunquam voluit, & nuſquam debuit euenire: quia Deus cognoſcit ſingula, error damn. 3. de Sal. 129.

Orare Deum ac adorare debemus in ſolo ſpiritu, id eſt mentaliter, & non vocalitèr, eum inuocare, & adorare; quia Deus ſpiritus eſt, hær. damn. 2.2.432 449. & 3. de Sal 128.

Orare Deū amplius non eos oportet qui ad ſtatum perfectionis quemdā peruenerunt, error dam. 2.2.127. & 3. de Sal. 128 & 3. Sacr. 192.193.

Omnes ſunt ſimoniaci, qui ſe obligāt orare pro illis, qui eis in temporalibus ſubueniunt, error damnatus ſecunda ſecundæ 188.531.

Orationes, eleemoſynæ, litaniæ, & ſimilia, comprehenduntur ſub ordine naturæ, error dam. 2.2.440.

Ordo Saced. non eſt Sacramentum, hæreſ. dam. addit. 137.

Ordo non confert gratiam, hær. dam. addit. 140.

Ordo non eſt alter altero dignior dignitate, & poteſtate, ſed omnes Chriſtiani in eodem ſunt ordinis gradu, hær. dam. addit. 130.151.

Ordines tantum tres eſſe in Eccleſia, ſcilicet Diaconum, Præsbyterū, & Epiſcopum, hær. dam. addit. 151.153.

Ordinis Sacramentum quid ſit, Eccleſiam ignorare, hær. dam. addit. 137.

Ordinis Sacramentum nihil aliud eſſe, quàm ritum quemdam eligendi concionatorem in Eccleſia, hæreſis damnata addit. 137.

Ordinis Sacramentum eſſe figmentum natum ex hominibus nihil de re Eccleſiaſtica, & de Sacramento intelligentibus, hæſ. dam. addit. 137.

Ordinem lectoratus tantum ex minoribus eſſe, Oſtiarium verò, Exorciſtam, & Accolytum, non debere inter ordines computari, error dam. addit. 151.

F Ordi-

Digitized by Google

*Omnes iſtæ hæreſes confutantur à S. Thoma in locis intus aſſignatis.*

Ordinibus ſacris mulierẽ poſſe initiari, hær. dam. addit. 147.

Ordinationem clericorum reſeruari Papæ, & Epiſcopis, propter cupiditatem lucri temporalis, & honoris, err. dam. addit. 155.

Omnes ordines Sacerdotum, Diaconorum, Subdiaconorum, Prælatorum, & Religioſorum, ſunt ad fidei Eccleſiæ detrimentum, hær. dam. addit. 135.

Poſt Vrbanum VI. non eſt aliquis recipiendus in Papam, ſed viuendum eſt more Græcorum ſub legibus proprijs, hær. dam. addit. 94. 168.

Syluester Papa, & Conſtantinus Imperator, errauerunt Eccleſiã dotando. err. dam. addit. 165.

Papa cum omnibus ſuis poſſeſſiones habentibus ſunt hęretici, eò quòd poſſeſſiones habent, & omnes conſentientes eis, ſcilicet domini ſæculares, & cæteri laici. hær. dam. addit. 165.

Petrus non eſt, nec fuit, caput Eccleſiæ Sanctæ Catholicæ. hær. dam. 1. 184.

Nullus ſine reuelatione aſſereret rationabiliter de ſe, vel de alio, quòd eſſet caput Eccleſiæ particulari Sanctæ, vel quòd Romanus Pontifex eſſe caput Romanæ Eccleſiæ, error. dam. 175.

Non oportet credere, quòd iſte, quicunque eſt Romanus Pontifex, ſit caput cuiuslibet Eccleſiæ particularis ſanctæ, niſi Deus eum prędeſtinauerit. err. dam. addit. 168.

Papa, vel pręlatus malus, & præſcitus, eſt æquiuoce paſtor, & verè fur, & latro, hęr. dam. addit. 168.

Non eſt ſcintilla apparentiæ, quod oporteat eſſe vnum caput in ſpiritualibus regens Eccleſiam, quod ſemper cũ ipſa militante Eccleſia conuerſetur, hęr. dam. 1. 184. & addit. 168.

Pontificũ nomen eſſe prorſus inane, quia re ipſa nihil aliud eſt, quàm regnum diaboli, & potentia robuſti venatoris Nembroth, hær. dam. addit. 94.

Papam ſuper alios Pontifices mera tyrannide fuiſſe exaltatum, hær. dam. addit. 94.

Pontifici Romano non eſſe obediendum, hær. dam. 1. 184.

Pontifex Romanus ſupar his, quę vniuerſalis Eccleſia ſtatuit, diſpenſare non poteſt, err. dam. addit. 24.

Papa poſt Chriſti Aſcenſionem non manſit ipſius Vicarius generalis, hær dam. addit. 94.

Papa aliquem abſoluere non poteſt, niſi ea prædictus ſit poteſtate, qua polluit Beatus Petrus, hęr. dam. addit. 94.

Poteſtas quam Chriſtus Romano pontifici, & cuicunque ſucceſſori Petri, conceſſerat, inanis iã reddita eſt, & omnino perijt, ob pontificum Romanorum malitiam. hær. dam. addit. 94.

Pontificem Romanũ reliquis Epiſcopis (tantum) parem eſſe, hær. dam. addit. 78.

Quòd papa ſit ſuper omnes, nõ à Chriſto, ſed hominum electione, conſtitutũ eſt hær. dam. addit. 94.

Papam, ſeu Romanum pontificẽ, eſſe Antichriſtum, hęreſ. dam. 3. de Sal. 63. & addit. 81.

Papam debere ipſi potius mortẽ gerere, quam ipſe papæ, dictitabat Anaſtaſius Imperator, hæreſ. damnat. addition. 94.

Papam verum non fuiſſe Diuum Petrum, & Romanę ſedis antiſtitẽ, nec eius ſucceſſores, hęr. dam. addit. 94.

Aetate D. Hieronymi pontificem nõ ſolere quemquam arcere à communione, (quod nouo verbo vocant excommunicare) niſi eum, qui ad eam pertinuiſſet Eccleſiam error dam. addit 94.

Romani Pontificis Monarchia poſt Hieronymi ſęculum exorta eſt. error. dam. addit. 94.

Auguſtinum non agnouiſſe Romanæ ſedis authoritatem, quã illi nunc tribuimus, err. dam. addit. 101.

Paſtorem vnum totius Eccleſiæ non eſſe à Chriſto in B. Petro inſtitutum. hęr. dam. addit. 168.

Petrus Galilæus ſolo iure humano factus eſt primus, & ſupremus inter reliquos Apoſtolos, & idem cenſendum eſt de quolibet Petri ſucceſſore. hęr. damn. addit. 94.

Patriarcha Conſtantinopolitanus non eſt inferior Romano Pontifice, nec eſt ei ſubiectus. hęr. dam. 102. 168.

Romanus Pontifex Petri ſucceſſor nõ eſt Chriſti Vicarius ſuper omnes totius mundi Eccleſias, ab ipſo Chriſto in B. Petro inſtitutus hęr. dam. addit. 94.

Certũ eſt, in manu Eccleſię, aut Papę, non eſſe ſtatuere articulos fidei, imo nec leges morum, ſeu bonorum operum hęr. dam. 2. 2. 10.

Papa nõ habet iuriſdictionem coactiuam ſuper fideles, niſi inquantum Imperator concedit, err. dam. addit. 94.

*Omnes iſtæ hæreſes confutantur à S. Thoma in locis intus aſſignatis.*

Ro-

*Omnes iſtæ hæreſes confutantur à S. Thoma in locis intus aſſignatis.*

Romano Pontifici parere non tenentur Prelati, & Clerici in ſynodo congregati, error dam. addit. 93. 168.

Papa non habet aliquam plenitudinem poteſtatis abſque conceſſione Imperatoris, hær. dam. addit. 78. 102.

Papa licet ſit principalior Parochialium, non eſt tamen immediatè aliorum curatus, ſiue non habet immediatè curam aliorum, error dam. ibid.

Papa non poteſt, nec Epiſcopus audire Confeſſiones Parochianorum, quin teneantur eadem peccata, quæ Papæ confeſſi ſunt, confiteri Parochialibus ſacerdotibus, error dam. ibidem.

Papa non poteſt, nec Epiſcopus dare generalem poteſtatem audiendi cōfeſſiones aliquibus, error damnatus ibidem.

Romanum Pontificem Chriſti Vicarium non habere vniuerſalem Eccleſiæ primatum, hær. dam. addit. 168.

Romano Pontifici non omnes fideles eſſe ſubiectos, hær. dam. 1. 184.

Ad Imperatorē pertinet corrigere Papam, & inſtituere, error dam. add. 102

Papa, Archiepiſcopus, Epiſcopus, & ſimplex Sacerdos, ſunt omnes æqualis authoritatis, & iuriſdictionis ex inſtitutione Chriſti, ſed quòd vnus plus habeat alio, eſt ex conceſſione Imperatoris, & ſicut conceſſit, ita reuocare poteſt, hær. dam. addit. 33. 94. 102. 168.

Papa, vel tota Eccleſia ſimul iuncta, nullum hominem quantumcumque ſceleratum poteſt punitione coactiua punire, niſi Imperator eis daret anthoritatem, error dam. addit. 94. 102.

Paradiſum non eſſe, hęr. dam. add. 102

Paria eſſe peccata in hac vita, & merita, hęr. dam. 2. 2. 127. & addit. 400.

Pares eſſe omnes peccatores in peccatis, & pares fore in pœnis, hęr. dam. 1. 2. 463. & addit. 400.

Pares erunt omnes in pœna, vel in gloria, hęr. dam. 1. 60. 129. 1. 2. 464. & addit. 400.

Parochiani non poſſunt reduci in Deum per pœnitentiam, niſi mediantibus parochialibus ſacerdotibus, error dam. addit. 32. 79.

Paruulos ſine baptiſmo decedentes fore nihilominus beatos extra tamē regnū Dei, non n. baptizantur ob peccatū originale delēdū, ſed vt recipiantur in gratiam filiorum Dei, hæreſis damnata addit. 295.

Paruuli, cum veniunt ad ętatem adultam, eſſent interrogandi, an vellent ſeruare legem Chriſti, quam per alios in baptiſmo vouerunt, qui ſi nollent ſuo arbitrio ſunt relinquendi, error damna. addit. 179.

*Omnes iſtæ hæreſes confutantur à S. Thoma in locis intus aſſignatis.*

Paulus nunquam fuit membrum diaboli, licet fecerit actus quoſdam actibus Eccleſię malignantium conſimiles, error dam. 1. 184. & 3. de Sal. 62.

Paupertatem voluntariā eſſe fruſtraneam, error dam. 2. 2. 886. & addit. 381.

Paupertatem habitualem eſſe licitam, non autem actualem, error damn. ibidem.

Promptitudo animi ad relinquendum omnia pro Chriſto, licita eſt tantum, cum vrget neceſſitas, qua neceſſitate excluſa, illicita eſt, error damn. addit. 381.

Paupertatem voluntariam eſſe non ſolum inutilem, ſed etiam noxiam, err. dam. 3. 2. 886. & addit. 281.

Peccatum originale nullum eſſe, hęr. dam. 1. 2. 436. 339.

Peccatum originale pueros nec recenter natos, nec etiam conceptos contrahere, hęr. dam. 1. 2. 438. 439.

Peccatum primorum parentum toti poſteritati ante paſſionem nocuit, & ad infernum traxit, non originale, quod nullum eſt, ſed proprium ipſorum parentum, etiam ſi ipſi poſteri nullum in ſe habuerint peccatum, hęreſis damnat. 1. 2. 437.

Peccatum non eſſe à libero arbitrio, ſed à dęmone, err. dam. 1. 563. & 1. 2. 432

Peccatum nullum extitiſſet, ſi dęmon non fuiſſet, qui homines ad hoc impuliſſet, error dam. 1. 563. & 1. 2. 435.

Peccatum eſſe omne opus quantumlibet rectè factum, error dam. add. 302.

Peccare iuſtum ſemper in omni opere bono, error dam. ibidem.

Nemo eſt certus, ſe non peccare ſemper mortaliter, error dam. 1. 2. 606.

Inter peccatum mortale, & veniale, nullum eſt diſcrimen, error damn. 1. 2. 469. & 2. 2. 131.

Peccatū nullū eſſe veniale, ſed omne eſſe mortale, err. dā. 1. 2. 470. & 2. 2. 13.

Peccata poſt baptiſmum commiſſa eſſe irremiſſibilia, hęr. dā. 3. de Sac. 201.

Peccatorum eſſe certum numerum irremiſſibilem, ita, vt qui illum attingat, conſequi veniam non poſſit, err. dam. 1. 255. & 3. de Sacr. 201.



Digitized by Google

*Omnes iſtæ hæreſes confutantur à S. Thoma in locis intus aſsignatis.*

Peccatores aliquos eſſe in via ita obſtinatos in malitia, vt ſecundum legem communem eos pœnitere non poſſit, error dam. 1.255.

Homines non poſſe peccare, hæreſis dam. ibid.

Non audio, qui mihi dicat, fœdam illam pruriginem, & Veneris ſtimulos, non à natura, ſed à peccato profectam, propoſ. ſuſp. dam. 1.563.

Peccata omnia eſſe paria, hær. dam. 1.2.389. & 2.2.108.794. & addit. 400.

Peccatores omnes in peccatis, & pœnis pares eſſe, hær. dam. 1.2.389.464. & 2.2.108.793. & addit. 400.

Peccatũ nõ eſt, niſi opinione eorũ, qui ſic putant, err. dam. 1.253.256.

Peccare eum amplius non poſſe, qui ſemel per gratiam fuit iuſtificatus, hær. dam. 2.2.134.

Qui accepta gratia voluntariè peccat, nunquam in gratiam recipi poteſt, hær. dam. 1.564. & de Sacr. 201.

Peccare ille non poteſt, qui in hac vita ad tantam venerit perfectionem, quãtam aſſignabant Beguinæ. Hoc eſt impeccabilem poſſe reddi hominem in hac vita, hæreſis damn. 2.2.127.709. & 3. de Salu. 128. & 3. de Sacr. 192. 193. & addit. 51.

Peccatum eſt dolere de vno peccato ſine dolore omnium, error dam. 3. de Sacram. 203. & addit. 54.

Peccati mortalis reum non potiri vlla authoritate tam Eccleſiaſtica, quam laicali, error dam. addit. 103.

Peccatoribus, & ſceleratis poteſtatem, & dona ſua Deum non præſtare, hær. dam. addit. 103.

Peccati mortalis cauſa, amitti omnẽ poteſtatem tam laicalem, quam Eccleſiaſticam, hær. dam. ibid.

Qui manet in peccato mortali, non manet in baptiſmo, in ſacerdotio, Epiſcopatu, vel Papatu, hær. dam. 3. de Sacr. 24.29.33.173. & addit. 74.76.103.

In peccato mortali exiſtens ſacerdos, vel Epiſcopus, non ordinat, non conficit, non conſecrat, non baptizat, hereſis damn. ibid.

Nullus peccat volendo aliqualiter aliter, quam Deus velit, eum velle, error dam. 1.475. & 1.1.4 8.

Peccans conformat voluntatem ſuã voluntati beneplaciti Dei ſic, quod ille vult, ſicut Deus vult, eum velle, hereſis dam. ibid.

In peccatum relapſi non ſunt ad pœnitentiam admittendi, ſed ad luporum rapinam, & diaboli prædam, proijciendi, hær. dam. 1.255. & 2.2.22.141. & 3. de Sac. 291. & 260.

Peccantes ad mortẽ poſt baptiſmum, & dijs ſacrificantes, eſſe reijciendos à communione diuinorum myſteriorũ & ſolius Dei non autem ſacerdotum, eſſe poteſtatem concedere delicti remiſſionem talibus peccatoribus, err. dam. addit. 33.

Peccatoribus non dari pœnam ante diem iudicij, hær. dam. 3. de Sal. & addit. 29.

Peccantibus nunquam comminatus eſt Deus æternam damnationem, ſed ijs ſolum, qui ſunt alijs malo exemplo, & offenſioni, hær. dam. addit. 441.

Peccator, ſiue impius, vbique per fidem agit, error dam. addit. 302.

Omne peccatum eſt vniforme, & æquale, vnde ſic nocens eſt ille, qui paleas furatus eſt, ſicut qui aurum, vel argentum, & non plus nec minus, quia non res, ſed animus crimen facit, hereſis dam. 1.2.389. & 2.2.108.794. & addition. 400.

Peccata omnia poteſt homo vitare per ſe ipſum, abſque Dei auxilio, & omnes monitiones Prophetarum perfectè adimplere, hær. dam. 1.139.410.489. & 1.2.584. & 2.2.676.

Pœnitentiæ Sacramenti non eſſe tres partes, hær. dam. 3. de Sacr. 186.222.

Pœnitentiam veram, & optimam, eſſe nouam vitam, error dam. 1.2.469. & 3. de Sacr. 197.

Pœnitentiæ partes eſſe tantum duas ſcilicet contritionem, & fidem, hæreſis dam. 3. de Sacr. 222.

Pœnitentiam, quæ à timore gehennæ oritur, eſſe inanem, noxiam, & peſtiferam, hær dam. 3. de Sacr. 199.

Peccatum eſſe remiſſum ſtatim à reſipiſcentia, & dolore, nullam agentibus pœnitentiam, neque confitentibus, hær. dam. add. 43.

Pœnitere, eos non poſſe ita vt remiſſionem peccatorum conſequantur, qui ſemel lapſi ſunt in peccatum poſt baptiſmum, hær. dam. 1.225. & 22.22. & 3. de Sacr. 201.

Pœnitentiæ Sacramentum, quantum ad collationem gratiæ, eſſe naturæ, non inſtitutionis noui, aut veteris teſtamenti, error dam. addit. 49.

Pœna

Digitized by Google

*Omnes iſtæ hæreſes confutantur à S.Thoma in locis intus aſſignatis.*

Pœna,quæ culpæ debetur,dimiſſa ipſa culpa,remanet tota dimiſſa, error damn. 1.2.466. & 3. de Sacramen, 204. & additio 40.

Tres eſſe partes pœnitentiæ Contritionem,Confeſſionem,& Satisfactionē, non eſt fundatum in ſacra ſcriptura, nec in antiquis Sanctis Chriſtianis Doctoribus,error damn.3.de Sacram.186 222.

Per pœnitentiam,nec gloria augetur, nec pœna inferni minuitur,error dam. 3. de Sacram 204.

Non eſt pęnitendum de peccatis,hær. damn.3.de Sacram.189.202.& addit.59. 62.108.

Perfectionis gradum tantum poteſt homo in hac vita acquirere, vt nec peccare amplius, nec in gratia proficere valeat,& ita ſenſum ſpiritui ſubijciet,vt amplius,ſnec ieiunare,nec orare, nec alicuius obedientiæ, etiam Eccleſiæ, ſe ſubijcere oporteat, ſed libere corpori, quic quid placet, concedere poteſt, hęr.dam. 2.2.127.& 3.de Sacr 192.193.

Perfecta anima licentiat à ſe virtutes, quia imperfecti hominis eſt exercere ſe in actibus virtutum,error damn.2.2.559. & 3. de Sacram.ibid.

Poteſtatem omnem amitti per peccatum mortale, quoniam poteſtatem ſuā, & dona,non præſtat Deus peccatoribus, error damn.addit.103.

Poteſtates ſæculares peccant mortaliter puniendo malefactores, vel hæreticos,error damnatus prima ſecundæ 506. & 2 2 337.

Præcepiſſe Deū impoſſibilia, vt à nobis ſeruentur, hæreſis damnat.1. 306. & 2.2.869.

Præcepta poſſe ſeruari abſque gratia Dei,error dam.1.139.

Inter præceptum, & conſilium Euangelicum,nullum prorſus eſſe diſcrimen, neque aliquod eſſe in Euangelio conſilium, ſed præcepta eſſe omnia, quæ nobis in Euangelio à Chriſto commendata ſunt, error damnatus prima ſecundæ 576.& 2.3 870.

Præcibus, & ſacrificiis Deus non placatur, error dam addit. 302.

Prædicatio verbi Dei libera eſt cuilibet Chriſtiano,adeo,vt quamuis à ſuperioribus ſit prohibitus, poſſit quilibet prædicare verbum Dei, error dam. 2. 2. 876,& addit.84.416.

Prædicare,ſiuè audire verbum Dei dimittentes propter hominum excommunicationes,ſunt excommunicati,& in die iudij traditiores Chriſti habentur, error dam.2.2.876.& addit.84.416.

*Omnes iſtæ hæreſes confutantur à S.Thoma in locis intus aſſignatis.*

Prædicare verbum Dei licet diacono, vel presbytero,ſine authoritate Sedis Apoſtolicæ,vel Epiſcopi Catholici, err. dam.2 2.876.& addit.84.416.

Prædeſtinatis à Deo ad vitam æternā non obeſſe quæcunque ſcælera ab eis cōmiſſe, & pie viuentibus non prodeſſe bonorum operum laborem, ſi à Deo ad mortem ſint ordinati, hæreſ. damnat. 1. 144.146.

Prædeſtinatum à Deo ad vitam, etiā ſi ipſe mala opera agat,nunquam poſſe eſſe membrum diaboli, & e contra, ſcilicet prædeſtinatum ad mortem, quantumcunque ipſe bene viuat, nunquam poſſe eſſe membrum Dei,hær.dam.1.130 144.146.& 3 de Sal 58.62.

Prædeſtinationis gratia eſt vinculum, quo corpus Eccleſiæ, & quodlibet eius membrum iungitur Chriſto capiti indiſſolubiliter,err.dam.130.146.

Prædeſtinatus ſemper manet membrū Eccleſiæ, licet aliquando excidat à gratia aduentitia,ſed non à gratia prædeſtinationis,err.dam 1.142.

Præſcitus etſi aliquando ſit in gratia ſecundum præſentem iuſtitiam, tamen nunquam eſt pars ſanctæ Eccleſiæ, error dam.1.242.144.& 3.de Sal.58.

Ex ſola prædeſtinatione,& præſcientia diuina, pendere omnia, & nlli homini opus prodeſſe,aut malum obeſſe, hæreſ. dam.1.144.146.

Si ad prædeſtinationem referas humanam voluntatem,nec in externis, nec in eternis operibus vlla eſt libertas, hæreſ. dam.1.138.144.

Non omnes fideles iuſtificati membra ſunt Chriſti, ſed ſoli prædeſtinati, error dam.1.de Sal.58.

Præordinauit (idest prædeſtinauit) Deus aliquem ab æterno propter eius bona futura,err.dam 1.143.

Prophetas contrario ſpiritu fuiſſe inſpiratos,& ob id contraria dixiſſe, hær. dam 153.& 1.2.570 571.

Prophetias eſſe falſas, nihilque in eis eſſe veritatis, eo quod ipſæ ſibi inuicem aduerſentur,hær.dam.1.583 & 1.2.579. 571.& 2.2 817.

Prophetas fuiſſe arreptitios, non intelligentes,ea de quibus loquebātur,hær. dam.1.583.& 1.2.570.571.& 2.2.827.

Prophetarum dicta eſſe ſpernēda, nec eis

Digitized by Google

*Omnes iſtæ hæreſes confutantur à S. Thoma in locis intus aſſignatis.*

eis fides adhibenda, hær. damn. 1.2.570.571. & 2.2.817.

Prophetia eſt naturalis, quia ab vltima intelligentia deriuatur, err. dam. 2.290. & 2.2.818.

Prophetias vocandas eſſe ſomniorum phantaſias, hær. dam. 2.2.510 831.

Ad prophetiæ gratiam homo poteſt ſufficienter ſe diſponere, & Deus non eligit in profetando aliquem ſingulariter, ſed illum, qui ad id ſe diſponit per ſua naturalia, err. dam. 1.290. & 2.2.820.

Sub prouidentia diuina non ſunt contingentia, & ſingularia, hęr. dam. 1.41.136, 500.501. & 1.2.498.

Prouidentia Dei nõ eſt de indiuiduis, de his inferius exiſtentibus, hær. dam. 1.31.136.500.502. & 1.2.2.497.498.

Prouidentiam Dei de rebus humanis nullam eſſe, hær. dam. 1.41.136. 500.502. & 1.2.2.498.

Prouidentia vlla diuina mundus non regitur, hær. dam. 1.41.136.500.502. & 1.2.2.496.497.498.

Purgatorium nullũ eſſe locum, in quo animæ ab hac luce migrantes ſecundum exigentiam culparum à ſordibus purgẽtur, antequam in æterna recipiantur tabernacula, hær. dam. addit. 296.

Animæ in purgatorio exiſtentes non ſunt ſecuræ de ſua ſalute ſaltem omnes, hær. dam. addit. 306.

In purgatorio animas ſine intermiſſione peccare, quamdiu quærunt requiem, & horrent pœnas, hær. dam. addit. 305.

Animæ ex purgatorio liberatæ ſuffragijs viuentium, minus beantur ſi per ſeipſas ſatisfeciſſent, error damnatus addition. 305.

Quatuor nõ eſſe euangeliſta in 3.p.951

Quadrageſimæ ieiunium, & abſtinentia à carnibus nullius eſſe meriti apud Deum, hær. dam. 2.2.706.713. & addi. 61.

Ranas eſſe colendas, hęr. dam. 1.77.

Relationes non ineſſe diuinis perſonis, ſed à foris exiſtere, err. dam. 1.166. 210.

Religiones omnes indifferenter introductæ ſunt à diabolo, err. dam. 2.2.433.

Reliquię Sanctorum, carnes, & oſſa mortui non debere à populo venerari, neque à monumento fœtido extrahi, nec in capſa aurea reponi, hæreſ. damn. 3. de Sal. 149.

Reliquias Sanctorum venerantes idolatriam cõmittunt, hęr. dam. 3. de Sal. 149

Reliquias Chriſti Saluatoris noſtri adoratio aliqua nõ eſſe dignas, hęr. dam. de Sal 149.

Corpora Sanctorum non eſſe venerãda, hęr. dam. 3. de Sal. 149.

Remiſſionem peccatorum poſt Baptiſmum commiſſorum, etiam pœnitentibus, negant Nouatiani, hęreſis ipſorum dam. addit. 69,

Reprobis nulla eſſe venialia, & electis nulla mortalia, hær. dam. 1.154.146.

Reſtituere rem furto ſublatam non eſſe neceſſarium ad hoc, vt quis vitam conſequatur ęternam, itaque confeſſarij ad ſatisfaciendum id ei non iniungant, ſed ad aliquam portionem ſibi diſtribuẽdam, vt abſolutionem obtineat, err. dam. 2.2.191.

Reſurrectio carnis non eſt futura, hæreſis dam. addit. 329.

Reſuſcitatum corpus, poſt reſurrectionis gloriam, futurum aere, & vento ſubtilius, ita vt nec palpari, nec videri poſſit, hęr. dam. addit. 342.354.358.363.

Reſurrectionem in filiorum procreatione eſſe, quę quotidie in humano genere fit, non illam immortalitatis futuram, atque glorioſam, hær. dam. 1.2,30. & addit. 331.

Reſuſcitata corpora poſt reſurrectionem futura iterum mortalia, quę multis tranſactis ſæculis poſtmodum ſunt in nihilum redigenda, hæreſ. damn, 1.511. & 1.2.30 & addition. 354.371.

Corpus corruptum non contingit idẽ numero reſurgere, hæ. dam. addit. 343.

Reſurrectionem carnis iã ſectam eſſe nec aliam corporum expectandam, hęr. dam. addit. 330.

Reſerrecturos omnes homines in ſexu virili, nullumque eſſe poſt reſurrectionem fœmineum ſexum, err. damnatus addition. 452.

In reſurrectione corpora hominum rotunda, & orbiculari ſpecie, exci tabuntur, err. dam. add, 351.

Poſt reſurrectionem homines futuros in voluptate mundi, hęreſ. dam. 1.2.41. & addit. 347.354.

Reſurrexiſſe Chriſtum à mortuis die Sabbati poſt Paraſceuen hora ſexta, hęr. dam. 3. de Sal. 285,

Reſurrectio mortuorum eſt impoſſibilis, quia mortuum non poteſt redire viuum, nec etiam per multa media, & ſi redit, non redit idem numero, hęr. damn. addit. 331.

Sacerdotes omnes Chriſtianos eſſe, &

ęqua-

*Omnes iſtæ hæreſes confutantur à S.Thoma in locis intus aſſignatis.*

æqualem habere poteſtatem, nulla ſtatus aut ſexus diſcretione facta, hær.dam. 22.& 3.de ſacram.14 169.31.64. 113.

Sacerdotes omnes pares eſſe, inter quos uis Sacerdotes nullū diſcrimē eſſe, etiam Epiſcopos,err.dam.addit.78.

Sacerdotem potiorem efficit non dignitas ſed vitæ meritum,err.dam.addit. 78 123.147.

Sacerdos amittit conſecradi poteſtatem,ſi mortale commiſerit, hær.dam.3. de ſacr.24.38.

Sacerdotes non debere eſſe cælibes, err.dam.2 2.887.& addit.152 214.267.

Sacerdos eſt tantum, qui Euangeliū prædicat,cæteri veró a quiuocè, vt homo pictus,hær.dam.addit.74.

Sacerdos,ſi eſt in peccato mortali,nō conſecrat,non baptizat, hær.dam.3.de ſacr.24.33.174.

Sacerdotes ritè, & legitimè ſecundum formam Eccleſiæ ordinatos,quibuslibet tamen criminibus preſſos,non poſſe cōſecrare,vel conferre Eccleſiaſtica ſacramenta,hæreſ.damn.3 de Sacr.29 33.173 & addit.76.

Sacerdotum malorum,aut impurorū, Sacramenta nulla eſſe, hæreſis damnata 3.de ſacramentis 29.33.173.& addition. 76.

Sacerdotibus illis tantum conceſſa eſt poteſtas ligandi, atque ſoluendi, qui vita, & doctrina pollent,ſicut Apoſtoli, hær.dam addit.76.

Sacerdotes, quomodolibet criminosè viuant, ſacerdotij polluunt dignitatem, & ſicut filij infideles ſentiunt infideliter de ſeptem Sacramentis Eccleſię,de clauibus de cenſuris,err.dam.addit.76.

Sacerdotes, & alij Eccleſiæ miniſtri, qui non ſunt ſuę ſectę,aiunt Begardi,carent poteſtate tam ordinis, quàm iuriſdictionis,hær.ipſorum dam. addit.74.

Sacerdotes eſſe membra Sathanę,hęr. dam.addit.76.

Sacramenta nouæ legis dare gratiam his,qui nō ponunt obicem,hæretica eſt, ſed vſitata,hæc ſententia,hær.dam.3. de ſacram.13.

Sacramentum nullum conferre gratiam,nec poſſe, quantūlibet ad eius ſuſceptionē animam ſuam quis præparet, hær.dam.3.de Sacr.13.& addit.68.

Sacramenta nulla eſſe in Eccleſia,hęr. dam.3.de ſacram.12.

Sacramenta Eccleſiæ tātum tria, .ſ. Baptiſmus,Pœnitentia,& Euchariſtia, ſunt in ſacraſcriptura inſtituta, cętera autem quatuor humanitus per Eccleſiā tradita,hær.dam.3 de Sacr.26.

*Omnes iſtæ hæreſes confutantur à S Thoma in locis intus aſſignatis.*

Sacramenta tantum duo eſſe, .ſ. Baptiſmum,& Cęnam, hær.dam.addit.26.

Sacramenta ſeptem eſſe, dixit Lutherus dum concorditer rectè cum Catholicis doceret,Anno 1515. At ſacramentum vnum tantum pronunciauit, dum in ſua captiuitate Babylonica,captious ipſe conſcriberet, Anno 1520.ſed ſacramenta eſſe tantum duo voluit,cum perniciosiſſimè Cathechiſmum ſuum componeret, Anno 1522. Tandem veró Sacramenta eſſe tria profitetur in Confeſſione ea ſacrilega Auguſtana quam Lutheri nomine obtulit Melancton, Anno 1530. hæreſes eius) pręter primam) damnatæ 3.de Sacram.35. & addit.24.

Sacramenta omnia Eccleſię nihil proſunt ad ſalutem hęr.dam.3.de ſacr 9. 16.

Sacramenta Chriſti,& Eccleſię, non ſunt vera,ſed falſa,& deceptoria,hæreſis damnata 3. de Sacrament. 9. & addition.20.

Sacramenta nulla imprimere characterem,immo hoc aſſerere eſſe meram nouorum Theologiſtarum fictionem, atque commentum, hęreſis dam.3. de Sacr.19.93.

Sacramentis Chriſti peccata non tolli,ſed delicta non imputari,permanentia velari,non ablui, hær. dam.3. de Sacrament.15.

Sacramenta eſſe adiaphora, hær.dam. 3.de Sacr.9.38.

Sacrificia priuata eſſe prohibita,Propoſ.ſuſpec.dam 3 de Sacram.179.

Sacrificio altaris gratius eſt Deo opus medicinæ,hær.dam.3.de Sacr.179. & addit.308.

Saluari poſſe quemlibet in ſecta ſua, extra Eccleſiam Datholicam, & Romanam,hæ.dam.2.2.463. & 2. 2.51. & addit.443.

Saluabuntur animæ tam eorū, quos fideles vocamus,quàm infidelīū.& ęquè damnabuntur corpora Apoſtolorum, atque infidelium,hær.dam. 1 2.463.& 2. 2.51.addit.386.441.

Saluari poſſe hominē proprijs naturalibus virtutibus,vt Scipio,& Cato,ſaluati ſunt, hæreſ.damn.1. 2. 341.& 2.2.122. & addit.443.

Saluari neminem poſſe, qui Eccleſiæ Ramanę fidem profiteatur, hęr. dam. 1. 194.& addit.74.

Sal-

Digitized by Google

*Omnes iſtæ hæreſes confutantur à S. Thoma in locis intus aſsignatis.*

Saluatorem non fuiſſe IESVM Chriſtum, hær. dam. 3. de Sal. 247. 268.

Saluatorem mundi ſe fuiſſe deſtinatum, ad hominum ſalutem ex Olympo demiſſum, aſſerebat Menander, hæreſis ipſius dam. 3. de Sal. 247. 268.

Sanctos non honorandos, neque venerandos eſſe, hær. dam. 2. 2. 441. & 3. de Salu. 150.

Sanctorum ſuffragia in cœlis regnantium non eſſe expetenda, hær. dam. 3. de Sal. 150. & addit. 315.

Sanctorum inuocationis fundamenta per optimos, & ſanctos Patres, iecit ſathan. hær. dam. addit. 315.

Sanctis altaria dicata, & imagines thurificari, ipſorumque ſanctorum inuocationes, eſſe idolatriam, hær. dam. 3. de Salu. 150. addit. 315.

Sancti in cœlo non audiunt orationes fidelium, nec venerationes, quibus eos venerantur, attendunt, hær. damna. addit. 313.

Sancti non orant pro nobis, ideo non oportet implorare eorum ſuffragia; quia abſorpti gaudio cœleſti nobis nequeunt intendere, nec in aliquid aliud vacare, hęr. damn. 3. de Sal. 150. & addit. 314. 315. 356.

Non ſancti in cœlo, ſed tantum viui pro ſe mutuò orare poſſunt; ideo ſancti non ſunt in auxilium noſtrum inuocandi, hęreſ. damnata 3. de Saluatore, & addit. 301. 315.

Sanctorum martyrum ſepulchra non eſſe veneranda, hær. dam. 3. de Sal. 149.

Sanctorum imagines, reliquias, aras Eccleſias, monaſteria, ſacraria, oppugnabant, deſtruebant, Orphani. Hæreticalia hæc ipſorum facinora dam. 3. de Salu. 149.

Non eſſe imploranda auxilia B. Virginis, nec Angelorum, nec Sanctorum, hær. dam. addit. 315.

Sathanæ ſacrificaudum, nè ſit nobis infeſtus ſacrificijs placatus, hęreſis idolatrica damnara, ſecunda ſecundæ 459. 503. & addit. 240.

Schiſmatici ſunt Chriſtus, Apoſtoli, omnes Angeli, & beati, hæreſis damnat. addit. 77.

Schiſmaticum eſſe eſt perfectius, quã eſſe Catholicum, hæreſis damnata ſecunda ſecundæ, 221. & add. 77.

Scholaſticorum omnium ſententiæ communi in re graui poſſe tuta conſcientia contrauenire, error temerarius damnatus 1. 182. 210. 476.

Scholæ omnium Theologorum cõcordi de fide, aut moribus, contradicere, neque hęreſis eſt, neque hæreſi proximum, error dam. 1. 182. 210. 476.

*Omnes iſtæ hæreſes confutantur à S. Thoma in locis intus aſsignatis.*

Scientias omnes ſpeculatiuas eſſe errores, error dam. 1. 5. & 1. 2. 22.

Scientias philoſophicas omnes eſſe damnandas, error dam. 1. 5. & 1. 2. 22. & 2. 2. 802.

Scientias philoſophicas nullas eſſe addiſcendas, error dam. ibid.

Studia generalia, vniuerſitates, collegia, graduationes, & magiſteria, ſunt à Papa, vel Epiſcopis in Eccleſiam Dei vana gentilitate introducta, & non plus proſunt Eccleſiæ, quam diabolus, error dam. 1. 576. & 1. 2. 22. & 2. 2. 802.

Scripturam ſacram non eſſe Dei verbum, hær. dam. 1. 1.

Scripturę ſacræ textum nudum ſolum recipiendum, legendum in ſcholis, atque proponendum populo in Eccleſia, abſque vlla expoſitione, eò quòd omnes ſumus à Deo diuinitus edocti, error dam. 1. 1. 171. & 2. 2. 651. 904. & 3. de Sacram. 92.

Scripturam ſacram, & Verbum Dei, tractare licet laicis, etiam mulieribus æquè, ac ſacerdotibus, error damn. 1. 1. 184. & 843.

Scripturam ſacram quemlibet pro arbitratu ſuo poſſe exponere, nihil in ea difficile, nihil obſcurum ſibi perſuaſum habere, error damnatus 1. 1. 184. & ſecundę 651.

Doctrina tradita per Moyſen, Prophetas, Chriſtum, & Apoſtolos ſcriptura ſacra non eſt, eſtque imperfecta, & ad conſequendam ſalutem inutilis; hęreſis dam. 1. 1. 6.

Scripturę ſacrę intellectum Catholicum non admittunt ſectarij, hær. ipſorum dam. ibid.

Scripturam ſacram irrident Libertini dicentes, ſe ſequi ſpiritum viuificantem, hęr. ipſorum dam. ibid.

Sctipturę ſacrę germanum, ac ſimplicem ſenſum non approbat Quintinus, error ipſius damn. ibid.

Scriptura ſacra ex ſe adeò eſt clara, vt nulla hominum de ea ſit neceſſaria expoſitio, error dam. 1. 1. 10.

Scripturæ ſacræ iudicandę non eſſe poteſtatẽ penes Eccleſiam, quaſi quod ab huius nutu, illius celſitudo pendeas, error damn. 1. 1. 184.

Scri-

Digitized by Google

*Omnes iſtæ hæreſes confutantur à S.Thoma in locis intus aſſignatis.*

Scripturæ ſacræ diſcernendæ à Scriptura hominum,ſiue Verbi Dei à verbis hominum, Eccleſiam habere quidem poteſtatem, ſed proinde iudicem non eſſe,error dam.1.1.184.

Nihil vltra,quam Sacris proditum literis eſſe definiendum , cætera omnia eſſe problemata in illud reijcienda tempus , cum ſublato ſpeculo videbimus Deum de facie,error dam.1.171.& 3.de Sal.3.Sacr.92.

Scripturæ ſacræ ſenſum peruertunt cum Iudæis Oecolampadius, & Caluinus,ille quidem illud Iſai,1. Ecce virgo. i. (vt exponit) iuuencula, concipiet, hic autem teſtimonia de Trinitate, & Chriſti Diuinitate,hær.ipſorum dam. 1.1.

Scripturæ ſacræ vtrumque teſtamentum reiecit quidam Ambroſ.hær.ipſius dam.1.1.

Totum vetus teſtamentum reijciunt Carpocrates, Cerdon, Manichæi,Seuerus,hær.ipſorum dam.ibid.

Librum Machabæorum reijcit Lutherus,hær. ipſius dam.ibid.

Euangelium ſecundum Matthæum, Marcum , Ioannē,reijcit Marcion,Cerdon,hær.ipſorum dam.ibid.

Euangelium ſecundum Marcum,Lucam,Ioannem,reijcit Cerinthus,hæreſ. ipſius dam.ibid.

Librum Actuum Apoſtolorum reijciunt Cerinthus , & Seuerus, hær.ipſorum dam.ibid.

Epiſtolas ad Timothæum,& Titum reijcit Baſilides, hær.ipſius dam.ibid.

Omnes eiuſdem D. Pauli Epiſtolas reijcit Ebion.hær. ipſius dam.ibid.

Solos Prophetas, & Apoſtolos recipiunt Apocalypſi.hær. ipſorū dam.ibid.

Epiſtolam Iacobi reijcit Lutherus, hær.ipſius dam. ibid.

Euangelium ſecundum Ioannem, & Apocalypſim, reijciunt Alogiani, hæreſ. ipſorum dam.ibid.

Illud 1. Ioan.4 Omnis ſpiritus, qui ſoluit IESVM(.i.qui non confitetur,IESVM in carne veniſſe) ex Deo non eſt,reijciunt Appellitæ, hæreſ.ipſorum dam.ibidem.

Bullingerus canonem ſcripturarum habet cum Iudæis à Chriſtianis diſtinctum,contendens duos libros poſteriores Eſdræ eſſe de Canone, & cum alijs Euangelicis reijciens Machabæorum, & Eccleſiaſtici libros , hæreſis ipſius dam.ibidem.

Scripturę ſacræ particulas nouendecim partim mutilauit,partim exponendo deprauauit Lutherus , hęreſis ipſius ſingiltim narrat err. dam. 1.1.

Scripturæ ſacræ aliquid vltra veritatem ad decorem addiderunt Euangeliſtę, hæreſis damn. 1.71.& 2.2.245.574. & 3.de Sal.2.9.

Scriptura ſacra (ſicut hiſtoriæ profanę)quędam ad decorem , & ornamentum continet,quæ vera non ſunt,hæreſ. dam.ibidem.

Sepeliri corpora humana quacunque tellure, ſiue locus ſit ſacer,ſiue non,nihil diſtare , error dam.addit.310.

Nihil prorſus prodeſſe animæ, quòd corpus in loco ſacro ſepeliatur , error dam.ibid.

De ſepultura non eſt curandum, error dam.ibid.

Seraphin,docente Paulo,aliqua didiciſſe,error damnatus 1.577.

Serpentem Aeneum adorabant, eique ſacrificabant Iudæi,hinc vocati Serpenticolæ, error idolatricus dam. 1.77.

Serpētem creatore meliorē eſſe, atq; honore proſequendum, hær.dam. ibid.

Serpentem, qui primos parentes decepit, fuiſſe Chriſtum , & ſcientiæ boni, malique authorem, ideo adorandum, hęr.idolatria dam.1.77.404.

Sobrietatem adeò dilexerunt Aquarij,vt eius conſeruandæ cauſa etiam pro calicis conſecratione,vinū euitandum putarent,error ipſorū dam.2.2.723.

Sodomitas colunt Cainani , err.ſpurciſſimus ipſorum dam. 2.2.753.

Somno ſemetipſos tradentes ſomniorum ſuorum phantaſias appellabant Prophetias Anthiaſiſtæ, ſeu Enthuſiaſtæ,error ipſorum dam.1.423.

Somniorum phantaſias Adelphius dixit eſſe Prophetias (.ſ.in Scriptura ſacra contenta.)hęreſis ipſius dam.1.423. & 2.2.510.831.

Somnijs, & viſionibus attendendum, error dam.1.423.& 2.2.510.

Spem noſtram non procedere ex meritis,docuit Lutherus, qui opera noſtra nihil mereri cenſuit,hęr.ipſius dam.1.2. 613.& addit.58.303.

Spiritus ſanctus eſt creatus, eſt factus, non autem eſt Deus,hęr.dam.1.194.220 220.221.

Spiritum ſanctum neque Deum, neque creaturam eſſe, hęreſ.damn.1.185. 194.120.

*Omnes iſtæ hæreſes confutantur à S.Thoma in locis intus aſſignatis.*



Digitized by Google

*Omnes iſtæ hæreſes confutantur à S. Thoma in locis intus aſſignatis.*

Spiritum ſanctum eſſe motum in rebus creatum, hær. dam. 1. 194 221.

Spiritus ſanctus non poteſt videre Filium, hær. dam. 1. 225.

Spiritus ſanctus eſt anima mundi, hær. dam. 1. 194. 221.

Spiritum Dei non eſſe, hær. dam. 1. 162 185.

Spiritus ſanctus nihil aliud fuit, niſi columba, hær. dam. 1. 194. 221.

Siritum ſanctum non eſſe Deum perfectum, & Patri conſubſtantialem, ſed famulum, miniſtrum, Angeliciſque ordinibus paulò præſtantiorem, hær. damn. 1. 202. 221.

Spiritum ſanctum nõ procedere à Patre, & Filio æternaliter, hær. dam. 1 197.

Spiritum ſanctum ex Patre, & Filio, tanquam ex duobus principijs, non tanquã ex vno procedere, hær. dam. 1. 197.

Spiritus ſancti omnẽ intellectũ tollebat Sabellius, hær. ipſius dam. 1. 195. 217.

Spiritum ſanctum non eſſe tertiã in Trinitate perſonam, hær. dam. 1. 194.

Spiritum ſanctum non eſſe eiuſdem ſubſtantiæ cum Patre, ſed Patre, & Filio minorem, meram eſſe creaturam, hæreſ. dam. 1. 202. 216. 221.

Spiritum ſanctum à Filio procedere, non habetur ex Sacra Scriptura, error, dam. 1. 195.

Spiritum ſanctum non à Filio, ſed ſolum à Patre procedere, hær. dam. 1. 195.

Spiritum ſanctũ ſe eſſe iactabant Manes, Thomas, Manicheus, & Montanus, hær. ipſorum dam. 1 221.

Spiritum ſanctum Simon Magus appellabat meretriculam ſuam, hær. ipſius dam. 1 194. 221.

Stellas, Solem, Lunam, & Aquas, quæ ſupra Cœlos ſunt, eſſe quaſdam virtutes animatas, & rationales, error. damnatus 1. 46.

Studia liberalia iuuentuti Chriſtianæ interdicenda, error damn. 1. 2. 23. & 2. 2, 904 & addit. 146.

Studia generalia, &c. vt ſup. verbo, Scientia.

Subditos, & populares, homines poſſe ad libitum ſuum corrigere Dominos ſuos, & Prælatos delinquentes, err. dam, 2. 2 198. & addit 80.

Subditos, popularesque homines iuſtè poſſe ſubtrahere tributa à Dominis ſuis, & decimas à ſacerdotibus, cum eos cognouerint eſſe peccatores, err. damn. addit. 80.

*Omnes iſtæ hæreſes confutantur à S. Thoma in locis intus aſſignatis.*

Subiectos non eſſe homines alicui legitimæ poteſtati, err. dam. 1. 2 513. & 2. 2 388. 551.

Subijci neminem debere, niſi Chriſto, quemadmodum Apoſtoli Chriſto ſoli erant ſubiecti, err. dam. 2. 2. 551.

Subſiſtentiam vnam eſſe Patrẽ, & Filium, & Spiritum ſanctũ, hęr. dam. 1. 173.

Suffragia, Orationes, Eleemoſynas, Miſſas, &c. à viuis pro defunctis facta, nihil prodeſſe ipſis defunctis, hær. dam. addit. 305.

Symbolum Nicęnum eſſe deſtruendũ, hær. dam. 1. 205. & 2. 2. 9. & 10.

Symbolum Nicęnũ negabat eſſe ſynodi, & ſymbolo Athanaſij noluit credere Caluinus, hęr. ipſius damn. 1. 163. 205. & 2. 2. 9 10.

Symbolum Athanaſij eſſe ſophiſticũ, eò quòd quartum inducat Deum, & eſſe ſacrilegum, eò quòd ſoluat Chriſtũ, hær, ham. 1. 163. & 2. 2. 9. 10.

Symbolum illud Athanaſij in Eccleſia cantari ſolitum, non Athanaſij, ſed Sathanaſij, eſſe dicẽdum Hæreticalis blaſphemia, dam. 1. 163. & 2. 2. 10.

Symboli verſiculum illum (Deum de Deo, lumen de lumine, Deum verum de Deo vero) impudenti deridens cachinno Caluinus ridiculam appellabat Battologiam, hæreticalis blaſphemia, dam. 1. 163. & addit. 439.

Templa in Diuorum nomine conſecrata nullius eſſe vtilitatis, nec prodeſſe in Eccleſia Dei, hær. dam.

Tenebras non creatas à Deo, neque ignem hær. dam. 1. 234.

Tentationes dęmonum in nobis fieri contactu lapidum, & herbarum, prout illorum ſagax malitia nouit, harum rerũ vires diuerſas diuerſis incitandis, & incendendis vitiis conuenire, error damn. 1567.

Terram eſſe Deo coęternam, hæreſ. dam. 147.

Timor Domini ſeruilis eſt prorſus inutilis, immo, & noxius, hęr. dam. 3. de Sacr. 199.

Traditiones Patrum prorſus reiiciẽdę ſunt, hær. dam. 1. 170. & de Sal. 232.

Nihil vltra, quam ſacris literis habetur, eſſe definiendum, err. dam. 1. 170. & 3 de Sal. 232.

In quęſtione fidei nihil omnino recipiendum, pręter diuinas ſcripturas, err. dam. 1 170. & 3. de Sal 232.

Trãsfigurationis Domini lumẽ, quod

in

Digitized by Google

*Omnes iſtæ hæreſes confutantur à S. Thoma in locis intus aſsignatis.*

in monte Tabor effulſit, ſpectrum dumtaxat, & creatura fuit, quæ ortum habet, & iterum non autem diuinæ naturæ ſplẽdor, error damn. 3. de Sal. 243. 244.

Trinitatem ſanctam non eſſe, ſed ſolum vnitatem, hær. impiſſima, & immaniſſima, damn. 1. 177.

Tres eſſe Deos, hær. 1. 204.

Trinitatem ore blaſphemo violarunt Trinitarij quidam, hær. ipſorum damn. 1. 177.

Trinitatis teſtimonia ex Geneſi, & Athanaſij Symbolo, deducta non recepit Caluinus, hær. ipſius dam. 1. 177.

Trinitatis nomẽ eſſe ſuperuacaneum, & inane, eo quod in ſcripturis ſacris nũquam ſit expreſſum, hæreſis damn. 1. 171. 181. 182.

Trinitatem eſſe quandam fœminam, quæ tres habeat maritos, hæreticalis irriſio dam. 1. 176.

Si Deus eſſet trinus, & vnus, eſſet quoddam compoſitum, & vnitate congregationis vnum, hæretica deductio damn. 1. 204.

Trinitatis vocẽ adeo abhorruit Caluinus, vt Concilium Nicenum, & ſymbolum Athanaſij, eam confitentia non receperit, hær. ipſius dam. 1. 177.

In Trinitatis nomine non baptizabãt Paulianiſtæ, error ipſorum damn. 3. Sacram. 43.

Trinitatem blaſphemando Olipius ſeuere punitur, error blaſphemia ipſius dam. 1. 177.

Eccleſia generat eſſentiam, eſt genita, & procedens, hæreſ. damn. 1. 207.

Nulla res eſt, quæ ſit Pater Filius, Spiritus ſanctus, nec eſſentia, nec ſubſtantia, nec natura, hær. 1. 203.

Summam rem, quæ ſit Pater, Filius, & Spitus ſanctus, aſſerere eſt non tamen trinitatem, quam quaternitatem, in Deo aſtruere, videlicet tres perſonas, & illam communem eſſentiam, quaſi quartam, hær. dam. 1. 203.

Vnitas huiuſmodi eſt non vera, & propria, ſed quaſi collectiua, & ſimilitudinaria, quemadmodum multi homines dicuntur vnus populus, vna Eccleſia, hæreſis damnata, 1. 203.

Vnam eſſe naturam, ſeu Deitatem, communem tribus, ſed non vnam eſſentiam, hær. dam. 1. 203.

Vnam ſubſiſtentiam eſſe Patrem, Filiũ, & Spiritum ſanctum, communem vero ipſum Deum, ſubſtantiam, & naturam, hæreſ. damn. 1. 173.

Subſtantias tres eſſe, ſeu naturas quaſdam ſimiles, hær. dam. 1. 202. 203.

Homouſion, ideſt Patris, & Filij, cõſubſtialitatem eandem non eſſe, hær. damn. 1. 202. 203.

Perſonas non eſſe indiuinis, & ſi Pater Filius, & Spiritus ſanctus ſint tres, hær. dam. 1. 171. 173.

Perſonam vnam eſſe Patrem, & Filiũ, & Spiritum ſanctum, diuerſis nominibus nominatã, hær. dam. 1. 167. 173. 176.

Perſonas non eſſe tres, ſed ſicut vnum Deum, ita, & vnam perſonam, hær. dam. 1. 173. 174.

Perſonas tres in vna Dei eſſentia ſtatuentes errare, cenſuit Valentinus, hær. ipſius dam. 1. 174.

Perſonas eſſe inæquales, hær. dã. 1. 220

Perſonis non ineſſe relationes, ſed à foris exiſtere, err. dam. 1. 166. 210.

Pater IESV Chriſti Domini noſtri nõ eſt ille, qui in lege, & prophetis prædicatus eſt, eo quod hic ſit notus, ille autem non, hær. dam. 1. 204. & 1. 2. 520.

Pater non ſemper Deus erat, ſed erat, cum Deus Pater nõ erat, hær. dam. 1. 187

Pater Deus eſt, antequam eſſet Deus Filius, hær. dam. 1. 221.

Pater diuerſæ eſt Filio naturæ, hæreſ. dam. 5. 202.

Patri potentia eſt propria, non appropriata, hær. dam. 1. 209. 223.

Patrem Deum dici filium, vt ex Virgine carnem aſſumpſit, eundem Patrem dici Spiritum ſanctum, vt creaturam rationalem ſanctificat, hær. dam. 1. 65. 176.

Patrem paſſum fuiſſe, cum eadem ſit cũ Filio perſona, hęr. dam. 1. 165. 176. 202.

Filium non poteſt habere Deus cum vxorem non habeat, ſi autem Filium haberet, omnia iam eſſent in periculo, tanquam futura ſit inde ſeditio, & neceſſario inter eos ſchiſma oborſurum, hær. dam. 1. 178. 185. 217.

Filiũ nõ eſſe Dei Verbũ, hær. dã 1. 190.

Filis Dei eſt energia illa, quæ eſt in verbo Dei prædicato, hær. dam. 1. 178.

Filium non eſſe eiuſdem ſubſtantiæ, cum Patre, hær. dam. 1. 220.

Filiũ Patre minorẽ eſſe, hær. dam. 1. 220

Filium eſſe creaturam ſimplicem, hær. dam. 1. 216. 220.

Filium hominibus ſanctis comparatũ eſſe veritatem, ſed patri collatum eſſe mendacium, hær. dam. 1. 220.

Filium à Patre tantum diſtare, quantum

*Omnes iſtæ hæreſes confutantur à S. Thoma in locis intus aſsignatis.*

*Omnes iſtę hæreſes confutantur à S. Thoma in locis intus aſſignatis.*

tum Apoſtoli à Chriſto, hær.dam.1.220.

Filium non eſſe cum patre orandum, hær.dam.1.220.

Filium non eſſe indulgendarum petitionum authorem, ſed ſupplicatorem, hær.dam.1 220.

Filium eſſe in Patre, vt vas paruum in vaſe maiori, hær dam.1.220.225.

Verbum Dei non ſemper erat, ſed ex non exiſtentibus factum eſt, qui.n. erat Deus, eum, qui non erat ex non exiſtente fecit, hær.dam.1.216.221.

Filius creatura, & factura eſt, itaque aliquādo erat, cum nō erat, neque ęqualis eſt in ſubſtantia Patri, neque verum, & naturale Verbum patris eſt, neque vera ſapientia eius, ſed vnus quidem ex creatis, & genitis eſt, abuſiuè autem Verbum, & ſapientia factus, hæreſ.damnat.1.1.100.

Filius in proprio ſeu natiuo Dei Verbo, & in Dei ſapientia eſt, in qua & omnia, & ipſū quoque fecit Deus, propterea etiam mutationi, & alterationi natura obnoxius eſt, ſicuti omnia quoque rationalia, hær.dam.1.190.

Peregrinum quoque, & alienum, ſegregatumque eſt Verbum à ſubſtantia Dei, hær.dam.1.160.

Filio pater eſt inenarrabilis, neque.n. Verbum perfectè cernere poteſt patrē, neque perfectè, & certo eum cognoſcere.hær.dam.1.190.225.

Filius ſuam ipſius quoque ſubſtantiā, vti eſt perfectè non nouit; propter nos namque factus eſt, vt nos per eum, veluti per inſtrumētum, crearet Deus, neque is ſubſtitiſſet, niſi Deus nos creare voluiſſet, hær.dam.1.191.225.

Verbum Dei mutari poſſe, vt diabolus mutatus eſt, mutabilis enim naturæ eſt, generationi, & mutationi obnoxiū, hær. dam.1.190.

Filium non ſubſtantiuum, & perſonalem, & ſempiternum eſſe cum Patre, ſed prolatiuum tantum, ideſt quaſi aerem quendam eſſe, non autem perſonam viuam, & ſempiternam cū ſempiterno patre credendam, hær.dam.1 178.221.

Filio ſapientiam eſſe propriam, non appropriatam, hær dam.1.209.225.

Filium non dici verum Deum, ſed tantū Patrem dici vnicum, & verum Deum, hær.dam.1.220.

Filius patre eſt minor, & Filio Spiritus ſanctus, quia pater fecit filium, & filius Spiritum ſanctum, hær.dam.1.220.

Filio potetior eſt pater, eo quod Deus pater potuerit gignere, & genuerit filiū, filius autem neque genuerit, neque poſſit gignere, hær.dam 1.225.

Verbum dicitur eſſentialiter tantum, non perſonaliter, hær.dam.1.179.

Filium nomine eſſe Deum, quaſi precarium, quod ſit patre eſſentiatus, nam qui filium eſſentia Deum, vt pater eſt, dici, duo principia aſſerit, hæreſ.dam.1.220.

Filius Chriſtus non eſt Deus de Deo, neque ex ſubſtantia patris, ſed de patre, immo à ſeipſo ſemper fuit, vt eſſet, hær. dam.1.205.216.

Spiritum ſanctum non eſſe tertiā Trinitatis perſonam, hær.dam.1.194.

Spiritum ſanctum eſſe motū in rebus creatum, hær.dam.1.194.

Spiritum ſanctum de patre, & filio, eſſe conceptum, hær.dam.1.165.

Spiritum ſanctum non dici verum Deum, ſed ſolum patrem dici vnicum, & Deum, hęr.dam.1.220.221.

Spiritum ſanctum eſſe patre, & filio minorem, quia pater fecit filium, & filius Spiritum ſanctum, hæreſ.damnata 1.215 220.221.

Spiritum ſanctum à patre ſolum, & nō à Filio, procedere, hær.dam.1.195.

Spiritum ſanctum procedere à Filio non habetur in ſacra Scriptura, err.dam.1.196.

Spiritum ſanctum eſſe creatum, & factū, hær.dam.1.194.221.

Spiritum ſanctum neque Deum, neque creaturam, eſſe, hær.damnat.1.185.194 220.

Spiritum ſanctum non poſſe videre filiū, hær.dam.1.223.225.

Spiritum ſanctum eſſe animam mundi hęr.dam.1.194.221.

Spiritum ſanctum nihil aliud fuiſſe, quam columbam ſuper Chriſto baptizato deſcendentem, hær.damnat. 1.194. 221.

Spiritus ſancti omnē intellectū abſtulit Sabellius, hęr.ipſius dam.1.194.227.

Aduerſus turcas pręliari eſt repugnare Deo viſitanti iniquitates noſtras per eos, error dam.1.2.221.223. & 2.2.902. 225.671.

Vaſa Sacra Eccleſię magnę diripenda mandauit Iulianus, err.impietas damn. 2.2.663. & addit.133.

Verbum Dei tractare licet mulieribus ęquè, ac viris, laicis ęque, ac Sacerdotibus,

*Omnes iſtę hæreſes confutantur à S. Thoma in locis intus aſſignatis.*

Digitized by Google

*Omnes iſtæ hæreſes confutantur à S.Thoma in locis intus aſſignatis.*

bus, & quemlibet Sacrę Scripturę ſenſum,qui ſibi placuerit,pro ipſo Dei Verbo habere ac defendere,hær.dam.1.174. & 2.2.843.

Verecundiam non eſſe habendam, nec vllo pacto erubeſcẽdum de quacumque re à natura nobis donata,err.dam.addit. 269.

Verecunda omnia publicitus nudata geſtari poſſe, & in publico poſſe homines,vt iumenta ſimulcoire, err.dam.addit.269.

Veſtes ſacras eſſe ſpernendas,err.dam. addit.169.

Vigiliæ matutinæ,ad matutinas ſurgere,ſunt ſuperſtitiones, err.dam.2.2.706. & 3.de Sal.126.

Vigilias ſanctorũ eſſe damnandas,err. dam.2.2.705.& 3.de Sal.126.

Vinum nullo pacto eſſe bibendum, error dam.3.2.722.

Virginitatem apud Deũ maioris meriti non eſſe,quam coniugium,hær dam. 2.2.735.& addit.313.414.

Virginitatis nullam gratiam reſeruandam,nullum reſeruandum caſtitatis ordinem, promiſſiuè omnia eſſe confundenda,err.dam.addit.413.

Virgines pro Chriſti nomine pati,ſtultum eſt,eo quod voluptatis gaudia non guſtent, hær.damn.2.2.724.& addition. 33.415.

Virgines nudas in publico verberibus afficiebat Balatius,err.impietas dam.2.2 233.& addit.414.

Virtutes exercere eſt hominis imperfecti,hær.dam.1.498.& addit.13.

Virtus eſt vitium,& vitium eſt virtus, hær.dam.1.2.373.374.& add,t.303.

Viuendum eſſe ſolum ſecundum carnem in lege Domini,hær.dam.1.2.28.& addit.59.

Vxores nolunt Libertini reddere debitum maritis non ſuæ ſectæ,err. ipſorũ dam.addit 163.264.

Vxorem ob ſolam fornicationem poſſe dimitti,& alteram ſuperinduci, error dam.addit.200.201.249.280.

Vxores plures eodẽ tempore vni viro habere licet,err.dam.addit.270.

Vxori vni non debere virum aſtringi, ſed alias plures poſſe ſimul habere vxores,ad augendam prolem,error dam addit.271.

Vxor ſi nolit,Ancilla venito, err.dam. addit.274.

Vſuram non eſſe prohibitam,nec quẽ quam ad reſtituenda ablata( ſ. per vſuram) teneri,hær.dam.417.418.

*Omnes iſtæ hæreſes confutantur à S.Thoma in locis intus aſſignatis.*

Vſuram exercere, ſiue dare ad vſurã, non eſſe peccatum, hær.damn.2.2. 417. 418.

Perfectior vita eſt viuere ſine voto, quam cum voto, err. dam. 2 2.475.889. & 3.de Sal.165.

Vita hodie non valere,niſi ad operum iactantiam, & præſumptionem, error damnat.2.2.489.& 3.de Sal.161.& addit. 212.

Quæ ſine voto fiunt opera eſſe ad maius prẹmium deſtinata,quam quæ ex voti neceſſitate fiunt,err.damn.2.2.575.& 3.de Sal 161.

Voueri nihil poſſe Deo, niſi quod ab eo preceptum eſt, quia hoc ſolum habet apertum teſtimonium, quod ei gratum ſit,err.dam.2.2.471.890.& 3.de Sal.161. & addit.267.

Vota nihil prodeſſe,immo vota omnia tum priuata, tum monaſtica, eſſe damnanda,eo quòd videantur, neceſſitatẽ, & coactionem quandam hominib. inferre,hær.damn.1.407.& 2.2.473. 889.& 3. de Sal.161.

Voluptas corporum eſt ſummum bonum,err.dam.24.

Voluntatem vnam tantum habuit Chriſtus,hær.dam.3.de Sal.114.115.

Voluntas hominis à Deo licet mutatari poſſit,tamen numquam de facto mutatur,err.dam 2.515.

Vnctionem extremam fuiſſe à Beato Iacobo inſtitutam, err.dam.addit.113.

Hodie oleo ſacro vnguntur laborantes, non, vt conualeſcant, ſed, vt tutius migrent,err.dam.addit.113.134.

Vnctionis extremæ ſacramentum nõ fuiſſe à Deo inſtitutum, hær.dam.addit. 113.

Vnctionem extremam non eſſe inter ſacramenta Eccleſiæ computandam, hær. dam.addit.121.122.

Vnctionis extremę ſacramentum nihil eſſe,hær.dam.addit.111.120.

Vnctionis extremæ ſacramentum nõ prodeſſe infirmis ad ſalutem corporis, err.dam.addit.121.133.

Vitia non obeſſe peccatoribus,ſi Deus illos ad vitam æternam prædeſtinaſſet, nec bona opera piè viuentibus prodeſſe, ſi eos Deus ad mortem ordinaſſet, hær.dam.1.143.146.

Vita actiua eſt excellentior,quam cõtemplatiua,err.dam.2.2.860.766.905.

Vi-

Vitam æternam hominem ſuis meritis, abſque gratia Chriſti, conſequi poſſe, hæreſ. damn. 1.2.37.

*Abecedarium falſorum Deorum gntiliũ, ſeù etnicorum reprobatorum ab antiquario Magiſtro Mauritio de Gregorio Ord. Prædic. humanarum litterarũ profeſſore.*

*Eliſaus.*

MAgiſter Eliſęus Inquiſitor Genuæ Ord. Prædicatorum idiomate italico in ſua praxi Sãtiſſimę Inquiſitionis, cui poteſt addi praxis noſtra in fol. 32. ait cũ bulla Gregor. XIII. & Clem. VIII. vt ſunt in ſumma noſtri bullarij Santiſſimæ Inquiſitionis, vt infra.

*Bulla Gre. XIII.*

Quamuis Iudæi, & idolatræ, & Maumettani, & infideles aliarum ſectarũ ferè non ſubiaceant iudicio Sãctæ Inquiſitionis, tamen in multis caſibus, qui etiã ſunt expreſſi in bullis Summorum Pontificũ, poſſunt à Sancto Officio caſtigari, ideo apponimus hic abecedarium gentilium.

Iudæi ſi negarẽt illas res fidei, quæ nobis Chriſtianis, & ipſis ſunt communes, veluti Deum eſſe vnum, æternum, omnipotentem, creatorẽ vniuerſi, & alia ſimilia.

Si inuocarent, ſiuè conſulerent demones, ſeù ipſis facerent ſacrificia, ſuffumigia, orationes, ſeù aliud obſequium ob quecunque finem, & ſi docerent, vel ininducerent alios ad tales res faciendas.

Si impiè dicerent Saluatorem noſtrũ Ieſum Chriſtum fuiſſe purum hominem, & non Deum, ſeù peccatorem, & ſuam Sanctiſſimam Matrem non fuiſſe Virginem, & alias ſimiles blaſfemias.

Si inducerent quolibet modo aliquem Chriſtianum ad Sanctam Fidẽ renegandam.

Si impedirent aliquem Hæbreum, aut illi conſilium darent, ſeù eum inducerent ad non recipiendam ſanctam Fidẽ.

Si facerent Neophitos fugere, ſeù in hoc præſtarent eis auxilium, aut fauorem.

Si tenerent, occultarent, ſeù diuulgarent libros ſalmidicos, & alios libros iudaicos, damnatos, ſeù prohibitos, & ſimilitèr libros prohibitos Chriſti fidelibus, ſiuè ſcripturas magicas, & alios libros, ſeù ſcripta continentia, ſiuè tacitè, ſiuè expreſsè hęreſes, aut errores contra Sacram Scripturam veteris teſtamenti, ſeù contumelias, impietates, blaſphemias contra ipſum Deum, Sanctiſſimam Trinitatem, Saluatorem noſtrum, Chriſtianam Fidem, Beatiſſimam Virginem Mariam, Angelos, Patriarcas, Prophetas, Apoſtolos, & alios Sanctos Dei contra Sanctiſſimam Crucem, Sacramenta nouæ Legis, ſacras imagines Sanctam Catholicam Eccleſiam, Sedẽ Apoſtolicam, contra fideles, & ſpecialiter Epiſcopos, Sacerdotes, & alias perſonas Eccleſiaſticas, ſeù contra Neophitas, qui de nouo conuerſi ſunt ad ſanctam Fidem, ſeù continerent narrationes impudicas, & obſcænas.

Si illuderent Chriſtianis, & ob contẽptum paſſionis Domini Noſtri, in hebdomada ſancta, & ſpecialiter in die veneris ſancti ſiuè alio tempore crucifigerent agnos, pecudes, ſiuè aliquod aliud.

Si tenerent nutrices Chriſtianas.

Et ſimiliter ſunt ſubiecti ſanctiſſimæ Inquiſitioni in omnibus rebus contentis ſub capitibus fautorem hæreticorũ, magorum, incantatorum, & offenſorum ſancti Officij.

Cœteri verò infideles etiam poſſunt caſtigari à ſancto Officio ob eadem ſupranominata crimina reſpectiuè propterea hic apponitur abecedarium omnium gentilium, qui poſſunt puniri propter ſuprarecitata.

*Nomina falſorum Deorum.* *Adad.*

Abecedarium Deorum falſorum Aſſyrij Deo quem ſummum habebant, & venerabentur, Adam nomen dederunt. Quæ dictio ſignificat vnum. Subiungunt iidem Atergatim deam; his autem duobus omnem rerum poteſtatem tribuebant. Achilles in Epiro olim, vt Deus colebatur autor Plutarchus. Æolus habitus eſt ventorum deus. Vnde Iuno apud Vergil. ſic eum alloquitur: Aeole. namque tibi diuum pater, atque hominum rex. Et mulcere dedit fluctus, & tollere ventos: Deus æris vocabatur Aeſculanus. Agonius Deus dicebatur, qui rebus agendis præerat. Gallis Romam aduentantibus, audita eſt noctu vox quædam, quæ eius reis magiſtratus monebat. Ex eo tempore Aius Deus à Romanis cœpit honorari. De hoc meminit Cicer. lib. 1. de Diuin. Budæus, lib. 4. de Aſſe: nempè, inquit, quòd Aius ille locutius, arcanum nihil eſſe ſinit eorum, quæ in aula geruntur. Alcinous Rex Phænicum, fingitur Deus hortum, quòd hortus, & pomaria diligentiſſimè curauerit. Statius; Quid biſera Alcinoi lau-

*Achilles.* *Aeolus.* *Aeſculanus* *Agonius.* *Aius Cic. l. 1. Bude. l. 4. Alcinous.*

lau-

Digitized by Google

laudem pomaria? Virg.lib.2.Georg. *Virg lib.2* Pomaque,& alcinoi ſyluæ. *Anaitis.* Anaitis Dea colebatur à Lydis, eiuſque miniſterio mobilitate præſtantes puellas dedicabant, quæ inibi corporis pudicitia in vulgus data, velut auguſtiores factæ, mox viris nubunt. *Anculi.* Anculi, & Anculæ putabantur Dij, & Deæ ancillarum. *Angerona.* Angerona Dea à Romanis culta eſt, quum tota ciuitas angina laboraret. Sacra eius dicebantur Angeronalia. Simulachrum fingebatur digito labris admoto. *Plin.lib.2 Angerona* Plin.libr.2. Namque diua Angerona, cui ſacrificatur ad diem 13. Calend. Ianuarias, ore obligato, obſignatoque, ſimulachrum habet. *Ariſteus. Ouid lib.1.* Ariſteus Deus mellis. Vnde Ouid.lib.1. Faſt. Flebat Ariſteus, quod apes cum ſtirpe necatas. Viderat inceptos deſtituiſſe fauos. *Arungos.* Arungos fuit Deus, qui mala à frugibus auertebat, vt rubiginem, auctor Gel. Atergatis Dea colebatur à Syrijs. Strambo: Trans Euphratem eſt *Edeſſa.* Bambyce, quam Edeſſam, & Hierapolim vocant, in qua Atergatim Syriam Deam colunt. *Bona Dea.* Bona Dea colebatur à Romanis mulieribus. Ab eius ſacrificijs arcebantur mares. Tibul.li.1. Sacra Bonæ maribus non adeunda Deæ. Ea fuit *Dryas.* Dryas Fanni filia vel vxor, quæ virilem aſpectum adeò refugiſſe fertur, vt nunquam proſpecta ſit in publico. Maximo opprobrio datum eſt P. Clodio, quòd eius ceremonias violaſſet adulterata Pōpeia Q. Pōpeij filia, & Syllæ nepte. De hac Iuuenalis: Nota Bonæ ſecreta Deæ. Bona Dea Bouū, & armētorū. *Carna. Ouid.lib.5.* Carna dicebatur Dea cardinis. Ouid.lib.5.fauſt. P. dies tibi Carna datur Dea cardinis hæc eſt Numine clauſa aperit claudit aperta ſuo. Hanc Deam veteres vitalibus humanis præeſſe opinabantur, petebantque ab ea, vt iecinora, corda, & alia, quæ ſunt intrinſecus viſcera, ſalua conſeruarentur. Huic templum dicauit Brutus. *Caſtor. Pollux.* Caſtor, & Pollux inter Numina maris ponuntur. Plin.lib.2.& ob id Polluci, & Caſtori id Numen aſſignant, eoſque in mari Deos inuocant. Catnll. Iam prece Pollucis, iam Caſtoris implorata. Tale fuit nobis Mallius auxiliū. *Conſul.* Conſul appellarunt Deum conſiliorum, cuius aram ſub terra inuentam fuiſſe dicunt. Eius feſta vocabantur Conſualia: autor Plutarcus in Romulo. *Deuerra.* Deuerram Deam venerabantur, vt ſcopis poſſent verrere. Dice erat Dea, & præſes iudiciorum, quæ lites, & contentiones dirimebat. Eius miniſtri vocabantur Dicaſtæ, quaſi litium diremptores. Simulachrum Apolloni Tyanei ſub Herculis Alexiaci nomine conſtitutum adorabatur ab Epheſijs, teſtis Lactant. *Eanus* Eanus Deus, qui eūtibus preerat, vel Deus anni. Cuius imaginem quum Phœnices vellent exprimere, draconem finxerunt in orbem redactū, caudamque ſuam deuorantem, vt appareat mundum in ſe reſolui. *Empanda.* Empanda vocabatur Dea, quæ rebus patentibus præerat. *Fellenus.* Fellenus Deus fuit Aquilienſiū tutelaris, ac præſes. *Feronia.* Feronia fuit nemorum Dea, Vergil. Et viridi gaudens Feronia luco. *Fidium.* Fidium, ſunt qui Iouis filiū dicant, à fide. Plaut. per Deum Fidium credis iurato mihi. Fuit apud veteres Romanos in honore maximo, adeò vt templa cum ſacrificijs meruerit. Cultus eſt à veteribus in quirinali iugo Nonis Iun. Ouid. in Faſt. Quærebam nonas ſancto Fidio ne referrem. *Flora. Ouid. lib.5.* Flora, dea florum. Ouid. lib.5. Faſt. Hunc meus impleuit generoſo flore maritus, atque ait, arbitrium tu dea floris eris. *Fro. Thor.* Fro. & Thor nomina ſunt deorum in hiſtoria Saxonis Grammatici. *Furina.* Furina ſignificat deam furum. Secundum Ethruſcos tamen deam ſortium, ad dirimendas lites. *Hebe.* Hebe Iouis filia, Herculis vxor, dicta eſt dea iuuentutis, Catullus: Hebe nec longa virginitate foret. *Horchia.* Horchia erat Dea Ethruriæ Vrbis, cui dicatum eſt fanum. ab ea vicus Horchianus ſumpſit nomē. Hymenæum Veneris filium, & Deum nuptiarum fecerunt. Eius laudes Catullus in Epithalamio Iuliæ, & Manlij cumulatiſſimè ſcribit. *Hyppona.* Hyppoña dea erat equorum, quam ſtabularij colebant. Eius ſimulachrum colebatur in ſtabulis. *Iuue. Sat.8.* Iuuen. Sat. 8. Iurat Solam Hipponam, & facies olida ad præſepia pictas. *Ianus.* Ianus (quem Poetę bifrontem pingunt, quòd vt opinor, finem, & principium anni videat, aut quòd præterita ſciuerit, & præuiderit futura) templum habuit Romæ, apertum belli tempore, clauſum verò dum pax erat. *Iſis.* Iſis vxor Oſyris, & Anubis, fuerunt Ægyptiorum numina; quorum hunc canina ſpecie venerebantur. *Lucan. l.8.* Lucanus lib.8. Nos in tuam Romana accepimus Iſim, Semideoſque canes, &c. *Lauerna.* Lauernam appellarunt Deam furum, à qua, & Lauerniones dicti ſunt. *Horat. lib.1.* Horat. lib.1. Epiſt. Pulchra Lauerna. Da mihi fallere, da ſanctum

iuſtum-

iuſtumque videri. *Leucothoe.* Leucothoe dicitur dea maris. Latini Maturã vocant. Ouid. Leuocothoe Graijs, Matuta vocabere noſtris. Propert. libr. 1. Quæque tibi excipi tum dea Leucothoe. *Libitina.* Libitina habita eſt dea ſepulchrorum, & exequiarum, quam Pom pilius inſtituit coli. De hac Horat. libro 3. Carm. *Horat. l 3.* Non omnis moriar magnaque pars mei Virabit Libitinàm. *Limentinus* Limentinus deus præerat liminibus. *Mania.* Mania fuit dea, & mater lariũ, cui pro familiarum ſoſpitate mactabantur pueri. Verùm Iunius Brutus Conſul, hoc ſacrificii genus commutauit. Nam capitibus alij, & papaueris ſupplicari iuſſit. *Meditrina.* Meditrina dea erat medicamentorum, à medendo. Eius ſacra vocantur Meditrinalia. *Mellonia.* Mellonia putabatur dea mellis. Mella credebatur præeſſe menſtruis mulierum. *Murcea.* Murcea dea, quæ reddebat marcidos homines, & deſidioſos. *Miagrus.* Miagrus erat deus muſarum. Aliter vocabatur Myodes, & Achor. Plutar. *Nundina.* Nnndina erat dea Romanornm, à nono die nuncupata, qui Luſtricus dicitur. die Luſtrico pueris imponebantur nomina, maribus nono, fœminis octauo, inquit Macrob. *Ormaſdes.* Ormaſdes fuit Perſarum deus. Plutarch. *Oſyris.* Oſyris maritus fuit Iſidis, & rex Ægypti, quem à Typhone fratre interfectum Aegyptij in forma bouis coluerunt, & frequenter immerſum aquis, quæſiuerunt cum luctu, vocauerunt Apim, quæ dictio eorum lingua ſignificat bouem. Tibull. *Tibul. li. 1.* lib. 1. Te cauit, atque ſuum pubes miratur Oſyrim; Barbara Memphitem plaudere docta bouem. Primus aratra manu ſolerti fecit Oſyris, Et teneram ferro ſollicitauit humum, &c. *Palici* Palici Dij colebantur in Sicilia. Horum autem genealogiã Macrobius hunc in modũ ſcribit: iuxta Symetũ Sicilię fluuium nympha Thalia compreſſu Iouis grauida metu Iunonis optauit, vt terra ſibi dehiſceret. Quòd, & factum eſt. Sed vbi venit partus maritus, recluſa terra infantes emerſerunt. *Pan.* Pan fingitur Deus paſtorum. Virgilius in Buc. *Vir. in Buc.* Pan curat oues, ouiumque magiſtros. Patulius dicebatur, & Cluſius. *Xenon* Xenon apud Macrob. teſtis eſt, Ianum in Italia primum dijs ſacra feciſſe, & ritus ſacrorum inſtituiſſe. Simulachrum eius fingebatur, manu dextra trecentorum, & ſiniſtra 45. numerum continens, ad exprimendam anni dimenſionem. Varijs autem nominibus eum appellabant pecuniam quoque inter Dearum numina repoſuerũt. *Pomona.* pomona Dea hortorum, & pomorum. Ouid. lib. 14. *Ouid. l. 14* Rege ſub hoc pomona fuit, qua nulla Latinas inter Hamadriades coluit ſolertius hortus, &c. portunus deus, qui portubus præerat. Aliter vocatur palemon, & Melicerta. *Melicerta. Priapus.* Priapus deus, & cuſtos hortorum falcem habuiſſe fingitur, cuius motu aues, & furunculos terreret. Colum. inguinibus puero prędoni falce minetur. *Proſa. Poſtuerta.* Proſa & Poſtuerta deæ fuerunt, ita appellatæ à recti peruerſique cartus poteſtate, ac nomine. *Phy to* Phyto credita eſt dea eloquentię: hanc Latini Suadam nominãt. *Razenna.* Razenna Deus erat Ethruſcorum, qui coniugijs pręerat. *Robigo.* Robigo dea, & Robigus deus, quos Romani opinabantur à ſegitibus rubiginem auertere. Eorum ſacra vocabantur Robigalia. *Rumilia* Rumiliam veteres dixerunt deam, quę lactentibus adhuc infantulis prçerat. Nam Ruma dicitur mamma. Vnde agni ſubrumi. *Salacia.* Salacia dea dicebatur à concitãdo ſalo. Pacuuius. Hinc ſeuitiam Salacię fugimus. *Seia.* Seiam veteres deam à ſerendo, & Segeſtam à ſegetibus appellabant: Simulachra Romę habuerunt, ætate Plinij. *Stercutius* Stercutius Fauni filius, ob artem ſtercorandi Deus habitus eſt. *Syluanus. Virg. l. 8.* Syluanus Deus eſt pecoris, & aruorum. Virgilius lib. 8. Syluano fama eſt veteres ſacraſſe Pelaſagos, aruorum, pecoriſque Deo. Syluani ruſticorum ſunt numina, vt etiam Fauni, & paues. *Plin l. 12.* Plinius libro 12. Quin, & Syluanos, Faunoſque, & Deorum genera ſyluis, ac ſua nomina tanquam cęlo attributa credimus. *Thetys* Tethym deam eſſe maris indicat illud Vergilianum libro 1. Georgicorum: Teque ſibi generum Tethys emat omnibus vndis. *Thalaſſius.* Thalaſſij numen, Romani etiam in nuptijs inuocabant Catul. Luſiſti nucibus, iubet iam ſeruite Thalaſſio. Vide Liuium libr. 1. Dec. 1. *Liu. l. 1.* Plutarchum in Romulo, *Tutanus Tutilina* Tutanus, & Tutilina dei à tutando dicti ſunt. Ennius Deos ęuiternos, & ęuintegros vocauit, quòd integra eorum ętas, atque perfecta ſit. Deos cum dicimus, tam de fœminino genere, quàm de maſculino intelligere poſſumus. Venere: deſcendo, ac ducente deo flammam inter, & hoſtes Expedior. *Lunus. Vacuna.* Vnde, & Lunum Deum pro Luna, veteres dixerunt. Vacuna Dea, quę prçerat ocioſis, & vacantibus: huic ſacrificabant

bant

Digitized by Google

*Vallonia. Vitula.*

bant agricolæ, quam poſt collectas fruges quieſcebant. Vallonia putabatur præeſſe vallibus. Vitula Dea, quæ iuuenili præerat lætitiæ. Nam veteres Vitulari dicebant, pro gaudere. Volupte dea voluptatis credita eſt; Zalmolſis Pytagoræ diſcipulus, cum præceptore ad Aegiptios penetrauit, quorum ritus,& ceremonias quum ad Getas adduxiſſet, ibidem haberi cępit, numinis loco. Inter Deos etiã numerantur Aeſculapius Deus medicinæ, Genius naturæ, Harpocrates ſilentij, Monus reprehenſionis, Cloacina cloacarum. Vitunnus Deus credebatur vitam largiri, Sentinus ſenſum.

*Aeſculap. Genius. Harpocrat. Monus. Cloacina. Vitunnus. Sentinus.*

*Heſiodus.*

Heſiodus memoriæ prodidit, triginta deorum millia in orbe terrarum habita fuiſſe. Rauiſius Tertulianus ait, trecentos Ioues vel, ſi mauis, Iupitros à M. Varrone enumeratos. Reperiuntur alij quamplurimi dei, vt Fabulanus, vigitanus, dilumnus, picumnus, Canina. Leuana, Edulica, potina, Statilinus, Statanus, qui pueris præſunt, quum iam poſſunt ſtare. Fabulanum, & Vagitenum dixerunt, quum fandi, & vagiendi principium eſſet, picumnum, & pilumnum poſuerunt pro dijs coniugalibus. Cuninam deam infantulorum exiſtentium in cunis. Leuanam cuius ope de terra leuarentur Edulicam, & potinam, deas eduliorum,& potus. Libentinam deam libidinum,& præſidem, poſuerunt etiam Adoneam, Albeonam, Volunam, Volunum, Feſſoniam ad hominum vſum, pelloniam ad dellendos hoſtes, ageneream, Strenuam, Stimulam, quòd ad aliquid agendum excitarent Numeriam ad numeros. Habuit Febris ædam in palatio, ad morbos poſuerunt Aegeronam, proſam, coſtuertam, orbonam Sentiam, quæ dicendis ſententijs præerat, carmentam ad fata, camænas ad cantus. In coniugijs, menſtruis, partu, funeriaus deos confixerunt Deuerram, intercidonem, domidicum, manturnam, virginenſem, ſubigum, premam, partundam, populaniam, menam, Tellumonẽ, roſanam, Neniam ad frumenta, & ſegetes Tutulinam, Nodinum, zolutinam, patalenam, Hoſtilinam, cloram, lacucinam, maturam, aueruncum, runciam, ſpinenſem, propter ſpinas, fructeſam propter fructus, rurinam ruri tribuerunt, Colioam collibus, iugainum montium iugis, forulum foribus, terminum, terminis, palem paſtoribus, empandam paganis arculum arculis, fornacem fornacibus; vnde facta fornacalia. Adiecerunt Tanagream allocutium, anteuortam, larundam, monetam, februum, laterſiam, mutinum, alburnum maieſtã veniliam, bonum euentum, vetumnum Deum Hetruriæ.

*Varrone. Fabulanus. Picumnus. Canina. Statanus. Vagitanus. Leuana. Edulica. Adonea. Albeona. Voluna. Feſſonia. Stimula. Aegerona. Orbona. Carmenta. Deuerra. Partunda. Populania. Roſana. Nenia. Volutina. Hoſtilina. Fructeſca. Colina. Iugainus. Forulum. Palem.*

Pei miſſum, non fuit in vrbe Roma, Deos alios aſſumere, quã quos Senatus Conſultus iuſſiſſet. Vnde in libris pontificum ita ſcriptum erat: ſeparatim nemo ſit, habens deos nouos, aduenas; niſi publicè aſcitos priuatim colunto. Diuos (cæleſtes ſemper habiti) colunto, Conſtructa à patribus delubra haſiento.

Veteres pudicitiam, concordiam, mentem, ſpem, honorem, clementiam, fidem numero deorum adſcripſerunt. Sed,& templum Honori dicatum eſt: autore Plinio.

*Animalia quæ pro Dijs adorabãtur. Teſtudines. Allium. Cepas.*

Sed,& quædam animalia, atque etiã res aliæ, apud antiquos numinum loco habita ſunt. Troglodytæ adorant Teſtudines, autore plin. Aegyptii allium, & cepas pro deis colunt, & crocodilum habent in honore maximo, cui etiam Sacra faciunt maximè Ombitæ Aegipti populi, qui ſacros dies eidem conſtituerunt, vt Græci Olympia, Ioui, Et ſi contingat liberos ab eo rap. patentes gaudent, exiſtimantes ſe deo placere, cui eſcam genuerint, Serpentes etiam coluntur à phænicibus. In Gadera Hiſpaniæ vrbe, templa fuerunt Senectuti, & morti conſecrata. Senectuti, quòd eam ætatem vt rerum magiſtram, venerentur; Morti, vt communi quieti, & portui miſeriarum.

*Olympia Ioui. Serpentes.*

Paupertati quoque, & fortunæ ſacra conſtituere.

Fluuii quoque diuinis quondàm honoribus culti ſunt, habueruntque ſimulachra; quædam humana facie, quædam bubola. Apud Lacedæmonios plutarcho teſte, templa Timori, Riſui, Morti dicata ſunt. Aegiptij Solem, & Lunam deos fecerunt. Apus eoſdem Feles, Ibis, Aquila, Hircus pro deis habentur, Columbæ colebantur à Syrijs, Anſeres à Romanis, propter ſeruatum Capitolium anſeris clãgore. Apud Theſſalos capitale erat, Ciconiã occidiſſe. Qui Syenem incolunt, Pharos piſces venerãtur. Qui Mæotim habitant, Oxyringos piſces habent in honore.

*Sol, Luna, Aquila, Hircus, Columbæ, Piſces.*

*Leana.*

In Ambracia Leænam colebant, vt

vindicem libertatis, quòd tyrannum interfeciſſet.

*Lupus* *Ouis* Delfici Lupum, quòd ſacrum aurum in templo expilatum, & defoſſum refodiſſet. Samij Ouem, quòd aurum idem ſurreptum è templo indicaſſet, Argiui *Vacca* Serpentem. Tene dij prægnantem Vaccam, cui fœtæ miniſteria veluti puerperæ exhibent. *Draco* Draco apud Alpam in luco iuxta templum Iunonis Argiuæ colebatur à virginibus, quem certis adibãt, *Aſpidis* cumque ſuis manibus paſcebant. Aſpides Aeptij habebant in honore, ac delicijs, quas vna cum pueris educebãt. *Muſtella* Muſtella collebatur a Thebanis.

Medioxumos deos antiqui minores vocauerunt. Plaut. in Ciſtel. Ita medij deęque, ſuperi, atque inferi, & Medioxũ. *Patellarij* Idem deos vocat Patellarios, qui patellis, & vaſis ſacrificio ac commodis pacabantur. Ouid. fert miſſos Veſte pura patella cibos. Plautus ipſe. Dij me omnes, magni minutique, & patellari.

*Semones* Semones eos vocant, qui habent quicquid à media regione æris ad terrã patet: Semidei à nobis appellentur. Fulgẽtius Semones appellat deos, qui cælo digni non cenſerentur, ob meriti paupertatem, cuiuſmodi ſunt Priapus, Hippo, Vertunnus. Fuerunt in italia dij municipales, vt Cruſtuminerum Deluentinus, Narnienſium Viridianus, Aeſculanorum Ancharia, Volcinienſium Nortia.

*Priapus Hippo Vertunnus Deluentin. Viridianus Ancharia Nortia.*

Dei Selecti. Dij Selecti dicebantur, quorum maior erat poteſtas. Fuerunt autem viginti numero, duodecim mares: Ianus, Iupiter, Saturnus. Genus, Mercurius, Apollo, Mars, Vulcanus, Neptunus, Sol, Orcus, Liber pater, Octo fœminæ: Tellus, Ceres, Lucina, Iuno, Diana, Minerua, Venus, Veſta.

*Nomina Deorum Selectorum Ianus Iupiter Saturnus Genus Mercurius, &c.*

*Panes* *Fauni* Dij Nemorum, Fauni, Panes, Satyri, Syluani.

Deæ Marinę, Amphitrite, Thetys, Doris, & Nereides.

*Oceanus Naeptunus Milicerta Claucus* Dei Marini. Oceanus, Næptunus, Palemon, Pollux, Caſtor, Nereus, Protheus, Phorbas, Milicerta, Claucus. De Protheo Deo Maris, Virgilius libro quarto, Georgic. Eſt in Carpatio Neptuni gurgite vates Cæruleus Proteus. Aliter vocatur Vertumnus. *Vertumnus* Propertius libro quarto. Quid mirare meas tot in vno corpore formas? Accipe Vertumni ſigna paterna Dei.

*Megera Chimera* Deæ Infernæ. Proſerpina, Megæra, Chimæra Thiſiphonæ, Clotho, Lacheſis Atropos.

*Ceberus Acacus* Dei Inferni. Pluto, Ceberus Charon, rinos, Aecus, Rhadamanthu.

*Cybele Venus* Deæ Supernæ. Cybele vxor Saturni, vecta leonum iugo. Deum mater. Venus, nata maris ſpuma. Dea amorum, vxor Vulcani, mater Cupidinis, & Gratiarũ, facibus armata, ceſto incincta. *Themis* Themis, quam Deucalion, & Pyrrha conſuluerunt ſuper humani generis reparatione. *Iuno* Iuno Saturni filia, Deum regina, maxima cœlicolum, coniux, & ſoror Iouis, Dea diuitiarum, quę nubentibus pręeſt, & parientibus. *Ceres* Ceres Dea frugum, Saturni, & Opis filia, legumlatrix apud Siculos; vnde, & Legifera vocatur à Marone. *Minerua* Minerua nata ex Iouis cerebro, Dea ſapientiæ, diſciplinarum, & armorum. *Diana* Diana Iouis, & Latonæ filia, Dea virginitatis, quæ in cælo Luna, in terris Diana, in inferis vocatur Proſerpina. Vnde à triplici poteſtate vocatur Triformis. De hac Catullus ait; Montium domina, vt fores, Syluarumque virentium. Saltuumque reconditorum, Amniumque ſonantium. Tu Lucina dolentibus, Iuno dicta puerperis. Tu potens triuia, & noto es dicta lumine Luna.

*Damogorg. Saturnus Iuppiter* De Deis Supernis. Dei Superni ſunt, Dæmogorgon, repertus in viſceribus terræ. Saturnus inuentor falcis: cuius ſeculo ætatem aureã floruiſſe dicunt. Iuppiter Saturni filius, quem pœtæ cælo præeſſe, pulſo parente fingunt, ibique fulminare. *Apollo* Apollo, qui propter interfectos Cyclopes, diuinitate priuatus. Admeti regis Theſſaliæ pauit armenta. Fertur inuentor medicinæ. Triplex eſt eius poteſtas. Vocatur Sol in cælis, Liber pater in terris, Apolli in inferis. *Muſis* Muſis præeſt: armatur arcu, ſagittis, & clypeo. Perpetua iuuentus eidem tribuitur. Deus eſt poetarum, vatum, & augurũ. Genitus fertur in Delo eodem partu, quo Diana. *Bacchus* Bacchus Iouis filius, & Semeles, bis genitus, & fulminata matre natus ex femore Iouis dictus propterea Femorigena. Vinum reperit, vniuerſum Orbem peragrauit debellatis Indis, primum omnium triumphauit. Sacrificas habuit, & Sacerdotes, quæ dicuntur Bacchæ, Menades, Tyades, &

Mi-

Digitized by Google

Minallonides. Perpetuam iuuentutem habere fertur vt Apollo. *Mercurius* Mercurius deorum nuncius, Deus furum, galero caduceo ornatus, indutus talari, Deus facundiæ, Argi centoculi interfector, *Mars.* Mars Deus belli, & armorum, apud Thraces natus, frater Bellonæ, cuius ministri finguntur Impetus, Diſcordia, Ira, Furor. *Hercules.* Hercules monſtrorum dominator, armatus claua, exuuium leonis indutus, Iouis, & Alcmenæ filius, odioſus Iunoni, cuius mandato portenta ſubegit: combuſtis in Oeta propter indutum pallium Neſſi cruore tinctum, *Vulcanus.* Vulcanus Deus ignis, fulminnm fabricator, maritus Veneris.

Deum animam mundi, ipſumque mundum Deum eſſe ait *Marcus. Terentius.* Marcus, Terentius, Varro, Epicurus Athenienſis deos hominnm figuram: Heraclides Terram, & Cœlum in deos retulit, Stoici deum igneum eſſe naturam, intelligibilem eſſe ſubſtantiam, &c. Indiæ ſapientes deum eſſe lumen non vt ſolem, vel ignem, ſed vt occulta miſteria ſapientibus, &c. contra quos eſt Origenes. *Cicero.* Cicero recitat Alcmeon Soli, ac Lunæ, ſideribus omnibus diuinitatem dediſſe. *Speuſippus.* Speuſippus vim naturalem eſſe Deum. Xenocrates Calcedonius deos octo eſſe, quinque in ſtellis vagis, vnum ex omnibus ſideribus, ſeptimum Solem, octauum Lunam. Atheiſtæ negant omnes. Zeno Citticus diuinam naturalemq; legem deum eſſe. *Antiſthenes* Antiſthenes Athenienſis ponit multos deos populares, vnum naturalem artificem omnium. Clæantes ethera eſſe ſummum deum. *Eraclius.* Eraclius Epheſius deos ex igne credit. Pherecides tribuit diuinitatem terræ, ex qua omnia, &c. Lyſis, & Philolaus numeri ſummitatem deum eſſe. *Pitagoras.* Pitagoras deum eſſe diffuſum in omnibus. Anaximenes, & Mileſius deos ex aere ortos, propterea Plato, & Ariſtoteles æſtimantur excellentiores, quia de Deo vero aliqua dixere, vt patet in Metaphyſica, *Plato.* in 8. Phyſicorum, & Plato in dialogis ſapientiæ, & in multis alijs operibus, ſimiliter Ariſtot. in Moralibus, *Ariſtot.* & in lib. Notabilium ait: à Deo dependet Cœlum, & tota Natura.

*Geneſis.1* Ex primis verbis veteris teſtamenti: in principio creauit Deus Cœlũ, & Terram, & alibi, Audi Iſrael, &c. Dominus Deus tuus vnus eſt, & in Pſalmis, lex Domini immaculata conuertens animas, cum mille alijs locis: & ex nouo teſtamẽto Lucę, Ioannis, Marci, Matthæi, &c. declarantium Deum vnum in eſſentia, trinum in perſonis, deſtruitur idolatria dicta à Theodoreto 4. *Theodoret.* Salutis humanæ hoſte, poſt mundum, diabolum, & carnem, immò Abulenſis ait Diabolum eſſe primũ inimicum, cũ eius cauſa inceperit idolatria in paradiſo terreſtri, eritis ſicut dij, &c. quamuis Bartholomeus à fauo cum ſacris hiſtorijs Idolatriam ponat fuiſſe tempore Noè *Bartholom. à fauo. Strabo Beda.* Strab. & Beda, ex vitulo Aaron. Alij verò ex Medianitis à Rabdac; & Eſiodus enumerat triginta millia falſorũ deorum, poſt vero Noe hiſtorici, & Poetæ, Aſſirij, perſiani, caldei, medi, aphricani, græci, germani, poloni, hiſpani, galli, & latini ponunt inſraſcriptos falſos Deos Abecedarios.

Primi vero poetæ, qui itali co ſermone compoſuerunt, fuere Prouezales, ait Bembus, vſq; ad Petrarcam in triũphis, Dantes, qui eos ponit apud inferos, Anguillara in Methamorphoſis, quingenti poetæ mei Roſarij id ipſum recitant, Boccacius in falſorum deorum genealogia ab Eſiodo exarata, Alumnus in fabrica mundi in libris imaginum, & *Alumnus.* notarum egiptiorum, Alciatus in Emblematibus, Valerianus, & Breſcienſis in gerogliphicis, Cartarus in falſorũ deorum imaginibus, *Cartarus.* cum expoſitoribus ad ſimbola pitagoræ, vltra Commentatores Euſebij Ceſarienſis in vltima impreſſione de pręparatione euãgelica, de Theologia falſa poetarum, phœnicum, ægiptorum atlanticorum, phrigiorum, gẽtium, & cæterorum; Trimegiſter, Demoſtenes, Quintilianus, Plautus, cum Cicerone de natura deorum, Seneca *Seneca.* cum Martiale in hetruſcum ſermonem verſo à Chriſtopharo Landino, & à Cœco Atris, Dux Atris ad Plutarcum, Vellutelli, *Dei antiquorum apud Hiſtoricos.* Iuſtilipſius in mineralibus falſorum deorum, denique hiſtorici etiam italici ſermonis antiquorum Deos, quaſi infinitos recituerunt, modo Cœlos, *Cœlum.* modo aſtrra, modo Lunam, & Solem, *Aſtra Luna. Sol. Elementa. Animalia* modo Elementa, & aues, modo animalia, modo eorum partes, videlicet oculos, cor, cerebrum, pedes, quibus ad omnia peruenimus, Priapum, de quo Virgilius Priapeiam compoſuit, nunc prohibitam, modo vermes, pecudes, formicas, metalla, & idcirco bene dicant

*Partes animalium vt cor corebrũ, &c Vermes. Formica. Perus. Metalla. Alij. Cepas.*

Sannazarus, & Tarcagnottus Omne ̧nomen illis fuiſſe Numen, ſiuè Deum, vſque ad herbas malè olentis odori, alij, Cœpas turpiſſimè tanquam deos adorauerunt, quorum ſuperſtitiones reprobatæ ſunt ſacris Canonibus, Bullis, & Concilijs, & præcipuè à Sacr. Concil. Trid. ac etiam contra idolatras, & hæreticos à Sancta Matre Eccleſia reprobatos, ac damnatos cui iſtud, & alia opera cuiuſcumque laboris ſint ſubmittit auctor, &c. Subintelliguntur in numerando ſimul Sacra Scriptura, & doctrina S. Thomæ reijcere, & reprobare.

*QVia quæſtiones Capræoli, Sõcinnatis, & aliorum fundantur in textibus Magiſt. Sentent. ideò opere prætium duximus, vt facilius quæſtiones ipſius percipiantur ipſos textus Magiſtri, primo exponere, ſicut Caietanus in sũma primo exponit textum S. Thom. tanquam fundamentum, deinde ponit quæſtiones, vt etiam Ferrarienſis cõtra gentiles S. Thom. prierius in conflaris vſq, ad Bannes, Medinam, Nauarrum, Nauarrettum, Ripam, Zenardum, Conſales, &c. ſupra aducti: Arabes, Græci, & Latini idipſum in Ariſt. & Platonẽ, Ficinus, Landinus, Felici. Nam ignorato fundamẽto textuum, ignorantur, & quæ in textibus fundantur, vt ait Magnus Commentator in proœmio, qui propterea fecit prologomina 8. quę hic præſupponũtur ex philoſophia, & Metaphiſica, quamuis infra indagentur.*

*Textus Ecce &c.* diſt. 3. comm. ad ſeſ. proœm. quaſi proœmiũ de Angelis, & per 10. diſtinctiones, & ait quod de eſſentia Angelorum, de immaterialitate, diſtinctione, diuerſitate, intelligẽdi perſpicacitate, de libertate, quæ in creatione acceperè, & ſicut differunt gradu, ſic differunt in alijs ſupradictis, & quod mali fuerunt creati boni, propterea inter creationem, & lapſum fuit morula,

*Summa Deza.*

*Spina 155. Solon. Porrect. Directo Prateol.*

nihil enim mali Deus poteſt producere, creauit eos cum omni cognitione contra hæreſim Hermani Riſſuichdam, quod neque boni neque mali creati à Deo. Adde abeced. & ethimolog. hæreſ. & contra idolatr.

*SummaCapr. Deza.*

*Textus Poſt &c.* diſt. 5 ad ſẽſ. proœm. ait quod non fuerunt creati Angeli miſeri, ſed abſque peccato, per quod eſt miſeria, neque fuerunt creati beati beatitudine ſupernaturali, ſed naturaliter perfecti, imperfecti reſpectu diuinæ eſſentiæ, & gloriæ ſupernaturalis, contra Manichæos, & Priſcillianiſtas dicentes, Angelos eſſe factos ex ſubſtantia Dei, & per conſequens beatos. Adde abeced. & ethimol. hær. & contra idolatr.

*Henricus. Directo. Vimaldus. Spina 156*

*SummaCapr. Deza.*

*Textus Poſt hæc &c.* diſt. 5. comm. ad ſenſ. proœm. de acceſſu, & receſſu Angelorum ait, quod creatori accedentes per gratiam illuminati ſunt, & per conuerſionem facti ſunt iuſti, & confirmati accipientes gratiam cooperantem, nam gratiam iuſtificantem habebant, vnde conuerſio ad bonum quod non habebant ex gratia, etiam habuerunt, & non per ea quæ modo circa nos faciunt fuit collata gratia vt inquirendo videtur dicere magiſter; Angeli verò à Deo auerſi ceciderunt, ideo per auerſionem peccarunt, & non excuſantur, qui dicuntur obcœcati in quantum Deus ſubtraxit gratiam, contra Trinitarios, quod Angelus omnis fuit malus, & nunquam niſi malus. Adde abeced. & ethim. hereſ. & contra idolatr.

*Robertus. Can S.Thom. Spina 157.*

*Aloyſius lippoman.*

*Textus Præterea &c.* diſtinct. 6. comment. ad ſenſ. proœm. ex quibus ordinibus mali ceciderunt Angeli; declarat, & ait ex omnibus nouem choris, & Lucifer ſupremus cecidit primus, in inferno ligatus ex tunc, ſecundum aliquos; ex victoria Chriſti ſecundum quoſdam: & ſecundum alios in hoc aere caliginoſo, ad noſtrum exercitium vſque ad diẽ Iudicij. Diximus (aliquos) quia ſubdit tex. quod eſt veriſimile quotidie aliquos dæmones ad infernum deſcendere, ibi cruciando animas, & vt ipſimet etiam cruciando crucientur; quamuis etiam crucientur in aere, tandem ait, quod dæmones cum à nobis vincuntur, amittunt poteſtatem tentandi per aliquod tempus, ſecundum quoſdam expoſitores reſpectu eiuſdem tentati, ſecundum alios contra Algazelem quod Angeli ſunt tantum octo, & contra Menandros hæreticos quod non poteſt vinci ab homine diabolus. Adde abeced. & ethimol. hær. & contra idolatr.

*SummaCapr. prierij.*

*epil. prierij*

*Iſidorus. Prateol. Directo.*

*Textus prædictum eſt, &c.* diſt. 7. comment. ad ſenſ. proœm. De Angelis bonis dicit, quod fuerint confirmati impeccabiles, & è conuerſo de malis, ſcilicet oſtinatis remanentibus, vt ait Hieronymus in quibus naturalia ſcilicet ſcientia, experientia, relatio, etiam à bonis Deo permittente per ſemina aliquando in rebus latentia, etiam per fallacem artem magicam, Deo permittente, & poſſunt incorporalibus, quamuis non ſemper ad nutum, Deus non permittens prohibentibus aliquando bonis Angelis; tandem aliquando ad probandos patientes ex voluntate diuina operantur in iuſtos, contra Algazelem, quod ſolus Angelus inferior poteſt in inferioribus, & contra hæreticos quoſdam, quod dæmon poteſt facere omnia: & contra alios innominatos, quod dæmon non poteſt facere omnia quæ vult Deus. Adde abeced. & ethimol. heref. & contra idolatriam.

*SummaCapr. prierij.*

*SummaDeza.*

*Epifanius. Porrect. Prateol. Spina 159. 160. & 161.*

*Textus Solet enim &c.* diſt. 8. comm. ad ſenſ. proœm. De incorporeitate eorum omnium, docet, & ait quod tum boni, tùm etiam mali Angeli ſunt incorporei, & non habent corpora naturaliter ſibi vnita, Auguſtinus autem non ex propria ſententia hoc aſſerit, ſed recitatiue dicit quod habeant corpora. Poſſunt tamen ex aere corpora aſſumere volente Deo, vt nobis appareant, circa nos operando, & quandoque ex parte totius Trinitatis; quandoque ex parte Patris

*SummaCapr. prierij.*

*SummaCapr. Tholoſ.*

Digitized by Google

Patris, quandoque ex parte Filij, quandoque ex parte Spiritus Sancti, & non per hoc opera Trinitatis à dextra ſunt diuiſa; ſed ſecundum effectum, &c. poſſunt poſtea ipſa corpora deponere, contra Ioannem Epiſcopum Theſſalonicenſem dicentem: quod neque Angelus, neque anima noſtra ſunt abſque corpore, neque concilium Nicænum hoc dicit, ſed accipit ab ipſo quod propter noſtram imperfectionem ſtatus huius viæ circumſcribi, & pingi poſſunt corporaliter vt in aſſumptis apparuerunt corporibus. Adde abeced. & ethimol. hæreſ. & contra idolatr.

*Auguſt. Prateol. Per vell. Decret. Spina 162.*

*Textus Poſt prædicta &c.* diſtinct. 9. commentar. ad ſenſus procem. De Hyerarchijs, & ordinibus Angelorum docet, & ait quod ſunt Hyerarchiæ, ideſt ſacri ordines, & nouem chori, ſeu ordines, qui ordo dicitur multitudo cœleſtium Spirituum qui inter ſe aliquo munere gratiæ aſſimilantur, vt Seraphyni, in charitatis ardore, Cherubini in ſcientiæ plenitudine; Throni vt ſunt ſedes Dei &c. Nec Angeli eiuſdem ordinis ſunt æquales cum differant ſpetie ſecundum expoſitionem Sancti Thomæ, poſtea ponit decimum Chorum ſimilitudinarium homines ſaluandos, & ſaluatos, quot autem ſint, & erunt homines ſaluandi diſconueniunt patres, aliqui quòd tot quot Angeli ceciderunt, & iſti ad minus ſecundũ Auguſtinũ. D. Thomas, quod ſoli Deo eſt numerus electorum cum Eccleſia cognitus contra Origeniſtas, quod propter miſericordiam Dei omnes ſaluabuntur. Adde abeced. & ethim. hær. & contra idolatr.

*Non vt Tertull. quod hipoſtatici aſſumunt.*

*Albertus.*

*Ericeus.*

*Theodoſius. Decret. Directo. Spina 163.*

*Textus Hoc etiam, &c.* diſtinct. 10. comment. ad procem. De miſſione Angelorum authoritate Dyoniſij per Danielem, ait quod quidam Angeli nunquam mictuntur, ſed ſemper aſſiſtunt, & aliqui mictuntur, ſecundum quoſdam dicitur quod omnes ſunt adminiſtratorij Spiritus, & omnes mittuntur quod videtur dicere Dyoniſius non extendendus, ſed exponendus contra negantes conſortium beatitudinis Angelorum, ſanctorum, Sadecæos; & cæteros. Adde abecedar. & ethimolog. hæreſ. & contra idolatriam.

*Lichetus.*

*Alfonſus de Caſt. Prateol. Direct. Spina 164. & 165.*

*Textus Illud quoque &c.* diſtinct. 11. comment. ad ſenſ. procem. De cuſtodia Angelorum bonorum, & de exercitio malorum ad homines docet, & ait, quod quiſque à ſui natiuitate habet Angelum bonum ad cuſtodiam, & malũ ad exercitium ſpecialiter incitans ad damnationem, ſicut bonus ſpecialiter ad ſalutem, & ſucceſſiuè à generatione in generationem vſque ad diem iudicij, proficiendo Angelus in præmio, & merito ſcilicet accidentali, & ſic concordantur patres cõtra Caluinũ ſuper Geneſim cap. 31. dicentem quod eſt impium ponere Angelos cuſtodes, & extenuatur gratia Dei, vt recitatur à Franciſco Feccarderitio minoritano lib. 6. inſtit. c. 14. ſect. 7. Adde abeced. & ethimol. hæreſ. & contra idolatr.

*Petrus Tarau.*

*Ricardus Siranus. Franciſcus. Spina 166*

*Textus Hęc &c.* diſtinct. 12. commẽt. ad ſenſus procem. poſt Angelos tractat de ijs quę cum Angelis creata ſunt, & ſucceſſiuè de ſex diebus, & ait quod cum natura Angelica, creauit Deus materiam rerum informem, non abſque forma, ſed habuit formam confuſam, poſtea diſtinguendam per ſex dies (quamuis ſecundũ aliquos, quibus non adhæret Magiſter, omnia ſint ſimul creata, & diſtincta) quam materiam ait nuncupari terram abyſſum, aquam, vt demonſtraret rudibus quibus Moyſes loquebatur, quod erat receptura plures formas, tenebræ ſuper eam lucis abſentiam dicunt. Penultimo ait quod illa materia erat vbi modo mundus eſt, ſuperior, rarior, inferior, graſſior, & tandem ſeptima die requieuit ſcilicet à factione nouarum creaturarum omnium de nouo, non quod nil modo faciat cum creet animas &c. quæ vult contra philoſophos quoſdam dicentes, quod Deus nihil agat, & contra Algazelem quod vna anima producat aliam, contra Auicennam quod ab intelligentia omnia facta &c. Adde abeced. & ethimolog. hær. & contra idolatr.

*Egidius.*

*Bachonius.*

*Beluacen. Directo. Porret. Spina 167. 167. & 169*

*Textus Prima autem &c.* diſtinct. 13. comment. ad ſenſus procem. De luce hic docet prima die facta, quia erat manifeſtatura alia per quam etiam Angelica natura intelligitur à quibuſdam patribus ſupra per cœlum ſignificata, quæ lux nubecula lucida in ea parte vbi, modo ſol eſt gerens vicem Solis in triduo ſuperiores partes illuminando, nõn tam clare vt ſol modo facit, & propterea Sol non vt fruſtra, ſed vt neceſſarius 4. die formatus, aut de eadem luce, vel coniungendo eam ipſi ſiue reſoluta in præiacentem materiam, ſecũdum quoſdam

*Bonauentura*

Digitized by Google

*Abulenſis.*
*Toletus.*
*Spina* 170.

quoſdã abſque vocis ſonitu edidit om-nia pater, ſed cum Filio, & Spiritu ſan-cto contradicentes quod omne lumẽ ſit ab igne, & corporibus cęleſtibus contra Caiet. Tienneſem. Adde abeced. & ethi-molog. hæreſ. & contra idolatri.

*Nicolaus de Caſu.*

*Girardus.*

*Textus Dixi quoque, &c.* diſtinct. 14. commentar. ad ſenſus proęm. poſt pri-mum Diem tractat de alijs, & in ſecũdo de firmamento à Beda dicto cœlum ſy-dereum ſupra quod, & ſub quo ſunt aquę ſacro teſtante eloquio dicitur firmamen-tum à firmitate non ſimpliciter, ſed reſ-pectu cæterarum ſpecierum motuum; die 3 aquas ſub cœlo in vnum congre-gauit mare, germinauit terra herbam vi-rentem, & lignum pomiferum Deo iu-bẽte per tres alios dies formauit, nam in 4. firmamentum Sole Luna, & Stellis, Quintò verò volatilibus, aqua, piſcibus, Sexta die terra, iumentis, reptilibus, beſtijs, & homine adornauit, contra Patricianos, quod non ſit vniuerſæ car-nis, & rerum opifex Deus, ſed mali An-geli. Adde abeced. & ethimolog. hæreſ. & cõtra idolatri.

*Egidius.*
*Chriſoſt.*
*Spina* 171.

*Baſſolius.*

*Textus Dixit, &c.* diſtinct. 15. com-menta ad ſenſus proęm. declarando præ-dicta, ait quod non fuerunt creata animalia nociua, ſed per pęnam pec-cati, & vt probetur patientia bonorum, neque enim alia ex putri materia nos laborantia, vt muſchæ, & ſimilia tũc pro-ducta fuerunt, niſi materialitèr. Vltimo facto homine de terra, ad cęlum ordina-to, domino animalium, requieuit 7. die quia vltra nil produxit quod non præfuerit materialitèr, vel in ſuo ſimili, & producta ſanctificauit, & benedixit, contra Manicheos, quod Deus malus condidit vetus teſtamentum, malum ſi bene dicit, & ſãctificat quomodo malus, &c. Adde Abeced. & ethimolog. hæreſ. & contra idolatri.

*Auguſt.*
*Spina* 172.

*Ioan. Picus*

*Textus Is, &c.* diſtinctio 16. commẽt. ad ſenſus procem docet quod homo fa-ctus eſt ad imaginem totius Trinitatis, quantum ad animam, & cum ipſa Tri-nitate dixit faciamus hominẽ, & nõ cum ſpiritibus creatis, vt auſi ſunt quidam exponere (repetendo aliqua de Trinita-te ſupra enucleata) contra hæreſim ab Auguſtino recitatam cap. 76. quod ho-mo eſt ad imaginem Dei ſecundum cor-pus. Adde Abeced. & ethimolo. hæreſ. & contra idolatr.

*Concili.*
*Iſidorus.*
*Auguſt.*
*Spina* 173.

*Biel.*

*Textus Hic, &c.* diſtinct. 17. comm. ad ſenſus procem. De anima noſtra, & de paradiſo terreſtri cum Adamo docet, & ait quod anima hominis quę à Deo crea-tur non manibus, neque faucibus, neq; de ſubſtantia Dei, ſed ex nihilo, alitèr non eſſet creatio, creando infunditur, & infundẽdo creatur, ad proprium corpus de terra factum iſpirando ſpiraculum vi-tæ, extra paradiſum in quo poſtea fuit poſitus qui paradiſus eſt corporis diſtãs ab habitabili terra vſque ad globũ luna-re pertingẽs, in quo ligna diuerſa quorũ vnum dictum lignum vitæ, quia diuinitus conſeruabat eis fructus à morte, & infir-mitate, aliud dictum ſcientiæ boni, & mali ex euentu per verba ſerpentis, figu-ra etiam alterius paradiſi quamuis qui-dam dicant iſtum paradiſum terreſtrem eſſe ſpiritualem quos concordat Magi-ſter contra Libertinos, quod anima no-ſtra nihil eſt, contra Gnoſticos quod eſt ex ſubſtantia Dei, quod eſt ab igne con-tra Emptuſiſtas, & contra Seleuchum quod ab Angelis contra Athæos, &c. Adde Abeced. ethimolog. hæreſ. & con-tra idolatriam.

*Præpoſ.*
*Directo.*
*Auguſt.*
*Epifanius*
*Spina* 164
175. & 176.

*Chartuſia-nus.*

*Capiſtran.*

*Textus in ideo, &c.* diſtinct. 18. com-mentar. ad ſenſ. procem. poſt Adam tra-ctat de Eua, & ait quod, poſito Adam in paradiſo impoſitis nominibus animali-bus ad ipſum adductis, immiſit Deus ſoporem in eum, & ex vna de coſtis eius Euam formauit, non de capite, nec de pede, ne domina, neque ancilla, ſed ſocia illius ſit, dormiẽdo ne dolorem ſentiret, & potentiam Dei non excitantis, & Sa-cramentorum emanatio de latere Chri-ſti demonſtraretur materia illa coſtæ vir-tute Dei, vt de quinque panibus multi-plicata, & Angelis miniſtrantibus Deo ſolo creante eam effecit cuius organiza-tio etiam virtute diuina, nõ ſeminali ne-que per hoc eſt dicendum, vt quidam quod etiam anima Euæ ex anima Adæ, ſed creata, & infuſa à Deo tunc contra hæreſim Manetis quod Eua non à Deo, ſed à principe materię contra Thomam, & cæteros, allegorice, & figuratiuè non hiſtoricè eſt intelligenda productio Euæ de coſta, & contra eos quod ſit parabo-la, vt ait Melchior Cãs, & Porrecta q. 112. art. 3. p. 1. Adde Abeced. & ethimol. hære-ſum, & contra idolatri.

*S. Thomas.*

*Simon. Vigo.*
*Spina* 177.
178. 179. &
180.
*Melchior Ca*
*Porrect.*

*Gerſon.*

*Textus Solent, &c.* diſtinct. 19. ad ſen-ſus procem. de immortalitate, & morte ſubdit, quod Adam, & Eua habue-runt poſſe non mori ex gratia ex eſu

*Adamus*
*Godamus.*

K ligni

Digitized by Google

ligni vitæ, & ſi non ediſſent de ligno nõ prohibito cum fuerit præceptum, vt de ipſis comederent etiam peccaſſent, nam corpus cibis indigens, tunc reſtaurantibus poſt peccatum habuit neceſſe mori poſt reſurrectionem immortalitatem, contra Saducæos, & Hermanum riſſuich. Et cæteros mortalitatem animæ ponentes, & contra Caluinum, & alios hæreticos, quod homo fuit creatus mortalis ex neceſſitate materiæ etiam ante peccatum. Adde Abeced. & ethimolog. hæreſ. & contra idolatri.

Caten. gen. Decretum porrect. Spina 181. 182. 183. & 184.

*Textus Poſt. &c.* diſtinct. 20. commenta. ad ſenſus procem. De generatione ſtatus Innocentiæ, ait quod in ſtatu innocentiæ abſque libidinoſa concupiſcẽtia fuiſſet generatio, & non generarunt, quia poſt Euæ formationem peccarunt paulo poſt, vnde non remanſit tempus, an autem ſi non peccaſſent omnes ſimul ad requiem beatitudinis fine morte fuiſſent tranſlati, vel ſecundum partem ſucceſſiuè de ætate in ætatem? dicit quòd non habetur determinatum in ſcriptura, ſecundum autem expoſitores aliquos videtur quòd ſic: & ſecundum quoſdam quod non, quiquidem filij ſi fuiſſent propter ſtrictitudinem loci vteris matris ſucceſſiuè aucti ſimilitèr in cæteris accidentibus conſequentibus, vt loqui, &c. acquirendo ſcientiam exſperimentalem, contra Cornelium Agrippam quod primum peccatum Adæ fuit propter generationem carnalem, & copulam. Contra Almericum Pariſienſem, quod ſi non peccaſſent fuiſſet multiplicatio ſicut in Angelis abſque differentia ſexus. Adde Abeced. & ethimolog. hæreſ. & contra idolatr.

Bachonius. Brito. Greg. Nan. Prateol. Porrect. Direct. Spina 165.

*Textus Videns. &c.* diſtinct. 21. comment. ad ſenſus procem. De Serpente diabolo ait quod dolo ſupplantare volente quos virtute ſuperare non poterat apparuit in forma non quam voluit, ſed quam Deus permiſit ſcilicet ſerpentis, vt fraudem indagaret, propter inuidiam, Euam mulierem debiliorem partem tentans, & loquens, vt Aſinus Balaam cap. 22. numeri cuius loquelam à Deo putabat accepiſſe, tentauit exterius eam de gula, vanagloria, & de auaritia, promitendo non mori, & ſcire omnia, vt Deus, peccauit peccato remediabili, Diabolus verò irremediabilitèr cum à nullo tentatus fuerit, ſed ex mala ſua inclinatione, neque tota natura Angelica corruerat, & natura humana tota propter tentationem exteriorem, non tam difficilem, ſed leuem, & peccauerunt Eua, & Adam, &c. contra Caluinum quod peccatum Adæ ex decreto Dei ordinatum contra Trinitarios, quod Adam non habuit, vt potuerit ſtare, & contra Arrianos, & Origenitas, quod tentatio ſerpentis ſit allegoricè, contra Opitas quod ſerpens erat adorandus, quia erat Chriſtus. Adde abecedar. & ethimolog. hæreſ. & contra idolatr.

Egidius. Ervneus. Iuſtin. mar. Spina 166. vſque 171. Alſõſ Varg.

*Textus hic &c.* diſtinct. 22. comment. ad ſenſus procem. De origine primi peccati ait, quod fuit elatio præſumptionis reprimenda, quæ non eodem modo in animo mulieris ſerpenti credentis, & in viro putantis ſe ſicuti Deo fieri peccauit in Deum, & ſi per ſeductionem, & ignorantiam, non tamen ignorauit præceptum Dei, & propterea excuſari non poteſt, nam ignorantia vincibilis potius aggrauat, ſola enim inuincibilis excuſat tum etiam, quia conſenſus mali ex voluntate leberi arbitrij prouenit, contra Albigenſes, quod liberum arbitrium non eſt; & quod non poteſt peccare, contra Lutherum, Caluinum, Manichæos, & Trinitarios. Adde Abeced. & ethimol. hæreſ. & contra idolatri.

Nicolaus Sarnan. Scotus Aluarez Montagnoli Spina. 172. vſque 206.

*Textus præterea, &c.* diſtinctio. 23. commentar. ad ſenſus procem. De promiſſione diuina, & ſcientia eius, ait, quod ſciebat Deus hominem caſurum, quem permiſit tentari ad demonſtrandam hominis dignitatem dignius enim erat tentari, & non conſentire, quam nec tentari, nec conſentire, deditque ſcientiam creatarum rerum, Creatoris, & ſui ipſius per quandam interiorem inſpirationem, præter ſui caſum, vt libertas demonſtretur contra Manichæos, contra hæreſes Manetis, & Albanenſium, quod non à Deo Adam factus, nec ſcientiam dedit ei, contra Arnolæum, Lutherum, & antiquos omnem damnantes ſcientiam. Adde Abeced. & ethimolog. hæreſ. & contra idolatr.

Prierius. Miranda. Caten gene. Spina 206. vſque ad 211

*Textus nunc, &c.* diſtinct. 24. comment. ad ſenſus procem. De Gratia, & libero arbitrio docet, & ait, quod habuit in creatione homo, ita vt potuiſſet reſiſtere malo, aliter non fuiſſet imputabile peccatum, fecit enim Deus hominem rectum cum auxilio gratiæ, quamuis ad ſalutem alia indigeret gratia, vt ait Auguſtinus, quod liberum arbitrium eſt facultas

Ricardus

cultas

cultats voluntatis, & rationis, quo bruta carent habentia appetitum ſenſualitatis, quæ ratio in nobis in portionem ſuperiorem intendendo æternis, & in portionem inferiorem diſponẽdo temporalia, per officia diſtinguitur, quæ tamen eſt vna quamuis aliquando ratio inferior pro ſenſualitate ſumatur. Tandem ait quod eſt in nobis peccatũ ad inſtar peccati primi parentis, vice ſerpentis ſenſualitas, ratio inferior vice mulieris; ſuperior vice viri. Vltimo tractat de peccato veniali, & mortali, & ait quod motus peccati ſi in ſola ſenſualirate conſiſtit erit veniale, ſi ad ſuperiorem peruenit rationem erit mortale, & hæc eſt viri comeſtio, ſimiliter de Eua contra Manichæos, & Albigenſem. Adde abeced. et ethimol. hær. et contra idolatri.

*Bachonius.* *Ridulfus. Nauar. Spina 212. 213.*

*Textus Iam, &c.* diſtinct. 25. commẽt. ad ſenſ. procem. proſequitur de libro arbitrio, & ait cum philoſophis quod liberum arbitrium dicitur liberum iudicium de volũtatẽ quia adhoc, vel ad illud moueri poteſt, & reſpectu contingentium, liberum arbitrium eſt triplex in Deo impeccabilitèr naturalitèr, in Angelis bonis per gratiam confirmatũ, & in nobis flexibile ad bonum cum gratia ad malum per ſe, per quod peccatum, ſeu malum eſt expoliatum, quoad gratuita à quibus ſine gratia reparari non poteſt quoad natu ralia quodammodo vulneratos, & propterea ante peccatum poterat ſine difficultate moueri ad bonum poſt autem, nõ ideo, libertas naturæ non ſufficit ad bonum agendum, ſed per gratiam Dei miſerentis Rom. cap. 9. quæ libertas eſt triplex à coactione à miſeria quam in ſtatu primo habuit, & à peccato, carentia vero iuſtitiæ non libertas, ſed ſeruitus dicenda contra Lutherum, quod poſt peccatum liberum arbitrium res eſt de ſolo titulo, & contra Pelagium, quod ſuis viribus poteſt diuina mandata adimplere. Adde abeced. et ethimol. hæreſ. et contra idolatr.

*Egidius* *Aluarez. Directo. Porrec. Spina 214. 215.*

*Textus Hac, &c.* diſtinct. 26. ad ſenſus procem. docens de gratia, ait eſſe dupli cem, quæ voluntatem præparat, vt bonũ velit, & cooperantem ne fruſtra, ſed effectualitèr velit per miſericordiam Dei, quia Deus miſeretur noſtri, Deo enim attribuitur totam hominis, voluntatem præueniens, & præparans, ad adiuuandum, & adiuuãs præparatam ad efficaciter operandum, quæ gratia operans, & cooperans aliquando præueniens, & ſubſequens nuncupatur, & gratia operans, ſeù præueniẽs, fides cum dilectione exiſtens voluntatem bonam non tempore, ſed natura cauſalitatequè præcedens ab ipſa voluntate, non aliquo merito acquiritur, ſed gratis à Deo datur cum qua alia multa dona percipit, vt ait Auguſtinus poteſt aliqua bona facere liberũ arbitrium, agros colere, ædificare, &c. contra Cœleſtinũ Hæret. quod abſque gratia vitam æternam conſequi quemlibet iuſtum, & Pelagium de præceptis adimplẽdis, &c. Adde abeced. & ethim. hæreſ. & contra idolatr.

*Directo. Prateol. Spina 216. 217.* *Bachonius.* *Argentina.*

*Textus Si vero, &c.* diſtinct. 27. comment. ad ſenſus procem. quærens quid ſit gratia, an augeatur, & ſit virtus, dicit quod tria ſunt genera bonorum, alia magna, vt virtutes quibus male vti non poteſt homo, quæ non ſunt actus, vel vſus, ſed qualitas qua rectè viuitur, quam Deus in homine operatur, eſt infuſa de virtute diuina, & fidei cum ſcriptura, & Dei gratia cenſeri debet, dum ipſa gratia virtus aliquando nominetur, quæ gratia ſcilicet gratum faciens eſt principalis cauſa merendi qua voluntas hominis ſanatur, & iuuatur, bonus enim animi motus ex ambobus dicitur, ſcilicet gratia, et libero arbitrio, et ideo per gratiam virtutes mereri rectè dicuntur. Secunda genera bonorum ſũt minima, vt bona temporalia. Tertia genera bonorũ ſunt media, vt potentiæ animæ, inter quas liberum arbitrium continentur, cuius bonus vſus virtus etiam eſt, quibus vltimis duobus benè, et malè vti homines poſſunt. Tandẽ eos dicentes prima genera ſcilicet Fidẽ, Charitatem, motus animi eſſe, quod eſt falſum cum ſit virtus, et qualitas, quæ augetur reijcit contra Begardos, quod natura intellectualis eſt ex ſe ipſa beata abſque primis bonis. Adde abeced et ethimolog. hæreſ. et contra idolatr.

*Egidius.* *Gratiadeus.* *Theodor. Seraſinus. Spina 218.* *Prierius in Summa Ca prateol.*

*Textus Id, &c.* diſtinct. 28. comment. ad ſenſus procem. Hereses Pelagij deſtruens, ait quod liberum arbitrium ſine gratia præueniente, et adiuante non ſufficit, nec meritis noſtris gratiam aduocari, neque mandata Dei poſſumus adimplere abſque ea, quæ gratia eſt neceſſaria, et non vt facilius operetur, vt falsè Pelagiani dicunt negante Eccleſiæ orationes contemnendo, etiam quod ſine peccato originali paruulos naſci extorquen-

*S. Thom. Porrec. Prateol. Directo. Spina 219. & 220.*



Digitized by Google

extorquendo Auguſtinum tandem concludit cum Hieronymo quod debemus ſemper dicere, quod indigemus Dei auxilio liberum arbitrium confitendo. vltimo deſtruit alia duo extrema Manichęi dicentis hominem peccatum vitare non poſſe, & Iouiniani aſſerentis hominem non poſſe peccare. Adde abec. & ethim. hær. & contra idolatr.

*Textus Poſt hæc &c.* diſt. 29. comm. ad ſenſ. procem. De gratia in ordine ad primum hominem docet qua indiguit non vt liberaretur à peccato in quo non fuit creatus, ſed vt ad bonum voluntas eius præpararetur habuit autem virtutes, & iuſtitiam (contra quoſdam quod non) quas amiſit per peccatum, per quod fuit reiectus à paradiſo ad quem, ne rediret fuit poſita cuſtodia cherubim cum gladio, &c. euaſit mortalis, & perdidit omnia contra hæreſim Suenefeldij quod quilibet eſt præditus iuſtitia, & virtutibus, vt Deus. Adde abeced. & ethimolog. hær. & contra idolatr.

*Textus In ſuperioribus &c.* diſt. 30. comment. ad ſenſ. procem. poſt lapſum primi hominis humana natura vitiata eſt in poſteris per peccatum originale de hoc hic docet, quod in mundum intrauit vt ait Apoſtolus per primum hominem, & non eſt actuale contra quoſdā, quod peccatum eſt culpa quędam à primo parente per originem in poſteros traducta, quæ non eſt actus hominis, ſed concupiſcentia quædam vitioſa habitualis concitans in ipſo deſideria prauitatis, quæ culpa dicitur languor naturæ, lex membrorum, fomes peccati, lex carnis, concupiſcentia, cōcupiſcibilitas, quicquid dicant recitati, & reiecti hic à magiſtro. quod quidem peccatum ex inobedientia primi prouenit parentis in quo voluntarium fuit, & poſteri neceſſario in ipſum incurrent per corpora ex ſeminali ratione ex Adam prouenientia teſtante ſacro eloquio omnes in Adam peccauerunt contra dicentes quod nos non incurrimus in peccatum originale quia non fuit noſtra voluntas, & contra Iouinianum quod homo non poſſit peccare, cætera à magiſtro non teneri videntur. Adde abeced. & ethim. hæreſ. & contra idolatr.

*Textus nunc &c.* diſtinct. 31. comment. ad ſenſ. procem. proſequitur de peccato, & ait quod contrahitur peccatum originale à parentibus, ſecundum carnem, ex cuius contactu infuſa anima munda coinquinatur, non quod caro ſit ſubiectum culpę quod nō poteſt eſſe, ſed ſicut in cauſa ipſum peccatū virtualiter continente, ideo ſecundum corpus cauſaliter, & non ſecundum animam tranſit originale peccatum (vt quidam male putarunt) cum ſit creata à Deo, neque per hoc quod in patre per baptiſmum originale amiſſum eſt, & per circūciſionem antiquitus ſequitur, quod nos non contrahamus ipſum, nam ex grano purgato ariſta iam naſcitur, & dicitur originale quia ab origine ſua proles contrahit) ſeu ab origine Adæ cōtra Cacangelos, quod homo non poteſt peccare, & contrahere peccatum. Adde abeced. & ethimol. hęr. & contra idolatr.

*Textus Quę nunc &c.* diſt. 32. comm. ad ſenſ. procem. cum quo remittitur peccatum originale, docet, & ait, cū baptiſmo quantum ad culpam remanente cōcupiſcentia, (quamuis diminuta) per ipſum, & debilitata ſicut in actuali peccato reatus remanet actu tranſeunte, an caro in baptiſmo diluatur author cum quibuſdam videtur dicere quod ſic, doctores vero aliqui quod nō, cuius cōcupiſcētię in quātū pœnę Deus eſt author. an peccatum originale ſit neceſſariū reſpondet quod eſt neceſſarium in nobis quod vitare nō poſſumus, & eſt volūtariū quia voluntariè à primo homine proceſſit, vnde cōtrahitur à nobis dū animę createę à Deo alię alijs potioribus in naturalibus accidētalibus ex cōtractu carnis coinquinatur ad ſēſū, vt ſupra cōtra Bretiū, quod baptiſmus non eſt neceſſarius, cōtra publicanos quod paruuli non baptiſandi. Adde abeced. & ethim. hær. & contra idolatr.

*Textus Prędictis &c.* diſtinct. 33. comment. ad ſenſ. procem. docet quod peccata actualia parentum priorum paruuli ab origine non contrahunt, neque aſſertiuè hoc dicit Auguſtinus, ſed inquiſitiuè, Dauid vero Pſalmo 50. in iniquitatibus conceptus ſum, plurale pro ſingulari quo carent hebræi, ſumit quod eſt originale tantum, quod originale non eſt grauiſſimum omnium, vt patet de peccato in Spiritum Sanctum, quod nec in hoc ſeculo nec in alio remittitur, quamuis originale corrumpere totam naturam humanam, in quantum tota erat in Adam, & dicitur inferre maiora damna quoad defectus ex eo

Margin notes (left): Erneus. Sotus. Bannes Medina. Spina 221. Bathonius. Gratiadeus. S. Thom. Porrect. Directo. Spina 222. 223. Bonauentura. Paludanus.

Margin notes (right): S. Thom. Bonauentura. Suarez. Bellarmin. Directo. Spina 224. 225. Ioannes Pariſienſis. Durandus. Fra. Hieras Porrect. Prateol. Spina 226. 227. Antonius Andreas. Erneus.

ex eo conſenuentes, an autem in filijs pa rentium peccata actualia puniatur reſpondet quod non niſi in quibus filij imitantur nequitiam patrum, & ſic intelligitur ſcriptura, quod filius portabit, etc. et concordatur, quod filius non portabit iniquitaté patris, contra patriſtas, quod ſic ſimpliciter. Adde abec. et ethimolog. hær. et contra idolatr.

*Santoriſius Directo. Spina* 228

*Textus Poſt, &c.* diſtinctio 34. comm. ad ſenſus proœm. De ſubiecto, et cauſa mali ſeu peccati docet, et ait quod cauſa primi peccati, res bona fuit initium, proxima, et ſecundaria cauſa, mala voluntas, omne malum ſiue culpę, ſiue pęnę in bono oportet eſſe vt vulnus in corpore, hec regula dialectica quod duo contraria non poſſunt eſſe ſimul habet locum hic, cum moraliter loquamur neque Iſaias cap. 5. veh vobis qui dicitis bonum malum, de hoc loquitur, ſed quod verbi gratia fornicatio mala non poteſt dici bona contra foſtunatos quod eſt Deo coeternum. Adde abec. et ethimol. hær. et contra idolatr.

*Egidius*

*Bachonius*

*Sebaſt Barra Porrect. Spina* 229

*Bonauent.*

*Textus Poſt hæc, &c.* diſtinct. 35 comment. ad ſenſ. proœm. tres definitiones peccati aſſignat cum Auguſtino, et ait peccatum eſt dictum, vel factum, vel cõcupitum contra legem Dai 2. eſt, peccatum eſt voluntas volendi, vel retinendi, quod iuſtitia vetat. 3. peccatum eſt præuaricatio legum, et cœleſtium inobediẽtia præceptorum, et contra quoſdam ſubdit, quod peccatum principaliter eſt in actu interiori ſcilicet ex praua voluntate interiori aliquando, quod quantum ad deformitatẽ non eſt à Deo, licèt quantum ad entitatem, an in peccato omiſſionis ſit aliquod poſitiuum cum videatur importare negotiationem? et reſpondet quod ſic, ſcilicèt quod eſt velle omittere; aliter non eſſet peccatum, tandem ait quod corruptio actiua non eſt à Deo corrupio paſſiua eſt effectus peccati cũ per ipſum anima gratuitis ſpolietur donis, et naturalibus, quoad corpus, et animam homo vulneratur contra obiectiones, et hæreticos pelagianiſtas, quod ſi non peccaſſet Adam iam mortuus fuiſſet ex defectu naturæ, et contra Deiſtas, quod non habebat vndè poterat ſtare. Adde abeced. et ethimol. hær. et contra idolatr.

*Greg. Sain. Directo. Prateol. Seraſinus. Spina* 130 231. 232

*Textus Sciendum, &c.* diſtinction. 36. comm. ad ſenſus proœm. authoritate noui, et veteris teſtamenti demonſtrat, quod Deus vnum peccatum per aliud iuſtè punit, exemplo de Amorreis confirmat cum Gregorio ſuper Ezechielem, & Auguſtino pſalm. 57 non in quantum peccata ſunt Dei eſſe, ſed in quantum pęnæ, & entia Dei eſſe dicuntur de ira, & Inuidia, Superbia, Timore, & Cupiditate dicit eſſe ſine dubio peccata, & pęnæ vt ait Auguſtinus, deinde concordat ipſum dicentem quod quædam peccata fiant ex neceſſitate, & Hieronymum, ꝙ homo poteſt peccare, & non peccare, primus loquitur ſecundum ſtatum viæ in miſeria, & de venialibus, Hieronymus vero in ſtatu innocentiæ, vel cum auxilio Dei: Vltimo diſtinguit actus in bonos ex ſuo genere, & malos in quantum de ordinatos aliquos bonos ex fine, & contra ſupradictos Manichæos, quod omne ꝙ eſt, eſt malum, & omnis actio noſtra mala. Adde abec. & ethimol. hær. & contra idolatr.

*Alfonſus Vargas Th Argentinus.*

*Argentinus*

*Clauis Reg. Porrect. Prateol. Spina* 133 234

*Textus Sunt, &c.* diſtinction. 37. comment. ad ſenſus proœm. quidam dicebant per authoritates ſcripturarum non bene expoſitarum, peccatum neque quo ad entitatem, & pœnam eſſe à Deo, ideo has recitat, & virtualiter ex ſupra dictis reijcit contra Paternitas hæreticos. Adde abeced. & ethimolog. hæreſ. & contra idolatr.

*Martin. Rio Laſius Spina* 235.

*Textus Poſt, &c.* diſtinction. 38 comment. ad ſenſus proœm. Cùm peccatum ex voluntate, & fine malo ſit, ideo de ipſa ſubdit, quod ex fine ſuo voluntas rectitudinem, vel peruerſitatem ſumit qui finis bonus Charitas, Beatitudo, Vita æterna eſt, finis malus eſt delectatio in aliquo vitioſo, neque eſt contra Auguſtinum dicentem, quod non ſunt plures fines, &c. contra Philoſophos ab Ariſtot. recitatos, quod nihil ſit propter finem, & contra dicentes qupd omnia ex neceſſitate naturæ, & cõtra negantes finem ſupernaturalẽ Atheos. Adde abec. & ethimol. hęr. & contra idolatr.

*Egidius*

*Bachonius*

*Porrect. Direct. Ariſto. Spina* 236 237. & 238

*Textus Hic, &c.* diſtinction. 39. comment. ad ſenſus proœm. peccatum in voluntate eſt ob deordinationem, quamuis voluntas ex ſe bona ſit, vt naturalis potentia eſt; & in alijs potentijs non eſt peccatũ, vt in memoria, & cæteris, quia in his potentijs non eſt inordinatio, ſed ratione voluntatis inordinatæ actus cæterarum potentiarum, mali fiunt, & quapropter illi actus; nou ſunt eiuſdem generis, Sunt etiam diuerſi actus voluntatis

*Guido Car.*

*Directo. Prateol. Seraſinus. Spina* 239 & 240.

Digitized by Google

tis,quibus bonum eligit, & malū reſpuit, ſubdunt Expoſitores contra Armenos,ꝗ peccatum non eſt à voluntate,ſed à Dæmone,contra Valentinum, & cæteros, ꝗ omnis actio peccatum. Adde abecedar. & ethim.hæreſ. & contra idolatr.

*Arim.*

*Textus Poſt hęc* &c.diſt.40.commen. ad ſenſ.proœm.de peccato,vt conſiſtit in actu exteriori finis,docet,& ait, ex fine omnis actus bonus, vel malus dicitur, exceptis tamen his qui de ſe mali ſunt,vt adulterari,odio habere Deum,&c. nam malum etiam pia intentione ſemper eſt malum, vt furtum propter elemoſinam de peccato, vt conſiſtit in actu voluntatis qui eſt actus interior,ſupra dixit contra Cacangelos,quod homo neque ex fine poteſt peccare.Adde abecedar. & ethimolog.hæreſ.& contra idolatr.

*Elemoſinarum.*

*Prateol. Direct. Decretum Spina 241 242*

*Textus cumque &c.*diſt.41.commen. ad ſenſus proœm. docet, quod non omnis actio fide carentium mala eſt,ſed aliquando bona,licita,&vtilis,per quam nō meretur vitam æternam , nam ſine fide impoſſibile eſt placere Deo ( contra oppoſitum dicentes ) nam ſalus à Deo eſt: peccatū vero ex volantate noſtra,& propterea omne peccatum dicitur voluntarium etiam originale voluntate primi parentis;ideo Auguſtin.voluntatem peccātem peccatum etiam appellat,contra Pelegianiſtas,quod ſalus ex nobis;&Lurherum , quod liberum arbitrium poſt peccatum eſt de ſolo titulo. Adde abecedar. & ethimol.hæreſ.&idolatr.

*Bacchon.*

*Textus Cum autem &c.*diſt.42. comment.ad ſenſ.proœm.deſcendit ad peccata in particulari,& diuiſiones eorū, quærendo,an peccatum cogitationis,& exequutio eiuſdem ſint duo peccata,& reſpondet eſſe vnum,quamuis plus puniatur quàm ſi eſſet ſolum cogitationis; et ſi ſint duo actus, ſcilicet interior , & exterior faciunt tamen vnum conceptum completum, quicquid dicant aduerſarij, quod actu peccati tranſeunte reatus ad pœnas obligans manet. tandem ponit diſtinctiones peccati dicens quod eſt multiplex,mortale,& veniale ; & ſubdiuidit in peccatum cupiditatis,& timoris, in cogitationem, dictum, & factum, in Deum,in proximum, & in ſe ipſum , in ſeptem capitalia cum Greg. ſuper Exod. inter quæ ſuperbia eſt radix omnis mali, etiam & auaritia ; diuerſimodè conſiderata,in quantum ex ſuperbia, aliquando cupiditas, & ex cupiditate, aliquando ſuperbia oritur cum ſuis ſpeciebus,contra Saulecianos,quod malum,& peccatū ſint à Deo,& à materia prima,& contra antiquos,quod omnia ſint vnum ens,& vnus actus,bonus,& malus. Adde abecedar.& ethim. & contra idolatr.

*Egydius Erueus Lichetus Azor Directo. Spina 243 244 245*

*S. Thomas Bonauentura Adrianus*

*Textus Eſt Praterea &c.*diſt.43.cōmen.ad ſenſ.proœm.de peccato in Spiritum ſāctum cæteris grauior, ait,quod ſit obſtinatio induratę mentiş, pertinax in malitia Dei miſericordiam deſperās, excedere putans poteſtatem Diuinam ſua malitia,&ſecundum aliquos,quod ſit inuidentia,ſeu oppugnatio fraternæ charitatis,& ſupernæ gratiæ(& finalis impœnitentia,additur ab Auguſt.) abſque propoſito pœnitendi, etiam in potentia ſecundum quoſdam. Tandem notat,quod dicitur contra Spiritum ſanctum,nō quod non ſit contra alias perſonas,ſed quia eſt contra Bonitatem,quæ attribuitur Spiritui ſancto,cōtra quam eſt malitia,& propterea dicitur contra Spiritum ſanctum. Patri omnipotentia,cōtra quam eſt peccatum fragilitatis. Filio ſapientia,contra quam eſt peccatum ignorantiæ ; aliqui gloſſant,quod eſt irremiſſibile,hoc eſt cū difficultate remittitur, Auguſtinus verò ait,quod eſt irremiſſibile, quando adeſt finalis impœnitentia,& hoc eſt peccatum in Spiritum ſanctum,verū propriū quando adeſt obſtinatio vſque in finem,cōtra Toſtatium,quod Spiritus ſanctus nō eſt Deus, contra Doſiteum, quod Spiritus ſanctus Deus non eſt, contra Melchiſadech hæreticum , quod Spiritus ſanctus fuit Chriſtus.& contra Trinitarios.Adde abecedar.& ethimolog.hęreſ. & contra idolatr.

*Torres Hilarius Spina 246 vſque 249*

*S:Thomas*

*Bonauentura*

*Textus Poſt prędicta,&c.*diſt.44.cōment.ad ſenſ.proœm. De potentia peccandi in hac vltima diſtinctione,contra quoſdam cum Apoſtolo ait,quod omnis poteſtas eſt à Deo,& omne ens , & non à Diabolo,ſeu ab homine; ideo ſcriptura ait, qui poteſtati reſiſtit, Dei ordinationi reſiſtit,neque per hoc tyramnis,& rebos malis in malis eſt obediendum ; nam eſt abuſus, & corruptela poteſtatis diuinæ, contra Gnoſticos,quod à Deo malo omnia mala,cum omnia mala ſint à Deo, vt entia,non ad ſenſum Caluini,vt de creatione Dei datis pœnam hæreticis in hoc mundo,& in alio,vt ait Prateolus de vitis hæreticorum. Adde abecedar.& ethim. hæreſ.contra idolatr.

*Pau: Arioſ: Abbas Spina 250 251*

*Occa-*

Digitized by Google

*Occaſione controuerſiarum Proœmii inter Diuum Thom.& Scot. omnes aliæ controuerſię ponuntur, totius primi Sentent.cæteræ in cæteris libris.pro incipientibus pure infra vero cum argumentis,quia Catolicæ veritatis doctor non ſolū prouectos debet inſtruere,ſed etiam principientes erudire iubet S.Th. in prologo Summæ.*

PRima Controuerſia.2.Sent.1.p.q 46. artic.2.ad 1.arg.& clarius in quęſt.3. de potentia artic.14.videtur tenere mūdum potuiſſe fieri ab æterno ſine principio ſuæ durationis non tamen ſine principio ſui eſſe quia habuiſſe illud à Deo c. præter animam intellectiuam, Ocrienſis 8 phyſi.Scotus aliter tenet in 2.Sent. diſt.3.vbi problematice loquitur dicit enim mundum potuiſſe,& non potuiſſe fie ri adeo ab æterno totum.

Scotus
Rada Sarna
M.Anton.
Herrera.

Summa Capr.prierij
Sarnanus

2. Controuerſia Sanctus Thomas in 1.q.47. art.2.& quæſt.58. artic.3.& quæ. 75.artic.7.& in 2.diſt.3.q,1. art 6. docet quomodo inæqualitas formalis cauſet diſtinctiones,ſpecificas ſicut in numeris aſſerens quod ratio diſiunctiua ſpecifica inter Angelum, & animam eſt gradus maior,vel minor intelligendi, nam Angelus Intelligit ſine diſcurſu:anima vero cum diſcurſu.Scotus in 2.Sent.diſt.1.q.6 dicit quod ratio diſiunctiua, non eſt niſi ipſamet eſſentia Angeli,& animę rationalis quæ eſt nobis ignota.

SummaCapr.prierij,

Illuminator Scoti

3. Controuerſia. Scotus diſt. 3. q.1. negat ante actum intellectus poſſibilis naturam eſſe obiectiue in intellectu per intellectum agentem contra S.Thomam quod ſic Scotus ſequitur Iſac Philoſophum,& Narbonenſem, & eſt contra Ariſtotelem.

Epiſc.concordans

4. Controuerſia. Sanctus Thomas in 1.q.10.art.6.& in 2. diſt.2.q.1.art.2.docet omnium æuiternorum eſſe vnum æuum tantum,& fundamētum eſt quod æuum eſt ſimplicius tempore :ſed tempus eſt vnum, ergo multo magis æuum vnum. Scotus in 2.Sent diſtinct.2.q.3.licet teneat æuum eſſe omnium æuiternorum vnum,probabiliter tamen etiam ſuſtinet, omnium æuiternorum non eſſe vnum tantum.

Didacus Dezai

5. Scotus diſtinct.2.quæſt.9.non datur minimum naturale in homogenijs ſubſtantijs contra Sanctum Thomam cum Ariſtotele dicente omnium naturæ conſtantium eſſe determinatum quantitatem Ferrarien.

Epit.prierij.

Ferrarieſis.

6. Controuerſia. Sanctus Thomas in p.q.52. art.1.& in 1.diſt.38.q.3.art.2.& q.3. de potentia art.19.in ſolutionibus argumentorum,habet quod Angeli ſunt in loco per operationem. Scotus oppoſitum tenet 2.Sentent.diſt.2.q.5.dicens, Angelum eſſe in loco ſecundum ſuam eſſentiam vel definitiuè: nam eſt preſens hic,& non alibi.

Epit.prierij
Capreoli.

Bannes

7. Controuerſia. Sanctus Thomas in 1.q.52.artic.2.& de potentia quęſt.3.art. 19.in ſolutione ad 1.& in diſt.32.q.3.art. 2.dicit Angelum non poſſe eſſe ſimul in pluribus locis licet in puncto fundamētum eſt ſi poſſet eſſe ſimul in pluribus locis,ergo & in infinitis: hoc falſum eſt, nam eſſe vbique, & in infinitis locis eſt proprium Dei.Scotus in 2.Sent.diſtinct. 2.q.7. oppoſitum tenet dicens Angelum poſſe eſſe ſimul, & ſemel in pluribus locis:nam ad multiplicationem reſpectuū non multiplicantur abſoluta:ſed eſſe in pluribus locis eſt ſolum multiplicare reſpectus: ergo Angeli poſſunt eſſe in pluribus locis.

Epit. Capr.
Toloſ.

Rapha Ripa.

Octaua controuerſia.Scotus in diſt.3. q.vltima,& in ſecunda q. quolibet,quod anima propria hæcheitate indiuiduatur contra Sanctum Thomam,quod indiuiduatur iam comenſuratione ſubſtantiali ad hoc corpus.

Capr.prierij.

9. Controuerſia. Sanctus Thomas in q.52.artic.3.in ſolutione principali,& in diſtinct.77. quæſt.3. & in 4. diſtinct.44. q. 2. art. 2.quæſt.4. dicit duos Angelos non poſſe eſſe ſimul in eodē loco quemadmodum duæ animæ non ſunt ſimul in eodem corpore. Scotus tenet in 2. Sent.diſt.2.q.8.poſſe eſſe plures Angelos in eodem loco;Nam legio Dæmonum fuit in eodem corpore,vt habetur Marc. cap.35. ergo,& Angeli.

Didacus Deza.

Nugnus.

10. Controuerſia.Sanctus Thomas in 1.q.54.art.3.& in 3.p.quæſt.57.art.3.ad 3.diſtinct.37.q.4. art. & in 4. diſtinct.44. q.2.art.3. quæſtiuncula 3. aſſerit quod, motus Angeli menſuratur tempore diſcreto, & in inſtanti moueri non poteſt. Scotus 2.Sent. diſt.2.q.11.tenet Angelos poſſe moueri in inſtanti.

SummaCapr.Toloſa

Capreolus.

11.Controuerſia.Sanctus Thomas in p.d.53.art. 2.& 3.tenet, quod Angelus poſſit moueri ab vno extremo in aliud extremum non tranſeundo per media. Scotus 2.ſent. diſt.2. q.12. aſſerit quod Angelus

SummaCapr prierij

Montagnol.

Angelus non poſſit moueri ab vno extremo in aliud extremum, niſi tranſeundo per medium.

*Epit.Capr. prieryj*

12. Cōtrouerſia. Scot. d. 39. vltima ponit in Angelis intellectum agentem Poſſibilem contra Sanctum Thomam in q. 54. art. 4. niſi equiuoce alia contr. de Angelis quod cognoſcant cogitationes cordium præter eſſentiam S. Thomas, quod non. Scotus quod ſuperiores non per vniuerſaliores ſpecies intelligunt S. Thomas quod ſic. 3. contra S. Thomam quod non cognoſcant Deum per ſuas eſſentias tamquam per ſpecies immediatæ habitas, & probabile ponit poſſe habere diſcurſum, Scotus non plurificari in eadem ſpecie Sanctus Thomas quod ſic.

*Epit.Thom. Capreolini.*

*Pater Deza*

*M.Seraſi.de Nocera in ſuis theſibus Card. Garnanus Andreas*

13. Controuerſia. Sanctus Thomas in p. q. 3. ar. 3. q. 7. art. 1. & 3. p. q. 77. art. 2. & in 3. diſt. 20. q. 2. art. 3. ad 1. Et alijs multis in locis dicit, indiuiduari ſubſtantias ipſas per materiam nam multiplicatio eſt p materiam, ſed multiplicari eſt ab alijs diſtingui. Ergo materia eſt principium indiuiduationis. Scotus 2. ſent. diſt. 3. q. 5. aſſerit hecheitate ſubſtantias indiuiduari per multas rationes.

14. Controuerſia Sanct. Thom. in p. q. 50. art. 4. & 2. Scripto diſt. 3. q. 1. art. 4. & 2. contra Gent. cap. 95. & de ſpiritualibus Creaturis art. 8. tenet quod plures Angeli non poſſunt eſſe ſub eadem ſpecie numeraliter diſtinctè Nam Angeli non ſunt compoſiti ex materia, & forma, ergo impoſſibile eſt duos Angelos eſſe vnius ſpeciei, vel ſub eadem ſpecie. Scotus in 2. ſent. diſt. 3. q. 7. tenet plures Angelos eſſe ſub eadem ſpecie; nam omnis quidditas quantum eſt de ſe eſt pluribus communicabilis: ſed Angelus eſt quidditas, vel natura. Ergo quantum eſt ex ſe, eſt pluribus communicabilis.

*Bartho Mã ſolus qui fecit formalitatem. S. Th. ante Aquarium*

*Sũma capr. prieryj*

15. Cōtrouer. Scot. diſt. 3. Angelus nō poſſe operari in loco quantumcunque paruo. S. Thom. quod ſic etiam in puncto quod eſt quid corporale, & Angelus ſpiritualis.

*Didac. Dez*

16. Controuerſia. Sanctus Thomas in p. q. 55. art. 1. & q. 84. artic. 2. in fine dicit, quod Angelus intelligit alia à ſe, non per eſſentiam ſuam, ſed per ſpecies concreatas, Idem habet in 3. diſtinct. 14. art. 1. queſtiuncula 2. ad 1. arg. Item in p. q. 89. art. 1. & 9. & in q. de veritate q. 8. art. 6. & 2. contra Gentil. cap. 96. Scotus 2. ſent. diſt. 7. q. 8. totum oppoſitum tenet Angelum ſcilicet intelligere per eſſentiam ſuam & non per ſpecies concreatas.

*Aureolus.*

*Riccardus*

17. Controuerſia. Sanctus Thomas in p. q. 56. ar. 3. dicit minimè dari poſſe vnam ſpetiem in intellectu Angelico, repræſentantem diſtinctè diuinam eſſentiam, nam nullum finitum poteſt repræſentare infinitum vt clarius, & fuſius in p. p. q. n. 12. art. 2. ait quod eſt impoſſibile Deum poſſe videri viſione beatifica per aliquam Creatam ſimilitudinem idem docet in 4. diſt. 49. 2. art. 1. & 3. contra Gentil cap. 59. Scotus 2. ſent. diſt. 3. q. 9. oppoſitum dicit, vbi affirmat Deum benedictum ſua potentia abſoluta poſſe infundere ſpeciem quandam diuinæ eſſentiæ eam diſtinctè repræſentantem, ſicut S. Paulo in hac vita communicata fuit ſpecies intelligibilis, diſtinctè repræſentans eſſentiam diuinam, nam quod non implicat contradictionem ex parte rei à Deo fieri poteſt, ac nulla eſt implicatio contradictionis.

*M. Dec Carrea in ſua lectura manuſcripta Mag. aut.*

*Sũma capr' prieryj*

18. Controuerſia. Sanctus Thomas in p. q. 55 art. 7. & 2. diſt. 3. q. 2. art. 2. & p. 7. contra Gentil cap. 96. tenet Angelos habere ſpecies, per quas omnia cognoſcunt, ſed ille ſpecies repræſentat, & vniuerſalia primo, & ſingularia omnia ſub illis contenta, vt ſpecies hominis hominem, & omnia eius indiuidua. Scotus in 2. ſent. diſt. 3. q. 10. tenet Angelos habere ſpecies rerum vniuerſaliũ, minime vero ſingularia repræſentantes, ſed ſingularium cognitionem acquirere poſſe per ſpecies acceptas à rebus eſſe contra S. Thom.

*Herrera*

19. Controuerſia. Sanctus Thomas in p. q. 62. part. 3. & 2. 2. q. 5. art. 5. & in 2. diſt. 9. q. 1. art. 3. quamuis in hoc vltimo loco vtramque opinionem affirmet eſſe probabilem, tenet, Angelos eſſe creatos in gratia: nam ſecundum Auguſtinum 22. de Ciuitate Dei cap. 9. Deus fuit ſimul condens naturam, & largiens gratiam, & creauit hominẽ in gratia ergo à fortiori Angelos. Scotus in 2. ſent. diſt. 4. q. 1. tenet Angelos nō eſſe in gratia creatos.

*Cumel.*

20. Controuerſia. Sanctus Thomas in p. q. 63. art. 5. & de malo q. 16. art. 4. & ſuper 8. cap. Ioan. lect. 6. dicit Angelos non potuiſſe in primo inſtanti ſue creationis peccare. Scotus tenet oppoſitum in 2. Sent. diſt. 5. q. 2. dicit enim Angelos potuiſſe in primo inſtãti ſue creationis peccare.

*Sũma cap:*

*Ocham. Caietanus,*

16. Con-

*Summa Capreol. prierij.* *Herrera, Aquarius in additione ad Capr.*

16. Controuerſia. Sanctus Thomas, in p.q.67.art.3.&in 2.ſent. diſt.5.qu.1. art.2.q.16.de malo art.2.& in q.16. de malo art.3.& 3.contra Gent.ca.109. tenet Angelum potuiſſe appetere, æqualitatem Dei non quoad eſſe Dei,& ſimplicitèr ſiuè per æquiparantiam,ſed quòad beatitudinem volendo eā indebitè. Scotus.2.ſent.diſt.6.q.1.dicit quod Angelus potuit appetere æqualitatem Dei.

*Summa Capreol. prierij.* *Durandus, Rada.*

17. Controuerſia. Sanctus Thomas in p.q.63.art.2.& 2.diſt.5.q.1.art. & diſt. 22.q.1.art.1.& 3.contra Gentil.cap.109 tenet quod peccatum primum, Angeli nō potuit eſſe aliud quam ſuperbia. Scotus 2.ſent. diſtinct.6. quæſt.2. tenet peccatum primum Angeli fuiſſe luxuriam: accipiendo nomen luxuriæ, non pro appetitu carnali, delectationis ſed pro appetitu immoderato beatitudinis.

*Summa Capreol prierij* *Soccinus in Capreol.*

18. Controuerſia. Sanctus Thomas in 1.quæſt.64.art.art.2.& 2.diſt.5.quæſt.1 art.2. & de malo quæſt. 16. artic.5. dicit Angelos minime reſilire poſſe à peccato. Scotus 2.ſent.diſt.7.q.2.dicit Angelos quoſlibet poſſe reſilire à peccato.

*M. Hieron. Ocrienſis M auctoris.*

19. Controuerſia. Sanctus Thomas in p.q.art.1.& multis alijs in locis, quæ longum eſſet referre, tenet, materiam eſſe puram potentiam. Scotus 2.ſent.diſt. 12.q.2.dicit, materiam eſſe in potentia, & in actu.

*Summa Capreol prierij* *Epiſc. Paulo Marſilius*

20. Controuerſia. Sanctus Thomas in p.q.66.art.q.1. tenet materiam non poſſe eſſe, ſine forma per quamcunque potentiam, Idem colligitur ex alijs locis S. Thomæ in quibus docet materiam eſſe puram potentiam. Oppoſitum tenet Scotus in 2.ſent.d.12.q.1. dicit enim materiam poſſe eſſe ſine forma per potentiam, nam omne abſolutum poteſt eſſe ſine reſpectiuo.

*Sūma Capr. prierij.* *Deza.*

21. Controuerſia. Sanctus Thomas in p.q.77.art.1.& in 2.diſt.3.qu.4.artic.2. & de ſpiritualibus creaturis artic. 11. & in quęſt.diſputata de anima artic. 12. & artic.19. & quodlibet 19. artic.5. tenet, quod potentiæ animæ ſunt accidentia abſoluta ſuperaddita eſſētiæ animæ realiter diſtincta inter ſe,& ab anima. Scotus in 2. ſent.diſt.6.quæſt.vnica dicit,potentias animæ identificari, realitèr cum anima.

*Epiſ. Capr. Pariſienſ.*

22. Controuerſia. Sanctus Thomas in p.q.97.art.1.tenet corpus Adæ in ſtatu innocentiæ fuiſſe immortale. Scotus in 2.ſent.diſt.19.q.vnica tenet,quòd corpus. Adæ in ſtatu innocentiæ fuit mortale.

*Deza.*

23. Controu. d.23. q.1. Scotus quod verbum non procedit ex creaturarum notitia in Deo ex vi ſuæ productionis nec verbi S.Thom.quod ſic.

*Clypeus thomiſtarū Herrera.*

24. Controuerſia. Sanctus Thomas 1.2. quæſt.89. artic.3.& 2. diſtinct.21. quæſt.2.artic.3. & demalo quæſt.2.artic. 8.ad primum et quæſt 8.7. art.7.aſſerit; quod homo in ſtatu innocentiæ non potuit peccare venialitèr, Scotus in 2.ſentent.diſtinct.21.quęſt.1.tenet,quod Adam potuit in ſtatu innocentię,peccare venialitèr abſque, mortali peccato, quia potuit dicere verbum otioſum.

*Epiſ. Capr. prierij.*

25. Contradicit S. Thomæ dicenti, quod veniale peccatum eſt inordinatio circa ea quæ ſunt ad finem, & mortale circa finem.

*Aluarez.*

26. Controuerſia. Sanctus Thomas in 2.q.9.tenet quod aliquid aliud à voluntate cauſat effectiuè actum volendi in voluntate,& alijs locis ait, quod mouetur ab obiecto,ab intellectu,ab appetitu ſenſitiuo, & à Deo glorioſo. Scotus totum oppoſitum dicit in 2.ſent.diſt. 25. vnica, quod nihil aliud à voluntate eſt cauſa effectiua volitionis

*Epiſ. Capr. prierij.*

27. Cōtra diſt.24.quod gratia,& virtus infuſa vt charitas non diſtinguatur contra S.Thomam in 2.2.quod ſic.

*Gabriel. Medina.*

28. Controuerſia. Sanctus Thomas in 2.ſent.diſt.26.art.3.& in 2.q.110. art.4. & in 3.p.q.7.art.1.& q 62.art.2.& de veritate 27.art. 6. tenet gratiam eſſe in eſſentia animæ immediate, & non in potētia. Scotus 2.ſent.diſt.26.q.vnica,tenet gratiam eſſe ſubiectiuè in voluntate immediatè,& non in eſſentia animæ.

*Deza.* *Alex. Rom.*

29. Scotus in diſt.28.quod de potentia abſoluta Dei abſque dono gratiæ habituali poſſe impium Iuſtificari abſque reſtitutione rectitudinis contra Sanctum Thomam dicentem implicare.

*Epiſ:Capr. prierij.*

30. Dontrouerſia Scotus in diſtin.35. peccata diſtingui ſpecie ex parte auerſionis contra Sanctum Thomam, quod ex parte obiecti.

*Corradus Rada.*

31. Controuerſia. Sanctus Thomas, in 2.q.71.art.1.in corp.& in ſol.arg.& q. 82.art.3.dicit quod peccatum originale eſt fomes, & à carne contrahitur, nam corpus quod corrumpitur, agrauat animam; ſed corpus corrumpi non poteſt, niſi infectione carnis. Ergo peccatum originale carne animam inficit. Scotus



Digitized by Google

2. ſent. diſt. 32. tenet, peccatum originale non ex carne eſſe contrahibile, vel contractum: ſed ex carentia Iuſtitiæ originalis debitæ, quæ deberet ineſſe, & non ineſt. ex Anſel. cap. 4. de caſu diaboli. Summa Ca. pr. Tholoſ.

32. Controuerſia. Scotus diſt. 41. ponit actum indifferentem humanum, & habitum medium inter bonum, & malum, contra S. Th. de malo, &c.

Controuerſia 33. cum ſupradictus de Angelis ſimul diſt. 42. q. 3. peccatũ omiſſionis tantũ in ſenſualitate, contra S. Th. 2. 2. q. 74. a. 3. ꝙ aliquando commiſſionis. Epit. Prierij Capreol.

*Tertij ſententiarum commentarij ad ſenſum proœmij viridarij omnium ſcientiarum M. Mauritij de Gregorio Cammaratenſis ſiculi.*

DIſtinctiones 40. hic tertius Sententiarum liber continet, in quibus de Incarnatione Verbi, & reparatione humani generis, de virtutibus, & donis nobis per ipſum collatis, contra Origenem, quod Chriſtus incarnatus eſt etiam ad reparandos Angelos, ponendo propoſitionem vniuerſalem propter miſericordiam; & contra plus quam quinquaginta hæreticos infra ſucceſſiuè nominandos, & reijciendos; multa contra ineſplicabile incarnationis myſterium dicentes, partim ponentes quod non eſt, & partim negantes quod eſt, Ebion, Cherinthum, Fontinum, Manichæos, Valentinũ, Pollinares, Arium, Gentiles, &c. Cont. Gran. quod hoc nomen incar. non reperitur, quod eſt contra Ioan. c. 1. Spina 152. & 153.

*Textus Cum venit plenitudo*, &c. diſt. 1. comment. ad ſenſus proœm. de incarnatione ex parte aſſumentis ait, quod in tempore plenitudinis gratiæ in quo per charitatem fuit adimpletio legis, & promiſſio Patruum. dum medium ſilentium teneret omnia, Filius incarnatus eſt, quæ incarnatio miſſio eſt, vt ait Apoſt. Filio. & nõ alijs perſonis congruum fuit; nã ſicut per ſapiẽtiam Patris omnia facta ſunt, ſic per eandem quæ eſt Filius, omnia recreata, & reſtaurata, vt qui in Deitate filius, filius in humanitate dicatur, non quod Pater, & Spiritus ſanctus incarnari non poterant, & poſſunt, & cum indiuiſa ſint opera Trinitatis, cum Patre, & Spiritu ſancto, Filius, ipſam incarnationem operatus eſt, & ſecundum eſpoſitiones Pater, & Spiritus ſanctus aſſecutionem carnis fecerunt, nõ terminatiuè, ſed terminatiuè ad ſolũ Filium; & propterea eſt axioma, tota perfectio Trinitatis eſt incarnata, & contra hæreticos, concludit, quod non per hoc tota Trinitas eſt dicenda nata de Virgine crucifixa ſepulta, &c. nàm ſicut ſolus Spiritus ſanctus in ſpecie Columbæ, quamuis inſeparabiliter operentur, &c. ita ſolus Filius in terminatione, &c. contra Apollin. quod Chriſtus non aſſumpſit carnem, ſed aliquid diuinitatis in carnem conuerſum eſt. Adde abecedar. & ethimol. hęreſ. & contra idolatriam. Aegydius Bacchonius; epit. prierij Capreolini; Deza; Medina Caietanus Suarez Spina 154

*Textus Et quia* &c. diſt. 2. commen. ad ſenſ. proœm. de incarn. ex parte naturæ aſſumptæ; contra hæret. ait, quod totã naturã humanã, Athomam corpus, & animã cũ proprietatibus eorum (non reſultante perſona humana præuenta (aſſumpſit, vt omnis homo curaretur aſſumẽdo carnẽ, mediante anima ordine naturæ loquẽdo non temporis, contra hæret. dicẽtes, non aſſumpſiſſe carnem quæ coinquinaret diuinitatẽ, quod eſt contra diuinitatem, vt patet de exemplo radiorũ Solis, ſordida tangentiũ, & ſe non maculantiũ, neq; caro Chriſti maculata erat, contra Arriũ, quod ſolam carnem, & non animam aſſumpſerit, ſed diuinitatẽ loco animæ eſſe, & contra Apollin. quod ſolam ſenſitiuam, &c. Adde abec. & ethim. her. & contra idol. Beluacen. Albertus S. Thom. Damaſc. Directo. Decretum Prateol. Porrect. Greg Valen Spina 155 vſque 248

*Textus quęritur, &c.* diſt. 3. commen. ad ſenſ. proœm. quale ſit, quod aſſumptũ eſt, & cõditiones carnis eius, & matris ait, cũ Patribus, quod caro Chriſti abſq; peccato vllo ex ſanguine Mariæ puriſſimo, abſq; viri ſemine, ſed cooperante Spiritu ſancto, non decimatus in Abrahã, & Leui ex originali peccato patiẽdi tamen liberè potẽtias tenuit, & ideo caro Chriſti ſimilis carni noſtræ nõ in culpa, ſed de pœnalitate; fuit. n. formatus cum anima creata infuſa ab initio conceptionis, cũ membris omnibus, ſucceſſiuè tamen corpus paulatim augendo, contra Cerdon. Manichæum, Valentin. & Apell. impugnantes veram carnem Chriſti. Adde abecedar. & ethimol. hær. & contra idolatr. Deza; Caietan. Suarez Spina 159 vſque 262

*Textus Pręterea, &c.* diſtinct. 4. comment. ad ſenſ. proœm. proſequitur de Spiritu ſancto cum alijs perſonis, & ait, quod incarnatio attribuitur Spiritui ſancto, ex quo conceptus, non excludendo Patrem, & Filium, cum incarnationis opus ſit Trinitatis, & numquam eſt dicendum, incarnatio eſt cooperante Spiritu ſancto, ergo Chriſtus eſt Filius Spiritus ſancti; non enim de eo, ſicut de Epit. Capr. Tholoſan.



Digitized by Google

*Rodulf. S Thom. Direct. Porrect. Medina. Spina 163.*

Patre genitus eſt. dicitur tamen Filius Virginis, nam ab ea Matre genitus eſt, nec Spiritusſanctus quaſi ſeminalis materia eſt accipiendus, & ſcripturæ dicenti ex ſemine Dauid, reſpondet quod loquitur de Maria ex ſemine Dauid prouenięte, contra Marchioniſtas ponentes corpus phantaſticum, & non ex Spirtu ſancto; & contra Valentinum, quod Chriſtus habuit corpus cœleſte, tanquam ex fiſtula ex Maria egrediens. Adde abecedar. & ethimolog. hæreſ. et contra idolatri.

*Egidius. Bonauētura Bachonius.*

*Textus Preterea, &c.* diſtinctio 5. commentar. ad ſenſus procem. Quærens an aſſumens, & aſſumptum habeat rationem perſonæ, vel naturæ, & determinat quod perſona diuina aſſumpſit naturam humanam, & non perſonam humanam cum Concilio Toletano, Patribus, & Scripturæ authoritates, quæ videntur dicere, quod diuina natura incarnata, intelligendæ ſunt in quantum Diuina natura, & perſona, ſunt, idem in filio, quãdo dicitur quod natura diuina nõ eſt incarnata, adnotatur ꝙ non eſt incarnatio terminata ad perſonam Patris, & Spiritus ſancti, ideò nõ dicitur natura diuina homo factus eſt. aſſumendo igitur perſona diuina naturam humanam vniuit, & vniendo aſſumpſit perſonalitatem præueniendo, & dum dicitur quod aſſumpſit hominem intelligitur per hominem natura, & ſi animam ſeparata ab authore dicatur perſona impropriè, loquitur; vnde propter præuentionem diuinæ perſonæ ex vnione animæ, & corporis non reſultauit perſona humana, & præter implicantiam fuiſſet ſuperflua, eſſentia enim hominis facit hominem, contra Neſtorium ponentem duas perſonas, & contra Paulum Samoſatenum, quod caro Chriſti prius fuit concepta, & animata quam à verbo aſſumpta, & ſic non fuiſſet præuenta perſonalitas, quòd eſt falſum. Adde abecedar. et ethimol. hæreſ. et contra idolatr.

*Iſidorus Decret. Directo. Porrect. Spina 164.*

*Erueus S.Thom. Antiſiodor.*

*Textus Ex præmiſſis, &c.* diſtinct. 6. comment. ad ſenſus procem. De communicatione Idiomatis ait, quod iſte modus loquendi eſt verus; Deus factus eſt homo Deus, non vt dicit prima opinio per duo ſuppoſita, neque vt tertia, quod vt indumentum aſſumpſit naturam humanam, ſed ſecundum ſecundam ſententiam bene intellectam, quòd per naturas, & ſuppoſitum dicitur homo iſte æternus, Deus paſſus eſt in quantum perſona Verbi per incarnationem, in duabus ſubſiſtebat naturis. Compoſita quodammodo dici poteſt, ſed non eſt extendenda hæc loquutio; nam non eſt vt ex partibus totum reſultans, vt phyſicum quoddam, &c. contra Melchiſedechiſtas, quod Melchiſedech fuit ſuperior Chriſto, & per conſequens non Deus, & homo. Secundum Medinam 3. par. queſt. 2. artic. 2. reijciuntur hæretici appellati à Magiſtro, & reperendit ipſum, qui magiſter non loquitur propria intẽtione, ſed aliarum. Adde abeced. et ethimolog. hæreſ. et contra idolatr.

*Philo Paramus Siman Spina 165.*

*Bonauens. Egid.*

*Textus Secundum, &c.* diſtinct. 7. cõmentar. ad ſenſus procem. Quod Deus factus ſit homo per ſupradictas tres opiniones docet, & quod ab æterno fuit præuiſus, & prædeſtinatus Filius Dei ex gratia, & ex corpore, & anima in quantum homo aſſumptus à Deo, cum quo dicitur Chriſtus, qui non poteſt dici homo dominicus cum Auguſtino lib. retract. cap. 19. contra Arnoldum, quod Chriſtus humanitatem æqualem Diuinitati aſſũpſit, contra Matomorfiſtas, quod Chriſtus dictus, & factus eſt quando aſcendit ad cœlum. Adde abeced. & ethimolog. hæreſ. & contra idolatr.

*Origene Gabriel. Spina 166.*

*Bacconius*

*Textus Poſt, &c.* diſtinct. 8. comment. ad ſenſus procem quod natura diuina, ſeu eſſentia, non dicitur nata de Virgine, imò, nec de patre, perſona tamen dicitur naſci, & dicitur natura incarnata, quia perſona eſt incarnata, ad ſenſum, vt ſupra dicitur, biſnatus Chriſtus, ab æterno perſona ex patre, in tempore ex matre, per naturam humanam, cõtra Arrium, quod Chriſtus non ſit Deus, ſed creatura ſemel nata. Adde abeced. & ethimolog. hæreſ. & contra idolatr.

*Carmel. S.Tho. Ripa ſpina 267.*

*Albertus*

*Textus Præterea, &c.* diſtinct. 9. commentar. ad ſenſus procem. de adoratione humanitatis ait, quod non eſt adoranda ſecundum aliquos adoratione Latriæ, quæ diuinitati debetur, ſed ſuper omnes creaturas adoratione duliæ. Patres verò dicunt quod adoratione ſuppoſiti aſſumentis, contra Ericlef quod humanitas Chriſti ſecundum ſe ſit adoranda adoratione Latriæ cõtra Arium Maumetanos, & Hæbreos. Adde abeced. & ethimol. hæreſ. & contra idolatr.

*Ceradus Medina ſpina 268*

*Argentinas*

*Textus Solet, &c.* diſtinct. 10. commentar. ad ſenſus procem. repetit, quod Chriſtus vt homo nõ eſt perſona quamuis



Digitized by Google

uis ſit ſubſtantia rationalis, cum fuerit præuenta perſona & ſi dicitur per ſe ſonans alteri non coniuncta, non impedit, neque prædeſtinationem eiuſdem quæ prædeſtinatio humanitatis in diuinitate Dei gratia eſt. Deinde ait quod Chriſtus eſt filius naturalis patris æterni, & Virginis per naturam, in tempore, & non eſt filius adoptiuus, cuius perſona eſt diuina, contra Eutichetem quod Chriſtus conſtat ex duabus naturis tantum. Adde abeced. & ethimolog. hæreſ. & contra idolatr.

*Greg Vale. Suarez Spina 269.*

*Textus Solet etiam, &c.* diſtinct. 11. commentar. ad ſenſus procœm. Modum loquendi de Chriſto ait, quod non eſt dicendum, ſimpliciter loquendo, quod Chriſtus factus, Creatus, Creatura &c, vnde prædicata, temporalia, ſemper quantum ad humanitatem, æterna, & impaſſibilia quantum ad diuinitatem, contra Arnoldiſtos quod quantum ad humanitatem Chriſtus eſt æqualis diuinitati, & per cõſequens quãtum ad omnia prædicata, & contra Arrium quod Chriſtus ſit ſola creatura. Adde abeced. & ethimolog. hær. & contra idolatr.

*D. Thomas Egidius. Bachonius*

*Bannes. Montagnol. Prateol. Porrect, Spina 270 271,*

*Textus Poſt prędicta, &c* diſtinct. 12. comment. ad ſenſus procœm. Proſequitur de modo loquendi, & ait quod quãtum ad humanitatem incæpit eſſe cum perſona diuina ſit æterna, & ſic intelligitur quod Chriſtus creauit ſtellas, ſcilicet quantum ad diuinitatem, concordando ſcripturam: poſtea ait quod poterat hominem alium, quam de genere Adæ aſſumere: qui homo per vnionem impeccabilis fuit, & non per hoc quod fuit impeccabilis eſt auferendum liberum arbitrium; poterat etiam ſexum muliebrem aſſumere, ſed non congruè, ſed virilem ex fœmina accepit, vt diabolus vinceretur per aliquem de genere eius, per quem victus fuerat, contra Bezanitas quod Deus nõ eſt omnipotens, & non poteſt facere quod vult, & non eſt ſupra creaturas diabolicas. Adde abeced. & ethim. hæreſ. & contra idolatr.

*Bonauent. Albertus*

*Nazarius Aluarez Prateol. Porrect. Spina 272. 273. 274*

*Textus Prętęrea &c.* diſtin. 13. comment. ad ſenſus procœm. De ſcientia, & ſapientia Chriſti quam ſecundum hominem in ſuo conceptionis inſtante accepit ita vt amplius accipere non poſſit, ſcripturæ vero quod augebat ætate, & ſapientia reſpondet quod intelligitur ſecundum exteriorem manifeſtationem ſeu de experimentali, & ſic etiam intelligitur Ambroſius contra Arrium quod in Chriſto non fuit anima, & per conſequens neque intellectus in quo fuit infuſa omnis ſapientia. & ſcientia. Adde abeced. & ethimolog. hæreſ. & contra idolatriam.

*Gratiadeus Egidius.*

*Medina Directo Serafinus Spina 175.*

*Textus Hic &c.* diſtinct. 14. comm. ad ſenſ. procœm. ſequitur de ſcietia Chriſti, & ait quod nõ æquatur ſcientiæ Dei, & cum ſit creatura humanitas non habet ſcientiam creandi quamuis anima eius omnia in verbo videat, creare enim creatura non poteſt, & eſt incapax. Ambroſius vero ponens Chriſtum omnipotentem, intelligitur ſecundum diuinitatem quæ poteſt omnia, contra Rabi Moyſen quod multa non poteſt facere Deus, & contra negantes ſcientiam Chriſti, & miracula. Adde abeced. & ethimol. hær. & contra idolatr.

*Pariſienſis Deza*

*Cate. aurea Spina 276. 277.*

*Textus Illud quoque &c.* diſtin. 15. comment. ad ſenſ. procœm. De pœna, & dolore, ſeu defectibus pœnalibus quos ſuſcipere decuit (præter peccatum quod nunquam fecit) propter ſalutem noſtram; noſtra tamen recipiendo peccata fabricauerunt ſuper dorſum ſuum, vt ait Dauid quod habuit dolorem in carne, triſtitiam in animà tempore paſſionis voluntate, & ad hunc ſenſum exponendæ ſcripturæ, & concordandus Hilarius contra Baſilidiſtas, & Marcum quod Simon Cyreneus fuit paſſus in Cruce, & non Chriſtus, & contra ſupra reiectos ponentes corpus fantaſticum. Adde abeced. & ethimol. hæreſ. & contra idolatr.

*Franciſcus Mairo Bachonius.*

*Theatrum vita hum. Spina 278. 279.*

*Textus Hic &c.* diſtinct. 16. comment. ad ſenſus procœm. De eiſdem pœnis ſubdit, & moriendi in corpore aptitudinem, & patiendi in anima, recepit liberè deinde ait quod de omni ſtatu hominis aliquid recepit, vt de ſtatu Innocentiæ immunitatem; de ſtatu naturæ lapſæ, defectus, & pœnas; de ſtatu ſub gratia, plenitudinem eiuſdem; de ſtatu gloriæ, contemplationem perfectam; contra Gailum quod Chriſtus corpus impaſſibibile aſſumpſit, & immortale. Adde abeced. & ethimolog. hæreſ. & contra idolatriam.

*Aureolus Serafinus Spina 280.*

*Textus poſt prędicta &c.* diſt. 17. com. ad ſenſus procœm. De voluntate Chriſti docet quod ſit duplex, Diuina, & humana, & hæc duplex ſcilicet appetitus ſenſi-

*Bachonius*

ſenſitiuus per quem à patre petijt quod non impetrauit, & per eundem pati, & mori fugiebat, quod ſecundum voluntatem diuinam, & humanam ratio nemque volebat, neque fruſtra fuit, ſed vt veritatem humanæ naturæ nos docendo in oratione, & euis neceſſitatem ad modum dubitantis, ſed non dubitans demonſtrauit, abſque rebellione carnis ad Spiritum, contra hæreticos, & Arrianiſtas, quod Chriſtus non habuit voluntatem humanam, quia non habuit animam, quod eſt hæreticum, & contra Hebræos quod violenter mortuus. Adde abeced. & ethimol. hæreſ. & contra idolatr.

S.Thom. Suarez. Spina 285 282.

*Textus De merito, &c.* diſtinct. 18. comment. ad ſenſus proœm. De meritis Chriſti ait quod per paſſionem ſuam meruit pro nobis reparationem, aperitionem regni cæleſtis, meruit etiã ſibi immortalitatem, corporis impaſſibilitatem animæ, glorificationem, quam impaſſibilitatem animæ ſtatim poſt ſeparationem à corpore delcarant expoſitores, & meruit ab initio ſuæ conceptionis omnia, & deinde pluribus modis, & vicibus merendo, idem fuit etiam beatus à ſua conceptione, & Deus ante mortem, vt ait Ambroſius, Auguſtinus, & Paulus non contradicunt bene intellecti, poterat eum per aliam viam quam per paſſionem conferre ſalutem, vt dicunt patres omnes nemine diſcrepante quamuis per paſſionem fuerit magis congrua in omnibus, & in meritis, cõtra Caluinum quod Chriſtus nil meruit, pro ſe, & contra radices Pelagij, quod non meruit gratiã nobis. Adde abec. & ethimol. hær. & contra idolatr.

Egidius

Aluarez. Porrect. Prateol. Spina 283 284

*Textus Nunc, &c.* diſtinct. 19. comment. ad ſenſus proœm. Non ſolum à peccato, ſed etiam à Diabolo quem vicerat etiam prius, ex pœna æterna nos liberauit, & redemit, & ideo dicitur Chriſtus redemptor, & quamuis etiam Pater, & Spiritus ſanctus poſſunt dici redemptores, tamen ſolus filius dicitur mediator Dei, & hominis. Deinde ait quod Chriſtus dicitur non per diuinitatem, ſed per naturam aſſumptam, quæ caput omnium hominum eſt, minor tamen Diuinitate, et perſonis, vt Athanaſius contra Simonem Magnum quod Chriſtus nõn ſufficit ad reconciliandum genus humanum, cum Deo, et contra confundẽtes diuinitatem humanitate Apollinarem. Adde abec. et ethimol. hæreſ. et contra idolatr.

Albertus

Bonauent.

Ioannes de Neapolis. Directo. Porrect. Spina 285

Vertumnus

*Textus Si vero, &c.* diſtinct. 20. comment. ad ſenſus proœm. Sequitur de ipſa paſſione, et ait quod pro omnibus ſufficienter paſſus eſt, et ſuperabundanter, et per medium conuenientius, vt per amorem mortis eius magis in Deum dirigamur, vt iuſtitia cum omnipotentia, et ſapientia videantur, efficienter vero pro electis tantum traditus ad paſſionem à patre, à ſe ipſo, à Spiritu ſancto, ſed à Iuda à Iudeis, reſpectu malæ intentionis, et iniquitatis, et peſſimum egerunt Chriſtum innocentem condennando, quod opus ſecundum ſe bonum fuit cauſans ſalutem tantorum, cum morte veri corporis contra Manichæos quod fuit corpus phantaſticum, et contra alios, quod non fuerit verè mortuus, quia corpus erat cæleſte. Adde abec. et ethimol. hær. et contra idolatr.

Bacchonius

Alexander Romanus. Spina 286 287

*Textus Poſt, &c.* diſtinct. 21. comm. ad ſenſus proœm. de ſeparatione animæ Chriſti à corpore ait quod iam vere, et proprie, fuit ſeparata à Corpore, aliter non diceretur mortuus, tamen diuinitas neque à carne, ſeu Corpore, aliter non diceretur mortuus, tamen diuinitas neque à carne, ſeu Corpore, neque ab anima fuit ſeparata, et ſi dereliquiſti me dictum fuerit ab ipſo, intelligitur de auxilio humanitatis ad tempus ſubtracto, et non præſtito, et adhunc ſenſum loquitur Ambroſius, Athanaſius vero de anima vnita corpori in reaſſumptione, quæ paſſio, et mors Chriſti quantum ad humanitatem, nam ſecundum diuinitatem impaſſibilem, immortalem, et immobilem, contra Iulianum quod corpus Chriſti erat impaſſibile, contra Valentinum. Adde abec. et ethimol. hæreſ et contra idolatr.

Durandus Medianuilla

Durandus Medina Porrect. Spina 288

*Textus Hic &c.* diſtinct. 22. commẽt. ad ſenſus proœm. De duratione temporis mortis Chriſti, ſcilicet, quod per triduum; deinde docet quod in morte Chriſtus erat homo, quod non tenetur, nam homo mortuus non eſt homo niſi æquiuoce, etc. neque anima eius in limbo poterat dici homo, contra Platonem, et quamvis dicatur quod ſit totus reſpectu perſonæ diuinæ nunquam humanitatem relinquentis, non dicitur totum, quia mortuus erat, contra Picum Mirandolanum, et Durandum dicentes, quod anima Chriſti quantum ad effectu,

S.Thom. Egidius Albertus

Plato, quod anima ſi. homo Spinn 289 Medina Spina 290 291.

et

et non formaliter deſcendit ad Inferos, quorum error hæreſis dicitur à Medina in tertia par.q.52.art.3. Adde abeced. et ethimol.hær.et contra idolatr.

*Bonauent.*

*Textus Cum vero, &c.* diſtin.23.comment ad ſenſ proœm. De habitibus infuſis, et gratuitis donis, ait quod fides eſt virtus, qua creduntur quæ non videntur dicitur virtus, dum eſt cum charitate vt in iuſtis in quibus adeſt credere in Deum, credere Deo, et credere Deum reperitur etiam in peccatoribus, et Dæmonibus; non æque demones credunt, et contremiſcunt, quæ fides eſt ſubſtantia ſperandarum rerum argumẽtum non apparentium, et eſt habitus infuſus à Deo, et eſt vna ſicut vnum batiſma, à ſpe, et charitate diſtinguitur, (et non tenetur quod dicit textus, quod Charitas hominis ſit Spiritus Sanctus) contra Lutherum, quod fides non eſt diſtincta à ſpe, et charitate contra ermanos, et alias ſectas quod fides noſtra ſit falſa. Adde abec. et ethimol. hæreſ. et contra idolatr.

*Card. Bell. Spina 292*

*Leuana Edulica*

*S.Thom.*

*Textus Hic, &c.* diſtinct.24. comm. ad ſenſus proœm. Declarans prædicta ſoluens obiecta ſubdit, quod fides extenſiue loquendo, aliquando dicitur de viſis, et ſic intelligitur Apoſtolus, vt cum factum fuerit credatis, et Auguſtinus dicens, quod fides ſit de præſentibus, etc pro mercede loquitur, Petrus vero habuit fidem, non quia vidit, etc. ſed quia credidit eſſe Deum ſicut, et credimus Chriſtum eſſe Deum, & quæ creduntur docet cum Auguſtino aliquo modo appræhendi ab Intellectu, quamuis non viſa ſimpliciter, & ideo creduntur ea quæ ignorantur, non penitus, nam fides lumen eſt, & ſecundum aliquos fides eſt ſcientia ſub alternata, accipiendo concluſiones contra. Hermanum, quod fides noſtra eſt fatua, ficta, & falſa, & fabuloſa, & contra Dauid, Georg anos, quod doctrina omnis à Deo inutilis, & imperfecta. Adde abec.& ethimol hær. & contra idolatr.

*Caunenſis. Spina 263 294 aureolus*

*Egidius Bachonius*

*Alenſis S.Thomas Albertus*

*Textus Prædictis, &c.* diſtinction.25. commentar. ad ſenſus proœm. de tempore fidei docet, & ait quod fuit omni tempore neceſſaria homini ad ſalutem credendo non ſolum Deum eſſe remuneratorem fore, ſed etiam mediatorem, ideo nullus ſine fide mediatoris ſaluari poteſt, nec poterat inueteri teſtamento ſine ea, nam nos factum ipſi fiendum tenebant, quod alij dicunt in fide Chriſti venturi nos in fide Chriſti præſentis ſaluamus in fide parentum, & maiorum, &c. articulos vero duodecim ſex ad diuinitatem, & ſex ad humanitatem pertinentes omnes credere, ac ſcire tenentur, quamuis quoſdam explicite, ſcilicet quos celebramus in Eccleſia Dei, contra ſectas infidelium, deridentes veritatem fidei noſtræ, tandem ait, quod fide, & ſpe charitas eſt maior, & ipſa charitas in patria remanet, quamuis in præſenti æqualiter intendantur, ſecundum operationem interiorem, & ſine charitate fides, et ſpes eſſe poſſunt informes, tamen propterea dicitur mater aliarum, etc. Qua iuſtificamur, contra Lutherum, quod ſola fides iuſtificat. Adde abeced. et ethimol. hær. et contra idolatr.

*Speculum inquiſit. Spina 295*

*Porrect. Spina 296*

*Egidius*

*Textus Eſt, &c.* diſtinction.26. comment. ad ſenſ. proœm. Poſt fidem quam dixit eſſe eandem cum illa antiqnorum, docet de ſpe, et ait quod vt virtus reſpiciens bona æterna, eſt certa expectatio futuræ beatitudinis, ex gratia Dei, et meritis præcedentibus proueniens, qua propter ſine meritis præſumptio eſt, et non ſpes, quæ eſt de non viſis, vt fides, et non habitis, ſed de bonis futuris ad ſe pertinentibus, propterea fides, et ſpes non fuerunt in Chriſto, omnia vidente, et poſſidente, nec ſunt in Beatis, patres vero in lymbo vſque ad viſionem Dei habuerunt dicitur tamen Chriſtus ſperare, et ſimilia, inquantum firmiter eis aſſentit, contra negantes merita bonorum operum, et Lutherum, quod fides non diſtinguatur à ſpe. Adde abec. et ethimol. hær. et contra idolatr.

*Silua alleg. Prateol. Spina 297*

*Textus Cum, &c.* diſtinction.27. comment. ad ſenſus proœm. Poſt fidem, et ſpem, tractat de charitate, per quam Chriſtus animã ſuam poſuit pro nobis pro uocatis ad dilectionem et ait, quod Charitas eſt qua Deum diligimus, et proximum propter Deum, et eſt vna propter duo tamen dilecta ſcilicet Deum, et hominem, duo ſunt eius præcepta ſcilicet diligere Deum, et proximum toto Corde, quod præceptum inchoatum hic in via, in patria ad impletur perfectum, non propterea dicitur fruſtra, nam in via ſufficit quantum humana fragilitas ſuffert, ponitur vnum præceptum aliquando, quia vnum abſque alio, ad-

*Ernens Bacchanius S Thom. Alfonſus Vargas*

*Aluarez Auguſt.*

Digitized by Google

adimpleri non poteſt, nam qui non diligit proximum, qui diligit Deum, cum auxilio Dei, contra Pelagium quod poteſt homo viribus naturæ iuſtificare ſe, & diligere Deum. Adde abeced. & ethimol. hær. & contra idolatr.

Sotus Spina 298

*Textus hic &c.* diſtinct. 28. commẽt. ad ſenſus proœm. declarans prædicta, ſubdit, quod nomine proximi intelligitur quilibet cui beneficium eſt, & omnis homo fidelis, & infidelis per ſpem conuerſionis, corpus, & anima noſtra, angeli Chriſtus vt homo magis diligendus, propter excellentiam, & paſſionem, minus tamen quam Deus, qui Deus non dicitur proximus ſed incomparabiliter, & excellentius à quo omnia recipimus, & ideo ſupra noſmetipſos, & ſuper omnia diligere eum, tenemur, cōtra Caluinum, & Lutherum, quod homo propriè non habet dominium ſuorum actuum. Adde abeced. & ethimol. hereſ. & contra idolatr.

Bonauent. Egidius

Direct. Epiſ. Spina 299 390

*Textus Poſt &c* diſtinct. 29. comm. ad ſenſus proœm. De ordine, & gradu prædicti amoris ait, quod plus diligibilis eſt Deus, deinde anima propria, tertio proximus, quarto corpus proprium, & breuiter non æqualiter omnia cum eodem affectu, & effectu quicquid dicant recitati loquentes de bono, nam ſunt plus diligendi boni homines extranei coniuncti cum vinculo charitatis, & gratia Dei, quam parentes mali, & ob bonum naturæ, inimicos dominus diligere iubet, vt ad bonos mores conuertantur odio habendo vitium in omnibus malis non naturam: contra Ebionem, & Cherintum quod lex vetus odio habere inimicum vt falſe exponunt non ceſſauit per aduentum Chriſti. Adde abeced. & ethimolog. hæreſ. & contra idolatriam.

Albertus

Liranus Directo Vgo Card. Spina 301 302.

Bachonius

*Textus hic, &c.* diſtinct. 30. comment. ad ſenſus proœm. comparando amorem amicorum, & inimicorum ait quod eſt magis meritorium diligere amicos, & inimicos, ſolos ſeparatim vero inquantum fruentior eſt dilectio amicorum eſt meritoria, Auguſtinus vero loquitur reſpectu amborum dilectorum, & per conſequens opinio eũ ſequẽs ſcilicet quod poteſt haberi Charitas abſque amore inimicorum, eſt falſa, contra Euangeliũ, cōtra Iudeos, & ceteros quod actus interior non ſit peccatũ, cum diligere ſit actus interior voluntatis, vt ait Medina, & Morales. Adde abeced. & ethim. hęr. & contra idolatr.

Porrect. Spina 303 Solinus

*Textus Illud quoque &c.* diſtinct. 31. comment. ad ſenſ. proœm. de duratione charitatis quæ eſt qualitas infuſa à Deo ait quod in via habita per peccatũ amitti poteſt, & per pœnitentiam recipi à Deo, & præſciti per peccatum in fine ſuæ vitæ amittunt. Apoſtolus vero loquitur de Charitate in patria, vbi numquam amittitur, quam habuit Chriſtus, & Ideo dicitur quod charitas in Cælo quantum ad habitum, & actum manet, non autem fides, & ſpes, ſubſtantia ſcientiæ remanente, alium vſum, & modum tenente, contra Lutherum quod omnia opera etiam peccata, ſunt grata apud Deum, & non faciunt charitatem amittere. Adde abeced. & ethimol. hæreſ. & contra idolatriam.

Guglielmus

Prateol. Spina 304.

Tarantaſius

*Textus premiſſis &c.* diſt. 32. comm. ad ſenſus proœm. De charitate Dei, ait, quod Charitas Dei increata, & Infinita, & ipſamet Deus eſt, & vita ideſt eſſentia, qua charitate, & amore æqualiter ex parte ſui, ab æterno diligit, & ex parte rei, amatæ, ſeu ſecundum effectum, vt in prædeſtinatis, quibus vult maximum bonum, dicitur magis amare, contra Nouatum, quod Deus ſit crudelis, & non diligens, & contra Origeniſtas quod omnes diligit ex parte rei, &c. Adde abeced. & ethimolog. hæreſ. & contra idolatriam.

Baronius. Porrect. Spina 305.

*Textus Poſt, &c.* diſtinctio 33. comment. ad ſenſus proœm. de virtutibus Cardinalibus, ſeu principalibus ait quod ſunt quatuor; Iuſtitia quæ ſecundum Auguſtinum eſt ſubuenire miſeris, prudentia quæ eſt in inſidijs præcauendis, fortitudo in perferendis moleſtijs, temperantia in coercandis delectationibus prauis, & cum his in hac vita bene viuitur ad æternaque peruenitur, quæ fuerunt in Chriſto, vt in uiatore, & comprehenſore remanentes in patria, quantum ad habitum cum alio vſu, & qui non eſt Iuſtus, fortis, prudens, & temperatus non peruenit ad Cælum, contra Lutheranos, quod homo quanto magis eſt ſceleratior, citius Deus infundit gratiam in illo. Adde abeced. & ethimolog. hæreſ. & contra idolatriam.

Bachonius. Bonauẽt. Egidius

Ganenaſeu Gabriel. Spina 306

*Textus Nunc &c.* diſtinct. 34. comment. ad ſenſ. proœm. De donis Spiritus Sancti, docet cum Ambroſio, & ait, quod ſunt

Adamus Sodamus

Digitized by Google

ſunt virtutes perficientes operationem humanam,& ſunt ſeptem, ſcilicet, donũ intellectus, conſilij, fortitudinis, ſcientię, pietatis, timoris, abundantius in patria, ſecundum alios actus, ideò ſunt, & fuerunt in Chriſto, vt Dauid 18. timor Domini Sanctus permanens in ſæculum ſæculi. Ad Ioannem dicentem, quod timor eſt abſque charitate, reſpondet, quod loquitur de timore ſeruili, in Chriſto adſuit ſecundum actum reuerentię timendo pęnam, qui timor non fuit mundanus, vel ſeruilis, vel initialis, qui eſſe non poterat per charitatem perfectam, quam habebat, timuit tamẽ pœnas ex naturali quodam timore, quem per peccata noſtra ſicut, & cęteros defectus accepit pro nobis voluntariæ contra Petrum Abailardum, quod in Chriſto nõ fuit donum timoris. Adde abec.& ethimolog. hęreſ.& contra idolatr. *Angelus Bellarm. Spina 309.*

*Textus Poſt, &c.* diſt. 35. cõm. ad ſenſ. procem. Differentias donorum quorundam docet, & ait, quod ſapientia, & ſciẽtia, vt ſunt dona Spiritus ſancti ſunt notitia diuinorum propriè tamen ſcientia eſt rerum humanarum, creaturarum ad actionem temporalem, ſapientia verò eſt diuinorum, vt patet quod Theuſebra dicitur ideſt Dei cultus ad contemplationem ſuperni intellectus, ſeu intelligentia ad Creatorem, & Creaturas ſpeculandas, intelligẽdaſq; ſapientia verò ſolius æternitatis, quæ ſapientia non eſt Deus, ſed donum Dei ad hunc ſenſum donorum, & notandum, quòd differunt à ſcientia naturali, & intelligentia naturali, & ſapientia naturali naturalitèr acquiſita quamuis conueniant nomine ſicut ſupra naturale, & naturale contra Dauidicos, quod omnis doctrina, et omne donum, eſt inutile. Adde abeced. & ethimolog. hęreſ.& contra idolatr. *Albertus Bonauent. Theod. Dirello Spina 239*

*Textus Solet, &c.* diſtinct. 36. comm. ad procem. De connexione virtutum ait, quod in charitate matre omniũ virtutũ, et plenitudine totius legis omnes virtutes infuſæ ſunt connexe, et omnibus caret, carens ipſa, et intenſa, cæteræ intenduntur, et dicuntur pares, quo ad habitũ, et quo ad vſum verũ non, et propterea omnia præcepta decalogi ad Charitatẽ Dei, et proximi reducuntur cum moralibus ex his emanantibus, et cæremonialibus, ſpiritualitèr intellectis veteris legis referentibus ad ipſam tandem ait, quod non omnia peccata ſunt æqualia, contra quoſdam Originiſtas, et contra Luterũ, quod virtutes connexæ ſuperfluæ, cum ſola fides ſufficiat. Adde abeced.& ethimolog. hær.& contra idolatr. *Bathonius Auguſt. Porrect. Bellarm. Spina 309*

*Textus Sed iam, &c.* diſtinct. 37. ad ſẽſus procem. Poſt virtutes, et dona per reliquum huius tertij de præceptis modo tactis ait, quod ſunt decem tria primæ tabulæ ad Deum, ſeptem verò ſecundæ tabulæ ad proximum nos ordinant, quæ ab omnibus ſciuntur. circa quartum ſecundæ tabulæ de furto veteris teſtamenti, etc. reſpondet quod parendo Deo non fecerunt furtum, vt ait Auguſtinus, ſed Deo Iubente myſterium præbuerunt, qui verò ex cupiditate, et auaritia acceperũt non ſic eſt dicendum contra hæreſes, cõtra Pelagium quod præcepta Dei poſſũt ſeruari, abſque Dei gratia. Adde abeced. & ethimol. hæreſ.& contra idolatr. *Bonauent. Albertus Sctus Alnarez Spina 310 Origen. Seraphinus*

*Textus Sciendum, &c.* diſtinctio 38. comment. ad ſenſus procm. de generibus mẽdaciorum dicit, quod ſint tria ad quæ octo Auguſtini reducuntur officioſum, quòd abſque malignitate per commodũ alicuius fit, vt illud Raab Hierichuntinę. Iocoſum quod non fallit, ſed cauſa Ludi tertium eſt pernicioſum, quòd maligne, vt fallat efficitur, et hoc eſt grauius quauis omne ſit peccatum, et ob miſericordiam dicitur dominum Rabb beneſeciſſe legitur, et non ob mendacium tandem ait, quod mentiri, et errare non ſunt idẽ, nam errare aliquando abſque peccato eſſe poteſt, contra Manichæos, quod homo non poteſt non peccare, contra Cacangelicos, quod homo non poteſt peccare. Adde abec.& ethimolog. hęreſ.& contra idolbtr. *Egidius Bannet*

*Textus nuuc, &c.* diſtinct. 39. comm. ad ſenſus procem. de iuramento, et periurio concomitantibus aliquando mendacium, et ait quod iuramentum debet habere veritatem, iudicium, et iuſtitiam, alitèr erit periurium, quòd fit, vel iurando falſum, vt fallat, firmando falſum, negando verum, et ſine neceſſitate iurare peccatum eſt. iurare vero per Creaturas ait auctor perfectis licitum eſſe, et minus tenemur iurãdo per creaturas, quam per Deum. per falſos Deos infidelis verum iurans, peccat: iuramenta in malis non ſunt obſeruanda, tandem per ſollemnitatem cum ieiuno ſtomacho niſi periculũ in mora, per Canonum diſpoſitionem antiquam excellentiam iuramenti demonſtrat contra Antinomos, quòd omnis *Turrecrem. Bonauent.*

Digitized by Google

nis lex etiam Dei eſt inutilis, & fruſtratoria. Adde abeced. & ethimol. hæreſ. & contra idolatr.

*M. Thadeus Capnus de præceptis; et caſibus conſcientiæ. Nazarius. Hieronym. Catena Sal.*

*Textus Sextum, &c.* diſtinctio 40. vltima huius tertij commentar. ad ſenſus procem. De differentijs præceptorum, & quòd vetus teſtamentum à nouo differt, & ait nouum præceptum de non concupiſcenda vxore proximi differre à decimo de re non appetenda alterius, & à cæteris, et lex vetus comprimere dicitur manum tantum quoad ceremonialia intelligitur, propterea litera legis veteris, quæ occidens dicitur, diſtat ab Euangelio, vt patet ex diuerſis promiſſis, & Sacramentis, contra hæreſim non dormientium omnes viros, & fæminas ſimul dormire, & appetere poſſe, & contra dicentes quod omnia ſunt cõmunia, & propterea poteſt furari, &c. Hæc de 3. contra Begardos, quod non ſunt facienda opera bona in noua legge fugienda antiqua præcetta. Adde abeced. et ethimolog. hæreſ. et contra idolatr.

*S. Thomas*

*Bathomius.*

*Occaſione controuerſiarum Proœmij inter Diuū Thom: & Scotum omnes aliæ controuerſiæ ponuntur totius tertij Sentent. cætera in cæteris libris. pro incipientibus pure infra vero cum argumentis, quia Catolicæ veritatis doctor non ſolum prouectos debet inſtruere, ſed etiam incipientes erudire iubet S. Thom. in prologo ſummæ.*

SCot. 1. Controu. Tertij d. 1. q. 4. quod perſona diuina non eſt infinita neque terminus incarnationis S. Thomas in 3. par. q. art. 2. ad 2. quod ſic, & quod perſona eſt inaſſuntibilis.

2. Controuerſia. Scot. 1. diſt. 3. quod compoſitum creatum poteſt aſſumere alienam naturam per potentiam Dei, Sãctus Thom. quod non.

*Epiſt Capr. Pariſienſ.*

3. Controuer. in q. 2. Sco. plures perſonas diuinas non poſſe aſſumere naturã vnam creatam, S. Thom. quod ſic.

4. Controuerſia. Sãct. Thom. lib. 4. cã Gent. c. 42. verſus finem, & clarius 3. p. q. 3. art. 1. ad 2. & art. 7. & 3. diſt. 1. q. 2. art. 5. dicit Filium Dei terminare dependentiã naturæ humanæ, quia cõtinet perfectionem omnis Creaturæ, & per conſequens perſonæ humanæ. Scotus in 2. impugnata præcedenti opinione dicit, Filiũ Dei terminare dependentiam naturæ humanæ, non quia continet, ſed quia eſt independens.

*Rada.*

5. Controuerſia. q. 2. Scotus dicit impoſſibile plures perſonas diuinas vnam naturam aſſumere creatam S. Thomas, quod ſit poſſibile.

*Medina. Suarez,*

6. Controuerſia. Sanctus Thomas, 3. p. q. 3. art. 7. in ſolutione ſecundi aſſerit, verbum potuiſſe aſſumere plures naturas: tamen dicetur vnus homo ab vnitate ſuppoſiti, ſicut vnus ſciens, licet ſciret plures ſcientias. Scotus in 3. lib. Sent. diſt. 1. q. 3. tenet Verbum potuiſſe aſſumere plures naturas: & ſi plures aſſumeret, plures homines de nominatione extrinſeca diceretur, & verum eſſe diceretur Chriſtus eſt plures homines.

*Epiſt. petri Capreoli.*

*Caetanus.*

7. Controuerſia. in q. 4. diſt. 14. Scot. quod anima Chriſti intuitiuè imperfectior quoque Angelo cognoſcit, Sanctus Thomas, quod in cognitione non eſt minoratus ab Angelis, & quoad ſpecies infuſas, & ſapientias perfectiores Angelis.

*Medina. Berletta in concione de ſanctificatione Rada.*

8. Controuerſia. Sanctus Thomas 3. p. q. 14. art. 3. ad 1. Et q. 27. art. 2. & q. 31. art. 8. ad 2. & 3. diſt. q. 1. art. 1. q. 1. et quolibet 6. q. 5. art. 1. dicit beatam Virginem in ſui conceptione, maculam originalis peccati contraxiſſe. Scotus oppoſitum dicit in 3. lib. Sent. diſt. 3. q. 1. tenet de poſſibili, in diſt. 18. 3. lib. tenet de facto in ſui conceptione non contraxiſſe peccatum originale: et ibi eſt locus proprius ſecundum aliquos.

*Deza.*

9. Controuerſia. Sanctus Thomas in 2. q. 81. art. 5. et art. 5. et 3. p. q. 32. art. 4. et 3. diſt. 3. q. 2. art. 1. et 2. et 4. contra Gent. c. 45. in fine tenet, matrem habere rationem paſſiui, et patrem rationem actiui. Scot. in 3. lib. diſt. 4. q. vnica et 15. q. quolibet. art. 2. dicit matrem cõcurrere actiue ad generationem prolis.

*Fran. Ferre*

10. Controuerſia. S. Thomas, 3. p. q. 17. art. 2. et 3. diſt. 6. q. 2. art. 2. c. et quolibet 9. q. 2. art. 2. c. tenet quod in Chriſto eſt vnum eſſe, et nulla exiſtentia ſubſtantialis ſit, niſi diuina. Scotus in 3. ſent. diſt. 6. q. 1. dicit quod in Chriſto eſt vnum eſſe ſubſiſtentiæ, et plura eſſe exiſtentie.

*Catena ſuper magis.*

11. Controu. S. Tho. in ſuis Quolib. Quolib. 1. art. 2. et quolib. 9. art. 4. et 3. p. q. 35. art. 5. et 3. diſt. 8. art. 3. ad 1. tenet in Chriſto vnicam eſſe filiationem cum ſubiectum in filiatione ſit perſona filiatio, qua refertur ad Matrem eſt rationis quãuis Xpus ſit realiter filius Mariæ Scot. in

*Epiſ. Capr. Toloſanus.*

M 3. lib.

3. lib. Sentent. diſtinct. 8. tenet in Chriſto
*Medina.*
duas eſſe filiationes, nam alia eſt filiatio ad Patrem, alia ad matrem, & vtraque eſt realis, nam dicit in Chriſto plures eſſe relationes, vbi enim ſunt plura fundamenta, ibi ſunt plures relationes.

12. Controuerſia. Sanctus Thomas
*Deza.*
in p. q. 36. art. 8. & 3. diſt. 11. quæſt. 1. ad 2. corp. & diſt. 21. quæſt. 1. art. 3. ad 2. & de ver. quæſt. 29. art. 1. ad 1. & 4. contra Gent. cap. 48. tenet Chriſtum non eſſe dicendum creaturam eſſe, dicit incipere eſſe,
*Lichettus.*
quod repugnat ipſi Deo Scotus in 3. lib. ſentent. diſtinct. 11. quæſt. 3. tenet: potuiſſe Chriſtum dici, & de facto fuiſſe ratione alterius extremi, creaturam: nam mortale ita opponuntur, ſicut creatum, & increatum: ſed mortale, & immortale dicuntur formalitèr de Chriſto ergo creatura.

13. Controuerſia. in diſtinct. 7. quod
*Mairon.*
hæc propoſitio Deus eſt homo eſt per accidens S. Thom. 3. p. q. 18. art. quod per ſe, vt natura de ſuppoſito.

14. Controuerſia. Alia contra dicit in reportatis S. Thom. dicenti, duas formas accidenteles eiuſdem ſpeciei non poſſe eſſe in eodem ſubiecto, & vnica paternitate Pater refertur ad omnes Filios.

15. Controuerſia. in diſtinct. 14. Scotus quod Chriſtus fuerit paſſus quantum
*Epitom. Capreol. prior.*
ad ſuperiorem partem contra S. Thom. & Boetium de beatitudine.

16. Controuerſia. Scotus in diſtinctio 16. Chriſtum non fuiſſe mortuum voluntarie cauſaliter, ſed effectiuè contra S. Thomam, & ſcripturam oblatus eſt, quia ipſe voluit.

17. Controuerſia. In diſtinct. 25. in literali q. dicit quod ad credendum non mouetur à voluntate intellectus, ſed nõ contra mouet S. Thomas quod ſic abſque formidine partis in d. 27. contradicit Sãcto Thomæ p. 2. quæſt. 88. artic. 2. dicenti peccatum eſſe pœnam alterius peccati præcedentis per accidens.
*Deza.*

18. Controuerſia. In diſt. 33. negat Sanctum Thomam Scotus quod in iraſcibili, & concupiſcibili, ſit ſubiectum
*Epit. Capreolarij.*
virtutis cum Ariſtotile ſecundo eticorum ponente temperantiam, & fortitudinem, quæ ſunt virtutes.

19. Controuerſia. Sanctus Thomas in 3. p. q. 7. art. 11. & 3. diſtinct. 13. quæſt. 1. articul. 2. quæſtion. 2. & 3. & de verita.
*Aluarez.*
quæſt. 29. artic. 9. 1. & 1. diſt. 17. quæſt. 2. art. 4. c. & ad 4. & diſt. 44. art. 3. ad 2. tenet gratiam animæ Chriſti fuiſſe infinitam, & eſt gratia vnionis, & in 2. 2. q. 24. art. 7. tenet, de charitate poſſe augeri in infinitum. Scotus in 3. lib. Sentent. diſt. 13. q. 1. Et 20. q. quolib. art. 1. tenet gratiam non poſſe augeri, niſi deſtruatur natura eius, quia eſt determinata ad hoc eſſe, & quod gratia animæ Chriſti fuit finita.

20. Controuerſia. Sanctus Thomas in p. q. 20. artic. 2. et 3. Et 3. diſt. 14. artic. 2.
*Deza.*
quæſt. 2. c. Et de Ver. q. 20. art. 4. et 5. cap. Et quol. 3. q. 2. art. 1. c. et 3. contra Gent. c. 56. et 2. diſt. 11. q. 22. art. 2. c. et diſt. 49. q. 2. art. 5. dicit, quod anima Chriſti non
*Rada.*
potuit videre omnia, quæ videt Verbum, nam nullus intellectus creatus, videndo Deum poteſt cognoſcere omnia, quæ
*Suarez.*
Deus facit, vel poteſt facere, vt ipſemet dicit 1. p. q. 12. art. 8. Scotus in 3. lib. ſent. diſtin. 14. quæſt. 2. et in Quolib. 14. et 15. art. 2. principalis tenet quod anima Chri-
*Marſilius.*
ſti videbat actualitèr in Verbo omnia relucentia in ipſo Verbo, et ſic concedit intellectum beatum vnica viſione videre infinita obiecta in eſſentia diuina relucẽtia, et tamen ille intellectus non eſt infinitus, ſed finitus.

21. Alia Controuerſia, quod abſque lumine gloriæ poteſt fieri viſio quod nõ ſolum eſt contra Sanctum Thomam, ſed
*Epit. Capr. ſoncinnatis*
contra Clementinam ait Caietanus in q. 12. et per ſpeciem creatam contra Sãctum Thomam 3. non vt in cauſa, ſed vt in ſpeculo, vt aliquis comprhendit,
*Argent.*
quod eſt falſum.

22. Controuerſia. Sanctus Thomas p. q. 9. artic. 4. et q. 21. et 12. tenet anamã Chriſti cognouiſſe. Omnia in genere proprio, per ſpecies infuſas, et acquiſitas, et profeciſſe, per ſpecies acquiſitas, et non infuſas. Scotus 3. lib. Sentent.
*Manu Theologicum.*
diſt. 14. q. 37 tenet anima Chriſti cognoſcere res in genere proprio per ſpecies infuſas, ſed non per acquiſitas: et animam proficere quoad notitiam intuitiuam reſpectu creaturarum, non quoad ſpecies.

23. Scotus diſtinct 6. q. 1. eſſe actualis exiſtentiæ, et eſſentiæ rei identificari
*Epitom. Capreol. prior.*
S. Thomas, quod diſtinguantur realitèr.

24. Controuerſia. Sanctus Thomas in p. q. 18. art. 1. & 3. diſt. 14. artic. 1. quæſtiunc. 1. cap. & diſt. 17. q. 1. artic. 1. quæſtiunc. 1. c. & de potentia quæſt. 10. art. 4. ad 23 Et 4. cõtra Gẽt. c. 36. tenet in Chriſto duas fuiſſe voluntates vnam diui-

nam

Digitized by Google

nam aliam humanam. Scotus in 3. libro Sent. diſt. 17. qu. vnica tenet, in Chriſto fuiſſe ad minus tres voluntates.

25. Alia controu. d. 7. Scotus. Si Adam non peccaſſet Chriſtus Incarnatus fuiſſet S. Thomas in 3. p. quæſt. 1. quod non tolle morbum tolle medicinam.

26. Controueaſia. Sanctus Thomas in 4. diſt 14. q. 2. art. 1. quæſtiuncula 1. ad 4. & de veritate q. 29. & ad 8. & art. 5. ad 4. & 3. p. q. 48. art. 6. ad primum. Et clarius q. 1. art. 2. ad 1 & 4. diſt. 15. q. 1. art. 2. ad 3. Et quolib. 3. q. 2. art. 1. ad 3. tenet, meritum Chriſti eſſe infinitum, & habere quandam infinitatem ex dignitate ſuppoſiti. Scotus in 3. lib. Sent. diſtiu. 19 q. vnica tenet formaliter eſſe finitum vide Caet. in q. infinita de infinitate Dei.

27. Controuerſia. in d. 13. & in 7. q. 3. quod Deus non poteſt facere rem meliorem in infinitum vt infinitium dicit vim aduerbij. Sanctus Thomas quod ſic.

28. Controuerſia. Sanctus Thomas in 3. Sent. diſtin. 1. q. 1. art. 2. ad 2. tenet hominem fuiſſe redemptum, & non Angelum, quia tota ſpecies hominis cecidit in vno parente: ſed non tota natura Angelica cecidit in vno Angelo, quia ſecundum eum Angeli differunt ſpecie. Scotus in 3. lib. Sent. diſt. 20. q. vnica tenet, iſtam non eſſe rationem præciſam: nam homo alterius tentatione cecidit, ſcilicet Diaboli: Angelus non, ſed propria voluntate ſolum; Ideo debuit homo reparari, & non Angelus.

29. Controuerſia. Sanctus Thomas p. q. 51. art. 3. & 3. diſt. 21. q. 1. art. 2. c. & & ad 4. dicit, corpus Chriſti non fuiſſe conueniens putrefieri, vel incinerari nam putrefactio cuiuſcumque corporis prouenit ex infirmitate naturæ illius. Scotus in 3. lib. Sent. diſt. 21. q. vnica dicit, quod nouo miraculo corpus Chriſti fuit præſeruatum à putrefactione.

30. Controuerſia. Sanctus Thomas in 3. Sent. diſt. 22. q. 1. Et quolib. 2. art. 1. corp. Et quolib. 3. art. 4. c. ſi videtur ſaluare magiſtrum aſſerentem, Chriſtum in triduo fuiſſe hominem, & dicit Chriſtum fuiſſe hominem quoad conuenientiam nominis, & æquiuoce. Scotus lib. 3 Sent. diſt. 22. q. vnica tenet, non fuiſſe hominem in triduo, cum non haberet animam vnitam corpori.

31. In 34. Scotus dicit virtutes à donis non diſtingui Sanct. Thom. 1296. 68. art. 2. quod ſic cum à donis quaſi altioribus diſponitur, &c.

32. Controuerſia. Sanctus Thomas 2. 2. q. 4. art. 4. Et 3. diſt. 23. q. 2. art. 4. quæſtiuncula 2. 1. Et de veritate q. 14. art. 12. c. aſſerit, vnam tantum eſſe fidem in homine. Scotus in 3. ſent. diſt. 23 q. vnica ponit duas fides, infuſam in baptiſmate, & fidem acquiſitam per auditum.

33. Controuerſia. in diſtinct. 37. Scotus tum in Deo tum in Angelis abſque imperfectionibus virtutes morales, quæ ſunt circa paſſiones poſſe eſſe. S. Thomas quod non.

34. Controuerſia. Sanctus Thomas in 3. ſcripto diſtinct. 32. q. 2. art. 4. quæſtiuncula 2. c. Et 1. p. q. 59. art. 4. ad 6. Et 1. 2. q. 6. artic. 2. Et q. 66. art. 1. Et 2. 2. q. c. 58. art. 5. ad 2. & art. 9. Et 4. diſt. 33. q. 3. art. 3. c. de ver. q. 14 art. 4. & de ver. qu. 1. art. 5. Et de malo q. 4 art. 5. ad 4. tenet, virtutes morales temperantiæ, & fortitudinis non ſubiectari in voluntate, ſed in parte ſenſitiua. Scotus in 3. lib. Sent. diſt. 33. q. vnica tenet, virtutes morales ſubiectari in voluntate.

35. Controuerſia. Sanctus Thomas in 1. quæſt. 18. art. 2. Et 12. q. 19. art. 1. & 2. corp. & 1. diſt. 36 art 5, corp. tenet, quod malus actus, & bonus actus in genere moris cauſatur ab obiecto. Scotus in 3. lib. Sent, diſt. 38. q. vnica tenet actus bonos vel malos cauſari à voluntate Scotus quod perſona addat ſuper naturam hanc aliquod intrinſecum Thomiſtæ quod incommunicabilitatem.

36. Controu. morales vt de prudentia in moralibus dicemus omnium agibilium eſt vna prudentia ſpecie ſpecialiſſima ait Sanctus Thomas part. 2. q. 60. art. 1. tum Ariſtot. 7. &c. Scotus diſt. 36. quod non.

*Quarti Sententiarum Commentaria ad ſenſum proemij viridarij omnium ſcietiarum M. Mauritij de Gregorio Camaratenſis ſiculi.*

HIc quartus, & vltimus Sententiarum quinquaginta habet diſtinctiones, de Sacramentis veris, de quibus prolixe in tractatu de Sacramentis, & cenſuris impreſſis locuti ſumus, contra Catharos, dicentes quod ſint falſa, & deceptoria, contra quos eſt Florentinum Con. de reſurrectione mortuorum, contra Saduceos: & alios ibi reijciendos, & de extremo iudicio contra non iudicandos.

Scotus. Medina. Epitome Capr. pariſienſ. Tartaretus. Suarez. Suarez Herrera Dilucidator. Rada. Suarez Sarnanus. Epit. Capr. priorij. Valerio. Tataretus. Herrera. Epit Capr. priorij. Spina 311 312. 313. Iſidorus. Gratianus. Theodor.



Digitized by Google

candos hæreticos ſic nuncupatos à Toſtato, & contra Origeniſtas, quod omnes ſaluandi propter miſericordiam Dei. Adde abec. et ethim. hær. et contra idolatr. et Theologias falſas fænicum, Egiptiorũ, Græcorum, Atlanticorũ Frigiorũ Gentium, etc. ab Euſebio in 1.2.3. 3. de præparatione Euang. contra Theologiam fabuloſam poetarum atiquorũ.

Scotus

*Textus Samaritanuſs &c.* diſtinct. 1. commentarium ad ſenſum proœm. Duas Sacramẽtorũ definitiones cõficit prima Sacramentum eſt ſignum rei ſacræ, ſanctificans homines, addit aliter Magiſter

Egidius

S. Thomas, & ſic alia verba non ſunt neceſſaria, nam dum ſanctificat, cauſat. Secunda eſt Sacramentum inuiſibilis gratiæ, forma viſibilis eiuſdem gratiæ, gerens imaginem, & cauſa exiſtens, & ideo Sacramenta veteris legis, ſolum ſignificantia, & non proprie dicebantur, ſine quibus poterat Deus dare gratiam: ſed per diuinam prouidentiam ipſa conſtituit ſub ſenſibilibus creaturis, ne potius ad peiora dilabatur, ea ex verbis, & rebus ob humilitatem hominis. Differunt à Veteribus, quia illa promittebant, iſta vero conferunt ſalutem; Propterea circumciſio non regni aperitionem: ſed culpæ delectionem faciebat, data Abrahæ adulto, in pueris poſt octo dies, & in periculoſo caſu forte anticipare licebat, & in fide parentum culpa remitti, contra Adiaforiſtas, quod omnia Sacramenta ad nihilum valuerunt. Adde abec. & ethimol. hær. & contra idolatr. et Theologias falſas fenicum, Egiptiorum, Græcorum, Atlanticorum, Frigiorum, Gentium, etc. ab Euſebio in 1.2.3.4. de præparatione Euang. contra Theologiam fabuloſam poetarum antiquorum.

Theodo. Epiſfanius Nugnus Directo. Spina 315

Bacchonius Epit. Capr. prieryi.

*Textus Iam, &c.* diſtinct. 2. comment. ad ſenſus proœm. De numero Sacramẽtorum docet, & ait eſſe ſeptem, Baptiſmum, confirmationem, Euchariſtiam; Penitentiam, extremam vnctionem, Ordinem, & Matrimonium; ſeu coniugium, quorum quædam alia remedium contra peccatum præbent, & gratiam conferunt, vt Baptiſmus, alia in remedium, vt Matrimonium, non excludendo gratiam ad ſenſum infra dicendum, alia gratia, & virtute nos fulciunt, vt ordo, & Euchariſtia, fueruntque inſtituta poſt Aduentum Chriſti, quia ex paſſione eius efficaciam ſortita ſunt, quamuis Coniugiũ ante peccatum in officium naturæ, poſt peccatum in remedium concupiſcentiæ, etiam propterea Baptiſmus Ioannis fuit præparatorius non relaxando peccata, ſed diſponendo ad baptiſmum Chriſti, & ideo erant rebaptizandi, quamuis Magiſter dicat quod non omnes, contra Armenos, quod nullum Sacramentum conferat gratiam; & contra Iacobum Præpoſitum, quod Sacramenta ſint quatuor contra Caluiniſtas, quod ſint duo, contra Lutherum, modo diminuendo, modo augendo. Adde abec. & ethimol. hær. & contra idolatr. et Theologias falſas fænicum, Egiptiorum, Græcorum, Atlanticorum, Frigiorum Gentium, etc. ab Euſebio in 1.2.3.4. de præparatione Euang. contra Theologiam fabuloſam poetarum antiquorum.

Auguſt. Prateol. Bellarm. Spina 316 vſque 319.

Erasmus

Epit. Capr. Prieryi.

4 Controuerſia, Scotus in diſt. 8. q. 1. quod Angelus in corpore aſſũpto ad minus baptiſmum conferre poteſt S. Thomas quod non.

Epit. Capr. Toloſani

5. Controuerſia. Sanctus Thomas in 3. p. q. 63. art 2 & 4 Sent. diſt. 4. q. 1. art. 1. corp. tenet, characterem eſſe rem abſolutam in ſecunda ſpecie qualitatis reductiuè poſitam. Scotus in 4. Sent. diſt. 6. q. 10. tenet Characterem non eſſe niſi relationem realem.

Suarez.

6. Controuerſia. Sanctus Thomas in 3. p. q. 63. artic. 4. dicit quod Character nõ eſt in eſſentia animæ, ſicut in ſubiecto ſed in intellectu. Idem tenet in 4. Sent. diſt 4. quæſt. 1. art. 3. quæſtiunculis 32. & 3. Scotus in 4. Sentent. diſt 6. q. 11. dicit Characterem eſſe in voluntate.

Nugnus.

7. Controuerſia. Sanctus Thomas in 3. p. q. 75. art. 2. & in 4. Sent diſt. 10. q. 1. art. 1. ad 4. & 4. Sent. diſt 11. quæſt. 1. artic. 1. quæſtiuncula 1. corp. Et 4. contra Gent. cap. 63. Et quolib. 5. quæſt 6. art. 1. tenet quod corpus Chriſti de nouo incipit eſſe ſub ſpeciebus panis, ſine ſui mutatione locali non niſi per conuerſionem panis in ipſum. Scotus in 4. diſtinct. 10. queſt. 1. corpus Chriſti poſſe fieri illic præſens ſine conuerſione, ſed per reſpectũ extrinſecum aduenietem quem ad illas ſpecies habet.

Epitom. Cæ præl. prier. Sotus.

8. Controuerſia. Sanctus Thomas. Quolib. 1. q. 10. artic. 2. ad 1. & Quolib. 3. art. 2. & in 4. Sentent diſtin. 44. d. 2. art. 2. quæſt. 3. ad 4. negat; idem corpus poſſe ſimul in pluribus locis. Scotus in 4. Sent. diſt. 10. q. 2. dicit, quicquid non implicat contradictionem, poteſt Deus facere: ſed idem corpus eſſe in pluribus locis nõ implicat contradictionem: ergo fieri ab ipſo poteſt.

Suarez.

9. Controuerſia. Scotus diſt. 15. ait purum hominem poſſe ſufficientur ſatisfacere pro peccato etiam de rigore Iuſtitiæ S. Thomas 13. p. q. 10. in 4. quod non cum offenſa fuerit infinita, & quod Chriſtus de rigore Iuſtitiæ ſatisfecit ex infinitate perſonæ.

Doza.

10. Controuerſia. S. Thom. 3. p. q. 77. art.

Digitized by Google

art.3. ad 3.& 4.Sent. diſt.12.q.1.artic.2. quæſtiuncula 1.& 2.& Quolib.9.q.3.art. 5.ad 3.tenet, quod accidentia in Euchariſtia agunt in virtute formæ ſubſtantialis. *Capreol.* Scotus in lib.Sent.diſt.12.q.3.dicit, quod accidens ſeparatum nullo modo poteſt eſſe principium alicuius actionis virtute ſubſtantiæ.

11. Controuerſia. Sanctus Thomas 3.p.q.74.artic.6.ad 2.dicit tranſuſtantiari formam panis in formam corporis, non quod dat eſſe animatum ſed concomitãter Scotus in d.2.q.3. cõtradicit. *Epiſt. Capr. Pariſienſis.*

12. Controuerſia. Sanctus Thomas 3.p.q.77.art 5.Et 4.contra Gent.cap.66 & Quolib 9 q.3.art.5. & 3.tenet omne, quod generatur ex Euchariſtia, generari ex quantitate dimenſiua panis,& vini tanquam ex materia; tamen in 4.Sent. diſt.12. q 1.art.2. quæſtiuncula 4. tenet probabiliter, tranſmutationes paſſiuas fieri per reuerſionem materiæ a Deo de nouo creatæ, Scotus in 4.Sent.diſt.12 q.6. dicit in tranſmutatione paſſiua facta circa Euchariſtiam non redire ſubſtantiam,vel materiam, vide Sanctum Thomam ibi. *Deza. Caiet. Greg.*

13. Controuerſia. Sanctus Thomas in 2.q.86.artic.1.&2.& 4.7.art.6.&in 4. Sent.diſt.14.q.2.art.1. quæſtiuncula 2.& diſt.19.q.2.art.2. tenet quod poſt actum peccati remanet in peccatore priuatio gratiæ, quam ipſe, vocat maculam peccati,& ab hac peccator dicitur formaliter peccator, & non eſt relatio. Scotus autem dicit in 4. Sent. diſtinct. 14.q.1. quod non priuatione gratiæ, ſed ordinatione ad pœnam peccato correſpondentem, peccatorem dici,& eſſe formaliter peccatorem, vnde maculam peccati relationem poſuit. *Epiſt. Capr. priorij. Nugnus*

14. Controuerſia. Sanctus Thomas p.3.p.q.76.art.2.ſi in morte Chriſti fuiſſet conſecratus, panis eſſet corpus abſque ſanguine, & ſi vinum fuiſſet ſanguis abſque corpore, Scotus diſtinction.10. quod non. *Deza*

15. Controuerſia. Sanctus Thomas in 4.Sent.diſt.18.q.1.art.1.in ſolutione primi argumenti, ſecundæ quæſtiunculæ, dicit quod poteſtas conſecrandi, & abſoluendi ſunt vna,& eadem, nempe Character ipſe Sacerdotalis, Conſecrato Sacerdote habet illico poteſtatem ordinis. Scotus in 4.Sent.q.1.art.3. tenet totum oppoſitum: aſſerit enim, quod ille ſunt diſtinctæ, poteſtates quarum, vna poteſt eſſe ſine alia: ſed Character Sacerdotij poteſt eſſe ſine illa poteſtate abſoluendi, quæ includitur in clauibus! vnde non ſunt eædem poteſtates. *Valentia. Rada*

16. Controuerſia. Sanctus Thomas p.2, quod omnia appetit homo propter vltimum finem, vt agens primo Scotus diſt.49.quod non. *Epiſt. Capr. Tueton.*

17. Controuerſia. Scotus diſtin. 21. pœnam peccati venialis in inferno finiri Diuus Thomas quod non finitur cum abſque gratia peccata non remittantur quam damnati non habebunt. *epiſt. Capr. priorij*

18. Controu. Scotus d.p. q.1. quod gratia, & culpa non opponantur S. Tho. quod ſic: & de culpa ad gratiam in iuſtificatione,& non per multas alias mutationes vt dicit Scotus in eadem diſt.& quæſtion.

19. Controuerſia. Scotus diſt.12.q.1 quod inhærentia aptitudinalis non eſt de eſſentia accidentis S. Thom. cum Porfirio,& Ariſt. quod ſic,& non eſt relatio vt ſubdit Scotus. *Deza*

20. Controuerſia. Sanctus Thomas p.2,q.20.art.3.quod actus interius,& exterius ſit eadem malitia,& bonitas.Scotus in q.18.quolibet.non eſſe eandem.

21. Controuerſia. Sanctus Thomas 1.2,q.3.art.4.Et in 4.Sent.diſt.49.q.1.art. 1.q.2,& in p.q.·6.art 3.& in 1.q.26. art. 2.& 1.& 4.corp.& 3.contra Gent. cap.23 & 26.Et de malo q.16.art,6.& quolib.8. q. 9. art.1. & in Sent. diſt. 1.q.1.art.corp. ponit beatitudinem noſtram conſiſtere in operatione intellectus eſſentialiter,& alibi in operatione intellectus & voluntatis.Scotus in 4 Sent.diſt. 49.q.4. tenet noſtram beatitudinem conſiſtere in operatione voluntatis. *Herrera*

22. Controuerſia. Sanctus Thomas in 12.q.18.artic.13.corp. & 1.p.q.64. & cap.1.Et 12.q.1.art.4.1.Tt 3.contra Gẽt. cap.62.tenet, Perpetuitatem,& ſecuritatem eſſe de eſſentia beatitudinis. Oppoſitum dicit Scotus in 4. Sent. d.49. q. 6. nam aſſerit perpetuitatem, & permanẽtiam non eſſe de eſſentia beatitudinis. *epiſt. Capre. priorij Scotus*

23. Cobtrouerſia. Sanctus Thomas in 1.2.q.4.art. 1.& 1.&q.3. art.4.&4.de Sent.diſt.49.q.3.art.4.quæſtiuncula 3.in fine, tenere videtur, gaudium,& delectationem eſſe de eſſentia beatitudinis. Scotus in 4.lib.Sent.diſt.49.q.7.tenet quod beatitudo ad ſui eſſentiam non requirit, nec delectationem, nec gaudium, quia delectatio, & gaudium ſunt paſſiones inſe- *Nugnus Herrera Rada Sarnanus Deza*

Digitized by Google

in ſequentes beatitudinem.

*Bachonius* 24. Controuerſia, Sanctus Thomas in 4. lib. Sent. diſt. 49. 2. art. 6. & in p. q. 12. artic. 4. c. Et in 2. q. 5. artic. 5. & quæſt. 62 in corp. & contra Gent. ca 147. inquit ꝙ beatitudo eſt mere effectus ſupranaturalis, & naturaliter haberi non poteſt. Scotus eſt in oppoſitum in 4 lib. Sent. diſt. 49 q. 8. vbi tenet beatitudinem poſſe haberi naturaliter, & quod eſt naturalis. *Egidius* *Nugnus, Sotus.*

*Epit. Capr. prierij.* 25. & 26. Controuerſiæ ſecundum aliquos S. Thomas, ꝙ nos accipimus corpus Chriſti immortale, Apoſtoli in Cœna mortale, Scotus quod non, & quod Chriſtus habuit Angelum Cuſtodem S. Thomas quod non cum ſit Deus.

Argumẽtorum Scoti ſolutiones faciliimas, & clariſſimas videatis in Ioanne Capreolo in Sent. in Caet. in Clip. Tomiſtarum in Errico. Tomiſ. in Michael. Salon. in ferrarienſ. in conflatis ſententijs in Soccin. in Bannes, in Medina, in Ripa & in ceteris recentioribus. in Zhumel in Soto Bartolom. Spina, in Aquario, in aditione ad Capreolum in Iſidoro de inſulanis in Flandriẽſe, in Magiſtro Hieronymo Ocrienſe meo Sapientiſſimo Magiſtro in ſua lectura philoſophyæ, & Theologiæ, Aluarez, in montagnolo in meo ſecundo ſapientiſſimo Magiſtro Detio Carrega cũ vtraque lectura Philoſophiæ, & Theologiæ, in Theſibus Magiſtri Serafini de Nuceria modo prouincialis regni. *Deza.* *Epit. Capr. prierij.*

# CLARISSIMI SACRAE THEOLOGIAE Doctoris M. Pauli Soncinnatis Vita Regularis Ordinis Prędicatorum Diuinũ Epitoma in primum Librũ Sententiarum: ad mentem Ioannis Capreoli eiuſdem profeſſionis.

## Cum Additione recentiorum Magiſtri Mauritij de Gregorio Siculi Cammerate.

CIRCA Prologum primi Sentẽtiarum: quæruntur quatuor. Primò de habitu theologiæ in ſe an ſit ſcientia.

¶Secundò an ſit practicus, vel ſpeculatiuus. Tertiò an ſit vna.

¶Quartò quid ſit eius ſubiectum.

*Quęritur ergo primò.* An theologia ſit ſcientia. Ad quam quæſtionem ſex concluſionibus reſpondetur, quarũ prima hęc eſt. Licet omnis ſcientia requirat euidentiã ſuorũ primorũ principiorũ nõ tamen proximorum: & maxime ſcientia ſubalternata. primam partem concluſionis ſic probat S. Doctor ſuper Boc. de tri. q. 2. art. 2. ad. 7. & 5. & prima parte. q. har. 2. Illud eſt euidens, quod eſt per ſe notum: prima principia ſunt per ſe nota. ergo: maior eſt nota, minor eſt philoſophi 2. poſter. † & primo metaſ. † nam ſi non eſſent per ſe nota: cognoſcerentur ex alijs prioribus: & ſic non eſſent prima. *† tex. conſi. 17* *† Primo met in proœm.*

Secunda pars concluſionis probatur. Id quod cognoſcitur ex fide: non eſt euidens: cum fides ſit non apparentium. Sed aliqua principia proxima maximè in ſcientijs ſubalternatis cognoſcuntur fide: nam chirurgicus credit geometræ dicenti, quod vulnus circulare tardius ſanatur: ergo, &c.

Contra ſecundam partem concluſionis arguit Aureolus. † Primò. Habitus principiorum ex natura ſua eſt nobilior habitu concluſionum, primo poſter. † ſed fides non eſt ex natura ſua nobilior ſcientia, ergo fides non eſt principium ſcientiæ. *† Aureo. 1. 5 q. 1. prolog* *† tex. Gõs*

Reſpondeo. Dico tria. Primò negatur maior de principijs proximis: licet concedatur de principijs primis. Philoſophus autem 1. poſter. † & in 6. ethicorum, † loquitur de principijs primis tantum. *† tex 26.* *† 7. cap.*

¶Dico ſecundò quòd aliquis habitus eſt nobilior alio dupliciter. Vno modo quòad euidentiam: & ſic negatur maior: quia ei, qui habet tantum ſcientiam ſub alternatam, neque concluſiones, neque principia ſunt euidentia. Alio modo quòad modum aſſentiendi: & ſic conceditur maior etiam loquendo de principijs proximis: quia principium eſt aſſentur *Habitus nobilior dupliciter: euidẽtia, & aſſentiendi modo*

O

Digitized by Google

titur propter ſe,id eſt non per aliam propoſitionem: concluſioni autem propter principium.

*Notitia creditiua duplex, continua, ac non cõtinua ſciẽtiæ ſuperiori.*

¶Dico tertiò ad minorem,quòd fides ſiuè notitia creditiua eſt duplex:vna,quę continuatur notitiæ, ſcientis ea, quæ nos credimus eo modo qui dicetur in quarta concluſione; & talem non oportet eſſe interiorem, quòad euidentiam habitu, quo ſcimus concluſiones deductas ex tale fide: ſicut eſt in propoſito: quia ſicut non eſt nobis euidens notitia articulorũ fidei: Ita nec concluſionum, quæ ex eis deducuntur, ita enim non apparet nobis quòd corpora ſint reſurrectura; ſicut non apparet quod Chriſtus reſurrexit. Alia eſt notitia creditiua: quæ non continuatur ſuperiori ſcientiæ: & talis eſt ignobilior ſcientia: ſed quia minor vniuerſalis eſt, ideò negatur.

*Idem argumen.*

Contra quoddam dictum in hac reſponſione,& in concluſione, ſcilicet quòd principia ſcientiæ ſubalternatæ ſint fides aliquarum propoſitionum quas ſcit ille, qui habet ſubalternantem: arguit ſic.

Ex hoc ſequitur quòd eadem propoſitio ſcitur, & credatur ab eodem; hoc eſt falſum: vt ponit S.Doc.ſecunda ſecũdæ quæſt.1. artic.5. ergo, conſequentia probatur. Si enim aliquis habeat ſcientiam ſubalternantem: puta geometriam: & ſubalternatam.i. perſpectiuam: iſte inquantum geometra ſcit illas propoſitiones, quas tradit perſpectiuo: & inquantum perſpectiuus credit eas per te; ergo.

*Principia ſubalterna fide tantum tenentur à non habente ſubalternãtem.*

Reſpondeo,negatur conſequentia. Ad probationem dicitur, quod in illo caſu ſciuntur illa principia,ſed non credũtur. Quandò enim dicitur, quod principia ſcientiæ ſubalternatæ tenentur tantum fide: intelligitur de eo, qui nõ habet ſubalternantem licet habeat ſubalternatam. Ita in propoſito: non cognoſcimus principia noſtræ theologiæ, ſcilicet articulos fidei tantum fide; quia non habemus ſcientiam Dei,& beatorum cui ſubalternatur noſtra theologia. Nec eſt inconueniens quòd habens ſcientiam ſubalternantem cauſat fidem in eo, qui habet tantum ſubalternatam.

Secundò arguitur ſic. Quamdiu aliquis credit non habet ſcientiam; ergo principium ſcientię non poteſt eſſe fides, conſequentia nota, antecedens eſt philoſ.7. ethicorum. † *cap.12.*

Reſpondeo quòd duplex eſt ſcientia, Vna eſt perfecta in ſe:quæ ſcilicet ab alia non dependet extrinſecè: & de hac loquitur Philoſophus: vt dicit S.D. de veri q.14.artic.10. & ſic concedit, quod fides non poteſt eſſe principium ſcientiæ perfectæ. Alia eſt imperfecta, quæ ſcilicet ab alia dependet; & de hac negatur antecedens: quia de tali non loquitur philoſophus. In propoſito noſtra theologia eſt imperfecta ſcientia dependens à ſcientia Dei,& beatorum:& eſt quædam inchoatio illius ſcientiæ quam habent beati: inquantum per theologiam noſtram ad claram Dei viſionem peruenitur; talis autem ſcientia, quæ eſt inchoatio ſcientiæ perfectæ,haberi poteſt etiam ſi rationes terminorum ignorentur.

*Noſtra theologia imperfecta eſt, ac beatifica inchoatio.*

Tertiò arguitur ſic. Concluſioni deductæ ex principio credito adhæretur volũtariè: ergo talis concluſio non poteſt ſciri, antecedens patet. conſequentia probatur, quia ſcientia cogit intellectum: ergo intellectus non adhæret concluſioni ſcitæ voluntariè.

*Adhæſio voluntaria duplex mere volita, & ꝑpter aliud.*

Reſpondeo quòd adhæſio voluntaria eſt duplex. Vna qua aſſentimus alicui propoſitioni tantùm, quia volumus; & non ex aſſenſu alicuius propoſitionis, & ſic negatur antecedens. Alia eſt,qua aſſentimus alicui concluſioni propter aliquod principium cui principio tantum voluntariè aſſentimus propter continuationem eius cum ſuperiori ſcientia: & ſic negatur conſequẽtia, nam multi aſtrologi habent ſcientiam multarum cõcluſionum,quarum principia tenent tantum fide adhibita dictis antiquorum: qui talia ſunt experti.

Ad probationem conſequentiæ, negatur antecedens,loquendo de ſcientia imperfecta. In propoſito noſtra theologia eſt ſcientia imperfecta; & concluſionibus in ea ſcitis aſſentimus propter aſſenſum articulorum fidei,& voluntariè; non primo modo,ſed ſecundo.

*Grego.1.q.1 pro lo.*

Quartò arguit Greg.† Notitia concluſionis eſt ex notitia principiorum: ſed ea, quæ ſunt ineuidentia,non ſunt nota: ergo ex ipſis non acquiritur ſcientia, cõſequentia & minor patet, maior eſt philoſophi primo poſte. † *tex.Com.5*

*Ineuidẽtiũ non eſt intellectus, ſed aſſenſus.*

Reſpondeo,negatur minor, quia licet eorum, quæ ſunt ineuidentia, non ſit intellectus,aut viſio propriè: eſt tamen eorum quidam aſſenſus, & intellectus quid nominis terminorum: vt ponit S.D.3.24 q.1.art.2.ad 3.q.3.Sufficit etiam ad hoc; quòd

Digitized by Google

quòd ex talibus acquiratur ſcientia imperfecta, vt ſupradictum eſt, quòd huiuſmodi principia credãtur, & euidẽter cognoſcamus, & videamus ea eſſe credẽda. In propoſito, ſic ſunt articuli Fidei. vt ponit S. D. ſecunda ſecundæ, q. e. artic. 4. ad 2. & 3.

Quintò ſic, Scientia ſubalternans non poteſt acquiri ex principijs creditis: ergo nec ſubalternata. antecedens conceditur ab omnibus, conſequentia patet non eſt maior ratio in vna quam in alia.

Reſpondeo, negatur conſequentia. quia principia ſcientiæ ſubalternantis cognoſcuntur tantum vno modo, ſcilicet habitu, qui eſt intellectus, vt habetur, de veri. q. 14. art. 1. principia autem ſubalternatæ poſſunt cognoſci duplici habitu, ſcilicet ſcientia, & fide nõ tamẽ ab eodẽ, ſed à diuerſis: nam ab eo, qui habet ſubalternantem, et ſubalternatam, cognoſcũtur tantum ſcientia: ab eo autem, qui habet tantum ſubalternatam, cognoſcuntur tantum Fide.

Contrà. Ille qui habet ſcientiam ſubalternantem, poteſt debere alicui principia talis ſcientiæ ſub aliquibus terminis, quorum rationes ille ignoret: ſed iſte, cui debet credet ea: ergo non benè dicitur, quòd principia ſubalternantis cognoſcant tantum vno modo.

Reſpondeo. negatur conſequentia: quia iſte acquireret ſcientiam ſubalternatam ſcientiæ illius, qui ei proponeret illa principia eo modo ſubalternationis, quo ſcientia conſiderans concluſionem, de qua non habet euidentiam, ſubalternatur ei, qui habet euidẽtiam de eadem: & hoc modo ſubalternatur theologia noſtra ſcientiæ beatorum. negatur ergo conſequentia: quia in minori non bene ſubſumitur: oportet enim in ea addi, ꝙ talis haberet ſcientiam ſubalternantem: quod eſt falſum.

*Concluſio II.* Licet theologia naturaliter inuenta nulli ſubalternetur: tamen theologia habita per reuelationem, ſubalternatur ſcientiæ Dei & beatorum. prima pars ſic probatur, ſuper Boe. q. 2. art. 2 & de veri. q. 14. art. 9. 3. Metaphyſica nulli ſubalternatur, vt omnes concedunt: & metaphyſica eſt theologia naturaliter inuenta: ergo &c. ſecunda pars probatur ſic. Quælibet ſcientia ſubalternatur ei, à qua accipit ſua principia: ſed theologia noſtra accipit pincipia, ſcilicet articulos fidei à ſcientia Dei: ergo &c.

Contra arguit Aureo. primò Noſtra theologia non ſubalternatur ſcientiæ dei, quo ad principia: neque quo ad modum: ergo nullo modo conſequentia nota à ſufficiẽti diuiſione. antecedens pro prima parte probatur tripliciter. primo. Quod habet ſubalternatam primo modo; habet etiam ſubalternantem ſaltem quo ad principia, quæ ab ea accipit: ſed in eo in quo eſt noſtra theologia, non poteſt eſſe ſcientia beatorum: ergo &c. *Aureo, vbi ſupra.*

Reſpondeo. negatur maior: ſufficit enim quòd de principijs talibus habeat fidem: vt ſupradictum eſt.

Secundò ſic. Subiectum noſtræ theol. non ſe habet ex additione ad ſubiectum theologiæ beatorum: ergo ei non ſubalternatur primo modo, conſequentia patet. ex primo poſter. † antecedens probatur, quia ſubſtantiuũ vtriuſque eſt Deus ſub ratione deitatis. *tex. Com. 20*

Reſpondeo, negatur antecedens. Ad probationem dico duo. quòd ratio formalis alicuius obiecti poteſt eſſe duplex. Vna ſe tenet ex parte obiecti: & hęc eſt illa ſub cuius ratione obiectum cognoſcitur, & ad quã terminatur actus cognoſcendi: vtputa ſi cognoſco terram ſub ratione rotunditatis. Alia ſe tenet ex parte ſcientis: & hæc eſt, per quam deuenitur in cognitionem obiecti: puta cognoſco, terram eſſe rotundã per medium naturale: quia ſcilicet omnes eius partes æqualiter mouentur ad centrum, cum æqualitèr graues: vel per medium mathematicum: puta per Ortum, & Occaſum ſignorum: & hæc dicitur ratio motiua: hæc diſtinctio elicitur à S. D. 1. quæſt. 1. art. 1. ad 2. *Ratio formalis obiecti duplex: ex obiecto, & ex ſciente.*

Dico ſecundò, quòd ſcientia ſubalternans, & ſubalternata poſſunt terminari ad idem obiectum ſub eadem ratione terminatiua: licet ſub diuerſis rationibus motiuis. In propoſito ſcientia beatorum, & noſtra theologia terminatur ad Deum ſub ratione deitatis. Sed Deus, vt in ſe viſus mouet intellectum beatum: & Deus vt non apparens, nec in ſe viſus: ſed in ſuo effectu cognitus mouet intellectum viatoris, de veri q. 14. art. 8. ad 3. Licet ergo ſit idem obiectum, vt terminans: non tamen, vt mouens: & ſic ſubiectum noſtræ theologiæ addit ad obiectum ſcientiæ Dei aliquam rationem nõ ex parte obiecti ſe tenentem: ſed ex parte *Deus terminat beatorũ noſtramque theologiam ac mouet, diuerſimodè.*

te noſtri intellectus,& hoc ſufficit.

Tertiò, Theologia neſcit concluſiones, quæ ſciuntur ex articulis fidei eſſe neceſſarias, ergo neſcit eas antecedens patet; & conſequentia, quia ſcientia eſt tantum neceſſariorum tunc vltra neſcit eas, ergo non habet de eis ſcientiam ſubalternatam.

Reſpondeo, negatur antecedens, ſcit enim theologus, quòd fidei non poteſt ſubeſſe falſum, ſicut nec prophetiæ: vt ponit S.D. ſecunda ſecundæ q.171.art.6. & de veri.q.14.art.8.ad 10.

Ex quibus patet, quòd licet Chriſti paſſio in ſe conſiderata ſit contingens: tamen, vt ſubeſt diuinæ præſcientiæ eſt neceſſaria. Scitur autem à theologo: nõ vt in ſe conſideratur, ſed vt ſubeſt diuinæ præſcientiæ, & fidei; hæc autem non eſt neceſſitas abſoluta: vt dicitur infrà diſt. 40.art.3.concluſione prima.

¶Secundo loco probat ſecundam partem antecedentis. Primò cognitio clara, & cognitio obſcura non ſufficiunt ad ſubalternationem, ergo theologia non ſubalternatur ſcientiæ beatorum: quod ipſi videant clare, eaque nos obſcure, conſequentia patet, antecedens probatur nam ſi illud ſufficeret, notitia noctuæ ſubalternaretur notitiæ aquilæ, hoc eſt falſum, ergo, &c.

*Scientiã ſubalternari, quid quotue modis.*

Reſpondeo, & dico tria. Primum eſt, quòd vnam ſcientiam alteri ſubalternari, eſt vnam ab alia dependere. Hoc autem contingit dupliciter. Vno modo quo ad principia, quando ſcilicèt vna accipit ſua principia ab alia. Alio modo quòad modum: quia ſcilicèt vna dicit, quia tãtum, & alia propter quid de eadem concluſione. Si ergo vna perfectè alteri ſubalternatur: hoc erit quantum ad vtrumque iſtorum modorum. Si autem ſolum vnomodo; hoc erit quia imperfectè ei ſubalternatur.

*Eſſentialis ratio ſubalternationis.*

¶Dico ſecundò, vt inquit Pet. de Palu. quòd eſſentialis ratio ſubalternationis conſiſtit in hoc, quòd vna ſcientia per ſe dependeat ab alia: nõ ſicut à ſubſeruiẽte: ſed ſicut à principalitèr tradente id, quòd alitèr haberi non poteſt ita perfectè: quòd dico propter aliquas ſcientias ſubalternatas, quarum principia poſſunt cognoſci per ſenſum, & etiam nata ſunt demonſtrari à ſubalternãte, ſed ſi cognoſcantur tantum ſenſu, hoc nõ erit ita perfectè, ſicut ſi demonſtrentur. Alia autẽ, quæ præter hanc eſſentialem dependentiam concurrunt ad ſubalternationem, ſe habent ad eam accidentalitèr.

*Non qualibet obſcura notitia ſubalternatur claræ.*

¶Dico tertiò, quòd non quælibet obſcura notia ſubalternatur claræ notitiæ: ſed ea tantum, quæ eſt obſcura propter ſuorum principiorum ineuidentiam ſubalternatur ei à qua ſumit ſua principia, & à qua poteſt originari, etiam omni alia cognitione ſublata: & ſine qua non poteſt haberi ita perfectè, & quæ eſt lucida propter ſuorum principiorum euidentiam, in propoſito ſic eſt noſtra theologia reſpectu ſcientiæ beatorum, quo ad iſta omnia: ideo ei ſubalternatur, licet non habeat omnia, quæ accidunt ſubalternationi.

Ad argumentũ negatur conſequentia: quia licet non quælibet clara, & obſcura notitia ſufficiat: ſufficit tamen illa, quæ eſt clara, & illa, quæ eſt obſcura propter ineuidentiam, vel euidentiam principiorum, vt ſuprà dictum eſt. Ad probationem dicitur, quòd illę non ſunt claræ, aut obſcuræ hoc modo.

Secundò. Scientia, quæ ſubalternatur alteri, quòad modum perficitur, & regulatur per eam: ſed noſtra theologia non perficitur immo deſtruitur, adueniente ſcientia beatorum, ergo.

*Vna ſciẽtia dupliciter perficitur ab alia, coexiſtẽtia, vel dependentia.*

Reſpondeo, quòd vnam ſciẽtiam perfici per aliam, poteſt intelligi dupliciter. Vno modo per coexiſtentiam in eodem ſubiecto, & ſic negatur maior. Alio modo per continuationem, & dependẽtiam vnius ad aliam: & ſic conceditur maior: ſed minor eſt falſa: quia tota perfectio noſtræ theologiæ eſt, quæ innititur Dei ſcientiæ per viſionem Dei.

*Durand. ſ. in 1.q.1.prol.*

Tertiò arguit Durandus.† Scientia hoc modo ſubalternata dicit tantum, quia & ſubalternans dicit propter quid, ſed beati non dicunt propter quid de iſto articulo. Deus eſt trinus, quia non habet cauſam: nec nos dicimus tantum, quia: puta de hoc Deus eſt Incarnatus: immo propter quid, ſcilicèt propter noſtram ſalutem, ergo, &c.

*Manifeſtatio duplex à priori re, & ratione.*

Reſpondeo, quòd dicere propter quid de aliquo, eſt ipſum manifeſtare à priori: vnum autem eſt prius alio dupliciter. Vno modo ſecundum rem, & hoc non oportet eſſe in omni eo de quo dicitur propter quid. Alio modo vnum eſt prius alio, ſecundum rationem, ſicut paſſiones de ente probantur à priori, tamen ens nõ eſt prius eis ſecundum rem, cum non diſtinguatur ab eis realitèr, ſcilicèt ab vno,

& verò

Digitized by Google

& verò, ſed eſt prius ſecundum rationem. Ita ſcientia beatorum dicit propter quid ſecundum rationem de articulis fidei, vident enim rationem deitatis, ex qua concludunt à priori ſecundum rationem, Deum eſſe trinum. Nam deitas prius ſecundum rationem intelligitur conuenire Deo, quam trinitas, vel æternitàs, licèt ſit eadẽ res ſic, & aliquod ens prius intelligitur eſſe ens, quàm vnum. Si ergo intelligitur propter quid primo modo, negatur maior. Si ſecundo modo, negatur minor.

Ad aliam partẽ minoris dicitur, quod alitèr dicunt beati, propter quid Deus eſt Incarnatus: quia ipſi vident clarè finem eius, & cauſam efficientem eius, & cauſam efficientem proximam: non autem nos.

*Concluſio III.* Reſponſiua ad quæſtionem. Licet noſtra theologia non ſit ita perfectè ſcientia ſicut metaphyſica: eſt tamen ſcientia, inquantum continuatur ſcientiæ Dei. Iſta concluſio probatur 1. q. 1. artic. 2. Et ſuper Boe. qu. 2. art. 2. Metaphyſica procedit ex principijs per ſe notis, ergo eſt perfectè ſciẽtia. Secunda pars probatur. Theologia procedit tantum ex creditis, ergo, &c.

*Grego. & Duran.* Contra arguit Gregorius, & Duran. Primo. Theologia non acquiritur ex per ſe notis, nec per demonſtrationem: ergo non eſt ſcientia, conſequentia patet ex primo poſteriorum, † antecedens probatur. Theologia procedit ex creditis ergo non ex per ſe notis. Item demonſtratio cogit intellectum, ſed hoc non eſt in theologia, ergo.

*Tic. 5.*

*Vnde duplex demonſtratio potiſſima, & non potiſſima.* Reſpondeo, dico duo. Primum eſt quod non oportet principia proxima eſſe per ſe nota, nec quòd reſoluantur in ſe nota habenti talem ſcientiam, ſed ſufficit quòd reſoluantur in per ſe nota ſuperiori ſcientiæ, & ſic principia noſtræ theologiæ, ſcilicet articuli fidei reſoluũtur in per ſe nota Deo, & beatis. Et ex hoc eſt duplex demonſtratio. Vna potiſſima, quæ ex primis immediatis, & habens omnia concurrentia ad demonſtrationem. Alia non procedit ex per ſe notis, ſed ex reducibilibus ad per ſe nota, & hæc poteſt eſſe in ſcientijs ſubalternatis: nec iſta cogit intellectum, ſed tantum prima.

*Sat eſt demõſtrationẽ poſſe reſolui in euidentia principia.* ¶Dico ſecundò, quòd non oportet omnem demonſtrationem eſſe ex per ſe notis, ex reducibilibus ad per ſe nota.

ſed ſufficit quòd reſolui poſſint in principia euidentia, vt patet in naturali philoſophia cuius multa principia per ſenſum accipiuntur. Similitèr iſta propoſitio. omnes reſurgemus: non eſt per ſe nota nobis, nec beato, licèt ſit euidens ipſi beato.

Ex his. Primo negatur conſequentia, philoſophus autem primò poſteriorum loquitur de ſcientia perfecta. Secundò, negatur antecedẽs, quia theologia procedit ex per ſe notis tanquam ex primis, licet non tanquam ex proximis: procedit etiam ex demonſtratione ſecundo modo dicta, non primo modo.

*Grego.* Secundò arguit Gregorius. Theologia procedit ex authoritatibus, ergo non eſt ſcientia, antecedens patet, conſequentia probatur. Authoritas generat fidem tantum, vt dicit Augu. de lib. arb. c. 3. ergo non ſcientiam.

¶Reſpondeo, negatur conſequentia. Ad probationem dico, quòd authoritas immediatè generat tantum fidem, ſed mediante fide generat ſcientiam, & intellectum imperfectè, ſecunda ſecundæ, quæſtio. 8. artic. 2. & ſic intelligit Auguſtinus.

*† Durand. vbi ſuprà. † Cap. 2.* Tertiò arguit Durãdus. † Omnis ſciẽtia eſt virtus. 6. ethicorum. ſed theologia non eſt virtus, ergo non eſt ſcientia, minor probatur. Omnis virtus eſt diſpoſitio ad optimum actum. 7. phyſ. † ſed theologia non eſt habitus, ergo, &c. *† T. 18.*

¶Reſpondeo, negatur minor, quia eſt virtus theologica ſicut eſt fides, habet enim Deum pro obiecto.

¶Ad probationem dicitur primò, ꝙ non oportet per virtutem elici optimũ actum, qui poteſt elici à potentia, in qua eſt virtus, nec ſic intelligit philoſophus, de ver. quæſt. 14. artic. 1. ad ſeptimum.

¶Secundò, negatur minor, quia diſponit ad beatitudinem, vbi erit euidentia eorum, quæ credimus.

*Scotus in 2. q. 1. artic. 5.* Quartò arguit Scotus 2. diſtinct. 24. Omnis ſcientia cauſatur tantũ ab obiecto, & à potentia: Sed ſcientia beatorum non eſt intellectus noſter, nec obiectum: ergo non eſt cauſa noſtræ ſcientiæ.

¶Reſpondeo, negatur maior vniuerſalitèr, & maximè in ſcientijs ſupernaturalitèr habitis, quia tales eſſentialitèr dependent à Deo, & etiam in humanis ſcientia diſcipuli cauſatur à magiſtro.

Quintò, habens ſcientiam ſubalternatam, poteſt habere ſubalternantem, ſed

Digitized by Google

ſed non poſſumus habere in via ſcientiã beatorum, ergo.

*Diuina litera principia demonſtrandi intrinſece tradunt.*

¶Reſpondeo, negatur maior in illis ſcientijs, quarum principia ſunt incompoſſibilia, ſicut in propoſito principia noſtræ thæologiæ ſunt articuli fidei, qui non poſſunt ſtare ſimul cum clara notitia beatorum.

Sextò. Sacra ſcriptura non procedit demonſtratiuè, ergo non cauſat ſcientiã.

¶Reſpondeo ad antecedens, quòd licet non procedat demonſtratiuè explicitè, procedit tamen implicite, quia tradit principia, ex quibus inferuntur concluſiones.

*Concluſio IV.* Theologia eſt certior omnibus ſcientijs, humanitus inuentis, licèt ſit ineuidentior S.D. probat eam 3. diſt.23.quæſt.2.artic.q.3.

*Certitudo quid.*

Sciendum eſt enim quòd certitudo dicit determinationem intellectus ad aliquid. Arguitur ergo ſic. Sicut ſe habet principiũ ad principium, ità ſcientia ad ſciẽtiam, ſed principia theologiæ ſunt certiora principijs aliarum: ergo &c. cõſequẽtia nota cũ maiori, minor ꝓbatur. Illa ſunt certiora, ad quæ intellectus magis determinatur ad principia theologię quàm ad alia, ergo, maior patet, ex ratione certitudinis, minor probatur. Ibi eſt maior determinatio, vbi vehemẽtius eſt id, quòd cauſat determinationem, ſed id quod cauſat determinationẽ ad principia theologiæ, eſt vehementius, ſcilicet lumen diuinum, id autem, quod cauſat determinationem intellectus ad principia aliarum ſcientiarum eſt lumen naturale, ergo, &c. Secunda pars concluſionis patet ex prima concluſione.

*Concluſio V.* Theologia non eſt ſciẽtia articulorum fidei, ſed concluſionum, quæ ex eis deducuntur. Hanc ponit ſuper Boe. de tri. q.2. art.2. ad 4. Et probat.ſecunda ſecundę q.1.art.5. Et 3.diſt. 24.q.1.art.2.q.3. Et de ver, q.14. artic.9. ſic. Idem non poteſt cognoſci fide, & ſcientia, ſed articuli tenentur fide, ergo, &c.

*Aureo. vbi ſupra.*

Contra arguit Aureol. † Theologia procedit ad concludendos articulos fidei, ergo non procedit ex eis, conſequẽtia nota, quia idem nõ eſt principium, & concluſio, antecedens patet, nam Aug. lib. de Trin. concludit Deum eſſe trinum & vnum. Et contra Fauſtum concludit Chriſtum eſſe natum ex Virgine.

Reſpondeo, quòd theologiam procedere contingit quatuor modis. Vno modo ad probandum articulos demonſtratiuè, & ſic negatur antecedens. Secundò ad manifeſtandum per aliquod ſimile. Tertiò ad defendendum contra impugnantes. Quartò ad concludendum vnum articulum ex alio non tamen à priori, & his tribus vltimis conceditur antecedens, ſed negatur conſequentia. Et ſic facit Aug. & alij S.D. ſuper Boe. q.2.art.1.quæſt.1. artic.8. Et ſic etiam primæ Petri tertio, dicitur quòd debemus reddere rationem ſcilicet humanã ad defendendum fidem, diuina verò ad probandum, vt ponit S.D.3. diſtinct. 24. q.1.artic.3.quæſt.2.ad tertium.

*Theologia procedit demonſtrando, manifeſtando, tuendo, vnũ, quã articulum ex alio concludendo.*

*Concluſio VI.* Theologia eſt neceſſaria homini ad ſalutem. Hanc ponit S.D.1.q.1.art.1. Cuilibet tendenti ad finẽ ſupernaturalem, neceſſarius eſt aliquis habitus, per quem ſibi ille finis manifeſtetur, cum omne agẽs à propoſito agat propter finem cognitum, ſed homo ordinatur ad talem finem. Eſaiæ 64. ergo, &c. Sed talis habitus eſt theologia, ergo, &c.

*Scotus in 1. q.1.*

Contra arguit Scotus prima quæſtione prologi homo poteſt naturalitèr cognoſcere Deum, ergo ad hoc non eſt neceſſaria ſcientia ſupernaturalis, conſequentia patet, antecedens probatur, homo poteſt naturalitèr cognoſcere naturam propriam, ergo ſuam cauſam efficientem, & finalem, ſed talis eſt Deus, ergo, &c.

Reſpondeo. Primò negatur conſequentia, quia illa cognitio naturalis eſſet poſt longum tempus, & cum admixtione errorum, ideò eſt neceſſaria theologia ad benè eſſe, de qua neceſſitate intelligitur concluſio.

*Duplex cauſa efficiens, ſicut, & finis.*

Secundò negatur antecedens. Ad probationẽ dicitur, quòd cauſa efficiens eſt duplex. Vna vniuoca. Alia æquiuoca. Si loquamur de vniuoca: conceditur conſequentia, ſed talis cauſa non eſt Deus. Si loquitur de æquiuoca, negatur conſequentia. Similitèr eſt duplex finis, vnus proportionatus, & ſic conceditur conſequentia, ſed talis nõ eſt Deus. alius eſt improportionatus, & ſic negatur conſequentia.

Contra hanc reſponſionem arguit. Homo poteſt naturalitèr cognoſcere illam potentiam, qua poteſt habere fidem, ergo, & Deum, ad quem per ipſam ordinatur, tenet conſequentia, quia cognito

Digitized by Google

gnito ordine, cognoſcitur terminus ordinis, Antecedens probatur. Homo poteſt cognoſcere omnem ſuam potentiã naturalem, ſed poſſe habere fidem, eſt naturale homini. vt dicit Auguſt. lib. de prędeſtinatione, ergo, &c.

*Potentia naturalis, dicitur dupliciter naturalis, productione inexiſtẽs*

¶Reſpondeo, negatur antecedens, Ad probationem dicitur, quòd aliqua potentia poteſt dici naturalis dupliciter. Vno modo, quia cauſatur ex principijs alicuius naturæ, & ſic conceditur maior, ſed negatur minor, nec ſi intelligit Aug. Alio modo, quia ineſt naturæ à principio ſuæ inſtitutionis, licet obiectum talis potentiæ acquiratur tantum ſupernaturalitèr, & ſic negatur maior, & ſic intelligit Aug.

*Potentia obedientialis quid.*

¶Et ideò illa potentia, qua homo poteſt habere fidem potius eſt dicenda obedientialis. Potentia autem obedientialis eſt relatio fundata in creatura, qua refertur ad id, quod poteſt in ea per Deum cauſari, & cum relatio non cognoſcatur niſi cognito fundaméto, & termino, ideò talem potentiam perfectè cognoſcere non poſſumus naturalitèr ſicut, nec Deum.

Secundò, homo naturalitèr appetit vltimum finem, ergo poteſt eum naturalitèr cognoſcere, antecedens patet, conſequentia probatur, quia voluntas non fertur niſi in bonum cognitum, vt dicitur tertiò de anima. † *†Tex. 17.*

*Finis vltimus in communi, & in particulari dignoſcitur.*

¶Reſpondeo, finis vltimus poteſt dupliciter conſiderari. Vno modo in communi, ſcilicèt ens perfectum, bonum naturæ rationalis, & ſic conceditur totum, ſed non eſt contra nos, quia talis cognitio non ſufficit. Alio modo in particulari, ſcilicèt quæ ſit illa res in qua hæc inueniantur, & ſic negatur antecedens, nec ad vltimum finem hoc modo acceptum homo naturalitèr ordinatur, ſed tantum per dona gratuita. Et dato, quòd homo naturalitèr ordinetur ad cognoſcendum Deum, quia in eo ſaluatur maximè ratio obiecti intellectus, ſcilicet entis. Et dato etiam, quòd naturalitèr cognoſcibile eſſet, quòd finis vltimus hominis eſt viſio Dei per eſſentiam, tamen pauci ad hoc peruenirent, ideò theologia eſt neceſſaria ad bene eſſe.

Tertiò arguit contra quoddam dictũ à S.D. quòd de his, quæ tractantur in alijs ſcientijs, tractat etiam theologia.

Contra, ſi traduntur in alijs ſcientijs: ergo theologia non eſt neceſſaria, hoc eſt falſum, ergo: probatur conſequẽtia, quia ei, qui cognoſcit terram eſſe rotundam per medium naturale, non eſt neceſſariũ medium mathematicum.

Si dicatur, quòd cognitiones ejuſdem rei per diuerſa media, non ſunt diuerſi habitus, cum non ſint ibi diuerſa obiecta, & habitus diſtinguantur per obiecta, ſunt tamen diuerſæ formæ, quia formæ diſtinguuntur per principia.

Contra. Quæ diſtinguuntur in ratione ſuperioris, diſtinguuntur etiam in ratione inferioris, ſed forma eſt ſuperior habitu, ergo, quæ diſtinguuntur in ratione formæ, diſtinguuntur in ratione habitus.

Reſpondeo, negatur conſequentia, quia theologia tractat de multis, quę naturalitèr ſciri non poſſunt. Præterea, quæ tractantur in alijs, tractantur etiam per alia, & alia media. Admittitur etiam reſponſio ibi poſita, quia haberi poteſt à S.D. 1. 2. q. 54. art. 2.

*Nequeunt aliqua diſtingui in ratione formæ & non habitus ſecundũ modum proprium habitus.*

Ad improbationem dici, non eſſe de mente S.D. quòd aliqua diſtinguantur in ratione habitus, ſed quòd aliqua poſſũt eſſe diſtincta in ratione habitus, non tamen ſecundum modum proprium habituum, ſicut quantitas digiti mei diſtinguitur à quantitate cœli ſpecie, vt multi concedunt, quia iſta eſt corruptibilis, & educta de potentia materiæ, illa autẽ non, & tamen iſta diſtinctio ſpecifica, nõ eſt ſecundum modum proprium diſtinctionis quantitatum, puta ſecundum cõtinuum, & diſcretũ, lineam, & ſuperficiẽ, ſed ſecundum communem modum diſtinctionis formarum. Similiter viſus hominis diſtinguitur ſpecie à viſu aſini, nõ tamen ſecundum proprium modum diſtinctionis ſenſuum, ſcilicet ratione obiecti, ſed alio modo. Ita in propoſito poſſent eſſe diſtincti habitus, licet non diſtinguerentur ſecundum proprium modum diſtinctionis habituum.

¶Dico ſecũdò, quòd huiuſmodi obiecta diſtinguunt habitus in genere cauſæ efficientis, & finalis, nam obiectum eſt forma extrinſeca, & actus, & habitus, & potentiæ, vt dicit S.D. 1. 2. q 1. art. 3. principia verò diſtinguuntur in ratione cauſæ efficientis, vt dicitur ſecũdò phyſicorũ. † *†T. c. 29.* Et ideò benè dictum eſt, quòd aliud eſt diſtingui ſecũdum modum diſtinctionis habituum, & aliud ſecundum modum diſtinctionis formarum.

QVÆ-

Digitized by Google

QVAESTIO II.

Queritur ſecundò. An theologia ſit practica.

Pro deciſione quæſtionis ponitur prima concluſio. Scientia omninò practica diſtinguitur à ſpeculatiua in duobus, ſcilicet ex fine, & obiecto.

Hanc ponit ſuper Boe. de Trinit. qu. 5. art. 1. & arguit ſic pro prima parte, finis ſpeculatiuæ eſt cognitio veritatis, finis practicæ eſt opus, ergo conſequentia patet, antecedens eſt philoſophi 2. de anima,† & 2. meta.† Secunda pars probatur. Obiectum ſcientiæ, ſiuè materia debet eſſe proportionata fini, ſed finis practicę eſt operatio, ergo debet eſſe de materia, ſiuè obiecto operabili à ſciente, finis autem ſpeculatiuæ eſt tantum cognitio veritatis: ergo eſt tantum cognitio veritatis: ergo eſt tantum de obiecto cognoſcibili, & non operabili.

† tex. 46.
† Tex. 3.

Contra arguit Grego,† primo ſcientia eſt practica ex natura ſua; ergo non ex obiecto, conſequentia patet, quia ſcientia non eſt obiectum, antecedens probatur. Quęlibet ſcientia cum ſit habitus, eſt directiua ex natura ſua ad producendum actus ſimiles illis, ex quibus eſt acquiſita, ergo ex ſe eſt practica, antecedēs patet ex conſequentia, quia eo eſt practica, quo directiua.

Grego. in 1. q. 4 arti. 2. prolog.

Reſpondeo, nagatur antecedens. Ad probationem negatur conſequentia, quia non omnis directio ſufficit ad habitum practicum, licet requiritur directio actionis illius, qua obiectum eſt operabile à ſciente.

Secundò, ſi ſcientia eſt practica, quia eſt de obiecto operabili à ſciente, ergo ſi ſciens fiat impotens ad operandum, non habebit amplius notitiam practicam, hoc eſt falſum, vt patet de infirmo, quia habet artem domificandi, ergo, &c.

Reſpondeo, quòd operabile dicitur id quod eſt aptum natum produci, id eſt, ꝙ non repugnat produci, & in eo, qui habet ſcientiam, nō requiritur potentia, ſed ſufficit aptitudo. Ille autem, qui habet artem domificandi, licet ſit ex infirmitate impotens impotens; adhuc tamen eſt aptus natus ædificare. Ad argumentum ergo negatur conſequentia.

Ex his habes contra quoſdam, quòd aliud eſt potētia, aliud eſt aptitudo, quòd aptum eſt. Nam in cœco nato non eſt potentia ad videndum, caret enim potētia viſiua, eſt tamen aptitudo, aliter non eſſet priuatus, cum priuatio ſit negatio in ſubiecto apto nato. Et hæc aptitudo inuariabilis eſt, ſemper enim homo eſt aptus natus videre, ideſt homini, vt homo eſt, non repugnat videre.

Inſignis diſtinctio inter potentiā & aptitudinem.

Tertiò ex concluſione ſequitur phyſicam eſſe aliquo modo practicam, hoc eſt falſum, ergo, &c. conſequentia probatur. Phyſicus tractat de opere intellectus, & voluntatis, ſed iſta ſunt operabilia à nobis, ergo &c.

Reſpondeo, aliqua ſcientia dicitur practica, vno modo ex fine, & modo conſiderandi, vt dicitur in alijs concluſionibus alio modo ex obiecto.

¶Dico ergo phyſicam, quòad eam partem, in qua agit de operibus animæ eſſe practicam ex obiecto, non autem ex fine aut modo.

Quarto ſequitur quòd habitus ſit magis practicus per accidens, quàm intellectus, hoc eſt falſum, vt patet, ergo, &c. ꝓbatur conſequentia, illud eſt practicum per aliquid magis diſtans, ſed intellectus eſt practicus ex habitu, ſibi inhærente, & habitus per te ex obiecto, quòd magis ab eo diſtat, quàm ipſe habitus ab intellectu, ergo, &c.

Reſpondeo, quòd habitus eſt formalitèr practicus ex reſpectu ad obiectum, quia eſt directiuus illius actionis, qua obiectum eſt operabile, qui quidem reſpectus conuenit habitui nō per accidēs, ſed in ſecundo modo dicendi per ſe, & idem reſpectus conuenit ei aptitudinalitèr, ità quòd non oportet habitum practicum ſemper actu dirigere actionem, ſed eſſe aptum natum dirigere. Illa autem actio quam dirigit habitus practicus, dicitur praxis, & eſt poſterior eo ſicut directum dirigente, & conformatur ei.

Reſpectus practica ad actionem cōuenit ei aptitudine, & in ſecundo modo dicendi per ſe.

¶Secundò, dico quòd iſte reſpectus magis per ſe conuenit habitui, quàm intellectui, quia habitus primo, & per ſe. id eſt non per aliud, intellectus autem per ſe ſed non primo, quia per aliud, ſcilicèt per habitum, ex his negatur conſequentia. Ad probationem negatur minor, quia ille reſpectus, ſcilicèt ad obiectum formale eſt in habitu in ordine ad extrinſecum, ſcilicèt ad obiectum.

*Concluſio II.* Scientia practica ex obiecto, poteſt eſſe ſpeculatiua, quòad finem & modum. Hanc ponit S.D. q. 14. ar. 16. probatur ſic, illa ſcientia cuius finis eſt tantum cognitio, & quæ conſiderat obiectum

Digitized by Google

ctum operabile,ſed eo modo quo non eſt producibile,eſt ſpeculatiua ex fine,& modo,ſed aliqua,quę eſt de obiecto operabili, eſt talis, ergo,&c. maior patet, minor etiam patet de eo,qui acquirit medicinam non intendens mederi,& procedit diffiniendo,diuidendo,arguẽdo,quibus modis non cauſatur ſanitas.

Correlarium primum. ſcientia dicitur ſimpliciter ſpeculatiua ex obiecto: quia ſi obiectum non eſt operabile,nec finis eſt productio obiecti,ſed ſola eius cognitio.

Correlarium ſecundum. ſcientia dicitur ſimpliciter practica non ex obiecto, ſed ex fine, probatur illud non dat habitui, quòd ſit ſimpliciter practicum, cum quo poteſt ſtare oppoſitioni practici,ſcilicet ſpeculatio:ſed obiectum eſt huiuſmodi, vt patet per concluſionem. ergo &c.cum fine autem non poteſt ſtare ſpeculatio. Nam ſi ſcientiæ finis eſt operatio:oportet obiectum eſſe operabile & conſiderari modo operatiuo.

*Principale obiectum operabile conſtituit practicam.*

Sciendum tamen, quod aliqua ſcientia poteſt eſſe ſimpliciter practica, cuius aliqua pars obiecti non eſt operabilis. ſed ſufficit principale obiectum eſſe operabile, vt patet de morali philoſophia,quæ in aliqua ſui parte agit de potentijs animæ.

*† Sco. q. 4. prolo. ar. 2*

Contra arguit Scotus.† Ratio habitus practici conſiſtit in reſpectu prioritatis & conformitatis ad praxim alij reſpectus conueniunt habitui ratione obiecti tantum & non ratione finis. ergo non eſt principaliter practica ex fine. maior nota ex reſponſione ad quartum contra primam concluſionem minor probatur. Iſti reſpectus conueniunt habitui propter abſolutum.ſed nihil abſolutum eſt in habitu ex fine: nam entitas habitus cauſatur tantum à potentia, & obiecto:ergo &c.

Reſpondeo.dico primo. quod ſi maior intelligitur cum excluſione, ſcilicet quod tantum illi reſpectus faciant habitum ſimpliciter practicum, eſt falſa: quia præter hoc requiritur, quod ordinetur habitualitas ad finem:qui ſit operatio extra intellectum per voluntatem proponentem operari per talem habitum. illam autem ordinationem non oportet eſſe in actu ſecundo. aliter indormiente nullus eſſet habitus practicus.ſed debet eſſe actualis actu primo, qui dicitur virtualis intentio,qua acquirens habitum in principio intendebat per ipſum operari,& etiam poſt non habuit contrariam intentionem.talis enim ordinatio dicitur actualis,quò ad actum primum:quia remanet ſuo effectu,ſcilicet in habituali intentione, quę habitũ comitatur.

*Virtualis intentio actus primus eſt*

¶ Secundò,negatur minor cum minori probationis ſuæ. quia illi reſpectus conueniunt habitui non tantum ex obiecto, nec tantum ex ſua forma abſolutà, ſed ex modo conſiderandi obiectum, quem modum habet habitus ab intellectu,qui ſic,vel ſic poteſt conſiderare obiectum,in quantum ipſe intellectus diuerſimodè mouetur à voluntate.

*Concluſio* 3. Aliqua ſcientia non actu ſimpliciter practica poteſt fieri actu practica ſimpliciter: quædam autem non. Hanc ponit de veri.q.2.artic.3.& 8. illa ſcientia, quæ eſt de obiecto operabili, ſed non ordinatur ad operabile, & modo operabili; non tamen operari intendit.ſi intendat poſtea operari, hæc erit omnino practica. Secunda pars probatur ſic. illa cognitio,quę eſt de re operabili & modo non operabili, non poteſt fieri ſimpliciter practica: ſed aliqua eſt huiuſmodi: vt iſta qua cognoſco domũ, abſtrahendo à paſſionibus eius. ergo &c.minor nota,maior probatur.illa notitia non poteſt ordinari ad opus. ergo non. poteſt fieri ſimpliciter practica.cõſequentia nota. antecedens probatur. per eam ſeparantur ea,quæ in eſſe ſeparabilia non ſunt. ergo &c. tenet conſequentia: quia opus terminatur ad eſſe rei.

*Concluſiò* 4. Habitus dicitur practicus non ab opere intellectus,ſed inquãtum eſt opus ſequens electionem,poteſt dici praxis: etiam ſi ſit opus intellectus. Hanc ponit 1.2.q.57.art.1. & 3.ad 3. Si habitus eſſet practicus, ex quolibet opere ſequitur logicam eſſe practicam. hoc eſt falſum quia eius finis eſt ſcire: conſequentia probatur. quia in ea eſt aliquod opus,ſcilicet conſtitutio Syllogiſmi.ergo &c.

*Aureo.q.3. prologi.*

Contra arguit Aureolus. † Logica eſt practica, & eſt directiua actus intellectus. ergo actus intellectus eſt praxis. minor nota.maior probatur.primò,Logica eſt directiua aliarum ſcientiarum ergo eſt practica antecedens, & conſequentia patet.

Reſpondeo. quod habitus practicus

P eſt

Digitized by Google

eſt tantum ille, qui ex ſe non habet magnam dignitatem, niſi inquantum eſt regula operis, vt eſt ars frenofactiua, ſicut dicit S.D.3.di.23.ar.2.quæſt.2.actus autem eliciti habitu logicæ habent ex ſe ſufficientem dignitatem: etiam remota tali directione. Ex his negatur conſequentia de habitibus, qui dirigũt actus ſpeculatiuos,& qui habent ex ſe dignitatem.

Secundò, nulla ſcientia ſpeculatiua facit ſuum obiectum, ſed logica facit ſuũ obiectum,ſcilicèt ens rationis, ergo,&c.

Reſpondeo, quòd aliquę ſcientiæ ordinantur ad opus rationis,vt logica grãmatica,& huiſmodi, & hæc dicuntur artes liberales. Aliæ non ordinantur ad tale opus; & hæ dicuntur ſcientiæ,& non artes 1.2. q.57. art.3. ad 3. Ad argumentum negatur maior, ſi talis ſciẽtia eſt ars, cuiuſmodi eſt logica.

Tertiò, logica eſt virtus, ergo practica, antecedens eſt philoſophi 2. Eth.† conſequentia probatur, quia omnis virtus eſt actiua operis.

† Cap.1.

Reſpondeo,negatur conſequentia. Ad probationẽ ſimilitèr, quia dirigere actus ſpeculandi non dat habitui, quòd ſit practicus, ſed quod ſit virtus 1.2.q.57. ad 1. & ſic intelligit illud 1.metaph.† quod habitus ſpeculatiuus eſt gratia ſui,ideſt, nõ propter opus exterius.

† In proœmio.

Quartò arguit Grego.† quòd actus intellectus ſit praxis, primò ſpeculatio dirigitur per habitum pacticum, ergo eſt praxis, conſequentia nota eſt ratione praxis, antecedens probatur. Ille habitus eſt practicus, quo iudicamus aliquid eſſe faciendum, vel non, ſed interdum dum iudicamus, an ſit ſpeculandum, ex illo habitu dirigitur ſpeculatio, ergo,&c.

† Gregor. q. 5. prologi art.1.

Reſpondeo,quòd actus intellectus poteſt triplicitèr conſiderari. Vno modo, quòad ſpeciem actus,& ſic negatur antecedens,nam actus quo intelligo roſam, eſt alius ſpecie ab actu,quo intelligo lapidem, nec voluntas poteſt aliter facere. Secundò poteſt conſiderari quòad ſubſtantiam actus,& ſic voluntas primo eligit,quòd intelligamus: & poſtea imperat intellectui, vt eliciat actum, & tunc dico,quòd per habitum, quo iudicamus, an ſit ſpeculandum immediatè regulatur electio,& ea mediante actus intellectus, praxis autem immediatè regulatur habitu practico. Si ergo intelligitur antecedens, quòd ſpeculatio immediatè regulettur, negatur antecedens, ſi mediatè, negatur conſequentia.

Triplex cõſideratio actus intellectus,ſecundum ſpeciẽ, exercitium, & ſubſtantiam.

Secundò, actus intellectus imperatur à voluntate,ergo eſt praxis propriè.

¶Reſpondeo, negatur conſequentia. ſed ſolum ſequitur, quòd eius exercitium ſit praxis,vel ipſe actus,quantum ad ſubſtantiam; & quantum ad exercitium ſit praxis,negatur etiam conſequentia,quãdo non immediatè regulatur habitu practico.

Actus intellectus propriè praxis non eſt.

Ex his patet, actum intellectus etiam quòad exercitium non eſſe propriè praxim,vel ſi ſic dicatur praxis, tamen tale exercitium non eſt niſi per actum alterius potentiæ,ſcilicèt voluntatis.

*Concluſio V*. Ad hoc, quòd habitus ſit practicus, debet eſſe immediata regula operis. Hanc ponit de veri.q. 14. artic.4.& 3.diſt.23. quæſt.2. art.2. q.2. & arguitur ſic. Si remota directio operis, faceret habitum practicũ, ſequitur quòd cognitio, qua ſcimus, animam eſſe immortalem,eſſet practica,hoc eſt falſum, vt patet, ergo,&c. conſequentia probatur, quia illa cognitio poteſt eſſe remota occaſio,vt benè operetur.

*Concluſio VI*. Reſponſiua ad quæſtionem. Theologia noſtra eſt ſpeculatiua,& practica. Hanc ponit S.D.1.q.1 art.4.probatur ſic, ſcientia Dei vna exiſtens,eſt reſpectu ſui ſpeculatiua,& reſpectu creaturarum practica ergo noſtra, antecedens patet,conſequẽtia probatur. Noſtra theologia eſt impreſſio,& ſigillatio illius, ergo eſt ei conformis.

Contra arguit Aureo, † primo practicum, & ſpeculatiuum eſſentialitèr diuidunt genus ſcientiæ,ergo non poſſunt eidem conuenire, conſequẽtia patet,antecẽdẽs probatur, iſtæ differentiæ conueniunt ſcientiæ ex obiecto, ergo eſſentialitèr.

† Aureo q.3. prologi Vtrũ practicum, & ſpeculatiuum eſſentialiter diuidant ſcientiam.

Reſpondeo, negatur antecedens, quia ſcientia dicit abſolutum, practicum autem dicit reſpectum, nullus vero reſpectus eſt de eſſentia abſoluti. Item practica poteſt fieri ſpeculatiua, ergo non ſunt differentiæ oppoſitæ,antecedens patet, nam ſcientia,quam habeo de roſa, eſt ſpeculatiua, & ſi daretur potẽtia producendi roſam, tunc eſſet practica. Ad probationem negatur conſequentia.

¶Dico ſecundò, quod practicum, & ſpeculatiuum non conueniunt in eodẽ, ſicut extrema admixta,ſed eo modo,quo idem abſolutum reſpectu vnius habet

habi-

habitudinem factiui, & reſpectu alterius non,ſed menſurati ad menſuram,& ſicut poſſibile eſt aliquod animal eſſe album ſimplicitèr, & nigrum ſecundum quid, quia album, & nigrum diuidunt animal accidentalitèr,ita in propoſito.

¶Dico tertiò,quod dato, quod diuiderẽt eſſentialitèr ſcientiam naturalitèr inuentam, non tamen ſcientiam reuelatã à Deo,& loquor de practico,& ſpeculatiuo,vt ſumuntur ex perte obiecti, vt autẽ ſumũtur ex fine principali nulla eſt ſimul practica,& ſpeculatiua.

*Theologia noſtra ſpeculatiua eſt ex fine principali.*

Ex quo patet,quod theologia eſt tantum ſpeculatiua ex principali fine,quia etiam operationes hominum de quibus agit ordinat ad viſionem Dei, cum quo ſtat,quod eſt ſecundum quid practica cũ rebus conſideratis.

Secundò, theologia non dicitur practica ex ordine ad ſpeculationem vitæ, nec patriæ,ergo nullo modo eſt ſpeculatiua, conſequentia patet,prima pars antecedẽtis probatur. Theologia ordinatur ad charitatem, ergo non ad contemplationem vitæ,ſecunda pars probatur. Omnis ſcientia etiam practica ordinatur ad contemplationem patriæ,ergo theologia debet dici per hoc ſpeculatiua.

*Finis theologiæ.*

Reſpondeo, negatur antecedens, quia proximus finis theologiæ eſt contemplatio patriæ 2.2.q.180.art 4.

¶Ad probationem primæ partis negatur conſequentia,quia vt dicitur art.1. & 2.theologia ordinatur ad charitatem, ſicut ad id, quod nos mouet ad ſpeculandum,nam ex dilectione homo inardeſcit ad contemplationem, ordinatur ad virtutes morales tanquam ad id, quod diſponit ad ſpeculandum,ordinatur ad ſpeculationem tanquam ad actum quem immediatè elicit.

*Exacte in annotatione digne abſoluitur.*

¶Ad probationem ſecundæ partis negatur conſequentia, quia iſta ſcientia eſt impreſſio,& ſigillatio diuinæ,& eius finis eſſentialis eſt quædam inchoatio futuræ beatitudinis, quod non conuenit alijs ſcientijs.

## QVAESTIO III.

QVæritur tertiò. An theologia ſit vna ſcientia.

Pro deciſione quæſtionis notandũ, ꝙ habitus ſcientiæ accipitur duplicitèr. Vno modo,vt dicit qualitatem quandam generatam ex frequẽtia actuũ, quæ qualitas dicitur habilitas, quia habilitat intellectum ad pronptè operandum, & intelligendum concluſionem generatam per tales actus. Alio modo habitus dicit ſpecies intelligibiles ordinatas ad intelligendum concluſiones illatas ex principijs.

*Habitus ſcientiæ duplicitèr accipitùr pro habilitate aut pro ſpeciei intelligibilis ordine.*

His dictis,ſit hec prima concluſio. Habitus ſcientiæ,vt dicit habilitatẽ, eſt qualitas ſimplex. Hanc ponit S.D. prima ſecundæ q.54.art.4.& arguit ſic. Intellectus eſt vna ſimplex potentia,ergo & habitus ſcientiæ eſt ſimplex qualitas, antecedens patet,conſequẽtia probatur. Omnis perfectio proportionatur ſuo perfectibili,ſed habitus ſciẽtiæ eſt pefectio intellectus,ergo,&c.

*Concluſio II.* Habitus ſcientiæ, vt dicit ſpecies ordinatas,nõ eſt qualitas ſimplex,probatur ſic. Habitus ſcientiæ conſtituitur ex lumine intelligibili, & ſimilitudine rei cognitæ,ergo non eſt ſimplex, conſequẽtia nota, antecedens ponitur 3. di.14 q.art.1.q.2.& 3.

¶Secundò arguit ſic. Habitus eſt collectio ſpecierum, ergo non eſt ſimplex, conſequentia patet,antecedens ponitur, de veri q.20.art.2.

¶Tertiò arguit ſic. Habitus augetur per aduẽtum nouarum ſpecierum, ergo non eſt ſimplex,conſequẽtia patet, antecedens ponit 3.qu.12.art.2. & prima ſecundæ q.52.art.2.

Contra primam arguit Aureolus tribus medijs, quæ tantum concludunt habitum ſecundo modo dictum,non eſſe ſimplicem qualitatem, poſſunt tamẽ reduci contra primam in hunc modum probando,quod illa qualitas,quæ habilitat intellectum reſpectu vnius cõcluſionis noſtræ ſciẽtiæ non ſit eadem cum illa, quæ habilitat intellectum, reſpectu alterius concluſionis in eadem ſcientia,& ex conſequenti habilitas ad totam vnam ſcientiam non erit vna ſimplex qualitas, ſed conſtituta ex pluribus primo. Habens habitum poteſt in omnia,ad quæ per ipſum habilitatur,ſed qui ſcit tantum primam concluſionem geometriæ, non poteſt in centeſimam: ergo eodem habitu non habilitatur ad vtramque.

*Extenſio habitus perfecti, ſpinæ explanatio.*

Reſpondeo, quod aliquis habitus poteſt haberi duplicitèr. Vno modo perfectè,& ſic conceditur maior, ſed nihil ſequitur,quia iſte, qui habet geometriam tantum reſpectu primæ concluſionis,non habet habitum perfectè. Alio modo imper-



Digitized by Google

perfectè, & ſic negatur maior. Quando ergo habetur habitus imperfectè per eum non cognoſcuntur omnia, ad quæ poteſt ſe extendere, ſed tantũ ea, ad quæ actualitèr ſe extendit, fiet autem hoc modo illa extenſio. Nam in cognitione primæ concluſionis inchoata eſt cognitio ſecũdæ, & in cognitione ſecundæ inchoata eſt cognitio tertiæ, quia cõcluſiones eiuſdem ſcientiæ habent ordinẽ inter ſe, ideo per illum habitum, per quem intellectus eſt in potentia proxima reſpectu primæ quam ſcit, eſt in potentia remota ſecundæ. Ab illa autem potentia remota reducitur in actum per demonſtrationem: qua demonſtratione habita, ille habitus, qui primò ſe extẽdebat, actus tantum ad primam ſe extendit : actum etiam ad ſecundam, & ſic ſucceſſiuè, & ſimile ponit prima ſecundæ q. 5 1. art. 1:

*Genito habitu vnius cõcluſionis et totius ſcientia habitus generatur.*

Ex hoc patet quod quando generatur habitus vnius concluſionis in aliqua ſcientia, generatur habitus totius ſcientiæ, & idem habitus poteſt intendi reſpectu vnius concluſionis, & non intenditur reſpectu alterius, eo quod per eum plures generantur vna quàm alia. Dico tamen, quod cum ſit idem habitus omniũ illarum concluſionum non poteſt generari, nec intendi habitus primæ niſi generetur, & intendatur habitus ſecundæ, & tertiæ, & ſic de alijs, licet poſſet intendi reſpectu primæ, dato quod non intendatur reſpectu ſecundæ.

Secundò ex cõcluſione ſequitur, quod ſcientia, & error reſpectu eiuſdem concluſionis poſſint eſſe in eodem, hoc eſt falſum, quia ſunt oppoſita, ergo. &c. conſequẽtia probatur, poteſt eſſe quod ſciẽs primam concluſionem geometriæ erret circa centeſimam, ſed per te habet habitum centeſimæ, ergo, &c.

Reſpondeo, quod oppoſita non poſſunt eſſe in actu completo in eadem potentia, licet habitus oppoſiti quorum vnus eſt in actu, & alius in potentia poſſint eſſe in eodem. In propoſito ille, qui ſcit primam concluſionem, & errat circa centeſimam, habet quidem actu habitum cẽteſimæ, ſed ille habitus non eſt in actu reſpectu centeſimæ.

Ad argumentum negatur conſequentia, ſi intelligit, quod ſequatur, eam eſſe in actu, ſi autem in potẽtia, negatur falſitas conſequentis. Quamuis enim oppoſita habeant ex ſe quod ſint oppoſita, tamen impoſſibilitas eſſendi ſimul concomitatur ea, vt ſunt in actu.

*Gregor. vbi ſupra.*

Contra has reſponſiones arguit Gregorius † primò. In quacunque operatione poteſt aliqua forma in ſimilem ſecundum ſpeciem, & ſi non æquè perfectam poteſt quælibet minor forma eiuſdem rationis, ſed habitus, quo ſcitur prima concluſio, non poteſt in actum reſpectu centeſimæ, ergo non eſt eiuſdem rationis cũ habitu centeſimæ.

Reſpondeo, negatur maior, in illis formis, quæ non ſunt æquè perfectæ. Item in illis, quarũ vna includit aliquid, quod non alia, habitus autem, quo ſcitur centeſima concluſio, includit reſpectum ad eam, quem non includit habitus, quo ſcitur tantum prima.

Contra primam reſponſionem arguit primo. Calor intenſus, & remiſſus non ſunt æquè perfecti, & tamen remiſſus poteſt calefacere, rarefacere deſiccare paſſum ſibi proportionatum, ſicut & intenſum ſuum.

Secundò ab his, quæ differunt ſecundum magis, & minus procedunt operationes eiuſdem rationis, vt dicit Commentator tertio cœli, conſi. 72. ſed forma perfecta, & imperfecta ſunt huiuſmodi, ergo, &c.

Tertiò, quia ſecunda reſponſio innuit, quod habitus quo ſcitũr centeſima concluſio, eſt eiuſmodi rationis cum eo, quo ſcitur prima, ſed eſt perfectior, ideo poteſt in centeſimam, licet non prius, & ſic iſte habitus, quo ſciebatur tantùm prima concluſio, cum intenditur per actus demonſtrandi centeſimam, ſcitur etiam centeſima.

Contra arguit ſic. Habitus, quo ſcitur prima concluſio, quando intenditur ſolũ ex frequenti conſideratione illius primæ, non poteſt in centeſimam, ergo nec quãdo intenditur ex actu demonſtrandi centeſimam, hoc eſt falſum, vt patet, conſequentia probatur, quia quando intenditur ſecundo modo non plus acquirit aliquid abſolutum per te, quàm quando intenditur primo modo, ergo non eſt dicẽdum, quod ſint eiuſdẽ rationis, ſed vnus alio perfectior.

Reſpondeo. Ad primum negatur cõſequentia, qua vno exemplo vult probare vniuerſalem, omnis quippe calor poteſt in illas tres operationes, quia duæ vltimæ ſequuntur ad primam, & quod illa ſit bona reſponſio patet, nam calor viri eſt eiuſdem rationis cum calore mulieris, & ta-

Digitized by Google

& tamen primus poteſt formare fœtum, non autem ſecundus, & ſecundus poteſt facere fœtum, non autem primus.

*Magis, & minus dupliciter, partici-patione, vel extenſione formæ*

Ad ſecundum dicitur, quod dupliciter aliqua dicuntur cum magis, & minus. Vno modo propter maiorem, aut minorem participationem formæ in ſubiecto, & ſic conceditur maior, ſed negatur minor. Alio modo propter extenſionem ad plura, vel pauciora obiecta formæ, & ſic negatur minor. Commentator autem loquitur in primo ſenſu.

Ad tertium negatur conſequentia. quia licet non acquirat aliquid abſolutũ, tamen aliter reducitur in actum, dum intenditur per actus demonſtrandi diuerſas concluſiones, quàm dum intenditur ſolum ex frequẽti conſideratione vnius.

Contra aliam reſponſionem, in qua dicitur, quod habens habitum primæ cõcluſionis, non poteſt in centeſimam, quia non habet reſpectum ad eam, poterit autem quando habebit, primò arguit ſic. Relatio non eſt ratio agendi: ergo, &c. conſequentia patet, antecedens ponit Comment. primo cœli, conſ. 84.

Reſpondeo, negatur conſequentia, quia licet relatio non det actiuitatem habitui, conſequitur tamen actiuitatem habitus ſecundum, quod diuerſimodè in actum reducitur ex demonſtratione diuerſarum concluſionum, acquirit enim habitus nouum reſpectum effectiuè per actum quo demonſtratur noua concluſio, ſed formalitèr acquirit ex eo, quod actuatur plus quàm prius: ille autem reſpectus non fundatur in actu demonſtrandi, ſed in habitu.

Secundò, ſi idem eſt habitus, quo ſcitur prima concluſio, & quo ſcitur centeſima, quia cognitio vna depẽdet ab alia: ergo eſt idem habitus ſubalternantis, & ſubalternatæ, hoc eſt falſum: ergo, conſequentia patet, quia cognitio ſubalternatæ dependet à ſubalternante. Item multæ ſunt concluſiones, in quibus vna non habet ordinem ad aliam, vt patet de primà, & quarta Euclidis: ergo propter hoc non debet poni idem habitus vtriuſque.

Reſpondeo, primò dicitur, quod non ſolum ideo dicimus vnicum habitum primæ concluſionis, & ſecundæ, quia notitia ſecundæ depẽdet à prima, ſed oportet addere, quod prima concluſio eſt ratio cognoſcendi ſecundam, vel idẽ principium eſt ratio cognoſcendi vtrumque, ita quòd non tali ordine euidentia poſterioris cauſatur ex euidentia prioris, non ſic in ſubalternatione, vbi ſubalternata habetur ſine euidentia ſubalternantis.

¶ Dico ſecundò, quod in eadem ſciẽtia eodem habitu cognoſcitur concluſio prima, & ſecunda, vt ſequens ex prima.

Ad ſecundum dictum eſt, quod ſufficit eſſe idem principium vtriuſque, ſic eſt in prima, & quarta Euclidis.

Contra ſecundam cõcluſionem arguit ſic. Habitus non eſt ordo ſpecierum ſitualis, quia ſpecies in intellectu non habent ſitum, nec cauſalis, quia vna non eſt cauſa alterius, ſed tantum phantaſma, & intellectus agens, nec formalis, ita quod vna ſit nata prius informare intellectum quã alia, quia quamprimum eſſent ſpecies in intellectu, cum ſtatim talem habeant ordinem, eſſet ibi habitus, quod patet eſſe falſum, nec eſt ordo vſualis, ita ꝙ intellectus prius determinetur ad vtendum ſpecie vnius, quàm alterius, quia talis determinatio non eſt ex ſpeciebus, ſed ex aliquo alio: ergo habitus non eſt ordo ſpecierum, antecedẽs probatũ eſt pro omni parte, conſequentia patet à ſufficienti diuiſione.

*Erudita partitio habitus in ſimplicem qualitatem, & ſpecierum ordinem.*

Reſpondeo dico quatuor. Primum eſt, quod habitus qui eſt qualitas ſimplex cauſatur ab intellectu poſſibili ex frequẽti conſideratione, & habitus, qui eſt collectio ſpecierum, cauſatur ab intellectu agente, qui deſcribit ſpecies in intellectu poſſibili.

¶ Dico ſecundò, quod talis habitus nõ eſt eſſentialitèr ordo, ſed eſt eſſentialitèr ipſe ſpecies, licet in obliquo includat relationem ordinis ad conſiderandum.

¶ Dico tertiò, quòd non quelibet ſpecies ordinatæ, ſunt habitus ſcientiæ, ſed tantum illæ, quæ ordinantur ad conſiderandum propoſitiones neceſſarias deductas ex principijs per ſe notis.

*Ordo incluſus ab habitu vſualis eſt.*

¶ Dico quartò ad argumentum negãdo antecedens pro vltima parte, quia ille ordo, quem includit habitus, eſt vſualis, nam intellectus eſt determinatus ad vtẽdum prius ſpecie vnius, quàm alterius, puta ſubiecti quam prædicati, talis autẽ ordo poteſt eſſe ab intellectu agente, qui ponit in intellectu poſſibili prius vnam ſpeciem quàm aliam prout congruit cõſiderationi, poteſt etiam eſſe ab intellectu poſſibili, qui poteſt ſpeciebus vti tali, vel tali ordine. Id autem quod determinat ipſum

Digitized by Google

ipſum formalitèr ad hunc ordinem eſt illa qualitas ſimplex, quæ eſt habitus primo modo.

*Concluſio III.* Vnitas, & diſtinctio generica ſciẽtiarum attẽditur penès vnitatem, vel diſtinctionem genericam ſcibilis, inquantum eſt ſcibile. Hanc ponit S.D. ſuper Boe. q. 5. art. 1. item primo poſteriorum primo. Scientia autem certior, item primo Phyſic. in prologo, & arguit ſic. Scientiæ diſtinguuntur penès obiecta, vt dicitur ſecundo, & tertio de anima, † ſed obiectum ſcientiæ eſt ſcibile: ergo, &c.

Corellarium primum. Metaphyſica, mathematica, & naturalis diſtinguuntur genere, probatur ſic. Iſtæ ſcientiæ diſtinguuntur genere, quarum obiecta formalia genere ſunt diſtincta, ſed iſtæ ſunt huiuſmodi: ergo, &c. maior patet, minor probatur. Illa ſcibilia ſunt diſtincta genere, quæ habent diuerſos modos generales ſeparãdi à materia, ſed iſta ſunt huiuſmodi: ergo, &c. maior patet, quia nihil eſt ſcibile niſi inquantum eſt à materia ſeparatum aliquo modo, tenet conſequentia, probatur minor. Nam ſcibile à mathematico eſt ſeparatum, non ſecũdum eſſe, ſed ſecundum rationem diffinitiuam. Scibile à metaphyſico eſt ſeparatum, ſecundum eſſe ſcibile à naturali nullo modo iſtorum modorum, ſed tantum à materia particulari.

*Tex. 38.*

Sciendum, quod idem eſt dicere ſcientiam diſtingui per diuerſos modos diffiniendi, & demonſtrandi, & per principia, & rationem formalem obiecti. Nam ratio formalis obiecti eſt ſua diffinitio: diffinitio autem eſt medium demonſtrationis, medium autem demonſtrationis eſt principium, ex quo concluſio ſcitur, & demonſtratur.

*Idem dictũ eſt ſcientiã diſtingui, modo diffinit di, & demonſtrandi &c.*

Correllarium ſecundum. Theologia, & metaphyſica genere differunt, probatur ſic. Illa differunt genere, quarum vna ſumit principia ſua à lumine diuino, & alia ab humano, ſed iſtæ ſunt huiuſmodi: ergo, &c. minor patet, maior probatur, quia diuerſa ratio cognoſcibilis facit ſcientias diſtingui.

Ex his patet, quod ſciẽtiæ quia & propter quid, non neceſſario differunt genere, quia ſua media non differunt genere, puta ſicut metaphyſicum, & naturale.

*Sciẽtia, quia & propter, quid non neceſſario differunt genere.*

*Concluſio IV.* Vnitas, & diſtinctio ſpecifica ſcientiarum attenditur penes vnitatem formalem obiecti, quam illa ſcientia primo, & per ſe reſpicit. Hanc ponit de veritate q. 2. art. 4. & prima parte q. 1. ar. 3. Item ſecunda ſecundæ q. 4 articul 6. & arguit ſic. Omnis ſcientia habet eſſe ſpecificum ex obiecto, ergo & vnitatem, conſequentia patet, quia ſcientiæ indiuiduantur ex ſubiectis, & ſpecificantur ex obiectis.

Sciendum, quod duplex eſt ratio formalis obiecti vna eſt, ad quam terminatur actus ſcientiæ. Alia eſt vt quo, ideſt, per quam cognoſcitur obiectum, puta hanc concluſionem, terra eſt rotunda conſiderat phyſicus, & aſtrologus ſub eadem ratione formali, vt quod, ideſt, vt rotunda, ſed ſub alia, & alia ratione formali, qua ideſt, per media alterius rationis.

*Ratio formalis obiecti duplex, terminatiua.*

Ad vnitatem igitur ſpecificam ſcientiæ requiritur vnitas rationis formalis vtroq; modo, ſiuè illa ratio ſit generalis, ſiuè ſpecialis, vnde metaphyſica Socratis, & Platonis ſunt eiuſdem ſpeciei, & reſpiciunt idem obiectum adæquatè, ſcilicet ens, inquantum ens. Scientia libri de cœlo, & ſcientia de generatione diſtinguuntur ſpecie, quia non habent idem obiectum primò, & per ſe. Nam prima habet ens mobile ad vbi. Secunda ens mobile ad formam. Quæcunque igitur ſcientiæ habent diuerſa obiecta formalia per ſe primo, & adæquatè differentia ſub hoc genere ſcibile, differunt ſpecie tantũ, ſi tales rationes non habeant aliam ſupra ſe, quod dico, quia metaphyſica mathematica, & naturalis non tantum differunt ſpecie, ſed etiam genere, quia modus abſtrahendi cuiuslibet earum ad alium non reducitur, geometria autem; & arithmetica differunt ſpecie, quia diuerſa obiecta conſpiciunt conuenientia tamen in eadem ratione abſtractionis.

*Vnitatem ſpecificam ſciẽtia, quæ conſtituant.*

Contra arguit Aureolus. Duæ potentiæ poſſunt ferri ſuper idem obiectum formale, ergo & duo habitus, conſequẽtia patet, quia ſicut habitus diſtinguuntur ex obiectis, ita & potentiæ antecedẽs probatur. Nam ſenſus communis, & viſus feruntur ſuper colorem, & intellectus, & volontas ſuper rationem boni: ergo, &c.

Reſpondeo, dico duo, primum quod obiectum potentiæ dupliciter conſiderari poteſt. Vno modo, vt obiectum, ideſt quo ad modum quo obijcitur potentiæ, & eam immutat, & ſic negatur antecedẽs. Nã color, vt obijcitur viſui, inmutat eũ, vt eſt ſenſibile per medium extrinſecum dia-

*Obiectum ponere poteſt conſiderari dupliciter ratione obiecti, & in ratione rei.*

diaphanum ſine alteratione reali medij, & obiecti, & organi immutat intellectũ ipſe color, vt eſt impreſſiuus ſui in anima immaterialitèr, immutat voluntatem, vt eſt attractiuus animæ, ad ſe poſt ſui intel lectionem. Iſtis enim modis immutantur hæ potentiæ ab obiectis. Alio modo poteſt conſiderari, vt res quædam, puta color, vt eſt color, & ſic dico, quod poteſt quidem cognoſci à diuerſis potentijs, nã intellectus, & viſus, & ſenſus cõmunis cognoſcunt colorem, ſed non primò, & per ſe. Nam color non eſt prima ratio, qua aliquid attingatur à ſenſu communi, ſed ſenſibile. Et prima ratio, quod aliquid attingatur ab intellectu, nõ eſt color, ſed ens attingitur autem à viſu primo, & per ſe. Similitèr intellectus primo, & per ſe reſpicit ens, & voluntas bonum.

Ex his dicitur ad argumentum, quod ſi intelligit duas potentias ferri ſuper idẽ obiectum primo ideſt, adæquatè, & per ſe, ideſt ſecundum eandem rationem negatur antecedens. Si alitèr, conceditur totum, ſed non eſt contra nos: quia dicimus potentias, & habitus diſtingui penes obiecta, quæ primo, & per ſe reſpiciunt.

*Concluſio V*. Reſponſiua ad quæſtionem. Theologia eſt vna ſcientia. Hanc probat 1. q. 3. ſic. Theologia conſiderat omnia, vt conueniunt in vna ratione formali, ideſt; vt ſunt reuelabilia: ergo eſt vna antecedens patet, & conſequentia ex præcedenti concluſione.

*†Aureo. vbi ſupra.*

Contra arguit Aureolus. † Non omnia, quæ cognoſcuntur per lumen naturale, pertinet ad vnã ſcientiam: ergo nec omnia, quæ cognoſcuntur per lumẽ diuinæ reuelationis, antecedens patet, & cõſequentia à ſimili.

Reſpondeo, negatur conſequẽtia, quia lumen naturale non eſt formalis ratio in obiecto, ſicut lumen diuinę reuelationis.

*Quod diuina quadam concluditur ſententia.*

¶ Ex hoc patet, quòd ſi quis omnes cõcluſiones omnium ſcientiarum ſciret, in quantum ſunt diuinitus reuelabiles, ideſt quod formalis ratio aſſentiendi eis eſſet lumen diuinæ reuelationis, vtique pertinerent ad vnum habitum. Et ſi ſola authoritas præceptoris eſſet ratio cognoſcẽdi omnia, quę addiſcit diſcipulus, vtiq; omnia eodem habitu cognoſcerẽtur, &c.

## QVÆSTIO IV.

QVæritur quartò. Vtrum Deus ſit ſubiectum noſtræ theologiæ?

Pro quæſtione hæc eſt prima concluſio. Obiectum ſcientiæ ex parte rei eſt, incomplexum, & ex parte noſtra eſt complexum. Hanc ponit S. D. 2. 2. q. 1. art. 2. ad 2. Item 3. diſt. 24. q. 1. ar. 1. q. 2. Itẽ dicitur veri q. 14. ar. 8. ad 6. Et arguit ſic, ſicut ſe habet fides reſpectu obiecti, penes complexum, vt incomplexum, ita & ſciẽtia, ſed obiectum fidei eſt tale, vt dictum eſt: ergo obiectum ſcientiæ.

*Concluſio demonſtrationis dicitur obiectũ.*

Sciendum tamen quod ipſa concluſio demonſtrata proprie dicitur, obiectum, ſubiectum autem concluſionis, de quo probantur paſſiones, dicitur ſubiectum.

*Gregor. q. 1. prolog. ar. 1. †Tex. 5.*

Contra primam partem concluſionis arguit Gregorius, primo. Nulla ſcientia eſt de contingentibus 6. Ethi. & primo poſter. ſed res extra ſunt cõtingẽtes: ergo de eis non eſt ſcientia.

Reſpondeo, dico duo. Primo negatur minor, vniuerſalitèr intellecta, quia multæ res extra ſunt neceſſariæ, vt Angeli, & corpora cœleſtia.

¶ Dico ſecundò, quod ſcientia eſt de vtilibus: vtilia autem ſunt ipſe quidditates in particularibus exiſtentes, licet ratio vtilitatis per intellectũ compleatur: huiuſmodi autẽ vniuerſalia contingentia ſunt, ſiue corruptibilia per accidens, non autem per ſe, vt ponit S. D. de veri q. 1. art. 5. ad 4. & 13. & Linconienſis primo poſter. con. 7. & 19.

Ad argumentũ dicitur quod licet nulla ſcientia ſit de contigentibus per ſe, eſt tamen de contingentibus per accidens.

Secundo, quicquid eſt obiectũ ſciẽtiæ eſt & obiectũ aſſenſus, ſed res ad extra nõ eſt obiectũ aſſenſus: ergo nec ſciẽtiæ, maior patet, minor probatur, aſſenſus eſt tãtum de cõplexis: ergo nõ de rẽ extra, cõſequẽtia patet, antecedẽs probatur, aſſenſus eſt tantum de eo quod iudicatur eſſe verum: ergo eſt tantum de complexis.

Reſpondeo dico duo. Primo quod aſſẽſus poteſt cõſiderari dupliciter. Vno modo, quãtũ ad id quod eſt, & ſic eſt idem ꝙ cognitio. Alio modo, vt aſſenſus, & ſic dicit quendã reſpectũ ad propoſitionẽ, vnde illa res, quæ eſt aſſenſus, poteſt eſſe reſpectu rei extra, non tamẽ vt aſſenſus, ſed vt ſic eſt tantum complexorum.

¶ Dico ſecundò, quod obiectum ſciẽtiæ eſt duplex, vnum proximum, ſcilicèt, concluſio ſcita, aliud remotũ, ſcilicet ſubiectũ concluſionis. Reſpectu eiuſdem obiecti remoti poteſt eſſe ſcientia, & opinio non tamen reſpectu proximi.

Ad ar-

Digitized by Google

Ad argumentum. negatur maior, loquendo de obiecto ſcientiæ remoto.

Tertio. Omnis ſcientia eſt de ente: ſed ſubiectum concluſionis eſt aliquando non ens: ergo de eo non eſt ſcientia. maior nota. minor probatur. Iſta concluſio. infinitum non eſt ſcire & eius ſubiectum eſt non ens: ergo &c.

Reſpondeo. Ens eſt duplex. Vnum eſt reale: & ſic negatur maior. ſi intelligitur cum excluſione, ſcilicet, quod ſcientia ſit tantum de ente reali. Aliud eſt ens apprehenſum ab anima: & ſic conceditur maior: ſed negatur minor, quia etiam priuatio & infinitum, hoc modo ſunt ens: vt dicitur quarto metaphyſic. †

*Tex,2* Quarto. Obiectum ſcientiæ non eſt res vniuerſalis: cum nulla talis ſit extra: nec particularis, vt patet: ergo nulla res extra ſcitur.

Reſpondeo. negatur antecedens: pro prima parte: quia ſubiectum concluſionis vniuerſalis demonſtratæ eſt res vniuerſalis.

¶ Ad probationem dicitur quod licet nulla res ſit vniuerſalis extra animam: tamen res quæ habet vniuerſalitatem in intellectu, eſt extra animam, ſcilicet natura quæ eſt in indiuiduis: vt dicit 1. qu. 85. art. 2. ad 2. & 3. 1. 2. & 2. contra gen. ca. 55. & 2. de anima † cap. ſenſitiui autem.

*Tex.con.60.* Contra ſecundam partem cõcluſionis: arguit primo. Quicquid ſcitur apprehenditur ab intellectu. ſed concluſio non apprehenditur: ergo &c. maior probatur. aut apprehenditur apprehenſione enunciatiua, id eſt, enunciando aliquid de ipſa concluſione: & hoc non: quia non omnis ſciens reflectitur ſupra concluſionem, aut apprehenditur ſimplici apprehenſione, & hoc non: quia iſta apprehenſio non ſufficit ad ſcientiam. nam prima principia & propoſitiones falſæ ſic apprehenduntur: & tamen de eis non eſt ſcientia.

Reſpondeo dico duo. Primo quòd cõcluſio demonſtrata eſt ſignum rei: ſignũ autem eſt res quædam, & eſt ſignum. *S*i cognoſcitur vel apprehenditur, vt res quædam: ſic apprehenditur ab intellectu actu diſtincto ab eo, quo apprehenditur quod ſignificatur. *S*i apprehenderetur, vt ſignum: ſic eodem actu apprehenditur ſignum, & res ſignata.

*Eodem actu intelligitur verbum & quiditas cognita per verbum.*

¶ Ex quo patet, quod intelligens aliquam quidditatem per verbum intellectus eodem actu intelligit verbum, & quidditatem, & qui intelligit rem complexe, eodem actu intelligit rem, & complexionem, 2. diſt. 24. q. 1. art. 1. q. 4.

*Apprehenſio quædam eſt effectus demonſtrationis quædam non.*

¶ Dico ſecundo, quod apprehenſio eſt duplex, quædam eſt effectus demonſtrationis: & ſic apprehenditur concluſio ſcita, & eodem actu, vt eſt ſignum rei, quo & ipſa res: & eodem actu cognoſcitur aliquid ineſſe ipſi rei: non autem concluſioni. Ille autem actus, vt comparatur ad concluſionem, dicitur aſſenſus: & vt comparatur ad rem, dicitur iudicium quia per ipſam iudicamus aliquid ineſſe rei. Alia eſt ſimplex apprehenſio, quæ nõ eſt effectus demonſtrationis, vt quando apprehenduntur prima principia: vel falſæ propoſitiones.

¶ Ad argumentum negatur minor. Ad probationem, dico, quod concluſio apprehenditur ſimplici apprehenſione.

¶ Ad improbationem huius dicitur, quod licet apprehenſio ſimplex, quæ nõ eſt effectus demonſtrationis, non ſufficiat ad hoc, quòd aliquid complexum dicatur ſcitum: ſufficit tamen illa, quæ eſt effectus demonſtrationis.

Secundò arguit ſic: ſupponendo tria. Primum eſt, quòd ſic eſſe vt ſignificatur per propoſitionem, non eſt ipſa propoſitio: ſicut Sortem currere: non eſt iſta propoſitio Sors currit.

¶ Secundò, quòd ſic eſſe in re, non eſt ipſam propoſitionem eſſe veram: ſed eſt cauſa eius.

¶ Tertiò quòd propoſitio non eſt ipſam eſſe veram: quia manente eadem propoſitione, poteſt variari veritas eius. Ex his arguit ſic, per demonſtrationem, qua concluditur, hominem eſſe riſibile: ſcitur tantùm, quòd homo eſt riſibilis. ſed hominem eſſe riſibilem, non eſt ipſa concluſio: quia eſſe rei non eſt ipſa propoſitio: ergo concluſio non ſcitur. minor patet. maior probatur. Si aliquid ſciretur maximè ſciretur, ipſam concluſionem eſſe veram, ſed hoc non ſcitur: niſi per alium diſcurſum: ergo.

*Egregia declaratio, quod eſſe rei non eſt ipſa propoſitio veritas eius*

Reſpondeo. Dico duo. Primò conceduntur preſuppoſita omnia. pro quorum notitia ſciendum eſt, vt habetur quoli. 2. q. 2. arti. 2. quòd eſſe accipitur vno modo, vt dicit veritatem propoſitionis: & ideo propoſitio vocalis vel ſcripta ſignificat aliquod eſſe, quod eſt in propoſitione mentali, ſcilicet compoſitionem vel diuiſionem eius: & hæc compoſitio vel diuiſio in mente ſignificat eſſe vel non eſſe

eſſe re, nam enunciabile affirmatiuum ſignificat eſſe, negatiuum verò non eſſe, licet aliquando affirmatiuum ſignificet non eſſe, vt cum dicimus quòd cæcitas eſt in oculo, vndè cæcitas, quæ non ens, apprehenditur per diuiſionem entis, licèt non apprehẽdatur eſſe ens, & attribuatur oculo, huiuſmodi autem enunciabilia ſignificant omnia, quæ ſignificant ſuæ partes, nã iſtud Socrates eſt albus ſignificat tempus ratione copulæ verbalis, vt dicit S.D. 1. diſt. 38. q. 1. art. 2. 3. ad tertium, & ſignificat Socratẽ ratione ſubiecti, & albedinem ratione prædicati, format autẽ intellectus huius enunciabilia, quia alia ſpecie intelligit ſubiectum, & alia prædicatum, vt dicitur prima q. 14. & etiam quia intellectus noſter cognitionem accipit à rebus materialibus, in quibus eſſe reſultat ex vnione formæ cum materia, & ſubiecti cum accidente, ideò & intellectus intelligit componendo, ideſt, formando enũciabilia, vt dicitur prima diſt. vbi ſupra. Et huic compoſitioni correſpondet aliquid in re, non tamen aliquid diſtinctum à rebus incomplexis, ſed tantum res importata per ſubiectum, & prædicatum, & aliqua eorum, vnitas, vt ponit prima q. 13. art. 12. & q. 85. artic. 5. ad tertium.

¶ Ex his patet, quòd eſſe rei non eſt ipſa propoſitio, nec veritas eius.

¶ Dico ſecundò ad argumentum, negando maiorem, nam obiectum proximum ſcientiæ acquiſitæ per illam demõſtrationem eſt iſta propoſitio, homo eſt riſibilis, & obiectum remotum eſt res extra.

*Aliud eſt ſcire propoſitionẽ, aliud ipſam eſſe veram.*

¶ Ad probationẽ, negatur maior, quia aliud eſt ſcire propoſitionem, aliud eſt ſcire, ipſam eſſe veram, quia primum ſcitur apprehenſione ſimplici, & actu recto, ſecundum apprehenſione enuntiatiua, & actu reflexo.

*Concluſio II.* Ratio formalis obiecti ſcientiæ, non ſolum eſt id, ad quod terminatur actus talis ſcientiæ, ſed id quod eſt cauſa per ſe quòd aliquid per talem actum attingatur. hanc ponit 3. diſt. 24 q. 1. art. 1. quæſtiuncula prima, & arguit ſic. Illud eſt formale in obiecto habitus quo ſpecificatur ipſe habitus, ſed ſpecificatur ipſe habitus, ſed ſpecificatus ex eo, per quod omnia per talem habitum ſciũtur: ergo, &c. maior nota, minor probatur. Habitus ſpecificatur, per id quo alia cognoſcuntur: ergo, &c.

Sciendum, quod formale obiectum eſt triplex, vt elicitur de veri q. 14. art. 8. ad quartum. Vnum quo, & ſic lux eſt formale in obiecto viſus, quia omnia per lumen videntur. Aliud eſt formale quod & ſic color eſt obiectum viſus, quia color eſt id quod adæquate, & inquantum huiuſmodi attingitur à viſu. Tertium eſt, ratio formalis obiecti, vt obiectum eſt, & ſic ratio formalis obiecti viſus eſt hoc, quod dico ſenſibile per medium extrinſecum diaphanum ſine reali immutatione medij, aut obiecti, aut organi. Similiter in philoſophia naturali ratio, obiecti vt eſt res, eſt ens mobile, & ratio obiecti, vt obiectum, eſt hoc quod dico ſcibile per medium ſumptum à materia ſenſibili, & iſta ratio non eſt quo, vel quod, ſed eſt ratio ſumpta à medio cognoſcẽdi denominans obiectum à tali medio, Hoc elicitur 3. diſt. 33. q. 1. art. 1. q. 1. Ex quibus patet, quod ratio ſcibilis, diſtinguens ſciẽtias eſt ratio obiecti ſumpta ex medio, vel principio ſciendi.

*Obiectũ formale triplex, quo quod, & ratio obiecti, vt obiectum*

*Quæ ſit ratio ſcibilis diſtinguens ſcientias.*

*Concluſio III.* Obiectum ſcientiæ requirit tria ſcilicet vniuerſalem continentiam, ideſt quod omnia conſiderata in ſcientia ſub eo continentur, principalitatem, ideſt quòd ſit primò intentum, & diſtinctionem, ideſt quòd per ipſum ſciẽtia ab alijs diſtinguatur. Hanc ponit in prologo primi q. art. 4. Et prima quæſt. 1. artic. 7.

*Concluſio IV.* Reſponſiua. Deus eſt obiectum formale theologiæ, tanquam id quod cognoſcitur in ea primo, & per ſe. Hanc ponit prima q 1. art. 7. & arguit ſic. Idem eſt obiectum ſcientiæ, & principiorum eius, ſed Deus eſt obiectum articulorum Fidei, quæ ſunt principia theologiæ: ergo, &c.

Sciẽdum, quòd ens diuinum eſt obiectum theologiæ tanquam de omnibus prædicatum, & Deus eſt ſubiectum tanquam id ad quod omnia habent attributionem.

*Ens diuinũ eſt obiectum theologiæ ad æquationis: Deus verò attributionis.*

† Contra arguit Gregorius. Si Deus ſub ratione deitatis eſt ſubiectum theologiæ, ſequitur quod poſſimus eum comprehendere, hoc eſt falſum, vt omnes cõcedunt: ergo, &c. conſequentia probatur. Si Deus eſt ſubiectum ſub ratione deitatis abſolute, ſequitur quod poſſumus cognoſcere omia, quæ per illam rationem ei conueniunt, ſed talis cognitio eſſet cõprehenſio: ergo, &c.

*† Grego. vbi ſupra concluſ. 2. contra ſecundam.*

Reſpondeo, dico duo. Primũ eſt quod



Digitized by Google

*Abſolutum condiſtinguitur a reſpectiuo, & contracto.*

aliqua ratio poteſt dici abſoluta dupliciter. Primo et abſolutum diſtinguitur cõtra reſpectiuum, & ſic ratio obiecti theologiæ eſt abſoluta. Alio modo, vt abſolutum dicitur non contractum.

*Obiectum theologiæ nõ contrahitur vt ſcibile, ſed vt ſcitum.*

¶ Dico ſecundò, quòd obiectum theologiæ, eſt non contractum ex parte ſcibilis, non enim conſideramus Deum cum aliqua determinatione reſtringente, eſt tamen contractum ex parte ſcientis, quia non conſideramus de Deo niſi ea, quę de eo ſciri poſſunt per lumen diuinæ reuelationis, ſcilicet per articulos fidei, nec oportet, quod conſiderans obiectum cognoſcat omnia, quæ ei conueniunt per rationem formalem ſe tenentem ex parte ſcibilis, ſed ea tantum, quæ cognoſci poſſunt per rationem formalem ſe tenẽtem ex parte ſcientis, & ſic etiam obijcitur beatis contractè ex parte ſcientis.

Ad argumentum negatur conſequentia. Ad probationem negatur maior, vt patet ex dictis.

*Concluſio V.* Ratio formalis obiecti theologiæ, ſicut quo aliquid in theologia cognoſcitur eſt lumen diuinæ reuelationis, & ſimilitèr ratio formalis obiecti, vt obiectum eſt, hoc quod dico reuelabile. Hanc ponit, 1. q. 1. art. 3.

*Tripliciter ratio obiecti theologiæ, cognita, cognoſcens, & cognitum denominans.*

Ex dictis patet, quòd eſt triplex ratio obiecti theologiæ. Prima eſt ratio cognita, ſcilicet ratio dei. Secunda eſt ratio cognoſcẽdi, ſcilicet lumen diuinæ reuelationis. Tertia denominat cognitum propter rationem cognoſcẽdi, & hæc eſt hoc, quod dico reuelabile, omnia enim conſiderata in theologia reducuntur ad illum modum ſcibilis, quem nominat reuelabile, & tale obiectum poteſt includere reſpectum, quia licet reſpectus non poſſit eſſe ratio, ſub qua aut per quam aliud conſideratur in theologia, poteſt tamen eſſe ratio explicans modum ſciendi.

*Aureo. ulti. quæſtio prolog.*

Contra arguit Aureolus, † paſſiones demonſtratæ de Deo in theologia, ſcilicet eſſe trinum, eſſe bonum, non inſunt ei per rationem reuelabilis: ergo reuelabile non eſt ratio formalis obiecti, conſequentia patet, quia per rationem formalem obiecti inſunt ei paſſiones, antecedens probatur. Illa non inſunt Deo per reſpectum rationis, ſed reuelabile dicit reſpectum rationis: ergo, &c.

Reſpondeo, negatur conſequentia, loquendo de obiecto, vt obiectum eſt, ſiuè ex parte noſtra, licet concedatur eadem conſequentia, loquendo de obiecto, vt eſt res, vel ex parte rei, nec nos ponimus hoc modo reuelabile eſſe obiectum, ſed rationem deitatis, per quam omnia de Deo probantur.

*Duplex ratio formalis obiecti, vt rei, & cogniti ab hoc.*

Ex his habes, quòd ratio formalis in obiecto poteſt eſſe duplex, vna ex parte rei, ſicut ſi quis conſiderat lapidem, vt eſt ens, & alius conſideret eum, vt eſt mobilis, erit alia ratio ex parte rei. Alia eſt ex parte noſtri, ſicut ſi vnus credat, & alius ſciat idem. Similitèr obiectum theologiæ ex parte rei eſt ratio deitatis, ex parte noſtra eſt reuelatio non quælibet, ſed facta Apoſtolis, & prophetis.

*Additio, quæ eſt ſolutio argumentorum recẽtiorum per M. Mauritium de Gregorio.*

*His doctrinis confutantur hæreſes damnatæ, vt in noſtro Commentario hic in tex. Magiſtri, & confutantur etiam hæreſes, quæ ſunt in Abecedario, & in Ethimologijs hæreſum, & confutantur ſimilitèr Idolatriæ, vt in Abecedario Idolorum in principio vide ibi. Et etiam confutantur falſæ Theologiæ Fænicum, Egyptiorũ, Græcorum, Atlanticorum, Frigiorum, Gentium, &c. ab Euſebio in primo, ſecundo, tertio, & quarto de præparatione Euangelica contra Theologiam fabuloſam Poetarum antiquorum.*

*Loca ſoluentia argumẽta aduerſariorum Magiſtri Mauritij vltra commentaria textuũ, loca contra hæreſes &c.*

*Ex concluſionibus, probationibus, & ſolutionibus argumentorum ſoluũtur argumenta Vulpes, & aliorum recentiorum facile, vt facit Ariſtot. ad argumenta Antiquorum quod veritatis cognitio dubiorum eſt ſolutio, & cum Cardinali Bellarmino dicente in libro de Scriptoribus Eccleſiaſticis de Ioanne Capræolo, quòd Io. Capreolus ſit defenſor Egregius Sancti Thomæ, & optimè diſſoluit omnia argumenta aduerſariorum: dicunt verba formalia Bellarmini, ergò ſi optimè diſſoluit per Bellarminum ſunt ſoluta argumenta cum his doctrinis hic: Sicut ſoluit Ariſtotelis cõtra antiquos dicendo in 3. de Cælo veritatis cognitio, dubiorum eſt reſolutio.*

*Reſp. ſecundo cum Cardinali Sarnano Franciſcano doctiſſimo, qui propter ſuam doctrinæ Eminentiam Cardinalis fuit creatus, concordando Sanctum Thomam cum Scoto faciẽdo*

*do diſtinctionem, vide ſuam diſtinctionem Sarnani in fine.*

*Reſp. tertio cum Petro de Bergamo in tabula S. Thomæ, quod qui ſcit totam Logicam S. Thomæ, Philoſophiã etiam moralem, totam Metaphyſicam S. Thomæ, & totam eiuſdem Theologiam, nullum poteſt facere argumentũ contra Sanctum Thomam, & ideo ſubdit, quod iſti recẽtiores ſtudẽt, tantummodò articulo, ſuper quem componunt, & non habent in mente omnia opera Sancti Thomæ loquentis præſuppoſitiuè, præſupponendo omnia ſupradicta, & dicendo quapropter prærumpunt in verba in tantum Magnum Doctorem nullo modo applicãda, quod Sanctus Thomas contradicat ſibi ipſi, & ideo Cardinal. Sarnanus, quia ſciebat totum S. Thomam concordauit ſimilitèr, etiam Ioann. Capreolus ſoluit argumenta aduerſariorum, cum locis Sancti Thom. quia totum in mente habebat Sanctum Thomam, & ideo Bellar. dicebat bene omnia ſoluere Capreolum.*

*Reſpondetur quarto, cum Bonaherba Ord. Sancti Auguſtini qui etiam ſciebat totum Sanctum Thomam fecit concordantiam cum Scoto diſtinguendo hic doctiſſime vide eũ in fine.*

*Reſpondetur quinto, cum Grauina quod quelibet proferentẽ in contrariũ doctrinæ Sancti Thomæ ſollicitum eſſe, & ridiculum eſt, dicit iſta verba Ariſt. ad Mennonem, & ſubdit etiam Ariſt. quod pauca reſpicientes de facili pronunciant.*

*Argumenta vero Vaſquez, Valentiæ, Molinę, Suarez, Faſoli, Palumbi, &c. quia colliguntur, & ſoluuntur à Ripa Epiſcopo, à Nazario, à Conſales, à Nauarretta, à Zenardo ſufficiẽtiſſimè, & clarè, & diſtinctè, ſuperfluum eſſet addere hic. Ideo vide ea ibi abbreuiata, ordinata, & optimè ſoluta pręcipuè à Montagnol. p. p. q. 1.*

*Loca Sacræ Scripturæ hic, & infra à Salmerone, Emanuel Sa, à Toleto, à Prierio, Vegha, à Poſſeuino, à Salian, Torello in Annalibus à creatione Mũdi quæ videntur repugnare aliquo modo Thomiſtis, quia ſunt concordata à nobis in fine noſtræ expoſitionis totius Bibliæ, & in Anatomia Bibliæ impreſſa ideo vide ea illic.*

## DISTINCTIO. I.

*Quæſt. 1. Capreol.*

IN prima diſtinctione quęruntur tria. Quæritur primo vtrũ fruitio ſit actus voluntatis.

Pro deciſione quæſtionis hęc eſt prima concluſio. Voluntas habet tres actus realiter diſtinctos reſpectu finis, ſcilicet velle, frui, & intentionem. Hanc ponit prima ſecundæ, q. 8. antequã diuidat articulos.

*Concluſio* II. Velle eſt propriè reſpectu finis. Hanc ponit eadem quæſtione art. 2. Et arguit ſic. Actus denominatus à potentia eſt propriè reſpectu per ſe obiecti potentiæ. ſed velle denominatur à voluntate, cuius per ſe obiectum eſt finis. ergo.

*Concluſio* III. Fruitio eſt delectatio de vltimo fine. Hanc ponit 1. 2. q. 11. art. 1. Et prima diſt. 1. art. 1. Et 1. 2. q. 25. ar. 2. Vbi ſic arguit. Omnis quietatio in vltimo fine eſt delectatio: ſed fruitio eſt huiuſmodi: ergo.

Corollarium primum. Fruitio non eſt amor. probatur ſic. Fruitio eſt delectatio: vt patet ex concluſione. ergo non eſt amor. conſequentia tenet: quia amare & delectari ſunt actus diſtincti: vt ponit 1. 2. q. 26. artic. 2. & 23. artic. 4. vbi dicit quod ſicut generans dat corpori graui grauitatem, & motum, & quietem: quæ tria ſunt diſtincta. ita appetibile, dat appetitui amorem, deſiderium, & delectationem.

Secundum corollarium. In beatitudine ſunt tres actus diſtincti. probatur ſic. Ibi eſt viſio, amor, & delectatio, & hi ſunt tres diſtincti actus. ergo &c.

Cõtra tertiã cõcluſionẽ & primũ corollariũ: arguit Aureolus. † Primò. Fruitio eſt nobiliſſima operatio volũtatis: ſed delectatio non eſt nobiliſſima operatio ſed amor. ergo fruitio nõ eſt delectatio. maior nota. minor probatur. delectatio cauſatur ex amore ergo eſt nobilior amore. *In 1. diſt. 1. q. 3. Verum fruitio ſit delectatio*

Reſpondeo, negatur minor. Nam amor appetitus ſenſitiui eſt principium



Digitized by Google

omnium paſſionum. & amor voluntatis eſt principium omnium actuum voluntatis. delectatio autem eſt finis earum.

¶ Ex quo patet delectationem eſſe digniorem amore: cum finis ſit nobilior his quæ ſunt ad finem. 1.2.q.23. ar.2.

¶ Ad probationem, negatur conſequentia: quia non oportet cauſam inſtrumentalem eſſe digniorem effectu. amor autem eſt talis cauſa reſpectu delectationis. voluntas autem eſt eius cauſa principalis.

Secundò. Omnis delectatio, quæ eſt in beatitudine eſt quies in viſione. ſed fruitio non eſt quies in viſione. alioquin viſio eſſet obiectum fruitionis. hoc eſt falſum. ergo &c.

*Beatorum duplex delectatio de Deo in ſe & vt ab eis viſo.*

Reſpondeo. negatur maior. Nam beati habent duplicem delectationem. Vnã de Deo in ſe conſiderato. Aliam de Deo vt habetur, & videtur ab eis. prima eſt dignior quam ſecunda. vt ponit S.D. prima ſecundæ q.28. art. 1. ad tertium, negatur etiam minor: quia eodem actu fruuntur Deo & viſione vt infra dicetur.

Contra ſecundum Corollarium arguit quod omnis amor ſit delectatio vel deſiderium. Primo omnis complacentia eſt delectatio. ſed amor eſt complacentia. ergo amor eſt delectatio. minor nota. maior probatur: quia idem eſt dicere complaceo mente: & delector mente. ergo.

Reſpondeo. conceditur minor. quia eam ponit S.D. 1.2. q.26. ar.2. ſed negatur maior. Ad probationem negatur antecedens. nam bonum antequã ſit præſens amanti vt rei ab eo amatæ placet quidem, & amatur non tamen delectat niſi ſit præſens vel actu vel potentia, vel in memoria. vel alio modo. Et ſic delectatio non eſt niſi boni vt præſens eſt complacentia autem hoc non requirit vt dicit S.Do. 13 diſtinct. 27. quæſtion. 1. ar.3. Et prima ſecundæ, q.32, artic. 3, ibi enim loquitur de gaudio: & ex conſequenti de delectatione: quia omne gaudium eſt delectatio: licet non è contra: quia ſola delectatio voluntatis eſt gaudium, non autem delectatio ſenſitiui appetitus. 1.2. q.31. art. 3.

*Amor concupiſcentiæ ipſaque concupiſcentia ſunt actus ſpecie diſtincti.*

Secundo. Omnis amor vel eſt amor concupiſcentiæ vel amicitiæ. ſed amor concupiſcentiæ eſt deſiderium. & amor amicitiæ eſt delectatio. ergo omnis amor eſt concupiſcentia: ſiue deſideriũ vel delectatio.

Reſpondeo dico duo, quod amor cõcupiſcentiæ & concupiſcentia ſunt actus ſpecie diſtin. vt dicitur 1.2.q.30. ar.2. habent enim diſtincta obiecta formalia, licet idem materiale. Nam obiectum amoris concupiſcentiæ eſt bonum alteri. concupiſcentiæ autem obiectum eſt bonum: vt ab ſens eſt. Amor igitur concupiſcentiæ, non eſt ipſa concupiſcentia, vel deſiderium: nec determinatur à cõcupiſcentia, quæ eſt deſiderium, ſed à concupiſcentia, quæ dicit generaliter motum appetitus in id, quod eſt bonum alteri: ſiue illud bonum ſit præſens ei ſiue non. Similiter amor amicitiæ non eſt amicitia: quia amor eſt paſſio vel actus. concupiſcentia autem & amicitia ſunt habitus. prima ſecundæ quæſtione 25, arti.4.

¶ Dico ſecundo quod idem actus eſt amor amicitiæ reſpectu vnius ſcilicet reſpectu amici, cui volo bonum, & eſt amor concupiſcentiæ reſpectu alterius, ſcilicet boni quod volo amico. Nam amor concupiſcentiæ reſpicit ipſum bonum & eum cui volo bonum vt dicitur primo contra Gen. cap.91. ſed ipſe amicus prius & pro ſe amatur. bonum autem quod volo amico, amatur alteri, & ſecundario. Et ſic patet quod diuiſio amoris in amorem amicitiæ & concupiſcentiæ; non eſt in diſtinctos actus realiter: ſed ſecũdum prius & poſterius.

*Diuiſio amoris in amorẽ animi & cordis nõ eſt in actus reales.*

Tertio, amor & delectatio habẽt eoſdem effectus ſcilicet vnire amato, & intendere actum: quia quæ fiunt ex amore, & cum delectatione, intenſius fiunt ergo ſunt idem inter ſe.

*Amor quidam eſt efficiens quidã forma, quidam effectus.*

¶ Reſpondeo, Negatur antecedens; quia amor vnit formaliter cum aliquis amor ſit ipſa vnio, & aliquis ſit cauſa vnionis & aliquis ſit vnionis effectus. prima ſecundæ quæſtione 28. ar. primo ad ſecundum. Delectatio autem nec vnit formaliter nec effectiue; ſed eſt effectus vnionis. prima ſecundæ quæſtione 25. arti. 3. † ad ſecundum. Effectus autem amoris ſunt extaſis inhæſio, zelus. 3. ſen. diſt. 27. quæſtione prima. art. 1. Vbi etiã dicit quod amor vnit per modum concretionis inquantum amans ſit ſecundũ affectum ipſa res amata. Delectatio autem vnit per participationem rei præſentis. Item delectatio intendit actum per modum finis & amor per modum principij. Vnde amor non propriè perficit operationem. ſed elicit. Delectatio autem

*Amor nunquam eſt delectatio niſi cauſalitatis.*

Digitized by Google

autem proprie perficit. Et ſi alicubi inuenitur quod amor ſit delectatio, exponendum eſt cauſaliter, id eſt, quod eſt cauſa delectationis. prima ſecundæ. q. 26 art. primo.

Quarto, amor & delectatio ſunt in eadem potentia reſpectu eiuſdem obiecti, ſcilicet Dei præſentis: ergo ſunt idẽ.

¶ Reſpondeo. Negatur conſequentia: quia reſpectu eiuſdem obiecti ſecundũ rem: quod eſt multiplex ſecundum virtutem actiuam cuiuſmodi eſt bonum diuerſimodè apprehenſum: poſſunt eſſe actus ſpecie diſtincti. Nam tale obiectum eſt multiplex in ratione obiecti. Sic in propoſito reſpectu boni abſolutè eſt amor, reſpectu eiuſdem, vt præſentis, eſt delectatio: & reſpectu eiuſdem vt abſentis, eſt deſiderium. prima ſecundæ quæſtione 30. articul. ſecundo. & quæſtione 27. articul. quarto. Vbi dicit quòd iſti tres actus differunt: ſicut leuitas, motus ſurſum, & quies: quæ tamen ſunt in igne ab eodem ſcilicet à generante. amor etiã & delectatio ſunt quædam immutationes appetitus ab appetibili: & neutrum eorum dicit viam appetitus ad appetibile. De delectatione ponit prima ſecundæ quæſtione 31. articul. primo ad ſecundum. de amore quæſt. 26. artic. 2. ad tertium.

*Reſpectu eiuſdem eſt amor delectatio & deſiderium licet diuerſimode*

Quintò arguit ſic Gregorius † ex quibuſdam dictis Aug. 14. de ciui. & 11. de Trinit. qui videtur dicere quòd delectatio ſit deſiderium, & deſideriũ ſit amor. ergo etiam delectatio eſt amor.

*Grego. in 1. diſt. q. 2*

¶ Reſpondeo, quòd Auguſtinus loquitur cauſaliter. nam eo, quòd amem aliquam, deſidero eam habere, qua habita, delector: & ſic amor cauſat deſiderium: & deſiderium delectationem.

Contra ſecundum corollarium arguit Aureol. † Delectatio & amor in beatitudine ſe habent, ſicut viſio & comprehenſio non ſunt actus diſtincti realiter. vt idem dicit. ergo &c.

*Aureo. in 1. diſt. q. 2*

¶ Reſpondeo. Negatur conſequentia. quia S. Do. non comparat ea quò ad realem diſtinctionem, ſed quò ad ſequelã: quia ſicut comprehenſio ſequitur viſionem: ita delectatio amorem: ſed differũt: quia comprehenſio non addit ſupra viſionem niſi reſpectum fundatum ſuper operationẽ, qua Deus habetur & tenetur præſens. Fruitio autem dicit actum diſtinctum ab amore.

*Concluſio* III. Intentio eſt actus voluntatis realiter differens à fruitione & volitione proprie dicta primam partem probat prima ſecundæ quæſtion. 12. art. 1. ſic. Intentio eſt actus illius potentiæ, quæ facit alias in aliquid tẽdere. ſed voluntas eſt huiuſmodi. ergo: maior nota ex vi huius vocabuli intendere. minor probatur, voluntas mouet omnes potentias: ergo facit eas tendere in aliud. Secundam partem probat. ibi ad quartum. Et de veri quæſtio 22. art. 13. Velle eſt reſpectu finis abſolutè. Fruitio eſt reſpectu finis, vt in eo eſt quies, intentio eſt reſpectu finis, vt eſt terminus eorũ, quæ ad ipſum ordinantur: ergo ſunt actus diſtincti, conſequentia patet, quia reſpiciunt obiectum ſub alia, & alia ratione formali.

*Intentio volitio, & fruitio quomodo differant.*

Contra arguit Aureolus † Nullus ordo eſt actus, cum ordo ſit relatio, ſed intentio eſt ordo: ergo, minor probatur, omnis circunſtantia actus eſt relatio, ſed intentio eſt circunſtantia: ergo.

*Aureo vbi ſupra.*

¶ Reſpondeo, dico duo. Primò quòd licet intentio, & electio reſpiciant finem, & ea quæ ſunt ad finem, ſunt tamen actus diſtincti, quia motus volũtatis in ea, quæ ſunt ad finem, vt ordinantur ad finem eſt electio. Intentio ei autem eſt motus voluntatis; quæ fertur in finem, vt acquiritur per ea quæ ad finem ordinantur, prima ſecundæ, quæſt. 12. artic. quarto ad tertium.

*Vtrum intẽtio ſit actus*

¶ Ex quo patet, quòd intentio non eſt relatio, ſed actus voluntatis conſequens actum intellectus ordinantis.

¶ Dico ſecundò quòd circunſtantia actus eſt quædam conditio extra ſubſtãtiam actus attingens tamen actum aliquo modo, vt locus, tempus, perſona.

*Circumſtãtia actus eſt extranea à ſubſtantia actus.*

Ex quo patet quòd circumſtantia poteſt eſſe quantitas, vel qualitas.

¶ Ad argumentum negatur minor.

¶ Ad probationẽ negatur maior, minor etiam eſt falſa. Nam intentio accipitur dupliciter. Vno modo pro fine vt cum quis orat ad hunc finem, vt laudetur, & ſic eſt circumſtantia. Alio modo accipitur pro actu voluntatis reſpectu finis cum ordine ad ea per quæ acquiritur, & ſic non eſt circumſtantia. Hoc elicitur 1. 2. q. 3. art. 3. ad tertium.

Contra primum dictum in hac reſpõſione, ſcilicet quòd eodem actu volumus finem, & ea quæ ſunt ad finem: arguit Gregor. † Sit a. finis, & b. ſit ea quæ sũt ad

*Gregor. in 1 diſt. 1. q. 3.*

Digitized by Google

*Vtrum eodẽ actu velim finem, et quæ ad finẽ ſunt.*

ad finem, tunc ſic. Volitio, a. eſt cauſa volitionis, b. ergo ſunt actus diſtincti, cõſequentia patet, antecedens probatur, b. volitur propter, a. ergo volitio a. eſt cauſa volitionis b.

¶Reſpondeo, dico duo. Primò quòd voluntas poteſt ferri in finem, & in ea quæ ſunt ad finem dupliciter. Vno modo fertur in vtrumque abſolute, & ſecundum ſe conſideratum, & ſic fertur duobus actibus. Alio modo fertur in id quòd eſt ad finem propter finem, & ſic eodem actu vult vtrumque, cuius ratio eſt, quia finis eſt ratio volendi id quòd eſt ad finẽ, eodem autem actu fertur potentia ſuper obiectum, & ſuper rationem obiecti, ſicut eadem eſt viſio coloris, & lucis 1. 2. q.12.art.4.q.

¶Dico ſecundò quòd ſicut color eſt cauſa quòd ſubſtantia videatur, non tamen viſio coloris eſt cauſa viſionis ſubſtantiæ, quia vtrumque eadem viſione videtur, ita finis eſt ratio quòd velimus ea quæ ſunt ad finem, non tamen volitio vnius eſt cauſa volitionis alterius, ſed vtrumque eadem volitione eſt volitum.

Ad argumentum negatur maior. Ad probationem negatur conſequentia, nã b. eſt volitum propter a. quia eſt ratio volendi b. non quòd volito a. ſit cauſa volitionis b.

Ex hix patet quòd impoſſibile eſt velle. id quòd eſt ad finem propter finem actualiter, niſi etiam velimus finem, licet velimus id quòd eſt ad finem, vt eſt res quædam non actu volendo finem. Vnde in eo, qui volebat aliquid propter finem, ceſſante poſtea actuali volitione finis, remanere poteſt volitio eius, quòd eſt ad finem, vt eſt res quædam.

*Vtrum volitio, quæ prius erat eius quod eſt ad finẽ, & poſt ea eſt tantũ ordinata ad finem, ſit eadem.*

Sed hic occurrit vnum dubium. Vtrũ illa volitio, quæ prius erat eius quod eſt ad finem, & ipſius finis, & poſtea eſt tantum eius, quòd eſt ad finem, ſit eadem, vel alia, & alia.

¶Credo, quòd poſſit eſſe eadem, ſicut dum volo b. actualiter ordinando ad a. poteſt remanere volitio b. ceſſante illo ordine, & ſic erit eadem volitio, ſed non cum eodem reſpectu, quia prius ordinabatur ad a. modo non.

Secundò ſequitur, quòd idem actus numero ſit velle, & nolle: hoc eſt falſum, ergo, minor patet, quia eodem modo idẽ poſſet eſſe gaudium, & triſtitia, quòd nullus concedit, maior probatur. In eo qui, non vult furari pro pter Deum, nam per te reſpectu vtriuſque eſt idem actus, & reſpectu furti eſt nolle, & reſpectu Dei nõ eſt nolle, quia nolle Deum, eſt peccatum & ſic, qui nolet furari propter Deum peccaret: ergo eſt velle.

Reſpondeo, negatur minor. Ad probationem negatur conſequentia.

¶Vbi notandum, quòd obiectum gaudij, & triſtitiæ, & ſimiliter gaudij, & deſiderij habẽt rationes oppoſitas, ideò vnũ non poteſt eſſe ratio alterius. Deus autem poteſt eſſe ratio, quod nolimus furari, ideò actus fertur ſuper vtrumque, ſed cum diuerſis habitudinibus, propter quas reſpectu vnius dicitur velle, & reſpectu alterius dicitur nolle.

*Concluſio V.* Eadem fruitione fruimur Deo: & viſione, qua videmus Deum. Hanc probat ſic, prima ſecundæ q.11. artic.3. & primo diſtinct.1.q.1.arti.2. ad ſecundum. Vnius finis eſt tantum vna fruitio, ſed Deus, & viſio Dei ſunt idem finis: ergo, maior nota, minor probatur, finis, & adeptio, eius ſunt vnus finis, ſed viſio eſt adeptio Dei: ergo.

*Vtrum ſeruamus viſione Dei.*

Contra, arguit Aureolus, primò, viſio Dei non eſt Deus, nec ei hæremus propter ſe, ſed in ordine ad Deum: ergo ea non fruimur, antecedens patet, conſequẽtia probatur, quia ſolo Deo fruendum eſt, & frui eſt alicui amore inhærere propter ſe, vt dicit Auguſt. lib.1. de doctrina Chriſtiana.

Reſpondeo, dico tria. Primum eſt, quòd delectatio eſt boni coniuncti, & ideò habet pro obiecto non tantum ipſum, ſed etiam operationem qua bonum coniugitur, vel ſibi, vel amico, vt dicitur prima ſecundæ q.32. artic.1. & 5. fruitio autem eſt delectatio, & ideò non fertur tantum in bonum amatum, ſed etiam in habitionem ipſius.

*Finis duplex qui, & quo.*

¶Dico ſecundò, quòd fruitio eſt reſpectu vltimi finis, qui eſt duplex. Vnus eſt obiectiualis, ſiuè finis qui, & hic eſt Deus. Alius eſt materialis, ſiuè quo, & hic eſt viſio Dei, fruitio aũt fertur ſuper vtrumq; tanquam ſuper vnum totale obiectum, ita quòd principale eſt Deus, minus principale eſt viſio, quæ eſt quaſi conditio obiecti, vt eſt beatificans, & tenet ſe non ex parte obiecti, ſed ex parte noſtri, quia alitèr non poſſemus ab eo beatificari, niſi nobis per viſionem vniretur.

¶Dico tertiò, quòd licet nullo ente creato ſit fruendum tanquam principali obiecto, nec ei propter ſe inhærendum, nihil

Digitized by Google

nihil tamen prohibet eo frui,& ei inhærere non propter ſe,ſed inquantum eſt habitio illius finis, cui propter ſe inhærendum eſt.

¶Ex his ad argumentum negatur conſequentia, concludit enim quòd viſione non eſt fruendum tanquam obiecto principali,& de tali loquitur Auguſt.

Secundò fruitio eſt actus voluntatis nobiliſſimus, ſed delectatio de viſione non eſt huiuſmodi:ergo,maior nota,minor probatur. Delectatio de Deo in ſe eſt nobilior,quàm delectatio de Deo, vt eſt viſus:ergo hæc non eſt nobiliſſima.

*Nobiliſſimus actus in genere duplex laudabilium, & præmiorum.*

Reſpondeo, aliquis actus poteſt dici nobiliſſimus dupliciter. Vno modo in genere laudabilium, & ſic negatur maior. Alio modo in genere præmij,& beatitudinis, & ſic negatur minor. Ad probationem negatur antecedens loquendo de nobilitate in genere præmij. Hoc elicitur ſecunda ſecundæ q.28.artic.1.ad tertiũ, vbi ponit quòd in patria erit duplex gaudium,vnũ de Deo in ſe,aliud de Deo, vt viſus ſecundũ perficit immediatè beatitudinem, ſicut decor iuuentutem non autem primum, Item. ſecundum non compatitur miſeriam,ſicut primum,nam in via etiam gaudemus de bono diuino in ſe, ideſt quòd Deus habeat tale bonũ, licet non gaudeamus, ita intrinſecè ſicut in patria.

*Greg.vbi ſupra. Vtrum eodẽ actu fruamur Deo,& fruitione.*

Contra id,quòd habetur in concluſione,ſcilicet quòd eodẽ actu fruimur Deo, & etiam fruitione,arguit Gregorius† primò. Nulla volitio eſt volitio ſui: ergo fruitio ſui,tenet conſequentia, quia fruitio eſt volitio,antecedens probatur.Nulla volitio eſt volita:ergo nulla eſt volitio ſui,conſequentia patet, antecedens probatur,omnis volitio cauſatur à cognitione:ergo nullum volitum eſt volitio, maior eſt in 3.de anima,† minor probatur

*Text.57.*

nulla cognitio maximè intuitiua eſt cauſa ſui obiecti,ſed omne volitum eſt obiectum cognitionis, cum nihil ſit volitum niſi cognitum:ergo,&c.

Reſpondeo, primò, quòd non omnis volitio eſt volitio ſui, ſed illa quæ eſt reſpectu alicuius obiecti principaliter, q eſt ratio volẽdi ſe,& alia ordinata ad ipſum,eſt ſecundariò volitio ſui. Et ſimpliciter volitio, quæ eſt principaliter reſpectu obiecti,quòd eſt ratio volendi ſe, & alia eſt ſecundariò volitio ſui,exemplum primi eſt Deus, exemplum ſecundi eſt miſeria.

¶Ex quo patet, quòd nulla volitio eſt principaliter volitio ſui, ſed poteſt eſſe volita in principaliter volito.

Dico ſecundò,quòd ſi per notitiam intuitiuam intelligitur notitia Dei in ſe,de nulla re inſenſibili habetur in via notitia intuitiua, vnde dato quod in via volitio eſſet volita,non tamẽ cauſaretur à notitia intuitiua, quia volitio in via intuitiuè à nobis non cognoſcitur cum ſit inſenſibilis.

*Notitia intuitiua,non ſemper cauſatur ab obiecto immediate.*

Dico tertò,quòd licet cognitio intuitiua non ſit cauſa obiecti non tamen cauſatur ſemper immediate ab obiecto,nàm notitia intuitiua, quæ habetur in patria de creaturis cauſatur per influxum ſpecierum, vel in verbo, & ſic cognitio quã habet beatus de ſua fruitione, qua etiam fruitur non eſt cauſa fruitionis, nec cauſata ab ea,ſed in verbo.

*Cognitio nõ efficit velle, ſed obiectũ dat ei ſpeciem.*

Dico quartò, quod nulla cognitio eſt cauſa effectiua cuiuſcunque volitionis, licèt obiectum cognitum ſit cauſa ſpecificatiua actus, volẽdi, vt dicetur 2.diſ.25.

Dico quintò,quod ad hoc quod volitio ſit volita etiam directe;non oportet, quod diſtinctè,ideſt ipſa ſola ſit cognita, nec oportet quod ſit cognita intuitiuè, ſed ſufficit, quod cognoſcatur in eo quod eſt principaliter cognitum.

Dico ſextò, quod multæ cognitiones licet non intiuitiuæ ſunt cauſa ſui obiecti vt patet in omnibus artificialibus.

Ex his patet ad argumentum, primo negatur antecedens. Ad probationem negatur maior, quòd volitio cauſaretur à notitia effectiuè, negatur etiam minor vt dixi de artificiatis. Ad probationem dico quòd deberet ſic ſubſumere,ſed omne volitum eſt obiectum cognitionis intuitiuæ,quod negatur.

Ponit Ioannes Capreolus aliã concluſionem,ſcilicet,quod nullus actus voluntatis eſt eſſentialiter beatitudo, quam ponit etiam in 4. diſt.49. cum eiſdem argumentis:quæ ſunt hic. Et ideo ad illum locum ſeruetur: quia ibi eſt ſpiritualis tractatus de beatitudine.

## QVAESTIO II.

*1.diſt.prim.ſentent.*

QVæriter ſecundo. Vtrum vſus ſit actus voluntatis.

Pro cuius declaratione ponitur prima concluſio. Vſus eſt actus voluntatis. Hanc probat prima ſecundæ q. 16. art. 1. Vſus eſt actus illius potentiæ cuius eſt appli-

applicare , omnes alias ad operationes ſuas,ſed voluntas eſt huiuſmodi.ergo eſt huiuſmodi.ergo eſt actus volūtatis; maior nota: quia vſus conſiſtit in tali applicatione: minor probatr voluntas mouet oēs Potentias.ergo applicat eas adopus.

*Viſus,& vſus differ.*

Sciendum quod licet vti, & vſum aliquando doctores pro eodem accipiant: tamen vt inquit Durandus diſtinguntur Nam vſus eſt propriè operatio ad quam res applicatur: ſicut videre eſt vſus oculi,vti autem eſt ipſa applicatio.

Correlarium primum. vti eſt ſolius voluntatis: probatur: ſolius voluntatis eſt applicare alias potentias ad opus, ergo eius ſolius eſt vti.

Correlarium ſecundum vſus poteſt eſſe ſubiectiuè in potentia cognitiua , & appetitiua & executiua: probatur ſic. prima ſecundæ q.19.art.1. in qualibet iſtarum poteſt eſſe operatio illa, ad quam applicatur. ergo & vſus.tenet. conſequētia à diffinitione ad diffinitum.

Correlarium tertium. licet vſus non ſit ſemper ſubiectiuè in voluntate : tamē ſemper attribuitur principaliter voluntati: & eſt actus elicitus vel imperatus à volūtate, probatur ſic. Omnis operatio in quocunque ſit ſubiectiuè principaliter attribuitur motori: ſed voluntas eſt mouens alias potentias ad operandum. ergo.

*Aureo vbi ſupra.*

Contra probationem concluſionis arguit Aureo † primò, vti dicit motum voluntatis ſuper aliquid non ſiſtendo in eo: ſed ordinando ad aliud. ergo non conſiſtit in applicatione ad opus. conſequentia patet: antecedens probatur. frui & vti ſunt actus oppoſiti. ergo habent rationes oppoſitas. ſed frui dicit motum voluntatis ſuper aliquid quieſcendo in eo, ergo vti dicit motum voluntatis ſuper aliquo non quieſcendo in eo , ſed ordinando ad aliud.

*Operatio duppliciter accipitur pro actione vera vel ſignificata.*

Reſpondeo. primò dico quòd operatio accipitur dupliciter Vno modo propriè pro motu vel actione. Alio modo pro omni eo quod ſignificat per modum actionis : & ſic quietatio & poſſeſſio rei dicitur actio. cum autem dicitur quod vti eſt applicare ad operationem: accipitur operatio ſecundo modo. nam velle pecuniam ad poſſidendum eam : eſt vti pecunia. quicunque ergo vult vnum in ordine ad aliud applicat ipſum ad operationem, ſcilicet ad obtinendum. vel conſequendum id propter quod vult illud tale: Ex hoc ad argumentū negatur conſequentia.

¶ Dico ſecundò. quod vti frui non ſunt oppoſita immediata, nam eligere, intendere, conſentire , non ſunt fruitio nec vſus: ſunt tamen oppoſita eo modo, quo abſolutum opponitur ei quod dicitur abſolutum cum reſpectu : vt dicitur abſolutum cum reſpectu: vt dicitur prima ſecundæ. q.16. art.2. ad primum. Et hoc modo opponit fruitioni etiam electio, quæ importat duos reſpectus in re electa, vnum ad finem , propter quem eligitur: alium ad id, cui præeligitur : vt ibi dicitur. ar.4.

Secundò vtimur cœlo ; & tamen non applicamus ipſum ad opus. ergo vti non dicit talem applicationem.

¶ Reſpondeo. negatur minor : quia applicamus ipſum ad hoc , quod ex eo deueniamus in aliquam dei notitiam ; vt dicit S. D. 1. diſtin. 1. q. 2. artic. 2. ad primum, vbi declarat, quomodo omni ente creato poſſumus vti.

*Concluſio II.* Vſus eſt tantum eorum quæ ſunt ad finem. Hanc ponit prima ſecundę. q. 16. art. 3. & probat ex concluſione præcedenti ſic vſus eſt tantum eorum quem ad aliud ordinantur ergo eſt tantum eorum, quæ ſunt ad finem.

*Concluſio* III. Electio eſt actus voluntatis. Hanc ponit. prima ſecundę q. 15. ar. 1. & arguit ſic: electio eſt motus animæ ad bonum, quod eligitur: ergo eſt actus voluntatis.

Pro notitia concluſionis dico duo. voluntas tendit in bonum abſolute ſicut eſt velle & amare. & hic actus eſt voluntatis ſimpliciter. Alius actus eſt quo mouetur in bonum. Secundum quod aliqua impreſſio rationis relinquitur in voluntate: & talis eſt actus in quo eſt aliqua ordinatio, nam rationis eſt ordinare & ſic eſt electio huiuſmodi autem actus eſt volūtatis non ſimpliciter ſed in ordine ad rationem: nec eſt ſic intelligendum, quòd ſubſtantia actus electionis ſit in voluntate: & ordo fundatus in tali actu ſit in ratione: quia hoc eſt impoſſibile ; quia relatio eſſe non poteſt niſi vbi eſt fundamentum, electio autem fundans illum reſpectum eſt in voluntate. ſed intelligitur ſic quòd voluntas ex natura ſua habet ex ſe immo ex hoc quod mouetur ab intellectu quod in actu ſuo ſit ordo vnius ad aliud: vt dicit S. Do. de veri. q. 22. artic. tertio.

¶ Au-

Digitized by Google

Aureol.

¶ Aureolus arguit contra, tribus medijs quæ non pono: quia ſolum concludũt, quod ordo fundatus in actu electionis non eſt ſubiectiue in ratione, quod gratis conceditur.

Dirigere actiuè eſt in tellectus.

Dico ſecundo quòd dirigere actiuè aliquid in finem, conuenit intellectui, voluntas tamen vt eſt mota à ratione, poteſt elicere actum relatum ſiue ordinatum in finem: ita quòd à voluntate eſt effectiue tam actus, quàm relatio in eo fũdata: vt ponitur ibi ſupra ad quartũ. & loquitur de relatione nõ vt eſt habitudo, ſed vt eſt actio vel paſſio, idem ponit prima ſecundæ q. 13. ar. ſecundo ad tertium.

Ex quibus patet, quod dirigere ſiue referre actiuè pertinet ad intellectũ: voluntas tamen poteſt elicere actum in quo ſit paſſiua directio ſiue relatio, ſicut etiam in ſagitta eius paſſiua directio ad terminum: & ſic eſt finis. 3. concluſionis.

*Conclusio IIII.* Electio eſt tantum eorum quæ ſunt ad finem. Hanc ponit prima ſecundæ. q. 13. art. tertio. & arguit ſic. Electio ſequitur volitionem finis, ergo eſt in eorum quæ ſunt ad finem.

*Conclusio V.* Conſenſus eſt actus voluntatis. Hanc probat. 1. 2. q. 15. ar. 1. Cõſẽſus eſt applicatio motus appetitiui ad aliquid: ſed hoc conuenit volũtati. ergo.

Conſenſus quid.

*Conclusio VI.* Conſenſus eſt tantum eorum, quæ ſunt ad finem. Hanc probat vbi ſupra, & arguit ſic. Conſenſus eſt applicatio motus appetitiui ad determinãdum conſilium, ſed conſilium eſt tantum eorum, quæ ſunt ad finem: ergo & conſenſus.

Contra probationem arguit Aureolus. Incontinens conſentit paſſioni, & non applicat motũ appetitus ad determinãdum cõſilium: ergo probatio falſa. maior nota. minor probatur. Incontinens ſubuertit conſilium: ergo non determinat.

Reſpondeo, quòd eorum, quæ agunt ex paſſione in quibuſdam eſt ratio totaliter abſorpta à paſſione: & de his negatur maior. quia iſti non conſentiunt ſicut nec bruta: vt dicitur prima ſecundæ. q. 10. artic. 3. In quibuſdam non totalitèr abſorbetur ratio, & in his eſt cõſenſus, ſed negatur minor. nam vt dicitur de malo q. 3. art. 9. In actu peccatis eſt quidam ſyllogiſmus, & per conſequens conſilium eſt inquiſitio, licèt ſit ibi falſum conſilium. Nam ſecundnm motum cõcupiſcentiæ dicit incontinens omne delectabile eſt faciendum, ſed hoc eſt delectabile: ergo faciendum, ecce, quod conſentiendo determinat conſilium, & quæſtionem, ſcilicet an hoc ſit faciendum.

Ad probationem dico, quod licet ſit ibi ſubuerſio conſilij quoad concupiſcẽtiam, tamen ille cuius ratio non eſt abſorpta ſecundum ipſam iudicat, nullum malum eſſe faciendum, & ſic ex conſequenti non eſt in eo totali ſubuerſio cõſilij, licèt à paſſione vincatur.

*Conclusio. VII.* Reſpectu eiuſdem obiecti potentiæ executiuæ: vſus ſequitur electionem. Hanc ponit prima ſecundæ q. 16. art. 4.

*Conclusio VIII.* Electio quandoque differt realitèr à conſenſu, quandoque tãtum ratione, prima ſecundæ q. 5. art. ad tertium.

*Conclusio IX.* Reſpectu eiuſdem prius eſt conſilium, ſecundò conſenſus, tertiò electio, quartò imperium, quintò vſus. Primum ponit prima ſecundæ, q. 15. art. 3 ponit ibidem ad tertium. Tertium, & quartum ponit q. 17. art. 3. ad primum, & q. 16. art. 4. ad tertium. Reſpectu autem diuerſorũ id, quod in ordine eſt prius in alio eſt poſterius.

Doctiſſima partitio declarans omniſariũ voluntatis progreſſum.

Corellarium. Reſpectu eius quod eſt ad finem ſic ſunt tres actus voluntatis, ſcilicèt eligere, conſentire, & vti Duo autem intellectus, ſcilicèt conſiliari, & imperare.

## QVAESTIO III.

*1. diſt. prim. ſentent.*

Q*Veritur tertiò.* Vtrum vltimo fine per intellectum apprehenſo neceſſario fruatur voluntas creata.

Pro quæſtionis deciſione ſit hæc prima concluſio. Stante apprehenſione vltimi finis ſub vniuerſali ratione ſummi boni voluntas non poteſt ipſum reſpuere, probatur ſic. Eſſe & viuere neceſſariò appetuntur: ergo & vltimus finis, cõſequentia nota, quia hoc eſt maius bonum, antecedens eſt Philoſophi 9. Ethicorum, & 3. Pol. Hanc probat prima q. 81. artic. 1. Sicut ſe habet principium in ſpeculatiuis, ita finis in agibilibus, ſed intellectus neceſſario adhæret primis principijs: ergo, & voluntas neceſſariò adhæret fini, minor nota, maior eſt philoſophi ſecundo phyſicorum: † Et non ſolũ comprobrat philoſophus principiũ ad finem, quantum ad eſſe, ſcilicet quod ſi principia ſunt, concluſio eſt, vel erit, & ſi fi-

† Ethic. c. 8

† Tex. 89.

ſi finis eſt,ea quę ordinãtur ad finem ſũt, vel erunt, vt falsè exponit Aureolus, ſed etiam in ſeptimo Ethicorum capit. 8. ponit hanc comparationem, quod ſicut principium eſt, intellectus aſſentit propter ſe,ita finis,vt finis eſt voluntas adhęret propter ſe. Et ſicut principio indemonſtrabili quodcunque ſit illud, ſiue primum, ſiue non, non poteſt intellectus diſſentire, ita finem, qui non poteſt ad alium ordinari, non poteſt voluntas reſpuere. Et ſicut principijs nõ indemonſtrabilibus intellectus non neceſſariò aſſentit, ita nec finem ordinabilem ad alium voluntas neceſſariò vult.

Secundò probat eandem,de veri q.16. artic.2.& 22. art.quinto. Omnis motus reducitur ad immobile,ſed voluntas mobiliter & contingenter vult multa: ergo iſta volitio reducitur ad aliquid, quod vult immobilitèr. Iſtę eſt vltimus finis: ergo,&c.

*Aureolus in primo diſ 1.q.3.* Contra arguit Aureolus,reducẽdo rationem ad oppoſitum ſic. Homo appetit ſanitatem contingenter, & illa volitio non reducitur ad aliquid immobilitèr volitum: ergo non omnis motus reducitur ad immobile.

*Vtrum quicquid volumus, propter beatitudinẽ volumus.* Reſpondeo,negatur minor,quia quicquid volumus, volumus propter beatitudinem, vt dicitur prima 2. q.1. artic 6. & 4.diſt.49.q.1.art.3.q 4. ita quod appetitus beatitudinis virtualitèr, & ſi non actualitèr remanet in quolibet appetitu.

*In proem.* Contra ſcire appetitur propter ſe, primo metaphyſicæ: ergo non propter beatitudinem.

Reſpondeo, propter ſe accipitur dupliciter. Vno modo, vt opponitur vniuerſalitèr propter aliud,& ſic negatur antecedens. Alio modo vt opponitur huic quod dico propter aliud extrinſecum, & ſic negatur conſequentia. Appetitur enim ſcire, vt continetur ſub bono completo ſcientis, & conſequenter, vt pertinet ad eius beatitudinem, quæ eſt bonũ completum, non autem appetitur propter aliquid extrinſecum, & ſic intelligit philoſophus.vt dicit S.D.prima ſecundę q.1.art.6.ad ſecundum.

*Vtrum motus ſit propter immobile.* Secundò arguitur. Motus animalium reducitur ad immobile,quia mouent ſe per impulſum, & ideò oportet partem impellentem quieſcere,ſed voluntas non mouet impellendo: ergo nõ oportet motum eius reduci ad aliud immobile.

Reſpondeo, negatur minor, quia voluntas volens finem mouet, & ſimilitudinariè impellit ſe ad volendum ea, quæ ſunt ad finem,vt dicit S.D. 1.2.q.4.art.3.

Tertia ratio pro concluſione. Voluntas neceſſariò vult id,cuius participatione omnia vult, ſed vult omnia participatione vltimi finis: ergo. Hanc ponit de veri q.22.art.3.

Contra arguit primò. Sequitur quod quilibet neceſſariò vellet Deum, hoc eſt falſum,quia multi oderũt eum: ergo,&c. conſequentia probatur, quia voluntas vult quicquid vult, inquãtum participat aliquid de perfectione Dei.

Reſpondeo,negatur minor. Ad probationem dicitur,quòd nullus odit Deum in ſe, licèt poſſit eum odire in effectibus ſuis, de veri, quæſtio 22.articul.1. ad tertium.

Secundò, Voluntas poteſt velle vti ſua libertate: ergo non neceſſariò vult finem,alioquin non vteretur libertate, ſed cogeretur.

Reſpondeo, dico tria. Primum quod libertas accipitur dupliciter. Vno modo, vt opponitur coactioni,& iſta ſemper eſt libera. Alio modo,vt opponitur neceſſitati,& ſic reſpectu vltimi finis voluntas non eſt libera, quia talis libertas eſt tantum reſpectu eorum,quæ ſunt ad finẽ, ſicut & electio de veri,q. 22.art.5. *Libertas duplex oppoſita coactioni & neceſſitati.*

¶Dico ſecundò,quod vti libertate reſpectu vltimi finis,poteſt eſſe dupliciter. Vno modo, quòad exercitium actus, & ſic dico quod poteſt: poteſt enim in ſtatu viæ diuertere intellectum à conſideratione vltimi finis, quia talis confuſa cognitio, & ſimilitèr volitio, quam habebemus de vltimo fine poteſt apprehendi, vt medium inſufficiens, ad conſequendũ finem. Alio modo quòad ſpecificationẽ actus,& ſic dico, quod ſtante apprehenſione vltimi finis ſub ratione ſummi boni licet volũtas poſſit ceſſare ab omni actu, tamen ſi quem actum circa ipſum eliciet ille actus erit velle.

¶Dico tertiò ad argumentum, quòd poteſt velle vti libertate quòad exercitium, non quòad ſpecificationem actus, & libertate à coactione.

Quarta ratio. Voluntas non poteſt reſilire ab eo,in quo nullam mali reperit rationem, ſed vltimus finis ſic apprehenſus eſt huiuſmodi: ergo. Hanc ponit prima ſecundæ q.10.art.2.de veri. q.22.ar.4. ad tertium.

Contra hanc retorquet ſic Aureolus. *Aureolus.*

Nul-

Nullus poteſt reſilire ab eo, in quo nullam mali reperit rationem, ſed viator nõ reperit in Deo nullam mali rationem: ergo non poteſt ab eo reſilire ipſum audiendo, & ſic nullus peccaret, niſi fieret hæreticus, exiſtimando quòd in Deo eſſet aliqua ratio mali, hoc eſt falſum: ergo & illa ratio.

*Deus in ſe odiri nequit ſed per accidens.*

Reſpondeo primò, concedo quod nullus poteſt odire Deum in ſe licèt per accidens, ſcilicèt odiendo aliquos effectus peruerſæ voluntati cõtrarios, vt ſunt punitiones, quibus per ſe odio habitis retorquetur odium in Deum, huius dicti ratio eſt, quia quilibet etiam peccator amat Deum naturalitèr, etiam pluſquam ſe, vt dicitur prima par. q. 60. art. 5. Cum hac autem dilectione naturali poteſt ſtare, quòd non diligat Deum charitatiuè, & ſic quod peccet, dilectio autem naturalis eſt dilectio illius boni, quòd hõ naturalitèr vult ſcilicèt finis.

*Apprehenſio hæretici ex vehemẽtia paſſionis non conſtituit hæreticum.*

¶ Dico ſecũdò quòd Deus ſub ratione infligentis pœnam, apprehenditur, à peccante, vt iniuſtus, nec tamen eſt hæreticus quamdiù illa apprehenſio eſt tãtum in parte ſenſitiua ex vehementia paſſionis, ratione bũ habituata habitu fidei. Ad argumentum dicitur, quòd ſolum concludit, quòd non poſſumus odire Deum in ſe, non tamen quid voluntas reſilire poſſit à Deo ex paſſione peccati, vel alio modo, & tamẽ nõ erit hæreticus.

*Aureolus.*

Contra concluſionem in ſe arguit Aureolus primo. Vltimus finis in vniuerſali apprehenſus habet aliquam rationem imperfecti: ergo voluntas poteſt eum reſpuere ratione illius imperfectionis, conſequentia patet, antecedens probatur. Id habet rationem imperfecti, quod eſt potentiale, & confuſum, ſed omne apprehẽſum in vniuerſali eſt potentiale, & confuſum: ergo.

Reſpondeo. negatur antecedens. Ad probationem, negatur minor. Vbi ſciendum, quod licet ratio vniuerſalis ſit potentialis, non tamen oportet quòd res in qua fundatur illa ratio ſit potẽtialis. Voluntas autem non vult rationem vniuerſalitatis, ſed vult rem, vt eſt in ſeipſa extra voluntatem, & intellectum, & ſic dum concipitur aliquid in vniuerſali imperfectio eſt in modo concipiendi non in re.

Contra. Modus cognoſcendi obiectũ multum facit ad hoc, quòd volũtas velit, ſed ſummum bonum clare, ideſt claro modo viſum, neceſſitat voluntatem: ergo vbi nõ eſt ille modus, ſed tantum vniuerſalis, & confuſa cognitio nõ neceſſitabit.

Reſpondeo, negatur conſequẽtia, quia eſt fallacia cõſequentis, nam quod obiectum clarè viſum alitèr moueat, quàm obiectum obſcure cognitum, poſſunt eſſe multę cauſę, tamen quia primo modo ſũmè delectat nõ autem ſecundò modo, argueretur ergo ſic. Obiectum clare viſum alitèr mouet quàm obſcurè viſum: ſi clarè viſum neceſſitat voluntatem, obſcurè viſum non neceſſitabit, arguitur à pluribus cauſis veritatis ad vnam illarũ.

Secundò arguit: Si actus voluntatis reſpectu ſummi boni in vniuerſali apprehenſi neceſſariò eſſet complacentia, ſequitur, quod illa complacẽtia neceſſariò placeret voluntati, hoc eſt falſum, quia illa complacentia non eſt magnum bonum: ergo non neceſſariò placet voluntati, probatur prima conſequentia, quia ſi obiectũ neceſſariò placet, & complacentia non neceſſariò placet: ergo illa complacentia poteſt voluntati diſplicere: & ſic voluntas triſtabiliter complacebit.

*Dupliciter ſi modo fertur voluntas in complacentiam, vt talis obiecti.*

Reſpondeo quod complacentia obiecti poteſt dupliciter conſiderari. Vno modo vt eſt res quædam, & ſic non neceſſariò placet voluntati, nec eodem actu fertur in ea voluntas quo in obiectum. Alio modo, vt eſt cõplacẽtia talis obiecti, & ſic eodem actu quo placet voluntati obiectum, neceſſariò placet, & complacentia, & vt ſic ille actus voluntatis eſt principalitèr reſpectu magni boni, ſcilicet vltimi finis, & conſequenter reſpectu cõplacentiæ magni boni.

¶ Dico ſecundò quod alio actu poteſt diſplicere complacentia, poſſum enim triſtari quòd aliqua res mihi placuerit, ſed iſte eſt alius actus quàm ille, quo ferebatur voluntas ſuper complacentiam, vt erat talis obiecti: non poſſunt autem illi duo actus ſtare ſimul, & ſic nullus triſtabilitèr complacet, ſed ſucceſſiuè, & ſic poteſt aliquis triſtari, quia ante complacuit.

¶ Ad argumẽtum ex dictis patet, quia in vno ſenſu neganda eſt conſequentia, & in alio falſitas conſequentis.

*Duplex quies opponitur duplici motui deſiderij, & conſequutionis*

Tertiò arguit ſic. Vltimus finis in cõmuni apprehenſus non quietat voluntatem, cum ſtante illa apprehenſione nondum ſimus beati: ergo poteſt diſplicere.

Reſpondeo, quies opponitur motui, eſt autem duplex motus. Vnus eſt motus deſiderij, & ſic negatur antecedens,

 volun-

Digitized by Google

voluntas quieſcit in ſummo bono: ita q; nihil deſiderat niſi propter ſeipſum. Alius eſt motus, quo conſequimur ſummum bonum, & quies illi oppoſita eſt, quando ipſum habemus, & ſic negatur conſequentia.

Quartò arguit ſic. Cauſa illius volitionis ſummi boni, ſic apprehenſi, non eſt neceſſaria: ergo nec volitio, conſequẽtia patet, quia nunquàm maior eſt volũtas in effectu quàm in cauſa, antecedens probatur, reſpectu ſummi boni eſt amor concupiſcentiæ, quia volumus ipſum, vt perfectionem noſtram, & cauſa huius eſt amor amicitiæ quo amamus nosipſos, ſed iſte amor eſt contingens: ergo, &c. maior probatur. Tum quia aliquis poteſt intenſius, & minus intenſe amare. Tũ quia meremur amando nos: ergo non neceſſariò amat ſe.

Reſpondeo negatur antecedens. Ad probationem negatur minor: Ad cuius primam probationem negatur conſequẽtia, nam intellectus paſſibilis neceſſariò mouetur ab agente, & à phantaſmate, nõ tamen agit ſecundum vltimum poſſe, ſed aliquando intenſius aliquando remiſſius.

*Quomodo aliquis amando ſe mereatur.* Ad ſecundum reſpondet in ſimili S.D. de veri.q.22, artic.7. Vbi dicit quòd licet nullus mereatur amando ſe naturalitèr, patet tamen mereri, & laudari amando ſe ad aliquid, vel aliquo modo quòd non habet ex natura, amor autem naturalis non eſt actus, ſed quædam inclinatio 1. diſt.1.q.vltim.art.1.ad 3. Et cum hoc ſtat quòd aliquis poteſt appetere non eſſe inquantum apprehendit non eſſe, vt quoddam bonum 1.q.5.art.2.ad.3.

*Scotus in 1. diſt.* Contra eãdem arguit Scotus,† primo, Voluntas eſt mouens alias potentias: ergo ſi neceſſitat reſpectu finis, neceſſitabit medium ad conſiderandum de fine, hoc eſt falſum, conſequentia patet in agentibus ordinatis ſi neceſſitas eſt in ſuperiori etiam erit in alijs.

Reſpondeo negatur conſequentia. Ad probationem dico, quòd ſi primum neceſſitat ad mouẽdum alia, oportet quod alia neceſſariò moueantur, non tamen oportet ſi primum neceſſariò mouetur ab obiecto ſuo, quod ipſum neceſſariò moueat alia.

Adducit Scotus alia ſex argumenta, quibus concludit, quod voluntas reſpectu vltimi finis in communi apprehenſi poteſt ſuſpendere actum, quod conceditur. Aſſumit tamen quaſdam propoſitiones falſas. Prima quod id quod eſt in poteſtate alicuius mediate; eſt etiam in eius poteſtate immediate, hoc eſt falſũ, nam voluntas mouet ſe mediante ratione, non tamen mouet ſe immediate.

Secunda eſt, quod ſi aliquid neceſſariò agit, etiam neceſſario remouet prohibẽs actionem.

¶ Tertia eſt quod impoſſibile eſt extremum vnius coordinationis reſpicere extremũ alterius neceſſariò, niſi neceſſariò reſpiciat medium. Iſta ſunt falſa, nam appetitus brutorum neceſſariò mouetur ad appetibile, non tamen neceſſariò remouet prohibens, ſcilicèt non imaginari, Et ipſe appetitus tanquam extremum vnius ordinationis reſpicit appetibile tãquam extremum alterius, non tamen reſpicit neceſſariò imaginationem, quæ eſt media. Sic in propoſito voluntas neceſſariò vult ſummum bonum tanquam extremum alterius coordinationis, non tamẽn neceſſarò remouet prohibens, ſcilicet non conſiderare, nec ipſum neceſſariò reſpicit.

*Concluſio II.* Voluntas non neceſſariò vult beatitudinem apprehenſam ſub aliqua ſpeciali ratione illius, in quo beatitudo conſiſtit, puta ſub ratione creatoris vel infiniti, & huiuſmodi. Hanc ponit 1. 2.quæſtio.5.ar.8.& 4.diſtin.49.quæſtio.1. artic.3.quæſtio.1.ad primum Et mediũ eſt, quia quælibet ſpecialis ratio ſe habet per accidens ad communem rationem ſummi boni: ergo voluntas non neceſſario vult ſub illa ſpeciali ratione. Nam beatitudo apprehenſa ſub communi ratione beatitudinis eſt per ſe obiectũ naturale voluntatis ſub ratione autem ſpeciali ſe habet per accidens.

¶ Aureolus probat tripliciter: quod Deus apprehenſus vt ſummum bonũ neceſſario diligitur: ſtante illa apprehenſione: quod conceditur.

*Concluſio III.* Voluntas in ſtatu viæ à nullo obiecto mouetur neceſſario quãtum ad exercitium actus. Hanc probat prima ſecundæ quæſt. 10. art. 10. de veri. quæſt.22. art.6. & arguit ſic. Ab eo non mouetur voluntas neceſſario quoad exercitium actus, de quo poteſt intellectus non conſiderare: ſed de quolibet in ſtatu viæ poteſt intellectus non conſiderare: ergo &c.

*Concluſio IIII.* Diuina eſſentia clare viſa neceſſario mouet voluntatem: & quo ad exercitium, & quo ad ſpecificatio.

Digitized by Google

tionem actus. primam partem probat. 3. contra gen. cap. 6. Quicquid poteſt voluntas apprehẽditur ſubratione boni, ſed ceſſare ab actuali amore diuinæ eſſentiæ clare viſæ non apprehenditur vt bonum: ergo. maior nota: minor probatur. Ceſſare ab actuali amore illo non eſt bonũ: ergo. non apprehenditur à beato vt bonum. alioquin beatus erraret. prima pars patet ex prima concluſione. Et probatur etiam 4. diſt. 48 q. 1. articul. 3. & 1. q. 62. artic. 8.

*Adam. Verũ fruẽs Deo poſſit ſuſpendere actum fruitionis.*

. Contra arguit Adam. primo. Voluntas videntis deum clare eſt libera: ergo poteſt actum fruitionis ſuſpendere.

Reſpondeo, negatur conſequentia, quia libertas voluntatis non repugnat cuicunque neceſſitati, ſed tantum neceſſitati coactionis, de veri. quæſt. 22. arti. 5. & 1. quæſt. 24. art 1. ad. 2. Quatuor enim requiruntur ad hoc, quod potentia ſit libera, quæ omnia ſunt in voluntate beati, vt dicitur infra lib. 2. diſt. 24.

Secundò arguit. Nulla res finita etiam clare cognita neceſſitat voluntatem ad ſui volitionẽ: ergo nec vltimus finis clarè viſus, antecedens eſt Auguſtini primo de lib. arbit. probatur conſequentia, quia ſicut obiectum finitum mouet voluntatẽ tantum finitè, ità & obiectum infinitum, cum voluntas non ſit capax infinitæ motionis.

Reſpondeo. Primò, quod appetitus ſequitur iudicium rationis, & ideò ſi iudicium non ſit in poteſtate alicuius, ſed ſit ei ab aliquo determinatum, nec appetitus erit in poteſtate eius. Iudicium autẽ de dilectione reſpectu vltimi finis clarè viſi eſt præfixum nobis à Deo. Ad hoc enim habemus quendam habitum generalem, qui dicitur ſyndereſis, qui ita ſe habet reſpectu vltimi finis, ſicut intellectus reſpectu primorum principiorum. Et ideò videns Deum, non poteſt quantum eſt ex ſe iudicare, quod bonum eſſet ſuſpendere illum actum fruitionis etiam ad experiendum propriam libertatem, quia iſtud iudicium contrariatur illi iudicio, quo iudicat tale obiectum pro tunc eſſe ſummè diligendum. Et ſic nunquam poteſt voluntas ſuſpendere actum reſpectu obiecti, niſi poſſit iudicare intellectus, quod bonum ſit pro tunc ceſſare ab actuali eius dilectione, de veri. qu. 24. art. 2.

¶ Dico ſecundò, quod voluntas reſpectu vltimi finis, non ſe habet vt potentia rationalis, quæ poteſt in oppoſita, ſed vt natura, quæ eſt determinata ad vnũ prima parte, quæſtio 62. artic. 8. ad ſecundam.

*Voluntas reſpectu vltimi finis ſe habet vt natura.*

¶ Ex his ad argumentum, negatur cõſequentia, quia licet vtrumque moueat finitè, tamen iſtud mouere, & illud ſunt diuerſarum rationum, vnum naturaliter, & aliud non, non ſic intelligendo, quod voluntas naturaliter inclinatur ad volendum vltimum finem, & non ad alia. Et ideo quantumcumque intẽderetur obiectum creatum, nunquam neceſſariò moueret, ſicut vltimus finis clarè viſus.

Tertio arguit, poſsibile eſt, quod beatus conformet voluntatem ſuam voluntati diuinæ in volito, ſed Deus poteſt alicui beato reuelare, quod poſt horam nõ fruetur Deo: ergo talis poteſt velle non frui.

Reſpondeo, argumentum concludit, quod beatus poteſt velle carere frutione poſt horam, & hoc conceditur, ſed non probatur, quod ſtante viſione, poſsit velle carere pro tunc viſione.

*A diſputandi rationibus aberrãs eaſus Adã argumentis.*

Contra, Deus poteſt præcipere beato, quod ſtante viſione ſuſpendat actum fruitionis: ergo poteſt ſtante viſione velle carere ea.

Reſpondeo, negatur antecedens, quia ſtante viſione clara, neceſſariò ſequitur iudicium practicum de eo, ſuper omnia diligendo, ad quod iudicium neceſſariò ſequitur dilectio. Et ideo implicat quod ſtante tali iudicio, dilectio non ſequatur. Si tamen ſuſpenderet Deus illud iudiciũ vtiq; ſuſpendere poſſet dilectionem.

Quartò. Clarè videns Deum, poteſt apprehendere eum ſub ratione diſplicibilis: ergo poteſt non amare eum, conſequentia patet, antecedens probatur. Videns Deum poteſt apprehendere eũ, vt ſui punitorem, vtpota ſi Deus oſtenderet ſe alicui damnando: ergo vt diſplicibilem.

Reſpondeo, negatur antecedens. Ad probationem, negatur conſequentia, quia ſi etiam tali videnti Deum, & in futurum damnando reuelaretur ei magna futura pœna, gaudium quod pro tunc haberet de Deo viſo, non minueretur. Tum quia illud gaudium non eſt in poteſtate gaudentis, vt plus aut minus gaudeat. Tum quia iudicaret bonum eſſe pati illam pœnam tanquam iuſtam.

¶ Dico

Digitized by Google

*Videns Deũ poteſt velle ea viſione carere per accidẽs*

¶ Dico ſecundò, quod damnandus non aſſentit iſti conſequentiæ. Deus eſt futurus tui punitor: ergo eſt non amandus. quia ad viſionem neceſſario ſequitur iudicium naturale, quòd ſit ſummè amandus, nec hoc iudicium impediri poteſt aut remitti vlla paſſione corporis aut animæ.

¶ Dico tertiò, quod clarè videns Deum poteſt velle carere ea viſione per accidens, in quantum poteſt velle ſe conformare voluntati diuinæ: ſi ei præciperet, quòd vellet carere tali gaudio ad tempus: ſed hoc non fieret, niſi ſuſpendendo miraculosè iudicium rationis de Deo ſummè diligendo. Sicut etiã pòteſt quis appetere miſeriam per accidens, inquantum appetit eſſe, quod tamen videt ſe habere non poſſe, niſi cum miſeria ſicut damnatus.

*vbi ſupra.*

Contra eandem arguit Scotus.† primò. Vnius potentiæ eſt tantum vnus modus agendi: ſed voluntas eſt vna & reſpectu aliorum ſe habet contingenter: ergo & reſpectu finis.

Reſpondeo: primò negatur maior. nã voluntas diuina vult ſe neceſſario, & alia contingenter. & intellectus poſſibilis neceſſario aſſentit primis principijs, concluſionibus autem contingenter: nec diuerſus modus agendi variat potentiã: quia non ineſt ei abſolutè, ſed in ordine ad obiectum.

¶ Dico ſecundò. quòd iſta neceſſitas reſpectu Dei clarè viſi: non tantum ex aliquo intrinſeco potentiæ, nec tantum ex obiecto: ſed ex comparatione vnius ad aliud, & ex concurſu vtriuſque.

Secundò diuerſa approximatio paſſi ad agens, non cauſat neceſſitatem in agente: ſed tantum intenſiorem actionẽ. ſed obiectũ clarè & obſcurè viſum differunt ſolũm ſicut paſſum diuerſimodè approximatum; ergo.

Reſpondeo. negatur minor: quia dilectio viæ & patriæ non differunt ſolum ſicut magis & minus. Secundò negatur minor. nam bonum cognitum eſt bonum voluntatis: ideo ſecundum diuerſitatem cognitionis boni aliqualiter variatur ratio obiecti: & propter hoc non ſolum mouet intenſius tunc, quàm nunc: ſed tunc neceſſario. non autem nunc.

*vbi ſupra.*

Contra eandem arguit Aureol.† Deus clarè viſus non replet totam capacitatem, volunratis. ergo non neceſſitat eam ad ſe amandum. conſequentia patet. antecedens probatur. quia videns & diligens Deum eſt in potentia ad multas alias dilectiones: ergo ſua capacitas non eſt repleta.

*Quomodo dilectio di. ci nullam aliam dilectionem ſecum patiatur.*

Reſpondeo. negatur antecedens. non ad hunc ſenſum quo probat S. Do. quod dilectio Dei nullam aliam dilectionem ſecum patitur: quia in Angelis eſt ſimul dilectio naturalis & beatifica: vt dicitur prima q. 62. art. 7. ſed Deus replet voluntatem ad hunc ſenſum, quod in eo eſt tota ratio obiecti voluntatis: cum ipſe ſit ſummum bonum: & eſt ratio volendi beatis quicquid volunt, cum nihil velint, niſi in ordine ad Deum.

Vltimò arguitur ex dictis S. Do. de verit quæſtion. 22. artic. 6 dicentis, quòd voluntas in quocunque ſtatu reſpectu cuiuslibet obiecti poteſt velle, & non velle: ergo &c.

Reſpondeo dictum S. Doc. intelligendum eſt non vniuerſaliter, ſed quòd voluntas poteſt tunc actum ſuſpendere, quando ceſſatio ab actu poteſt apprehendi ſub ratione boni. hoc autem non eſt in patria reſpectu Dei: & quod ita intelligat. patet in eodem lib. q. 24. 8. ad 2. in ſimili.

*Concluſio* V. Vltimo fine clare apprehenſo: voluntas neceſſario fruitur. iſta concluſio patet ex præcedenti.

*Concluſio* VI. Vltimo fine apprehenſo ſub communi ratione ſummi boni, citra beatificam viſionem voluntas non fruitur perfectè. Hanc probat primo diſt. 1. q. vi. ar. primo. perfecta fruitio, requirit perfectam vnionem finis vltimi ſed vltimus finis apprehenſus tantũ in communi non eſt perfectè nobis vnitus: quia nondum clarè viſus: ergo &c.

*Additio vbi eſt ſolutio argumentorum recentiorum per M. Mauritium de Gregorio*

*His doctrinis confutantur hæreſes dãnatæ, vt in noſtro Commentario hic in tex. Magiſtri, & confutantur etiam hæreſes, quæ ſunt in Abecedario, & in Ethimologijs hæreſum, & confutantur ſimiliter Idolatriæ, vt in Abecedario idolorũ in principio vide ibi. Et etiam confutantur falſæ Theologiæ Fænicum, Egyptiorum, Grecorum, Atlanticorum, Frigiorũ, Gentium, &c. ab Euſebio in primo, ſecũdo, tertio, & quarto de præparatione Euangelica contra Theologiam fabuloſam Poetarum antiquorum.*

*Loca ſolutionis argumentorum recentiorum.*

*Ex concluſionibus, probationibus & ſolutionibus argumentorum ſoluuntur argumenta Vulpes, & aliorum recentiorum.*

Digitized by Google

*rum facile, vt facit Ariſtot. ad argumenta Antiquorum, quod veritatis cognitio dubiorum eſt ſolutio, & cum Cardinali Bellarmino dicente in libro de Scriptoribus Eccleſiaſticis de Ioanne Capræolo, quòd Io. Capreolus ſit defenſor Egregius Sancti Thomæ, & optimè diſſoluit omnia argumenta aduerſariorum: dicunt verba formalia Bellarmini, ergò ſi optimè diſſoluit per Bellarminum ſunt ſoluta argumenta cum his doctrinis hic; Sicut ſoluit Ariſtoteles contra antiquos dicendo in 3. de Cœlo veritatis cognitio, dubiorum eſt reſolutio.*

giſtri Mauritij vltra commentaria textui loca contra hæreſes &c.

*Reſp. ſecundo cum Cardinali Sarnano Franciſcano doctiſſimo, qui propter ſuam doctrinæ Eminentiã Cardinalis fuit creatus, concordando Sanctum Thomam cum Scoto faciendo diſtinctionem, vide ſuam diſtinctionem Sarnani in fine.*

*Reſp. tertio cum Petro de Bergamo in tabula Sancti Thomæ, quod quiſ. it totam Logicam Sancti Thomæ, Philoſophiã etiam moralem, totam Metaphyſicam S. Thomæ, & totam eiuſdem Theologiã, nullum poteſt facere argumentum, contra Sanctum Thomam, & ideo ſubdit, quod iſti recentiores ſtudent, tantummodò articulo, ſuper quem componunt, & non habent in mente omnia opera Sancti Thomæ loquentis præſuppoſitiuè, præſupponendo omnia ſupradicta, & dicendo quapropter prærumpunt in verba in tantum Magnum Doctorem nullo modo applicanda, quod Sanctus Thomas contradicat ſibi ipſi, & ideo Cardinalis Sarnanus quia ſciebat totum S. Thomam concordauit ſimilitèr, etiam Ioann. Capreolus ſoluit argumenta aduerſariorum, cum locis Sancti Thom. quia totum in mente habebat Sanctum Thomam, & ideo Bellarm. dicebat bene omnia ſoluere Capreolum.*

*Reſpondetur quartò, cum Bonaherba Ord. Sancti Auguſtini qui etiam ſciebat totum Sanctum Thomam fecit concordãtiam cum Scoto diſtinguendo hic doctiſſime vide eum in fine.*

*Reſpondetur quinto, cum Grauina quod quemlibet proferentem in contrarium doctrinæ Sancti Thomæ ſollicitum eſſe, & ridiculum eſt, dicit iſta verba Ariſtot. ad Mennonem, & ſubdit etiam Ariſtot. quod paucã reſpicientes de facili pronunciant.*

*Argumenta verò Vaſquez, Valentiæ, Molinæ, Suarez, Faſoli, Palumbi, &c. quia colliguntur, & ſoluuntur à Ripa Epiſcopo, à Nazario, à Conſales, à Nauarretta, à Zenardo ſufficientiſſimè, & clarè, & diſtinctè, ſuperfluum eſſet addere hic. Ideo vide ea ibi abbreuiata, ordinata, & optimè ſoluta, præcipuè à Montagno p. p. q. 12. de viſione Dei.*

*Loca Sacræ Scripturæ hic, & infra à Salmerone, Emanuel Sa, à Toleto, à Brierio, Kegbus, à Poſſeuino, à Salian, Torello in Annalibus à creatione Mundi quæ videntur repugnare aliquo modo Thomiſtis, quia ſunt concordata à nobis in fine noſtræ expoſitionis totius Bibliæ, & in Anatomia Bibliæ impreſſa, ideo videas illic.*

## DISTINCTIO II.

### *Quæſtio 1.*

IN ſecunda diſtinctione iſtius primæ partis quæritur primo. Vtrum Deus ſit à nobis pro ſtatu viæ intelligibilis.

*Pro* cuius deciſione hæc eſt prima cõcluſio. Obiectũ primũ & adęquatũ & per ſe noſtri intellectus eſt ens. primã partẽ probat S. Do. de ver. q. 1. ar. 1. Conceptus entis eſt prius cadẽs in intellectu noſtro: ergo eſt primũ obiectum prioritate temporis. Secundam partem probat. Secundo cõtra gẽt. c. 96. Illud eſt obiectum adæquatum potẽtiæ quod nec excedit nec exceditur à potẽtia: ens eſt huiuſmodi reſpectu intellectus, ergo maior nota. minor probatur. Omne ens eſt intelligibile. & intellectus nihil intelligit niſi quod eſt aliquo modò ens: ergo vnum nõn excedit aliud. Tertiam partem probat 1. q. 4. artic. 2. Illud eſt per ſe obiectum intellectus ſub cuius ratione alia intelliguntur: ſed nihil cognoſcitur ab intellectu niſi per rationem entis: ergo &c. maior nota. minor probatur. Ratio entis eſt eſſe in actu: ſed nihil intelligitur, niſi vt eſt aliquo modo in actu: ergo.

Cõtra arguit Aureolus quod ens non habeat vnum conceptum, & conſequenter non ſit obiectum intellectus. primo. Ratio entis eſt omnino idem cum omni alia ratione nullo ſibi addito: ergo ratio entis non eſt vna. conſequentia patet. quia aliæ rationes ſunt diuerſæ interſe: ergo ſi ratio entis eſt omnino idem cum vna-

in primo di. 2. q. 1.

vnaquaque natura ratio entis erit plures antecedens probatur. Aut enim ratio entis coincidit cum alijs ente ſibi addito aut nullo.non primum, quia ens enti non additur: ergo ſecundum.

*Vtrum entis ſit vnus conceptus*

Reſpondeo.Primo quod ratio aliquādo accipitur pro quidditate rei.aliquando accipitur pro principio formali alicuius agentis: ſicut dicitur, quod calor eſt ratio ignis, quod agat:aliquando pro eo quod apprehendit intellectus de ſignificato alicuius termini, ſiue ille conceptus ſit difficitio, ſiue non.prima diſt.2.ar.1.ad 3.& primo contra gen. ca.53.

*Ratio tripliciter accipitur.*

¶ Dico ſecundo quod conceptus entis coincidit cum alijs aliquo addito: omnis enim conceptus addit aliquid ſupra conceptum entis, de Ver.q.1.ar.1.& q.21.ar.1.

Ad argumentum negatur antecedēs. Ad probationem dicitur quod coincidit ente addito, ſed non ſub ratione entis: addunt ergo ad ens non aliud ſignificādo, ſed alio modo ſcilicet explicantius exprimendo, quod conceptu entis implicite deſignatur.

Secūdo. Si ens habet vnum cōceptū aut eſt abſolutus aut reſpectiuus:ſed nec ſic;nec ſic.ergo: maior nota, quia abſolutū & reſpectiuū diſtinguūtur per affirmationē & negationē.ſcilicet per eſſe ad aliud & non eſſe ad aliud inter quæ non cadit medium.minor probatur.Id quod diuiditur in oppoſitas rationes immediate non habet aliquam earum ſed abſtrahit ab vtraque: ſed ens diuiditur in abſolutum & reſpectiuum, quæ ſunt oppoſita immediata:ergo &c.

Reſpondeo,negatur minor.dico enim quod conceptus entis eſt abſolutus, vt dicitur de verit.q.21.art.1.ad primum. Ad probationem dico,quod quando diuiſus eſt cōceptus in oppoſitas rationes poteſt accipi, vt ſuperior ſiue communior,& vt inferior ad vnam illarum, tunc non oportet,quod ſit abſtractus ab vtraque:ſicut conceptus qualitatis eſt qualitas ſpiritualis, & tamen diuiditur in qualitatem corporalem,& ſpiritualem. Et ſimiliter vniuerſale eſt quid ſuperius ad hoc vniuerſale, quod eſt genus, & genus poteſt accipi vt ſuperius ad vniuerſale,nam conceptus generis continet ſub ſe omnia genera: omnia autem genera ſunt vniuerſalia: & tamen vniuerſale dicit vnam rationem, licet diuidatur per illa quinque, & non ſit dare vniuerſale medium per abnegationem inter ea. Ita in propoſito ens accipitur vt ſuperius ad abſolutum : nam omne abſolutum eſt ens & non è contra. abſolutum etiam poteſt accipi vt ſuperius ad rationem entis, quia ſub abſoluto non tantum continetur ratio entis, ſed omnia abſoluta. Et ſic ratio entis vt ſumitur per ſe ; eſt inferior ad abſolutum, & eſt ſuperior, vt ſumitur pro illis quæ naturaliter repræſentat in tota ſua latitudine.

Tertio. ſi entis eſt vna ratio:ergo omnia prædicamenta conueniunt in illa quæſtione:quia omnia ſunt ens. hoc eſt falſum,quod probatur : prædicamenta ſunt ſe totis diſtincta, & primo diuerſa vt dicit Comment.3 & 8. metaphyſicæ. † ergo in nullo conueniunt.

*Com 24.*

*Primò diuerſa dupliciter dicuntur in nullo conuenientia vniuoca & in nullo ſimpliciter*

Reſpondeo. negatur falſitas conſequentis. Ad probationem dicitur, quod aliqua dicuntur primo diuerſa dupliciter. Vno modo, quia non conueniunt in aliquo vniuoco,& ſic intelligit Comment.ſed negatur conſequentia, quia ſic primo diuerſa poſſunt in vna ratione conuenire per prius & poſterius. Secundo dicuntur primo diuerſa, quæ in nullo conueniunt. & ſic negatur antecedens,immo nulla ſunt hoc modo primo diuerſa.

¶ Dico ſecundo, quod non oportet quærere, per quid diſtinguantur prædicamenta ſub ente:quia cum analogum diſtinguatur per diuerſos modos participandi rationem entis . prædicamenta diſtinguuntur ſeipſis tanquam diuerſis modis participandi rationem entis. 1. diſtinct. 13.quæſtio.articul.3.ad ſecundum. Et licet ens immediatè ſignificet prædicamenta,id eſt , quod nō ſignificat prius aliam rem,quam prędicamenta : tamen non ſignificat ea niſi mediante conceptu.

Ex hoc patet quod licet ens dicat cōceptum vnum : tamen non dicit immediate vnam naturam.ſicut hoc nomen homo immediatè ſignificat naturā humanam.

*Concluſio II.* Verum eſt adæquatum obiectum intellectus noſtri, non tamen per ſe.Prima pars probatur.1.q.87.ar.3. ad primum: ſic Verum cōuertitur cum adæquatum intellectui. Secunda pars probatur.1.q.16.art.3. ad octauum. & de veri. q.1.art.1 ad tertium. Ratio entis poteſt intelligi,non intellecta ratione

veri.

Digitized by Google

veri. ergo verum non eſt per ſe obiectum.

Correlarium. verum eſt adæquata paſſio per ſe obiecti intellectus, ſcilicet entis. Hanc ponit de veri. q. 1. artic. 1. id quod per ſe conſequitur omne ens, dum actu intelligitur, eſt paſſio adęquata obiecti intellectus: ſed verum eſt huiuſmodi ergo: ibi enim elicitur, quod ſic ſe habet ratio veri ad intellectum: ſicut ſe habet ratio aſſimilati ſenſui per ſpeciem ſenſibilem, ſed talis ratio non eſt obiectum ſenſus: conſequitur tamen omne, quod ſentitur actu: ita & verum conſequitur omne, quod actu intelligitur, ſicut etiam eſſe abſtractum, eſſe vniuerſale, eſſe immateriale.

*Concluſio III.* Obiectum materiale, & proportionatum intellectui noſtro pro ſtatu præſenti eſt, quidditas rei materialis. Hanc probat ſic. 1. q. 84. ar. 7. & q. 12. artic. 4. obiectum debet proportionari potentiæ, ſed potentia intellectiua pro ſtatu præſenti eſt virtus animæ exiſtentis in materia: ergo obiectum ſuũ eſt quidditas rei materialis.

Contra arguit Aureo, intellectus pro ſtatu præſenti intelligit ſe, & actum ſuũ & multa alia immaterialia, ergo quidditas rei materialis non eſt eius obiectũ.

Reſpõdeo, dico primo, quod per quidditatẽ rei materialis intelligimus quidditatem rei cõpoſitæ ex materia, & forma cuius poteſt haberi phantaſma, talẽ autem quidditatem dicimus eſſe obiectum intellectus pro ſtatu præſenti, non quia alia intelligat: ſed quia non primo alia intelligit: immo omnia per talem quidditatem intelligit.

Dico ſecundo, quod intellectus cognoſcendo ſe, ita procedit. Primo enim intelligit quidditatem cuius accipit ſpeciem à phantaſmate. Secundo cognoſcit actum ſuum. Tertio ſeipſum. Quarto naturam animæ intellectiuę cognoſcendo de his omnibus quid ſunt 1. q. 87. ar. 3

¶ Ex cognitione autem ſui deuenit in cognitionem ſubſtantiarum ſeparatarũ quantum ad quia ſunt tantum: vt dicitur 3. contra gen. c. 46.

*Aureo. primo diſ. 2. q. 2. ar. 2.*

Ad argumentum negatur conſequẽtia: vt patet ex dictis. Alijs decem mediis probat, quod quidditas rei materialis non eſt formale, & per ſe obiectum intellectus, quod conceditur.

*Concluſio IV.* Licet verum non ſit per ſe obiectum quod intellectus: eſt tamen eius obiectum quo.

¶ Vbi ſciendum, vt elicitur ex 5. di. 24. q. 1. art. 1. q. 1. & de ver q. 14. ar. 8. ad 4. formale obiectum eſt duplex, vnum eſt formale quo aliquid obiicitur potentiæ: & ſic lux eſt formale in obiecto viſus. Aliud eſt formale quod obiicitur potẽtiæ: & ſic color & non lux eſt formale obiectum viſus. Ita in propoſito verum eſt formale obiectũ intellectus quo proprio, quia nihil intelligitur niſi intellectus ei aſſimiletur per ſpeciem: quæ aſſimilatio complet rationem veri, ità quòd veritas eſt, qua aliquid eſt intelligibile: cum cognitio ſit quidam veritatis effectus: nunquam enim ſpecies eſſet principium quo intellectus intelligit lapidem niſi per eam intellectus lapidi conformaretur: ens autem eſt formale obiectum intellectus tanquam id, ad quod terminatur actus intellectus.

*Concluſio V.* Deus non poteſt à nobis in via cognoſci per eſſentiam ſuam, vel in ſe. Hanc probat de veri. q. 10. art. 11. & primo contra Gen ca. 14. & 1. q. 14. ar. 5. & ſuper Boe. q. 1. ar. 2. Quicquid cognoſcitur in via per eſſentiam ſuam, & in ſe cognoſcitur per ſpeciem ipſam perfecte repræſentantem, ſed nullam habemus ſpeciem perfecte repræſentantem Deum ergo.

*Verũ eſt formale obiectum noſtri intellectus quo, ens verò quod.*

Contra arguit Scotus 2. meta. quod in ſtatu viæ poſſimus intelligere quidditates ſubſtantiarũ ſeparatarum: primo naturale deſiderium non eſt fruſtra, primo cœli, ſed homo naturaliter ſcire deſiderat, quid de ſubſtantijs ſeparatis primo meta. ergo. †

Reſpondeo, negatur conſequentia, quia ſufficit quòd hoc deſiderium compleatur in alia vita ſicut etiam homo nõ eſt beatus in hac vita, licet naturaliter eam appetat.

Contra, philoſophus non poſuit aliam vitam.

¶ Reſpondeo, quòd licet explicite non poſuerit: tamen ſuæ rationes ad hoc ponendum mouere debent, & maxime, quia naturaliter deſideramus eas ſcire. hoc non fit in hac vita: ergo in alia.

Secundo potentia improportionata obiecto nunquàm poteſt ad ipſum eleuari, ſicut viſus non poteſt eleuari ad cognoſcendum ſonum: ſed intellectus eleuabitur, quãdo erit ſeparatus ab cognoſcendum ſubſtantias ſeparatas, ergo nũc non eſt eis improportionatus.



Digitized by Google

*Obiectum dicitur potentiæ improportionatum dupliciter primo non contentum secundò excedens. Tex. 7.*

Reſpondeo, dupliciter obiectum eſt improportionatum potentiæ, & è contra. Vno modo quia nullo modo continetur ſub obiecto potentiæ, ſicut ſonus non continetur ſub obiecto viſus, & ſic cōceditur totum, ſed nō eſt contra nos; Alio modo quia continetur quidem ſub obiecto potentię, ſed modus eſſendi obiecti excedit modum eſſendi potentiæ, quæ tamen eleuari poteſt ad altiorem modum eſſendi; ſicut lux ſolis excedit viſum noſtrū, & ſic negatur maior hoc modo ſubſtantiæ ſeparatæ ſunt improportionatæ intellectui noſtro 1. q. art. 4. ad quartum.

Tertio; quilibet effectus ducit in cognitionem ſuæ cauſæ: ſed quælibet creatura eſt effectus Dei, ergo ducit in eius notitiam.

¶ Reſpondeo, triplex eſt notitia cauſæ. Vna qua cognoſcitur quid eſt, & ſic negatur maior. Secunda qua cognoſcitur quia eſt. Tertia, quia cognoſcitur, quid non eſt, ſic conceditur totum, ſed non eſt contra nos.

Contra ſi cognoſcimus de Deo, quia eſt: quod cognoſcamus etiam quid eſt.

*Tex. 7.*

¶ Primo, quia dicitur 2. poſte. † vbi habetur quia eſt: quid eſt, facile eſt habere.

Reſpondeo cognitio, quia eſt cauſa per effectum, eſt duplex: vna per effectum adæquantem virtutem cauſę, & ſic intelligit philoſophus: ſed dico quod nulla creatura adæquat virtutem Dei. Alia eſt per effectum non adæquatum cauſæ & ſic non intelligit philoſophus.

¶ Secundò per te cognoſcimus iſtam, Deus eſt, ergo cognoſcimus, quod eſſe conuenit eius naturæ, ſed hoc fieri non poteſt niſi ipſam eſſentiā cognoſcamus; quia hoc verbum eſt, ſignificat compoſitionem quādam, quam ſine extremis nō eſt intelligere.

Reſpondeo, negatur minor; quia ad cognoſcendum Deum eſſe, ſufficit cognitio eius in effectu 1. quæſt. 1. art. 7. ad primum.

*Scotus ibidem*

Contra aliam partem eiuſdem reſpōſionis qua dicitur, quod de Deo ſufficit per effectum cognoſcere, quid non eſt; arguit ſic.

¶ Primò, ſequitur quod neſciremus quid eſt brutū, hoc eſt falſum, ergo: probatur conſequentia; quia differētia bruti, ſcilicet irrationale dicit negationem.

Reſpondeo, negatur conſequentia. Ad probationem dicitur, quod licet differentia bruti aliquo modo non habeat nomen, habet tamen conceptum affirmatiuum perfectè determinantem diffinitionem. *Lec. 4.*

Secundò, quia ſecundo perhiermenias † dicit philoſophus: quod negatiua cognoſcitur per affirmatiuam, ergo ſi cognoſcimus quid non eſt, prius cognoſcimus quid eſt.

Reſpondeo; vt inquit Albertus, illa propoſitio philoſophi eſt vera tantum in illis, in quibus id quod derelinquitur per negationem, poteſt à nobis comprehendi, hoc autem non eſt in propoſito; quia ſignificatum formale propoſitionis affirmatiuæ de Deo eſt incomprehenſibile.

*Concluſio VI.* In via poſſumus de Deo cognoſcere quia eſt. Hanc probat ſuper Boe. quæſt. 1 artic. 2. Omnis effectus ducit in cognitionem quia eſt de cauſa ſua, ſed cognoſcimus aliquos effectus, ergo, &c.

Contra in articulis Pariſiis condemnatis dicitur ſic. Quod de Deo nō poſſumus cognoſcere, niſi quia eſt: eſt error.

Reſpondeo, ille articulus dānat quoſdam dicentes, quod de Deo non cognoſcimus niſi hoc enunciabile, Deus eſt. Hoc autem non dicit S. Do. immo quod cognoſcimus Deum eſſe bonum, iuſtum, &c. Sed omnis cognitio qua aliquod prædicatum non diffinitiuum cognoſcitur non ineſſe ſubiecto dicitur cognitio quia eſt, vt dicitur ſecundo poſterio. † & ibi Linconienſis commen. 1. *Tex. 8.*

*Cognitio omnis citra cognitionem quidditatis quia eſt.*

Ex quo habetur, quod omnis cognitio citrà cognitionem quidditatis dicitur quia eſt Et quod ille articulus non ſit contra nos patet, nam ibi dicitur art. 36. quod Deum in hac vita poſſimus intelligere per eſſentiam; eſt error.

*Concluſio VII.* Licet non poſſimus Deum in via immediatè cognoſcere: poſſumus tamen de Deo immediatè cogitare, primam partem probat. 2 diſtinctio. 27. quæſtio. 3. articul. 1. Omnis cognitio quam in via habemus de Deo, eſt per creaturam ergo nulla eſt immediata. conſequentia patet, antecedens etiam; quia non intelligimus niſi per phantaſma ſumptum à creatura, eſt enim duplex medium: vnum ex parte cognoſcentis, ſcilicet ſpecies. Aliud ex parte Dei cogniti

*Duplex medium cognoſcendi Deū; cognoſcentis & cogniti.*

gniti, ſcilicet creatura, in qua cognoſcitur: ſicut Hercules cognoſcitur in imagine ſua, primum medium non facit cognitionem mediatam, ſed ſecundam, ſecunda pars probatur. 4. diſtin. 49. quæſtio. 2. artic. 7. ad octauum illa cogitatio eſt immediata, qua aliquid affirmatur, vel negatur de aliquo, ſed hoc poſſumus de Deo facere, ergo: maior nota, minor probatur. Grego. declarat. Nam ex quibuſdam conceptibus ſimplicibus abſtractis à creatura, formamus vnum conceptum complexum, & illum attribuimus Deo. Nam cognoſcimus quòd id quod mouet cœlum eſt ſubſtãtia: & quia mouet circulariter, concludimus: quòd illa ſubſtantia eſt intelligens: & quia ille motus eſt ſempiternus: concludimus quòd illa ſubſtantia eſt incorporea, vlterius concludemus, quò datur aliqua ſubſtantia intelligens incorporea infinita prima omnium non diſtincta à ſuo eſſe, hic autem conceptus eſt proprius Dei, & per ipſum quando volumus cogitamus de Deo, tamen non acquiſiuimus hunc conceptum, niſi præcognita creatura.

*Concluſio VIII.* In ſtatu viæ poſſumus habere conceptum de Deo proprium: & etiam ſpeciem ſibi propriam, prima pars patet ex præcedenti concluſione. Et primo contra Gen. c. 14. ſecunda pars elicitur. 1. quæſtio. 12. artic. 4. ad 2. intellectus habet in ſe ſpeciem entis: ſpeciem ſubſtantiæ: ſpeciem incorporei: ſpeciem eſſentiæ non diſtinctæ ab eſſe, & ex iſtis poteſt vnam formare, ſicut imaginatio ex ſpecie montis, & ſpecie auri, format ſpeciem montis aurei: ſed illa ſic formata ab intellectu ex illis pluribus erit propria Dei, ergo.

*Concluſio IX.* Eodem conceptu quo viator concipit creaturam, poteſt concipere etiam Deum licet nullum nomen de Deo, & creaturæ vniuocè dicatur prima pars patet 7. concluſione de potentia q. 7. art. 5.

Ex quo loco patet quòd ens, & vnum de Deo, & creatura communiter dicta non dicuntur duos conceptus. I. vnum Dei, & alium creaturæ, ſed eundem: qui tamen eſt imperfecta ratio Dei, & perfecta ratio creaturæ, ſecundam par. ē probat. 1. di. 35. arti. 3. q. [illegible] eſſe ab eſſentia, de quibus aliquid dicitur vniuocè: ſed in Deo non eſt aliud eſſe ab eſſentia, ergo, &c.

Contra arguit Sco. 4. metaph. ens dicitur vniuocè de omnibus, ergo aliquid eſt vniuocũ Deo, & creaturis, cõſequentia patet, antecedens probat ſupponendo duo. Primò quòd conceptus entis eſt vnus in ſe, & diſtinctus ab alijs hoc ſuppoſitum probat vndecim rationibus. Alij tredecim rationibus: quarum hæc potiſſima eſt, vnum eſt paſſio entis, ergo ineſt ei conſequentia patet, antecedẽs eſt philoſophi. 4. metap † *Scotus met. q. 2.*

Secundo, ſupponit quod obiectiuus conceptus entis eſt realis, hoc probat ſex rationibus: quarum potior eſt hæc. Nullũ non reale eſt de ratione realis, ſed ens eſt de ratione cuiuslibet realis ergo non eſt non reale. Tunc arguit, ſic. conceptus ẽtis eſt vnus, & eſt realis, ergo vniuocus. *tex. 1. Verum ens dicatur vniuocè.*

Reſpondeo primò, quòd conceptus eſt duplex, quidam eſt formalis: & hic eſt ille, quem format intellectus noſter, & ſic conceptus entis eſt vnus, aliter enim concipit ens, aliter ſubſtantiam, nõ tamen iſte formalis conceptus entis eſt vniuocus, quia non æqualiter repræſentat omnia de quibus ens prædicatur. Quidam eſt conceptus obiectiuus, & hic nihil aliud eſt, niſi id quod obijcitur intellectui formanti conceptum formalem, ſicut natura humana eſt conceptus obiectiuus illius intellectionis, qua intelligitur homo. *Conceptus duplex formalis et obiectiuus.*

¶ Dico ſecundo, quòd conceptus obiectiuus poteſt eſſe vnus dupliciter: Vno modo quia ſignificat vnam naturam participatam a multis. ſic quòd non ſtat ex parte illius formę, quin ſit vna. ſed ex alio. ſcilicet ex principijs indiuiduantibus eam: vel ex differentijs diuiſiuis. Alio modo conceptus obiectiuus dicitur vnus vnitate attributionis: ens enim non ſignificat vnum conceptum obiectiuũ primo modo, ſed ſecundo modo. Immediate enĩ ſignificat deum & creaturam ex attributione ad deum, & accidẽs ad ſubſtantiam.

Ex quo ſequitur quòd conceptus obiectiuus entis non eſt vnus tanta vnitate quanta eſt vnitas vniuoci: quia vniuocum immediate ſignificat vnam naturam, non autem ens.

¶ Tertiò negatur primum ſuppoſitum loquendo de conceptu obiectiuo, & de vnitate formæ ſignificatæ. Ad probationem primi ſuppoſiti, dico, quod vnitas conſequitur primò, & per ſe rationem entitatis in ſuppoſitis ſuis: vt verbi

gratia.Lapis eſt corpus;eſt ſubſtantia,eſt ens:vnitas conſequitur lapidem per prius inquantum lapis eſt ens: quàm inquantum eſt corpus, vel ſubſtantia, non tamen oportet, quòd paſſio conſequitur ſubiectum in ſua ratione;ſicut ratio hominis non eſt riſibilis; nec ratio albedinis eſt diſgregatio, Ita in propoſito licet ens ſit per prius vnum, quam ſubſtantia ſit vna: non tamen oportet, quod ratio entis ſit vna.

¶ Aliæ rationes pro primo ſuppoſito ſolum concludunt, quòd formalis conceptus entis eſt vnus;quod conceditur.

*Entis triplex cōmunitas decem generibus, et creato, & increato, reali, & rationis.*

Ad ſecundum ſuppoſitum dicitur primo,quòd ens accipitur tripliciter. Vno modo vt eſt commune tantum ad decem prædicamenta, & ſic dicit vnum conceptum realem, & ſic nihil concluditur cum ſit aptum natum eſſe in rerum natura præter omne opus intellectus.Secundo accipitur,vt ſe extendit ad omne ens reale,ſiue creatum,ſiuè increatum,& ſic eſt minus vnum quàm primo modo,quia minus cōuenit ens creatum cum increato,quàm vnum prædicamentum cum alio.Tertio accipitur,vt eſt cōmune ad ens reale, & ens rationis, & ſic dicit vnum conceptum non realem,nec rationis, & ſed abſtrahit ab vtroque, & includit omnem rem, & omnem rationem,& ſic iſte eſt adhuc minus vnus.Accipiendo ens primo modo, & ſecundò, conceditur ſecundum ſuppoſitum, ſed negatur accipiendo ens tertio modo.Et hoc tertio modo non eſt ſubiectum metaphyſicæ,nec bonum eius;ſed tantum entis realis.

*Ens non reale dupliciter dicitur contrariè, & abſtractè.*

¶ Dico ſecundò ad probationem huius ſecundi ſuppoſiti, quòd aliquid eſt non reale dupliciter. Vno modo contrariè ſicut chimera, & ſic conceditur totum,ſed non eſt contra nos.Alio modo dicitur, & reale; quia abſtrahit ab ente reali, & ente rationis, & ſic negatur maior. Vltimò negatur illa conſequentia, conceptus obiectiualis entis eſt vnus vnitate attributionis,vt dictum eſt, ergò eſt vniuocus, quia non ſolum ratio inæqualitèr participata, ſedetiam diuerſus modus eſſendi impedit vniuocationem,licet eſſet vnitas rationis,vt dicitur primo contra Gen,c.32. de domo in mente, & in materia, & de formis intelligibilibus, quæ ſunt in mente diuina, & reſpectu creaturarum. Iſta enim ſunt vnius rationis, non tamen vniuoca. de potentia. quæſtio,7. articul.7. ad ſextum,

Secundò arguit. Ens prædicatur de omnibus in quid.ergo eſt vniuocum.

¶ Reſpondeo. negatur antecedens: quia ens ſumitur ob eſſe; quod differt ab eſſentia in creaturis. negatur etiam conſequentia,quia non prædicatur ſecūdum vnam rationem æqualitèr participatam.

Tertio arguit.Omne analogum poteſt eſſe extra intellectum alicuius:ſicut ſanū, vt dicitur de medicina, quæ eſt extra intellectum ſani,vt dicitur depulſu,ſed ens non eſt extra intellectum alicuius,vt dicitur 3.metaphyſicę,ergo.

*Triplex analogum.*

¶ Reſpondeo. analogum eſt triplex vt dicitur 1. diſtinctio.19. quæſtio 5.artic.2.ad 1. Aliquod eſt, quod dicit plures rationes explicitè,vt ſanum nàm alia ratione dicitur homo ſanus, alia ratione medicina dicitur ſana. Aliud eſt, quòd dicit vnam rationem æqualitèr participatam, quæ tamen non habet vniforme eſſe in analogatis, ſicut corpus dicitur de cœleſtibus, & inferioribus: ſed ibi habet eſſe incorruptibile, hic corruptibile.Aliud eſt quod dicit vnā rationem in actu ſed inæqualiter participatam. Primus modus analogiæ facit propoſitionem multiplicem: non autem alij, Item omnia contenta ſub analogo: tertio & ſecundo modo poſſunt eadem diſtributione diſtribui. Item analogum ſecundo & tertio modo non poteſt eſſe extra intellectum alicuius analogatorum:quia dicit vnam rationem.Analogum autem primo modo cum dicat plures rationes in ordine tamen ad vnum numero, puta ad ſanitatem animalis, ſub ea ratione qua dicitur de vno,eſt extra intellectum alterius.

## QVÆSTIO. II.

*2.diſt.prim.ſent.*

Qværitur ſecundo,vtrum Deum eſſe,ſit per ſe notum.

Pro deciſione ſit hæc prima concluſio. Ad hoc quod aliqua propoſitio ſit per ſe nota: ſufficit quod prædicatum ſit de ratione ſubiecti.Hanc probat de ver. q.10.ar.12.Ex.1.q.2.ar.1. Omnis propoſitio eſt per ſe nota: quæ ſtatim cognitis terminis, cognoſcitur. primo poſteriorum: ſed omnis illa in qua prædicatum eſt de ratione ſubiecti,eſt huiuſmodi *Tex.5.*

di

di ergo. maior nota, minor probatur. Quando prædicatum eſt de ratione ſubiecti, idem ſignificatur per ſubiectũ & prædicatum, ergo cognitis terminis cognoſcitur prædicatum in eſſe ſub ecti.

Aureo. Contra arguit Aureo. iſtæ propoſitiones. motus eſt, nix eſt alba. parallelæ non concurrunt, ſunt per ſe notę; & tamen prædicatum non eſt de ratione ſubiecti, ergo prima pars antecedentis eſt philoſophi phyſi.† ſecunda pars eſt eiuſdem 2. topicorum.†

Tex. 6. † Cap. 20

Reſpondeo. dico tria. Primum quòd hoc non eſt contra concluſionem quia non dicitur quòd in omni propoſitione per ſe nota pdicatũ ſit de rõne ſubiecti.

*Per ſe notũ dupliciter, accipitur ſenſui, & intellectui.*

¶ Dico ſecundo quod aliquid eſſe per ſe notum dupliciter accipitur. Vno modo intellectui. Alio modo ſenſui, notum eſſe, niuem eſſe albam, per ſe notum eſt ſenſui, non autem intellectui: de qua notitia loquimur hic. nam cognitis his terminis, nix & albedo non ſtatim cognoſcitur intellectu prædicatum ineſſe ſubiecto ſed indiget ſenſu.

*Quinque modis prædicatum includitur in ſubiecto.*

¶ Dico tertio ad ſaluandum quòd in omni propoſitione per ſe nota prædicatum eſt de ratione ſubiecti. *Prædicatum* quinque modis includitur in ſubiecto. Primo, quando prædicatum eſt diffinitio ſubiecti. Secundo quando prædicatum eſt pars diffinitionis ſubiecti Tertio quando diffinitum prædicatur de ſua diffinitione. Quarto quando deſcriptio prædicatur de deſcripto. Quinto quando deſcriptum prædicatur de deſcriptione Ad argumentũ negatur antecedens, quia non concurrere cum ſit paſſio parallelarum, ponitur in earum deſcriptione.

Grego. Contra eandem arguit Grego. primo Nec illa propoſitio in qua prædicatum includitur in ratione dicente, quid rei ſubiecti, nec in illa, in qua prædicatum includitur in ratione dicente quid nominis eſt per ſe nota. ergo nulla conſequentia patet à ſufficieti diuiſione: quia omnis ratio vel dicit quid rei, vel quid nominis. antecedens probetur pro prima parte. In iſta: intellectus eſt qualitas, prædicatum dicit quid rei ſubiecti: & tamen non eſt per ſe nota, cum multi de ea dubitent. Similiter iſta. albedo eſt color, non eſt per ſe nota cum ſit contingens: & tamen prædicatum dicit, quid rei ſubiecti. Secunda pars antecedentis probatur. Omnis propoſitio per ſe nota eſt vera. ſed iſta. vacuum eſt locus: non eſt vera, & tamen prædicatum dicit quid nominis ſubiecti, ergo non eſt per ſe nota. maior nota. minor probatur. nullus locus eſt vacuum. ergo vacuum non eſt locus priuatus corpore.

Reſpondeo. negatur antecedens pro vtraque parte. Ad primum contra primã partem antecedẽtis negatur minor, quia licet ſit per ſe nota in ſe non tamen omnibus: quia non omnes cognoſcunt rationes terminorum.

¶ Ad ſecundum negatur maior. & eſt neceſſaria: nec ad veritatem propoſitionis requiritur exiſtentia ſubiecti.

¶ Ad ſecundam partem antecedẽtis negatur minor.

¶ Ad probationẽ negatur conſequẽtia, quia arguitur à ſuppoſitione ſimplici ad perſonalem.

¶ Secundo arguit. Iſta eſt per ſe nota homo eſt aſinus, vel non aſinus, & tamen prædicatum non eſt de ratione ſubiecti.

¶ Reſpondeo. negatur minor: quia affirmatio, & negatio ſub diſiunctione ſũt de ratione cuiuſlibet.

*Affirmatio, & negatio diſiuncta ſũt de ratione omnium.*

*Concluſio II.* Non omnis propoſitio eſt per ſe nota nobis. Hanc probat vbi ſupra. Ratio eſt, quia non cognoſcimus ſemper rationes terminorum.

Contra arguit Aureo. Nulla propoſitio eſt eadem, niſi ſit ſub eiſdem conceptibus, ſed ſi propoſitio eſt per ſe nota vni & non alteri: iſti duo non apprehendunt eam ſub eiſdem conceptibus, ergo eadem propoſitio non eſt per ſe nota vni & non alteri. Aureo.

¶ Reſpondeo. vt dicit S. D. quo. 4. q. 9. ar. 2. materialis vnitas vocis ſumitur ex voce. Formalis vnitas ſumitur ex conceptu: quia conceptus eſt ratio ipſi voci, quod ſignificet rem. Eadem ergo vox materialiter & diuerſa formaliter eſt per ſe nota vni, & non alteri, Et ſimiliter iſta Deus eſt. eſt per ſe nota beato, non autẽ nobis. & eſt eadem propoſitio quo ad rem ſignificatam, non tamen quo ad conceptus: quia alium conceptum habet beatus de Deo quàm viator.

*Eadem poteſt eſſe vox materialiter, & diuerſa formaliter.*

*Concluſio III.* hæc propoſitio Deus eſt, eſt per ſe nota in ſe non tamen nobis. Hanc probat vbi ſupra. Ratio eſt quia non cognoſcimus quidditatem ſignificatam per terminos. ſcilicet naturam diuinam & ſuum eſſe.

QVÆ-

Digitized by Google

QVÆSTIO III.
2. diſt. 1. Sent.

Q*Varitur tertio*, Vtrum vnus Deus ſit tres perſonæ.

Pro deciſione huius quæſtionis dico tria. Primum eſt quòd ex diſtinctione perſonarum in vnitate eſſentiæ, non falſificatur illa maxima: quæcunque ſunt idem vni tertio, ſunt eadem inter ſe. Nam S.D. exponit eam tripliciter. Primo ſic 1.q.28.ar.3.ad primum. Quæcunque ſunt idem vni tertio, re & ratione: ſunt idem inter ſe. Si autem ſint idem re, & differant ratione inter ſe & ab illo tertio: tunc non ſunt eadem inter ſe. pater autem & filius licet ſint idem re cum eſſentia, non tamen ratione & ideo nec ſunt idem inter ſe.

Secundo exponit ſic. de potentia 8. ar. 2. ad 10. Quæ ſunt idem vni tertio, ſunt eadem inter ſe: vel ſaltem id quod eſt idem vni illorum, eſt reliquum. Et ſic in propoſito aliquid quod eſt idem patri eſt filius, ſcilicet eſſentia diuina.

Tertio exponit ſic. 1. di.33. q.1. ar.1. ad 2. Quæ ſunt idem vni tertio ſunt eadem inter ſe: quantum ad id in quo ſunt idem tertio. Et ſic pater & filius ſunt idē cum eſſentia ſecundum rem: ideo ſunt idem inter ſe ſecundum rem. Et licet pater ab eſſentia diſtinguatur tantum ratione: tamen à filio realiter diſtinguitur, quia ad ipſum habet oppoſitionem relationis realis, non autem ad eſſentiã.

Contra primam expoſitionem arguit Aureolus. † Talis eſt vnitas extremorum inter ſe. qualis eſt eorum in medio. alioquin tolleretur omnis ars ſyllogiſtica. ſed pater & filius ſunt idem cum medio ſcilicet cum eſſentia diuina ſecundum rem. ergo inter ſe ſola ratione differunt.

*Aureo. in 1. di. 3. q. 3. ar. 3.*

Reſpondeo primo quòd extrema dupliciter identificantur medio. Vno modo per ſe & formaliter. Alio modo per accidens: ſicut res vnius generis & res alterius. & hoc modo eſſentia quæ dicit abſolutum, & paternitas quæ dicit relationem, ſunt idem identice, non autem formaliter. Et de his negatur maior. nã etiam albedo & humiditas quæ ſunt vnum cum niue per accidens: non ſunt ita vnum inter ſe ſicut cum niue, quia cum ea conueniunt in faciendo compoſitum verius quàm inter ſe.

*Identificantur extrema medio dupliciter per ſe, & per accidens*

¶ Dico ſecundo quod maior iterum eſt falſa: quando nullum extremorum eſt idem cum medio adæquate. Sic eſt in propoſito: quia non omne quod eſt eſſentia diuina: eſt paternitas. nam filiatio eſt eſſentia diuina, non tamen eſt paternitas. Et ſimiliter actio non eſt idem cum motu adæquate, ideo actio non eſt paſſio, licet ſit illa res quæ eſt paſſio. vt diceretur ſecundo huius. & ideo illa maxima debet ſic gloſſari. Talis eſt identitas extremorum inter ſe, qualis eſt identitas eorum in medio: ſi talia extrema identificentur medio per ſe & adæquate. Secundum dictum in hoc articulo eſt: quod poſitio trium perſonarum in vnitate eſſentiæ non tollit ſyllogiſmum expoſitorium. Nam quando ſic arguitur, eſſentia diuina eſt pater, & eſſentia diuina eſt filius ergo filius eſt pater. vel ſic. omnis Deus eſt pater. filius eſt Deus. ergo filius eſt pater. eſt fallacia accidentis quæ ſemper committitur vt dicit S.D. de potentia q.8.ar.2.ad ſextam. Et in tractatu fallaciarum c. De fallacia accidentis. quando id quod prædicatur de vno & ab alio diſtinguitur ratione, concluditur de alio prædicari propter identitatem rei, ſicut eſſe commune conuenit eſſentiæ vt diſtinguitur à patre. ideo ſi concludatur conuenire patri, erit iſta fallacia. & ſic de ſimilibus. Similiter eſſe indiuiduum conuenit Sorti vt diſtinguitur ab homine. ideo ſi dicatur Sortes eſt indiuiduũ, & Sortes eſt homo. ergo homo eſt indiuiduum. eſt fallacia accidentis. non autem ſi dicatur ſic. Sortes generat & Sortes eſt homo. ergo homo generat. quia generare non conuenit Sorti, vt diſtinguitur ab homine.

*Secundum dictum huius articuli*

Tertium dictũ eſt quod ex hoc quod in diuinis ponimus vnam rem eſſe tres perſonas, non deſtruitur primum principium, ſcilicet de quolibet eſt affirmatio vel negatio vera: quia ad hoc quod affirmatio & negatio non contradicant, ſufficit diſtinctio rationis. vt ponit S.D. 1. diſtinct. 5. quæſtion. 1. articul. 1. ad primum. Et 35. quæſtion. 1. artic. 1. ad ſecũdum. Et 33. q. 1. art. 4. Et de potentia q. 8. art. 2. ad 7.

*Tertium dictum*

Contra arguit Aureol. quolib. 3. q. 5. artic. 2. Effectus in actu, & cauſa in actu ſunt ſimul, ſed ante omne opus intellectus non eſt contradictio in Deo: & tunc non eſt in actu diſtinctio rationis. ergo diſtinctio rationis non eſt cauſa quod affirmatio & negatio non contradicant

*Aureo. vbi ſupra.*

ma-

Digitized by Google

maior eſt philoſophi. 1. phyſ. minor probatur. ante omne opus intellectus eſſentia eſt communis: & pater non. & iſta nõ contradicunt, ergo.

Tex. 24. Reſdondeo primò, quod ante omne opus intellectus affirmatio & negatio nõ prædicatur de Deo. cum prædicari non ſit niſi per opus intellectus : vt dicit Albertus ſuper Porphyrium. † tract. 3. ca. 3. Et comm. 3. de anima. comm. 26. Et S. D. de ente & eſſentia.

Cap. 4. ¶ Dico ſecundò, quod affirmatio & negatio actu non conueniunt alicui, nullo intellectu conſiderante tanquam duo extrema realia. cum negatio ſit tantum ens rationis vt dicitur 4. meta. †

Tex. 1. ¶ Dico tertio, quod oppoſitio contradictoria incomplexorum non eſt relatio realis. cum vnum contradictorium ſit ſemper non ens. & entis ad non ens ſit tantum relatio rationis. ens autem rationis nulli conuenit præter operationẽ intellectus.

¶ Dico quartò, quòd admiſſo quod ante omne opus intellectus in diuinis conueniat affirmatio & negatio, nõ oportet ponere actualem diſtinctionem rationis inter diuina ad tollendum contradictionem. Non contradictio enim eſt negatio: puta quod non contradicant eſſẽtiam eſſe communicabilem, & patrem non. & ideo iſti negationi aſſignatur pro cauſa, non quidem actualis diſtinctio: ſed vna alia negatio: puta non identitas rationis eſſentiæ, & paternitatis, vel ſicut ante opus intellectus non eſt ibi affirmatio & negatio in actu completo, ſed vt in fundamento: ita aſſignatur pro cauſa non contradictionis inter affirmationem & negationem diſtinctio rationis, quæ etiã eſt ibi non in actu completò, ſed in fundamento.

*Ante opus intellectus non eſt affirmatio completa, ſed tantum in fundamẽto.*

Secundò arguit. In quocunque eſt diſtinctio rationum: eſt in eo compoſitio. ſed Deus nullo modo eſt compoſitus: ergo in eo non eſt diſtinctio rationum.

¶ Reſpondeo. Primò, negatur maior: quia compoſitio non eſt niſi ſecundum rem: eo ſcilicet quod vnum eſt in potentia ad aliud, vt dicitur 1. diſtin. 8. quæſt. 6. art. 1. ad 2. Iſta autem pluralitas rationũ non eſt in Deo ſubiectiuè, ſed tantum vt in fundamento. 1. diſtinct. 2. quæſt. 1. art. 3. ad 5.

¶ Dico ſecundò, quòd Deus poteſt dici multiplex extrinſecè quia multis cõceptionibus noſtri intellectus correſpõdet vt dicitur 1. diſtinct. 2. art. 1. quæſt. 3. ad 6. Sicut ſpiritus, ſcilicet dicitur ſeptiformis, non in ſe, ſed propter eius effectus. Et punctus in centro circuli à quo trahuntur multæ lineæ ad circumferentiam, vt eſt principium vnius, diſtinguitur ratione a ſeipſo, & eſt principium alterius. ita quod in puncto nulla eſt pluralitas, ſed in lineis ab eo procedentibus. Similiter centrum ſit Deus, circumferẽtia intellectus noſter, lineæ ſint conceptus. Illi conceptus diuerſi ſunt idem: tamen eſt centrum, ſcilicet res diuina.

*Deus poteſt dici multiplex extrinſecè non intrinſecè.*

Tertiò arguit. In quocunque ſunt plura diſtincta ratione, illud eſt compoſitum ſaltem ſecundum rationẽm. ſed perſona diuina nullo modo eſt compoſita, & in ea eſt eſſentia & proprietas. ergo eſſentia & proprietas non differunt ratione.

Reſpondeo. Primò conceditur minor: quia omnis compoſitio dicit imperfectionem.

¶ Dico ſecũdò: quod non poteſt eſſe compoſitio: niſi vbi eſt multitudo ipſius eſſe. ſicut cum relatio creata componit cum ſubiecto, vel cum duo habent idem eſſe. ſed vnum habet ipſum eſſe per aliud & ſic componit materia cum forma. vel cum ſunt multa habentia idẽ eſſe, quòd eſt primo totius, & conſequenter partiũ. & ſic vna pars cũ alia cõponit: & ſic negatur maior, nihil enim cõponit niſi ſecũdũ eſſe. vnde nõ poteſt eſſe compoſitio, niſi vbi ſunt plura eſſe: quod non eſt in Deo.

Quartò perſona diuina eſt vnum conceptibile cum poſſit concipi vnico conceptu: ergo eſſentia & relatio, quæ ſunt in perſona non differunt ratione, ſiuè cõceptibiliter.

*Diuina perſona eſt vnũ conceptibile in ſe, nõ viatori, vel obiectiuè non ſubiectiuè.*

Reſpondeo, quod perſona eſt vnum conceptibile vnica perfecta ratione, quã Deus habet, & ſic eſt vnum in ſe, ſed non viatori, quia nullus conceptus viatoris poteſt omnia, quæ in diuina perſona ſũt, perfectè repræſentare.

¶ Dico ſecundò, quod perſona diuina poteſt dici vnum conceptibile ad hunc ſenſum, quod eſt talis vnitatis in perſona, quæ correſpõdet omnibus rationibus intellectus noſtri, quæ rationes nec componunt in Deo, quia in eo non ſunt ſubiectiuè, nec cõponuntur in intellectu noſtro, quia in eo non habent vnionem adinuicem.

Contra. Species cõponitur ex genere, differentia, ſed iſta compoſitio eſt tantũ

ſecun-

Digitized by Google

ſecundum rationem: ergo & ſimilitèr perſona diuina.

Reſpõdeo, negatur conſequẽtia, quia compoſitio ex genere, & differentia reducitur ad diuerſitatem rei, ſcilicet materiæ, & formæ, non ſic eſt in perſona diuina, de veri. q. 3. art. 2 ad tertium.

Quintò eſſentia ſub propria ratione dicit meram rem, & paternitas ſub propria ratione dicit meram rem: ergo ſi diſtinguuntur ratione: ergo etiam re, hoc eſt falſum, antecedens patet, conſequentia prima probatur, quia tota ratio, quòd aliqua, quæ ſunt idem re, differant ratione, eſt quia ſaltem vnum eorum ſub propria ratione non dicit meram rem, vt dicit Commentator. 7. metaphyſicæ, com. 48. quod ſortes, & homo ſunt idem re, ſed differunt ratione, quia homo ſub propria ratione non dicit meram rem, ſed tãtum rationem.

*Paternitas nõ dicit propria ratione aliquid reale.*

Reſpondeo, primò negatur antecedẽs pro ſecunda parte, quia paternitas cum ſit relatio, non dicit ex ſua propria ratione aliquid reale, alioquin omnis relatio eſſet realis.

¶Secundò negatur conſequentia. Ad probationem negatur antecedens, quia quòd duo conceptus quorum quilibet ſignificat vnam rem diſtinguantur non ſolum eſt quia res ſignificatæ ſint diuerſæ, ſed etiam poteſt eſſe quod ſignificant eãdem rem, ſed nulla illarum rationum dicit illam rem adæquatè, ità quod perfectè aſſimiletur ei, vt ſit talis in eſſe intelligibili, qualis eſt res in ſe. Iſte autem defectus eſt in omni re, quam format intellectus de Deo. Sed quia illud antecedens eſt Commentatoris, dico, quod mens eius, & philoſophi non eſt, quod homo ſub ratione hominis nõ dicat meram rem, & ſubſtantiam, ſed quòd non ſignificat ſubſtantiam primam, quæ ſit ſuppoſitum, ſed ſignificat ſubſtantiam ſecundam.

Sextò, Illi conceptus quibus concipitur eadem res, & quorum vnus non addit ad alium, ſunt idem cõceptus, ſed cõceptu eſſentiæ, & relationis concipitur eadem res, & vnus non addit ad alium: ergo idem eſt conceptus eſſentiæ, & paternitatis. Maior patet cum prima parte minoris, ſecunda pars probatur. Conceptus relationis puta paternitatis non addit aliquam rem ad conceptum eſſentiæ, vt patet, nec ſolum formalitatem, alioquin pater non eſſet pater realitèr, ſed tantum formalitèr, nec ſolum rationem, quia eſſet pater ſolum ſecundum rationẽ quod eſt error Sabelij: ergo, &c.

¶Reſpondeo, negatur ſecundá pars minoris, quia conceptus relationis addit ad conceptum eſſentiæ ſecundum rem, & contra, non quod ſit alia, & alia res in ſe correſpondens his duobus conceptibus; ſed eſt alia, & alia in intellectu, & ſic addit ſecundum rem, quia licet quilibet conceptus explicet totam rem, tamen neuter perfectè eam explicat, ex quo fit, quod iſti duo conceptus diſſimilitèr repreſentant eandem rem, ac ſi repreſentarent diuerſas res. &c.

*Additio quæ eſt ſolutio argumentorum recentiorum per M. Mauritium de Gregorio*

*Primò hic confutantur hęreſes damnatæ, vt in noſtro Commentario in text. Magiſtri, & confutantur etiam hæreſes, quæ ſunt in Abecedario, & in Ethimologijs hæreſum, & confutantur ſimilitèr Idolatriæ, vt in Abecedario Idolorum in principio vide ibi. Et etiam confutantur falſæ Theologiæ Fenicum, Egyptiorũ, Græcorum, Atlanticorum, Frigiorum, Gentium, &c. ab Euſebio in primo, ſecundo, tertio, & quarto de præparatione Euangelica contra Theologiam fabuloſam Poetarum antiquorum.*

*Loca ſolutionis argumentorum aduerſariorum Magiſtri Mauritij vltra commentaria textuũ loca contra hæreſes. &c.*

*Ex concluſionibus, probationibus, & ſolutionibus argumentorum ſoluũtur argumenta Vulpes, & aliorum recentiorum facile, vt facit Ariſtot. ad argumenta Antiquorum quod veritatis cognitio dubiorum eſt ſolutio, & cum Cardinali Bellarmino dicente in libro de Scriptoribus Eccleſiaſticis de Ioanne Capræolo, quòd Io. Capreolus ſit defenſor Egregius Sancti Thomæ, & optimè diſſoluit omnia argumenta aduerſariorum: dicunt verba formalia Bellarmini, ergò ſi optimè diſſoluit per Bellarminum ſunt ſoluta argumenta cum his doctrinis hic: Sicut ſoluit Ariſtotelis cõtra antiquos dicendo in 6. de Cœlo veritatis cognitio, dubiorum eſt reſolutio.*

*Secundo reſp. cum Cardinali Sarnano Franciſcano doctiſſimo, qui propter ſuam doctrinæ Eminentiam Cardinalis fuit creatus, concordando Sanctum Thomam cum Scoto faciẽdo*

de

*do diſtinctionem, vide ſuam diſtinctionem Sarnani in fine in alia ſequẽti diſtinctione 3;*

*Tertio Bonaherba Ordinis Sancti Auguſtini qui etiam ſciebat totum Sanctum Thomam fecit concordantiam cum Scoto diſtinguendo hic doctiſſime vide eum in fine, in hac tertia diſtinctione.*

*Quarto, Argumenta vero Vaſquez, Valentiæ, Moline, Suarez, Faſoli, Palumbi, &c. quia colliguntur, & ſoluuntur à Ripa Epiſcopo, à Nazario, à Conſales, à Nauarretta, à Zenardo ſufficientiſſimè, & clarè, & diſtinctè, ſuperfluum eſſet addere hic. Ideo vide ea ibi abbreuiata, ordinata, & optimè ſoluta in queſt.27.p.p.*

## DISTINCTIO III.

### *Quæſtio. I.*

*Prima ratio probans vnitatem Dei ex creaturis.*

Circa tertiã diſtinctionẽ quæritur primò. Vtrum vnitas Dei poſſit ex creaturis demonſtratiuè probari.

Reſpondeo affirmatiuè quòd ſic. Quæ quidem quinque rationibus demonſtratur. Primò. In natura eſt vnum primũ mouens immobile: ergo Deus conſequẽtia patet, quia per hoc intelligimus Deũ. antecedens probatur. In natura aliquid mouetur: ergo eſt dare primum mouẽs immobile, antecedens patet ad ſenſum, conſequentia probat. In natura aliquid mouetur: ergo non à ſe mouetur, conſequentia probatur. Nihil poteſt eſſe in actu, & in potentia reſpectu eiuſdem, ſed omne mouens eſt in actu, & omne quod mouetur eſt in potentia, tertio phyſ.† ergo idem non eſt mouens, & motum reſpectu ſui. Tunc vltra, id quod mouetur, ab alio mouetur: ergo eſt deuenire ad aliquod mouens, quod nõ mouetur, vel eſt abire in infinitum. Si detur primum, habeo propoſitum. Si ſecundum, ſequitur quòd nihil mouetur, ſed hoc eſt falſum: ergo, conſequentia probatur. Remoto primo in eſſentialiter ordinatis, remouẽtur omnia, quæ ſunt poſt, ſed vbi eſt procedere in infinitum, remouetur primum mouens, & mouentia, & mota ſunt eſſentialitèr ordinata, ergo omnia, conſequẽtia patet cum minori, maior probatur. Remota cauſa, remouetur effectus, ab ea eſſentialiter dependens, ſed motio ſecũdi mouentis dependet eſſentialitèr à motione primi tanquam à cauſa: ergo, &c.

† *Text.9.*

*Secunda ratio.*

Secundò ad idem. In natura eſt dare primam cauſam efficiẽtem omnium: ergo in natura eſt Deus, conſequentia patet, antecedens probatur. In natura eſt aliquis effectus: ergo habet cauſam à ſe diſtinctam: antecedens patet, conſequentia probatur. Omnis cauſa eſt prior effectu, ſed nihil eſt prius ſe: ergo nihil eſt cauſa ſui: ergo ſi eſt effectus, oportet, quod ſit ab alio. Tunc vltra arguitur. Illa cauſa, aut eſt tantum cauſa, & nullo modo effectus, aut eſt ab alia cauſa. Si primum, habetur propoſitum. Si ſecundum, aut eſt ire in infinitum in cauſis, & ſic non eſſet deuenire ad primã cauſam, & per conſequens nec aliæ agerent; cum non agant, niſi vt mouentur à prima: ſicut ſupra dictum eſt. Aut eſt deuenire ad primam cauſam omnium, & ſic habetur propoſitum.

Ad hanc rationem reſpondet Aureolus † quadrupliciter. Primò quòd eſt dare primum efficiens, vt ratio concludit, ſed hoc non eſt Deus, ſed corpus ęternũ, ſcilicet corpus cœleſte. Primum autem eliciens motum, eſt anima primi cœli. primum autem mouens per modum finis eſt primum principium, de quo aliquid concepit motor orbis ſtellati, vt dicit Commentator primo cęli comm.22. & 12.meta commen.44.

† *Aureo in 1.di.3. q.1.*

Contra hanc reſponſionem arguitur ſic. per te eſt dare primum efficiens: ergo vel ipſum eſt cauſa omnium, vel eſt dare aliquid non effectum ab eo. Si primum habetur propoſitum. Si ſecundum: ergo illud non effectum à primo efficiente, eſt effectum ab alio, vel à nullo, ſed habet eſſe per ſe. Non primum, quia prima cauſa plus influit in effectum, quàm ſecunda, ſed per te non eſt à prima, ergo nec à ſecunda. Quod non habeat eſſe ex ſe: probatur 2.cõtra gen. cap.15. Si non habet eſſe ab alio: ſequitur, quòd ſint duo, quibus conuenit eſſe primo, & per ſe, ſcilicet primum efficiẽs, & hoc quod dicis à nullo eſſe, ſed hoc eſt impoſſibile: ergo. prima conſequentia patet, quia quod conuenit alicui, & non per cauſam, conuenit ei primo, & p ſe minor probatur. Quicquid conuenit

T alicui

alicui primò, & per ſe, conuenit ei conuertibiliter, quia adæquate vt dicitur primo poſteriorum. † ſed idem non poteſt conuenire duobus conuertibiliter, ſiuè adæquatè: ergo nec primo, & per ſe.

Tex. 11.

Secunda reſponſio concedit, quòd eſt ire in infinitum in cauſis; nec eſt dare primam, ſed negat hanc conſequentiam: nõ eſt dare primam, ergo nec alias, nam in partibus proportionalibus cõtinuatur in infinitum: tamen datur vltima ſcilicet illa, quæ fit per primam diuiſionem.

Reſpondeo, quod conſequentia S. D. eſt optima, & inſtantia nulla eſt: quia inter partes proportionales non eſt ordo eſſentialis: cum poſterior non dependeat à prima eſſentialitèr. Inter cauſas autem prædictas eſt ordo eſſentialis; vnde illa conſequentia tenet. In eſſentialitèr ordinatis non eſt dare primum: ergo nec ea, quæ ſunt poſt.

Tertia reſponſio negat iſtam, quòd primum ſit cauſa medij, niſi primum ſit. Ille autem, qui ponit infinitatem cauſarum, negat primum eſſe.

Contra, probo quòd neceſſe ſit dare primam cauſam etiam à ponente infinitatem cauſarum, & arguitur ſic. Accepta tota multitudine cauſarum, prẹter illam, quæ eſt proxima effectui, aut tota illa multitudo eſt mouens mota, aut aliqua pars eſt mouens non mota. Si ſecundum, ergo datur prima, ſcilicet illa, quam dicis eſſe mouentem non motam. Si primum, ideſt, ſi tota illa multitudo eſt mouens mota, ergo ſe habet in ratione vnius mouentis moti. Tunc vltra, ergo aliquid extra iſtam multitudinem mouet eam, ipſam à nullo mouetur, & ſic illud erit prima cauſa.

Ad hanc rationem ipſe negaret hanc conſequentiam vltimò factam, quia non ſequitur tota multitudo numerorum excedentium, & exceſſorum eſt exceſſa, ergo ab aliquo eſt exceſſa, quia nec exceditur à numero finito, nec infinito.

Reſpondeo, dico duo. Primò ſimilitudo huius conſequentiæ negatur, quia nõ oportet totam multitudinem numerorũ, quorum quilibet eſt exceſſus, eſſe exceſſam, licet oporteat, quòd omnis multitudo mouens mota ab aliquo moueatur. Cuius diuerſitatis ratio eſt, quia id quòd eſt in actu poteſt accipi, vt vnum; nõ autem id quod eſt in potentia, multitudo autem mouentium quantacunque ſit, inquantum mouet eſt in actu, & etiam aliqualiter inquantum mouetur, multitudo autem numerorum exceſſorum non eſt actu, quia illi ſunt in potentia pro maiori parte.

¶ Dico ſecundò quod multitudo mouentium, & motorum, eſſentialiter ordinatorum conueniunt in aliquo ordine, diuerſa autem ex ſe non habent quod cõueniant in aliquo ordine, ſed hoc oportet eſſe ab aliquo per ſe intendente illum ordinem, oportet ergo quod tota illa multitudo moueatur ab aliquo, qui ſit cauſa illius ordinis.

Tertia ratio ad probandum cõcluſionem eſt talis. In natura eſt aliquid ens neceſſarium, non habens cauſam neceſſitatis: ergo Deus eſt, conſequentia patet, quia per tale intelligimus Deum, antecedens probatur. In natura eſt aliquod neceſſarium: ergo eſt aliquod non habẽs, cauſam neceſsitatis, conſequentia probatur, quia aut illud neceſſarium, quod ponitur eſſe, non habet cauſam neceſsitatis, & ſic habetur propoſitum, aut habet cauſam neceſſitatis, & ſic vel eſt ire in infinitum, quod ſuprà improbatum, eſt, vel eſt deuenire ad aliquod primum, & ſic habetur propoſitum, antecedens probatur non omne ens eſt contingens: ergo aliquod eſt neceſſarium, conſequentia patet antecedens probatur. Si omne ens eſt contingens, ſequitur quòd nunc nihil ſit, ſed hoc eſt falſum, vt patet. Si omne ens eſt contingens aliquando nihil fuit: ergo etiam nunc nihil eſt, tenet vltima conſequentia quia quod nõn eſt, non incipit eſſe, niſi per aliquid quod eſt prima conſequentia probatur. Omne indifferens ad eſſe, & non eſſe, non habet eſſe niſi ab alio determinetur ad eſſe, ſed omne contingens eſt huiuſmodi: ergo non habet eſſe niſi determinetur ab aliquo ad eſſe, ſi autem omnia ſunt contingentia, nihil eſt per quod determinentur ad eſſe, & ſic nihil erit.

Tertia ratio.

¶ Dicetur forte, quod vnum contingens determinet aliud.

Contra, non eſt ire in infinitum: ergo oportet deuenire ad aliquod contigens quod ab alio contingente non determinetur, & ſic vel non erit, & ex conſequenti, nec alia, vel ſi erit determinabitur ab aliquo neceſſariò.

Huic rationi reſpondet Aureolus dicens quòd philoſophi negabunt neceſſaria habere cauſam efficientem, licet cõcedant, ea habere cauſam finalem.

Aureol. vbi ſupra.

Con-

Digitized by Google

*Vtrum de mente philoſophi aliqua neceſſaria habent cauſam ſue neceſſitatis.*

Contra ſecundum philoſophos idem eſt primum agens,& vltimus finis: ergo ſi concedunt vnum, & reliquum conſequentia patet antecedens probatur. Si primum agens non eſt vltimus finis:ergo agit propter finem à ſe diſtinctum, hoc eſt falſum,conſequentia patet, quia omne agens agit propter finem,falſitas conſequentis probatur. Quod agit propter finem à ſe diſtinctum accipit aliquid ab eo,puta delectationem,inclinationem, perfectionem, ſicut ab obiecto, ſed primum agens à nullo aliquid accipit,alioquin moueretur:ergo,&c.

*Tex. 15.* Præterea de mēte philoſophi eſt,quod principia ſunt cauſa neceſsitatis concluſionum quinto meta,principia autem ſūt cauſæ effectiuæ,concluſionum. Præterea *Text.1.* 8.phyſic. arguit Democritum dicentem nullum neceſſarium habere cauſam.

Item tenet Coment. 10.metaph.comment.7.,& 12. metaph. con.37. & 42. & 44.in lib. de ſubſtantia orbis cap. 3.vbi dicit,quod Deus largitur cœlo permanētiam æternam.

*Vtrum poſſibile non eſſe quandoque non ſit.*

Secundo arguit contra quoddam dictum in hac tertia ratione, ſcilicet quod omne poſsibile non eſſe,quandoque non ſit,& arguit ſic. Elementa habent potentiam ad non eſſe, tamen nunquam deſinent eſſe:ergo,&c.

Reſpondeo quod illa propoſitio intelligitur ſic.Quod quandoque non ſunt, niſi conſeruentur ab ente neceſſariò,elementa autem à Deo conſeruantur, alioquin eſſe deſinerent.

*Quarta ratio.*

Quarta ratio. In natura eſt id quod eſt omnibus cauſa eſſe, & veritatis: ergo Deus, conſequentia patet, antecedens probatur. Omne participans naturam alicuius generis reducitur, vt in cauſam in id quod ſumme participat naturam illius generis, ſed multa ſunt, quæ participant eſſe,& bonitatem:ergo eorum cauſa eſt ens,& bonum ſcilicet Deus,tunc vltra Deus eſt cauſa iſtorum effectuum,ſed iſti ſunt: ergo Deus,tenet conſequentia, quia Deus eſt cauſa non ſolum quoad eſſe, ſed etiam in conſeruari.

*Aureol. vbi ſupra. Vtrum maximum in genere ſit cauſa aliorum.*

Contra maiorem probationis primi antecedentis arguit Aureolus † Maximū in genere colorum eſt albedo, & albedo nō eſt cauſa effectiua aliorum colorum: ergo non omne maximum in aliquo genere eſt cauſa aliorum.

Reſpondeo dico duo. Primum quòd Ariſtot. intelligit maiorem de principiis primis, cuiuſmodi ſunt motorum cœlorum,vt dicit Comment.2.metaph com.4 Albedo autem non eſt tale principium.

¶Dico ſecundò,quod maior intelligitur de eo quod eſt maximum aliorum quoad omnia. Albedo autem non eſt menſura colorum,quo ad materiale, ſed ſolum quòad formale: ſcilicet quòad determinationem diaphani, de veri q.2. art.4.ad 4.

*Sexta ratio*

Sexta ratio. In natura eſt id à quo omnes res naturales ordinantur ad ſuos fines:ergo Deus eſt,conſequentia patet, antecedens probatur. Vbi eſt actio alicuius non cognoſcentis finem, ordinata tamen per ſe,& non à caſu,ibi neceſſe eſt ponere aliquod dirigens, ſed in natura ſunt actiones rerum naturalium,non cognoſcentium finem, ordinatæ tamen in finem non à caſu: ergo,&c.maior nota, & minor pro prima parte, ſecunda probatur. Res naturales ſemper, aut frequenter eodem modo operantur: ergo non à caſu.

*Aureol. vbi ſuprà.*

Ad hanc rationem reſpondet Aureolus, † negando primam conſequentiam, & dicit quòd res ordinantur in finem non ab alio, ſed ex propriis naturis, nec indigent aliquo extrinſeco imprimente illam ordinationem.

Contra arguit, S. D. primo contra gen.cap.63. Diuerſæ res non veniunt in vnū ordinem, niſi ab aliquo dirigantur, ſed res naturales ſunt diuerſæ, & veniunt in vnum ordinem, ergo ab aliquo ordinante.

Item de veri. quæſtio 5. artic.2.arguit ſic. Res naturalis non ſufficit ad actionem,quę eſt conueniēs alteri:ergò oportet quòd in tali actione ab altero dirigatur,conſequentia patet antecedens probatur. Reſoluere vſque ad certum terminum, eſt actio caloris conueniens alteri, ſed ad hanc non ſufficit calor, qui de ſe reſolueret in infinitum, ſi eſſet poſſibile,oportet ergo ponere aliquem intellectum,per quem huiuſmodi actiones determinentur ad certum modum conuenientem.

¶Alias rationes ponit ad hanc concluſionem, primò contra gen. cap. 42. quæ non aliter improbantur, è quibus demonſtrat non modo Deum eſſe, ſed, eſſe tantum vnum.



Digitized by Google

## QVAESTIO II.

*3. diſt. prim. ſentent.*

**Q**Varitur ſecundò. Vtrum in creaturis reperiatur imago, & veſtigium Trinitatis.

*Veſtigium, & imago quomodo differant.*

Pro deciſione quæſtionis præmitto, quod veſtigium, & imago differunt, quia de ratione veſtigij ſunt tria. Primum eſt ſimilitudo, quia omne veſtigium eſt ſimilitudo eius, cuius eſt veſtigium. Secundum eſt imperfecta ſimilitudo, quia imperfectè repræſentat. Tertium eſt, quòd veſtigium repreſentat ſolum quòad cauſalitatem id, cuius eſt veſtigium, & nõ quòad formam, nam fumus repreſentat ignem, ſed non formam ignis. De ratione autem imaginis eſt ſimilitudo, & repreſentat quòad formam id cuius eſt imago.

*Aureol. vbi ſupra, q. 2.*

Contra arguit Aureolus 2. quæſtio huius diſtinct. 1. Veſtigium pedis factum in puluere repræſentat formam pedis; ergo malè dicitur, quòd veſtigium non repræſentat formam.

Reſpondeo quòd licet veſtigium repreſentet formã ſuæ cauſe, tamẽ repræſẽtat eam imperfectè, vt patet in exemplo dato, nam veſtigium pedis, & veſtigium factum ex applicatione totius animalis ad puluerem ſecundum ſuperficiem cõcaua repræſentat ſuperficiem animalis connexam.

Contra etiam imago repræſentat imperfectè: ergo non diſtinguitur à veſtigio in hoc quod eſt repreſentare imperfectè.

Reſpondeo. Dico primò, quod omnis imago repræſentat perfectius ſuam cauſam, quàm veſtigium, quia repræſentat magis determinatè ſecundum omnes partes, & diſpoſitiones cauſæ, per quas etiam aliquid de interioribus percipi poteſt 1. q. 33. art. 2.

¶ Dico ſecundò, quòd perfecta imago attingit ad equalitatem eius, cuius eſt imago.

¶ Ex quo ſequitur, quòd nulla creatura eſt perfecta imago Dei, & propter hoc dicitur etiam eſſe ad imaginẽ imago autem imperfecta non attingit ad æqualitatem.

*His dictis.* Hæc eſt prima concluſio. In creaturis eſt veſtigium trinitatis. quam probat S.D. præſenti diſtinct. queſtion. 2. art. 1. & 1. quæſtion. 47. articul. 7. In creaturis eſt aliquid repræſentans imperfectè trinitatem quò ad cauſalitatem, & non quò ad formales rationes perſonarum; ergo in creaturis eſt veſtigium trinitatis: conſequentia patet, ex ratione veſtigij. antecedens probatur. Nam ſubſtantia creaturæ repræſentat patrem: & forma eius repræſentat filium & inclinatio ad aliquid, Spiritum ſanctũ: qui eſt amor.

*Aureol.*

Contrà arguit Aureo. Trinitas vt trinitas nullam habet cauſalitatem: ergo nulla creatura repræſentat trinitatem, quò ad cauſalitatem. conſequentia patet. antecedens probatur. primo. Quælibet perſona cauſat totam creaturam: ergo non cauſatur à trinitate, vt trinitas eſt.

Reſpondeo ad antecedens: quod licet trinitas vt trinitas non habeat cauſalitatem, tamen trinitas talis, ſcilicet artificis, verbi ſui & amoris habet cauſalitatem: & ſic negatur antecedens de trinitate, vt eſt talis trinitas. 1. quæſtio. 45. ar. 7. ad 3.

*Proprietates perſonales poſſunt accipi dupliciter ſub nominibus abſolutis, vel relatiuis.*

¶ Ad probationem negatur conſequentia: quia licet quælibet perſona cauſet totam creaturam: tamen nulla perſona eſt ratio productionis creaturæ quò ad omnia incluſa in ratione principij agentis per modum artificis: ſed tres perſonæ ſimul quarum vni attribuitur potentia: alia eſt verbum: alia eſt amor.

Secundò proprietates perſonales non ſunt productiuæ: ergo trinitas vt talis trinitas non habet cauſalitatem.

Reſpondeo, proprietates perſonales poſſunt dupliciter accipi. Vno modo ſub iſtis nominibus pater & filius & Spiritus Sanctus. & ſic conceditur antecedens. Alio modo ſub iſtis nominibus conceptio artis & amor artificis: & ſic negatur antecedens, quia ſub iſtis nominibus includunt eſſentialia attributa, ſcilicet ſapientiam, potentiam & bonitatem.

¶ Dico ſecundò, quòd cum dicimus, quòd proceſſio Filij & Spiritus Sanctus ſunt ratio proceſſionis creaturarum. Hoc eſt ſic intelligendum, quòd illæ proceſſiones ſunt creaturis ratio, quòd procedant à Deo patre: non tamen ſunt patri ratio producendi: cum pater nihil habeat à filio. & ſic intelligit S.D: prima diſt: 32. q. 1. art. 3

Tertiò. Si eſſet tantum vna perſona adhuc cauſaret quicquid eſt modo in creatura: & creatura repræſentat et Deũ; ergo

ergo cauſalitas non conuenit trinitati, vt eſt talis trinitas.

Reſpondeo. negatur conſequentia, quia poſito illo caſu, repræſentarent tria diſtincta ſecundum rationem, ſcilicet artificem, verbum eius, & amorem.

*Conclusio II.* In accidentibus non reperitur proprie veſtigium trinitatis. Hanc probat ſic. præſenti diſtinct. quæſtion. 2. articul. 2. Omnia in quibus eſt veſtigium habent modum: idem & ordinem: aut eſſentiam, virtutem, & operationem, aut vnitatem, bonitatem, & veritatem: ſed accidentia non habent iſta; ergo in eis non eſt veſtigium: maior patet. quia penes illa attenditur ratio veſtigij: minor probatur. Omnia habentia iſta enumerata ſunt propriè entia, ſed accidentia non ſunt propriè entia, ſed diſpoſitiones entium: ergo.

*Accidens neque propriè eſt vnum, neque habet operationem.* Ex hoc ſequitur primo. quòd nullum accidens eſt propriè vnum: cum vnum ſit ens indiuiſum, accidens autem non eſt propriè ens.

¶ Secundò ſequitur quòd accidens non habet propriè operationem ſed eſt per aliud operatur. Concedo tamẽ quod non ſolum ſecundum ſubſtantialia: ſed etiam ſecundum accidentia eſt in ſubſtantijs veſtigium. nam ſecundum albedinem habet aliquem modum, id eſt aliquod eſſe, & aliquam ſpeciem, & aliquem ordinem.

*Conclusio III.* Imago trinitatis reperitur tantum in creatura rationali. Hanc ſic probat S. D. 1. quæſtion. 93. articul. 6. tantum creatura rationalis eſt ſimilis Deo: quaſi quo ad ſimilitudinem ſpeciei: ergo tantum creatura rationalis eſt imago Dei. conſequentia patet ex ratione imaginis: antecedens probatur. tantum creatura rationalis eſt productiua verbi per intellectum & amoris per voluntatem: ergo tantum ipſa eſt ſimilitudo quaſi quo ad ſimilitudinem ſpeciei.

## QVÆSTIO III.

### *Tertia Diſtinct.*

QVæritur tertiò. Vtrum illa, penes quæ attenditur veſtigium Dei in creatura, ſint diſtincta realiter.

*Conclusio I.* Partes veſtigij qualitercunque aſſignentur reducuntur ad tria. Hanc probat S. D. præſenti diſtinct. q. 2. artic. 2. Ea ex quibus reſultat perfectio creaturæ reducuntur ad tria: ergo, & ea in quibus conſiſtit veſtigium, tenet conſequentia, quia creatura non eſt veſtigiũ Dei niſi inquantum eſt perfecta; antecedens probatur, perfectio creaturæ conſiſtit in coniunctione ad ſuum finem, ſed non poteſt coniũgi ſuo fini, niſi ipſa creatura ſit, & finis, cui coniungitur, & medium, quo coniungitur, iſta autem ſunt tria: ergo, &c.

*Coonclusio II.* Bonum verum, & vnũ ſecundum quod aſſignantur, aliquando veſtigium diſtinguuntur ab eo in quo ſunt. Prima pars probatur ſic à S. Doct. de veri q. 21. artic. 5 probatur tripliciter, primò. Id quod conuenit alicui per perfectiones ſuperadditas, diſtinguitur ab eo in quo eſt, ſed bonitas conuenit creaturis non per eſſentiam, ſed ſecundum perfectiones ſuperadditas, vt dicit Aug. ergo bonitas creaturæ diſtinguitur ab ea.

Secundò ſic, eſſe creaturæ diſtinguitur à creatura, ſed bonitas creaturæ cõuenit ei ſecundum eſſe, vt dicit Auctor lib. de cauſis: ergo. Ex quo ſequitur, quod eſſentia creaturæ conſiderata cum præciſione ad eſſe, non eſt bona.

Tertiò. Id quod conuenit alicui ſolũ in ordine ad aliud, non conuenit ei per eſſentiam, ſed bonitas conuenit creaturę in ordine ad aliud, ſcilicet ad vltimum finem, vt dicit Boetius lib. de hebdomadibus, & probatur ſic. Id quod habet rationem finis, non conuenit alicui niſi in ordine ad vltimum finem, ſed bonum habet rationem finis: ergo. Iſta concluſio intelligitur de rebus ſubſiſtentibus, nam ipſa bonitas non eſt res ſubſiſtens.

¶ Arguit Aureo, & Guido, † quod bonum non habeat rationem finis nec appetibilis, cuius argumento ſoluuntur, 2. diſt. 4. quæſt. 2. ibi de hoc eſt ſpecialis quæſtio. *Aureo, & Guido vbi ſupra*

¶ Secunda pars concluſionis probatur ſic, de veri quæſt. 1. artic. 4. Id quod eſt in intellectu diſtinguitur ab eſſentia creaturæ, ſed veritas propriè dicta, qua res denominantur veræ, eſt in intellectu, ſicut etiam denominatur ſanitas non à ſanitate inhærente, ſed à ſanitate animalis: ergo.

*Aureolus* Contra arguit Aureo. Si veritas diſtinguitur realiter ab eo cuius eſt veritas, ſequitur quod res ſit vera ſine veritate, hoc eſt impoſſibile: ergo maior probatur

batur, omne quod intelligitur diſtinctè, eſt verum, ſed ſi eſſentia rei diſtinguitur à ſua veritate poteſt diſtinctè intelligi ſine veritate, quia duorum abſolutorum realitèr diſtinctorum vnum poteſt intelligi ſine altero: ergo res eſt vera ſine veritate.

*Vnam rem intelligi ſine alia poteſt intelligi dupliciter, negatione intellectus rei, & exiſtentia.*

Reſpondeo, negatur maior. Ad probatoinem dicitur, quòd vnam rem intelligi ſine altera, poteſt eſſe duplicitèr vno modo alia non intellecta, & ſic negatur maior, ſcilicet quod omne, quod intelligitur, ſi accipiatur, vt præſcinditur ab omni, quod non eſt ipſum, ſit verum, nã licet omne quod intelligitur ſit verum, tamen non eſt ſeparatum ab omni eo quod non eſt ipſum: quia non eſt ſeparatum ab intellectione. Alio modo vna res dicitur intelligi ſine altera, ideſt, alia non exiſtente, & ſic negatur minor. Res enim non poteſt intelligi, nõ exiſtẽte veritate, ſicut etiam non poteſt intelligi, nõ exiſtente intellectu, quamuis poſſit intelligi, non intellecto intellectu, nec intellecta veritate.

Contra iſtam conclusionem, & præcedentem arguit ſic. Illud non eſt accidẽs creaturæ, quod conuenit creaturæ ſpoliatæ omni accidente, ſed creaturæ ſpoliatæ omni accidente conuenit bonitas, & etiam veritas cum adhuc in ea ſit veſtigium Trinitatis: ergo, &c.

*Non eſt poſſibile creaturam ſpoliari omni accidente maximè relatiuo.*

Reſpondeo, negatur minor, quia creatura conſiderata abſtractiuè ab omni, ꝙ non eſt ipſa, non habet veſtigium Trinitatis. Dico tamen quòd impoſſibile eſt creaturam ſpoliari omni accidente, maximè relatiuo, non enim poteſt eſſe ſine dependentia ad Deum.

Tertia pars concluſionis probatur, ſcilicet quòd vnitas diſtinguitur ab eo, cuius eſt vnitas, ſed differenter, quàm bonitas, & veritas, quia iſta duo diſtinguntur realiter à rebus, vnitas autem ſolum ratione, probatur ſic 1. quæſtio 11. art. 1. Si vnitas diſtinguitur realiter ab eo, cuius eſt vnitas, eſſet proceſſus in infinitũ, hoc eſt impoſſibile: ergo maior ꝓbatur. Illa vnitas ſi eſt diſtincta, eſt vna, vel ſeipſa, vel alia. Si ſeipſa, habeo intentũ. Si alia, quæro de illo, & ſic in infinitum. Si dicatur: ergo ſimiliter procedetur in infinitum in bonitate, & veritate, negatur conſequentia, cuius ratio habetur infra diſtinct. 8. quæſt. 1. ad. 2. Gerardi de Carmelo.

*Concluſio III.* Bonitas, & veritas diſtinguntur realiter in creaturis, probatur ſic. Id quod eſt formaliter in rebus, diſtinguitur formaliter ab eo quod eſt in intellectum, ſed bonitas eſt formaliter in rebus, & veritas in intellectu, vt dicitur 6. Metaph. ergo, &c.

*Aureolus.*

Contra arguit Aureolus. Ratio veri, & ratio boni inſunt omni rei, & omni rationi per ſe, & præcisè ſumptæ, ergo ratio veri ineſt bonitati, & e contra, & ſic bonitas eſt veritas.

*Vtrum bonitas ſit veritas.*

Reſpondeo, negatur antecedens. Si ly per ſe dicat cauſam formalem, quia bonitas non eſt formalitèr vera niſi veritate, conceditur autem ſi dicat cauſam efficientem, ſiuè fundamentum. Sicut etiam homo eſt per ſe riſibilis, ſi per ſe dicat cauſam fundamentalem, formaliter autem eſt riſibilis riſibilitate, ſed tũc conceſſo antecedente ad hunc ſenſum, negatur conſequentia, nam licet veritas conſequatur bonitatem hoc modo, non tamen eſt ipſa bonitas.

*Concluſio IV.* Bonum, & verum diſtinguuntur, ratione probat eam S. Doct. de veri quæſt. 1. art. Illa diſtinguntur ratione, quorum rationes implicant diuerſos reſpectus rationis, ſed bonum, & verũ ſunt huiuſmodi: nam ratio boni includit reſpectum ad appetitum, ratio vero ad intellectum.

Ex hoc ſequitur corollariũ, quod licet res poſſint eſſe bonæ ſine reſpectu ad appetitum, circunſcripto enim actu appetitus, adhuc res ſunt bonæ, non tamen poſſunt intelligi ſub ratione boni niſi per reſpectum ad appetitum.

*Aureol.*

Contra ſecundam partem minoris, ſumptæ ad probandum concluſionem arguit Aureolus. Verum eſt manifeſtatiuum intellectus, ergo prius eſt verum, quam habeat reſpectum ad intellectum.

Reſdondet S. D. de veri. q. 1. ar. 1. & 4. quod verum eſt manifeſtatiuum intellectus humani, & ideo præcedit intellectum humanum, non autem diuinum. Vnde talis eſt ordo. Primò veritas eſt in intellectu diuino. Secundò in rebus. Tertiò in intellectu creato, qui conformatur rebus per ſimilitudinem rerum, quas in ſe habet. Quartò ſequitur cognitio, quæ eſt effectus veritatis. Ex hoc enim quòd intellectus conformatur rei, ſequitur in intellectu rei cognitio. Multa alia pertinentia ad hanc materiam habes diffuſe diſt. 44.

Con-

Digitized by Google

*Conclusio V.* Modus, ſpecies, & ordo per quæ aſſignatur alia ratio veſtigij, diſtinguuntur inter ſe realitèr, & ab eo, in quo ſunt, probatur ſic. prima q. 6. ar. 1. Eſſentia & eſſe & relatio creaturæ & eſſe modus, & ordo eſt relatio, ergo &c.

*Conclusio VI.* Subſtantia virtus, & operatio ſecundum quod eſt alia aſſignatio veſtigij, diſtinguntur inter ſe realiter de ſubſtantia & virtute probatur ſic. prima q. 51. ar. 3. Illæ potentiæ diſtinguuntur realitèr, quæ reſpiciunt actus realiter diſtinctos, ſed eſſentia, & virtus ſunt huiuſmodi, nam eſſentia reſpicit eſſe, & virtus operationem. conſtat autem eſſe & operationem diſtingui in creaturis De ſubſtantia, & operatione probatur ſic. vbi ſuprà, ar. 1. Omnis actualitas diſtinguitur ab eo cuius eſt actualitas, præterquam in actu puriſſimo, ſed operatio eſt actualitas ſubſtantiæ creatæ, quæ nõ eſt actus puriſſimus. ergo &c. De virtute. & operatione probatur. omnis actus differt à potentia, quæ eſt ad illum actũ, ſed virtus eſt potentia ad operationem, ergo &c.

## QVAESTIO IIII.
### 3. *diſtinct.*

QVæritur quartò. Vtrum partes imaginis diſtinguantur inter ſe, & ab eo in quo ſunt.

Pro deciſione quæſtionis hæc eſt prima concluſio. Potentiæ animæ diſtinguuntur realitèr & eſſentialitèr ab eſſẽtia animæ. probatur ſic à S. Doc. prima par. q. 77. art. 1. Omnis potentia diſtinguitur ab accidente, ſed anima eſt ſubſtantia, & eius potentiæ ſunt accidentia. ergo, maior patet, cum prima parte minoris. Secunda probatur. Omnis potentia eſt in illo genere in quo eſt actus quem primo & per ſe reſpicit, ſed actus quos & primo & per ſe reſpiciunt potentiæ animæ, ſunt accidentia, ergo, maior eſt Philoſophi, 9. meta. † & Commentati. 5. phyſicorum com. 9.

*ter. 2. & 3. & infra Scotus in 2. di. 16. q. 1. Vtrum detur potentia obiectiua.*

Ad hanc rationem dicit Scotus in 2. ſententiarum. † quod dupliciter accipitur potentia. Vno modo pro actiua vel paſſiua, & hanc dicit non eſſe in eodem genere in quo eſt ſuus actus. Alio modo accipitur pro potentia obiectiua dicitur autem potentia obiectiua id quod poteſt produci ab aliqua potentia, & actus correſpondens tali potentiæ, eſt ipſamet, quando eſt in actu. Vnde idem numero quod prius erat in potentia eſt poſtea in actu, potentiæ autem animæ non ſunt in potentia obiectiua reſpectu operationis, ſed ſunt actiuę.

Contra. nulla eſt potentia obiectiua. ergo reſponſio tua eſt falſa. antecedens probatur, quia philoſophus nullibi loquitur de potentia obiectiua, & 9. meta. vbi dicit potentiam & actum eſſe in eodem genere, immediatè diuidit potentiam in actiuam & paſſiuam, & Commen. Com. 2. dicit, quòd potentia non dicitur niſi de actiua & paſſiua & in mathematicis.

¶ Secundò potentia & actus multum differunt, vt dicit philoſophus 2. de anima, & Commen. com. 6. dicit quod ſunt valde oppoſita, ergo non ſunt idem numero.

*Vtrum potentia & actus ſunt in eodẽ genere.*

Secundo probat ratione Scotus quòd potentia & actus non ſunt in eodem genere, quantitas eſt actus ſubſtantiæ, & color actus ſuperficiei, & potentiæ animę ſunt actus per ſe animę, ſed quantitas non eſt in genere ſubſtantię, nec color in genere quantitatis, nec potentiæ animæ per ſe in genere ſubſtantiæ, in quo eſt anima. ergo non oportet potentiam & actum eſſe in eodem genere.

Reſpondeo primò dico, quod potentia reſpicit aliquem actum dupliciter. Vno modo per ſe & primo. Alio modo conſequutiuè. Actus, quem primo & per ſe reſpicit potentia, eſt in illo genere, in quo eſt potentia, non autem actus, quem reſpicit conſequutiuè.

¶ Dico ſecundò, quod materia primo & per ſe reſpicit formam ſubſtantialem, conſequutiuè autem quantitatem: & anima primò & per ſe reſpicit eſſe, conſequutiuè verò potentias, & ſimilitèr ſuperficies primo & per ſe reſpicit eſſe quantum, conſequutiuè autem colores, & ſic non oportet ſubſtantiam eſſe in genere quantitatis, nec colorem in genere ſuperficiei, neç oportet accidens habere potentiam propriam, quæ ipſum per ſe reſpiciat, ſed illa potentia, quæ per ſe ordinatur ad eſſe ſubſtantiale ordinatur conſequutiuè ad huiuſmodi inchoationes accidentium.

*Conſentaneum eſt veritati accidentia habere propriam potentiam.*

¶ Dico tertiò poſſe ſuſtineri oppoſitum, ſcilicet quòd accidentia habeant propriam potentiam, nam propria potentia ad colorem eſt diaphaneitas, & po-

potentia ad quantitatem eſt aliquid de genere quantitatis 5. phyſi. comm. 9. ad illam autem potentiam ordinatur ſubſtantia conſequutiuè.

Secunda ratio pro concluſione. Nullus actus dans eſſe ſimplicitèr, relinquit ex ſe id cuius eſt actus in potentia ad vlteriorem actum vt dicit Commen. 9. meta. com. 2. cuius ratio eſt, quod talis actus eſt vltimus terminus generationis, & etiam quia eſſe ſimplicitèr non poteſt ſtare cum potentia, licèt eſſe ſecundum quid poſſit ſtare cum potentia ad alium actum, ſed anima eſt talis actus ergo non relinquit id cuius eſt in potentià ad vlteriorem actum, ſed ſtatim dat omnem actum, quem poteſt, ergo ſi anima eſt ſuæ potentiæ, ſemper habens animam, actu operabitur. ſed hoc conſtat eſſe falſum, ergo. Nec ſimile eſt de potentijs, vt arguit Scotus, ſcilicet quòd ſequitur habentem potentias ſemper actu operari, quia ipſæ non dant eſſe ſimplicitèr, ſed reddunt id cuius ſunt potentiæ potentialius in ordine ad actus ſecundos.

Scotus.

Contra arguit Scotus. Anima eſt actus dans eſſe ſimplicitèr, & tamen eſt in potentia reſpectu ſui eſſe & ſuarum potentiarum per te. ergo actus dans eſſe ſimplicitèr poteſt eſſe in potentia, & per conſequens relinquere in potentia id, cuius eſt actus, & ſic maior tuæ rationis eſt falſa.

Reſpondeo eſſe in potentia contingit dupliciter. Vno modo in potentia paſſiua, & ſic nego antecedens. quia id quod eſt in potentia paſſiua alicuius, poteſt priuari eo, ꝟ eſſe ſub eius oppoſito, anima autèm non poteſt eſſe ſine potentijs. Alio modo aliquid dicitur eſſe in potẽtia receptiua, & ſic conceditur antecedens, & negatur conſequentia, quia maior, quam improbat, intelligitur de potentia paſſiua.

Secundò. omnis cauſa efficiens poteſt eſſe ſine ſuo effectu, licèt cauſa formalis nunquam ſeparetur ab effectu ſuo ergo anima eſt efficiens reſpectu ſuarum operationum, licèt ſit cauſa formalis reſpectu viuere, ergo dato quòd eſſet immediatum principium operationis, adhuc poſſet eſſe, dato quod non actu operaretur.

Reſpondeo, negatur maior de illo efficiente, quod per idem dat immediatè eſſe & operari, ſicut illa forma, quæ dat eſſe igni formalitèr, dat leuitatem effectiuè, ideo nunquam poteſt eſſe ignis ſine leuitate. Similiter anima cum eliciat actum intelligendi, ſi per idem immediate daret eſſe per modum formæ, & intelligere per modum efficientis, ſicut ſemper dat eſſe, ita ſemper daret intelligere.

Si anima eſſet idem cũ ſuis potẽtijs ſemper intelligeret

Tertia ratio pro concluſione ponitur infra quæſt. de ſpiritu, artic. 11. ſicut ſe habet eſſentia ad eſſe, ita potentia ad operari, quia actus eſſentiæ eſt eſſe, & operari potentiæ. ergo à commutata proportione, ſicut ſe habet eſſe ad operari, ita eſſentia ad potentiam, ſed in omni ente creato eſſe diſtinguitur ab operari. ergo eſſentia diſtinguitur à potentia. In iſta ratione fit comparatio iſtorum, quantum ad hoc quod eſt diſtingui & non in alijs, quia conſtat quod operatio eſt actus potentiæ ſicut effectus efficiẽtis, eſſe autèm non eſt hoc modo actus eſſentiæ.

Quarta ratio pro concluſione. Id quod eſt tantum vnum non eſt idem cum his, quæ ſunt plura realitèr, ſed eſſentia eſt tantum vna, & potentiæ ſunt plures realitèr, ergo. maior patet cum prima parte minoris. ſecunda pars probatur. Vbi eſt pluralitas diſtinctiuorum, ibi ſunt plura diſtincta. ſed actus & obiecta diſtinctiua potentiarum ſunt plura, ergo.

Vtrum anima ſit idem quod ſua potentia.

Contra arguit ſic. Ab eadem anima procedunt plures potentiæ genere diſtinctæ per te. ergo ab eadem potentia poſſunt eſſe plures actus genere diſtincti & terminati ad obiectà diſtincta.

Reſpondeo, negatur conſequentia. quia anima non recipit ſpeciem à ſuis potentijs, potentiæ autèm ſpecificantur per actus & obiecta, id autèm quod ſpecificat, diſtinguit, & ideo nõ poteſt eſſe pluralitas obiectorum formalium ſine pluralitate potentiarum.

Text.

Quinta ratio pro concluſione. Id quod eſt actus corporis, diſtinguitur ab eo, quod non eſt actus corporis, ſed anima eſt actus corporis, intellectus autèm non. vt de 3. de anima. ergo &c.

Sexta ratio. Si anima eſt ſuæ potentiæ, ſequitur, quod idem ſit proximum principium actionis & paſſionis reſpectu eiuſdem, hoc eſt falſum. ergo. maior patet, quia vna potentia mouet aliam. ergo ſi potẽtiæ ſunt ipſa anima, ſequitur quod anima mouet ſe proxime, minor

pro-

Digitized by Google

probatur, mouentis ad mobile eſt relatio realis, ſed eiuſdem ad ſe non eſt relatio realis: ergo, &c.

Aliam rationem ponit in præſenti diſtinct. quæ coincidit cum ſecunda ſuperius dicta.

*Scotus vbi ſupra.*

Contra concluſionem arguit Scot. 2. ſent. 1. Si anima diſtinguitur à ſuis potentijs, ſequitur quòd ſit beatificabilis per accidens, hoc eſt falſum, cum homo ex natura animæ ſit capax beatitudinis, conſequentia probatur. Illud cõuenit alicui per antecedens, quod conuenit ei per aliquid, cui adhuc conueniret ſi eſſet ſeparatum à tali re, ſicut albedo conuenit ſubſtantiæ per accidens, quia ei conuenit mediante ſuperficie, cui adhuc conueniret, ſi eſſet ſeparata à ſubſtantia, ſed ſi anima non eſt ſuę potentiæ, beatitudo conuenit animæ per intellectum, cui intellectui adhuc conueniret beatitudo, ſi ſepararetur ab anima: ergo, &c.

*Accidens nõ eſt propriè ſubiectiuè in accidente, ſed ratio ſubijciendi.*

Reſpondeo, negatur maior. Ad probationem dico primo, vt dicit S. Doct. 3 diſtinct. 41. quæſt. 2. articul. 4. beatitudo non eſt propriè ſubiectiuè in intellectu, nec vnum accidens in alio, licet vnum accidens ſit ſubſtantiæ, quod ſubijciatur alteri accidenti, ſicut ſuperficies eſt ratio ſubſtantiæ, quod ſubijciatur colori, & propter hoc beatitudo eſt in eſſentia animæ, ſed mediante intellectu.

¶ Dico ſecundo quod ſi per impoſſibile intellectus eſſet ſeparatus ab anima, & in eo eſſet viſio, tali viſione non beatificaretur, quia beatificari non conuenit niſi naturæ viuæ rationali, natæ conſtituere ſuppoſitum, & habere amicitiam cum Deo, intellectus autem ſeparatus non eſt aptus conſtituere ſuppoſitum, cum ſit accidens, & ſic negatur minor.

¶ Dico tertiò, quod implicat intellectum ſeparari ab anima, cum ſit naturalis eius proprietas, non autem implicat ſuperficiem ſeparari à ſubſtantia, & ideo non eſt ſimile.

Secundò formæ ſubſtantiales corporum naturalium, quæ ſunt inferiores anima, ſunt immediatum principium operationis: ergo, & anima, & per conſequens eſt ſuæ potentiæ, conſequentia patet, antecedẽs probatur, ſi forma ſubſtãtialis non eſſet immediatum principium operationis, ſcilicet generationis, ſed ageret mediante forma accidentali, ſequitur quod forma generantis ſcilicet illa forma accidentalis eſſet perfectior forma rei genitæ, hoc eſt falſum: ergo, &c.

*Generãs eſt immediatũ principium quod, forma quo ſed primarium, accidens, quo ſed ſecundarium.*

Reſpondeo, negatur antecedens, quia ipſum generans eſt immediatum principium quod, & ſua forma ſubſtantialis eſt principale principium quo, & forma accidentalis eſt ſecundarium, & immediatum principium quo. Ad probationem dico, nõ eſſe inconueniens, quòd inſtrumentum ſit imperfectius effectu, forma autem accidentalis eſt inſtrumentum formæ ſubſtantialis.

Contra, omne agens habet propriam actionem præter actionem inſtrumenti: ergo forma ſubſtantialis habet propriam operationem ſine forma accidentali.

Reſpondeo, negatur antecedens de inſtrumento coniuncto agenti, nõ enim eſt alia, & alia actio agentis principalis, & talis inſtrumenti, ſed inſtrumentum eſt agenti ratio quòd agat, puta calor eſt igni ratio agendi, ſed non habet actionẽ diſtinctam ab actione ignis.

Contra, quando ignis generat ignem, forma ſubſtantialis ignis generantis ſua actione attingit formam, & calor non attingit: ergo forma ignis, & calor habẽt aliam, & aliam actionem.

Reſpondeo, negatur antecedens, quia calor attingit, vt quo formam ignis geniti, inquantum ipſe calor eſt inſtrumentum ſubiecti, ignis enem generans includit in genitum duplicem formam, ſcilicet ſubſtantialem, & accidentalem, accidentalem quidem prius in genere cauſæ materialis, cum ſit diſpoſitio, ſubſtantialem autem prius in genere cauſæ materialis, cum ſit diſpoſitio, ſubſtantialem autem prius in genere cauſæ formalis, & finalis.

*Scotus veluti nouæ loquutionis auidiſſimus, ſigna finxit.*

Tertiò, calor præſupponit in igne formam ſubſtantialem: ergo, & actio caloris præſupponit eandem formam: ergo in illo priori ſigno naturæ, forma ſubſtãtialis ignis poteſt agere ſine calore.

Reſpondeo, negatur iſta vltima conſequentia. quia non dantur iſta ſigna, quæ iſte fingit.

Quartò, ſubſtantia immediatè generat ſubſtantiam: ergo eſt immediatum principium operationis.

¶ Reſpondeo, negatur antecedens de principio quo, & conceditur de principio quod, ſed negatur conſequentia.

*Aureol. in quol. q. 6.*

Contra eandem arguit Aureo, † in quolib. quod intellectus non ſit accidẽs, intellectus eſt qualitas intelligens, aut



Digitized by Google

intelligit intellectione, quæ eſt ipſe intellectus, aut intellectione à ſe recepta, non primum, quia vna intellectio non eſt receptiua alterius, intellectus autem eſt receptiuus intellectionis, non ſecundum, quia reciperet à ſe intellectionem, eſſet agens, & patiens reſpectu ſuimet, quod eſt impoſſibile.

Reſpondeo, dico primo, quòd intellectus eſt actus in genere entium, & pura potentia in genere intelligibilium, de verit. quæſt. 8. & quòd intellectus ſit quidã actus patet, quia philoſophus 3. de anima, & Comment. com. 4. vocant eum virtutem animæ, & com. 5. loquens de intellectu exponens illud verbum philoſophi, omne recipiens eſt denudatum ab eo, quod recipit, dicit non eſſe neceſſe quòd recipiẽs nullo modo ſit in actu, ſed quòd non debet habere actu ſimilitudinem rei quam recipit, & propter hoc intellectus de ſe nullam habet ſpeciem. Ex quo ſequitur, quòd ſit pura potentia in genere intelligibilium, quia ſi nunquã vllam ſpeciem reciperet, nunquam poſſet ſe intelligere, & quantum ad hoc cõparatur materiæ primæ, quæ eſt in pura potentia ad formas materiales, ſicut intellectus ad ſpecies intelligibiles.

*Intellectus in genere entiũ eſt actus, in genere intelligibilium pura potentia.*

¶ Dico ſecundò, quod intelligit intellectione, quæ eſt qualitas diſtincta ab intellectu. Ad improbationem dicitur, quòd intellectus actuatus ſpecie intelligibili eſt productiuus intellectionis, & intellectus conſideratus ſecundum ſuam nudam eſſentiam eſt receptiuus intellectionis, & ſic agit, & patitur ſecundum diuerſa.

Secundò, nulla qualitas ſemper intelligit, nec cotinet virtute omnes formas intelligibiles, ſed intellectus ſemper intelligit, & continet virtute omnes formas intelligibiles: ergo non eſt qualitas.

Reſpondeo, dico primò: quod nulla qualitas per ſe abſolutè accepta ſemper intelligit, tamen aliqua qualitas accepta vt ſubeſt intellectioni, ſemper intelligit, & ad hunc ſenſum loquitur ibi, quia illa verba dicit de intellectu in actu 1. par. quæſt. 77. art. 4.

¶ Dico ſecundò, quòd licet nulla qualitas contineat virtute productiua omnes formas intelligibiles, tamen poteſt eas continere eo modo, quo lumen continet colores, faciendo eos de potentia viſibiles actu viſibiles actus, & ſic dicit philoſophus, † quòd intellectus agens facit potentia intelligibilia actu intelligibilia.

*3. de anima text. 18.*

Tertiò, nullum accidens eſt pura potentia, ſed eſt actus, ſed intellectus non eſt actus: ergo non eſt accidens, maior nota, minor probatur. Omne receptiuum eſt denudatum ab eo, quod recipit, ſed intellectus eſt receptiuus omnis actualitatis, cum poſſit omnem actum recipere: ergo eſt denudatus ab omni actu.

Reſpondeo, negatur minor, quia vt dicit S. Doct. 3. contra gent. cap. 43. intellectus poſſibilis non eſt in potentia niſi ad formas rerum materialium, cum nulla potentia paſſiua poſſit recipere niſi ea in qua poteſt proprium eius actiuum, intellectus autem agens poteſt tãtum in ſpecies abſtractas à phantaſmatibus.

*Intellectus poſſibilis, eſt tantum in potentia ad formas rerũ materialiũ.*

¶ Dico ſecundò quòd nulla res eſt receptiua ſimilitudinis alterius rei: quæ ſit eiuſdẽ ſpeciei, aut generis, quia omne receptiuum eſt potentiale reſpectu eius, quod recipit, vnum autem indiuiduum non eſt potentiale reſpectu alterius, nec vna ſpecies reſpectu alterius eiuſdem generis, cum ſint contrariæ.

¶ Dico tertiò, poſſe ſuſtineri oppoſitum, ſcilicet quòd aliquid eſt receptiuum ſimilitudinis alterius rei eiuſdem generis proximi. Nam intellectus Angelicus habet ſimilitudinem omnium intellectuũ creatorum, qui tamen ſunt eiuſdem generis proximi cum eo, & intellectui noſtro poſſet imprimi à Deo ſpecies alterius intellectus, non tamẽ ſequitur quòd poſſit recipere rem, cuius eſt illa ſimilitudo, quia licet res, & ſimilitudo ſint propinquè quoad repreſentationem, non tamen in modo eſſendi, & ideò duæ formæ contrariæ non ſe compatiuntur in eſſe intentionali, prima tamen reſponſio eſt magis de mente S. Doct.

Quartò, omnis actus eſt forma, ſed intellectus nõ eſt forma: ergo nõ eſt actus, maior patet, minor probatur, Omnis forma, vel eſt materialis, vel immaterialis, ſed intellectus non eſt materialis, nec immaterialis, vt dicit Coment. 3. de anima com. 18.

Confirmatur, omnis forma eſt intellecta actu, vel potentia, ſed intellectus non eſt forma intellecta actu, vel potentia, vt dicit Comment. vbi ſupra comm. 11. ergo, &c.

¶ Reſpondeo, negatur minor, eſt enim

Digitized by Google

enim forma immaterialis, ſed non actu intelligibilis de qua ibi loquitur Comment.

*Aliquid poteſt eſſe in potentia intellectum dupliciter habitualiter, & nō repugnanter.*

Ad confirmationem negatur minor. Aliquid enim eſſe intellectum in potētia, contingit dupliciter. Vno modo in potentia proxima, id eſt, habitualiter, ſic aliquis non actu cogitans intelligit in potentia ea, quorum ſpecies apud ſe habet: & ſic intellectus non eſt forma intellecta in potentia: quia non habet de ſe ſpeciem aliquam, qua poſſit ſe vel alia intelligere, & ſic loquitur Comment. Alio modo aliquid eſt intellectum in potentia: quia ſibi non repugnat intelligi: & ſic intellectus eſt forma intellecta in potentia.

Quintò Com. 3. de anima, comm. 27. ponit differentiam inter intellectum, & ſenſum; dicens ſenſum eſſe in ſe quemdam actum, & eſſe in potentia reſpectu ſpecierum, quas recipit intellectus autē eſt pura potentia, ergo.

¶ Reſpondeo, quòd differentia, quam ponit ibi Comment. eſt iſta, quòd cum obiecta ſenſus ſint de ſe actu ſenſibilia, potentia ſenſitiua eſt in potentia proxima ad ſentiendum, quia immediatè poteſt moueri ab obiecto exteriori. Obiecta autem intellectus non ſunt actu intelligibilia: ſed fiunt actu intelligibilia per intellectum agentem: ideò intellectus eſt in potentia remota ad intelligendum.

*Adam.*

Contra eandem arguit Adam. 1. diſtin. q. 16. Circunſcripto omni diſtincto ab anima: ipſa poteſt intelligere, ergo eſt intellectus.

*Tria, quæ adinuicem realiter ſeparari nequeunt.*

¶ Reſpondeo, primò negatur hypotheſis, quia non omnia diſtincta realiter poſſunt ab inuicem ſeparari, ita quod vnum ſit ſine alio. Primò hoc patet in relatiuis, quia perempta ſe perimunt. Secundò quando vnum conſequitur naturali concomitantia ad aliud, & propter hoc propria paſſio non poteſt ſeparari à ſubiecto. Tertiò quando vnum eſt alteri ratio eſſendi: & propter hoc eſſentia non poteſt eſſe ſine eſſe.

¶ Dico ſecundò, quòd anima ſecundum naturā ſuam eſt primum principiū intelligendi non autem proximum, ſed intellectus.

*Potentia duplex logica, & phyſica.*

¶ Dico tertiò, quòd potentia eſt duplex. Vna eſt logica: quæ idem eſt quòd non repugnantia: & ſic ferrum aſcendere ſurſum eſt poſſibile, & ſic conceditur antecedens: quia nōn repugnat animam recipere intellectum, & mediante illo intelligere. Alia eſt potentia actiua, quæ eſt proximum principium actus: & ſic negatur antecedens: quia eſt impoſſibile, quòd eliciat actum intelligendi niſi habeat potentiam, à ſe diſtinctam, quæ ſit proximum principium intellectionis.

*Arguunt alij.*

Contra eandem arguitur ab alijs. Primò. Id quod eſt immediatum principium eſſendi: eſt etiam immediatum principium operationis fundatæ ſuper illo eſſe, nam illa forma, quæ dat eſſe calidum: dat etiam calefacere, ſed opera vitę fundantur ſuper viuere datum ab anima, ergo anima eſt immediatū principium operum vitæ.

*Actio creaturæ fundatur ſuper eſſe accidentali.*

¶ Reſpondeo, negatur minor: quia actio creaturæ nunquam fundatur ſuper eſſe ſimpliciter, ſed ſuper eſſe accidentale, & ideò actio animæ fundatur ſuper eſſe quod dant potentię.

Secundo formalis terminus generationis eſt ſubſtantia, ergo potentia generatiua, quæ eſt eius principium eſt ſubſtantia, antecedens patet, probatur conſequentia: quia nunquam formalis terminus generationis eſt perfectius principio generationis.

Reſpondeo, negatur conſequentia. Ad probationem negatur antecedens de principio ſecundario, quo vt ſupra dictum eſt.

Tertiò. Anima producit ſuas potentias per te, & non producit eas mediante alia potentia, ergo eſt immediatum principium productionis, & per conſequens eſt potentia.

¶ Reſpondeo. Aliquid producit aliud dupliciter. Vno modo actione media; & ſic anima non producit potentias. Alio modo per quandam naturalem emanationem, & ſic conceditur antecedens, & negatur conſequentia: quia tale producere non eſt agere.

¶ Dico ſecundò quòd anima non propriè producit ſuas potentias, ſed producuntur à producente animam, dicuntur autem produci ab anima, & ſimiliter omnis paſſio à ſubiecto ſuo, quia actio agentis prius natura terminatur ad ſubiectum, & conſequenter ad paſſionem. Hanc materiam habes diffuſè in quarto vbi declaratur, quomodo ſubiectum cauſat accidentia tam propria quàm communia.

V 2 Quar-

Digitized by Google

Quartò. Omnis natura eſt principium per ſe motus, ſed anima eſt natura cum ſit forma materiæ, ergo eſt per ſe principium motus. Tunc vltra, ergo non eſt principium motus per potentias.

Reſpondeo, quod natura eſt principium motus primum, non autem proximum, & ſic conceditur totum quòd anima non habet à potentijs, quod ſit principium.

Contra. Anima per te agit per potentias, ergo habet à potentijs quod ſit principium.

Reſpondeo, negatur conſequentia, quia & principio primo, & principio proximo conuenit per ſe eſſe principiũ in genere ſuo, nec vnum habet ab alio quod ſit principium, licèt principium proximum ſit principio primo ratio agendi.

*Concluſio II.* Intellectus & voluntas in anima rationali ſunt potentiæ realitèr diſtinctæ. Hanc ſic probat S. D. 2. de anima. Et 1. quæſtion. 78. artic. 1. Et de veri. quæſtion. 22. articul. 10. Intellectus & voluntas diſtinguuntur genere, ergo diſtinguuntur realitèr, conſequentia patet, antecedens probatur. illæ potentiæ diſtinguuntur genere, quæ habent obiecta genere diſtincta, ſed intellectus, & voluntas ſunt huiuſmodi, ergo: maior patet, quia ſecundum diſtinctionem obiectorum ſumitur diſtinctio potentiarum, minor probatur. Illa obiecta diſtinguuntur genere in ratione obiecti quæ habent diuerſam habitudinem ad animam, ſed obiectum intellectus reſpicit animam ſecundum eſſe, quod habet in anima obiectum voluntatis ſecundum quod eſt in natura propria, ergo.

Contra arguit Scotus. † Idem numero poteſt eſſe principium actiuum diuerſorum genericè, nam idem ſol generat & calefacit, ergo eadem potentia poteſt eſſe principium volendi, & intelligendi.

*Scotus in 2. diſt. 16.*

Reſpondeo, agentia ſunt in duplici differẽtia. Aliqua enim non ſpecificantur ex actu & obiecto, & de his conceditur antecedens, & exemplum in eo poſitum. ſed negatur conſequentia. Aliqua ſpecificantur ex actibus, & de his negatur antecedens, nam potentia quæ eſt principium calefactionis, quia ſpeciem accipit à calefactione, non poteſt eſſe principium infrigidationis. Intellectus autẽ & voluntas ſpecificantur ex actibus.

*Agentia quædam ſpecificantur ex actu & obiecto, quædam non*

Contra eandem arguit Aure. Intellectus deſiderat. ergo eſt realitèr voluntas conſequentia patet, antecedens dicitur Com. 3. de anima, com. 49.

*Aureo. vbi ſupra*

¶ Reſpondeo, Primo dico, eſſe de mente Commen. potentias animæ inter ſe realitèr diſtingui, nam expreſsè in primo de anima, com. 87. dicit animam habere quinque actiones & potentias diuerſas genere, quarum vnam dicit eſſe intelligere, aliam velle, & comm. 9 dicit quòd anima diuiditur in iſtas ſicut in accidentia, ſicut pomum diuiditur in odorem, colorem, & ſaporem, niſi quod iſta ſunt accidentia per accidens in pomo. Potentiæ verò animę ſunt accidentia per ſe, & com. 91. dicit vnam potentiam eſſe ſubiectum alterius, ſicut tactus eſt ſubiectum aliorum ſenſuum. Conſtat autem ſubiectum & id quod eſt in ſubiecto diſtingui realitèr. Et philoſophus 9. dicit voluntatem determinare intellectum.

*De mente Auerrois potentiæ animæ inter ſe realiter diſtinguuntur*

*Tex. 10.*

Dico ſecundò ad argumentum quod intellectus accipitur dupliciter. Vno modo vt eſt ſpecialis potentia, & ſic negatur antecedens. Alio modo accipitur pro omni potentia rationali ſiue pro omni quod eſt in mente, & ſic conceditur antecedens, ſcilicet quod mens intelligit & deſiderat, ſed ſecundum aliam & aliam potentiam.

Dico tertiò, quod eadem res, quæ mouet appetitum, mouet & intellectum: & propter hoc dicit Commen. 3. de anima, comm. 49. quod intellectus, & voluntas mouent ſecundum vnam communem ſpeciem, quia intellectus, & voluntas vt mota ſunt ab eadem re mouent animal, ſed dico quod illa res alia ratione mouet intellectum, & ſub alia voluntatem.

Contra eandem arguit Adam, quod volitio & intellectio ſint idem, & per conſequens intellectus & voluntas. Primo. Si volitio non eſt intellectio, ſequitur quod Deus in aliquo beato poſſit conſeruare fruitionem ſine viſione, & ſic amaretur incognitum, hoc eſt falſum, ergo.

*Adam vbi poteſt argui ex a dictis eius*

Reſpondeo. Primo negatur conſequẽtia, quia fruitio naturalitèr conſequitur ad viſionem beatificam.

Dico ſecundò quod dato per impoſſibile, quod fruitio eſſet ſine viſione, ama-

amaretur aliquid quod pro tunc non cognoſceretur, tamen eſſet prius cognitum, nec hoc eſt fortè inconueniens. licèt ſit inconueniens aliquid amari quod nec tunc nec ante ſit cognitum, & proptèr hoc non poteſt in aliquo eſſe fruitio in quo nec tunc, nec ante fuerit viſio.

Secundo. Si velle non eſt intelligere ſequitur, quod voluntas ſit cæca. hoc eſt ſalſum, ergo &c.

*Voluntas nequit eſſe cæca.*

Reſpondeo. negatur conſequentia, quia nihil eſt cæcum, niſi ſit aptum natum videre. voluntas autem non eſt apta nata intelligere.

Tertio. poſito ſolo actu amandi omni alio circunſcripto, obiectum amatur, ergo poſito ſolo actu amandi obiectum cognoſcitur, cum non ametur niſi cognitum, tunc vltra, poſito ſolo actu amandi obiectum cognoſcitur, ergo poſito ſolo actu amandi, ponitur cognitio, ergo actus amandi eſt cognitio.

¶ Reſpondeo, negatur antecedens, quia implicat impoſſibile, ſcilicèt quod ſit actus amandi, omni alio circumſcripto, quia impoſſibile eſt eſſe actum amãdi non præſuppoſita cognitione, & ideo cum illud antecedens ſit impoſſibile ad ipſum ſequitur quodlibet materialitèr.

Quarto. Omnis experientia eſt cognitio, ſed omnis actus voluntatis eſt experientia, cum ſit actus vitalis.

¶ Reſpondeo, negatur minor cum probatione, nam non oportet actum vitalem eſſe experientiam, ſed ſufficit quod ſit actus viuentis, viuens autem eſt quod poteſt ſeipſum mouere, 1. q. 18. art. 1.

Quintò, Si volitio non eſt cognitio ſequitur quod voluntas poſſit in oppoſitum cuiuslibet dictaminis, hoc eſt falſum, ergo. maior patet, minor probatur. Si voluntas poſſet in oppoſitum cuiuslibet dictaminis, ſequitur quod poſſit in incognitum.

¶ Reſpondeo, quod poſſe in oppoſitum cuiuslibet dictaminis accipitur dupliciter. Vno modo in ſenſu diuiſo, & ſic conceditur, maior enim nullum eſt dictamen circa ea quæ ſunt ad finem, quin poſſit dictari oppoſitum, & in hoc ſenſu negatur minor, & ad eius probationem negatur conſequentia. Alio modo accipitur in ſenſu compoſito, & ſic negatur maior. quia impoſſibile eſt, quod voluntas habeat aliquod velle, nulli dictamini conforme. Poteſt tamen habere modo vnum dictamen, modo aliud.

Sextò Aug. 12. de tri. dicit quod volitio eſt ſcientia. ergo

*Prædicatum duplex per concomitantiam & per eſſentiam.*

¶ Reſpondeo, quòd illa prædicatio eſt per concomitantiã & non per eſſentiam.

Contra eandem arguitur ab alijs. Primo. Omnis forma ſeparata à materia eſt intellectualis: vt dicit S. D. 1. quæſtio. 25. artic. 1. ſed voluntas eſt huiuſmodi. ergo.

Reſpondeo, dico primo, quod ad eſſe intellectum non ſolum requiritur, quod ſit immateriale, ſed in creaturis requiritur etiam quod ſit ſuſceptiuum formæ alterius immaterialitèr, hoc autem non conuenit voluntati.

Et ſi dicatur, contra quia S. Do. dicit quod ex immaterialitate prouenit, quod aliquid ſit ſuſceptiuum formæ alterius. ſed voluntas eſt immaterialis, ergo eſt ſuſceptiua formæ alterius.

¶ Reſpondeo, quod S. D. loquitur de natura ſubſiſtente, voluntas autem non ſubſiſtit.

*Intellectuale dicitur quinque modis.*

¶ Dico ſecundo, quod aliquid eſt intellectuale quinque modis. Primo quia eſt natum intelligere. Secundo quia eſt proximum principium intellectionis vt intellectus. Tertio quia eſt ipſa intellectio. Quarto quia eſt peruium intellectioni vt ſpecies. Quinto quia neceſſario conſequitur virtutem intellectiuam, & hoc modo voluntas eſt intellectualis.

Secundo appetitus naturalis non diſtinguitur à forma, qua conſequitur, ergo nec voluntas quæ eſt appetitus intellectiuus diſtinguitur ab intellectu.

Reſpondeo, primo de mente Petri de Palude, conceditur antecedens de appetitu materiæ, quæ cum ſit pura potentia non eſt in eo diſt. ſed negatur conſequẽtia. In alijs autem rebus naturalibus negatur antecedens, nam appetitus grauis diſtinguitur à grauitate.

*Amplius requirit appetitus animalis, quam naturalis.*

¶ Dico ſecundo de mente S. D. conceſſo etiam antecedente, negatur conſequentia, quia plus requiritur ad appetitum animalem quam ad appetitum naturalem, quia appetitus animalis eſt per formam apprehenſam, & ideo requiritur potentia apprehenſiua, de veri. q. 22. art. 3. ad tertium.

Tertio potentia quæ eſt per eſſentiã libera eſt per eſſentiam rationalis, ſed voluntas eſt per eſſentiam libera, ergo. minor patet, maior probatur. Ratio eſt de eſſentia libertatis, ergo potentia

eſſen-

eſſentialiter libera eſt eſſentialiter rationalis.

Confirmatur, ſicut ſe habet ſimpliciter ad ſimpliciter: ita magis ad magis, & maximè ad maximè, ſed potentia per participationem libera eſt per participationem rationalis: ergo quæ eſt eſſẽtialitèr libera eſt eſſentialitèr rationalis.

Reſpondeo, negatur maior. Ad probationem negatur maior, & dico quòd liberum arbitrium non eſt aliud niſi potentia electiua quæ eſt voluntas, vt declarabitur in ſecundo, ratio autem non eſt de eſſẽtia huius libertatis ſed eſt principium eius 1. 2. q. 1. art. 1.

¶ Ad aliam probationem dico quod illa regula non tenet, quando alia eſt habitudo inter maximum vnius ordinis, & alia inter maximum alterius ordinis: quã ſit inter minimum vnius, & alterius, vel quam ſit medij vnius ad medium alterius. Non enim ſequitur, minimum accidens eſt minimum ens: ergo maximũ accidens eſt maximum ens, quia aliter ſe habet minimum accidens ad minimũ ens quàm maximum accidens ad maximum ens. Ita in propoſito licet liberũ ſit rationale, non tamen ſumma libertas eſt ſumma rationalitas.

Quarto Intellectus delectatur: ergo eſt voluntas, conſequentia patet, antecedẽs probatur.

In intellectu ſunt habitus: ergo intellectus delectatur, patet conſequẽtia, quia ad habitum conuenientem ſequitur delectatio.

¶ Reſpondeo, primo negatur antecedens. Ad probationem negatur conſequentia. Ad probationem dico, quod ad præſentiam conueniẽtis ſequitur delectatio, ſed non oportet quod ſit ſemper in illa potentia in qua recipitur illud conueniens, ſed ſufficit quod ſit in eodẽ ſuppoſito, ſed ſecundum aliam potentiã.

¶ Dico ſecundò de mente Petri de Palu quod delectatio accipitur dupliciter. Vno modo propriè, & ſic negatur antecedens. Alio modo impropriè, ſcilicet pro quadam generalitate, & ſẽſualitate, & ſic conceditur antecedens, & negatur conſequentia.

*Delectatio dupliciter.*

Quintò. Appetitus ſenſitiuus nõ differt à ſenſu: ergo appetitus intellectiuus, qui eſt voluntas, non differt ab intellectu, conſequentia patet, antecedens probatur tripliciter. Primò. Secundũ diuerſitatem generum, & ſpecierum diuerſificantur appetitus in naturalibus, ſed potentiæ ſenſitiuæ differunt genere, vel ſpecie: ergo ſunt diuerſi appetitus. Secundò, leſo tactu ſine aliis ſenſibus, ſequitur triſtitia: ergo ſenſus tactus eſt appetitus. Tertiò, omnes potentiæ ſenſitiuæ differunt ſubiecto, ſed appetitus ſẽſitiuus non differt ſubiecto à ſenſu: ergo non eſt alia potentia à ſenſu.

Reſpondeo, negatur antecedens. Ad primam probationem negatur conſequẽtia appetitus rerum naturalium ſunt per ſe ad diuerſa loca, & ideo ad diuerſitatẽ earum ſequuntur diuerſi appetitus aeris differt ſpecie ab appetitu ignis: & appetitus grauium, & leuium differunt genere, non autem ad quemlibet ſenſum ſequitur appetitus, ſed ſolum ad ęſtimatiuam, quæ ſola dicit aliquid dę fugibili, & perſequibili.

¶ Ad ſecundam negatur conſequentia, quia illa triſtitia eſt æſtimatiua, quæ poteſt immutari in illo inſtanti in quo immutatur ſenſus exterior.

*Ad ſolã æſtimatiuã ſequitur appetitus ſenſitiuus.*

¶ Ad tertiam negatur maior, ſufficit enim quòd appetitus differat ab æſtimatiua ſecundum eſſentiam licet non ſubiecto.

*Concluſio III.* Memoria in parte intellectiua, nõ eſt potentia diſtincta ab intellectu. Hanc ſic probat S. Doct. de verit quæſt. 4. art. 3. Accidentales differentiæ obiecti non diſtinguunt potentias, ſed præteritum eſt quædam differentia accidentalis obiecti, vt obiectum eſt: ergo non diſtinguit memoriam ab intellectu.

Sciendum tamen, quòd differunt ratione, quia eadem potentia dicitur intellectus inquantum actu intelligit obiectum, & eadem dicitur memoria, inquantum retinet habitualem notitiam.

Contra arguit Aureol. primo Memoria eſt in omnibus perſonis diuinis cum dicat perfectionem ſimplicitèr, ſed intellectus cum obiecto habitualitèr retento, vt actiuum eſt non eſt in omnibus perſonis: ergo intellectus cum tali obiecto non eſt memoria, minor probatur, potentia generatiua non eſt in omnibus perſonis, ſed intellectus cum tali obiecto, vt actiuum eſt, eſt potẽtia generatiua: ergo.

*Aureo.*

*Vtrum intellectus ſit memoria.*

Reſpondeo, conceditur quòd memoria non dicit actiuitatem, nec S. Doct. hoc ponit, ſed dicet rentionem obiecti in eſſe intelligibili.

¶ Dico

Digitized by Google

¶ Dico tamen quòd ad memoriam conſequitur actiuitas: quam includit intellectus, & licet intellectus ſit in filio: non tamen poteſt producere verbum, aut intellectionem, quia habet relationem oppoſitam ad producentem verbũ, vt infra dicetur.

Ex hoc ſequitur, quòad memoriam ſequitur actiuitas, vbi eſt memoria nõ ſub relatione oppoſita.

*Concluſio IV.* Partes imaginis diſtinguuntur ab eo, in quo ſunt. Hanc ſic probat 1. quæſt. 79. articul. 7. ad 1. Et quæſt. 93. articul. 3. Omnis actus creaturæ, & ſimilitèr omnis habitus, & omnis potentia diſtinguitur ab eo, in quo eſt, ſed partes imaginis ſunt actus, vel habitus, vel potentia: ergo, &c.

Contra arguit Aureolus. † Omnis operatio, & habitus, & potentia ſunt accidentia, ſed partes imaginis non ſunt accidentia: ergo: minor probatur dupliciter, primò. Omne accidens ſe habet ab ſubiectum ſicut color, & figura ad ſuum ſubiectum, ſed Auguſt. 9. de Trinitat. capit. 4. dicit quòd amor, & notitia, vt ſunt partes imaginis, non ſe habent ad id, in quo ſunt ſicut color, & figura: ergo.

*† Aureolus in primo diſtinct. 3. q. 3 art. 2.*

Reſpondeo, Auguſtin. intelligit, quod non ſe habent, vt color, & figura, quia iſta non ſunt propria paſſiones ſubiecti, nec emanant ab eis, notitia vero, & amor, quocunque modo accipiantur, vel ſunt potentiæ animæ, vel ab eis emanant.

Secundò, Auguſtinus dicit vbi ſupra, quod notitia, & amor ſunt vna vita, vna ſubſtantia: ergo non ſunt accidentia.

Reſpondeo primo, vt elicitur à S. Doctor. in quæſt. de anima articul. 12. Auguſtin. accipit abſtractum pro concreto, & eſt ſenſus, notum, & amatum ſũt vna ſubſtantia.

¶ Dico ſecundò, vt dicit S. Doctor. prima quæſtio 77. ibi accipit Auguſti. notitiam, & amorem obiectiuè ſecundum quòd anima amat ſe, & eſt ſenſus, anima ad quam terminatur notitia, & amor eſt vna ſubſtantia.

*Additio quæ eſt ſolutio argumentorum recentiorum per M. Mauritium de Gregorio*

*In hac 3. diſtinct. cõfutantur hæreſes dãnatæ, vt in noſtro Commentario in text. Magiſtri, & confutantur etiam hæreſes, quæ ſunt in Abecedario, & in Ethimologijs hæreſum, & confutantur ſimilitèr Idolatriæ, vt in Abecedario Idolorum in principio vide ibi lit. T. Et eti confutantur falſa Theologiæ Fænicum, Egyptiorũ, Græcorum, Atlanticorum, Frigiorum, Gentium, &c. ab Euſebio in primo, ſecundo, tertio, & quarto de præparatione Euangelica contra Theologiam fabuloſam Poetarum antiquorum.*

*Ex concluſionibus, probationibus, & ſolutionibus argumentorum ſoluũtur argumenta Vulpes, & aliorum recentiorum facile, vt facit Ariſtot. ad argumenta Antiquorum quod veritatis cognitio dubiorum eſt ſolutio, & cum Cardinali Bellarmino dicente in libro de Scriptoribus Eccleſiaſticis de Ioanne Capræolo, quòd Io. Capreolus ſit defenſor Egregius Sancti Thomæ, & optimè diſſoluit omnia argumenta aduerſariorum: dicunt verba formalia Bellarmini, ergò ſi optimè diſſoluit per Bellarminum ſunt ſoluta argumenta cum his doctrinis hìc: Sicut ſoluit Ariſtotelis cõtra antiquos dicendo in 4. de Cœlo veritatis cognitio, dubiorum eſt reſolutio.*

*Loca ſolutiua argumẽta aduerſariorum Magiſtri Mauritij vltra commentaria textuũ loca contra hæreſes. &c.*

*Reſpondetur ſecundo cum Cardinali Sarniano Franciſcano doctiſſimo, cum quarta concordantia, ſimiliter cum eadem concordantia Bonæberbæ.*

*Argumenta verò Vaſquez, Valentiæ, Molinæ, Suarez, &c. quia colliguntur, & ſoluuntur, clarè, diſtinctè, & breuitèr à Ripa, à Nazario, à Conſales, à Nauarretto, à Zenardo, clarè, & diſtinctè præcipue à Montagnolo, in prima parte, quæſt. de Vnitate Dei.*

## DISTINCTIO. IV.

### *Quæſtio prima.*

IN Diſtinct. quarta quæritur primo. An Deus genuit Deum?

Pro deciſione queſtionis hæc eſt prima concluſio. Omne nomen ſignificat ſubſtantiam cum qualitate, acci-

accipiendo ſubſtantiam, & qualitatem non logicalitèr, ſed grammaticalitèr. Hanc probat primo ſentent. diſtinct. 22. articul. 1. ad tertium. Quidquid ſignificat id, ad quod nomen imponitur, & id à quo nomen imponitur, vel ſuppoſitum, & naturam ſignificat ſubſtantiam cum qualitate, ſed omne nomen eſt huiuſmodi: ergo.

Sciendum tamen, quod id à quo nomen imponitur eſt idem cum eo, ad quod ſignificandū imponitur, & aliquando eſt diuerſum.

*Concluſio II.* Nullum nomen de prędicamento accidentis ſignificat ſubſtantiam, vt eam accipit logicus. Hæc concluſio probatur primo authoritate Philoſophi dicentis quòd album puram qualitatem ſignificat: ergo à ſimili omnia alia nomina accipiuntur. *In prædicā cap. 1.*

Secundò probatur ſic à S. Doctor. 5. metaphiſic. † capit. de ente. Si album ſignificaret ſubſtantiam, & albedinem ſimul ſequitur, quòd album eſſet ens per accidens: hoc eſt falſum, quia philoſophus non ponit album inter entia per accidens, ſed hominem album. *Lect. 7.*

Tertio. Si album ſignificaret ſubiectum, maximè ſignificaret illud ſine quo non poteſt eſſe albedo, puta corpus, hoc eſt falſum: ergo, maior patet de ſe, minor probatur. Si album ſignificat corpus: ergo eſt nugatio dicere corpus album, hoc eſt falſum, vt patet: ergo conſequentia probatur quia idem bis dicitur.

Contra arguit Aureolus † primo. Omne nomen plurificatur ad plurificationem ſui adæquati ſignificati, ſed nomen non plurificatur ad plurificationem formæ ſignificatæ: ergo non ſignificat tantum formam, maior nota, minor probatur, hoc nomen ſciens non plurificatur ad plurificationem ſcientiæ, cum in vno ſciente poſſent eſſe plures ſcientiæ, ſed forma ſignificata per hoc nomen ſciens, eſt ſcientia: ergo. *Aureolus in præſenti diſt. art. 2.*

Reſpondeo negatur maior in nominibus adiectiuis, quia ad eorum pluralitatem requiritur, & ſufficit pluralitas ſuppoſitorum, cuius ratio eſt, quia adiectiuum ſignificat per modum accidentis, ideſt alteri adiacentis, accidentia autem habent vnitatem, & multitudinem à ſubiectis ſuis.

Ex hoc ſequitur, quòd ſi duo homines haberent eandem numero ſcientiam dicerentur duo ſcientes, nomina autem ſubſtantiua plurificantur ad pluralitatem rei ſignificatæ, quia ſignificant per modum ſubſtantiæ, ſubſtantia autem habet vnitatem, & pluralitatem ex ſe 1. q. 39. artic. 3. *Si duo homines haberēt eandem numero ſcientiam dicerētur duo ſcientes.*

Secundò arguit. Si ſciens ſignificat tantum ſcientiam: ergo iſta eſt vera, ſciens eſt ſcientia: hoc eſt falſum, vt patet: ergo, conſequentia probatur, quia idem prædicaretur de ſeipſo.

Reſpondeo, negatur conſequentia, ad veritatem propoſitionis non ſufficit indentitas ſignificati, ſed etiam requiritur idem modus ſignificandi, cuius rationem puto hanc eſſe, quia prædicatio eſt per actum intellectus attribuentis prædicatum ſubiecto, vt dicit Albertus. Si ergo eandem entitatem concipiat intellectus cum præciſione, & per ſe, & alio conceptu concipiat eandem, vt inexiſtentem alteri: tunc illam entitatem, vt ſtat ſub iſtis oppoſitis conceptibus de ſe non enunciabit. In propoſito ſciens ſignificat formam concretiuè, & ſcientia abſtractiuè.

Tertiò philoſophus dicit 6. metaphiſ. † quòd in ſimo reperitur naſus: ergo ſimum ſignificat naſum, ſed ſimum eſt adiectiuum: ergo aliquod adiectiuum ſignificat ſubiectum. *Text. 2.*

Reſpondeo, negatur conſequentia, quia non intendit philoſophus quòd ſimum ſignificet naſum, ſed quòd concernit naſum, vt determinatam materiam, de verit. quæſtio decima articul. quarto. Et ideò eſt nugatio dicere, quòd naſus eſt naſus ſimus, aliqua vero alia adiectiua non ſignificant formam concernentem determinatam materiam, ſed ſub ratione confuſa.

*Concluſio III.* Nomen concretum proprie ſignificat tantum formam, ſupponit autem pro ſuppoſitis. Si autem ſit aliquid, in quo ſit idem forma, & ſuppoſitum, tunc nomen idem ſignificabit, & pro eodem ſupponèt, tertiò ſententiarum diſtinct. 6. quæſt. 2. art. tertio.

Ex quo ſequitur, quod homo ſignificat humanitatem, & ſupponit pro indiuiduis, albedo aut ſignificat ipſam albedinem, & pro ea ſupponit nō quod ipſa ſit ſuppoſitū: ſed ſignificatur, vt ſuppoſitū. Ego credo. S. D. intelexiſſe de ſuppoſitione *Secundum D. S. danda eſt ſuppoſitio ſimplex.*

Digitized by Google

ſitione tantum perſonali, non autem de materiali, nec de ſimplici, quæ ſecundũ eum eſt danda, nam cum dicitur homo eſt ſpecies: ly homo pro nullo homine ſupponitur.

Contra S.D. præſenti di.7.art.2. dicit, quod nomen non ſolum ſignificat eſſentiam, ſed etiam ſuppoſita licet indiſtinctè: ergo non benè dicitur in concluſione, quòd ſignificat tantum eſſentiam.

Reſpondeo, quod nomen ſignificat formaliter tantum eſſentiam: materialiter autem ſignificat ſuppoſita, ſine quibus eſſentia non poteſt eſſe: & ſic loquitur in præſenti diſt.

*Concluſio IV.* Significatum nominis eſt duplex, ſcilicet materiale, & formale, formale eſt ipſa natura: puta ſignificatũ formale hominis eſt humanitas, materiale eſt id, ſine quo ſaluari non poteſt ſignificatum formale: & ſic homo ſignificat materialiter cerebrum, cor, & hepar, & indiuidua ſine quibus humanitas eſſe non poteſt. Hanc ponit de potentia, q.9.art.4.

*Concluſio V.* Hoc nomen Deus, & quodlibet cõcretum ſubſtantiale ſignificat eſſentiam diſtinctè: indiſtinctè vero ſuppoſita, prima pars patet ex tertia concluſione, ſecunda probatur primo ſent.diſt.4.q.1.artic.2. Vnumquodque nomen ſignificat id de quo eſſentialiter prædicatur, ſed concretum ſubſtantiale prædicatur eſſentialiter de ſuppoſitis, nã homo prædicatur eſſentialiter de Socrate & ſic de alijs, ergo.

Contra: nomen concretum ſignificat tantum formam: ergo non ſuppoſita, cõſequentia patet, antecedens probatur per tertiam concluſionem.

Reſpondeo, quòd formaliter ſignificat tantum eſſentiam, vt dicitur in tertia concluſione, materialiter autem ſignificat ſuppoſita: & ſic intelligitur iſta concluſio.

*Hoc nomen Deus aliter ſupponit quam concreta ſubſtantiala creaturarũ.*

*Concluſio VI.* Iſta propoſitio eſt falſa. Deus non generat.

¶ Ad probandam hanc concluſionẽ præmitto tria. Primo, vt dicit S.D.1.q.39 artic.4. ad tertium, quod iſte terminus Deus aliter ſupponit quam hic terminus homo, & alia concreta ſubſtantialia in creaturis, nam iſte terminus homo, quia ſignificat naturam, quæ eſt realiter diſtincta in ſuppoſitis: ideo ſupponit ex ſe diſtinctè pro ſuppoſitis, nam dum dicitur homo currit, ly homo ſupponit pro iſto, vel pro illo: non autem ex ſe habet, quod ſupponatur pro natura, ſed hoc ei conuenit ex alio termino, cui adiungitur: vt cum dicitur homo eſt ſpecies, natura autem diuina eſt indiſtincta in ſuppoſitis: & ideo iſte terminus Deus ex ſe habet, quod ſupponat pro naturali: ſed quia eſt terminus concretus; & terminus concretus ſignificat formam in ſuppoſito: ideò iſte terminus ſupponit non ſolum pro natura abſolute: ſed etiam pro re naturæ ſiue pro ſuppoſito in quo eſt: ſed indiſtinctè.

*Nomẽ Deus conuenit cũ termino ſingulari.*

Præmitto ſecundo, quod licet iſte terminus, Deus, prædicatur de pluribus ſuppoſitis: quia tamen natura per ipſum ſignificata non plurificatur, ideo in hoc conuenit cum termino ſingulari, quod non prædicatur in plurali, & propter hoc ſicut iſtæ cõtradicunt Socrates currit: Socrates nõ currit: ita iſtę contradicunt. Deus generat. Deus non generat.

Præmitto tertio, quod quando aliquis terminus ſupponit pro natura, vel pro ſuppoſitis in quantum huiuſmodi, & non pro aliquo ſuppoſito determinato: tunc quicquid negatur ab illo intelligitur negari ab ipſo ſuppoſito in quantum eſt ſuppoſitum talis naturæ, & per conſequens repugnat cuilibet ſuppoſito talis naturæ, & hoc maxime verum eſt in Diuinis. Nam quidquid non conuenit Deo ad intra ei repugnat, cum Deus nõ ſit ens potentiale, eſſet autem potentiale ſi poſſet ad intra aliquid habere, quod non haberet.

Ex his probatur ſic concluſio. Duorum contradictoriorum, ſi vnum eſt verum aliud eſt falſum, ſed iſtæ contradicunt. Deus generat: & Deus non generat: & iſta eſt vera. Deus generat; ergo iſta eſt falſa. Deus non generat.

Secundo, negatio actus conuenientis Deo ad intra, denotat talem actum repugnare Deo, ſed in illa: Deus non generat: negatur actus generandi: ergo denotat quod Deo repugnat generare, quod eſt falſum, ergo.

*Aureo. hic. ar.3.*

Contra arguit Aureolus, primo. Prædicatum affirmatum, & negatum reducuntur ad idem genus: ergo generare, & non generare reducuntur ad idem genus: ergo ſicut in iſta. Deus generat: ſupponit pro determinata perſona, ſic erit, & in illa: Deus non generat.

Reſpondeo, conceditur prima conſe-



Digitized by Google

quentia, nam generare, & non generare reducuntur ad genus actionis, ſed hoc nihil ad propoſitum, negatur etiam ſecunda conſequentia, quia generare eſt quid perſonale: ideo affirmatur de determinata perſona, non generare aũt nõ eſt perſonale cum conueniat etiam eſſentiæ.

Secundò. Iſta eſt falſa. Omnis Deus generat, ergo illa eſt vera. Deus non generat, conſequentia patet, quia ſunt contradictoriæ.

Reſpondeo, primo ego negarem conſequentiam, ſed potius ſunt duæ vniuerſales contrariæ. Conſtat autem duas cõtrarias poſſe eſſe ſimul falſas, nam iſta Deus nõ generat æquippollet iſta: nihil quòd eſt Deus generat, ſicut iſta: Socrates non currit.

*Hæc eſt impropria. Omnis Deus generat.*

¶ Dicerem ſecundo hanc eſſe impropriam, omnis Deus generat, nam ly omnis eſt ſignum diſtributiuum, diſtribuere autem eſt diuerſis aliquid tribuere, oportet terminum diſtributum habere plura ſuppoſita ſub ſe, in quibus forma ſignificata per terminum ſit diuerſa. Conſtat autem Deitatem, quæ ſignificatur hoc nomine Deus, non eſſe diuerſam in diuinis ſuppoſitis, & ideo hoc maximè cum habeat, quaſi vim termini ſingularis, qui diſtribui non poteſt.

¶ Dico tertiò, quòd hoc nomen ſuppoſitum diuinum diſtribui poteſt: quia perſonæ diuinæ diſtinguntur in ratione ſuppoſiti, vnde benè dicitur, omne ſuppoſitum, omnis perſona, omne attributum: quia vnum attributum diſtinguitur ab alio in ratione attributi, non autem bene dicitur: omnis bonitas diuina: quia nulla eſt ibi diſtinctio in ratione bonitatis.

*Signum diſtributiuũ neceſſariò exigit diuerſa ſuppoſita.*

Hinc eſt, quòd philoſophus de Cælo, & mundo, & Commentator, & Albertus dicunt ibi ſignum diſtributiuum, debet neceſſariò exigere diuerſitatem ſuppoſitorum ſub termino diſtributiuo licet Albertus de Saxonia: & Burleus, & Petrus Hiſpanus, & Paulus Venetus, & quidam iuuenes dialectici oppoſitum teneant.

*Concluſio VII.* Iſta propoſitio eſt vera, & propria, Deus generat, prima pars eſt fidei, ſecunda probatur. Illa propoſitio eſt propria cuius prædicatum propriè dicitur de determinato ſuppoſito, ſed in illa propoſitione prædicatum eſt huiuſmodi: ergo, dicitur enim de perſona patris.

Ex hoc ſequitur correllariè, quòd in illa propoſitione ſubiectum ſupponit tãtum pro parte ratione adiuncti, & non pro eſſentia.

*Concluſio VIII.* Hoc nomen Deus nunquam ſupponit pro eſſentia: quin ſupponat pro perſonis implicitè, vel explicitè probatur ſic. Si aliquando ſtaret tantum pro perſonis, maximè eſſet in iſta trinitas eſt vnus Deus, ſed ibi ſtat pro perſonis implicitè, vt dicit S. D. prima parte q. 36. art. 4.

*Cum dicitur Deus creat eſt ibi dem implicita ſuppoſitio pro perſonis.*

Ex hoc ſequitur correllairè quòd in illa Deus creat: ſtat etiam pro perſonis, ſed implicitè. Et licet S. D. prima, quæſt. 39. articul. 4. dicat quòd ſtat ſolum pro eſſentia intelligit explicitè, & diſtinctè: tamen ſtat pro perſonis cum actiones ſint ſuppoſitorum: & ſtat pro eis indiſtinctè: quia opera Trinitatis ſunt indiſtincta.

## QVAESTIO II.

*4. diſt. prim. ſent.*

QVæritur ſecundò, vtrum in Diuinis abſtractum prædicetur de concreto.

PRO deciſione huius quæſtionis, hæc eſt prima concluſio. In creaturis in formis generalibus concretum prædicatur de abſtracto: vt puta hæc eſt vera eſſentia eſt ens. Hanc probat S. D. de verit. quæſtio. 21. articul. 4. ad 4. & 2 ſent. diſtin. 1. quæſtio. 1. articul. 2. ſic primus conceptus, & quicquid eum inſeparabiliter comitatur, prædicatur de omnibus, ſed conceptus entis eſt primus, & conceptus ſignificantes formas generaliſſimas, ſcilicet conceptus tranſcendentium inſeparabiliter comitantur cõceptum entis: ergo: minor nota, maior patet, quia primus conceptus ſaluatur in omnibus alijs.

*Concluſio II.* Suppoſitum, & natura in rebus materialibus diſtinguuntur realiter.

*Suppoſitum quid.*

Pro notitia concluſionis ſciendum eſt, quòd per ſuppoſitum intelligimus indiuiduum ſubſtantiæ per ſe ſubſiſtens in genere ſubſtantiæ, & completum in ſpecie, quod dico propter animam, & partes ſubſtantiarum, quæ licet ſint in Diuina, non tamen ſunt ſuppoſita: vt dicit

Digitized by Google

dicit S. Doct. 3. ſentent. diſtinct. 6. quæſt. 1 artic. 1. quæſtio. 1. & de potentia quæſt. 9. artic. 1. per naturam vero intelligimus eſſentiam, ſiuè quidditatem rei, vt dicitur tertia parte q. 12. art. 1.

Ex his probat ſic concluſionem, prima quæſtio 3. artic. 3. Illa diſtinguntur realiter, quorum vnum in ſua ratione dicit aliquod ens reale, quod aliud excludit, ſed ſuppoſitum eſt huiuſmodi reſpectu eſſentiæ: ergo, maior patet, minor probatur. Suppoſitum dicit principia indiuiduantia, & naturam communem, ſed natura excludit huiuſmodi principia: ergo, maior nota, minor probatur, eſſētia dicit ſolū id, quod pertinet ad quidditatem rei: ergo excludit principia indiuiduantia, antecedens probatur, omne abſtractum dicit illud, quo ſolo, & quo toto aliquid eſt tale, quale ſignificatur per concretum, ſed eſſentia ſignificatur in abſtracto, puta humanitas, ergo conſequentia patet, quia principia indiuiduantia non ſunt de eſſentia rei, quod probatur, materia particularis non eſt de quidditate rei, ſecundo phyſicorum, † ſed principia indiuiduantia ſunt ipſa materia particularis: ergo, &c.

*Text. vltimo.*

Corellarium primum. Natura ſignificatur, vt pars formalis reſpectu ſuppoſiti. Cuius ratio eſt, quia cum in ſuppoſito ſit natura, & ſint principia indiuiduantia deſignantia, & determinantia illam naturam, illud quòd ſignificat tantū naturam, & excludit illa principia, cuiuſmodi, & nomen abſtractum ſignificat partem illius, quod eſt in ſuppoſito.

Corollarium ſecundum. Natura non prædicatur in recto de ſuppoſito. Hoc probat in tractatu de eſſe, & eſſentia, † nulla pars prædicatur in recto de toto, ſed natura ſignificatur, vt pars formalis reſpectu ſuppoſiti: ergo.

*cap. 3.*

Correllarium tertium. Hic homo non eſt hæc humanitas. Hoc probatur quolib. 9. quæſtio 2. articul. 1. ad primum. Id quod eſt alteri vnibile, realiter diſtinguitur ab eo, quod non eſt alteri vnibile, ſed hæc humanitas eſt alteri vnibilis, vt patet in Domino Ieſu Chriſto, & hic homo nullo modo eſt alteri vnibilis, cum ſit per ſe ſubſiſtens, & completum in ſpecie: ergo.

Secundò probatur ſic. Hic homo includit aliquam entitatem, quam non includit hæc humanitas: ergo realitèr diſtinguuntur, conſequentia patet antecedens probatur, hæc humanitas dicit tātum humanitatem, & illa accidentia, per quæ eſt hæc, ſed hic homo includit hæc omnia, & quædam alia puta colorem, figuram, & huiuſmodi quæ nihil faciunt ad indiuiduationem: ergo.

Contra rationem huius concluſionis arguit Gerardus in ſumma ſua. Nulla ſubſtantia prædicatur in primo modo dicendi per ſe de eo, quod includit in ſe accidentia, ſed ſpecies de prædicamento ſubſtantiæ prędicatur in primo modo dicendi per ſe de ſuppoſito: ergo ſuppoſitum non includit accidentia.

*Gerardus.*

Reſpondeo, dico duo. Primò quod eſſentia in abſtracto ſignificata non eſt ſpecies, nec genus, nec differentia, vt dicit Auicenna, & S. Doct. in tractatu de eſſe, & eſſentia, quia ſpecies ſignificat naturām per modum totius, cum prædicetur de inferioribus, abſtractum autem ſignificat tantum per modum partis, vt dictum eſt, quia verò huiuſmodi abſtractū ſignificat id, vnde ſumitur ratio ſpeciei: ideò ſignificat formam. Item quod reſultat ex partibus eſſentialibus vnitis eſt forma, ſed natura ſiuè eſſentia pura humanitas reſultat ex partibus vnitis, ſcilicet anima, & corpore, ergo eſt forma.

Sciendum tamen, quòd cum dicitur, quòd natura in abſtracto ſignificat per modū partis, quod eſt in ſuppoſito, hoc non eſt ſic intelligendum quaſi natura ſit vna res, & ſuppoſitum ſit illa res, ſed quia ſecundum modum ſignificandi natura ſignificatur vt pars, & ſuppoſitum, vt totum, & quia à modis ſignificandi ſumuntur modi prædicandi: ideò natura quæ ſignificatur vt pars, non prædicatur de ſuppoſito, quia vnū habet modum ſignificandi oppoſitum alteri, ſcilicet vnum per modum partis, & aliud per modum totius, vnum, cū excluſione accidentium, & aliud ſine tali excluſione, tamen excluſio, vel incluſio non eſt de ratione alicuius eorum, ſed conſequitur modum quo ſignificat hoc vel illud. Ex eſſentia autem, & accidentibus conſtituentibus ſuppoſitum, non reſultat vna tertia entitas quolib. 9. quæſtione ſecunda, articul. primo ad primum, ſed ſuppoſitum dicit vtrumque: non tamen intrinſecè, cum includat accidentia ſolum, vt determinatiua ſuarum partium eſſentialium principalitèr materiæ, & conſequenter formæ. Hoc confirmat Auic. 5. metaph. cap. 1. & 2.

*Natura ſignificatur, vt pars, ſuppoſitum, vt totum.*



Digitized by Google

¶ Dico ſecundò ad formam argumẽti, quòd ſubſtantia, quæ nullo modo includit accidentia non prędicatur de alia in primo modo dicendi per ſe, ſed tunc minor eſt falſa, quia ſpecies prædicamẽti ſubſtantiæ includit accidentia implicitè, & potentialitèr, nam ea accidentia quæ Socrates dicit explicitè, homo dicit implicitè 9. quolib. quæſt. 2. articul. 1. ad primum.

*Aureol. hic q. 2.*

Secundò arguit Aureolus. † Quicquid includit accidentia, eſt ens per accidens, ſed ſpecies, & ſuppoſitum prædicamenti ſubſtantiæ non ſunt ens per accidens: ergo non includunt accidentia, maior nota, minor probatur, nullum per accidens eſt in prædicamento, ſed ſpecies, & indiuiduum ſunt in prædicamento: ergo.

Reſpondeo, & dico quatuor. Primum eſt, quòd licet ſpecies, indiuiduum includant accidentia, tamen diuerſimodè, quia indiuiduum dicit ea in ſuo principali ſignificato, quia ponerentur in ſui diffinitione ſi diffiniretur. Species verò non includit ea in principali ſuo ſignificato, ſed tantum potentialiter 1. diſtinct. 34. quæſtio 1. artic. 1. & quolib. 2. quæſt. 2. art. 2.

*Accidentiũ quædam circũferunt ad eſſe ſuppoſiti, quædam nõ.*

¶ Dico ſecundò, quòd nec ſpecies, nec ſuppoſitum includit ea vt intrinſeca ſuæ naturæ: ſed vt determinatiua ſuarum partium eſſentialium, & in obliquo.

¶ Dico tertiò ad formam, quòd maior eſt falſa loquendo de incluſione ſolum determinatiua partium, in quo ſenſu intelligitur concluſio, loquendo autem de incluſione intrinſeca, & eſſentiali conceditur maior, ſed non eſt contra concluſionem.

¶ Dico quartò quòd accidentium quædam nihil faciunt ad eſſe ſuppoſitale, vel ſaltem ſunt poſteriora cuiuſmodi eſt albedo, vel etiam riſibilitas reſpectu Socratis, & de his cõceditur maior. Alia ſunt quæ habent aliquam cauſalitatem ſaltem materialem ad eſſe ſuppoſitale, inquantum diſponunt materiam, & reddunt eam propriam huic formæ cuiuſmodi ſunt dimenſiones, quæ ſignificant materiam, & diuidunt eam. Si enim materia non eſſet extenſa per quantitatem, ipſa non eſſet habilis ad recipiendum formam, nec ad indiuiduandum, & de his negatur maior. Clarum enim eſt, quòd Chriſtus includit diuerſas naturas non tamen eſt ens per accidens, quia non includit eas, vt partes ſuas intrinſecas.

Tertiò arguit ſic. Nihil includitur in diffinito, quòd non ſignificetur per diffinitionem, quia diffinitio, & diffinitum idem ſignificant 7. metaph. † ſed diffinitio non ſignificat accidentia: ergo accidẽtia nõ includuntur in ratione diffiniti. *Tex. 10.*

Reſpondeo, quòd aliquid poteſt ſignificari dupliciter. Vno modo explicitè, & in actu, & ſic conceditur maior, & minor, & concluſio illata, ſcilicet quod ſpecies, quæ diffinitur, non includit accidentia in actu, ſiuè explicitè. Alio modo aliquid poteſt ſignificari potentialiter, & ſic negatur maior.

Quartò. Sequitur quòd Chriſtus aſſumpſerit ſuppoſitum humanum, ſed hoc eſt falſum: ergo conſequentia probatur. Quicquid includit accidẽtia explicitè, eſt ſuppoſitũ, ſed humanitas Chriſti eſt huiuſmodi, quia eſt hæc ſignificata.

Reſpondeo, negatur conſequentia. Ad probationem dico quod non ſolum incluſio accidentium explicita eſt de ratione ſuppoſiti, ſed præter hoc requiritur, quod per ſe ſubſiſtat, & non ſit vnibile alteri formaliter prima q. 29. art. 2. humanitas autem Chriſti eſt vnibilis.

Ad argumentum negatur maior, ſi illud eſt vnibile alteri, quæ conditio ſi ponatur in maiori, poſtea negatur minor 3. q. 2. a. 3. ad ſecundum.

Contra hanc reſponſionem arguit ſic. Nulla negatio eſt de ratione poſitiui, ſed non eſſe vnibile eſt negatio, & ſuppoſitiuum eſt ens poſitiuum, ergo.

*Negationẽ, & intentionẽ ſecundam eſſe de ratione poſitiui poteſt accipi dupliciter, intrinſece, & circumloquutiue.*

Reſpondet S. D. in ſimili, prima quæſtio 29. ar. primo ad tertium, quod negationem, & intentionem ſecũdam de qua ibi loquitur, eſſe de ratione poſitiui poteſt intellegi dupliciter. Vno modo quod ſit quid intrinſecum tanquam pars eius, & ſic conceditur totum, ſed non eſt contra nos. Alio modo quia ſignificatur per nomen tanquam circumloqutiua alicuius differentiæ, & ſic negatur maior. In propoſito autem dicimus quòd non eſſe vnibile circumloquitur differentiam indiuiduorum ſubſtantiæ ad indiuidua accidentis.

Ad idem arguit ſex alijs rationibus, quæ iſta ſolutione euacuantur.

Secundò arguit contra eandem reſpõſionem, eſſe non eſt de ratione ſuppoſiti: ergo nec per ſe eſſe.

Re-

Digitized by Google

Reſpondeo conceditur antecedens: quia eſſe nec eſt de ratione ſuppoſiti nec de ratione eſſentiæ. quoli. 2. quæſtio 2. ar. 2. ad ſecundum. ſed negatur conſequentia. quia cum dicimus: quod per ſe eſſe eſt de ratione ſuppoſiti: ita circumloquimur differentiam ſuppoſiti ſubſtãtiæ ab indiuiduo accidentis: ſicut & per negationem appoſitam. ſcilicet non eſſe in alio. Vel negatur conſequentia. quia arguitur à re ad modum rei. licet enim eſſe non ſit de ratione ſuppoſiti tamen talis modus eſſendi, ſcilicet per ſe & non in alio eſt de ratione eius.

*Eſſe non eſt de ratione ſuppoſiti: ſed per ſe eſſe.*

Tertio: quia in illa ratione ad quartum dictum eſt, quod natura humana in Chriſto non eſt ſuppoſitum, quia non habet proprium eſſe.

Contra hoc arguit. probando quod in Chriſto natura humana habet eſſe diſtinctum ab eſſe diuino: quæ argumenta reſeruantur in tertio.

Contra primum correllariũ arguit ſic. Omnis pars ſiue principium formale eſt diffinitiuum eius, cuius eſt pars ſiue principium. ſed natura in abſtracto non eſt diffinitiua ſuppoſiti: ergo. maior nota. minor probatur. omnia principia diffinientia prædicantur in primo modo perſeitatis de diffinitio. 7. meta. ſed natura in abſtracto non prædicatur in primo modo perſeitatis de ſuppoſito, non enim hæc eſt vera, Socrates vel homo eſt humanitas: ergo.

*Tex. 3. 4.*

Reſpondeo. negatur minor. Ad probationem: dico quòd principia diffiniẽtia ſunt duplicia. aliqua enim ſignificant per modum totius: & de his conceditur maior. natura autem abſtractiuè ſumpta non eſt tale principium. Alia ſignificant per modum partis, & de his negatur maior.

*Concluſio* III. In ſubſtantijs naturalibus, differt quod quid eſt & id cuius eſt. & id cuius eſt. pro intellectu huius concluſionis ſciendum eſt qòòd per quod quid eſt intelligitur id ꝙ ſignificat diffinitio: ſicut quod quid eſt hominis ad id quod ſignificat animal rationale.

¶ Ex quo ſequitur correllariè: quòd humanitas non eſt quod quid eſt hominis Tum quia quod quid eſt rei prædicatur de ipſa re: humanitas autem non prædicatur de homine. Tũ quia per quod quid eſt reſpondetur ad interrogationẽ factam quid eſt reſ. ſed interrogãti quid eſt homo: non reſpondetur quòd eſt humanitas: ergo. probatur autem ſic concluſio. ſicut & præcedens. Id cuius eſt quod quid eſt includit aliquid reale in ſua ratione: quod non includitur ipſum, quod quid eſt: ergò ſunt diſtincta realitèr. conſequentia patet. † antecedẽs probatur. Id cuius eſt quod quid eſt includit materiam ſignatam, & hanc non includit ipſum, quod quid eſt vt dicitur. 7. meta. † ergo.

*Humanitas non eſt quod quid eſt hominis.*

Sciendum tamen quòd aliquando ꝙ quid eſt ſumitur cum præciſione omnium extraneorum. tunc largo modo dicit humanitas, quod quid eſt hominis: & de tali dicit aliquando S. D. quod non prædicatur de eo cuius eſt. Aliquando accipitur ſine præciſione, & ſine incluſione actuali: licet implicita, puta dicimus quod animal rationale eſt quod quid eſt hominis: & ſic prædicatur.

*tex. 20.*

*Quod quid eſt quandoꝙ ſumitur cum præciſione omniũ extraneorũ quandoꝙ ſi. no.*

Contra arguit Gerardus & Sco. primo. Philoſophus dicit 7. meta. † loquens de iſtis quòd ſingulum nõ eſt alterum à ſua ſubſtantia: ergo nõ diſtinguitur quod quid eſt ab eo cuius eſt.

*Gerar. & Sco.*

*† tex. 41.*

Reſpondeo quod noſtra concluſio eſt philoſophi, 7. meta. dicentis particula 41. Illa quæ habent formam in materia non ſunt idem cum ſua quidditate, Idẽ dicit Commentator. 3. de anima. comm. 9. & com. 5. & 8. meta. comm. 16. & 12. metaphyſic. com. 49. vbi vult quod quid eſt in omnibus circa primum differt ab eo cuius eſt quia non dicit totum quod eſt in re.

¶ Dico ſecundò, quod ſuppoſito inſunt aliqua dupliciter. Vno modo primo & per ſe: & ſic loquitur philoſophus, Alio modo per accidẽs vel non primo, & per ſe: & ſic non intelligit philoſophus.

Alia argumenta facit Scotus probantia quod quid eſt no eſſe omnino diſtinctum ab eo cuius eſt: quod conceditur.

*Concluſio IV.* In ſeparatis à materia: ſuppoſitum non eſt omnino idem quod eſſentia aliter tamen quàm in compoſitis ex materia & forma Hanc ſic probat. prima parte. quoli. 2. quæſt. 2. artic. 2. Ad ſuppoſitum pertinet actualiter eſſe & non ad eſſentiam: ergo diſtinguuntur conſequentia patet. Prima pars antecedentis patet quia eſſe eſt actus exiſtentis cuiuſmodi eſt ſuppoſitum. Secunda pars probatur: ſic. eſt præter rationem eſſentiæ, ergo ad eam non pertinet. ſecũ

da

da pars concluſionis probatur. Suppoſitũ materiale includit accidentia, tanquã determinatiua principiorũ eſſentialiũ, ſuppoſitum autem immateriale non, ergo: prima pars patet ex antedictis, ſecũda probatur. Suppoſitum immateriale indiuiduatur ex ſe: quia non eſt receptibile in materia: ergo non requirit accidentia per quæ determinentur principia eſſentialia ad indiuiduationem.

Contra antecedens probationis partis principalis arguit Aureo, ſic. Illud quod poteſt concipi ſub non eſſe, non includit in ſua ratione eſſe: at ſuppoſitũ poteſt concipi ſub non eſſe: ergo.

*Aureo. hic.*

¶ Reſpondeo. Aliquid includere aliud poteſt eſſe dupliciter. Vno modo quod ſit de eſſentia ſua: & ſic dicitur ſuppoſitũ non includere eſſe. Alio modo quaſi formale habitum ab eo; & ſic negatur maior, hoc autem modo ſuppoſitum includit eſſe: quia habet eſſe.

*Aliquid includit aliud, vt eſſentiale, & vt habitum.*

*Concluſio V.* In Deo non differt ſuppoſitum à natura. Hanc probat S. D. quolib. 2. vbi ſupra, & 1. quæſt. 3. artic. 3. Omne ſuppoſitum diſtinctum à natura habet aliquam entitatem, quæ non eſt natura: ſed ſuppoſitum diuinum nullam habet entitatem diſtinctam ab eſſentia diuina: ergo, &c.

*In hac 4. diſtin. cõfutãtur, & duabus q̃ſtionibus hæreſes dãnata, vt in noſtro Cõmẽtario in tex. Magiſtri, & cõfutãtur & hæreſes, quæ ſunt in Abecedario, & in Ethimologijs hæreſum, & confutantur ſimiliter Idolatriæ, vt in Abecedario Idolorum in principio vide ibi. Littera G. Et etiam confutantur falſa Theologia Fænicum, Egyptiorum, Græcorum, Atlanticorum, Frigiorum, Gentium, &c. ab Euſebio in primo, ſecundo, tertio, & quarto de præparatione Euangelica contra Theologiam fabuloſam Poetarum antiquorum.*

*Additio quæ eſt ſolutio argumentorum recentiorum per M. Mauritium de Gregorio.*

*Ex concluſionibus, probationibus & ſolutionibus argumentorum ſoluuntur argumenta Vulpes, & aliorum recentiorum facile, vt facit Ariſtot. ad argumenta Antiquorum, quod veritatis cognitio dubiorum eſt ſolutio, & cum Cardinali Bellarmino dicente in libro de Scriptoribus Eccleſiaſticis de Ioanne Capræolo, quòd Io. Capreolus ſit defenſor Egregius Sancti Thomæ, & optimè diſſoluit omnia argumenta aduerſariorum: dicunt verba formalia Bellarmini, ergò ſi optimè diſſoluit per Bellarminum ſunt ſoluta argumenta cum his doctrinis hic; Sicut ſoluit Ariſtoteles contra antiquos dicendo in 3. de Cælo veritatis cognitio, dubiorum eſt reſolutio.*

*Loca ſolutionum argumẽta aduerſariorum Magiſtri Mauritij vltra commentarium textuũ & tota cõtra hæreſes, &c.*

*Reſp. ſecundo cum Cardinali Sarnano Franciſcano doctiſſimo, cum quarta concordãtia ſimiliter cum quinta concordãtia Bonæberbæ.*

*Argumenta verò Vaſquez, Valentiæ, Molinæ, Suarez, &, &c. quia colliguntur, & ſoluuntur, clarè diſtinctè, & breuiter à Ripa, à Nazario, à Conſales, à Nauarretto, à Zenardo clarè, & diſtinctè, præcipuè à Montagno. p. p. q. 12. de generatione Dei.*

## DISTINCTIO V.

### *Quæſtio I.*

IN diſtin. quinta agit magiſter de termino generationis Diuinæ. Circa quam quæritur vtrum diuina eſſentia ſit formalis terminus diuinæ generationis.

PRO cuius quæſtionis deciſione hæc eſt prima concluſio. Diuina generatio non habet terminum à quo probatur ſic. Terminus à quo generationis eſt priuatio, & non eſſe: ſed in diuinis nõ eſt priuatio, ergo.

*Concluſio II.* Filius eſt terminus quod generationis, probatur ſic. Illud eſt terminus, quod generationis, quod generatur: vt patet ex terminis, ſed filius generatur: ergo.

*Concluſio III.* Eſſentia diuina eſt terminus quo diuinæ generationis, probatur ſic perſona filij non eſt terminus quo: cum ſit ad quod generatur ſimiliter nec filiatio, cum ſit relatio, nulla autem relatio eſt terminus per ſe. 5. phy. *Text. 10.* † ergo eſſentia eſt terminus quo, tenet conſequentia, quia in filio non eſt niſi eſſentia, & relatio.

Contra arguit Aureo, primo. Omnis terminus quo generationis, accipit eſſe per generationem: ſed eſſentia diuina non accipit eſſe: ergo minor patet, maior eſt Simplicij, & comment. 2. meta. comm. 31. & 2. phyſi. com. 14. vbi dicit quòd generatio eſt via ad hoc, quòd forma fiat. *Aureo.*

Reſpondeo, primo dico, quod eſſentia diuina, vt dicit S. D. de po. q. 2. articul. 1. dif-

Digitized by Google

*Eſſentia diuina differt dupliciter formis materialibus: per ſe ſubſiſtentia & identitate eſſe.*

differt dupliciter à formis materialibus. primo quia eſſentia diuina per ſe ſubſiſtit, formæ autem materiales, & propter hoc in eo in quo ſunt præſupponunt aliquid à quo habeant ſubſiſtentiam. ſecundò quia diuina eſſentia eſt ſuum eſſe: & formæ materiales non: & propter hoc non habent eſſe niſi quia in alio recipiuntur. Ex quo ſequitur, quòd oportet eas acquirere eſſe: eſſentiam autem diuinam non oportet acquirere eſſe.

¶ Dico ſecundò, maiorem argumenti eſſe falſam in formis, quæ ſunt ſuum eſſe: & quæ per ſe ſubſiſtunt: cuiuſmodi eſt diuina eſſentia, ſed ad formalem terminum productionis ſufficit, quòd communicetur producto. & quòd per illum terminum productum aſſimiletur producenti

Contra hanc reſponſionem arguit ſic. Id quod producitur, capit eſſe propter formalem terminum productionis; ergo ipſe terminus formalis magis capit eſſe: antecedens patet, & conſequentia per illam regulam, propter quod vnumquodque, &c.

*Expoſitio illius regulæ propter quòd vnumquodque &c.*

Reſpondeo, negatur conſequentia. Ad regulam dico, quòd tripliciter exponitur, & in nullo ſenſu eſt ad propoſitum. primò non tenet in cauſis æquiuocis, quæ non recipiunt eandem denominationem. Vnde licet paries propter albedinem ſit albus: non tamen albedo eſt magis alba, quia ipſa non denominatur alba: oportet ergo, quod vtrumque ſit tale. ſicut patet in exemplo Philoſophi. concluſio eſt nota propter principium: & principium eſt notum, ergo eſt magis notum: ſed non ſequitur concluſio eſt ſcita propter principium: ergo principia ſunt magis ſcita, & hoc, quia principia non ſunt ſcita, & quia formalis terminus aliquando nõ accipit eſſe: ideo non ſequitur quòd magis accipiat eſſe. Iſtam expoſitionem ponit S. Do. in q. 10. de verit. articulo 1.

¶ Secundò exponitur 1. q 87. articu. 2. ad tertium. quod non tenet in his quæ ſunt diuerſorum ordinum, Vnde non ſequitur ſanitas eſt deſiderabilis propter medicinam. ergo medicina eſt magis deſiderabilis: quia medicina eſt in ordine efficientum: & ſanitas in ordine finium. Ad propoſitum, perſona eſt producibilis per ſe: forma autem in creaturis tantum per accidens: in Deo autem nec per ſe nec per accidens.

¶ Tertiò exponitur 1. diſtinctio. 12. quæſtio. 1. artic. 2. ad ſecundum. quod nõ tenet niſi id, quod conuenerit vni propter aliud ſit diuerſum in vtroque. Ad propoſitum, eſſe quod conuenit ſuppoſito per formam non eſt aliud ab eſſe formæ: & maximè in Deo.

Secundò arguitur ſic. id quod præexiſtit generationi non eſt terminus ad quẽ generationis: ſed eſſentia diuina præexiſtit generationi, cum abſolutum ſit prius relatiuo. ergo, minor patet ex terminis: & maior quadrupliciter probatur. Primò dicit Comment. 1. cœli. & in lib. de ſubſtantia orbis: quòd dimenſiones non generantur: quia eædem quæ erant in corrupto manet in genito. Secundò anima non eſt formalis terminus nutritionis, quia præeſt in nutrito. Tertiò anima non erit formalis terminus reſurrectionis, quia præexiſtit reſurrectioni. Quartò ſi anima eſſet prius creata, & poſtea crearetur materia ea, ipſa anima non eſſet formalis terminus illius productionis, quia primus extitiſſet. *Cõ 132. c. 1.*

*Præexiſtit aliquid generationi dupliciter, in materia & in efficiente.*

¶ Reſpondeo aliquid præexiſtere generationi, contingit dupliciter. Vno modo, quia præexiſtit in ſubiecto generationis puta in materia & ſic conceditur maior, quia quid quod hoc modo præexiſtit non communicatur producto ex vi productionis, ſed negatur minor. Alio modo quia præexiſtit in genere, & ſic negatur maior, & conceditur minor.

¶ Dico ſecundò maiorem eſſe falſam in forma, quæ eſt ſuum eſſe non enim eſt inconueniens terminum præexiſtere viæ metaphoricè dictæ.

¶ Ad primam probationem negatur opinio Commen. de dimenſionibus, quia in generatione fit reſolutio vſque ad materiam primam. Et præterea dimenſiones non ſunt ſuum eſſe

¶ Ad ſecundam negatur antecedens. immo non poteſt dari alius formalis terminus nutritionis niſi anima. cum nulla alia forma ſubſtantialis ſit in nutrito.

¶ Ad tertiam eodem modo negatur antecedens.

*Reſurrectio non erit generatio.*

¶ Dico tamen, quòd reſurrectio non erit generatio, tum quia genitum, præfuit reſurrectioni, tum quia non ſequetur aliquam alterationem diſpoſitiuam materiæ ad ſuſceptionem animæ.

¶ Ad quartam dico ſimiliter, quod in il-

Digitized by Google

illo caſu anima eſſet formalis terminus creationis materiæ,inquantum eſſet formalis terminus compoſiti reſultantis ex materia nouiter creata , & ex forma prius exiſtente , eadem enim productio terminaretur ad materiam & ad compoſitum.

Tertiò:eſſentia eſt principium generationis,ergo diſtinguitur à termino formali generationis ipſius geniti.

Reſpondeo. negatur conſequentia de principio quo nō enim oportet principium quo & id quod eſt à principio , realiter diſtingui.

¶ *S*imilia argumenta facit Durandus & Aureolus & Greg.quæ ex dictis apertè ſoluta ſunt.

*Concluſio IV.* Eſſentia diuina non eſt genita & per ſe nec per accidēs.probatur ſic,id quod eſt idē numero in generāte,& in genito,nullo modo generatur.ſed eſsentia diuina eſt huiuſmodi. ergo.

*Petrus Ioannes: Sufficit diſtinctio rationis ad verificandū contradictoria licet nō omnes.*

Contra arguit Petrus Ioannes , primo.ſi eſſentia non generat, ſed pater & eſſentia non generatur,ſed filius: ſequitur quod prædicata realia, ſcilicet generari,& non generari verificentur de eodem,ſcilicet de eſſentia,& de filio , ſed hoc eſt impoſſibile.ergo.

Reſpondeo.negatur minor, quia ſufficit diſtinctio rationis ad hoc , quod contradictoria de eodem verificentur. Dico tamen,quòd non omnis diſtinctio rationis ſufficit.nam diſtinctio rationis habet gradus Aliqua enim ita diſtinguūtur ratione,quòd nullam ſupponunt diſtinctionem realem, verbi gratia, dum aliquid refertur ad ſeipſū, diſtinguiturq́ à ſeipſa ratione,nulla diſtinctione reali prę intellecta. Alia eſt diſtinctio rationis,quę præſupponit diſtinctionem realem ſicut eſt diſtinctio generis & ſpeciei.

Dico quòd contradictoria realia poſſint verificari de diſtinctis ratione. ſecūdo modo, maximè quando talia diſtincta ratione ſic ſe habēt in re,quòd vnum eſt commune ſecundum rem & eſt idem pluribus, reliquum autem non eſt commune. ſed eſt diſtinctum à quibuslibet ſub illo communi contentis in huiuſmodi eſt pater & eſſentia,& ſimiliter filius, & eſſentia,& proptærea hoc de patre verificetur generare,& de filio generari , non autem de eſſentia.

Secundo.filius eſt eſſentia genita , ergo eſſentia generatur. conſequentia patet,antecedens probatur , filius eſt ſapientia genita,ergo eſt eſſentia genita , & confirmatur, quia Auguſt.7 & 15. de tri.dixit quòn filius eſt eſſentia de eſſentia,& Ricar.6.de trini.dicit expreſſe cōtra Magiſtrum ſentētiarū, quòd eſſentia in filio eſt genita.

¶ Reſpondeo. negatur antecedens. Ad probationem negatur etiam antecedens 1.diſt.n 5 quæſtio.1 arti.2.quia actiones ſunt ſuppoſitorum,eſſentia autem,& ſapientia non ſignificantur per modum ſuppoſiti.

Ad confirmationem Augu. intelligit eſſentiam eſſe de eſſentia non quidem generatam ſed communicatam , & in hoc maior eſt authoritas magiſtri quam cuiuſcunque Sancti,quia confirmata eſt per eccleſiam:

Contra eandem arguunt alij. Argumenta , quę ſequuntur ſunt Olchot.1, diſtin.4,art.1. Omnis filius fuit vel eſt genitus , eſſentia diuina eſt filius. ergo fuit vel eſt genita. conſequentia eſt bona,& præmiſſæ veræ.ergo.

¶ Reſpondeo.negatur conſequētia, quia eſt fallacia figuræ dictionis, cum varietur modus predicandi. nam in maiori eſt prædicatio formalis, cum eſſe genitum formaliter dicatur de filio, & repugnet aliquid eſſe filium, & non eſſe genitum,minor vero eſt identica & non formalis, licet enim diuina eſſentia ſit idem filio non tamen formaliter dicitur de eo cum aliquis ſit filius qui non eſt ſua eſſentia,

*Quæ variatio modi prædicando , fallaciam efficiat.*

¶ Sciendum eſt,quod non omnis variatio modi prædicandi facit fallaciam. alioquin hic eſſet fallacia.omne animal eſt album. omnis homo eſt animal. ergo,ſed ſit iſta fallacia, quando mutatur quid in ad aliquid,& econtra, & quando id quod prædicatur de terminis vnius prædicamenti inquantum huiuſmodi,concluditur prædicari de terminis alterius prædicamēti,ex hoc quod prædicatur de terminis illius prędicamenti.In propoſito generari dicitur tantum de relatiuis vel implicantibus relationem , ſicut eſt perſona, Deus Filius , nam Deus implicat relatiuum.1 diſtinction. 5.quæſtion.2.articul.1.ad 2. & hoc quia relatiua ſunt diſtincta, & ideo ſi ex hoc quod dicitur de relatiuis volumus concludere , quod dicatur de abſolutis quæ non ſunt diſtincta , erit fallacia figuræ dictionis, ſecundo negatur

tur

Digitized by Google

tur illa conſequentia, quia eſt etiam fallacia accidentis, de potent. quæſt. 8. ar. 2. ad ſextum, quia licet in Deo non ſit accidens. accidit tamen eſſentiæ, vt eſſentia eſt, quòd ſit filius, cum multę ſint eſſentiæ, quæ non ſunt filius, & econtra, & ideò ſignificari ex hoc quod dicitur de filio inquantum eſt diſtinctus ab eſſentia, volumus concludere quòd dicat de eſſentia, erit fallacia accidentis.

Secundo arguitur. Eſſentia eſt filius genitus: ergo eſſentia eſt genita, antecedens patet, conſequentia probatur. A prædicato coniuncto ad quamlibet eius partem, niſi vna ſit diſtrahens, vel diminuens, alia eſt bona conſequentia, ſed hic arguitur hoc modo: ergo.

¶ Reſpondeo, negatur conſequentia. Ad regulã dico, quòd non tenet niſi quęlibet pars coniuncti poſſit per ſe ſeparatim prædicari de omni eo, de quo prædicatur totum coniunctum, quod non eſt in propoſito, quia iſta pars illius coniũcti, quæ eſt generata, ſi per ſe accipiatur non dicitur de eſſentia.

Tertiò, eſſentia eſt filius genitus ergo eſt hic filius genitus, demonſtrato filio, tunc vltra eſſentia eſt hic filius genitus: ergo eſt genita, tenet conſequentia ab inferiori ad ſuum ſuperius affirmatiuè.

¶ Reſpondeo, negatur ſecunda conſequentia, nec valet ab inferiori ad ſuũ ſuperius niſi illud ſuperius prædicetur de omni eo, de quo prædicatur inferius, quòd non eſt in propoſito, quia non omne quod eſt hoc genitum eſt generatum.

Quartò, eſſentia eſt Flius Patris: ergo pater eſſentiæ, & ſic eſſentia eſt genita.

¶ Reſpondeo quòd S. Doct. ſoluit ſimile argumentum 1. diſtinct. 5. artic. 1. ad 3. pro cuius notitia præmitto, quòd nomina ſubſtantiua ſignificant non tantũ formam, ſed etiã ſuppoſitum formã, & ideò poſſunt prædicari pro vtroq; quãdo prædicantur ratione ſuppoſiti eſt prędicatio per identitatem, quando ratione forme eſt prædicatio formalis. Adiectiua verò ſignificant tantum formam, & ideo prædicantur tantum formaliter.

Dico ergo quòd ſi ly filius accipiatur adiectiuè, negatur antecedens, ſi ſubſtantiuè, conceditur antecedens, & negatur conſequentia, ſed debet ſic inferri: ergo Pater eſt Pater Filij, qui eſt eſſentia.

Quintò hoc generatur demonſtrando filium, & hoc eſt eſſentia: ergo eſſentia generatur tenet conſequentia expoſitoriè.

¶ Reſpondet Capreolus, negando cõſequentiam, quia eſt fallacia accidentis cum maior ſit formalis, & minor identica.

Olchot dicit, non eſſe ſyllogiſmum expoſitorium, quando demonſtratur res, quę eſt tres: eſſentia autem eſt tres perſonæ.

Addo autem tertiam ſolutionem, quod in ſyllogiſmo expoſitorio oportet à qualibet præmiſſarum poſſe ſyllogizari ad vnam de omni, quòd non poteſt fieri in diuinis, & propter hoc non poteſt ibi argui expoſitoriè, nam licet iſta ſit vera, filius generatur, tamen vna de omni ſibi correſpondens non eſt vera, ſcilicet iſta, quidquid eſt filius, generatur, per hoc ſoluuntur omnia ſimilia argumenta, non enim ſequitur, eſſentia eſt pater, eſſentia eſt filius, ergo filius eſt pater, quia non omne quod eſt eſſentia, eſt pater. *Nota aliquando Paulum addere ad ſolutiones Capreoli, vt hic.*

*Concluſio V.* eſt: Eſſentia non ſe habet in diuina generatione ſicut materia, licet habeat vnam de conditionibus materiæ; prima pars patet ex ſe, ſecunda probatur præſenti diſtinctione quæſt. 2. articul. 1. id quod manet in genito, habet vnam de conditionibus materiæ, ſed eſſentia eſt huiuſmodi: ergo.

Contra arguunt Durandus, & Henricus† primò, id de quo aliquid generatur habet rationem materiæ, ſed filius generatur de ſubſtantia patris, vt dicit Auguſtinus contra Maximũ lib. 2. ergo eſſentia habet rationem materiæ. *Durandus hic diſtinct. 5. & Hẽric.*

Reſpondeo dico primo, quod Maximus concedebat filium eſſe à patre, non tamen volebat quòd eſſet eiuſdem ſubſtantiæ cum patre.

Contra quem arguit Auguſtin. dicens, filius non eſt de nihilo: ergo de aliquo, non niſi de ſubſtãtia patris: ergo eſt eiuſdem ſubſtantiæ cum patre, tenet conſequentia, quia ly, de primo importat diſtinctionem, vnde non dicimus ferrum eſſe de ferro. Secundo importat conſubſtantialitatẽ, vnde non dicimus creaturam eſſe de Deo. Tertiò importat rationem principij, vnde non dicimus patrem eſſe de ſubſtantia filij, ſequitur ergo ſi filius eſt de ſubſtãtia patris, quòd ipſe ſit principium filij, & diſtinctus à filio, conſubſtantialis ei.

¶ Secundò negatur maior, quia ratio



Digitized by Google

materiæ non conſiſtit in hoc, quòd de ipſa aliquid fiat, licet iſta ſit vna de conditionibus eius, ſed ratio materiæ eſt eſſe potentiam puram.

Secundò, in patre eſt potentia actiua, qua generat, ergo in filio eſt potentia paſſiua, qua generatur, & per conſequens materia.

¶ Reſpondeo primo negatur antecedens, quia potentia Dei, nec eſt actiua, nec paſſiua, de potent. quæſtio 2. artic. 1. ſecundò negatur conſequentia, quia eodem modo eſt potentia, qua pater generat, & qua filius generatur.

Tertiò ſi ignis generaret alium ignem de ſua propria materia, clarum eſt, quod illa materia ſe haberet per modum paſſiui: ergo cum pater generat filium de ſua ſubſtãtia, ſequitur quòd habeat modum paſſiui.

¶ Reſpondeo, negatur conſequentia, quia ille ignis daret igni genito tantum partem ſuæ entitatis, quæ eſſet actuabilis per formam, quod non eſt in propoſito.

Multa huiuſmodi argumenta faciunt, quæ facilia ſunt, quia concludunt eſſentiam diuinam habere aliquam de conditionibus materiæ, ſed non probant, quòd habeat rationem materiæ, &c.

*Additio quæ eſt ſolutio argumentorum recentiorum per M. Mauritium de Gregorio*

*In hac 5. diſt. cõfutãtur, & vn q. hereſes dãnatæ, vt in noſtro Comment. in text. Magiſtri, & confutantur etiam hæreſes, quæ ſunt in Abecedario, & in Ethimologijs hæreſum, & confutantur ſimilitèr Idolatriæ, vt in Abecedario Idolorum in principio vide ibi lit. G. Et etiã confutantur falſæ Theologiæ Fænicum, Egyptiorũ, Græcorum, Atlanticorum, Frigiorum, Gentium, &c. ab Euſebio in primo, ſecundo, tertio, & quarto de præparatione Euangelica contra Theologiam fabuloſam Poetarum antiquorum.*

*Loca ſoluẽtia argumẽta aduerſariorum, Magiſtri Mauritij vltra commentaria textuũ loca contra hæreſes, &c.*

*Ex concluſionibus, probationibus, & ſolutionibus argumentorum ſoluũtur argumenta Vulpes, & aliorum recentiorum facile, vt facit Ariſtot. ad argumenta Antiquorum quod veritatis cognitio dubiorum eſt ſolutio, & cum Cardinali Bellarmino dicente in libro de Scriptoribus Eccleſiaſticis de Ioanne Capræolo, quòd Io. Capreolus ſit defenſor Egregius Sancti Thomæ, & optimè diſſoluit omnia argumenta aduerſariorum: dicunt verba formalia Bellarmini, ergò ſi optimè diſſoluit per Bellarminum ſunt ſoluta argumenta cum his doctrinis hìc: Sicut ſoluit Ariſtotelis cõtra antiquos dicendo in 4. de Cœlo veritatis cognitio, dubiorum eſt reſolutio.*

*Reſpondetur ſecundo cum Cardinali Sarnano Franciſcano doctiſſimo, cum quinta concordantia, ſimiliter cum eadem concordantia Bonæherbæ.*

*Argumenta verò Vaſquez, Valentiæ, Molinæ, Suarez, &c. quia colliguntur, & ſoluuntur, clarè, diſtinctè, & breuitèr à Ripa, à Nazario, à Conſales, à Nauarretto, à Zenardo, clarè, & diſtinctè præcipue à Montagnolo, in prima parte D. Thom. quæſt. 17. de proceſſione Diuinarum Perſonarum.*

## DISTINCTIO. VI.

### *Quæſtio prima.*

MAgiſter in diſtinctione ſexta agit de principio generationis diuinæ. Circa quod quæritur vtrum pater genuit filium natura.

Pro quæſtione, hæc eſt prima concluſio. Eſſentia diuina eſt principium quo omnium actuum diuinorum. Hanc ſic probat S Doct. præſenti diſtinct. articul. 1. & 3. Omnis actus conueniens diuinæ perſonæ, aut conuenit ei ratione reſolutionis, aut ratione eſſentiæ, ſed nullus conuenit ei ratione relationis: cum relatio non ſit principiũ actus, vt dicitur 5. phyſic. † ergo quilibet conuenit ei ratione eſſentiæ. *† text. 10.*

Contra arguit Gregor. primo omne principium generationis eſt realiter diſtinctum à generatione, & à genito, ſed eſſentia non eſt diſtincta à generatione, nec à filio: ergo non eſt principium eius, minor patet, maior eſt philoſophi 1. phy. † & commen. com. 8. *Greg. hic.*

*† Tex. 8.*

*Omnis actus diuinus referendus eſt attributo ſibi conuenienti.*

Reſpondeo, primo dico pro declaratione concluſionis, quòd cum in diuina eſſentia ſint multa attributa, quæ ſunt idem realiter oportet quemlibet actum refer-

referre ad illud attributum quod requirit conditio actus, verbi gratia intelligere refertur ad diuinam eſſentiam inquantum eſt intellectus, & velle refertur ad eandem, inquantum ipſa eſt voluntas.

Ex quo ſequitur, quòd licet eſſentia ſit principium omnium actuum, tamen eſſentia ſub ratione eſſentiæ non eſt principium alicuius actus, niſi ipſius eſſe, ſi enim eſſentia, vt eſſentia eſſet principiū alterius actus, quàm ipſius eſſe, ſequitur quòd quælibet eſſentia eſſet etiam principium alterius actus, quam ipſius eſſe, quia quod conuenit alicui inquātum eſt tale conuenit omni tali.

¶ Dico ſecundò, quòd filius in diuinis poteſt dupliciter conſiderari. Primò inquantum eſt verbum, & ſic principium eius eſt eſſentia, vt induit rationem intellectus, vel memoriæ. Secundò poteſt conſiderari inquantum filius, & ſic principium eius eſt eſſentia, vt induit rationem naturæ, nam de ratione filij eſt, quod producantur in ſimilitudinem generantis, & ideò oportet, quòd principiū eius ſit natura, quæ eſt vis ex ſimilibus ſimilia procreans. Similiter eſſentia, vt induit rationem voluntatis naturalis, quæ eſt determinatiua ad vnum eſt principium ſpirationis Spiritus Sancti, & vt induit rationem voluntatis, & liberè ſe habētis ad oppoſita, eſt principium productionis creaturarum.

¶ Dico tertiò ad argumentum, quòd principium eſt duplex. Aliquod eſt principium quod, & ſic concedo totum, & de hoc loquitur philoſophus, & Com. ſed non eſt contra nos. Aliud eſt principium quo, & de tali negatur maior, ſed ſufficit, quòd principium quo, diſtinguatur ratione ab eo, cuius eſt principium.

Contra, ſi ad rationem principij quo, non requiritur diſtinctio realis, ſequitur quòd eſſentia poſſit eſſe principium ſui, & quòd filius poſſit eſſe principium generationis, hoc eſt falſum: ergo conſequētia probatur, quia eſſentia diſtinguitur à ſe ratione, & ſimilitèr filius à generatione.

Reſpondeo, negatur prima conſequētia, quia eſſentia non diſtinguitur à ſe ratione, huic reſponſioni addo quòd vbicunque eſt principium quo, eſt etiam principium quod, principium autē quod ſemper diſtinguitur realiter ab eo, cuius eſt principium, & per conſequens ſi eſſentia eſſet principium ſui, oporteret eſſe aliquid à quo ipſa diſtingueretur realiter, negatur etiam ſecunda conſequentia, quia eſſentia ſe habet ad patrem, vt forma conſtitutiua in eſſe diuino, filius autem reſpectu nullius ſe habet, vt forma, ideò nullius actus poteſt eſſe principium quo. Duo enim requiruntur ad primum quo, primo quòd ſe habeat, vt forma, ſecundò quod non ſit forma indiuidualis, ſed potius natura communicata ipſi genito, & propter hoc paternitas non eſt principium generationis.

*Duo requiruntur ad principium quo, quòd ſe habeat vt forma, & communicata.*

Secundò, omne principium dicitur relatiue ad id, cuius eſt principium, ſed eſſentia diuina non dicitur relatiue ad generationem: ergo non eſt eius principiū.

¶ Reſpondeo, negatur maior, loquendo de principio quo, & de relatione reali, quia ad relationem realem requiritur realis diſt. principium autem quo non oportet realiter diſtingui ab eo, cuius eſt principium, vt dictum eſt.

Contra. Quicquid eſt principium realiter, refertur realitèr, ſed diuina eſſentia ſic eſt principium, eſt principium realitèr: ergo oportet quòd referatur realitèr, quod eſt impoſſibile.

Reſpondeo, negatur maior, nam aliquid quod eſt realiter principium, non habet relationem in ſe, ſed tamen non poteſt concipi, vt principium niſi relatiuè ſine intellectu comparante ipſum ad id, cuius eſt principium, quamuis illa relatio non ſit in re, ſed tantum in modo concipiendi. Similitèr eſt de hoc nomine dominus, creator, & huiuſmodi, quæ difficultas ad plenū tāgitur infra diſt. 30.

Tertiò. Id in quo eſt principium productionis quo, non producit primo ſeipſo, ſed primo producit per illud principium, ſed pater primo ſeipſo producit, alioquin produceret per aliquid ſui, & per conſequens haberet aliam, & aliam entitatem: ergo in patre non eſt principium quo generationis.

Reſpondeo, negatur minor, non quòd pater producat aliqua parte ſuæ entitatis, & modo tota ſua entitate, ſed quia producit aliquo quod eſt ipſe, ſcilicet natura diuina, & non quolibet quod eſt ipſe, non enim producit relatione.

Quartò, Omne principium quo producens producit eſt cauſa formalis ipſius producentis, ſed diuina eſſentia non eſt cauſa formalis patris ergo, &c.

Reſpondeo negatur maior, ſed conceditur quòd principium quo produ-

cens producit eſt forma producentis nõ tamen cauſa formalis, vnde Deitas eſt forma: qua pater eſt Deus: licet ab eo nõ diſtinguatur, non enim oportet ſemper formam diſtingui realiter ab eo, cuius eſt forma, vt dicit S. D. 1. q. 39. art. 2. ad 5.

Quintò. Si aliqua forma ſimplex: puta albedo; per ſe ſubſiſteret ſine ſubiecto, & ageret; in ipſa non poneretur aliquod principium quo, ergo nec in Deo eſt principium quo productionis, tenet conſequentia quia Deus eſt ita ſimplex ſicut illa forma.

¶ Reſpondeo, negatur conſequentia, nec probatio concludit, quia hoc non contingit propter ſimplicitatẽ, ſed quia in tali accidente ſeparato non eſſet aſſignare plura differentia ſecundum rationem quorum vnum eſſet ſibi ratione agendi, & non aliud.

Sextò, productio filij non eſt eſſentialis, ergo nec eſt naturalis, antecedens patet, quia non conuenit omnibus perſonis; conſequentia probatur quia eſſentia, & natura ſunt idem.

Reſpondeo, negatur conſequentia. Ad probationẽ dico quòd licet ſint idem; tamen natura addit ad eſſentiam rationem principij productiui.

*Natura ſuper addit eſſentiæ rationem principij.*

*Concluſio II.* Spiritus Sanctus procedit naturaliter à patre. Hanc ſic probat de potentia. q. 10. artic. 2. ad 4. Illud procedit naturaliter, quod habet naturalem habitudinem ad principium productiuum; ita quòd non poteſt ab eo non procedere, ſed Spiritus Sanctus eſt huiuſmodi, ergo.

*Concluſio III.* Spiritus Sanctus non procedit per modũ naturæ, ſed per modum voluntatis. Hanc probat vbi ſupra ad 11. & præſuppono primo, quòd proceſſio per modum voluntatis, & per modum naturæ differt in tribus. Primò, quia proceſſio, quæ eſt per modum naturæ non præſupponit aliam proceſſionem, proceſſio autem per modum voluntatis neceſſariò præexigit aliam, ſcilicet proceſſionem intellectus: cùm voluntas feratur tantum in bonum cognitũ, & propter hoc proceſſio intellectus, quia non præſupponit aliam dicitur eſſe per modum naturæ. Secundò quia id quod procedit per modum naturæ habet ex vi ſuæ proceſſionis: quòd ſit ſimile intellectui in actu per ſpeciem intelligibilem. Quod autem procedit per modum voluntatis licet aliquando ſit ſimile producenti non tamen habet ex vi ſuæ proceſſionis hoc, amor enim non eſt ſimilitudo voluntatis, nec rei volitæ. Tertiò quia proceſſio per modum voluntatis poteſt eſſe æquè immediatè à duobus, & neceſſariò exigere duo ſuppoſita, vt patet de perfectiſſimo amore, qui eſt amor amicitiæ, quamuis enim non quilibet amor requirat duo ſuppoſita, tamen amor amicitiæ hoc requirit. id autem quod procedit per modum naturæ tex. 51.
non eſt æquè immediatè à duobus perfectis agentibus, natura enim eſt determinata ad vnum, vt dicitur 2. phyſi. † ita quòd vna cauſa habet vnum principalem effectum: re vel ratione, & ſi habeat plures, hoc erit propter diuerſitatem ſuſcipientium. Similiter vnus effectus eſt tantum ab vna cauſa, & ſi ſit à pluribus, hoc eſt inquantum illa gerunt vicem vnius perfecti agentis: licet enim idem effectus ſit à cauſa vniuerſali, & particulare agens eſt immediatius immediatione ſuppoſiti, & vniuerſale eſt immediatius immediatione virtutis, vt dicitur prima, quæſtio. 36. art. 3.

*Proceſſio per modum naturæ differt à proceſſione per modũ voluntatis in tribus in ſuppoſito, in producto, & in producente principio.*

Ex his probatur concluſio. Id quod præexigit aliam proceſſionem, & quod ex vi ſuæ proceſſionis non habet, vt ſit ſimile producenti, & quod eſt immediatè à duobus, quorum quolibet eſt perfectum, non procedit per modum naturæ, ſed per modum voluntatis, ſed ſpiritus Sanctus eſt huiuſmodi, cum procedat, vt amor amicitiæ, ergo.

Contra arguit Aureo. Si Spiritus Sanctus ideò procedit, vt amor: quia eius proceſſio præexigit proceſſionem intellectus: ſequitur quòd ita poſſit procedere vt odiũ ſicut vt amor. hoc eſt falſum, ergo conſequentia patet. quia etiã proceſſio odij præexigit proceſſionem intellectus.

Reſpondeo, negatur conſequentia: quia nõ habet quòd procedat vt amor ex hoc, quod ſua proceſſio præexigit proceſſionem intellectus: licet ad hoc habeat, quod eius proceſſio ſit ſecunda proceſſio. ſed quod procedat vt amor perfectiſſimus, habet inquantum eſt à duobus vniformiter, & cõcorditer producentibus, odium autem non habet vnire nec eſt de ratione eius vniformis concurſus odientis. poſſum enim perfectè odire aliquẽ qui tamen me odio non habebit.

*Concluſio IIII.* Spiritus Sanctus pro-

Digitized by Google

procedit liberè. Iſtam concluſionem ponit S.D. vbi ſuprà, ad quintum. & declarabitur reſpondeo ad argumentum Scoti, qui contra eum arguit ſic: Spiritus Sanctus procedit per te naturaliter. ergo non procedit liberè. tenet conſequẽtia, quia procedere liberè & procedere naturaliter ſunt modi oppoſiti. ergo non poſſunt eidem conuenire.

¶ Reſpondeo. Primo dico quòd voluntas: & eſt natura quædam, & eſt voluntas vt eſt natura, producit aliquos actus neceſſariò, vt voluntas, producit non neceſſariò.

¶ Dico ſecundò, quòd libertas accipitur dupliciter. Vno modo, vt opponitur naturali neceſſitati, & talis libertas eſt libertas indifferẽtiæ ad agere & non agere, loquendo ergo de tali libertate concedo, quòd Spiritus ſanctus nõ producitur liberè. Alio modo accipitur libertas, vt opponitur coactioni, vt dicatur omne illud produci liberè, cuius productio non eſt coacta: ſed complacet, & ſic negatur conſequentia. Ad probationem dico, quòd licet producere liberè primo modo opponatur neceſſitati, non tamen producere liberè ſecundo modo opponitur ei.

¶ Et per hoc ſoluuntur multa argumenta Scoti, & Aureoli in hac materia, & in alijs.

*Concluſio V.* In patre non eſt voluntas præcedens etiam ſecundum intellectum reſpectu generationis filij. Hanc ſic probat de potentia. quæſt. 2. art. 1. ad 2. voluntas præcedens tempore non eſt in Deo niſi reſpectu creaturarum: & volũtas præcedens ratione non eſt niſi reſpectu actuum æternorum: qui ſignificantur ad creaturas terminari, vt eſt prædiſtinatio, & huiuſmodi: ſed generatio filij non eſt creatura nec ad creaturam terminatur, ergo.

Contra arguit Sco. primo, pater eſt prior filio, ergo in illo priori habet velle reſpectu generationis filij, & ſpirationis Spiritus ſancti: conſequentia patet, tum quia pater nihil expectat à filio, tum quia in illo priori pater cum ſit perfectè beatus, habet perfectum velle, antecedens probatur dupliciter. Primò omne producens eſt prius producto, ergo pater eſt prior filio, tenet conſequentia: quia pater producit filium, antecedens eſt Aug. dicentis li. de immortalitate animæ. c. 3. quòd nulla res ſe facit aut gignit: alioquin eſſet prius quam eſſet. Iſta autem conſequentia Aug. nihil valeret niſi gignens eſſet prius genito. Secundò probatur idem antecedens, quia philoſophus. 12. † & Comment. com. 16. dicitur cauſam efficientem in hoc differre à formali, quòd efficiens ſemper eſt prius facto, cum vero formalis non. *Text. 15.*

Reſpondeo, negatur antecedens, nam vna perſona Diuina non eſt prior alia, quantum ad abſoluta: cum omne abſolutum vnius perſonæ ſit idem numero omnium perſonarum, nihil autem eſt prius ſeipſo, non eſt etiam vna perſona prior alia, quantum ad relationem, quia relatiua ſunt ſimul natura. Ad primam probationem negatur antecedens, nec valet eius prima probatio, quia Augu. non loquitur de producente, ſed de faciente, omne autem faciens producit aliud de non eſſe in eſſe, & per conſequens habet prius eſſe, vel tempore, vel natura quàm ſuum productum, pater autem non producit hoc modo filium de non eſſe in eſſe: cum filius non vt ens potentiale. Similiter non poteſt intelligi quòd aliquid gignat ſe per communicationem eiuſdem naturæ alteri ſuppoſito ſicut eſt in Diuinis, vbi producens communicat. producto eandem numero naturam, & eſſe: quia communicatio non ſit eiuſdem à ſe oportet, ergo, quod talis gignitio ſic intelligatur, quòd idem à ſeipſo prius non ens exeat in eſſe, & ſic producat ſe de non eſſe ad eſſe. Ad ſecundam probationem eiuſdem antecedentis, dico, quod philoſophus loquitur de cauſis efficientibus, pater autem non eſt cauſa efficiens filij, cum non diſtinguatur ab eo eſſentialiter.

*Perſona diuina non eſt prior alia quoad abſoluta; nec quò ad relatiua.*

Secundò principaliter arguitur. Omne producens præintelligitur productioni, & termino productionis, ſed filius eſt terminus productionis paternæ, ergo pater eſt prior filio ſaltem ſecundum rationem.

Reſpondeo, quod pater poteſt dupliter conſiderari. Vno modo ſub propria ratione ſuæ perſonalitatis, ſcilicet inquantum eſt pater, & hoc modo nec natura in intellectu eſt prior filio. Poteſt alio modo aliter conſiderari in communi, vt eſt quoddam ſuppoſitum Diuinum, & ſic præintelligitur filio: modo enim poſſumus intelligere filium ſub propria ratione, niſi intelligendo filiatio-

tio-

tionem: nec filiationem niſi præconcipiendo generationem, in qua fundatur: nec generationem, niſi præintelligendo ſuppoſitum, à quo fluat, illud autem eſt pater.

Contra, ex hac reſponſione ſequitur propoſitum, nam ſi oportet præintelligere ſuppoſitum generans ipſi generationi: tunc oportet præintelligere ipſum velle generare, antequam generet: quia in quacunque menſura intelligitur pater debet intelligi volens generare, & ſi generatio præintelligitur filio, oportet quod præintelligatur velle generare, antequam intelligatur generare.

¶ Reſpondeo, primo, quod ex natura rei nullum eſt ſignum, in quo pater ſit prior filio: vel in quo prius velit generare, quàm generet.

¶ Dico ſecundò, quod nec pater eſt prior, filio ſecundum intellectum iſto modo, quod in ſe habeat aliquid, vnde prius natura debeat intelligi quam filius nec habet in ſe vnde prius debeat intelligi velle generare, quàm generet.

¶ Dico tertiò, quod ex parte intellectus verum eſt, quod oportet nos præcōcipere generationem relationi, & ſuppoſitum generationi.

¶ Dico quartò, licet præintelligamus ſuppoſitum generationi, non tamen oportet præintelligere illud ſuppoſitum actu velle, antequam intelligamus generationem ab ipſo profluere.

¶ Dico quintò, quod licet præintelligeremus volitionem generationis ipſi generationi poſitæ in actu: tamen res nō habet, quod ita debeat intelligi, ſed hoc eſſet ex imperfectione intellectus noſtri: qui Deum nequit cognoſcere, niſi per ſimilitudinem terrenorum.

Tertiò arguit. Habitudo naturæ ad ſuppoſitum eſt prior habitudine eius ac actum ſecundum: quia prima habitudo pertinet ad eſſe, & ſecunda ad agere, eſſe autem præcedit agere, ergo natura diuina prius habet eſſe in ſuppoſito paterno, quàm ſit principium generationis filij, & per conſequens pater eſt prius quàm generat, & ſic eſt prior filio.

Negatur antecedens vbi natura, & ſuppoſitum naturæ eſt idem realiter, & actio ſuppoſiti, & relatio in actione fundata ſicut eſt in diuinis.

*In hac 6. diſtinctio. confutantur, & vnico hæreſes damnatæ, vt in noſtr o Cōmētario in tex. Magiſtri, & cōfutātur et hæreſes, quæ ſunt in Abecedario, & in Ethimologijs hæreſum, & confutantur ſimilitèr Idolatriæ, vt in Abecedario Idolorum in principio vide ibi. Littera G. Et etiam confutantur falſæ Theologiæ Fænicum, Egyptiorum, Græcorum, Atlanticorum, Frigiorum, Gentium, &c. ab Euſebio in primo, ſecundo, tertio, & quarto de præparatione Euangelica contra Theologiam fabuloſam Poetarum antiquorum.*

Additio quæ eſt ſolutio argumentorum recentiorum per M. Mauritium de Gregorio.

*Ex concluſionibus, probationibus & ſolutionibus argumentorum ſoluuntur argumenta Vulpes, & aliorum recentiorum facile, vt facit Ariſtot. ad argumenta Antiquorum, quod veritatis cognitio dubiorum eſt ſolutio, & cum Cardinali Bellarmino dicente in libro de Scriptoribus Eccleſiaſticis de Ioanne Capræolo, quòd Io. Capreolus ſit defenſor Egregius Sancti Thomæ, & optimè diſſoluit omnia argumenta aduerſariorum: dicunt verba formalia Bellarmini, ergò ſi optime diſſoluit per Bellarminum ſunt ſoluta argumenta cum his doctrinis hic; Sicut ſoluit Ariſtotelis contra antiquos dicendo in 3. de Cœlo veritatis cognitio, dubiorum eſt reſolutio.*

Loca ſoluentia argumēta aduerſariorum Magiſtri Maurij vltra commentaria textus & loca contra hæreſes, &c.

*Reſp. ſecundo cum Cardinali Sarnano Franciſcano doctiſſimo, cum ſexta concordātia ſimiliter cum quinta concordātia Bonæberbæ.*

*Argumenta verò Vaſquez, Valentiæ, Molinæ, Suarez, &, &c. quia colliguntur, & ſoluuntur, clarè diſtinctè & breuitèr à Ripa, à Nazario, à Conſales, à Nauarretto, à Zenardo clarè, & diſtinctè, præcipuè à Montagno. p. p. q. 17. de proceſſione diuinarum perſonarum.*

*Reſp. quarto cum Dezza in 1. volum. nouarum defenſionum S. Th.*

## DISTINCTIO VII.

### *Quæſtio 1.*

IN diſtin. 7. Quæritur primò, vtrum in patre ſit aliqua potentia reſpectu generationis æternæ.

PRO quæſtione hæc eſt prima concluſio. Generās in diuinis habet potentiam generandi, & ſpirans habet potentiam ſpirandi. Hāc ſic probat. 1. quæſt. 41. art. 4. de poten. quæſt. 2. art. 1. Et præſenti diſtin. ar. 1. An quodcunque eſt principium agendi in eo eſt potentia, vt patet. 5. met. † ſed in gene- Text. 1 L.

Digitized by Google

generante eſt principium quo generat & in ſpirante, quo ſpirat, ergo.

*Aureo. hic. q. 1.*

Contra arguit Aureo. † primo. Omnis actus reſpectu cuius eſt potentia productiua eſt eliciendus, & per conſequens diſtinctus à tali potentia: & egreditur à tali potentia, nec manet in ea: ſed actus generandi, & ſpirandi in Diuinis non diſtinguntur ab his, quorum ſunt, & manent in eis, ergo reſpectu eorum non eſt potentia productiua.

Confirmatur, quia philoſophus. 12. met. & Comment. com. 30. dicit, quod actio eterna eſt puta: ideo non habet potentiam.

¶ Reſpondeo, primo dico, vt dicit S. D. 1. quæſtio. 41. art. 4. ad 3. De ratione potentiæ, eſt quod ſit principium, de ratione principij eſt diſtinctio ab eo, cuius eſt principium, & propter hoc reſpectu eorum, qui ſecundum rem diſtincta ſunt, ponimus potentiam in diuinis, vnde quia eſt diſtinctus à creatura, ponimus in eo potentiam creatiuam: & quia vna perſona diuina eſt diſtincta ab alia, ideo ponimus in perſonis potentiam reſpectu illorum actuum, ſecũdum quos perſonæ procedunt: cuiuſmodi eſt generare, & ſpirare: quæ quidem potentia eſt ſecundum rem principium perſonæ productæ: illius autem actus quo perſona producitur eſt principium ſolum ſecundum noſtrum modum intelligendi, quæ intelligimus diuina per creaturas. Et quia in creaturis potentia non ſolum diſtinguitur à producto, ſed etiam ab ipſa productione: ideo alio conceptu intelligimus eſſentiam, vt eſt potentia, & alio vt eſt actio, & per conſequens, & alio, vt eſt actio, & per conſequens alio nomine nominatus.

*Ratio ponendi potentiã in diuinis.*

¶ Dico ſecundò, quod potentia generatiua, & ſpiratiua non eſt productiua ſiue elicitiua ipſius generationis, aut ſpirationis, ſed eſt productiua geniti, & ſpirati, licet ſit ratio illi generationi, & ſpirationi, quod attingant talem terminum, vel talem. Generatio enim eſt, qua pater formaliter generat, potentia generatiua eſt qua generat tanquam virtute generatiua.

¶ Dico tertiò, quòd non omnis actio egreditur extrà agentem, vt patet de operationibus immanentibus, quæ manent in agente.

Ex his patet ad argumentum, quòd maior eſt falſa pro vltima parte: & pro alijs ſupponit falſum, ſcilicet quod dicamus, potentiam generatiuam eſſe productiuam generationis.

Secundò poſſe eſſe patrem in diuinis non eſt poſſe alicuius potentiæ productiuæ etiam ſecundum rationem: alioquin pater poſſet produci in eſſe paterno, ergo nec poſſe generare, eſt alicuius potentiæ productiuæ, conſequentia patet, quia poſſe generare, & poſſe eſſe patrem, idem ſunt.

*Paternitas diuina tripliciter conſiderari poteſt, vt eſſentia, vt forma incommunicabilis & vt relatio.*

Reſpondeo, quod parernitas poteſt tripliciter cõſiderari, vt elicitur. 1. queſt. 40. art. 4. Et de potentia, quæſtio. 8. art. 3. Vno modo in quantum eſt diuina eſſentia: & ſic conſtituit Deum. Secundo, vt eſt quædam forma incommunicabilis: & ſic conſtituit hypoſtaſim. Tertio vt eſt relatio: & ſic conſtituit patrem in eſſe paterno. Paternitas primis duobus modis eſt prior ſecundum rationem quàm generare, cum enim operationes ſint ſuppoſitorũ, prius intelligitur ſuppoſitum eſſe conſtitutum quàm operari. Paternitas autem tertio modo accepta ſequitur ad ipſum generare, & ſuper ipſo fundatur, ex hoc enim, quod genuit, conſequitur in eo quidam reſpectus ad genitum.

¶ Dico ſecundò, quòd reſpectu paternitatis primo, & ſecundo modo acceptæ non eſt aliqua potentia ſecundum rem, nec ſecundum rationem: quia vt ſic ſignificatur per modum formæ ſuppoſiti totaliter producti, reſpectu vero paternitatis tertio modo acceptæ ponitur potentia ſecundum rationem, ſcilicet illamet quæ eſt reſpectu generare, quæ quidem potentia primò eſt reſpectu generare, cum ſignificetur, vt actio: conſequente, autem reſpectu paternitatis, vt eſt relatio: pater autem vt eſt hypoſtaſis nullo modo eſt producibilis, etiam ſecundum rationem.

Ad argumentum negatur antecedens accipiendo paternitatem, vt eſt relatio, & potentia productiua ſecundum rationem: ad probationem dico, quod pater producit ſecundum rationem in ſe paternitatem, & per conſequens ſe in eſſe paterno, cum producat generare ſecundum noſtrum modum intelligendi, ad quòd ſequitur paternitas, vt eſt relatio.

*Potentiã generãdi dicit eſſentiã in recto, & relationem in obliquo*

Tertiò omnem perfectionem ſimpliciter quam habet pater habet etiam filius, ſed potentia generandi eſt perfectio ſimpliciter, & eam non habet filius

lius; ergo nec pater.

Reſpondeo ad minorem, quod potẽtia generandi dicit duo, ſcilicet eſſentiã in recto, & relationem in obliquo, quãtum ad id quod dicit in recto eſt perfectio ſimpliciter, & vt ſic eſt in filio cum in eo ſit eſſentia, quantum ad id quod ſignificat in obliquo, ſcilicet relationem non eſt perfectio ſimpliciter cum relatio inquantum huiuſmodi nihil ponit.

¶Dico ſecundò, vt dicit S. Doct. prima parte quæſtio.42. artic.6. ad tertium. In omnibus ſimilibus argumẽtis eſt fallacia figuræ dictionis, cum mutetur quid in ad aliquid, arguendo à potentia ſimpliciter ad potentiam generandi. Idem eſt in iſto paralogiſmo. Nihil cuius negatio, non eſt, negatio potentiæ non eſt potentia, ſed negatio potentiæ generandi non eſt negatio potentiæ: ergo & ſimiliter in omnibus huiuſmodi argumentis.

¶Dico tertiò, quod cum dicitur in filio non eſſe potentiam generandi, non negatur ab eo aliqua potentia, ſed modus potentiæ, nam omnis potentia, quę eſt in patre eſt in filio, ſed cum alia, & alia relatione. Vnde quia in filio eſt relatio, ſcilicet filiatio oppoſita relationi, quæ includitur in potentia generandi, ſcilicet paternitati, ideo à filio negatur potentia generandi, nec hoc ſonat im potentiam filij, quia omne quod eſt pertinens ad rationem potentiæ ſimpliciter in hoc quod dico potentia generandi, totum illud conuenit filio, licet non conueniat ei modus habendi illam potentiam.

Dico quartò cum dixi nunc immediatè, quod paternitas includitur in ratione potentiæ generandi, ibi accipitur paternitas, vt eſt proprietas, & forma conſtitutiua hypoſtaſis, non autem, vt eſt relatio, quia vt ſic eſt poſterior ſermo ipſa potentia generandi, poſterius autẽ non eſt de ratione prioris. Item vnum non eſt ratio producendi aliud, vt dicitur primo phyſic. paternitas ad oppoſita filiationi ideo non eſt patri ratio producendi filium, & per conſequens non eſt de ratione potentiæ generaliter, quæ eſt productiua filij.

Quartò, ſi potentia generandi eſt in patre, aut ſignificat eſſentiam ſolam, aut relationem ſolam, aut vtrumque, non primum, quia terminus productus non eſt eſſentia, ſed proprietas, non ſecundum, quia vna relatio non eſt ratio producendi relationem oppoſitam, non tertium, quia cum productio, ſcilicet generare ſit ſimplex, oportet eius principium eſſe ſimplex, & per conſequens non includere plura.

Reſpõdeo, quod dicit eſſentiam, quia etiam formalis terminus generationis eſt eſſentia, licet productum ſit relatio ſubſiſtens dicit etiam relationem, vt eſt forma conſtitutiua, & ſic patet quod dicit eſſentiam, & relationem.

¶Ad improbationem negatur conſequentia, quia licet productio ſimplex requirat tantum vnum formale principiũ principaliter elicitiuum producti, alia tamen poſſunt concurrere, vt modi talis principij cuiuſmodi eſt in propoſito, nã paternitas non eſt productiua cum ſe habeat ad patrem, vt forma indiuidualis, ſed eſt modus potentiæ.

Quintò, pater, & filius non differunt niſi in generare, & generari: ergo ſi pater potentiam generandi habet, habebit eã, & filius, conſequentia patet, antecedens eſt Dama.

Reſpondeo, negatur conſequentia, quia ipſa generatio actiua eſt paternitas, quæ includitur in potentia generatiua, & ideò diſtinguitur etiam relationibus ex principio generationis, ſi diſtinguitur generatione.

*Concluſio II.* Paternitas, vt eſt relatio non eſt potentia generatiua, probatur. Omnis potentia generatiua eſt principium generationis, ſed paternitas, vt relatio, non eſt principium generationis cum ad eam ſequatur: ergò.

*Concluſio III.* Paternitas, vt eſt forma conſtitutiua patris in eſſe perſonali, non eſt potentia generatiua. Hanc probat prima, quæſt.1. artic.5. & de potentia, quæſtio 2. artic.2. Omnis potentia genarandi eſt formale principium generationis, ſed paternitas non eſt formale principium generationis: ergo, maior patet, minor probatur. Omne formale principium generationis communicatur genito, & per ipſum aſſimilatur genitum generãti maximè in generatione vniuocal, ſed pater non communicat filio paternitatem: ergo.

Contra arguit Bonauentura, & Garro primo. Sicut ſe habet eſſentia ad operationes eſſentiales, ſic proprietas ad operationem perſonalem, ſed eſſentia eſt principium eſſentialiũ operationum: Bonauentu ra.h.c.q.1.

num: ergo proprietas eſt principium operationis perſonale, ſed generare eſt operatio perſonalis ipſius patris: ergo paternitas qui eſt eius proprietas eſt eius principium.

Reſpondeo, dico primò quod forma ſpecifica eſt illa, quæ eſt principium arguendi, cum ipſa det eſſe ſimplicitèr, forma autem indiuidualis, cum non det eſſe ſimplicitèr, ſed determinet illud eſſe datum à forma ſpecifica, non eſt principium operationis, hoc enim non eſt dare eſſe ſimplicitèr, ſed ipſum eſſe datum a forma communi indiuiduare, licet operatio facta virtute naturę communis aliquem modum accipiat ex principijs proprijs ſuppoſiti agentis, & efficiatur ei propria. Eſſentia diuina eſt, vt forma communis patris, paternitas, vt forma indiduialis, ideo non eſt principium agẽdi in patre, licet faciat quod illa operatio ſit propria patris, cum autem potentia generãdi ſit principium operationis patris ipſa dicit principalitèr eſſentiam, connotatiuè verò paternitatem, nam potentia generandi eſt potentia patris, ſiuè vt eſt in patre.

*Conſiderato quomodo eſſentia diuina paternitas, & potẽtia generandi circũſtẽt generationẽ*

¶ Dico ſecundò, quod ſimilitudo poſita in maiori non tenetur, quia per operationem eſſentialẽ cuiuſmodi eſt creare, Deus communicat creaturis perfectiones communes, ſcilicet eſſe, viuere & huiuſmodi, per operationem autem perſonalem pater non communicat id quod eſt ſibi proprium, ſcilicet paternitatem.

Secundò, ita repugnat relationi quòd conſtituat ſuppoſitũ, ſicut quod ſit principium agendi, ſed hoc non obſtante cõmunicatur relationi diuinæ, quod conſtituat ſuppoſitum: ergo etiam communicatur ei, quòd ſit principium agendi.

Reſpõdeo, negatur maior de relatione dinina, talis enim poteſt conſtituere ſuppoſitum, inquantum ſe habet per modum formæ indiuidualis, & ex hac ratione repugnat ei eſſe principium principale operationis, vt dictum eſt.

¶ Dico ſecundò, quòd ſi etiam vtrunque ex æquo ſibi repugnaret, tamen quã primum eſt ei datum, quod conſtituat ſuppoſitum ſtatim conſequitur in ea repugnantia ad eſſe principium operationis.

Tertiò. Eo pater generat filium quo diſtinguit eum à ſe, ſed diſtinguit eum à ſe per paternitatem: ergo generat eum paternitate, minor patet, maior probatur, quia diſtinctio eſt de ratione generationis cum nihil generet ſe.

Reſpondeo, negatur maior. Ad probationem negatur conſequentia, quia licet de ratione generationis ſit diſtinctio, non oportet tamen quòd idem ſit formale diſtinctiuum, & formale principium generationis, ſed formale diſtinctiuum conſequitur ad generationem.

Quartò, productiones ſpecificæ diſtinctæ reducuntur ad formalia principia ſpecie diſtincta, ſed generare, & ſpirare in patre diſtinguntur ſpecificè: ergo non reducuntur in eſſentiã, quæ eſt vnius rationis, ſed ad paternitatem, & virtutẽ ſpiratiuam, quæ ſunt alterius rationis.

Reſpondeo, quod generare, & ſpirare in patre ſunt idem realiter, & diſtinguntur ratione, ideò reducuntur ad principia, quæ ſunt idem re, & diſtincta ratione. Nam principium productionis verbi eſt eſſentia ſub ratione intellectus, & principium productionis amoris eſt eſſentia ſub ratione voluntatis.

¶ Dico ſecundò, quod generari, & ſpirari diſtinguntur realiter, nec oportet quod eorum principia diſtinguãtur realiter, ſed ſufficit ordo originis inter illas, quia ſcilicet proceſſio Spiritus Sancti eſt quodammodo à proceſſione filij in quãtum Spiritus Sanctus eſt à filio.

*Generari, & ſpirari diſtĩguntur realiter.*

Quinto eo pater generat quo eſt pater, vt dicit Auguſtin. ſed eſt pater paternitate: ergo generat paternitatem.

Reſpondeo, quòd eo formaliter generat quo eſt formaliter pater, quia paternitas, & generare ſunt idem, ſed illa proprietas ſignificatur vt actio, cum dicitur generare, & ſignificat, vt relatio cum dicitur paternitas, non autem eo eſt formalitèr pater quo elicit genitum, ſecundum rem, & generationem ſecundum modum intelligendi, nec ſic loquitur Auguſt.

Contra eandem arguit Henricus quatuor rationibus, quibus probat quod eſſentia non eſt ſe ſola totale principium productionis filij, quod concedimus, dictum eſt enim, quod relatio eſt de ratione potentiæ generandi, tanquam modus principij, & non ſicut principium principale, tale enim principium eſt eſſentia, quæ poteſt eſſe principium multarum operationum, ſecundum quod eſt ſub tali, vel tali relatione, quæ quidem relationes ſunt modi habendi eſſentiam. Actio

Z enim

enim quæ fit virtute naturæ modificatur ſecundum quod fluit ab alio, & alio ſuppoſito naturæ diuinæ, quæ quidem ſuppoſita licet non diſtinguantur ſpecie naturæ, cum habeant eandem eſſentiam numero, diſtinguntur tamen quodammodo ſpecie proprietatis, quia habent proprietates alterius rationis.

Contra eandem arguit Durandus † primò. In filio eſt aliquis terminus formalis communicatus, ſcilicet eſſentia, & alius productus ſcilicet filiatio: ergo in patre eſſentia erit principium communicationis, & paternitas erit formale principium productionis.

† *quæſt.1.*

Reſpondeo, & dico, quod in filio nullus terminus formalis eſt productus, filius eſt ille qui eſt productus. Et dato, quod filiatio eſſet producta conſtitutiue, non tamen ſequitur, quod paternitas ſit formale principium productiuũ, niſi tanquam modus principij, vt dictum eſt, quia relationi magis repugnat producere, quam produci conſtitutiuè.

Alia argumenta, quæ iſte facit ſoluta ſunt ex præcedentibus, & partim ex ſequentibus ſoluentur.

Contra eandem arguit Scotus † producens quod ex ſe determinatur ad certum numerum, producit per principia alterius rationis, ſicut per oppoſitum videmus, quod ſol non determinatur ex ſe ad certum numerum radiorum, quia producit per principium eiuſdem rationis, ſcilicet virtutem ſuam, ſed pater determinatur ad certum numerum productionum: ergo producit per principia alterius rationis, ſed eſſentia eſt vnius rationis: ergo non eſt principium, quo pater producit.

† *Scot.hic*

Reſpondeo, dico primo, quod eſſentia vt eſſentia eſt principium tantum iſtius actus, qui eſt eſſe, ſed eſſentia, vt intellectus eſt principium generationis verbi, eſſentia autem, vt voluntas, eſt principium ſpirationis Spiritus Sancti, conſtat autem iſta eſſe alterius, & alterius rationis.

*Ordo originis neceſſarius eſt ad realẽ diſtinctionẽ paſſiuæ generationis, & ſpirationis.*

¶ Dico ſecundò, quòd cum intellectus, & voluntas diſtinguantur in Deo tantum ratione non ſufficiunt ad realem diſtinctionem paſſiuæ generationis verbi, & paſſiuæ ſpirationis Spiritus Sancti oportet aſſignare rationem huius diſtinctionis realis, quæ eſt ex ordine originis, quia ſpiratio eſt à generatione cum Spiritus Sanctus ſit à generante.

¶ Dico tertiò, quod eſſẽtia, vt intellectus non eſt totale nec ſufficiens principium quo generationis Verbi, nec eſſentia, vt voluptas productionis Spiritus Sancti cum enim in Spiritu Sancto ſit eſſentia, & intellectus, & voluntas, ſequitur quod ipſe generaret, & ſpiraret, & ideò oportet dicere, quod eſſentia, vt intellectus cointellecta paternitate eſt principium quo generationis verbi, & eſſentia, vt voluntas cointellecta relatione communi patri, & filio, ſcilicet ſpiratione actiua eſt principium quo Spiritus Sancti.

*Quomodo eſſentia ſit principium generationis Spiritus Sancti.*

¶ Dico quartò, quod diſtinctio quam facit intellectus noſter inter intellectum & voluntatem nihil facit ad iſtas productiones, quamuis illa res cui intellectus noſter attribuit intentionem attributi ſit formale productiuum.

Contra iſtam reſponſionem arguit Guido de Carmelo formalis terminus generationis filij eſt eſſentia diuina, ergo formale principium, quo pater generat, non eſt intellectus, tenet conſequentia, quia formale principium quo in agente non per inſtrumentum non eſt inferioris ordinis ad formalem terminum, ſed intellectus eſt inferioris ordinis ad eſſentiam ad quam omnia attributa comparantur, quaſi qualitates, vt dicit Aug. 15 de Trin. c. 5.

*Guido de Carmelo.*

Reſpondeo, dico quod filius in diuinis, & eſt Verbum, & eſt Filius, & Deus. Intellectus ergo, vt intellectus eſt principium illius producti ſub ea ratione qua eſt Verbum. Intellectus autem, vt natura eſt principium eius ſub ea ratione qua eſt filius. Intellectus verò, vt diuina eſſentia eſt principium eius inquantum eſt Deus, ita quod ſingulæ rationes in producto correſpondet ſingulis rationibus in producente, qui tamen dicunt, aut principium actionis, vt eſt natura, & intellectus, aut formam ſpecificam producentis, vt eſt Deitas, & quod iſtud Verbum ſit Deus habet ab intellectu, vt eſt Deitas.

*Inſigniter explicatur quomodo ſingula rationes in producto correſpõdeant ſingulis rationibus in producente.*

Ex his patet ad argumentum.

*Concluſio IIII.* Potentia generandi dicit eſſentiam in recto, & relationem in obliquo. Iſtam ponit de potentia, quæſtio 2. artic. 2. & 1. quæſt. 41. artic. 5. patet autem eius declaratio ex prædictis.

QVÆ-

Digitized by Google

## QVAESTIO II.

*7.diſt.prim.ſentent.*

QVæritur ſecundò, vtrum in diuinis poſſint eſſe plures filij. Ad hanc quæſtionem reſpondent omnes theologi negatiuè, quicquid poteſt eſse Deus, eſt actu Deus.

Sed tamen contra hoc poteſt argui primo. In omni perfecta intellectione producitur Verbum, ſed Filius ita perfectè intelligit, ſicut Pater: ergo producit aliud Verbum.

*Mirificè diuinique oſtẽditur cur tãtum tres perſonæ in diuinis.*

Reſpondeo, negatur conſequentia. Licet enim in omni perfecta intellectione producatur Verbum, non tamen oportet, quod omne intelligens illa intellectione producat Verbum, ſolum enim id producit Verbum, in quo eſt relatio dicentis. In Filio autem non eſt relatio dicentis, non enim habet eandem numero relationem, quam habet Pater, quia relatio oppoſita ſibi conuenit, ſcilicet relatio dicti, & verbi non etiam habet aliã numero, quia non poteſt ibi plurificari, vt in ſequenti concluſione patebit. Similiter etiam Spiritus Sanctus non habet eandem numero relationem dicentis, quam habet pater, alioquin produceret Verbum patris, & per conſequens produceret productorem ſuum. Similiter etiam Spiritus Sanctus non poteſt producere aliam perſonam, quia ab vnica dilectione procedit vnicus amor. In diuinis autem eſt tantum vna dilectio, ideò non producitur niſi vnus amor, qui eſt Spiritus Sanctus. Quamuis enim omnes perſonæ diuinæ habeant eandem bonitatem: tamen in patre eſt, vt à quo communicatur alijs per actum intellectus, & voluntatis. In filio autem eſt vt, à quo communicatur alteri per actum voluntatis, & non per actum intellectus, ideò non gignit Verbum, ſed ſpirat amorem. Spritus Sanctus habet eandem bonitatem non vt à quo cõmunicatur alijs, ſed tantum, vt habitam ab alijs, ideo nullam perſonam producit.

¶ Dico ſecundò, quòd licet filius non generet nec Spiritus ſanctus ſpiret, tamẽ habent eandem potentiam quam habet pater. Nam generatio in diuinis eſt cõceptio Verbi per actum intellectus quo Deus intelligit ſeipſum. Intelligere autem ſeipſum in Deo eſt vnũ, & ſimplex: ergo, & vnica potentia vnde ex eandem potentia eſt quod pater generet, & filius generetur, ſed cum alio, & alio reſpectu. Similiter dicendum eſt de Spiritu Sancto qui procedit per actum voluntatis, quo Pater, & Filius ſe mutuo diligãt, conſtat autem in diuinis eſſe tantum vnum actũ diligendi. Sed licet in iſta concluſione omnes conueniant, tamen dubium eſt vnde conſurgat, quod aliqua relatio diuina puta paternitas, vel filiatio non poteſt plurificari ſecundum numerum.

Et ideò quantum ad hoc ponendæ ſunt concluſiones, quarum prima hæc eſt. Impoſſibilitas multiplicandi relationes diuinas ſecundum numerum reſoluitur in diuinam immaterialitatem ſicut in cauſam, formæ enim eiuſdem ſpeciei non plurificantur, niſi per materiam, vt dicit philoſophus 8. metaphyſ. † *Text. 16.* Et quod loquatur de materia quantitati, ſubiecta, patet per Comment. 7. metaphyſ. comm. 35. vbi dicit quod diuiſio ſpeciei in indiuiduam eſt per materiam, & quantitatem, ſed in diuinis non eſt materia ergo.

Contra arguit Aureol. primo. Id quod poteſt concipi conceptu vniuerſali non eſt principium indiuiduationis, ſed materia quanta poteſt concipi conceptu vniuerſali: ergo, maior patet ex ſe, minor probatur. Omnis conceptus incluſus in conceptu hominis eſt vniuerſalis, ſed in conceptu hominis includitur materia quanta, ſcilicet corpus organicum: ergo.

*Foma eiuſdem ſpeciei plurificãtur per materiã, idẽ per ſuſceptiuum.*

Reſpondeo. Primò quod cum dicimus formas eiuſdem ſpeciei non plurificari niſi per materiam, ibi accipitur materia pro omni ſuſceptiuo, & non ſolum pro materia quantitati ſubiecta. Nam ſcientia magiſtri, & ſcientia diſcipuli non ſunt eædem numero, quia ſunt in diſtinctis intellectualibus, non tamen in alia, & alia materia quantitati ſubiecta.

¶ Dico ſecundò quod formæ ſubſtãtiales non plurificantur numero infra eandem ſpeciem niſi per materiam quantam.

¶ Ad probationem dico ad minorẽ, quod materia ſignata, & ſimiliter eſſe indiuiduum, vt dicit S. Doct. 1. quæſt. 13. artic. 3. ſi intelligatur ſecundum, quod in ſe eſt non concipitur conceptu communi, ſed eſt eius nomen incommunicabile re, & ratione, vt hoc nomen Sortes quod non conuenit duobus ſub eadem ratio-



Digitized by Google

ne cum in nullis duobus ſint eadem principia indiuiduantia humanitate, ſed quia non cognoſcimus materiam ſecundum ſe, ſed habitudine ad actum, vel formã, ideò ipſam impropriè intelligimus, & ſignamus neceſſariò communi. Puta per hoc quod dico corpus organicum, quod dat intelligere ſubiectum formæ, talitèr ſignificatum, & habens membra conuenientia ad exercendum opera vitæ.

¶ Dubium eſt tamen, vtrum habeamus conceptum ſimplicem proprium materiæ primæ, videtur enim quod ſemper concipiatur conceptu complexo ex conceptu abſoluto, & ex cõceptu relatiuo per reſpectum ad formam.

*Materia ſucceſſiuè recipiens formas eſt eadem eſſẽtia, ſed alterius rationis.*

¶ Dico tertiò, quod licet materia ſucceſſiuè recipiens diuerſas ſemper ſit eadem ſecundum eandem eſſentiam, eſt tamen neceſſariò alterius, & alterius rationis, ſecundum quod eſt ſub alia, & alia forma, vt dicit S. Doct. in tractatu de materia, quod ſic intelligo. Ratio enim, & determinatio materiæ eſt à quãtitate, quæ determinat matriam ad hãc formam, determinatio autem non eſt abſolutum, ſed ad aliud, variato autem termino variatur reſpectus, & propter hoc variatis formis ad quas materia determinatur variatur, eius determinatio ſiue ratio.

¶ Secundò. Nulla materia exiſtente adhuc, omnes animæ ſeparatæ diſtinguntur numero, ergo materia non eſt principium indiuiduationis.

¶ Reſpõdeo, negatur cõſequẽtia, quia materia nõ eſt id, quo formaliter forma indiuiduatur, ſed eſt aliquid neceſſariò requiſitum ad hoc quòd recipiat indiuiduationem. Indiuiduatur, enim forma in materia, ſed poteſt poſtea remanere indiuidua etiam ſi à materia ſeparatur. Id autem quo formaliter anima ſeparata indiuiduatur eſt commenſuratio eius ad materiam, in qua accepit eſſe, vt dicitur 2. contra gent. cap. 73.

*Anima indiuiduatur commenſuratione.*

¶ Contra hanc reſponſionem arguit Scotus ſecundò diſt. 3. iſta commenſuratio eſt relatio cum nihil commenſuretur ſibi, ergo præſupponit entitatem abſolutam, & per conſequens in illo priori anima eſt diſtincta.

*Scotus in 2. diſt. 3.*

¶ Reſpondeo. Capreolus in hoc loco dicit, quod animæ non indiuiduantur per habitudines ad corporea, & quod commenſuratio dicit eſſe, quo anima eſt formalitèr tali corpori coaptata. Ex quo videtur ſequi, quod per eſſe formalitèr indiuiduatur, huius oppoſitum videtur tenere ſecundo diſt. 3. quęſt. 1. concluſione 5. ad 5.

¶ Et propter hoc ſaluo meliori iudicio præſuppono, quid nominis indiuiduationis, nam hoc nomen indiuiduum ſignificat incommunicabile. Incommunicabile autem dicitur aliquid ex eo quod ab alijs eſt diſtinctum. Id ergo eſt principium indiuiduationis animę ſeparatæ, quod eſt formale diſtinctiuum ipſius animæ ab omnibus alijs infra eandem ſpeciem.

¶ Ex hoc dico primo, quod eſſe exiſtenciæ nõ eſt principium indiuiduationis animarum. Id enim quod eſt pars indiuiduationis non eſt eius principium ſed eſſe eſt pars indiuiduationis: ergo, maior patet, minor probatur, eſſe eſt pars incommunicabilitatis: ergo eſt pars indiuiduationis, conſequentia patet, antecedens probatur, eſſe eſt pars vnitatis, ergo, & incommunicabilitatis, conſequentia probatur, quia dicitur aliquid incommunicabile eo quod eſt ens diuiſum in ſe, & ab alijs diſtinctum, hæc autem conſtituunt vnitatem, antecedens patet, quia vnitas eſt entitas indiuiſa. Idem ſic probat Scotus. Id quod præſupponit determinationem alterius, non eſt ratio determinandi, vel diſtinguendi ipſum, ſed eſſe vt eſt diſtinctum, præſupponit determinationem, & diſtinctionẽ eſſentiarum, non enim eſſe, exiſtentia habet proprias differentias diſtinctas à differentijs eſſentia, alioquin oporteret ponere vnam coordinationem exiſtentiarum, ſicut & eſſentiarum: ergo.

¶ Ex his ſequitur, quod eſſe & natura rei, & eius vnitas, & per conſequens indiuiduatio ſe conſequitur, ita quod id quod eſt cauſa efficiens eſſe, & naturæ, efficit etiam vnitatem, & diſtinctionem, nam quod dat eſſe, dat etiam vnum eſſe.

¶ Dico ſecundò, quod natura non diſtinguit animas formalitèr, nam actus eſt qui diſtinguit, & ſeparat, vt dicitur 7. metaphyſic. materia autem non eſt actus. *Tex. 48.*

¶ Dico tertiò quod formale diſtinctiuum vnius animæ ſeparatæ ab alia eſt habitudo, quæ dicitur commenſuratio ad corpus, ſiuè ad materiam in qua recepit eſſe. Etiam cum dicit Capreolus quòd commenſuratio eſt eſſe. Iſta non

eſt

Digitized by Google

eſt prædicatio formalis, quia conceptus eſſe eſt abſolutus, commenſuratio autem eſt relatio. Sed iudicio meo intelligitur, quod vna anima diſtinguatur ab alia, quia in materia recepit eſſe commenſuratum illi materiæ, & alia recepit eſſe commenſuratam alteri materiæ, ipſa ergo commenſuratio, ſiuè relatio eſt formale diſtinctiuum.

¶ Ad improbationem dico, quod talis relatio præſupponit animam eſſe diſtinctam à rebus aliarum ſpecierum, nõ autem præſupponit vnam animam eſſe diſtinctam ab alia. ſed eam formaliter cauſat.

¶ Contra. Illa habitudo non eſt de formali ratione huius animæ: ergo non facit eam formaliter eſſe hanc, conſequentia patet. Nam albedo non faceret hominem album, niſi eſſet de ratione hominis albi, antecedens probatur, relatio non eſt de ratione abſoluti, cum ſit poſterior abſoluto: ergo relatio non eſt de ratione huius animæ.

*Hec anima dicit tria ſubſtantiã vnitatem in ſe, & ab alijs diuiſionem.*

¶ Reſpondeo, negatur antecedens, vbi dico primò quod forma, & anima licet dicant rem abſolutam, tamen dicunt eã ſub reſpectu ad id cuius eſt forma, & anima. Et pro maiori notitia dico ſecundò, quod hæc anima dicit tria, primũ eſt ſubſtantia ipſius animæ, ſecundum eſt vnitas eius in ſe tertium eſt diſtinctio eius ab alijs, primum, & ſecundum non habet à reſpectu ad hanc materiam, ſed bene tertium.

¶ Contra iſte reſpectus indiuiduatur per hanc animam, cum ſit accidẽs eius: ergo non indiuiduat eam.

¶ Reſpondeo, negatur conſequentia quia alio modo indiuiduat animam, & alio modo, indiuiduatur ab ea, nam ab anima habet quod ſit indiuiſus in ſe, & hoc modo non indiuiduat. A termino autem habet, quòd diſtinguatur ab alijs, nam iſte reſpectus diſtinguitur ab illo, quia iſte eſt ad hanc materiam, & ille ad illam, & ex hoc habet quòd diſtinguat vnam animam ab alia.

¶ Contra, prius eſt animam eſſe hanc quam habere hanc inclinationem ad hanc materiam: ergo non eſt hæc per talem reſpectum, conſequentia patet, antecedens probatur, finis nõ diſtinguitur per id cuius eſt finis, ſed econtrà, ſed forma eſt finis materię: ergo non efficit hęc habitudinem ad materiam.

¶ Reſpondeo, negatur antecedens. Ad probationem dico, quòd quando finem oportet proportionari ei cuius eſt finis tanquam actum potentiæ poteſt ab eo accipere diſtinctionem naturalem, ſiuè numeralem, quæ non eſt ſecundum propriam rationem formæ, ſed accidit rationi formæ.

¶ Secundò. Idem eſt dicere homo, & vnus homo eſt iſte homo, vt dicitur 4. metaph. ſed non eſt homo, nec vnus homo per materiam: ergo nec per eam eſt iſte homo. *Tex. 5.*

¶ Reſpondeo quòd philoſophus loquitur quòad generationem, & corruptionem, non enim ſeorſum generatur homo: & iſte homo. Non autem intendit dicere, quòd per idem formalitèr ſit homo, & iſte homo, indiuiduatio enim ad entitatem rei, & vnitatem rei, nam quidditas hominis eſt ens, eſt etiam vna tranſcendenter ſeipſa, non autem ſeipſa diſtinguitur numeraliter, ſed per aliquid additum.

Tertiò, Cœlo diſtinguntur numero, ſed in eis non eſt materia: ergo ipſa non eſt principium diſtinctionis.

¶ Reſpondeo, negatur minor. Nam omne tranſmutabile habet materiam: vt dicit philoſophus 12. metaph. particula 10. & Comment. dicit quod naturæ materiam diſtinguntur ſecundum modos traslationum. Conſtat autem cœlũ moueri, & per conſequens habere materiam non quidem in potentia ad formam, ſed ad vbi, licet Commentator alibi falsè dicat oppoſitum. *Tex. 10.*

¶ Vltimò, Aureol. exponit ſingularitèr illam propoſitionẽ philoſophi, quod nulla forma ſeparata à materia eſt purificabile ſecundum numerum. Cuius expoſitionis dicit Capreolus eſſe fictionẽ, & eam longo ſermone improbat. Sed quia res nullius momenti eſt, & oporteret eam quaſi de verbo ad verbum recitare, quod eſſet prolixum, & inutile, ideo ipſam omittendam exiſtimaui.

*Auerr. ſibi aduerſus de materia celi.*

¶ Quintò arguit S. Doct. in hac ratione non procedere ex proprijs, quia eſſe ſeparatum à materia cõuenit etiam alijs quam Filio Dei, eſt enim commune omnibus ſubſtantijs ſeparatis.

¶ Reſpondeo quod S. D. primo ex his quæ ſunt communia creaturis manuducit nos ad notitiam diuinorum, & poſtea adducit rationes proprias, vt patebit.

¶ Sextò. Dicit hanc rationem S. D. non valere, quia in diuinis ſi eſſent plures

Digitized by Google

res filiationes diſtinguerentur per hoc, quod eſſent in diſtinctis ſuppoſitis: ergo licet inde non ſit materia adhuc eſſet ratio diſtinctionis filiationum.

Reſpondeo negatur antecedens, quia diſtinctio ſuppoſitorum non ſufficit ad cauſandum diſtinctionem alicuius formæ, niſi talia ſuppoſita habeant materiam, aut ſaltem diuerſa etiam, quod nõ eſt in diuinis perſonis, nam ſi filiatio eſſet in pluribus ſuppoſitis, vt diſtingueretur ab eo, in quo eſt, & ſic eſſet ibi cõpoſitio, aut eſſet ipſum ſuppoſitum in quo eſt, & ſic non conſtitueret ſuppoſitum cum ipſa eſſet communicabilis ex quo dicitur eſſe in pluribus. Si dicatur, quod forma communicabilis eſt principium conuenientiæ ſecundum ſpeciem, & diſtinctionis ſecundum numerum, nõ valet, quia ſi natura ſpecifica eſt principium diſtinctionis ſecundum numerum, ſequitur quod Scotus, & Plato diſtinguntur ſpecifice. Iſta enim conſequentia valet. Iſta diſtinguntur natura ſpecifica: ergo diſtinguntur ſpecificè, ſicut ſi diſtinguntur eſſentia, ſequitur quod diſtinguantur eſſentialitèr.

¶ Iſta reſponſio eſt Bernardi in impugnationibus Henrici quolib. ſecundo quæſtio 8. ſimilia dicit Aegidius 2. quol. quæſt. 8.

*Paulus vir apprimè ſtudioſus ſapiētia ordinem pro viribus affert.*

¶ Alia quæ Capreolus in hoc loco recitat ex quol. Bernardi ad probandum quod plura indiuidua non poſſunt eſſe in eadem ſpecie in ſeparatis à materia, ponam in 2. diſt. 3. concl. 6.

Septimò arguit. In eodem patre ſũt plures paternitates reſpectu diuerſorum filiorum: ergo ſi in diuinis eſſent plures filiationes, diſtinguerentur, quia eſſet ad diſtinctos terminos.

Reſpondeo. Primò negatur antecedens, quia relationes non plurificantur per terminos, ſed per cauſam, vel ſubiectum, vt declarabitur diſt. 30.

*Sententia Doctorũ de articulis Parrhiſienſibus.*

¶ Dico ſecundò quòd filiatio diuina eſt ſubſiſtens, duas autem formas ſubſiſtere implicat contradictionem, vt etiã infra patebit, diſtinct. 4. art. 2. concluſione 2. & ſic negatur conſequentia, quia dato quòd in eodem patre eſſent plures paternitates, ipſe tamen non ſubſiſtunt, vt filiatio in diuinis.

Octauò. Iſta concluſio S. D. eſt contra articulos Parrhiſijs condemnatos: ergo eſt falſa, antecedens probatur. Nam ibi ſic dicitur. Qui dicit quòd quia intelligentiæ non habent materiam, ex hoc Deus non poſſet facere plures eiuſdem ſpeciei, error. Item qui dicit, quod Deus non poteſt multiplicare indiuidua ſub vna ſpecie ſine materia, error. Item qui dicit quod formæ non recipiunt diuiſionem niſi per materiam, error.

Reſpondeo. Primò, vt dicit Godofredus quolib. 8. quæſt. 5. Iſti articuli indigent magna correctione, quia aliqui eorum ſunt falſi, aliqui ſibi inuicem contradicunt. Henricus etiam dicit ſe non intelligere dictos articulos. Aegidius verò, & multi alij dicunt, quòd prædicti articuli fuerunt facti nõ conuocatis omnibus doctoribus Parrhiſienſibus, ſed ad inſtantiam quorundam, elatis, & proprij ac duri capitis.

¶ Dico ſecundò, quòd ſententia lata contra tenentes damnata in illis articulis fuit reuocata per Dominum Stephanum Epiſcopum Pariſienſem, inquantum dicti articuli tangunt doctrinam Sancti Doctor. & hoc fuit anno Domini 124.

¶ Dico tertiò, quod Romana Eccleſia, quæ ſuperior eſt vniuerſitate Pariſienſi confirmauit doctrinam S. Doctor. vt patet ex literis Vrbani Quinti, & Ioannis 22. & ideo non ſpectat ad Pariſienſes doctrinam eius quouis modo, aut reprobare, aut damnare.

¶ Dico quartò, quòd cum dicta ſanctorum immò, & ſacrã ſcripturam liceat interpretari, & exponere, multo magis exponi poſſunt dicti articuli.

Sciendum ergo quòd duplex eſt materia, vna ex qua aliquid fit, alia eſt materia in qua accipiendo materiam pro omni ſubiecto. Fuerunt aliqui dicentes quod eſt impoſſibile plurificari aliqua numero ſub eadem ſpecie, niſi habeant materiam partem ſui, ex qua componantur, aut ſaltem oportet, quòd habeant materiam quam actu forment, vt ſenſit Auerroes. Ex quo ſequebatur ꝙ nõ poſſunt eſſe plures animæ ſeparatæ.

Contra hanc opinionem ſunt illi tres articuli. nos autem dicimus quòd aliqua poſſunt plurificari numero etiam ſi non habent materiam ex qua, ſed oportet quòd ſaltem habeant materiam quã actu, vel potentia informent. Animæ autem ſeparatæ licet actu non informẽt materiam, tamen informant eam in potentia, quia ſunt commenſuratæ, & naturalitèr coaptatæ diuerſis materijs, quas

*In Capreol. articulum eruditè interpretatur Parrhi.*

quas poſſunt informare, formæ vero eductæ de potentia materiæ, quia non poſſunt remanere ſeparatæ à materia, ideo non poſſunt diſtingui niſi per materiam, in qua actu ſunt, excepta quantitate: quæ ſi ſit ſeparata indiuiduatur ex ſitu.

*Vtrum duo accidentia ſolo numero differentia poſſint ſimul ineſſe eidẽ. Scotus 5. meta.*

Ex iſta concluſione ſequitur corollarie quòd duo accidentia ſolo numero differentia non poſſunt eſſe in eodem ſubiecto adæquato: probatur ſic. Nullæ formæ poſſunt plurificari ſolo numero niſi per meteriam: ſed materia accidentium eſt ſubiectum eorum: ergo, maior eſt concluſio, minor patet, quia accidentia non habent materiam ex qua: ſed tantum in qua, ſcilicet ſubiectum,

Contra arguit Scotus quinto metaphy. primo. Duo lumina ſunt in eodem medio: ſed ipſa differunt ſolum numero: & ſunt accidentia: ergo, maior probatur, vbi ſunt plures cauſę, ſunt etiam plures actiones, & plures effectus, ſed in eodem medio ſunt plures cauſæ luminis, ſcilicet plura corpora luminoſa: ergo, cauſant plura lumina.

Reſpondeo, negatur maior. Ad probationem negatur maior: quia illa plura agentia concurrunt in vice vnius perfecti agentis: vt patet in tractu nauis, tũc enim eſt tantum vnus effectus, & vna actio ex parte paſſi: licet habet habitudinem ad plura quibus exit. Dico tamẽ, quòd plura agentia cauſant intenſius lumen,

Contra, vbi ſunt plures priuationes, ſunt plures habitus, ſed quando in eodem medio ſunt plura luminoſa, ſunt plures vmbræ, quæ ſunt priuationes luminis. Nam quolibet corpus facit vmbram ſuam: ergo ſunt ibi plura lumina.

*Argu. perſpectiui.*

Ad hoc argumentum, quod eſt perſpectiui, ego dicerem pro nunc, quòd licet vnius habitus ſit tantum vna priuatio perfecta, ideſt, totaliter auferens habitum, poſſunt tamen eſſe plures imperfectè, quarum qualibet imperfectè priuat lumen, eſt autem tantum vna totaliter ipſum auferens.

Secundò, ſi viſo vno albo intenſo, Deus poneret aliud album remiſſum in eodem ſitu, tunc in eadem parte organi reciperentur duæ ſpecies diſtinctæ ſolo numero: ergo duo accidentia ſolo numero differentia poſſunt eſſe in eodẽ, antecedens probatur. Sunt duo alba: ergo cauſãt duas ſpecies, ſi dicatur quod non, ſed ſecundum album intendit ſpeciem cauſatum ab intenſo albo.

Contra, ex hoc ſequitur quòd ſpecies repreſentans remiſsè album eſt inteſior, quàm dum repræſentat intensè album, quod videtur inconueniens.

Reſpondeo, primò dico, quod ille caſus eſt impoſſibilis naturaliter, ſed eo poſito à Deo, dico quòd album remiſſum intenderet ſpeciem præexiſtentem, nec eſt inconueniens, quòd ſpecies repræſentans remiſsè album, & ſimul etiã intensè album ſit intenſior quàm dum repræſentabat ſolum intensè album.

¶Dico ſecundò, quòd ſi illa duo alba ſint ſimilia in ſitu, & figura, & in omnibus alijs præter intenſionem, & remiſſionem, quod ſenſus non poterit ea per illam ſpeciem diſtinctè cognoſcere.

¶Dico tertiò, quod ſi duo alba in diſtinctis ſitibus ſint, & habeant diſtinctas figuras, quod cauſant in oculo diſtinctas ſpecies, quę non ſunt eiuſdem rationis, quia illæ ſpecies non ſolum repræſẽtant albedinem, ſed ſitum, & figuram, & multa huiuſmodi. Eadem enim ſpecies repræſentat colorem oui, & ſitum, & figuram eius.

¶Dico quartò, quòd huiuſmodi ſpecies in organo ſenſus ſunt extenſæ per accidens.

*Vtrũ in vno patre ſint plures paternitates.*

Tertiò, in vno patre ſunt plures paternitates: ergo plura accidentia ſolo numero differentia, conſequentia patet, antecedens probatur. Si vnica paternitate referetur ad omnes filios: ergo corrupto vno filio, corrumpitur illa paternitas, quia relatio corrumpitur ad corruptionem termini, & etiam manet illa paternitas, quia alij filij non corrumpuntur, & ſic idem remanet, & non remanet.

Confirmatur, vnus filius non poteſt referri vna relatione ad duos patres, ergo nec vnus pater vna paternitate ad plures filios.

Reſpondeo, negatur antecedens. Ad probationem negatur conſequentia, quia relatio non corrumpitur niſi ad corruptionem termini per ſe, terminus autẽ per ſe paternitatis eſt filius ab eo genitus, inquantum huiuſmodi, & non inquãtum hic, vel iſte, & ideo remanente aliquo filio, ab eo genito, ſemper manet eadem paternitas, dum tamen non fiat interpoſitio temporis, quod dico, quia ſi pater habeat hodie filium vnicum, & ille

Digitized by Google

ille moriatur, & antequam habeat alium filium, intercidat tempus, ceſſauit prima paternitas; & conſurgit alia paternitas ex aduentu noui filij.

Ad confirmationem negatur conſequentia, quia vnus filius non poteſt accipere eſſe à duobus patribus: ſicut vnus pater poteſt dare eſſe pluribus filijs.

*Subiectum eadem potētia reſpicit formā eiuſdem generis*

¶ Dico tamen, quod vnus filius eadem filiatione refertur ad patrem, & ad matrem ſimiliter dico, quod ſubiectum eadem potentia reſpicit omnes formas eiuſdem ſpeciei, & eiuſdem generis: & corruptis formis, ipſa manet: nam corrupta albedine, remanet eadem numero potentia ad albedinem, quæ prius erat.

*Adam.*

Contra eandem arguit Adā primo. Intellectio Socratis, & intellectio Platonis; ſunt ſimul in eodem intellectu intelligente Socratem diſtingui à Platone: ſed iſtæ ſunt duo accidentia eiuſdem ſpeciei ergo.

*Diſtinctio Sortis à Platonica ſpecie intelligitur*

Reſpondeo, negatur minor: pro prima parte eius: quia dum intellectus intelligit Socratem diſtingui à Platone, hoc fit tantum vna intellectione, & vna ſpecie: cuius principale obiectum eſt diſtinctio Socratis à Platone.

¶ Dico ſecundò pro ſecunda parte eiuſdem minoris, quod actus, quo cognoſcitur Socrates vt homo eſt; & eiuſdē rationis cum actu quo intelligitur Plato, vt homo eſt actus aūt quo intelligitur Sortes, vt Socrates eſt: non eſt eiuſdem rationis cum actu quo intelligitur Plato, vt Plato eſt: nā Si Socrtas vel Socras diffiniretur: alia eſſet eius ratio à ratione Platonis vt Plato eſt, obiectū autem formale variat actum ſecundum rationem. Idē dico de viſione Socratis vt Socrates eſt, & Platonis vt Plato eſt, ideo iſtæ duæ viſiones poſſunt ſimul eſſe in eodem vt in fieri.

Secundò quando videtur duo alba: ſunt in potentia viſiua due viſiones, ergo duo accidentia eiuſdem ſpeciei. cōſequentia patet, quia obiecta non differunt ſpecie ergo nec viſiones: antecedens probatur. viſio ſenſitiua non eſt vniuerſalis. ergo eſt tantum vnius repræſentatiua.

Et confirmatur: quia ſi ponatur obſtaculum inter oculum, & vnum illorū alborum, non propter hoc deſinit aliud videre.

Reſpondeo. quod patet ex dictis ad hoc argumentum quid dicendum. Sed pro maiori notitia dico primo, quod quando videntur plura, vt ſunt vnū in aliquo toto integrali puta multę partes domus: tunc videntur vna ſpecie aut ſimplici aut compoſita, ex multis quocunque modo vnitis: & per conſequēs videntur vnico actu. negatur ergo antecedens. Ad probationem negatur cōſequentia. Licet enim ſpecies non poſſit repreſentare plura, vt ſecundum rationem ſunt vnum, niſi ſit vniuerſalis: poteſt tamen licet non ſit vniuerſalis rapræſentare, multa, vt ſunt partes alicuius totius integralis.

*Plures partes totius integralis vnica videntur ſpecie.*

Ad confirmationem dico: quòd ſi ponatur obſtaculum, tunc prima ſpecies quæ totam multitudinem repræſentabat, deficiet, & cauſatur vna noua ſpecies, quæ ſolam partem illius multitudinis repræſentat.

Tertiò, lumen reflexum, & lumen incidens ſunt ſimul in eodem aere, ſed iſta differunt numero: ergo: maior patet, minor probatur: quia lumen reflexum eſt tolerabile: non autem incidens.

¶ Item poteſt poni obſtaculum inter oculum, & lumen incidens ſolis: & tamē non ponetur inter oculum lumen reflexum, ergo non ſunt idem lumen.

*Species ſolis per lineam incidentem & reflexam non ſunt eadem.*

Reſpondeo, primo quòd aliud eſt loqui de ſpecie, quia videtur ſol: & aliud de lumine, nam ſpecies ſolis cauſata extra in oculo per lineam incidentem eſt alterius rationis à ſpecie cauſata in oculo per ſpeciem reflexam à ſpeculo: quia prima repræſentat tantum ſolem, & accidentia viſu ſenſibilia in ſole: ſecunda autem non tantum repręſentat ſolem, ſed etiam ſpeculum, & multa alia:

¶ Dico ſecundo, quòd lumen reflexum & lumen incidens ſunt idem numero: nam reflectere lumen nihil aliud eſt, quàm ipſum intendere, vnde ex hoc, quòd ſol illuminat ſpeculum, ſpeculum intendit lumen à ſole cauſatum extra ſpeculum.

*Idem eſt lumen incidēs & reflexum*

¶ Dico tertiò: quòd in puncto, in quo incipit reflexio ſunt æquę intolerabilia: quia ibi eſt ſumma intenſio luminis incidens reſpectu eiuſdem. Simile æquè tolerabile eſt vnum ſicut aliud in alijs punctis. Eſt ergo idem lumen: ſed in alio puncto eſt tolerabile: & in alijs non puta ſi lumen procedēs directè à ſole ad oculum, reflectatur ab oculo dico quòd lumen quod eſt reflexum reſpectu vnius,

non

non ſemper eſt tolerabile: puta ſi video ſolem per lumen reflexum à ſpeculo ad oculum: & tamen eſt incidens: quia non cauſatur per lineam rectam à ſole in oculum, ſi inter ſolem, & oculum ſit obſtaculum.

*Vgo de Caſtro.*

Contra eandem arguit Vgo de Caſtro ſic, intellectio qua Angelus primò intelligit lapidem, & intellectio, qua ſecundo intelligit eundem lapidem, differunt ſolum numero, cum ſint reſpectu eiuſdem obiecti, ſed iſtæ non differunt per ſubiectum, cum ſint in eodem ſucceſſiuè, ergo.

Reſpondeo, negatur maior, quia diſtinctio realis non poteſt eſſe inter exiſtens, & non exiſtens, illæ autem duæ intellectiones nunquam ſunt ſimul.

¶ Dico ſecundò: quòd poſſunt dici largo modo differre per coexiſtentiam ad diuerſa tempora, nec poſſunt eſſe ſimul ambe: quia cum differant ſolum per coexiſtentiam ad diuerſa tempora: tunc differrent ſine diſtinctiuo.

*Additio quæ eſt ſolutio argumentorum recentiorum per M. Mauritium de Gregorio*

*In hac 7. diſt. & duabus q̃ſt. ſequẽtibus confutãtur, hæreſes dãnatæ, vt in noſtro Cõmentario in tex. Miſtri, & cõfutãtur et hæreſes, quæ ſunt in Abecedario, & in Ethimologijs hæreſum, & confutantur ſimiliter Idolatriæ, vt in Abecedario Idolorum in principio vide ibi. Littera P. Et etiam confutantur falſæ Theologiæ lanticorum, Frigiorum, Gentium, &c. ab Euſebio in primo, ſecundo, tertio, & quarto de præparatione Euangelica contra Theologiam fabuloſam Poetarum antiquorum.*

*Loca ſolutiua argumenta aduerſariorum, Magiſtri Mauritij vltra commenta. ria textuũ loca contra hæreſes. &c.*

*Ex concluſionibus, probationibus & ſolutionibus argumentorum ſoluuntur argumenta Vulpes, & aliorum recentiorum facile, vt facit Ariſtot. ad argumenta Antiquorum, quod veritatis cognitio dubiorum eſt ſolutio, & cum Cardinali Bellarmino dicente in libro de Scriptoribus Eccleſiaſticis de Ioanne Capræolo, quòd Io. Capreolus ſit defenſor Egregius Sancti Thomæ, & optimè diſſoluit omnia argumenta aduerſariorum: dicunt verba formalia Bellarmini, ergo ſi optime diſſoluit per Bellarminum [illegible] ſoluta argumenta cum his doctrinis [illegible]; Sicut ſoluit Ariſtotelis contra [illegible] dicendo in 3. de Cœlo veritatis cognitio, dubiorum eſt reſolutio.*

*Reſp. ſecundo cum* Cardina[illegible] *ano Franciſcano doctiſſimo, cum* [illegible] *concordantia ſimiliter cum quinta concordantia Bonæberbæ.*

*Argumenta verò Vaſquez, Valentiæ, Molinæ, Suarez, &, &c. quia colliguntur, & ſoluuntur, clarè diſtinctè, & breuiter à Ripa, à Nazario, à Conſales, à Nauarretto, à Zenardo clarè, & diſtinctè, præcipuè à Montagno. p. p. q. 27. de proceſſione diuinarum perſonarum.*

*Reſp. quarto cum Dezza in 1. volum. nouarum defenſionum S. Th.*

## DISTINCTIO VIII.

### *Quæſtio 1.*

IN diſtin. 8. Quæritur primò, vtrum aliqua creatura ſit ſuum eſſe.

PRO deciſione huius quæſtionis hæc eſt prima concluſio. Nulla creatura eſt ſuum eſſe, quo ſubſiſtit in rerum natura.

Sed antequam probetur iſta concluſio. Primò ſciendum, vt inquit D. S. 1. diſtinct. 33. articul. 1. ad primum, quod eſſe accipitur tripliciter. Vno modo vt dicit eſſentiam rei, quomodo dicitur, quòd diffinitio ſignificat quod quid eſt eſſe rei. Alio modo dicitur eſſe, quòd ſignificat veritatem propoſitionis, quòd quid eſt eſſe eſt ſubſtantiæ in intellectu, & in re ad extra fundamentaliter. Tertiò modo accipitur eſſe pro actuali exiſtẽtia, & de hoc loquimur in propoſito, quod quid eſt eſſe, vt dicit S. D. 1. quæſt. 3. art. 4 & Ægid. quol. 1. q. 7. eſt quædam actualitas impreſſa omnibus eſſentibus à primo ente. Sicut enĩ reales, corporales aliæ à quantitate non ſunt actu de ſe extenſæ, ſed ſunt in potentia, vt extendantur per quantitatem, ita omne aliud, à primo ente de ſe non exiſtit actu, ſed eſt in potentia ad eſſe.

*Eſſe tripliciter accipitur.*

*Actualis exiſtentia quid.*

His habitis, probat S. D. concluſionem 3. contra Gen. cap. 51. quatuor rationibus. Prima eſt hæc, id quod conuenit alicui per ſe; diſtinguitur ab eo, quod conuenit ei per aliud. Sed quidditas cõuenit vnicuiq; creaturę per ſe, & eſſe cõuenit ei per aliud: ergo eſſe diſtinguitur ab eſſentia, maior patet, & minor pro ſecunda parte, quia quælibet creatura habet eſſe à Deo, prima etiam pars eiuſdem minoris patet, quia quidditas, conuenit vnicuique in primo modo perſeitatis.



Digitized by Google

*Reſponſio Aureo.*

Ad hoc reſpondet Aureol. quod licet quidditas conueniat vnicuique per ſe in genere cauſæ formalis: non tamen in genere cauſæ efficientis, & propter hoc ſicut eſſe ineſt creaturæ per aliud, ita & quidditas, & ſic negat minorem pro prima eius parte.

*Repellitur obiectio Aureo.*

Contra hoc arguo ſic, ſi aliqua cauſa efficeret, quòd homo eſſet homo, ſiuè quod humanitas conueniret homini, ſequitur quod illa cauſa faceret aliquid poſtquam eſt, ſed hoc eſt impoſſibile; ergo conſequentia probatur. Illa cauſa nihil faciente homo eſt homo; ergo ſi faciat, quòd homo ſit homo, facit aliquid poſtquam eſt, conſequentia patet antecedens probatur. Hominem eſſe hominem cõſurgit poſitis diuinis ideis; ergo nulla cauſa agente homo eſt homo, conſequentia patet, quia nihil eſt cauſa diuinarum idearum; antecedens eſt Domini Alberti lib. de cauſis cap 8. & Auic, & Algazelis, & Alpharabij, vt idem Albertus ponit in poſt prædicamentis cap. 9. poſita enim idea hominis in mente diuina, ſtatim ratio hominis eſt eadem rationi hominis, & ſic homo eſt homo. Et ſimiliter poſita idea hominis ratio animalis includitur in ratione hominis, & ſic homo eſt animal.

*Affirmat diuus Auguſ. quaſdam eſſe propoſitiones perpetuæ veritatis.*

Ex hoc ſequitur corollariè, quod iſta propoſitio, homo eſt animal, eſt vera, ſiuè homine exiſtente, ſiuè non. Nec eſt dicendum, vt aliqui fingunt, quod eſt vera ſolum ex ſuppoſitione, ſcilicet ſi homo ſit, quia Auguſt. in 2. de libero arbitrio, dicit aliquas propoſitiones eſſe veras, ſolum quando ponitur conſtantia ſubiecti, vt eſt iſta, cęlum eſt, terra eſt. Alias dicit eſſe perpetuæ veritatis etiam ſubiecto non exiſtente, vt eſt ita, duo, & tria ſunt quinque, idem eſt de omnibus in quibus prædicatum per ſe conuenit ſubiecto, de quo ad plenum diximus in quæſtione ſpeciali de hac materia, quantum patitur debile ingenium noſtrum.

Confirmatur ipſa conſequentia authoritate philoſophi dicentis 2. poſter, quod eſſe non eſt ſubſtantia rei. Dicit enim ſic cap, 1. illud autẽ quod eſt, quod quid eſt homo, & eſſe hominem aliud eſt, & Auicen. dicit 5. metaph com, 1. & primo phyſicor. comment. vlt, quòd eſſe accidit omni enti præterquam in neceſſe eſſe.

Secunda ratio ad idem eſt iſta, ſi eſſe eſt eſſentia creaturæ, ſequitur quòd eſſe creaturæ ſit per ſe ſubſiſtens ſicut, & eſſentia, ſed hoc eſt falſum: ergo conſequentia patet, minor probatur dupliciter. Primò ſi eſſe eſt ſubſiſtens, ſequitur quòd ſit infinitum, hoc eſt falſum: ergo minor, patet, conſequentia probatur, Omne non contractum eſt infinitum, ſed omne eſſe ſubſiſtens eſt non contractum: ergo eſt infinitum, maior, patet, minor probatur. Quicquid contrahitur, vel contrahitur per ſuſceptiuum, in quo ſuſcipit, vel per formales differentias, quibus diuiditur, vt dicit philoſophus 3. metaph. Sed eſſe ſubſiſtens non contrahitur per ſuſceptiuum, quia eſt quo ſubſiſtit in nullum recipitur, nec contrahitur per formales differentias, quia cũ ens non habeat differentias, vt dicit philoſophus 3, metaph multominus habet eas ipſum eſſe: ergo, &c,

*text. 10. Ens eſt concretum eſſe abſtractum.*

¶ Secundò probatur illa minor pro cuius notitia ſciendum eſt, quòd ens eſt concretum, eſſe verò abſtractum, Eſt autem differentia inter cõcretum, & abſtractum, quia concretum dicitur, quaſi cum alio iunctum, & ideo poteſt habere aliquid adiunctum, vel ſecũdum rem, ſecundum rationem. Abſtractum autem dicitur quaſi tractum extra omnia, quæ ſibi poſſunt accidere, & propter hoc abſtractum nihil habet adiunctum, ſed eſt quo ſolo, & quo toto aliquid eſt tale, quale denominatur per concretum, ſicut albedo nihil dicit niſi id quo aliquid formaliter eſt album.

Ex his arguitur. Si eſſe creaturæ eſſet ſubſiſtens, ſequitur quod nihil haberet in ſe, niſi quòd conuenit enti inquantum ens, ideſt, ſequitur quòd nihil haberet à ſe realitèr diſtinctum, hoc eſt falſum, vt patet: ergo, &c. conſequentia probatur. Nulli abſtracto vltima abſtractione aliquid realiter accidit, ſed eſſe ſi eſt ſubſiſtens eſt abſtractiſſimum; ergo nihil ſibi accidit, ſed dicit tantum, id quo formaliter aliquid actu eſt.

Confirmatur authoritate Boetij dicẽtis hebdomada tertia, quòd licet id, quod eſſe poſſit habere aliquid adiunctum, tamen ipſum eſſe nihil adiunctum habere poteſt.

Tertia ratio pro concluſione elicitur 1. diſtinct. 8. quæſt. 4. articul. 2. Illud non eſt idem cum Eſſentia, ſub cuius oppoſito poteſt vere intelligi eſſentia, ſed eſſentia creaturæ poteſt verè intelligi ſub oppoſito ipſius eſſe: ergo non eſt

idem

idem cum ipſo eſſe, maior patet de ſe, minor probatur, quia poſſum intelligere eſſentiam creaturæ non eſſe, ſed non eſſe opponitur ipſi eſſe, ergo,

*Godofred. in quolib.*

Ad hanc rationem Godofredus negat minorem, in quolib. dicens, quod licet eſſentia quæ non eſt actu poſſit intelligi ſub non eſſe in actu, non tamen poteſt intelligi ſub non eſſe in potentia, & ſic accipiendo eſſentiam & eſſe vniformiter ſemper eſſentia eſt eſſe, quia eſſentia in actu eſt eſſe in actu, & eſſentia in potentia eſt eſſe in potentia.

*Reijcitur Godofredi inſtantia*

Contra arguitur. Impoſſibile eſt quod eſſe exiſtentiæ quandoque ſit in actu, & quandoque ſit in potentia, ergo illa reſponſio eſt nulla, qua ponit, quòd eſſe quandoque eſt in potentia, conſequentia patet, antecedens probatur. Vnum membrum diuiſionis non ſuſcipit prædicationem alterius membri, ſicut rationale nunqnam eſt irrationale, ſed actus & potentia condiuidunt ens, ergo actus nunquam eſt potentia, ſed eſſe exiſtentiæ, ſiue exiſtere actu tenet ſe cum vno illorum membrorum, ſcilicet, cum actu, ergo nunquam eſt potentia.

*Confirmatio duplex rationis*

Confirmatur hæc ratio dupliciter. Primò poſſum verè intelligere eſſentiã ſub non eſſe in actu, ſed ipſum eſſe exiſtentiæ non poſſum intelligere ſub non eſſe actualis exiſtentiæ, ergo eſſe non eſt eſſentia.

¶ Secundò eſſentia eſt in potentia ad eſſe, ſed eſſe non eſt in potentia ad eſſe, cum nihil ſit in potentia ad ſeipſum, ergo eſſe non eſt eſſentia.

¶ Huic rationi dat aliam ſolutionem Aureolus, quam omitto, vtpotè ab omni philoſophia diuertentem.

Quarta ratio eſt. Id quod eſt participatum à creatura, diſtinguitur ab eo, quod non eſt participatum, ſed creatura participat eſſe, non autem eſſentiam, ergo eſſe diſtinguitur ab eſſentia.

*Henricus in quolib.*

Reſpondet Henricus in quolib. quod ſi intelligitur quòd eſſentia participet eſſe quaſi aliquid ſubſtractum ipſi eſſe, negatur minor pro prima eius parte. Si autem intelligitur eſſentia creaturæ, vt aliquid abſtractum per intellectum indifferens ad eſſe, & non eſſe, ſic dicit eſſentiam participare eſſe, quando eſt, & eſſe dicitur participatum, quia eſt quędam ſimilitudo diuini eſſe.

Contra adhuc ſtat ratio, & arguitur, Id quod eſt indifferens ad eſſe, & non eſſe diſtinguitur ab eo, quod non habet talem indifferentiam, ſed eſſentia per te eſt indifferens ad eſſe, & non eſſe, & eſſe non habet talem indifferentiam, vt probatum eſt, ergo.

Confirmatur, quia minor eſt vera in ſenſu, in quo ipſam negat, eſſentia enim participat eſſe tanquam aliquid ei ſubſtractum, dicit enim Boetius hebdomada prima. Quod eſt accepta forma eſſendi eſt, atquè conſiſtit, ergo eſſentia accipit formam eſſendi. Et hebdomada ſecũda dicit, quòd eſsentia ſuſcipit eſse, nihil autem ſuſcipit ſeipſum.

*Henricus in quolib.*

Contra arguit Henricus † quolib. 1. quæſtion. 7. articul. 1. Nullum ens per ſe ſubſiſtit per entitatem à ſe diſtinctam, ſed eſsentia creaturæ eſt ens per ſe, ergo eſse quo ſubſiſtit non eſt ab ea diſtinctum.

¶ Reſpondeo. dico primò quòd ens per accidens, cui opponitur ens per ſe, dicit aggregatum ex rebus diuerſorum generum, eſse autem creaturæ eſt reductiuè in eodem genere, in quo eſt eſsentia, cuius eſt actus, vt dicetur. Et ideò aggregatum ex ipſa, & ex eſse non eſt ens per accidens.

¶ Dico ſecundò quod ly per ſe vt dicit Lynconienſis primo poſterio. cap. 4. aliquando excludit cauſam efficientem, & ſic nulla creatura eſt ens per ſe. aliquando cauſam materialem, & ſic ſubſtanciæ ſeparatæ ſunt ens per ſe, id eſt non per materiam, aliquando excludit ſubiectum, & ſic omnis ſubſtantia eſt ens per ſe, quia non in ſubiecto. Aliquando formalem, & tũc nulla creatura eſt ens per ſe, ſed per eſse, prout ly ens ſignificat exiſtens. negatur ergo maior de ente per ſe ſecundo & tertio modo, & minor negatur, accipiendo ens per ſe quarto modo.

Secundò. *Si eſse non eſt eſsentia*, ſequitur quòd in eodem erunt infinita eſſe, ſed hoc eſt impoſſibile, ergo &c. conſequentia probatur, omne ens creatum habet eſse ab alio, ſed eſse creaturæ eſt ens creatum, ergo habet eſse ab alio, & illud eſse habet eſse ab alio, & ſic in infinitum.

*Eſſe non dicitur propriè creatura, quia ſubſiſtit*

Reſpondeo, negatur conſequentia. Ad probationem negatur minor, quia nihil dicitur propriè creatura niſi ſubſiſtat eſſe autem creaturæ non ſubſiſtit, & ideò non eſt creatura, nec creator, ſed quid concreatum, ſiuè diſpoſitio creaturæ, &



Digitized by Google

ideò nec creatur,nec annihilatur,aut eſt aut non eſt,ſed omnia iſta dicuntur de eo,quod eſt per ipſum eſſe de veri.q.21 art.4 ad 4.

*Diuiſio entis in creatum & in increatum eſt ſubſiſtẽtis.*

Ex hoc elicio, quòd diuiſio entis in creatum,& in increatum,non eſt diuiſio entis quomodocunque accepti,ſed entis ſubſiſtentis.

Contra.prima diuiſio entis extra animam eſt in ens creatum,& in increatum, ſed eſſe & formæ non ſubſiſtentes ſunt extra animã,ergo ſunt creator, vel creatura.

Reſpondeo,quod in illa diuiſione ſub ente creato continetur non ſolum,quòd eſt propriè creatura, ſiuè per ſe ſubſiſtens,ſed etiam quicquid eſt, & non eſt creator.

Tertiò.Si eſſe diſtinguitur ab eſſentia, aut eſt ſubſtantia,aut eſt accidens. Non accidens, quia tunc eſſentia eſſet per accidens. Si ſubſtantia, aut eſt materia,& hoc non,quia tunc creatum exiſteret per materiam,aut eſt ipſum compoſitum,& hoc non,vt patet ex ſe, aut eſt forma, & ſic habeo propoſitum, quiá forma ſubſtantialis aut eſt eſſentia aut ſaltèm pars eſſentiæ.

Reſpondeo.primò negatur conſequẽtiã, quia diuiſio in ſubſtantiam,& accidens eſt diuiſio entis,vt dicit eſſentiam, & non vt dicit eſſe,vt dicit S.D.2. quoli. queſt.2.articul.1.Vnde poteſt dici,quòd eſſe ſubſtantiæ non eſt ſubſtantia , ſed quoddam ſubſtantiale.

¶ Dico ſecundò, quòd eſſe eſt reductiuè tanquam principium formale in illo genere,in quo eſt id cuius eſt eſſe, quia actus, & potentia ſunt in eodem genere. Vndè eſſe ſubſtantiæ eſt in prædicato ſubſtantiæ,& eſſe quantitatis in genere quantitatis. Ad improbationem huius negatur conſequentia, quia diuiſio ſubſtantiæ in materiam, formam, & compoſitum eſt diuiſio in ſubſtantiam, quæ eſt eſſentia,vel pars eſſentiæ, cuiuſmodi non eſt eſſe,ſed eſſe eſt actus compoſiti & partium eius.

¶ Dico tertiò, quòd eſſe ſubſtantiæ poteſt dici accidens prout accidens accipitur pro omne eo, quod non eſt de eſſentia rei ; nec oportet tale accidens præſupponere ſuum ſubiectum exiſtere, immò poteſt eſſe actualius eo, cuius eſt tale accidens.

¶ Dico quartò, quòd quælibet forma tam ſubſtantialis,quam accidentalis dat ſuo ſubiecto aliquod eſſe , & eſſe quod dat forma accidentalis eſt aliud ab eſſe ſubiecti.

Ratio eſt, quia licet adueniat poſt eſſentiam completam, non tamen poſt eſſe completum. Secùs tamen de ſubſtantia formali,quia ſi adueniat eſſentiæ cõpletæ per aliam formam ſubſtantialem priorem,neceſſario etiam adueniet eſſe completo, quia omnis forma ſubſtantialis dat eſſe ſubſtantiale completum in aliqua ſpecie, & ſic talis forma eſſet accidentalis, nec poſſet dare eſſe ſubſtantiale, cum vnius entis ſit vnum ens ſubſtantiale,quo exiſtit. Et nota quòd cum dicitur, quòd eſſe ſuperuenit eſſentiæ completæ, intelligitur quantum ad rationem ſuam ſpecificam , & non quòd ſuperueniat eſſentiæ completæ, quantũ ad ſuum proprium modum eſſendi,quia nullum tale præcedit ; & in hoc differt eſſe à forma accidentali , quæ ſupponit vtrumquè complementum eſſentiæ,cui aduenit.

*Eſſe dicitur ſuperuenire eſſentiæ completæ quoad ſpeciem, nõ ad modum eſſendi proprium.*

Ex quo ſequitur, quòd ſubiectum, & accidens non exiſtunt per idem eſſe, 1.diſtinctio 3 quæſtion.2.articul. 3.Nec ſequitur,quòd ſi forma dat eſſe à ſe diſtinctum ei, cui aduenit, quòd etiam ipſum eſſe det aliud eſſe. Pro cuius notitia dico hoc ; quòd forma non eſt per ſe ſubſiſtens,ſiuè ſit ſubſtantialis,ſiuè accidentalis adueniens alicui non cauſat in eo eſſe,quaſi quòd ponat inter ſe, & id cui aduenit vnam tertiam entitatem. Sed conſiderandum eſt,quòd ſubiectum antequam habeat formam, puta albedinem non eſt proprium potentiale ad eſſe albedinis . Sed albedo ei adueniens conſtituit proprium potentiale ad tale eſſe, quo conſtituto, reſultat in eo eſſe non ſicut forma in materia , ſed ſicut actus in propria potentia,nam actus abſtrahit à forma , & potentia à materia. Ipſum autem eſſe, quia eſt actualiſſimum,non conſtituit aliud potentiale ad eſſe,ſed eſt quædam inchoatio operationis,& ideo non dat aliud eſſe.

*De propria potentiali eſſe reſpectu accidentiũ.*

Ex hoc ſequitur, quòd forma,quæ nõ ſubſiſtit,non eſt cauſa efficiens ipſius eſſe,ſed eſt cauſa hoc modo, quia conſtituit proprium ſuſceptiuum ipſius eſſe, forma verò per ſe ſubſiſtens, vt anima vel Angelus,eſt cauſa eſſe eo modo, quo propria dicitur cauſa actus, quem ſuſcipit, ſcilicet per quandam naturalẽ emanationem.

Sequitur

Digitized by Google

Sequitur ſecundò, quòd eſſe eſt actus vltimus in via compoſitionis, quia prius forma aduenit ſubiecto, quam dat eſſe, & actus primus in via reſolutionis.

*Gerar de Carmelo* Contra eandem arguit Gerardus de Carmelo quolib. 5. quæſtio 9. Illa ſunt idem, quæ eadem generatione generantur 4. metaph. † ſed homo, & eſſe hominis eadem generatione generantur: ergo ſunt idem. *†Text. 3.*

Reſpondeo, conceditur maior de his, quæ eodem modo generantur, in quo ſenſu negatur minor, quia homo eſt quod generat, & eſſe eſt, quo generatur.

Contra, ſequitur ſaltem, quòd eſſe, & forma ſunt idem, tenet conſequentia, quia vtrumque eſt terminus quo generationis.

Negatur conſequentia, quia diuerſimodè ſunt terminus quo, nam forma eſt terminus quo, inquãtum eſt principium terminans productionem, ſed eſſe eſt terminus, quo tanquam formalis terminatio fluens à forma.

Secundò eſſentia creaturæ eſt vna nõ per aliud ſibi additum: ergo exiſtit non per aliquid ſibi additum, antecedens eſt phyloſophi 4. metaph. † conſequentia probatur, quia non eſt maior ratio de vno quam ad eſſe. *†Text 3.*

Et confirmatur. Tranſcendentia ſunt idem realiter cum qualibet natura, ſed eſſe eſt tranſcendens: ergo eſt idem cum eſſentia.

Reſpondeo negatur conſequentia, quia indiuiſio conſtituens ratione vnius, conſequitur omne ens, & ideò ſi res eſſet vna per aliquid ſuperadditum, illud etiã cum eſſet indiuiſum eſſet vnum, & ſic in infinitum. Eodem modò quodlibet ens eſt ens non per aliquid ſibi additum accipiendo ens nominaliter, non autem participaliter, vnde non ſequitur ſi res exiſtit per eſſe, quòd illud eſſe exiſtit per aliud eſſe immo nõ exiſtit per ſe, nec per aliud, ſed eſt quo aliud exiſtit.

Ad confirmationem negatur minor, quia licet eſſe circumeat decem prædicamenta, non tamen eſt de ratione eorum, immo accidit cuilibet enti creato.

Contra, Id quod generatur non includit intrinſecè aliquam realitatẽ, niſi materiam, & formam: ergo eſſe non eſt quo generatur, conſequentia patet, antecedens eſt philoſophi 7. metaph. & 1. phyſico. † & 1. de generatione. *†Text 3. Tex. 64.*

Reſpondeo, negatur conſequentia, quia licet non includant aliam realitatem, tamen illa realitas non terminaret generationẽ niſi, vt ſubſtracta actui, qui eſt eſſe. Ariſtot. inueſtigauit tantum principia intrinſeca ſubſtantiæ, & ideò non fecit mentionem de eſſe, quod eſt extra quidditatem cuiuslibet creaturæ.

Contra eandem arguit Godofr. in quolib. Si eſſe diſtinguitur ab eſſentia, ſequitur, quod quælibet creatura componatur ex eſſe, & eſſentia, hoc eſt falſum: ergo, maior patet, minor probatur. Si eſſentia, & eſſe componunt creaturam, vnum eorum, ſcilicet, eſsẽtia ſe habebit, vt potentia, & aliud, ſcilicet, eſſe erit eius actus, ſed hoc eſt falſum: ergo maior patet, minor probatur. Si eſſentia eſt potentia reſpectu eſſe, aut eſt potentia ſimpliciter, & ſic ſequitur, quòd ſit materia prima, aut eſt potentia ſecundum quid, & ſic ſequitur, quòd ſit ſimpliciter in actu ſine eſſe. *Godof in quolib.* *Vtrum creatura compo natur ex eſſe, & eſſentia.*

Reſpondeo, primò negatur maior, ſiuè prima conditionalis, ſed bene ſequitur, quòd in qualibet creatura ſit compoſitio eſſe, & eſſentiæ, licet largè loquendo concedi poſſit creaturam componi ex eſſentia. Tunc ad improbationem probationem probatur minor.

Ad probationem dico, quòd aliquid poteſt dici dupliciter eſſe in potẽtia ſimpliciter. Vno modo, quia nullo modo eſt actus, nec actuans aliud, ſed purum actuabile, & ſic ſola materia eſt potentia ſimpliciter. Alio modo dicitur potentia ſimpliciter, quia non ſe ſolo ſufficit ad hoc, quod ſit ſimul in actu, ſed eſt potentia ad aliquid per quod ſit ſimul in actu. licet quando eſt in actu, per illud poſſit aliud actuare, & hoc modo eſſentia eſt in potentia ſimpliciter, non tamẽ ſequitur, quòd ſit materia, ſed benè ſequitur de eo, quod eſt potentia ſimpliciter primo modo.

¶Alia argumenta Godofredi facilia ſunt, & ſæpe in alijs propoſitis ſoluta.

Contra eandem arguit Aureol. † primò. Nulla res eſt aliud ab eo qui formaliter eſt extra nihil, ſed eſſentia eſt formaliter extra nihil per eſſe: ergo non eſt aliud ab eſſe. *† Aureo hic q. 1.*

¶Reſpondeo, dico primò, quòd eſſe, & eſſentia non ſunt propriè duæ res, nec duo entia, ſiuè accipiatur ſubſtantiuè, ſiuè adiectiuè, quia ad plurificationem ſubſtantiui requiritur plurificatio formæ, in vna autem eſſentia eſt tantum vnum *Eſſe vt eſſẽtia non ſunt propriè duæ res, vel duo entia.*

eſſe

Digitized by Google

eſſe. Ad plurificationem adiectiui requiritur plurificatio ſuppoſitorũ, vnius autem eſſe eſt tantum vnum ſuppoſitũ, & propter hoc non dicitur etiam, quod eſſe ſit propriè aliud ab eſſentia, & propter hoc, quæſtio an eſt non ponit in numerum rerum.

Cap. 11. Nihil dupliciter.

¶Dico ſecundò, quod dicit philoſophus primo Topicorum, quòd quot modis dicitur vnum oppoſitorum, tot modis dicitur; & reliquum, ipſum nihil opponitur enti, ideò cum ens accipiatur dupliciter, ſcilicet, pro eſſentia, vel pro actuali exiſtentia, ita nihil accipitur dupliciter. Vno modo, vt opponitur eſſentiæ. Alio modo, vt opponitur exiſtẽtiæ. Dico ergo, quod eſſentia ſeipſa ponitur extra nihil accipiendo nihil, vt opponitur eſſentiæ, & ponitur formalitèr extra nihil per eſſe, accipiendo nihil vt opponitur exiſtentiæ.

¶Dico tertiò, quod eſſentia, inquantum eſt alia ab eſſe, eſt exiſtens denominatiuè, & ſubiectiuè, quamdiu eſt ſubeſſe, non autem ſeipſa formalitèr, ſicut etiã lignum quandiu eſt ſub albedine, inquãtum aliud ab albedine eſt, album denominatiuè, & ſubiectiuè, non autem formalitèr, & intrinſecè, immo album formalitèr eſt compoſitum ex ligno, & albedine. Et ſimilitèr exiſtens formalitèr eſt compoſitum ex eſſe, & eſſentia. Iſta diuiſio, quæ facta eſt de ente debet fieri de realitate, de eſſe in rerum natura, & huiuſmodi. Et per hanc diuiſionem ſoluuntur plurima eius argumenta, quæ ipſe putat inſolubilia. Nec mirum videatur, quod diſtinguimus de nihil, quia etiã philoſophus 5. metaph. diſtinguit de non ente.

Quo angelicum dogma S. D. callere dicendo, & intelligẽdo experiaris.

Secundò arguit. Quando aliquid diuiditur per duas differentias quarum vna deſtruit totalitèr diuiſum, reliqua nihil addit ad diuiſum, ſicut animal diuiditur per verum, & pictum, & pictum deſtruit animal, ideo verum nihil addit ei, animal enim verum nihil eſt niſi animal. Sed ens diuiditur per actum, & potentiam, & potentia deſtruit totalitèr ens: ergo actus, ſiuè exiſtens nihil addit ad ens.

Reſpondeo ad minorem, quòd licèt ens in potentia in genere eſſentiarum totalitèr tollat, tamen ens in potentia in genere exiſtentiarum non tollit ipſũ totalitèr. Roſa enim non exiſtens, & eſt roſa, & eſt ens.

Tertiò nomen verbale, & verbum idem ſignificant, ſicut curſus, & currere, ſed eſſe eſt verbum, & eſſentia eſt nomẽ verbale: ergo.

Reſpondeo, quicquid ſit de minori negatur maior, nam curſus dicit ipſum actum ſine forma, & currere dicit eſſe, quod dat illa forma ſubiecto. Idem dico de Luce, & Lucere, & huiuſmodi.

Garro. Verum eſſe ſit tantum reſpectus.

Contra eandem arguit Garro. Quicquid acquiritur per creationem, eſt reſpectus ad creans, ſed eſſe acquiritur per creationem, ergo eſſe eſt tantum reſpectus.

Reſpondeo, & dico primo, quòd hæc ratio confirmat propoſitum. Cum enim eſſentia creaturæ non ſit reſpectus, ſi eſſe eſt reſpectus, ſequitur quod eſſe non ſit eſſentia.

¶Secundò negatur maior, quia nunquam creatura acquirit reſpectum ad agens, niſi acquireret eſſe, in quo fundatur talis reſpectus.

*Concluſio II.* Compoſitio ex eſſe, & eſſentia non eſt eadem cum compoſitione ex materia, & forma. Hanc ſic probat ſecundo contra gent cap. 53. Illæ compoſitiones non ſunt eædem, quarũ extrema diſtinguuntur, ſed eſſe diſtinguitur à forma, & eſſentia à materia: ergo compoſitio vna non eſt alia, maior patet, minor probatur pro prima eius parte.

Primò ſic. Actus diſtinguitur ab eo cuius eſt actus, ſed eſſe eſt actus formæ, modo quo dictum eſt in reſponſione ad tertium Henrici. ergo.

Secundò. Eſſe eſt id quo res eſt, & forma non eſt id quo res eſt: ergo eſſe non eſt forma. Sed contra negatur minor huius rationis, quia S. Doct. 1. diſtinctio, octaua quæſtio prima, articul. 2. dicit quòd non ſolum eſſe eſt id quo res eſt, ſed etiam forma, & eſſentia ſunt id, quo eſt.

Id quo eſt dupliciter, formalitèr, & cauſatiuè per concomitantiam.

Reſpondeo, quod id, quo eſt, accipitur duplicitèr. Vno modo formalitèr, & ſic ſolum eſſe eſt id quo eſt. Alio modo cauſatiuè per naturalem, concomitantiam, & ſic forma, & eſſentia ſunt id, quo eſt. In primo ſenſu loquitur, ſecundo contra gen. In ſecundo loquitur primo diſt. &c. argumentum autem procedit ſecundum primum ſenſum. Secunda pars illius minoris ſcilicet quod eſſentia creaturæ non ſit materia, ſic probatur primo, materia † eſt pars eſſentiæ, vt dicitur

† Tex. 13?

Digitized by Google

† Text. 6.

citur 7. † & 8. metaph. ergo non eſt tota eſſentia.

Secundò. Id quod eſt, id quod eſt diſtinguitur ab eo, quod non eſt id quod eſt, ſed eſſentia eſt id quod eſt, & materia non; ergo eſſentia non eſt ipſa materia.

Contra arguit S. Doct. præſent. diſt. vbi ſupra, dicens quod ſuppoſitum eſt id quod eſt, & eſſentia eſt id quo eſt: ergo, minor præcedentis rationis eſt falſa, in qua dicitur, quod eſſentia eſt id quod eſt.

Reſpondeo. Id quod eſt accipitur dupliciter. Vno modo pro eo, quod nullo modo eſt id, quo eſt, ſic ſolum ſuppoſitũ eſt id, quod eſt, & ſic intelligit S. Doct. Alio modo accipitur pro omni eo quod eſt actu ab aliquo, licet ipſum etiam ſit actuans aliud, & hoc modo eſſentia eſt quia eſt actuata à forma partis, licet ipſa ſit actuans ſuppoſitum.

Ex his ſequitur corrollariè primo, quod compoſitio ex eſſe, & eſſentia ſe habet in plus quàm compoſitio ex materia, & forma, quia prima eſt in omni creatura; ſecũda tãtum in materialibus. Secundum corrollarium. In ſeparatis à materia eſt tantum vna compoſitio, ſcilicet ex eſse, & eſsentia. In materialibus verò eſt vtraque compoſitio.

## QVAESTIO II.

*8. diſt. prim. ſent.*

*QVæritur ſecundò.* An aliqua creatura ſit immutabilis.

Pro deciſione huius quæſtionis hæc eſt prima concluſio. Omnis creatura eſt mutabilis per potentiam diuinam. Hanc probat S. Doct. 1. quæſt. 9. artic. 2. Et primo ſent. diſtinct. 2. & de potentia quæſt. 5. primò, ſecundò, tertiò, quartò. Et ſecundò contra gent. cap. 39. primò ſic. Omne potentiale eſt mutabile, cum motus ſequatur potentiam, ſed omnis creatura eſt potentialis, cum non ſit actus puriſſimus: ergo,

Secundò. Omne non neceſſe eſſe ſimpliciter, poſſibile eſt non eſſe, ſed omnis creatura eſt huiuſmodi: ergo, maior patet, minor probatur, omne ens eſſe ab alio eſt non neceſſe eſſe ſimpliciter, ſed omnis creatura habet eſſe ab alio; ergo,

Notanter dico, neceſſe eſſe ſimpliciter, quia multa neceſſaria habent eſſe ab alio, vt corpora cœleſtia, ſed talia non ſunt neceſſe eſſe ſimpliciter, immo cum non habeant eſſe à ſe ſi per ſe ſolitariè conſiderarentur, habent non eſſe.

Pro cuius maiori notia eſt ſciendum, quòd dupliciter aliquid dicitur neceſſarium ſimpliciter, & abſolutè. Vno modo, vt dicit prima quæſt. 82. art. 1. quia eſt neceſſarium per aliquid exiſtens in eſſentia ſua, ſiuè illud ſit ipſa eſſentia, vt in ſimplicibus, ſiuè illud ſit materia, vel forma ſicut triangulum habere tres angulos, &c. & omne compoſitum ex cõtrarijs corruptibile eſſe. Alio modo, vt inquit de veri quæſt. 23. art. 4. ad tertium dicitur aliquid neceſſariũ abſolutè propter neceſſariam connexionem terminorum, vt hominem eſſe animal, ſubſtãtiam ſeparatam eſſe eſt neceſſarium primo modo, non autem ſecundo modo. Et ideo non implicat contradictionem ea deſinere eſſe, ſicut ea, quæ neceſſaria ſunt ex connexione terminorum, vt hominem eſſe animal, & multa huiuſmodi complexa.

*Abſolutè, & ſimpliciter neceſſariũ dicitur dupliciter propter neceſſitatem intrinſecã aut propter neceſſariam connexionẽ terminorum*

*Concluſio II.* Non omnis creatura eſt mutabilis in non eſſe, per potentiam quæ ſit in ea. Hanc probat prima parte vbi ſupra. Omnis creatura eſt mutabilis in non eſſe per potentiam in ſe exiſtentẽ, habet aliquid potentiale quod poteſt ſtare, & remanere ſub non eſſe illius creaturæ, ſicut patet quando corrumpitur aliquid, puta àer, materia remanet ſub non eſſe aeris, ſed aliquæ creaturæ ſunt quarum potentiale non poteſt ſtare ſub non eſſe earum, vt ſunt corpora cœleſtia, quorum materia non poteſt priuari forma quam habet. Similiter ſubſtantiæ ſeparatæ non poſſunt remanere ſub non eſſe, quod habent, quod probatur prima quæſt 9. & quæſt. 50. art. 5. Id quod conuenit alicui per ſe non poteſt ab eo ſeparari etiam remanent, vt patet, ſed eſſe per ſe, conſequitur formam: ergo, & eſſentia angeli quę eſt potentialiter reſpectu eſſe eſt quædam forma.

Contra. Id non conuenit alicui per ſe, quod conuenit ei per aliud, cum per ſe, & per aliud opponantur, ſed cuilibet formę creatæ conuenit eſſe per aliud, ſcilicet à Deo; ergo non conuenit ei per ſe.

*Vtrum formæ conueniant eſſe per ſe.*

Reſpondeo, aliquid conuenire alicui per ſe contingit dupliciter. Vno modo perſeitate tertij modi, quæ eſt ſolitudo, & ſic

Digitized by Google

& ſic nulli creaturæ conuenit eſse per ſe, quia ſi creatura ſolitariè conſideretur remoto omni, quod non eſt creatura ipſa non habet eſse, ſed quicquid habet eſſe citra primum ens hoc habet ab alio, ſcilicèt à Deo. Alio modo conuenit alicui per ſe, id quod conuenit ei per quãdam naturalem concomitantiam, & per ipſum conuenit aliis, ſed hoc habet ab alio, & hoc modo eſse conuenit formę per ſe, quia quicquid habet eſse eſt forma, vel hoc eſse habet à forma, eo quòd forma conſtituit proximum potentiale ipſius eſse, & ea poſita ſtatim eſse ad eã conſequitur.

*Præcipuum auctoris opus, labor, vel ſũmus.* Ad argumẽtum dicitur ad maiorem, quòd id conuenit alicui per aliud primo mdo, poteſt ei conuenire per ſe iſto modo ſecundo.

Eandem concluſionem probat ſecũdo contra gent. cap. 54. 11. rationibus quas ideo omittimus, quia intentio noſtra non eſt nunc arguere contra alios, ſed ſoluere argumenta aliorum contra beatum Thomam.

*Carpuntur Auic. & Algaze.* Ex illa concluſione ſequitur corollarie contra Auicenn. quarto metaph. & Algazelem quod aliquod ens creatum eſt neceſse eſse quod probat. Omne, id eſt, neceſse eſse quod non poteſt aliter ſe habere primo poſteriorum, † ſed aliquod ens creatum eſt huiuſmodi: ergo, maior nota, minor probatur. Omne immutabile non poteſt aliter ſe habere, ſed aliquod ens creatum eſt immutabile ſecundum eſse: ergo. *†Text. 15.*

*Aureol. in 1 diſt. 8. q. 2. Vtrum omne creatum ex ſe ſit defectibile.* Contra, arguit Aureolus. † Omne, ideſt defectibile ſe quòd indiget conſeruante, & quòd in nihilum decideret, niſi ab aliquo manuteneretur, ſed omne ens creatum eſt huiuſmodi: ergo omne ens creatum de ſe, & ſecundum ſuam materiam eſt defectibile, minor eſt Auguſt, Gregorij, & omnium theolog. maior probatur, illud cõuenit alicui per ſe tertio modo quod conuenit ei ſolitarie conſiderato, ſed mutabilitas conuenit creaturæ per ſe acceptæ, ideſt, ſecludendo Deum conſeruantem: ergo.

Reſpondeo, primò dico, vt dicit hic magiſter, quod indefectibile dicitur dupliciter. Vno modo, quia ei repugnat defectibilitas, & tale non indiget conſeruante. Alio modo pro eo cui non conuenit defectibilitas per aliud ſibi intrinſecum licet poſſit deficere per aliquod agens extrinſecum, & tale indiget conſeruante, huiuſmodi eſt omnis creatura. Similiter aliquid eſt defectibile dupliciter. Vno modo quia in ſe habet principium deficiẽtię, & ſic negatur maior. Alio modo quia eſt defectibile per agẽs extrinſecum, & ſic conceditur maior, & minor, ſed non eſt contra nos. Iſta reſponſio eſt certe præclara, & digna tanto doctore.

Argumẽtum adhuc tamẽ ſtare videtur. Secluſa enim omni actione diuina circa creaturam, ipſa creatura deficeret, & non per agẽs extrinſecum, quia ſecluditur, ergo eſt defectibilis per naturam tuam propriam.

Reſpondeo. Saluo ſẽper meliori interpręte rationum S. Doct. dico duo. Primo quod hoc argumẽtum non eſt concluſionis, dicit enim in probatione, quod illud dicitur defectibile ſecundum propriam naturam cuius potẽtiale poteſt remanere, licèt varietur de vno eſse in aliud, ſecundum quẽ modum omnia generabilia ſunt defectibilia, quia eorum potẽtiale, ideſt natura remanet, & tamẽ variatur de vno eſse in aliud, ſicut variatur de vna forma in aliam, potẽtialẽ aũt earum creaturarum, quas dicimus neceſse eſse non hoc modo ſe habet, nã materia corporum cœleſtium, nunquã variatur de vno eẽ in aliud, cum non ſit ſubiecta priuationi.

Ad argumẽtum negatur maior de defectibilitate, quæ dicit permanẽtiam alicuius ſub alio, & alio eſse.

¶ Dico ſecundò, & vniuerſalius de mẽte philoſophi ſecundo phyc. † quod aliquid eſt cauſa alterius dupliciter. Vno modo aliquid in ipſum agendo. Alio modo ſubtrahendo actionem ſuam, ſicut gubernator per ſubtractionem gubernationis eſt cauſa ſubmerſionis nauis, & ſol eſt cauſa priuationis luminis in aere nihil in ipſum agendo, ſed ſubtrahendo præſentialitatem ſuam. Ita in propoſito secluſa omni actione Dei circa creaturam ipſa deficeret, illius autẽ deficiẽtiæ cauſa eſset Deus non aliquid agẽdo, ſed ſubtrahẽdo actionẽ, ſine qua ipſa creatura eſse non poteſt. *† Text. 30.*

Secundò arguit. Nullum ex ſe impoſſibile poteſt alicui eſse poſſibile, ſed poſſibile eſt Deo facere, quòd creatura deficiat. ergo creaturam deficere non eſt de ſe impoſſibile.

Reſpondeo. Dico primo, vt dicit



Digitized by Google

S. Doct.de potentia, quæſtione tertia, art.tertio, quòd aliquid dicitur poſſibile dupliciter. Vno modo ſecundum potentiam actiuam, vel paſſiuam, & ſic homini poſſibile eſt ambulare, & ligno eſt poſſibile comburi. Alio modo dicitur poſſibile ſecundum ſeipſum, ideſt, quia non implicat contradictioné. Et per oppoſitum aliquid eſt impoſſibile dupliciter. Vno modo ſecundum potentiam, vel paſſiuam, ſicut homini eſt impoſſibile volare, & hoc dicitur impoſſibile metaphyſicum. Alio modo ſimpliciter, ſcilicet, quia implicat contradictionem, vt hominem eſſe aſinum, & hoc eſt impoſſibile logicum.

*Iudicium de poſſibili haberi põt per duplices cauſas.*

¶ Dico ſecundò, quòd iudicium de aliquo poſſibili, vel impoſſibili poteſt dupliciter haberi. Vno modo per cauſas ſuperiores. Alio modo ſecundum inferiores, & aliquando id quod iudicatur verum ſecundum vnam, eſt falſum ſecundum aliam, ſicut mortuum reſurgere eſt poſſibile per cauſam ſupremam, ſcilicet diuinam, & eſt falſum ſecundum cauſas naturales, quæ ſunt inferiores. Theologus iudicat ſecundum cauſas ſuperiores. philoſophus verò ſecundum cauſas inferiores.

Ex his ſequitur, quod ſubſtantias ſeparatas deficere eſt poſſibile ſecundum iudicium theologi, & eſt impoſſibile ſecũdum iudicium philoſophi. In quo ſenſu loquitur S.Doct. quando dicit impoſſibile eſſe eas deficere, quia loquebatur contra philoſophos, & maxime contra gentiles.

Ad argumentum ergo dico, quod impoſſibile implicans contradictionem nulli eſt poſſibile, creaturam autem omnem deficere non eſt hoc modo impoſſibile. Si autem loquamur de impoſſibili, primo modo negatur maior.

*Concluſio III.* Nulla creatura habet potentiam in ſe, per quam poſſit annihilari. Hanc ponit de potentia quæſt. 5. articul.3. & probatur. Quicquid habet in ſe potentiam, per quam annihiletur, poteſt ex ſe ſine omni alio totaliter deſinere eſſe, & nihil ei ſuccedet, quod dico quia in Euchariſtia ſubſtantia panis totaliter deſinit eſſe, non tamen annihilatur, quia ei ſuccedit Corpus Chriſti, ſed nulla creatura poteſt ex ſe deſinere totaliter eſſe: ergo maior patet, minor etiam quoad creaturas ſpirituales, patet etiam ex præcedenti concluſione quoad materiales, quia ſaltem remanet earum materia.

¶ Cõtra arguit. Accidentia ſunt creaturæ, & totaliter ex ſe deſinunt eſſe in ſubiecto: ergo aliqua creatura ex ſe annihilatur.

¶ Reſpondeo, primò negatur maior, quia cum accidentia non ſint entia completa, non ſunt propriè loquendo creaturæ.

¶ Secundò negatur minor, quia remanent poſt corruptionem in potentia ſubiecti, & hoc impedit annihilationem.

Contra, quando charitas deſinit eſſe in aliquo, non remanet in potentia ſubiecti: ergo ſaltem iſtud annihilatur.

Reſpondeo, negatur conſequentia, quia illud propriè annihilatur, quod corrumpitur in nihilum, charitas autem nõ corrumpitur ſecundum eam de verit. q. 2. art. 12. ad 31.

*Charitas deſinens eſſe non annihilatur.*

## QVÆSTIO III.

### 8. *diſt.* 1. *Sent.*

QVæritur tertiò, vtrum Deus ſit in genere.

Pro deciſione huius quæſtionis ponitur prima concluſio. Omne quod eſt in genere, eſt ad aliquem gradum entium determinatum. Hanc ſic probat ſecundo contra gent. c. 93. & prima quæſt. 50. artic. 2. ad primum. Omne habens differentiam eſt determinatum, quia differentia determinat genus ad certam ſpeciem, ſed omne quod eſt in genere, habet differentiam. Item omne diffinibile eſt finitum, quia diffinitio eſt terminus 5. metaph. particula 22. ſed omne quod eſt in genere eſt diffinibile: ergo.

Contra arguit Gregor. & Aureolus † Omne ens per ſe eſt in genere, ſed infinito non repugnat eſſe ens per ſe: ergo nec eſſe in genere minor nota, & maior, quia ratio exiſtendi in genere eſt eſſe ens per ſe, & non per accidens.

*Greg. & Aureolus hic.*

Reſpondeo, & dico tria. Primũ quòd duo requiruntur ad hoc quod aliqua res ſit in genere, primò quod habeat eſſe diſtinctum à ſua quidditate, ſecundò quod ſit ens per ſe, vbi verò deficit alterũ iſtorum, illud non erit in genere.

*Res exiſtens in genere duo exigit.*

¶ Dico ſecundò, quòd infinitum eſt duplex. Aliquod eſt infinitum ſub aliqua ſpecie ſicut linea infinita, & corpus infinitum, & tali non repugnat eſſe in genere,

*Cui infinito repugnat eſſe in genere.*



Digitized by Google

nere, vt dicitur 6.top.cap.19. quia ei non repugnat eſſe per ſe, & habere eſſe diſtinctum ab eſſentia. Aliud eſt infinitum omnino, & ſimpliciter, & huic repugnat eſſe ſimplicitèr, quia non poteſt habere eſſentiam diſtinctam ab eſſe.

Ad argumentum negatur maior, niſi ponatur, quod habet eſſe diſtinctum ab eſſentia, quo addito, a conceſſo maiore, negatur minor de infinito ſimplicitèr.

*Quomodo genus ſit forma media inter potentiam, & actum.*

¶Dico tertiò, pro maiori doctrina, ꝙ genus dicitur à Commentatore 12. metaphiſ.comment.33. eſſe quædam forma media inter potentiam, & actum, quæ propoſitio ſic intelligitur: ꝙ genus non eſt pura potentia, quæ eſt materia prima nec actus: quia non dicit naturam exprimendo vltimate eius propriam formam: ſed dicit naturam cum aliqua perfectione vlterius determinabili.

*Concluſio II.* Non omne, quod eſt in genere, eſt compoſitum ex materia, & forma. Hanc ponit vbi ſupra, & arguit. Nulla forma componitur ex materia & forma: quia nihil componitur ex ſe, & ſuo oppoſito, ſed aliqua forma eſt in genere, ergo.

*Scotus hic.*

Contra arguit Scotus probãdo, quod omne genus habet propriam materiam ex qua res illius generis componantur, primo. Quot ſunt genera mutationum, tot ſunt genera materiarum. 12. metaph. com.10. ſed tot ſunt genera mutationũ, quot ſunt genera ergo.

Reſpondeo. primò negatur minor. quia non ad omne genus eſt per ſe motus. ſecundò negatur maior, quia. Commentator ex illa propoſitione ponit ſolum differentiam inter materiam incorruptibilium quæ mouentur tantum localiter, & materiam corruptibilium. Vel intendit, quod formæ diſtinctæ ſecundũ genus, & indiuiſibiles per motũ habent ſubſtantia diſtincta ſecundum genus. Ex quo tamen non ſequitur, quòd ipſæ formæ habeant materiam partem ſui.

*Vtrum genus habeat propriam materiam.*

Secundò arguit. Omnis res alicuius generis habet propriam materiã, ex qua fit; ergo res cuiuslibet generis componitur ex materia, conſequentia patet, antecedens eſt Comment. 12. metaphiſ. comment.11. dicentis quod omnia vltra communem materiam, habent propriam materiam, & commẽt.23. dicit, quod priuatio, materia, & forma ſunt principia omnium generum.

Reſpondeo, & dico duo. Primum eſt, quod materia accipitur tripliciter. Primo pro nuda eſſentia materiæ. Secundò pro materia actuata diſpoſitionibus, qui reddunt materiam proprium ſuſceptiuum alicuius formæ. Tertiò pro ipſa inchoatione formæ reſultante in materia ex huiuſmodi diſpoſitionibus.

*Materia accipitur tripliciter pro nuda eſſentia materia vel pro actuata diſpoſitionibus vel pro inchoatione forma.*

¶Dico ſecundò, quod inchoatio formæ accipitur dupliciter. Vno modo pro ipſa eſſentia formæ habentis eſſe tantum potentiale in potentia propinqua in materia, & hæc inchoatio eſt ipſa forma, ſed differunt ſecundum perfectum, & imperfectum. Alio modo accipitur pro materia, vt ſtat ſub tali inchoatione, & hæc dicitur habilitas, vel appetitus materiæ, & ſic etiam pertinet, vt quid potentiale ad genus formæ. Nam materia ſub inchoatione caloris pertinet ad genus caloris.

Ad argumentum dicitur, quod ſi ly ex in antecedente dicat habitudinem cauſę negatur antecedens. Si dicat ordinem, ideſt, materiam tertio modo dictã poſtquam ſit, ſic conceditur antecedens, ſed negatur conſequentia, quælibet enim forma educibilis de potẽtia materię pri⁹ habet potentiale, & poſtea actu. Commentator autem loquitur de materia ſecundo modo, & tertio modo.

¶Dico tertiò, quod forma dicitur inchoata in materia, quando materia eſt in potentia propinqua, eſt autem in potentia propinqua quando poteſt educi in actum per vnum agens, vt dicitur 9. meta.† — † *Tex.13.*

¶Ex quo ſequitur, quod aliquæ qualitates ſunt inchoatæ in materia in opere creationis, ſcilicet qualitates primæ, vt dicit S.Doct. primo diſtinct.16. quæſt.2. nã ex vnico motore poteſt ſtatim quodlibet generabile fieri calidum humidum, &c. qualitates autem ſecundæ non ſunt inchoatæ, quia ex vno motore ſtatim educi non poſſunt, cum præſupponant primas qualitates, ex quarum mixtione reſultant, iſta verò materia de inchoatione diffuſius eſt ſecunda diſtinct.

*Qualitates primæ ſunt inchoata in materia in creatione, non autem ſecunda.*

¶Dico quartò quod non omne principium alicuis generis eſt res illius generis, nam in omni genere eſt proprium mouens 2. metaph.† tamen mouens ad quatitatem non eſt quantitas, cum quãtitas non ſit forma actiua. — † *Text.4.*

¶Ex quo ſequitur, quod licet etiam materia prima eſſet principium cuiuslibet generis, quod ſit res illius generis.

¶Dico

Digitized by Google

¶ Dico quintò, quòd omnes formæ eiuſdem generis habent idem potentiale, puta illud potentiale in genere qualitatis, & per quod ſuperficies eſt ſuſceptiua coloris reſpicit omnes, nec aliud eſt potentiale albedinis, & aliud nigredinis, de veri, quæſtio 8. artic. 14. Cuius ratio eſt vt inquit Gregorius, quia ſuperficies cum illo potentiali eſſet ſubiectum albedinis. Si ergo cum alio potentiali ſit ſubiectũ nigredinis ſequitur, quod duorum contrariorum non ſit omninò idem ſubiectum.

*Gregor. in primo diſt. 3.*

¶ Ex quo ſequitur, quod idem ſubiectum eſt in potentia propinqua ad contrarias formas, & quod genera formarũ diſtinguntur ſecundum huiuſmodi potentialia.

¶ Dico ſextò, quòd licet formæ non habeant materiam ex qua componatur, quia tamen actus, & potentia pertinent ad idem genus 9. metaph. text. 19. & 3. phyſ. comm. 9. habent proprium potentiale quod eſt eiuſdem generis. Superficies enim nunquam eſſet ſubiectum coloris, niſi haberet aliquid in ſe, de genere qualitatis, quod dicitur potẽtia propria, & inchoactio omnis coloris, reſpectu autem iſtius potentiæ non habet aliam potentiam, quia hæc potentia non producitur propria productione, ſed ad productionem ſubiecti, vt declaratũ eſt ſupra diſtinct. 3. quæſt 3 artic. 2. ad 2. & 3. contra primam rationem.

Tertiò arguit, omne diffinibile componitur ex partibus, ſed omne quod eſt in genere eſt diffinibile, cum habet genus, & differentiam: ergo, minor patet, maior eſt philoſophi 7. metaph. & Comment. comm. 33. & 50.

Reſpondeo, quod duplex eſt diffinitio, vna imperfecta, & ſecundum quid, & ſic negatur maior alia ſimplicitèr dicta, & ſic conceditur maior, & de tali loquitur phlioſophus, vt patet, minor in hoc ſenſu negatur.

Ad probationem dico, quod duplex eſt differentia, vna eſt eſſentialis exprimens determinatam partem eſſentialem rei, & conuertibilis cum diffinito. Alia non eſt eſſentialis, modo quicquid habet differẽtiam primo modo, cuiuſmodi ſũt ſolæ ſubſtantiæ eſt ſimpliciter diffinibile, non autem quod habet differentiam ſecundo modo, cuiuſmodi ſunt accidentia, quorum differentiæ ſi etiam eſſẽt nobis notæ non ſumerentur à partibus intrinſecis ipſi accidenti.

Quartò arguit. Id quod eſt per ſe terminus actionis, eſt compoſitum, ſed aliqua forma eſt huiuſmodi: ergo, maior probatur, quia forma ſimplex non fit niſi per accidens 7. metaph. † minor probatur. Albedo eſt per ſe terminus dealbationis, ſed albedo eſt forma: ergo, minor patet, maior probatur. Dealbatio non terminatur per ſe ad album, cum ſit ens per accidens: ergo ad albedinem.

*† Tex. 7.*

Reſpondeo, quod terminus actionis eſt duplex. Vnus eſt terminus quo, & negatur maior. Alius eſt terminus quod, & ſic negatur minor. Et ſi dicatur, qui eſt terminus per ſe, quod in dealbatione. Dico quod non oportet cuiuslibet accidentis aſſignare terminum quod, nec actio dicitur vna niſi propter terminum quo.

*Actionis duplex terminus quo, & quod.*

Quintò. Quicquid habet genus, & differentiam habet diuerſas realitates, ſed omne quod eſt in genere eſt huiuſmodi: ergo, hæ autem realitates non videntur eſſe niſi materia & forma, minor nota, maior eſt philoſophi 7. metaph. † dicentis, quod genus, & differentia ſumuntur à diuerſis.

*Tex. 43.*

Reſpondeo, negatur maior. Ad probationem dico, quod philoſophus loquitur de diffinitione rerum ſenſibilium.

Contra hanc rationem vult probare Ari. vniuerſalitèr loqui primò. Si genus dicit eandem realitatem cum differentia, ergo ſe ſolo ſufficit, & eſſet negatio addendo ei differentiam, hoc eſt falſum: ergo.

Reſpondeo, negatur conſequentia, quia ad diffinitionem oportet explicitè ſignificare omnia principia intrinſeca diffiniti: quod non facit genus, nec eſt nugatio, quia genus non eodem modo ſignificatur quo differentia, ſcilicèt explicitè, quod enim genus dicit indeterminatè, differentia dicit determinate.

Si dicatur, vt arguit Aureol. determinatio, & indeterminatio non poſſunt eſſe ſimul in eodem intellectu reſpectu eiuſdem, cum ſint oppoſita: ergo conceptus generis, & differentiæ non poterunt eſſe ſimul in eodem intellectu.

*Aureol.*

Reſpondeo, quod determinatio, & indeterminatio poſſunt accipi triplicitèr. Vno modo, vt ſunt modi rei extrà animam, ideſt quæ eſt extra animam indeterminata, vel determinata. Alio modo, vt ſunt de principali ſignificato alicuius, & his

*Determinatio, & indeterminatio tripliciter accipi poſſunt, vt ſũt modi rei, modi ſignificati, & modi rationis.*



Digitized by Google

& his duobus modis conceditur antecedens,ſed negatur conſequentia, quia nō dicimus genus, & differentiam hoc modo ſignificare determinatè, vel indeterminatè. Tertiò modo,vt ſunt modo rationis concipientis, & ſic negatur antecedens, quia tales modi ſunt compoſſibiles,nec ſunt oppoſiti.

Contra,ergo intellectus noſter primo debet formare conceptus differentiæ, quæ determinatè dicit naturam rei quā generis.

Reſpondeo, negatur conſequentia, quia intellectus noſter procedit de potentia in actum, & ideò prius percipit confuſa.

Secundò. Ea dicunt diſtinctas entitates,quorum vnum eſt principium realis diſconuenientiæ,ſed genus eſt principium realis conuenientiæ, & differentia diſconuenientiæ:ergo.

Reſpondeo negatur minor, quia genus eſt principium conuenientiæ ſolum ſecundum rationem. Idem autem poteſt eſſe principium diſconuenientiæ realis, & conuenientiæ ſecundum rationem.

Ipſe autem adducit multas rationes, quibus vult probare, quod conueniētia in genere ſit realis, quæ ſoluētur ad plenum in 3.diſtinct.5.vbi ex propoſito tractatur iſta materia.

Tertiò,genus ex natura rei eſt contrahibile,& differētia ex natura rei eſt contrahens: ergo ex natura rei diſtinguuntur.

Reſpondeo,negatur antecedens, nihil enim eſt contrahibile niſi inquantum ē commune,nulla autē natura de ſe eſt cōmunis,niſi vt eſt apprehenſa per intellectum, & ideò contractio non conuenit rei ex natura ſua,ſed vt eſt in intellectu.

Quartò. Cuiuslibet rei eſt vnus conceptus adæquatus: ergo conceptus generis,& differētiæ non ſunt eiuſdem rei.

*Duplex conceptus ſimplex, & cōpoſitus.*

Reſpondeo, quòd duplex eſt conceptus, vnus ſimplex, alter compoſitus, loquēdo de conceptu ſimplici,negatur antecedēs,de compoſito autē conceditur antecedēs,& negatur conſequētia, quia conceptus generis,& differētiæ non ſunt compoſiti. Si dicat ſe intelligere antecedēs de ſimplici, etiā dico,quòd vnius eſt vnius conceptus ſimplex explicans rē perfectè poſſunt tamē eſſe plures imperfectè explicantes.

Quintò conceptus generis, & differētiæ ſunt ita diuerſi, ſicut conceptus diuerſarum rerum:ergo dicūt diuerſas res, conſequētia patet, antecedēs probatur, quia conceptus faciēs habitum geometriæ,& conceptus faciēs habitum perſpectiuæ ſunt diuerſi, ac ſi eſsēt diuerſarum rerum,cum faciant diuerſas ſciētias, ſed conceptus geometriæ eſt conceptus generis, & conceptus perſpectiuæ eſt conceptus differentiæ: cum illa ſit ſubalternans,& iſta ſubalternata: ergo.

Reſpondeo. Primò negatur antecedens,quia per iſtos conceptus idem realiter importatur, nō autem per illos, qui ſunt diuerſarum rerum.

*Eiuſdem rei poſſunt eſſe diuerſi conceptus imperfecti.*

¶ Dico ſecundò, quòd in eadem re poſſunt fundari duo conceptus imperfecti ſumpti à diuerſis rebus, non tamen erunt oppoſiti ſicut conceptus diuerſarum rerum.

Ad probationem antecedentis negatur maior, quia illi non ſunt oppoſiti nā conceptus lineæ, & lineæ viſualis ſtant ſimul.

Sextò. Conceptus diſtinguntur per conceptibilia, ſed conceptus generis, & differentiæ ſunt diſtincti;ergo,habent diſtincta conceptibilia.

Reſpondeo. Primò conceditur conſequens, ſed non ſequitur habent diſtincta conceptibilia,ergo ſignificant diuerſas res, quia eadem dicitur duo conceptibilia ſecundum, quod eſt nata fundare duos conceptus quorum quilibet imperfectè repreſentat.

Si dicatur diſtincti habitus ſupponūt obiecta diſtincta:ergo, & conceptus.

*Obiectum in potentia præcedit actū, non autem obiectum in actu.*

¶ Dico, quòd licèt obiectum præcedat actum, non tamen opus quòd omnes rationes ſub quibus aliquid obiicitur præcedat actualitèr in re actum intellectus. Vbi ſciendum quòd duplex eſt obiectum,ſcilicèt, obiectum in actu, & obiectum in potentia, obiectum in potentia ſemper præcedit actum, non autē obiectum in actu,verbigratia, vniuerſale eſt obiectum intellectus, & tamen nulla natura eſt vniuerſalis ante omnem actū intellectus niſi in potentia. Ita in propoſito ante omnem actum intellectus eadem eſt præcisè natura conceptibilis, vt genus,& quæ eſt conceptibilis, vt differentia,& tot ſunt hoc modo genera, quot ſunt differentiæ, ſed vt ſic non ſunt genera, aut differentiæ in actu, ſed ſunt ſolum materialia genus,aut differētiæ & ſolum in potētia genus, aut differentia.

Septi-

Septimò. Illa non ſunt vna res, quorum poſſunt eſſe ſimul duæ viſiones in eodem intellectu, quia viſio eſt obiecti exiſtentis, & vbi duæ viſiones ibi duo prius diſtincta, ſed generis, & differentiæ poſſunt eſſe duæ viſiones.

Reſpondeo. Primò, quòd in intellectu poteſt eſſe vna ſpecies adæquate repræsẽtans naturam animalis, & vna alia ſpecies adæquatæ repræſentans rationale, & ſecundum has duas ſpecies poteſt intellectus formare duas viſiones eiuſdẽ rei, quarum vna erit confuſa, & alia determinata. Ad argumentum negatur maior, loquendo de viſionibus, quarum vna ſit confuſa, & imperfecta, alia verò perfecta.

Octauò. Conceptus generis, & differentiæ ſunt primo diuerſi, ergo non ſignificant eandem rem.

Reſpondeo, negatur antecedẽs de cõceptu obiectiuali, ideſt de re ſignificata per genus, & differẽtiam, vt eſt extra animam, quia eſt eadem res, licet in anima habeant diuerſas rationes, quarum vna non includit aliam, vt partem eſſentiæ, & ſic etiam conceditur, quod aliquid includitur in ratione quidditatiua generis, quod non includitur in ratione quidditatiua differentiæ; licèt nihil includatur in quidditate generis, quod non includatur in quidditate differentiæ.

Nonò. Si genus, & differẽtia ſunt idẽ: ergo vbicunque eſt genus, erit etiam differentia, & ſic omne animal erit rationale.

Reſpondeo, negatur conſequẽtia, quia arguitur à non diſtributo ad diſtributũ, ſicut non ſequitur, Sortes, & homo ſunt idem realitèr: ergo vbicunque eſt homo, eſt Sortes.

*Concluſio III.* Omne quod eſt in genere habet actum admixtum potẽtiæ. Hanc ſic probat 1. quæſt. 3. articul. 5. & 2. 5. diſtinct. 3. quæſt. 1. articul. 5. de potẽtia quæſt. 7. artic. 3. Quicquid habet genus, & differẽtiam habet aliquid potentiale, ſcilicèt illud, vnde ſumitur genus, & aliquid actuale, ſcilicèt vndè ſumitur differentia, ſed omne quod eſt in genere, habet genus, & differentiam: ergo.

Contra arguit Gregr. † Genus, & differentia dicunt per te eandem naturam, ergò genus non dicit potentiam, & differentia actum. † *Greg. hic q. 3.*

Reſpondeo, quod potentia, & actus accipit duplicitèr. Vno modo ſecundum eſſe, & ſic conceditur totum, ſed non eſt contra nos. Alio modo ſecundum rationem, vt illud dicatur potentiale, quod ſignificat per modum potentię, & ſic negatur conſequentia. Senſitiuum enim à quo ſumitur hoc genus animal, eſt potentiale ad intellectiuum: à quo ſumitur hæc differẽtia rationale. Cum enim dicitur ſenſitiuum, non exprimitur vltimatè ſua propria forma, an ſcilicèt ſit anima ſenſitiua tantum, vel anima ſenſitiua rationalis, cum autem dicitur intellectiuum, iam vltimatè exprimitur ſua forma.

*Concluſio IV.* Deus non eſt in genere propriè, ſcilicet ſicut ſpecies, vel indiuiduum. Hanc probat ex præcedentibus. Quicquid eſt in genere, eſt limitatum, & habet eſſe diſtinctum ab eſſentia, & actum admixtum potentiæ, ſed nihil horum eſt in Deo: ergo.

Secunda ratio ad idem ponitur 1. q. 3. artic. 5. Si Deus eſſet in genere ens eſſet ſuum genus, ſed hoc eſt falſum, vt patet 3. metaph. † ergo conſequentia probatur. Ideſt genus rei quod ſignificat eſſentiam eius, ſed ens ſignificat eſſentiam Dei: ergo ſi Deus eſt in genere, ens erit genus eius. † *Tex. 30.*

Contra hanc rationem arguit Gregorius. Ens ſignificat eſſentiam cuiſlibet rei: ergo ſequitur, quod ſit genus ad omnia, hoc eſt falſum, ergo, & ratio tua quę innititur huic conſequentiæ. *Gregor. Vtrum ens ſit genus.*

Reſpondeo, & dico duo. Primò quòd ens accipitur duplicitèr. Vno modo participaliter, & ſic ſignificat eſſe, & quia in ſolo Deo eſſe eſt idẽ cum eſſentia, ideo in ſolo eo ſignificat eſſentiam. Alio modo accipitur nominaliter, & ſic ſignificat eſſentiam, ſed imponitur ab eſſe, & ideò ſic acceptum ſignificat eſſentiam Dei, & quantum ad id, ad quòd ſignificandum nomen imponitur, & quantum ad id, à quo nomen imponitur, creaturis autem ſolum quantum ad id, ad quod imponitur.

¶ Ex his negatur conſequentia, quia non ità quidditatiuè conuenit creaturis, ſicut Deo.

¶ Dico ſecundò, quod nullum aliud poſſet eſſe genus Dei, quia omnia alia nomina, vel dicunt eſſentiam limitatam ad certum modum eſſendi, vel addunt aliquid ad eſſe: Deus autem eſt infinitus. *Nihil poteſt eſſe genus Dei.*

Tertia ratio ad idem. Ea quæ ſunt in ge-

genere, habent quidditatem diſtinctam ab eſſe,ſed quidditas Dei non diſtinguitur à ſuo eſſe: ergo non eſt in genere, minor nota, maior probatur. Ea quæ ſunt in genere,conueniunt in genere,cōueniunt in quidditate, & diſtinguntur in eſſe: ergo quidditas, & eſſe non ſunt idem.

Contra arguit Gregor.† Omnia, quæ ſunt in genere, vniformitèr conueniunt, & diſtinguntur in quidditate,& in eſſe: ergo ratio tua falſa,antecedens probatur,ea quæ ſunt in genere,realitèr diſtinguntur in quidditate,& in eſſe,cum eadē quidditas numero non ſit duorum ſicut, nec idē eſſe.& ſicut conueniunt in quidditate ſecundum rationem,ita & in eſſe ergo vniformitèr.

† *Gregor. vbi ſupra.*

Reſpondeo negatur antecedens. Ad probationem,dico,quòd quidditas de ſe habet,quod ſit vna, quia remotis omnibus, quæ ad eam non pertinēt, ſcilicèt principijs indiuiduantibus per quæ diuiditur,ipſa eſſet vna tantum.

Ex quo ſequitur, quod natura ad extra eſt vniuerſalis, licet non ſit vniuerſalis ſecundum eſſe, quod habet extra, ſed in appræhēſione intellectus,eſſe autem de ſe eſt diſtinctum, quia conſequitur principia indiuiduantia, quæ diſtincta ſunt in omnibus ex ſe. Nec eſt idē eſſe ſecundum rationē in duabus rebus,quia eſſe eſt incommunicabile, vt patēt de eſſe Sortis,& aliorum.

Ad argumentum ergo negatur vltima conſequētia,quia licèt diſtinguantur realitèr in quidditate, & in eſſe, tamē quidditas non habet ex ſe. quod ſit diſtincta in duobus ſuppoſitis, ſicut habet ipſum eſſe.

Tribus autem argumētis arguit contra concluſionem, quæ nullius ſunt momenti.

*Concluſio V.* Deus non eſt in genere ſicut principium. Hanc probat 1.qu.3. artic. 5. id quod eſt, in genere ſicut principium non excedit naturam illius generis, ſed Deus excedit naturam cuiuslibet generis,ergo,in 1. diſtinct.8. quæſt. art.2.ad 3.dicit quod eſt in genere ſicut principium,ſed facilè ſoluitur,quia Deus non eſt in genere tanquam principium limitatum ad tale genus,eſt tamen in genere ſicut principium productiuum rerum,cuiuslibet generis,& habens in ſe perfectiones omnium generum.

## QVÆSTIO. IV.

### 8.*Diſt.prim.Sent.*

QVæritur quartò. Vtrum attributorum pluralitas diuinæ ſimplicitati repugnet.

Pro deciſione huius quæſtionis hæc eſt prima concluſio. Neque voces,neq; conceptus ſunt attributa,probatur.Omnia attributa ſunt ab æterno, ſed voces, & conceptus non ſunt ab æterno:ergo.

Secundò, nulla attributa diſtinguntur realitèr,ſed voces,& conceptus diſtingūtur realitèr:ergo.

*Concluſio II.* Attributa ſunt illa ſignificata nominū,quæ ſecūdū modū ſignificandi ſe habēt ad diuinam eſſentiam, ſicut perfectiones additæ, & quæ melius eſt eſſe in vnoquoque, quàm eorum oppoſita,vt ſapientia,iuſtitia,bonitas,& huiuſmodi,prima pars patet ex vi vocabuli,nam attributum dicitur quaſi alteri tributum,probatur, omnem perfectionem ſimplicitèr melius eſt eſſe in vnoquoque, quàm ſuum oppoſitum, vt dicit Anſelmus.ſed omnia attributa ſunt perfectiones ſimplicitèr,ergò,maior patet, minor probatur,omne abſolutum exiſtens in Deo eſt perfectio ſimplicitèr, ſed omne attributum eſt quid abſolutum exiſtens in Deo: ergo,minor conceditur communitèr à theologis,maior probatur, ſi aliquod abſolutum in Deo non eſſet perfectio ſimplicitèr,ſequitur quod non eſſet melius Deum illud habere,quàm ſuū oppoſitum, & per conſequens deeſſet ei aliqua perfectio.

Ex his ſequitur corollariè primò,quòd paternitas,& filiatio,& ſpiratio non ſunt attributa,quia tunc cuilibet diuinæ perſonæ deeſſet aliqua perfectio ſimplicitèr, cum nulla iſtarum relationum ſit in omnibus diuinis perſonis.

*Non attributa.*

Corollarium ſecundum. Angeleitas & humanitas non ſunt attributa, probatur,quia non ſunt perfectiones ſimplicitèr:ergo non ſunt attributa, conſequētia patet,antecedēs probatur, omnem perfectionem ſimpliciter melius eſt eſſe in vnoquoque quàm eius oppoſitum, ſed non eſt melius in vnoquoq; eſſe Angelū, quàm non eſſe Angelum,alioquin Deus eſſet Angelus:ergo,&c.

Corollarium tertium. Deitas non eſt attributum,probatur. Omne attributum ſe

Digitized by Google

ſe habet per modum perfectionis ad diuinam eſſentiam,ſed Deitas ſecundum modum ſignificandi non ſe habet per modum perfectionis ad Deitatem: ergo.

*Concluſio III.* Non omne attributum eſt commune Deo,& creaturis,probatur æternitas,immenſitas, omnipotẽtia,& huiuſmodi ſunt attributa, ſed illa non conueniunt creaturis: ergo, minor patet, maior probatur, quia iſta melius eſt eſſe in vnoquoque quàm eorum oppoſita, & ſe habent per modum perfectionis ſuperadditæ: ergo, iſta omnia eliciuntur ex dictis S.Doct.1. contra gent.cap.32.& de potentia, quæſt. 7. art. 15.1.diſt 2 q.1.art.1.& 1.q.3.art.2.

*Concluſio IV.* Omnia attributa ſunt omninò vnum re in Deo, & nullo modo extra intellectum diſtincta. Iſta concluſio eſt Auicennæ 8. metaph. cap. vlt. dicentis, quod proprietates primi principij nullam habent multiplicitatem in eſſe, & Algazel in primo, ſuæ metaph cap.1. dicit quòd in neceſſe eſſe nulla eſt pluralitas attributorum, ſed neceſſe eſt in eo diſtinguere deſignationes. Et Comm. 11.metaph comm.39. dicit, quod multiplicitas in Deo non eſt niſi in intellectu, differentia verò in eſſe, & quod in Deo diſpoſitio, & diſpoſitum ſunt vnum in re,& duo in conſideratione. Per diſpoſitiones autẽ,& deſignationes,& proprietates intelliguntur attributa,vt patet expreſsè, quia Commẽt.exemplificat ibi de vita,& huiuſmodi.

*Roboratur concluſio exteriorum authoritate, melius aſſiciatur aduerſantes, nec tantum controuerſijs ſtudeãt.*

Ad hanc authoritatem Comment. dicit Gregor. quod per diſpoſitum intelligit ſubiectum, & per diſpoſitiones prædicatum, eſt ergo ſenſus, quod res ſignificata eſt ad eadem,ſed ſubiectum,& prędicatum ſunt diſtincta,ſubiectum autem & prædicatum non ſunt ipſæ res, & ideò non ſequitur, quòd in re ſit aliqua diſtinctio,ſecundum rationem.

*Vtrum res prædicẽtur.*

Contra arguitur,quòd ipſæ res prædicentur, ſicut etiam res ſunt vniuerſales. Nam philoſophus 7. metaph. parti. 34. & Comment.ibi dicit,quod forma de re prædicatur,non autem materia,quia homo nõ eſt caro, nec idolum eſt cuprum, conſtat autem formam eſſe rem extra: Et comm.31.dicit,quod in primis ſubſtantijs prædicatum eſt ſubſtantia ſubiecti, & 2.cœli, comm.91. dicit quod cœleitas prædicatur de pluribus indiuiduis, & 3. de anima comm.21. dicit quod intellectus componens propoſitionem conuenit rem cum re, idem tenet Lynconienſis,primo poſter., com.4.& 7. & ſuper c. 16.dicit quòd ſubiectum,& prædicatum propoſitionis veræ, vbi eſt prædicatio ſimplicitèr,ſunt eadem res.

Secundò arguit contra hanc gloſſam ſic. Si voces,& conceptus prædicantur & non res, ſequitur quod multæ propoſitiones neceſſariæ ſunt falſæ,hoc eſt impoſſibile:ergo,probatur maior. Nam illa eſt neceſſaria homo eſt animal,& tamen iſta vox homo non eſt illa vox animal,nec conceptus, quem facit intellectus de homine, eſt idem cum cõceptu, quem facit de animali:ſed ſunt duo conceptus diſtincti. Dico tamen vt elicit S.Doct.de verit.queſt.4.art.2.ad tertium, quòd voces, & ſcripta,& conceptus ſunt inſtrumenta,quibus intellectus prædicat aliquid de aliquo,ſed res ſunt illæ, quæ prædicantur.

Ex hoc habes,quod in iſta propoſitione homo eſt ſpecies, ly homo non ſupponit materialitèr,vt ſentit Paulus Venetus, & quidam iuniores dialectici arbitrati,quòd illud prædicatum ſpecies non dicatur de homine ad extrà, ſed tantum de ly homine,vt eſt terminus materialis. Materialis autem ſuppoſitio eſt,quando terminus pro ſeipſo ſupponit,dictum eſt enim, quòd res ſubijciuntur, & prædicãtur,licèt mediantibus conceptibus, vnde in illa propoſitione, ly hõmo ſupponit pro natura humana,per ſe conſiderata, licet hoc prædicatum ſpecies de ea non verificentur niſi, vt eſt in intellectu. Et præterea ſpecies prædicatur in quid de pluribus indiuiduis, conſtat autem hunc terminum homo, in mente non prædicari in quid de Socrate, & Platone.

Contra iſtam concluſionem arguit Scotus primò. Nullum ens rationis neceſſariò præſupponitur enti reali,ſed reali diſtinctioni diuinarum perſonarum præſupponitur diſtinctio intellectus, & voluntatis:ergo diſtinctio intellectus, & voluntatis non eſt tantum rationis, maior patet,minor probatur,filius procedit per modum intellectus, & non voluntatis, & Spiritus Sanctus econtrariò, ergo diſtinctio intellectus, & voluntatis præſupponitur diſtinctioni filij, & Spiritus Sancti.

*Ex Scoto & ſequacibus.*

Reſpondeo primò, dico quod aliqua diſtingui contingit duplicitèr. Vno modo in actu, & ſic negatur minor. Alio modo inchoatione, & ſic conceditur, nã ſicut

*Quod Ratio diſtingũtur quadam inchoatiuè.*

Digitized by Google

ſicut in puncto inchoata eſt linea, ſic in diuina eſſentia ante omnem actum intellectus eſt inchoata diſtinctio rationis attributorũ, ſed hoc non eſt contra nos, qui dicimus attributa non diſtingui actu extrà intellectum.

¶ Secundò ad probationem minoris in ſenſu negato negatur conſequentia, quia ad hoc, quòd filius procedat per modum intellectus, & Spiritus Sanctus per modum voluntatis, non oportet ea actu diſtingui, ſed ſufficit, quòd ante omnem actum intellectus ſit in Deo intellectus, & voluntas realitèr, & quod diuina eſſentia, non ox eo quod eſt intellectus ſit voluntas, nec ex eo, quòd voluntas ſit intellectus, & hoc propoſito aliquid conuenit ei, vt eſt intellectus, quòd non conuenit, vt eſt voluntas.

Secundò nullum productiuum eiuſdẽ rationis eſt determinatum ad certã pluralitatem, verbigratia, nam intellectus eſt eiuſdem rationis ſibi ipſi, ideò non poteſt producere tot actus intelligendi, quin adhuc plures, ſed diuina eſſentia ante omnem actum intellectus eſt determinata ad certam pluralitatem, ſcilicèt filij, & Spiritus Sancti: ergo, vt eſt productiua filij non eſt eiuſdem rationis, vt eſt productiua Spiritus Sancti.

*Productiuũ eiuſdẽ rationis dicitur dupliciter primo modo propter gradum ſpecificum perfectionis, ſecũdo modo propter nullam diuerſitatẽ rationũ perfectionaliũ in actu.*

Reſpondeo. Aliquid dicitur productiuum eiuſdẽ rationis duplicitèr, Vno modo, quia eſt limitatum ad certum gradum perfectionis ſpecificæ, verbigratia, ſi aliquid eſſet intellectus, & non voluntas, & ſic cõceditur maior, & concluſio, ſcilicèt, quod diuina eſſentia non eſt eiuſdem rationis hoc modo. Alio modo dicitur eiuſdẽ rationis, quia licet ſit illimitatæ perfectionis: nullam tamen habet diuerſitatem rationum perfectionalium in actu, & ſic negatur maior.

Tertiò. ante omnẽ actum intellectus ſunt in Deo omnes perfectiones ſimplicitèr, ſed nõ poſſunt ibi eẽ niſi ſint diſtinctæ: ergo diſtinguntur ante omnem actũ intellectus, maior patet, minor probatur quadruplicitèr.

¶ Primò ſi omnes perfectiones ſimplicitèr ſunt idem in Deo, puta ipſa diuina eſſentia, ſequitur quod ſit ibi tantum vna perfectio ſimplicitèr ſcilicèt Deitas, & ꝙ nulla perfectio ſimplicitèr ſit in creatura, cum in creatura non ſit Deitas.

Secundò omnis actus diſtinguit, & ſeparat: ergo ſi perfectiones ſunt actu in Deo, ſunt diſtinctæ.

¶ Tertiò, omne diffinibile eſt diſtinctum ab alio diffinibili, cum habeat differẽtiam propriam, per quam ab alijs diſtinguitur, ſed alia eſt diffinitio ſapientiæ in Deo, & alia eſt diffinitio iuſtitiæ, & ſic de alijs: ergo ſunt diſtinctæ.

¶ Quartò, vnumquodq; habet propriã vnitatem, per quam ab alijs diſtinguitur, ſed ante omne opus intellectus eſt in Deo ratio ſapientiæ: ergo habet propriã vnitatem, qua diſtiguitur à ratione iuſtitiæ.

Confirmatur, quia vt dicit Auicenna ęquinitas eſt tantum ęquinitas: ergo ſimilitèr ſapientia inquantum ſapientia, non eſt niſi ſapientia.

*Aliqua dicitur perfectio ſimplicitèr, duplicitèr.*

Reſpondeo, negatur minor. Ad primam probationem dicitur, quod duplicitèr dicitur aliqua perfectio ſimplicitèr eſſe. Vno modo quia non deeſt ſibi aliquis modus perfectionis, & ſic conceditur conſequẽtia, & negatur falſitas cõſequẽtis, ſola enim diuina eſſentia eſt hoc modo perfectio ſimplicitèr. Alio modo accipitur perfectio ſimplicitèr ꝑ eo, quòd melius eſt eſſe in vnoquoque, quam ſuum oppoſitum, & ſic negatur cõſequentia, quia non ſolum Deitas eſt huiuſmodi, ſed etiam ſapientia, bonitas, & huiuſmodi, quæ etiam reperiuntur in creaturis.

¶ Ad ſecundum negatur antecedens de actu illimitato. perfectiones autem diuinæ ſunt illimitatæ, cum non habeant genus, & differentiam. Vnde bonitas diuina non ſolum eſt bonitas, ſed etiam iuſtitia, cum ſit illimitata.

¶ Ad tertiam negat minor, nihil enim exiſtens in Deo, eſt diffinibile, vt eſt in Deo, cum non habeat genus, & differentiam, de potentia q.7.art.5.

*Nihil exiſtens in Deo eſt diffinibile.*

*Ratio duplex obiectiua, & formalis.*

¶ Ad quartam dico primò, quòd ratio accipitur. Vno modo pro ratione formali, ſiuè conceptu formali, & ſic rationes attributorum ſunt in intellectu ſubiectiuè, in Deo autem ſunt fundamentaliter, negatur ergo minor, quia ante omne opus intellectus nullibi eſt ratio ſapiẽtiæ in actu Dei tamen, quod ſicut eſt fundamentaliter in Deo, ita eſt ibi fundamentaliter diſtinctio rationis iſtarum rationum. Alio modo accipitur pro ratione obiectiua, & ſic negatur maior de ratione illimitata: non enim eſt alia vnitatis, & alia ſapientiæ diuinæ, ſicut nec aliæ res. Ad confirmationem, negatur cõſequentia, quia æquinitas eſt diffinibilis,

non

Digitized by Google

non autem ſapientia diuina.

Quartò illa, quæ intuitiuè videntur diſtinctè, habent diſtinctionem ex natura rei, ſed intellectus diuinus videtur intuitiuè diſtinctione attributa: ergo.

*Intueri tripliciter ex parte intuitionis, obiecti, & modi intuendi.*

¶ Reſpondeo, intueri diſtinctè contingit tripliciter. Vno modo diſtinctis intuitionibus. Alio modo, quia vnum videtur habere diſtinctionem ab alio, & his duobus modis negatur minor. Tertiò modo aliquid videtur diſtinctè, id eſt, non confuſè, ſed in vltima eius actualitate, & ſic negatur maior, & conceditur minor.

Quintò illa ſunt diſtincta ex natura rei, de quibus verificantur prædicata cõtradictoria, alioquin contradictoria verificarentur de eodem, ſed ante omnem actum intellectus verificantur contradictoria prædicata de attributis; ergo, maior patet, minor probatur. Ante omnem actum intellectus de memoria verificatur eſſe principium filij, & de voluntate verificatur non eſſe principium filij, ſicut etiam de eſſentia verificatur eſſe cõmune tribus perſonis, & de paternitate verificatur non eſſe commune: ergo.

¶ Reſpondeo, præter illa, quæ dicta ſunt ad ſimile argumentum, diſtinct. 2. quæſtio 3. ad primum, contra tertium dictum.

*Diſtinctio rationis ad hoc quod denominet ſufficit quod habeat eſſe in potentia.*

¶ Dico primò, quòd diſtinctio rationis propter ſuam maximam debilitatem ſufficit, quòd ſit in potentia, ad hoc quod denominet aliqua eſſe diſtincta, multa enim diſtincta genera, & ſpecie ſunt, licet non ſint in eorum natura, in plenitudine autem diuinæ naturæ eſt diſtinctio attributorum fundamẽtaliter, & in potentia, & ideo hoc ſufficit, vt denominet attributa eſſe diſtincta actu, & ſic poteſt ſuſtineri ea eſſe diſtincta ante omnem actum intellectus.

*Aſſeri dici poteſt attributa eſſe actu ab æterno diſtincta.*

¶ Dico ſecundò, quòd poſſunt actu eſſe diſtincta ab æterno, quia ſecundum Petrum de Palude, ad hoc quòd ens rationis ſit in actu ſufficit, quòd actu intelligatur. Deus autem ab æterno intellexit omnem diſtinctionem factibilem ab intellectu creato. Illa tamen diſtinctio eſt actualior, quando intellectus format diſtinctas rationes attributorum, quia tunc non ſolum eſt in intellectu, ſed etiã eſt in illis rationibus, vt in proximo fundamento, non tamen eſt alicubi ſubiectiuè, ſicut nec alia entia rationis.

¶ Dico tertiò ad argumentum, quòd prædicatum verificari de ſubiecto contingit dupliciter. Vno modo totaliter, ſic quod non poteſt inueniri aliqua re eadem ſubiecto, quin illi prædicatum inſit, & ſic conceditur maior, immò oportet tunc ea eſſe diſtincta realiter, nec illa maior habet maiorem euidẽtiam de diſtinctione ex natura rei, quàm de diſtinctione reali, ſed ad hunc ſenſum negatur minor, nec valet probatio, quia non omnis res eadem intellectui diuino eſt principium filij. Alio modo non totaliter, quia licet inſit ei, tamen aliquà res eſt eadem ſubiecto, cui non ineſt prædicatum, & ſic negatur maior, ſed ſufficit talia eſſe diſtinguibilia per intellectum.

*Prædicatũ verificari de ſubiecto contingit totaliter, & non totaliter.*

Sextò. Si attributa non diſtinguntur ex natura rei, ſequitur quòd conceptus attributorum ſint vani, hoc eſt falſum: ergo, minor patet, maior probatur. Ille conceptus eſt vanus, & ſuperfluus, quo non exiſtente, adhuc concipitur res, ſed ſi idem eſt ſapientia, & bonitas, & ſic de alijs. Tunc per conceptum ſapientiæ concipio bonitatem, & omnia alia attributa; ergo alij conceptus ſunt ſuperflui.

*Conceptus diuinæ ſapientiæ concipitur tota ſapientia non totaliter.*

¶ Reſpondeo, negatur maior. Ad probationem negatur minor, licet enim non per conceptum ſapientiæ concipiã totam diuinam perfectionem, id eſt, non ſolam partem, non tamen concipio eam totaliter, quia non concipio quicquid idem eſt ei.

Contra, conceptus ſapientiæ repræſentat ſapientiam, & nõ repræſentat bonitatem: ergo, ſapientia, & bonitas ſunt realiter diſtincta.

¶ Reſpõdeo, negatur conſequẽtia, ſicut nõ ſequitur in diuinis eſt res, quæ generat, & res, quæ nõ generat: ergo illa realiter diſtinguntur, ſed ſufficit diſtinctio rationis.

Septimò, omnia æqualia ſunt diſtincta, ſed ante omnem actum intellectus veritas, & magnitudo ſunt æquales, vt dicit Auguſt. 8. de Trinit. ergo.

*Contingit eſſe æquale affirmatiuè & negatiuè.*

Reſpondeo, Aliquid eſſe æquale contingit dupliciter. Vno modo affirmatiuè, & ſic conceditur maior, & negatur minor. Alio modo negatiuè, id eſt, non inæqualia, & ſic negatur maior, & conceditur minor, & ad hunc ſenſum loquitur Aug.

Octauò ante omne opus intellectus ex æqualitate virtutis infertur æqualitas magnitudinis: ergo, virtus, & magnitudo diuina nõ ſunt idem, antecedens eſt Augusti-



Digitized by Google

guſtini vbi ſupra, conſequentia patet, quia nihil infert ſe.

¶ Reſpondeo, negatur antecedens, quia cum inferre ſit actus intellectus, nō poteſt eſſe ante omne opus intellectus, ſufficit etiam diſtinctio rationis inter inferens, & illatum, nam homo infert animal rationale.

Nono. Ante omne opus intellectus diuina eſſentia eſt pelagus ſubſtantiæ infinitum: ergo eſt in ea multitudo, & pluralitas perfectionum.

*Cur diuina eſſentia dicatur pelagus.*

¶ Reſpondeo negatur conſequentia quia non dicitur pelagus propter aliquā diſtinctionem, vel pluralitatē perfectionum, ſed quia ſuum eſſe ſimpliciſſimum æquiualet omnibus perfectionibus poſſibilibus haberi.

¶ Decimò. Auguſt. contra Maximum libro 3. cap. 10. probat quòd Trinitas, perſonarum ſtat cum ſimplicitate diuina, ex hoc quòd multa attributa ſtant cum eadem, ſed illa conſequentia non valeret ſi attributa diſtinguerentur tantum per conceptus fabricatos ab intellectu: ergo non diſtinguuntur ſolum ratione.

¶ Reſpondeo, negatur minor, nam bene ſequitur. In perſona patris ſunt multa attributa, & tamen non faciunt compoſitionem cum ea quia eſt ſimpliciſſima, ergo plures perſonæ non componunt cum diuina eſſentia, quia eſt ſimpliciſſima. Iſta expoſitio eſt S. D. 1. diſtinct. 9. in expoſitione literæ.

¶ Vel dico quòd Auguſt. intendit arguere ſic. Qualitates in creaturis faciūt maiorem compoſitionē cum ſubiecto, quam relatio cum fundamento, ſed in Deo perfectiones ſignificatæ nominibus qualitatis, puta ſapientiæ bonitatis, & huiuſmodi, non faciunt compoſitionem cum eo, in quo ſunt: ergo nec cum eſſentia.

¶ Vndecimò. Magis diſtinguitur ſapientia à bonitate, quàm ſapientia à ſapientia, contra magis diſtinguitur à bonitate quam ratione, conſequentia patet, quia ſapientia diſtinguitur à ſe tantum ratione, & plus diſtinguitur à bonitate quam à ſe; ergo plus diſtinguitur à bonitate quam ratione, antecedens ꝓbatur, de ſapientia poteſt fieri tantum vnus conceptus, & de ſapientia, & bonitate poſſunt fieri duo conceptus: ergo magis diſtinguitur ſapientia à bonitate quam à ſe.

¶ Reſpondeo. Primò poteſt negari conſequentia, quia in diſtinctione rationis ſunt gradus, negatur etiam antecedens. Ad probationem negatur conſequentia, quia quod de ſapientia, & bonitate Dei fiant duo conceptus, & de ſapientia tantum vnus, hoc non eſt ex parte rei ſed ex parte noſtra, qui cognoſcimus Deum ex creaturis, creatura autem per aliam perfectionem aſſimilatur Deo, vt eſt ſapiens, & per aliam, vt eſt bonus, & propter hoc intellectus noſter alio conceptu concipit Deum, vt ſapientem, & alio vt bonum.

¶ Dico ſecundò, quòd ſi intellectus noſter non cognoſceret Deum ex creaturis adhuc formaret plures conceptus de ſapientia, & bonitate, & tantum vnū de bonitate, quia ſapientia, & bonitas ſunt apta nata eſſe aliud, & aliud in creaturis, bonitas autem nunquam poteſt eſſe aliud à bonitate.

Duodecimò. Attributa non diſtinguntur per operationem intellectus diuini, nec intellectus creati: ergo non diſtinguntur per operationem intellectus, conſequentia patet, prima pars antecedentis probatur. Si intelligere Dei diſtingueret attributa, ſequeretur quòd diſtingueret ſeipſum, & intellectum: cum ipſum intelligere, & intellectus ſint attributa, ſed hoc eſt falſum, quia nihil diſtinguit ſe, & nullum poſterius diſtinguit ſuum prius, ſed intelligere eſt poſterius intellectu: ergo non diſtinguit ſe nec intellectum. Secunda pars antecedentis probatur, diſtinctio, quam facit intellectus creatus inter attributa, eſt reſpectus rationis, ſed nullus reſpectus rationis eſt attributum: ergo.

¶ Reſpondeo, negatur antecedens pro vtraque parte. Vnde ſciendum, vt dicit Petrus de Palude quòd quintupliciter dicuntur aliqua diſtingui ratione.

*Quintupliciter aliqua dicuntur diſtincta ratione.*

¶ Primò, quia ſunt entia rationis, ſicut genus, & ſpecies.

¶ Secundò, quando vna res concipitur diuerſis conceptibus diſtinctis non ſolum numero, ſed formalitèr, tunc illa res diſtinguitur à ſeipſa ratione, ſicut eadem anima dum concipitur, vt intellectiua diſtinguitur à ſe dum concipitur, vt eſt ſenſitiua.

Tertiò, quando vna res concipitur, vt plures vno conceptu, puta dum concipitur centrum vno conceptu per habitudinem ad plures lineas, quas termi-

nat

Digitized by Google

nat, vel initiat, vel dum aliquid concipitur idem ſibi ipſi, tunc enim intellectus vtitur illa re, vt duobus.

¶ Quartò, quando intellectus iudicat aliquod vnum eſſe plura ratione, puta intellectus videns aliquam rem eſſe cõparabilem ad plura non tamen comparans eam ad illa plura, iudicat ipſam eſſe plures ratione.

¶ Quintò, quando pluralitas rationũ, quæ eſt in potentia in re apprehenditur actu ab intellectu, tunc ibi eſt diſtinctio rationis, quia ad hoc quòd ens rationis ſit actu, ſufficit quòd ſit obiectiuè in intellectu.

*Quibus in ſit diſtinctio ſecundum rationẽ diuinorum, attributorum.*

Ex his dico primò, quòd attributa nõ diſtinguntur ratione. Primo modo cum non ſint entia rationis. Secundò modo diſtinguntur per intellectum noſtrũ, qui concipit ea diſtinctis conceptibus. Tertiò, & quartò modo diſtinguntur per intellectum noſtrum, & diuinum, quia vterque poteſt vti vna re, vt duabus. Quintò modo diſtinguntur per intellectum diuinum, quia omnem pluralitatem rationum factibilem ab intellectu noſtro comprehendit.

¶ Ad improbationem primæ partis antecedẽtis negatur minor, quia aliquid diſtinguit ſe, & poſterius diſtinguit prius nam intellectus noſter diſtinguit ſe à voluntate, & diſtinguit animam intellectiuam à ſenſitiua, ideſt cognoſcit illam diſtinctionem.

¶ Ad improbationem ſecundæ partis antecedentis, cõceditur totum, nec nos dicimus, quod intellectus noſter faciat attributa, ſed quod format diſtinctionẽ rationis attributorum.

Decimotertiò. Attributa, non ſolum diſtinguntur ex parte intellectus noſtri, ſiuè in intellectu noſtro, ſed etiam in Deo: ergo diſtingũtur ex natura rer. cõſequentia patet, antecedens eſt S. D. 1. di. 2. q. 1. ar. 3. ad 3. & 4.

¶ Reſpondeo, negatur conſequentia, accipiendo conſequens ad mentẽ Scoti, ſcilicèt quod actu diſtinguntur prȩter omnem operationem intellectus. Si verò intelligit attributa diſtingui ex natura rei ad hunc ſenſum, quòd natura rei talis eſt, vt poſſit eſſe proximum fundamentum plurium rationum, in quo ſenſu loquitur S. Doct. ſed non eſt contra nos.

*Concluſio V.* Diuina attributa diſtinguntur ratione, antequam probetur cõcluſio.

Sciendum eſt, quòd per rationem hic accipitur conceptus formatus ab intellectu, ſiuè ille conceptus ſit diffinitio, ſiuè non, vt inquit Lynconienſis primo poſterio. cap. 2. S. Doct. 1. diſt. 2. quæſt. 1. art. 3. *R. eſt conceptus formatus ab intellectu.*

Ex his arguitur. Illa diſtinguntur ratione, de quibus formantur diuerſi conceptus formalitèr diſtincti, notãtèr dico formalitèr: quia contingit eandem rem his concepi eodem conceptu, ſed tunc ibi eſt diſtinctio conceptuum tantum materialis, ſed intellectus noſter format diuerſos conceptus de attributis: ergo, maior nota, minor probatur, quia alio conceptu concipimus bonitatem, alio ſapientiam, cũ iſta ſint diſtincta in creaturis, per quas cognoſcimus Deum.

Secundò diuina perfectio ſuperat intellectum noſtrum: ergo nõ poteſt à nobis cognoſci vnico conceptu.

Contra argit Gregor. primo. Nulla res diſtinguitur ratione à ſe, ſed attributa ſunt eadem res: ergo non diſtinguntùr ratione. minor patet, maiorem probat ſex rationibus. Primò. Si aliqua res diſtinguitur ratione à ſeipſa, ſequitur quòd aliqua ratio eſt eius, & non eſt eius, hoc eſt falſum, conſequentia probatur. Id quo aliquid diſtinguitur, eſt principium ei quod diſtinguitur, & non conuenit ei, à quo diſtinguitur: ergo ſi re diſtinguitur à ſeipſa ratione, illa ratio conuenit ei, & non couenit ei.

¶ Reſpondeo, primò poteſt concedi maior, & negari conſequentia, nec ſequitur, ſapientia diſtinguitur ratione ab eſſentia, & ſapientia eſt eadem res cum eſſentia: ergo eadem res diſtinguitur à ratione, ſed eſt fallacia accidentis, nam maior eſt per ſe, & minor eſt per accidens.

¶ Dico ſecundò, & communius, quòd maior eſt falſa, nam aliquid diſtinguitur ab aliquo ſecundum rationem à quo nõ diſtinguitur ſecundum rem. Ad probationem negatur conſequentia, ſed benè ſequitur, quòd aliqua ratio eſt eius vno modo conſiderati, & non eſt eius alio modo conſiderati, & iſta non contradicunt.

Secundò. Id quod diſtinguitur, & id à quo diſtinguitur, ſunt plura, ſed eadem res non eſt plura: ergo eadem res non diſtinguitur à ſe.

*Rei diſtincta ratione à ſe, duplex, reale, & cognitum.*

Reſpondeo, quòd res quȩ diſtinguitur à ſe ratione poteſt dupliciter conſiderari. Vno modo ſecundum eſſe reale, quòd ha-

habet in ſe, & ſic negatur maior. Alio modo ſecundum eſſe cognitum, ſiuè eſſe, quod habet in anima, & ſic negatur minor non eo facto, quo res habet plures rationes in intellectu, ipſa dicitur quidem plura ſecundum eſſe, quòd habet in intellectu, ſicut etiam non viuentia, dicuntur vita, vt ſunt in Deo, ipſa enim res vt eſt in intellectu, eſt ipſa ſpecies intelligibilis, vel ratio, aut conceptus, vt dicit S. Doct. 4. contra gent. cap. 5. & cõment. 12. metaph. conſ. 51. & 7. metaph. 73. & ideò plurificatis illis rationibus plurificatur res ſecundum eſſe quod habet in intellectu. Eſt ergo eadem res obiectiuè, ideſt obiectum plurium rationum.

*Eadem res plura obiectiuè.*

Contra, iſta diſtinctio non eſt niſi in conceptibus, ergo non eſt in re.

Reſpondeo, negatur conſequentia, quia eo ipſo, quòd conceptus ſunt diuerſi formalitèr per eſſentiam, res cuius sũt conceptus plurificatur per ſuam ſimilitudinem, & vt eſt in anima.

¶ Dico ſecundò, quòd ratio, ideſt, potentia ratiocinatiua diſtinguit rem effectiuè ſecundum eſſe quod habet in intellectu. Ratio verò, quæ eſt conceptus diſtinguit eam formalitèr, & intrinſecè, quia eſt intrinſeca rei, vt intellecta eſt.

*Res vt intellecta diſtinguitur effectiuè à potẽtia ratiocinatiua, formaliter à conceptu.*

Tertiò plures actiones reales factæ in aliqua re, non diſtingunt eam à ſe ipſa: ergo nec plures conceptus, antecedẽs probatur, non enim diſtingunt eam realitèr, quia illa res præciſè accepta eſt vna numero, nec ratione, quia illæ actiones non ſunt rationes, conſequẽtia probatur, quia plus videtur, quòd actiones reales debeant diuidere rem, cum ſint ea ſubiectiuè, quàm ipſi conceptus, qui ſunt tantum in anima,

Reſpondeo, primò negatur antecedens, nam vt dicit S. Do. de malo quæſt. 2. ar. 6. ad 12. Pomum eſt multiplex quale propter diuerſitatem coloris, & ſaporis.

*Pomũ multiplex quale.*

Ad primum dici poteſt, quòd diſtinguntur tamen ratione fundamentalitèr, quia res, vt alba eſt fundamentum vnius rationis, & vt dulcis eſt fundamentum alterius. Secundò negatur conſequentia, quia ratio in anima eſt ipſa res in eſſe intelligibili, quod habet anima, diuerſæ autem actiones exiſtentes in re non ſunt ipſa res, nec ſecundum eſſe reale, nec ſecundum eſſe intelligibile, & ſic nõ arguitur à maiori.

Ex hoc ſequitur, quòd res duplici viſione viſa, eſt multiplex in eſſe cognito, ſed illa diſtinctio eſt tantum materialis: ſi illæ viſiones ſint vnius ſpeciei.

Quartò. Ens rationis non poteſt diſtingui realitèr: ergo nec ens reale poteſt diſtingui à ſe ratione, tenet conſequentia, quia ſicut diſtinctio realis conuenit tantum enti reali, ſic diſtinctio rationis conuenit tantum enti rationis.

Reſpondeo, negatur conſequentia, quia ens rationis non eſt natum habere multiplex eſſe reale, ſicut ens reale multiplex eſſe rationis,

¶ Ad probationem negatur ſimilitudo, vt patet ex dictis, homo enim, & aſinus diſtinguntur ratione, & Sortes, & Plato ſunt idem ratione 10. metaph. cõment. 10.

Contra eandem concluſionem, & cõmunem opinionem S. Doct. Scoti, Henrici, & aliorum arguit Aureolus, probãdo, quòd nullum attributum dicat aliquam determinatam rationem. Primò, Si ratio ſapientiæ eſt vna, aut diceretur de ſapientia creata, & increata quidditatiuè, aut accidentalitèr, non primum, quia tunc illa ratio eſſet vniuoca, & vniuerſalis vtrique ſapientiæ, non ſecundũ, quia tunc qualitas, quæ eſt in anima, eſſet ſapientia accidentalitèr.

Reſpondeo, quòd dici de Deo quidditatiuè contingit duplicitèr. Vno modo quia ſignificat diuinam eſſentiam, quæ eſt quidditas Dei, & ſic ratio ſapiẽtiæ dicitur quidditatiuè de Deo. Alio modo dicitur aliquid prædicari quidditatiuè, quia non ſolum ſignificat ſubſtãtiam quocunque modo, ſed comprehendit eam, & ſic non dicitur quidditatiuè de Deo, nec ſequitur eam dici vniuocè, quia ad rationem vniuoci, & vniuerſalis oportet quòd prædicetur quidditatiuè,

Dico ſecundò, quòd de eodem non poſſunt prædicari plures rationes quiditatiuè iſto ſecundo modo, ſed bene primò modo.

¶ Dico tertiò, quòd nec qualitas, vt qualitas eſt ſapientia, alioquin omnis qualitas eſſet ſapientia, nec ſapientia, vt ſapientia eſt qualitas, cum aliqua ſapientia, ſcilicè t diuina non ſit qualitas.

*Sapientia, vt ſapiẽtia non eſt qualitas.*

Secundò, ratio alicuius attributi puta bonitatis non eſt abſoluta, quia tunc Deus non eſſet bonus, niſi per rationem bonitatis factam à noſtro intellectu, nec

eſt

Digitized by Google

eſt ratio reſpectiua, quia nulla relatio eſt perfectio ſimplicitèr quodlibet autẽ attributum eſt perfectio ſimplicitèr.

Reſpondeo, negatur antecedẽs, quia ratio alicuius attributi, puta ſapientiæ eſt abſoluta, & ratio alicuius, puta boni tatis eſt reſpectiua.

¶ Dico ſecundò, quòd bonum dicit rem abſolutam, ad quam conſequitur reſpectus rationis, & tale poteſt eſſe perfectio ſimplicitèr, licèt nulla pura relatio poſſit eſſe perfectio ſimplicitèr.

¶ Dico tertiò, Deum nõ eſſe formalitèr bonum per rationem intellectus noſtri, ſed quod Deus non poteſt concipi ſub ratione boni, niſi per reſpectum eius ad aliquid, ſicut perfectiui ad perfectibile.

Tertiò arguit diſtict. ſecunda. Illa ſapientia, quæ eſt in creatura, eſt ſapientia, & eſt qualitas, & ea ratione qua eſt ſapientia, eſt etiam qualitas, ergo, & ſapiẽtia diuina, ea ratione qua eſt ſapientia eſt etiam deitas, alioquin qualitas, quæ eſt in anima, eſſet intimius ſapientia, quã ipſa Deitas eſſet ſapientia.

Reſpondeo, primò negatur antecedens pro ſecunda parte, vt patuit in reſponſione ad primum.

¶ Dico ſecundò, quòd ratio Deitatis eſt duplex, Vna adæquata ſibi & ſic concedo antecedens, ſcilicèt, quòd nullę rationes adæquantes rem diuinam diſtinguuntur. Alia eſt ratio inadæquata cuiuſmodi eſt omnis ratio quam habet intellectus creatus, & maximè viator de Deo, & tunc admiſſo etiam antecedente, negatur conſequentia, quia de ſapiẽtia creata poſſumus habere rationem adæquatam, non autem de ſapientia diuina.

*Ratio Deitatis duplex adæquata, & inadæquata.*

Quartò, ratio Deitatis eſt qua maius cogitari non poteſt: ergo non diſtinguitur à rationibus attributorum, conſequentia probatur, quia ſi diſtingueretur à rationibus attributorum, non poſſet habere ad illas niſi per modum ſubſtrati, & per conſequens non includit eas formalitèr, ſed ſubſtratiuè ſolũ, eſſet autem perfectior ſi includeret eas formaliter, antecedẽs probatur. Deus eſt, quo maius cogitari non poteſt: ergo, & ratio Deitatis.

Reſpondeo, conceditur antecedens de ratione Dei adæquata cuiuſmodi eſt Verbum Diuinum, ſed negatur idem antecedens de ratione, quam format intellectus noſter, quia talis eſt Deo inadæquata, & per conſequens non includit formalitèr alias rationes, ſed ſe habet ad eas per modum ſubiecti quantum ad modum ſignificandi, ratio enim huius termini Deus eſt illa, quæ explicatur per hoc nomen vniuerſalis prouiſor. Cõſtat autem, quod iſte conceptus non dicit intrinſecè conceptum ſapientiæ, vel aliorum attributorum. Alia argumenta, quæ ibi facit, ſunt ſoluta in eadem diſtinctione.

Contra, ſi ratio Deitatis concipitur, vt ſubſtrata alijs, ſequitur, quòd concipiatur, vt imperfectior eis, & vt materialis reſpectu earum cum iſta ſit ratio ſubiecti, ſed hoc eſt falſum: ergo.

Reſpondeo, primò negatur cõſequentia, quia non omne quod ſe habet ad aliud, vt ſubiectum, eſt ſimplicitèr imperfectius eo.

¶ Secundò negatur minor, quia ratio quam format viator de Deitate, eſt imperfecta.

¶ Dico tertiò, quòd ratio Deitatis nõ ſubſternitur alijs eo modo, quo confuſũ differentijs ſpecificantibus, ſed eo modo, quo prius ſecundum intellectum ſubſternitur poſterioribus.

¶ Dico quartò, quòd immediatum fundamentum diſtinctionis illarum rationum ſunt ipſæ rationes, mediatum autem eſt ipſa res diuina correſpondens omnibus illis rationibus, quæ quidem diſtinctio ſemper cõſequitur illas rationes, vbicunque ſint ſubiectiuè, ſicut ſunt in intellectu creato, vel obiectiuè, ſicut ſunt in intellectu creato, vel diuino licet non conſequatur eas vbi ſunt fundamentalitèr, ſicut in Deitate, in qua nulla eſt diſtinctio perfectionum.

¶ Dico quintò, quòd iſte rationes, ſiuè ipſi conceptus cum ſint entia realia realitèr diſtinguntur, diſtinctio autem obiecti, vt eſt diuerſimodè in intellectu per diuerſos conceptus eſt diſtinctio rationis, & nullibi eſt ſubiectiuè ſicut nec alia entia rationis, & fundamentum iſtius diſtinctionis non ſunt ipſi conceptus, ſed ipſa res, vt exiſtens in intellectu ſunt ipſi conceptus, vt ſunt ſigna rei ſunt fundamentum eius.

*Erudituum reſponſum, & à veritate minimè diſcedens.*

Quintò. Auguſt. dicit. 7. de Trinit. cap. 5. Sapientia diuina eo eſt eſſentia quo eſt ſapientia: ergo inquantum eſſentia ſiuè ſub ratione eſſentiæ eſt ſapientia.

Se-

Reſpondeo, negatur conſequentia. quia ly eo in antecedente non tenetur reduplicatiuè, ſed mens Auguſtini eſt ꝙ quia in diuinis non eſt niſi duplex modus prædicandi, ſcilicèet ſubſtantiæ, & relationis, quòd quęcunque non dicunt relationem habent rationem ſubſtantię, primo ſentent. di. 33. quæſt. 1. arg. 2. ad quintum.

Sextò. Ea quæ de ſe inuicem prædicãtur in abſtracto, dicunt eandem rationem, cum abſtractum ſignificet cum præciſione cuiuslibet alterius rationis, ſed iſta ẽ vera, magnitudo eſt bonitas in Deo: ergo magnitudo, & bonitas non diſtinguntur ratione.

Reſpondeo, primo negatur maior in his quæ ſunt extra genus, cuiuſmodi ęſt bonitas diuina.

¶Secundò negatur illa maior vniuerſalitèr in formis generalibus, nam iſta eſt vera etiam in creaturis, bonitas eſt entitas. Poſtremo auctoritatibus Auguſtin. & Anſel. concludit, quòd eſſentia & attributa ſunt idem eſſentialitèr, & per conſequens formalitèr, ſiuè quidditatiuè, quia prædicantur in quid.

Ad quæ ſimul dico, quòd dicuntur prædicari eſſentialitèr de eſſentia, ſiuè quidditatiuè ad hunc ſenſum, quia ſignificant eandem rem cum ipſa eſſentia, & quod ſignificant ipſam eſſentiam materialitèr, ideſt, illam rem quæ eſt eſſentia, ſed non formaliter quia non ſub ratione eſſentiæ.

*Radix diſtinctionis attributorum.* *Concluſio VI.* Diſtinctio attributorum conſurgit ex illimitatione diuinæ perfectionis, & limitatione intellectus noſtri probatur primo ſentent. diſtin. 2. quæſt. 1. artic. 3. Ille rationes diſtinguntur ex debilitate potentiæ, & ex infinitate obiecti, quibus omnibus preſentatur eadem res ſed imperfectè, & quæ ſũt in potentia non potente perfectè vnico conceptu concipere illud obiectum, ſed hæ rationes ſunt huiuſmodi.

Correllarium. Quanto aliquis intellectus eſt inferior, tanto indiget pluribus conceptibus ad cognoſcendam diuinã perfectionem, patet ex concluſione. Nã ſi pluralitas rationum conſurgit ex limitatione, vbi maior limitatio eſt, ibi opus ęſt pluribus rationibus.

Ex quo ſequitur, quò aliquis vnico conceptu cognoſcit id, ad quod alius habet opus tribus conceptibus, ſicut ẽt aliquis cognoſcit vnico conceptu albedinem eſſe diſgregatiuam viſus, & menſuram colorum, & oppoſitam nigredini, ad quod alius indiget tribus conceptibus.

Contra arguit Aureolus † Deus eſt ita infinitus realitèr ſicut ſecundum rationem perfectionis, ſed non obſtante infinitate realitatis ipſa realitas concipitur vnico conceptu: ergo non obſtante infinitate, ipſa perfectio concipitur vnico conceptu.

*† Aureolus in 1. diſt. 45*

Reſpondeo, & conceditur quòd diuina perfectio concipitur vnico cõceptu, ſed non ſecundum omnem modum, quo concipi poteſt, & ideo vt perfectè concipiatur, oportet formare plures rationes, concipitur ergo tota, ſed non totaliter

¶Dico ſecundò, quod hoc contingit maximè in viatoribus propter duo, primo quia ipſa diuina eſſentia excedit lumen cuiuſcunque intellectus creati etiã beati, tum etiam, quia ſpecies creaturæ qua intellectus viatoris cognoſcit Deũ, exceditur ab ipſa diuina natura.

*Thomiſticũ facilè pulchrumque dogma.*

Contra. Beati non vident diuinam eſſentiam totalitèr, & tamẽ non formãt de ea plures conceptus: ergo nec intellectus viatoris formabit plures cõceptus, licet non videat totaliter.

Reſpondeo, negatur conſequentia, quia beati vident Deum per ſpeciem adæquatam diuinæ, ſcilicet per ipſam diuinam eſſentiam.

¶ Dico ſecundò, quòd beati quòad beatificam viſionem, non formant verbum, & per conſequens nec cõceptum, quod idem eſt. Et impoſſibile eſt quòd vnico conceptu totalitèr concipiant Deum.

Secundò. Si propter infinitatem diuinæ perfectionis poſſunt de ea formari infiniti conceptus: ergo etiam tot conceptus poſſunt formari de ſapientia, hoc eſt falſum: ergo conſequentia probatur, quia ſapientia eſt ita infinita, ſicut, & perfectio.

Reſpondeo, negatur conſequẽtia. Ad probationem negatur antecedens de infinitate ſecundum rationem, quia ratio ſapientiæ ſignificat illam rem, quæ eſt Deus ſub determinata ratione, & nõ diſtinguibili per ſpecialiores rationes, ratio autem perfectionis eſt diſtinguibilis in hanc rationem perfectionis, quæ eſt bonitas, & in hanc, quæ eſt iuſtitia, & ſic de alijs.

Con-

Digitized by Google

*Concluſio VII.* Diſtinctio attributorum in intellectu creato poteſt eſſe ſine omni habitudine ad creaturam, ſed per comparationem ad intra.

*Clarior concluſionis explicatio.*

Senſus iſtius concluſionis ſecundum Doct. S. primo ſent. diſtin. 2. quæſt. 1. ar. 3 eſt iſte, quòd dato, quòd aliquis intellectus creatus videret diuinam eſſentiam, nõ viſa aliqua creatura, nec in proprio genere, nec in Deo, adhuc poſſet de Deo formare plures conceptus, quod probatur. Ille intellectus, qui format conceptum non adæquatum obiecto, poteſt de illo obiecto formare alium; & alium conceptum, ſed intellectus vidẽs Deum non viſa aliqua creatura habet de Deo conceptum ei non adæquatum ergo.

*Durandus, & Godofr.*

Contra arguit Durandus & Godofredus primo. Quæ in aliquo diſtinguuntur ratione, & in alio realitèr, ita ſe habent, quòd eorum diſtinctio ſumitur ab eorum diſtinctione reali, ſicut dextrum, & ſiniſtrum, quæ diſtinguuntur ratione in columna reducuntur ad diſtinctionem eorum realem in animali, ſed bonitas, & ſapientia diſtinguuntur ratione in Deo, in creatura realiter: ergo diſtinctio eorũ ſecũdum rationem in Deo ſumitur à diſtinctione reali in creaturis.

Reſpondeo, negatur maior, quando proportionaliter eſt eadem cauſa diſtinctionis rationis, & realis, vt eſt in propoſito, quòd enim perfectiones, quæ ſunt vnitæ in Deo, ſint plures in creaturis, & ſimilitèr plurificentur in intellectu, eſt cauſa limitatio intellectus, exemplum de columna non valet, quia in ea nihil eſt vnde ſumatur diſtinctio ſiniſtri, & dextri.

*Diſtinctio rationis nõ ſemper ad realem reducitur.*

¶ Dico ſecundò, quòd non oportet omnem diſtinctionem rationis reduci ad realem, vt dicit S. Doct. de verit. q. 3. art. 2. ad tertium.

Contra. Omne ens rationis habet ortum ab ente reali: ergo omnis diſtinctio rationis habet ortum à diſtinctione reali.

*Aliqua diſtinctio rationis eſt realis.*

Reſpõdeo, negatur conſequentia, ſed bene ſequitur, quòd diſtinctio rationis habet ortum ab ente reali, & maximè negatur conſequẽtia, quia non omninò, ita ſe habet diſtinctio rationis ad realẽ ſicut ens rationis ad realem. Nam clarum eſt, quòd nullum ens rationis eſt ẽs reale, tamen aliqua diſtinctio rationis eſt realis, homo enim, & aſinus diſtingũtur rõne, & tñ realis eſt eorũ diſtinctio.

Contra. Omnis diſtinctio rationis, vel conſequitur ſimplicem apprehẽſionem intellectus, vel compoſitionem, diuiſionem, ſed vtraque iſtarũ præſupponit diſtinctionem realem: ergo omnis diſtinctio rationis ſupponit diſtinctionem realem, minor probatur. Id quod ſupponit diſtinctionem ſpecierum intelligibilium, & actuum, & ſubiecti, & prædicati, ſupponit diſtinctionem realẽ, ſed omnis diſtinctio rationis ſequẽs ſimplicem apprehenſionem ſupponit diſtinctionem ſpecierum, & actuum, & illa, quæ conſequitur compoſitionem, & diuiſionem, ſupponit diſtinctionem ſubiecti, & prædicati: ergo.

Reſpondeo, negatur minor. Ad probationem negatur ſecunda pars maioris, & prima pars minoris, nam intellectus diuinus diſtinguit ideas ſecundum rationem, tamen in Deo nõ ſunt plures ſpecies, vel plures actus.

¶ Dico ſecundò, quòd licet in nobis præſupponatur diſtinctio ſpecierum, & actiuum hoc nõ eſt ad propoſitum, quia non negamus, quod diſtinctio rationis nullam realem diſtinctionem ſupponat, maximè in intellectu creato, cum hoc manifeſtum ſit, nam ille, qui intelligit, habet potentiam intellectiuam, quæ realiter ab eius eſſentia diſtinguitur, ſed negatum eſt, quòd oporteat diſtinctioni rationum formabilium de aliquo obiecto in tali obiecto præſupponere diſtinctionem realem cõceptibilium correſpondentium tali pluralitati conceptuum, vel idem conceptibile comparetur neceſſariò ad diuerſas res, ad quam diſtinctionem realem intellectus diſtinguens reſpiciat pro ſecunda parte maioris.

¶ Dico tertiò, quòd diſtinctio rationis inter ſubiectum, & prædicatum non ſupponit ſemper diſtinctionem realem ſubiecti, & prædicati, vt patet in iſta propoſitione, homo eſt homo, nullibi enim differt realitèr homo ab homine.

Secundò. Id quod ſecundum ſe eſt vnum ſimplicitèr, ſi ſecundum ſe, & ex habitudine ad alia conſideretur, habet tantum vnam rationem, ſed Deus eſt vnum ſimplicitèr: ergo ſecundum ſe habet tantum vnam rationem.

Reſpondeo, conceditur totum de ratione adæquata, ſed de ratione inadæquata negatur maior, omnes autem cõceptus intellectu creato ſunt Deo inadæquati.

Ter-

Digitized by Google

Tertiò Comment.dicit 38.comm. 12. metaph. quod intellectus nunquam attribueret Deo aliqua diſtincta ratione niſi accepiſſet à creaturis: ergo diſtinctio attributorum non eſt niſi ex habitudine ad extra.

Reſpondeo,& dico quod attributa nõ poſſunt diſtingui ratione ab intellectu viatoris niſi ex habitudine ad extra,& de tali loquitur Comment. cum hoc tamen ſtat quòd aliquis intellectus non viatoris ea diſtinguat ſine reſpectu ad creaturas.

Quartò. Nullum includens imperfectionem, eſt in Deo niſi per comparationem ad creaturas, ſicut patet, quod ratio ideæ, quia dicit, quid imperfectum, & limitatum, non conuenit Deo niſi ex reſpectu ad creaturas ſed diſtinctio attributorum includit imperfectionem, ſcilicet limitationem cuiuslibet attributi:ergo.

*Aliquid eſt in Deo dupliciter, formaliter, & fundamentaliter.*

Reſpondeo. Aliquid eſt in Deo dupliciter. Vno modo formaliter:& ſic conceditur totum. Alio modo fundamentaliter,& ſic negatur maior. Omnis .n. ratio, quam facit intellectus noſter de Deo, eſt imperfecta,& tamen fundamentaliter eſt in Deo.

¶ Dico ſecundò, quod idea non eſt limitata alicuius finiti,& limitati.

Ex præcedentibus oritur vnum dubiũ, dictum eſt enim ſupra quòd beati non formant verbum, dictum eſt autem, quòd intellectus beatus format diuerſos conceptus de perfectione diuina. Iſta autẽ duo non videntur poſſe ſtare ſimul.

Ad quod ego reſpondèrem, quòd in beatis ſunt plures actus intelligẽdi. Vnus eſt quo vident diuinam eſſentiam per ipſam diuinam eſſentiam,& iſte eſt beatificus, nec quantum ad hunc actum formãt aliquod verbum, nec in iſto fiunt eis reuelationes, ſed quicquid viſuri ſunt per hunc actum videntur à primo inſtãti ſuę beatitudinis. Alius eſt actus quo cognoſcuntur per ſpecies, & ſic intellectus beatus factus in actu per aliquam ſpeciem poteſt de Deo formare diuerſos conceptus,& ipſe Deus quamuis ſit ſimpliciſſimus, poteſt in intellectu creato cauſare plures ſpecies, quamuis impefectas, per quas formentur varij conceptus, & has ſpecies poteſt Deus imprimere creato intellectui, nullo habito reſpectu ad creaturas.

*Concluſio VIII.* Attributa poſſunt diſtingui per comparationem ad extra, ſiuè ad creaturas, probatur ſic, vbi ſupra. Ille intellectus, qui cognoſcit Deum tantum in conceptibus creaturarum, ſi diſtinguit attributa, diſtinguit ea per comparationem ad creaturas, quarum ſunt illi conceptus, ſed conceptus viatoris eſt huiuſmodi:ergo.

Contra arguit Genricus primo quodl. Deus ab æterno intellexit eſſentiam ſuam ſub ratione veri, & amauit eam ſub ratione boni; ergo ratio veri, & boni erant ab æterno diſtinctæ, & per conſequens non ex ordine ad creaturam.

Reſpondeo. Primò, quòd argumentum non eſt contra nos, qui loquimur tantum de intellectu creato.

¶ Dicò ſecundò, quòd Deus ab æterno intellexit eſſentiam ſuam ſub vnica ratione includente omnes rationes de eſſentia ſua formabiles.

¶ Dico tertiò, quòd ad veritatẽ illius antecedentis, nõ requiritur aliqua actualis diſtinctio, vt ſupra dictum eſt.

Secundò. Minor diſtinctio reducitur ad maiorem:ergo diſtinctio rationis attributorum reducetur ad diſtinctionem realem perſonarum, ſed iſta eſt in Deo ſine reſpectu ad creaturas:ergo, & illa.

¶ Reſpondeo, negatur antecedens, quando maius, & minus ſunt alterius coordinationis cuiuſmodi eſt diſtinctio rationis,& diſtinctio realis.

Tertiò. Ex hoc ſequitur, quòd bonitas,& veritas non diſtinguerentur ratione in Deo, ſed hoc eſt falſum: ergo conſequentia probatur, quia bonitas,& veritas non diſtinguuntur realitèr in creatura.

Reſpondeo, negatur conſequentia, quia nec nos dicimus, quòd diſtinctio attributorum ſumatur per compoſitionem ad diuerſitatem realem in creatura ex parte obiecti ſe tenentem, ſed dicitur quòd ſumitur per comparationem ad creaturam. Alium autem conceptum facimus de bonitate creaturæ,& alium de veritate,& quia Deum cognoſcimus in iſtis conceptibus creaturarum, ideo etiam alium conceptum facimus de bonitate,& alium de veritate diuina.

*Colligitur ingenuè diſſolutio, quæſtionis, quæ labyrintho intrificatior videtur.*

*Concluſio IX.* Secundum doctrinam S.Doct multæ formalitates ſunt in Deo ſecundum vnum ſenſum, & ſecundum alium eſt tantum vna formalitas probatur. Nam S.Doct.exponens illud Hilarij 16.de Trinit.vbi dicit, quòd nec ipſe, qui ſpiritus ex diſparibus formalis eſt, dicit, quòd per formalitatem accipitur

quid-

quidditas, in diſtinct. autem 35. quæſt. 1. articul. 4. ad 2. dicit quòd per quidditatem aliquandò accipitur natura, aliquando accipitur ratio, ſiuè conceptus, ſed in diuinis eſt tantum vna natura, ergo tantum vna formalitas,& ſunt multæ rationes: ergo multæ quidditates.

*Additio quæ eſt ſolutio argumentorum recentiorum per M. Mauritium de Gregorio*

*In hac 8. diſt. & 4 q. ſeqq. cōfutātur hereſes dānatæ, vt in noſtro Cōment. in text. Magiſtri, & confutantur etiam hæreſes, quæ ſunt in Abecedario, & in Ethimologijs hæreſum, & confutantur ſimilitèr Idolatria, vt in Abecedario Idolorum in principio vide ibi lit. A. C. & D. Et etiā cōfutātur falſa Theologia Fænicū, Egyptiorū, Græcorum, Atlanticorum, Frigiorum, Gentium, &c. ab Euſebio in primo, ſecundo, tertio, & quarto de præparatione Euangelica contra Theologiam fabuloſam Poetarum antiquorum.*

*Loca ſolutia argumēta aduerſariorum Magiſtri Mauritij vltra commentaria textuū loca contra hæreſes. &c.*

*Ex cōcluſionibus, probationibus, & ſolutionibus argumētorū Capræoli ſoluūtur argumenta Vulpes, & aliorum recentiorum facile, vt facit Ariſtot. ad argumenta Antiquorum quod veritatis cognitio dubiorum eſt ſolutio, & cum Cardinali Bellarmino dicente in libro de Scriptoribus Eccleſiaſticis de Ioanne Capræolo, quòd Io. Capreolus ſit defenſor Egregius Sancti Thomæ, & optimè diſſoluit omnia argumenta aduerſariorum: dicunt verba formalia Bellarmini, ergò ſi optimè diſſoluit per Bellarminum ſunt ſoluta argumenta cum his doctrinis hìc: Sicut ſoluit Ariſtotelis cōtra antiquos dicendo in 3. de Cælo veritatis cognitio, dubiorum eſt reſolutio.*

*Reſpondetur ſecundo cum Cardinali Sarnano Franciſcano doctiſſimo, cū ſeptima concordantia, & ſimiliter cum ſexta concordantia Bonæherbæ.*

*Argumenta verò Vaſquez, Valentiæ, Molinæ, Suarez, &c. quia colliguntur, & ſoluuntur, clarè, diſtinctè, & breuitèr à Ripa, à Nazario, à Conſales, à Nauarretto, à Zenardo, clarè, & diſtinctè præcipue à Montagnolo, in prima parte D. Thom. quæſt. 79. de inmutabilitate Dei, & q. 3. de ſimplicitate Dei, ac ēt quæſt. 39. de Perſonis in comparatione ad eſſentiam.*

## DISTINCTIO IX.

*Quæſtio* 1.

IN diſtinct. nona quæritur primò. Vtrum generatio paſſiua filij in diuinis ſit paſſio, vel relatio.

Pro cuius declaratione hæc eſt prima] concluſio. Proceſſio verbi in diuinis dicitur generatio, & ipſum verbum procedens dicitur filius. Hanc ſic probat 1. quæſt. 27. artic. 1. Omnis proceſſio viuentis à viuente coniuncto ſecundum rationem ſimilitudinis in eadem natura ſpecifica dicitur generatio, ſed proceſſio verbi in diuinis eſt huiuſmodi procedit enim per actum intelligibilem, quæ eſt vitæ operatio, & à principio coniuncto, quia eſt operatio manēs in operante, & in ratione ſimilitudinis, quia conceptio intellectus eſt ſimilitudo rei intellectæ, & in eadem natura, quia in Deo idem eſt intelligere, & eſſe.

Contra probationem arguit Aureolus, † primo. Si ratio generationis, prout eſt in Deo conſiſteret in hoc quod eſt via in ſubſtantiam, viuam intellectualē, ſequeretur quod non eſſet eadem proprietas verbi, & filij in diuinis, ſed hoc eſt falſum, quia Auguſtinus 7. de Trinitat. cap. 4. dicit quod filius in diuinis eo eſt verbum, quo filius: ergo, ratio generationis non conſiſtit in illis, vt innuit maior probationis concluſionis, minor patet, maior, ſiuè prima probatur. Tum quia proceſſio verbi non ſemper terminatur ad ſubſtātiam viuentē, ſed aliquando ad accidentia, & ad res non viuentes. Tum etiam, quia filius genitus nō ſemper dicitur verbum, vt patet in nobis.

*Aureol. hic q. 1.*

Reſpondeo, negatur maior, & dico primo, quod eadem eſt proprietas filij, & verbi in diuinis, tamē ſecundum aliā, & aliam rationem, nam inquantum eſt cōditionalis patri dicitur filius, & inquātum procedit immaterialiter dicitur verbum, vt dicit S. Doct. prima quæſt. 34. articul. 2. ad 3. Eſt ergo eadem proprietas, ſed eſt alia ratio proprietatis. Ad probationes negatur conſequentia, concludunt

*Eadem eſt proprietas filij, & verbi ſed alia, & alia ratione.*



Digitized by Google

dunt enim quod generatio verbi non eſt generatio filij,nec econuerſo, ſed ex his non ſequitur,quòd generatio filij in diuinis non ſit generatio verbi, ſed tantum quòd differunt ratione,vt eſt conceſſum.

Secundo, Spiritus Sãctus procedit ſimilis ei à quo procedit, & tamen non dicitur genitus: ergo ratio generationis non conſiſtit in eo,quòd tu dicis.

*Filius habet ex vi ſuæ proceſſionis quòd ſit ſimilis generanti,nõ autem Spiritus Sanctus.*

¶ Reſpondeo, negatur maior ad ſenſum noſtrum,quia de ratione generationis eſt,quod genitum ſit ſimile generanti ex vi ſuæ proceſſionis. Spiritus autem Sanctus non habet ex vi ſuæ proceſſionis quod ſit ſimilis ei à quo procedit, quum procedat, vt amor,de cuius ratione non eſt, quod procedat in ratione ſimilitudinis,ſicut eſt de ratione verbi. Et quamuis iſta diuerſitas rationis non ſufficiat ad realem proceſſionum differentiam, ſufficit tamen ad differentem nominationem.

*Concluſio II.* Generatio paſſiua in diuinis non eſt paſſio, ſed tantum relatio. Hanc probat,prima,quæſt.4.1.a.1, ad ſecundum, Generatio paſſiua eſt tantum ordo originis ſine motu:ergo eſt tantum relatio,& non paſſio.

*† Aureol. vbi ſupra.*

Contra arguit Aureolus. † Nullus reſpectus, de genere relationis infertur ab oppoſito reſpectu, alioquin reſpectus eſſet actiuus,ſed generare infert generari in diuinis: ergo non ſunt reſpectus.

*Reſpectus nõ poteſt eſſe quo formaliter infert aliud,ſed benè conſequitiue excepto reſpectu diuino.*

Reſpondeo. Primò, quòd nullus reſpectus infert,vt ſuppoſitum,quòd infert, ſed poteſt eſſe ratio inferendi. Sed quia vt dicit Simplicius in prædicamentis ex relatione non proceditur ad actum.

¶ Dico ſecundò, quòd reſpectus, vt reſpectus non poteſt eſſe,quo formaliter aliquis infert aliud, ſed conſequitur ad actionem, reſpectus tamen in diuinis, inquantum eſt vltima actualitas ſuppoſiti, quæ dicitur operatio poteſt eſſe ratio qua formalitèr infert, & hoc modo generare eſt quo pater formalitèr generat, Relatio ergo,vt relatio non producit,tamen relatio,vt actualitas eſt qua ſuppoſitum producit, & ipſum producere ſecundum rationem qua eſt producere nõ eſt de genere relationis, cum quo tamen ſtat,quòd ſecundum rem ſit relatio.

## QVAESTIO II.

*9.diſt.prim.ſent.*

QV*æritur ſecundo*. Vtrum æternitas diſtinguatur à tempore,& ab æuo,

Pro deciſione quæſtionis hæc eſt prima concluſio. Ratio æternitatis conſiſtit in apprehenſione vniformitatis eius, quod eſt extra motum. Hanc ſic probat, prima quæſtio 10. artic.1. Sicut ſe habet ratio temporis ad temporalia, ita ſe habet modo oppoſito ratio æternitatis ad æternum. Sed ratio temporis conſiſtit in apprehænſione difformitatis in motu: ergo ratio æternitatis conſiſtit in apprehenſione vniformitatis eius,quòd eſt extra motum, conſequentia nota, maior probatur. Sicut ſe habent ſimplicia ad compoſita,ſic æternitas ad tempus. Sed non cognoſcimus ſimplicia, niſi negãdo ab eis conditiones compoſitorum: ergo nec æternitatem niſi negando ab ea conditiones temporis, minor principalis ꝓbatur. Illa ratio conſiſtit in apprehenſione difformitatis in motu,quæ conſiſtit in apprehenſione prioris, & poſterioris in motu,ſed ratio temporis eſt huiuſmodi; ergo.

¶ Corollarium primum. Id quod menſuratur æternitate eſt immutabile. Quia eſt ſemper vniforme: ergo immutabile.

¶ Corollarium ſecundum. Id quod menſuratur æternitate, eſt interminabile,probatur. Id quod eſt omninò immutabile eſt interminabile, quia terminari eſt mutari.Sed id quod menſuratur æternitate eſt omninò immutabile: ergo.

¶ Corollarium tertium. Nullum menſuratum æternitate habent ſucceſſionem,probatur, quia omne ſucceſſionem habens ſe habet nunc aliter quam prius, & conſequenter eſt mutabile.

¶ Corollarium quartum. Omne mẽſuratum æternitate, caret principio, & fine durationis.probatur. Quicquid habet principium durationis, mutatur de non eſſe ad eſſe,& quicquid habet finem mutat de eſſe ad non eſſe: ergo.

*Aureol.*

*Vtrum ratio æternitatis conſiſtat in vniformitate.*

¶ Contra concluſionem arguit Aureolus primo, Ratio menſuræ non conſiſtit in ratione menſurati, ſed vniformitas eſt id quod menſuratur æternitate: ergo ratio æternitatis non conſiſtit in vniformitate, ſed potius in apprehenſione meræ vniformitatis, ſicut etiam ratio temporis conſiſtit in apprehẽſione meræ difformitatis.

*Triplex eſt difformitas in tempore materialis, formalis,& compoſita.*

Reſpondeo,dico primo quòd in tempore poteſt aſſignari triplex difformitas. Prima eſt ipſum prius, & poſterius in motu,& hæc eſt purè materialis. Secunda

da

Digitized by Google

da eſt numeratio prioris, & poſterioris in motu, & hæc eſt formalis. Tertia eſt compoſita ex materiali, & formali, ſcilicet ipſum prius, & poſterius in motu, vt numerata, & hoc complet rationem tẽporis nõ eſt aliud quam iſta difformitas.

*Poſſumus triplicẽ vniformitatem in Deo apprehendere.*

¶ Dico ſecundò quod in Deo poſſumus apprehendere triplicem vniformitatem. Prima eſt quaſi materialis, ſcilicet eſſe diuinum. Secunda eſt quaſi formalis ſcilicet vnitas eſſe diuini. Tertia eſt diuinum eſſe ſub vnitate, & hæc complet rationem æternitatis.

¶ Ad argumentum negatur minor, de vniformitate tertio modo dicta, licet concedatur de vniformitate primo, vel ſecundo modo, ſicut enim tempus menſurat id quod eſt prius, & poſterius in motu, & numerationem qua numeramus ipſum prius, & poſterius, tamen prius, & poſterius, vt enumerata ſunt non menſurãtur tempore, ſed ſunt ipſum tempus. Sicut eſſe diuinum, & vnitas eius menſuratur æternitate, ſed eſſe diuinum vt vnum non menſuratur, ſed eſt ipſa æternitas.

*Quomodo dicatur æternitas mẽſura, cum non ſit verè mẽſura.*

Sciendum tamen, quòd ęternitas non eſt verè menſura, quia menſura non debetur niſi finitis, ſed ideo dicitur menſura, quia non poteſt apprehẽdi niſi in aliqua habitudine ad menſuram, quia ſicut mẽſura certificat durationes menſurati, ſic æternitas ſe habet ad Deum.

¶ Dico tertiò, quòd vniformitas materialis, & incommutabilitas idem ſunt, ſed vniformitas includens materialem, & formalem non eſt ipſa incommutabilitas, & propter hoc æternitas quæ eſt talis vniformitas diſtinguitur ab incommutabilitate.

*Numerus eſt realiter in rebus numeratis.*

Secundò. Tempus eſt quedam ſumma cum ſit numerus motus, numerus autem eſt ſumma: ergo à ſimili æternitatis ratio conſiſtit in ſummatione durationis.

Reſpondo, negatur antecedens, numerus enim eſt realitèr in rebus numeratis, nec eſt ſumma facta per intellectum, vt iſte putat, quod declarabitur diſt. 24.

¶ Dico tamen, quòd numerus, qui eſt tempus, cum ſit de genere ſucceſſiuorũ non habet vnitates ſimul extra intellectum niſi in potentia, licet quælibet fuerit, vel ſit, vel futura ſit extra intellectum.

*Concluſio II.* Æternitas diſtinguitur à tempore, & ab æuo. Hanc ſic probat, primo diſtinct. 20. quæſt. 2. art. 1. Quorũ menſurata realitèr diſtinguntur, eorum menſuræ etiam realiter diſtinguitur, ſed motus, qui tempore menſuratur, & eſſe æuiternorum, quod menſuratur æuo, & eſſe diuinum realitèr diſtinguntur: ergo etiam tempus, æuum, & æternitas realitèr ſunt diſtincta.

*Concluſio III.* Aliter ſe habet nunc æternitatem, quàm nunc æui ad æuum, & quàm nunc temporis ad tempus. Hãc ſic probat, primo diſtinct. 20. art. 3. Sicut ſe habet actus menſuratus aliqua duratione ad id cuius eſt actus, ita ſe habet ipſa duratio ad ſuum nunc, quia duratio menſurat actum, & nunc menſura, ipsam rem, vt dicitur 4. phyſic. † quòd tempus menſurat motum, & nunc temporis mẽſurat mobile, ſed eſſe Dei, qui eſt actus cui correſpondet æternitas, aliter ſe habet ad Deũ, quàm eſſe æuiterni ad ęuiternum, & quàm motus ad mobile: ergo minor declaratur, nam motus differt à mobili dupliciter, ſcilicet realitèr: & ſecũdum rationem ſucceſſionis, nam ſubſtantia mobilis non eſt de genere ſucceſſiuorum, eſſe autem æuiterni differt ab æuiterno tantum realitèr, non autem ſecundum rationem ſucceſſionis, ita nec ipſum æuiternum, nec cuius eſſe habet ſucceſſionem, eſſe autem Dei eſt idem realiter cum Deo: ergo. †*Tex. 104.*

*De nunc.*

Corollarium primum. Nunc æui differt realiter ab æuo, & nunc temporis à tempore, probatur. Sicut ſe habet eſſe æuiterni ad æuiternum, & motus ad mobile, ſic nunc æui ad æuum, & nunc temporis ad tempus, ſed iſta diſtinguntur realiter: ergo, & illa.

Corollarium ſecundum. Nunc ſtans cauſat æternitatem ſecundum noſtrum modum intelligendi probatur, prima quæſt. 10. artic. 1. ad primum. Sicut apprehendimus cauſari tempus per nunc temporis, ità oppoſito modo apprehendimus cauſari æternitatem per nec æternitatis ſecundum rationem. Sed in nobis cauſatur apprehenſio temporis, eo quòd apprehẽdimus fluxum ipſius nũc: ergo cauſatur in nobis apprehendimus æternitatis, inquantum apprehendimus nunc ſtans.

*Aureo diſt. 9. q. ar. 2.*

Contra minorem probationis concluſionis in qua dicitur, quòd æternitas eſt duratio, arguit Aureo, primò. Omnis duratio alteri comparata, vel eſt maior, vel æqualis, ſed æternitas non eſt maior, vel minor, vel æqualis alteri, alioquin haberet prius, & poſterius, non enim ali-



Digitized by Google

quid durat pluſquam aliud niſi, quia fuit prius, vel erit poſterius eo:ergo æternitas non eſt duratio.

Reſpondeo, negatur minor, quia æternitas excedit omnes alias durationes, vt dicit S. Doct. 1. diſtinct. 30 quæſt. 2. art. 1. ad ſecundum.

Ad probationem negatur conſequentia, quia non ſolum vna duratio eſt maior alia, quia ſit prior ea, ſed quia vna attingit aliam totalitèr, & non ſolum illã, ſed alias priores, & alias poſteriores ipſa, non eſt ergo prius, & poſterius in æternitate, ſed in durationibus aliquibus, quas ipſa excedit. Sicut etiam anima dicitur excedere manum, non quia habeat maiores partes quàm manus, ſed quia attingit manum, & etiam partes à manu diſtantes.

¶ Ex hoc ſequitur primò, quòd non repugnat durationi ſimul exiſtenti eſſe maiorem altera.

¶ Sequitur ſecundò, quòd non eſt de ratione durationis habere extenſionem, immo etiam tempori accidit extenſio, ſiuè continuitas ratione motus, vnde tépus non menſurans motum continuum non eſt continuum.

*Non eſt de ratione durationis habere extenſionem.*

Secundò. Omnis duratio habet formalitèr vnde poſſit dici tanta, vel quanta, nam de omni quæritur quantum durabit, ſed non poteſt eſſe tanta, vel quanta, ideſt plus, vel minus durare niſi habeat ante, & poſt, quòd non habet æternitas: ergo ipſa non eſt duratio.

¶ Reſpondeo, primò negatur maior, niſi talis duratio ſit finita, æternitas auté non eſt finita, ſed infinita duratio.

Secundò negatur minor, quia non ſolum aliqua duratio dicitur quãta, quia attingit quicquid alia attingit, vel plura, vel pauciora, vt exemplum poſitum eſt de anima, hoc modo poteſt dici æternitas tanta, vel quanta, vt patet ex dictis, & etiam declarat primo contra Gentil. cap. 66. art. 3.

Immenſitas diuina non ponit in Deo aliquam magnitudinem permanſiuam, ſed vim attingendi omnia loca: ergo æternitas non dicit aliquam durationem formalitèr, ſed vim qua attingit omnem durationem.

¶ Reſpondeo, negatur antecedens, quia immenſitas ponit in Deo magnitudinem virtutis (non tamen extẽſiuam, ait & æternitas dicit formaliter durationem licet non ſucceſſiuam, & nihil addit

*Facili traditione hinc apprehendito quid æternitatis.*

poſitiuum ad ſuum eſſe, ſed ſolum negationem variationis quàm ſupra diximus vniformitatem.

Contra ſecũdum corollarium arguit Aureolus, quòd in æternitate non ſit nũc primo. Sicut ſe habet punctus ad lineam permanentem, ſic nunc ad ſucceſſionem, ſed punctus non eſt imaginabilis extra lineam, non enim eſt poſſibile imaginari eum ſolitariè, cum de ratione eius ſit eſſe terminum lineæ: ergo, nunc non enim eſt imaginabile extra ſucceſſionem.

*Aureol.*

Reſpondeo. Dico primò, quòd ſicut punctus non poteſt eſſe extra lineam, ita nec non extra durationem, non tamen oportet, quod ſicut punctus non inuenitur niſi in linea extenſa, quod ita nunc non ſit niſi in duratione diſtenſa, cuius ratio eſt, quia linea dicitur vniuocè de omni linea non autem duratio de omni duratione, & ideò aliqua duratio, eſt extenſa, & aliqua non

¶ Dico ſecundò, quòd ſimilitudo inter punctum, & nunc non currit quoad omnia, & ideò licet poſſibile nõ ſit imaginari punctum ſolitariè, poſſumus tamen imaginari ſolitariè nunc, & non ſolum nunc æternitatis, ſed etiam nunc téporis diſcreti, quod quandoque eſt ſolitarium non continuans, nec terminans.

Dico tertiò, quòd licet in æternitate ſit nunc, nõn tamen eſt ibi inſtans: quia non dicitur niſi de Deo, cui aliquid inſtat, ſiuè aliquid accidit, nec eſt ibi tunc, nec olim, nec alia huiuſmodi, quia iſta non æquipollent nunc ſtanti, ſed nunc fluenti.

*Imaginabile eſt nunc ſolitarium.*

Ex his patet quòd nulla eſt formalis ratio competens ipſi nunc niſi fortè iſta, quòd nunc eſt indiuiſibile durationis dicitur enim nunc multiplicitèr ſicut duratio.

*Formalis ratio nunc, ſi qua dari poteſt.*

*Concluſio IV.* Generatio diuina menſuratur æternitate probatur ſic. Generatio Verbi diuini eſt actus, cui nulla potentia ſubſternitur, ſine ſucceſſione, ſine principio, & ſine duratione: ergo menſuratur æternitate, antecedens patet infinitis quodammodo authoritatibus Sanctorum, & rationibus, conſequẽtia patet ex prædictis, &c.

*In hac 9. Diſtinctione, & duabus quæſtionibus ſequentibus cõfutantur hæreſes damnatæ, vt in noſtro Commentario in text. Magiſtri, & confutan-*

Digitized by Google

*Additio quæ eſt ſolutio argumentorum recentiorum per M Mauritium de Gregorio.*

*tantur etiam hæreſes, quæ ſunt in Abecedario, & in Ethimologijs hereſum, & confutantur ſimilitèr Idolatriæ, vt in Abecedario Idolorum in principio vide ibi.litt.G.& E. Et etiã confutantur falſæ Theologiæ Fænicum, Egyptiorum, Græcorum, Atlãticorum, Frigiorum, Gentium, &c. ab Euſebio in primo, ſecundo, tertio. & quarto de præparatione Euangelica contra Theologiam fabuloſam Poetarum antiquorum.*

*Loca ſoluẽtia argumẽta aduerſariorum Magiſtri Mauritij vltra commentaria textuũ & loca cõtra hæreſes, &c.*

*Ex cõcluſionibus, probationibus, & ſolutionibus argumentorum Capræoli ſoluuntur argumenta Vulpes, & aliorum recẽtiorum facile, vt facit Ariſt. ad argumenta Antiquorum, quod veritatis cognitio dubiorum eſt ſolutio, & cum Cardinali Bellarmino dicente in libro de Scriptoribus Eccleſiaſticis de Ioanne Capræolo, quòd Io. Capræolus ſit defenſor Egregius Sancti Thomæ, & optimè diſſoluit omnia argumenta aduerſariorum, dicunt verba formalia Bellarmini, ergo ſi optimè diſſoluit per Bellarminum ſunt ſoluta argumenta cum his doctrinis hìc: Sicut ſoluit Ariſtotelis cõtra antiquos dicendo in 3. de Cœlo veritatis cognitio, dubiorum eſt reſolutio.*

*Reſpondetur ſecundo, cum Cardinali Sarnano Franciſcano doctiſſimo, cum octaua cõcordantia, & ſimilitèr cum ſeptima cõcordantia Bonæberbe.*

*Argumenta verò Vaſquez, Valentiæ, Molinæ, Suarez, &c. quia colliguntur, & ſoluuntur, clarè, diſtinctè, & breuitèr à Ripa, à Nazario, à Conſales, à Nauarretto, à Zenardo, clarè, & diſtinctè præcipue à Montagnolo, in prima parte D.Th. quæſt.7. de proceſſionibus Diuinis, & de æternitate Dei quæſt. 10. Vide noſtram expoſitionem Magiſtri Petri Lombardi aperientem mentem huius materiæ in folio 60. & infra hìc.*

## DISTINCTIO. X.

### *Quæſtio. 1.*

IN diſtinctione decima quęritur. Vtrum Spiritus Sãctus procedat vt amor.

Pro quæſtione ponitur iſta concluſio. Spiritus Sanctus procedit proceſſione amoris, & voluntatis, probatur 1. quæſt.37.artic.1. in diuinis procedit aliquid ſubſiſtens in natura diuina per actũ amoris, & voluntatis, ſed talis perſona nõ eſt Pater, nec Filius: ergo Spiritus Sanctus. Ex hoc enim, quod aliquis amat aliquam rem prouenit quædam impreſſio rei amatæ in amantis affectum. Conſtat autem, quod omne, quod eſt in Deo, ſubſiſtit in natura diuina: ergo illa impreſſio procedens in natura diuina, eſt ſubſiſtens, & perſona.

Contra hanc rationem arguit Aureo. 1. Si amatum eſſet in amante, aut eſſet ibi per eſſentiam ſuam, aut per ſui ſimilitudinem nõ per eſſentiam, vt patet, nec per ſimilitudinem, alioquin voluntas cõciperet rerum ſimilitudines, & eſſet potentia conceptiua: ergo amatum non eſt in affectu amantis. *Aureol.*

Reſpondeo negatur maior, ſed id quo amatum eſt in amante, eſt quædam habitualis inclinatio derelicta ex amore inclinans amãtem in amatum, eo modo quo grauitas inclinat deorſum graue ad locum. Vnde poſſumus dicere, quòd in graui, eſt quodammodo locus deorſum propter conuenientiam, quam habet ad ipſum. Iſto modo amatum eſt in amãte, ſicut terminus motus in principio motiuo proportionato, vt dicit S. Doct. 4. contra Gent. cap. 19. *Vtrum amatum ſit in amante.*

Secũdò, amãs impellitur in amatum, & eſt in ipſo, vt dicit S. D. ergo amatum non eſt in amnte.

¶ Reſpõdeo, negatur conſequentia. Vbi dico primò, quod amor nunquam impelleret amantem in amatum: niſi eſſet in amãte per illam inclinationem de qua nũc immediatè dictum eſt.

¶ Dico ſecũdò, quod amatum eſt in amãte modo ſupradicto, & amãs eſt in amato, eo modo, quo ea quæ ordinãtur ad finem ſunt ipſo fine. Dicitur etiam amatum eſſe in amãte per complacẽtiã, deſiderium 1.2. quæſt.28. art.1.

Con-

Digitized by Google

*Durandus in 1. diſt.6. q.2.*

Contra concluſionem arguit Durandus. Si Spiritus Sanctus procederet, vt amor, ſequitur quòd produceretur per actum voluntatis, cum amor ad volũtatem pertineat, ſed non procedit per actũ volũtatis: ergo, minor probatur, per actus immanẽtes nihil producitur, vt dicit philoſophus 9.metaph. † ſed volũtatis actus eſt immanens: ergo nihil per ipſum producitur, proſequutionem iſtius argumẽti habes diſtinct.27.concluſione 1.

Reſpondeo, negatur minor. Ad probationem dico, quod per actum immanentem nihil producitur ad extra, tamen per actum intellectus ſemper producitur aliquid ad intra, ſcilicet verbum, & per actum voluntatis producitur impreſſio amati in amantem. Talia autem ſcilicet verbum, & impreſſio non ſunt totaliter extrinſeca ipſi actui, ſed ſunt termini intrinſeci ipſius actus, nec actus ſine eis complentur.

¶ Dico ſecundò, quod iſta productio amoris ſit virtute naturæ tanquam principij remoti, & virtute voluntatis tanquã principij proximi.

*Tex. 10. & 15. Scotus hic q.unica. Vtrum Spiritus Sanctus procedat, vt talis impreſſio.*

Contra eundem Scotus † arguit, quòd Spiritus Sanctus procedat, vt actus, ſiuè operatio amandi, & non vt talis ipreſſio. Vbicumque eſt voluntas habens obiectum ſibi præſens diligibile, ibi poteſt eſſe actus amandi realitèr procedens, ſed in Deo eſt talis voluntas: ergo.

Reſpondeo, negatur maior, licet enim omnis intellectus ſit productiuus verbi, & omnis voluntas amoris, non tamen omnis intellectus eſt productiuus actus intelligendi 12.metaph. † nec omnis voluntas actus amandi, nam intelligere, & amare Dei ſunt eius eſſe, ideo non ſunt, quid productum. Huius autem ratio eſt, quia huiuſmodi actus ſignificantur per modum perfectionis eius cuius ſunt. Nulla autem perfectio in diuinis diſtinguitur à perfectibili. Ideo iſtis actibus repugnat produci. Verbum autem, & amor nõ ſignificantur per modum operationis, ſed per modum operati, ideo producuntur, vt dicit S.Doct. de veritate quæſt.4.artic.2.ad ſeptimum.

*†Tex.39.*

*Henricus in quolib.*

Contra eandem arguit Henricus. In nobis eſt quidem amor complacentię ex attractione obiecti cauſatus, & eſt quidam amor incentius, & efficax quo voluntas ad obiectum ſe mouet: ergo proportionabiliter iſti duo amores ſunt in Deo, vt primus ſit eſſentialis, & ſecundus ſit perſonalis, & Spiritus Sanctus.

Reſpondeo, negatur conſequentia, quia iſti duo amores nõ ſunt in nobis niſi quia voluntas noſtra procedit à potẽtia ad actum.

¶ Ex quo conſurgit, quòd aliqua intenſius, & perfectius diligit quàm alia, conſtat autem voluntatem diuinam non procedere de potentia ad actum. Capræolus ponit duas alias concluſiones pro maiori notitia quæſtionis huius, ſcilicet. Vtrum Spiritus Sanctus procedat per modum amoris. Illas habes in diſtinct.6.

*Additio quæ eſt ſolutio argumentorum recentiorum per M. Mauritium de Gregorio.*

*In hac decima Diſtinct. & vn. queſt. confutantur hæreſes damnatæ, vt in noſtrò Cõmentario in text. Magiſtri, & confutantur etiam hæreſes, quæ ſunt in Abecedario, & in Ethimologijs hæreſum, & confutantur ſimilitèr Idolatriæ, vt in Abecedario Idolorum in principio, vide ibi litera S. Et etiam confutantur falſæ Theologiæ Fænicum, Egyptiorrm, Græcorum, Atlanticorum, Frigiorum, Gentium, &c. ab Euſebio in primo, ſecundo, tertio, & quarto de præparatione Euangelica contra Theologiam fabuloſam Poetarum antiquorum.*

*Loca ſolutia argumẽta aduerſariorum Magiſtri Mauritij, vltra commentaria textuũ loca contra hæreſes, &c.*

*Ex concluſionibus, probationibus, & ſolutionibus argumentorum ſoluũtur argumenta Vulpes, & aliorum recentiorum facile, vt facit Ariſtot. ad argumenta Antiquorum, quod veritatis cognitio dubiorum eſt ſolutio, & cum Cardinali Bellarmino dicente in libro de Scriptoribus Eccleſiaſticis de Ioanne Capræolo, quòd Ioa. Capræolus ſit defenſor Egregius Sancti Thomæ, & optimè diſſoluit omnia argumenta aduerſariorum: dicunt verba formalia Bellarmini, ergo ſi optimè diſſoluit per Bellarminum ſunt ſoluta argumẽta cum his doctrinis hìc: Sicut ſoluit Ariſtotelis cõtra antiquos dicendo in 3. de Cœlo veritatis cognitio, dubiorum eſt reſolutio.*

*Reſpondetur ſecundò, cum Cardinali Sarnano Franciſcano doctiſſimo, cum nona concordantia, & ſimilitèr cum octaua cõcordantia Bonaherbæ.*

*Ar-*

Digitized by Google

*Argumenta verò Vaſquez, Valentiæ, Molinæ, Suarez. &c. quia colliguntur, & ſoluuntur, clarè, distinctè, & breuitèr à Ripa, à Nazario, à Conſales, à Nauarretto, à Zenardo, clarè & distinctè præcipuè à Montagnolo, in prima parte D. Thom. quæſt. 36. de pertinentibus ad nomen Spiritu Sancti. Vide noſtram expoſitionem Magiſtri Petri Lombardi aperientem mentem huius materiæ in folio 60. & infra hic.*

## DISTINCTIO. XI.

### *Quæſtio. 1.*

IN diſtinctione vndecima quæritur. Vtrum ſi Spiritus Sanctus non procederet à Filio diſtingueretur ab eo.

Pro quæſtione hæc eſt prima concluſio. Spiritus Sanctus procedit à Patre, & Filio. Iſta concluſio probatur tum ex determinatione Eccleſiæ, tum authoritatibus Sanctorum, tum etiam ratione, quam ponit Sanct. Doct. 4. contra Gentil. cap. 24. vbi arguit ſic. quicquid poteſt conuenire alicui diuinæ perſonæ, conuenit ei, alioquin perſona Diuina eſſet ens potentiale, ſed ſpirare Spiritus Sancti poteſt cōuenire perſonæ Filij: ergo conuenit ei, minor probatur, ſpirare Spiritus Sanctus non eſt contra rationem Filij, inquantum eſt Deus, quia pater qui eſt Deus ſpirat, neque inquantum eſt Filius, quia alia eſt proceſſio. Spiritus Sanctus alia Filij, non repugnat autem id quod eſt à principio ſecūdum vnam proceſſionem eſſe principium alterius proceſſionis. *Aureol. hic q. 1.*

Contra hanc rationem dicit Aureol. † poſſe eodem modo argui quòd Spiritus ſanctus generet filium: quia non repugnat ei neque inquantum eſt Deus neque inquantum eſt Spiritus Sanctus.

Ad quod reſpondetur quod repugnat Spiritus ſanctus generare verbum inquantum eſt Spiritus ſanctus quia amor præſupponit repugnat autem producēs præſupponere productum. non poteſt ergo Spiritus ſanctus generare verbum, quod præſupponit neque aliud: cum non poſſint eſſe plures filij in diuinis.

*Concluſio II.* Si Spiritus ſanctus non procederet à filio: non poſſet ab eo realiter diſtingui. Hanc probat. 1. quæſt. 36. art. 2. Omnis diſtinctio realis in diuinis eſt per oppoſitas relationes: ſed ſi Spiritus ſanctus non procederet à filio: non haberet ad ipſum relationem oppoſitā: cum in diuinis omnis relatio realis ſit relatio originis. ergo. maior probatur. Nullum abſolutum plurificatur in diuinis, ergo omnis diſtinctio realis eſt per relationes. Quod autē oporteat eas eſſe oppoſitas: probo. Si relationes nō oppoſitę ſufficerēt ad diſtinctionē realē: ſequitur quòd in perſona patris eſſet realis diſtinctio: quia in ipſo ſunt duæ relationes, ſcilicet paternitas, & ſpiratio.

Contra arguit Aureol. † & vult probare, quod diſtinctio diuinarum perſonarum poſſit eſſe non ſolum per relationes oppoſitas: ſed per relationes quæ ex ſuis rationibus formalibus ſūt impoſſibiles. *Aureol. vbi ſuprà.*

Ex quo ſequitur, quòd filio nō poteſt conuenire ſpirari. non quia in eo ſit relatio oppoſita, ſcilicet ſpirare. ſed quia ſpirari & generare ſunt ex rationibus ſuis incompoſſibiles. Primo arguit ſic. id quod ineſt alicui ex ſua ratione formali conuenit ei quocunque alio remoto ſiue per poſſibile ſiue per impoſſibile. ſed ſpirari & generari ſunt ex ſuis rationibus incompoſſibilia: ergo dato, quod in filio non eſſet ſpirare, adhuc ei repugnaret ſpirari. minor probatur, ſi ſpirari non habet ex ſua ratione incompoſſibilitatem, ad generari: ſequitur quod habeant iſtā incompoſſibilitatem ab ipſo ſpirare, vt etiam tu dicis. ſed hoc falſum. quia tum ſpirare eſſet ipſum generari. quod patet eſſe falſum cum in patre ſit ſpirare & nō generari.

Reſpondeo. negatur minor. Ad probationem negatur minor. Ad cuius rationem negatur conſequentia: ſicut etiā non ſequitur hæc albedo ratione huius ſubiecti in quo eſt, habet formaliter incompoſſibilitatem ad hoc quòd ſit in alio ſubiecto. ergo eſt idem formaliter cum hoc ſubiecto: & multæ tales inſtātiæ poſſunt dari. Relinquitur ergo: quod ſpirare ex hoc quòd eſt in eodem ſuppoſito cum generatione paſſiua det ei incompoſſibitatem ad ſpirari. *Spirare cū generatione paſſiua dat incompoſſibilitatem ad ſpirari*

Contra. quicquid conuenit alicui in diuinis: conuenit ei formaliter, & ex ſe. ergo incompoſſibilitas quam habet generari ad ſpirari, cōuenit ei ex ſe formaliter, & non per ſpirare.

Reſpondeo. negatur antecedens. nam



Digitized by Google

Spiritus ſanctus eſt ſimilis & eiuſdem naturæ cum ſpirante: quod tamen non conuenit ei formaliter in quantum eſt ſpiritus; ſed inquantum eſt amor diuinus.

Secundò, ſi ſpirare dat generari incompoſſibilitatem ad ſpirare, aut hoc eſt. quia ſpirare & generari ſunt idem in filio: aut quia ſunt idem in filio: aut quia generari eſt præuium ad ſpirare. non primum, nec ſecundum nec tertium quia etiam eſſentia in filio eſt idem cum ſpirari, & ſimul cum eo: & ſpirare præſupponit eſſentiam, & tamen non dat eſſentiæ incompoſſibilitatem cum ſpirari. ergo ſimiliter ſpirare non dat generari incompoſſibilitatem cum ſpirari.

Reſpondeo negatu r diuiſio tanquam inſufficiens, ſed ratio quare ſpirare dat illam incompoſſibilitatem eſt: quia eſt relatio ſecundum rationem adueniens ſuppoſito conſtituto per generationem paſſiuam.

Tertio arguunt alij ſpiratio actiua ſtat ſimul cum paternitate, & cum oppoſito paternitatis: cum ſpiratio actiua ſit in patre & filio. ergo etiam filiatio poteſt ſtare cum ſpiratione actiua & cũ oppoſito eius, ſcilicet ſpirari.

¶ Reſpondeo. negatur conſequentia propter idem, nam paternitas, & filiatio & ſpirari cum ſint proprietates conſtitutiuæ perſonarum, non poſſunt pluribus communicari. ſicut nec principia inindiuiduantia in creaturis, ſpiratio autem actiua cum adueniat ſecundum rationem ſuppoſito conſtituto, poteſt cõmunicari ſuppoſitis habentibus relationes oppoſitas.

*Aureol.* Quartò arguit Aureol. Remota cauſa ſecunda, adhuc poteſt remanere prima, ſed ſecũda cauſa incompoſſibilitatis generari ad ſpirari eſt quia ſpirari præſuponit generari, cauſa autem, quod præſupponat eſt ex ſuis rationibus formalibus, ergo remoto quod ſpirari præſupponat generari, adhuc erunt incompoſſibilia in eodem ſuppoſito.

¶ Reſpondeo, primo, quod maior eſt vera ſolum in cauſis efficientibus eſſentialitèr ordinatis, & quoad generalem influentiam, ſolum falſa eſt autem loquẽdo de cauſis alterius ordinis, ſcilicet efficienté, & formali, vel de duabus formalibus, quod declaro. Nam forma ignis eſt cauſa caloris in igne, & calor facit ignẽ formalitèr calidum, & tamen conſtat, quod remoto calore nunquam forma ignis faceret ignem formalitèr calidum, in propoſito autem modo nulla eſt cauſa efficiens.

*Verificatio illius propoſitionis, remota cauſa ſecunda, adhuc poteſt remanere prima.*

¶ Dico ſecundò ad minorem, quod formalis ratio iſtarum proceſſionum nõ eſt cauſa, quod præſupponat vnam aliã, ſed eſt è contrario, quia enim vna exigit aliam inde ſumitur earum formalis ratio proceſſiones enim diuinæ cum non diſtinguantur penes ſubiecta, nec habeãt ex ſe aliquam oppoſitionem, oportet ſumatur penes terminos, vel penes principia, Sunt enim diſtinctæ quia ſunt ſuppoſitorum oppoſitorum relatione originis.

*Pluribus itaq; modis peccare oſtẽditur prædictu argumẽtio.*

¶ Dico tertiò, quod ex formalis ratione dictionis proceſſionum, vel relationum Filij, & Spiritus Sanctus nunquã poſſet inferri inter eos, vel eorum proceſſiones realis diſtinctio, ſed tantum formalis. Dicam enim quòd iſtæ proceſſiones terminantur ad eandem perſonã ſecundum rem, ſed ſecundum aliam, & aliam rationem, oportet ergo quod ſi debeat realitèr diſtingui, quòd hoc ſit ratione oppoſitionis, quia ſcilicet ex vna originatur alia, eo quòd terminus vnius qui originatur ex termino alterius ſcilicet Spiritus Sanctus à Filio non diſtinguntur penes terminos formales, quia talis terminus eſt eſſentia.

*Concluſio III.* Filius diſtinguitur filiatione à Spiritu Sancto ſecundum habere, & non habere, filiatione autem diſtinguitur à ſolo Patre ſecundum relatiuam oppoſitionem.

¶ Hanc probat quolib.5.quæſt.4. articul.2. quantum ad primam partem ſic. Quicunque habet aliquam formam, diſtinguitur ab omni non habẽte illam, ſed Filius habet filiationem, quam non habet Spiritus Sanctus: ergo ſecunda pars probatur ibidem. Filiatione diſtinguitur Filius ſecundum oppoſitionem ab eo ſolo, in quo eſt relatio oppoſita, ſed in ſolo Patre eſt relatio oppoſita filiationi, ſcilicet paternitas: ergo.

*Concluſio IV.* Filiatio non poteſt eſſe prima ratio diſtinctionis inter Filium, & Spiritum Sanctum, ſed ſpiratio actiua. Hanc probat de poten. quæſtio 10. art. 5. Omnis negatiua fundatur ſuper affirmatiuam. ſed filiatione diſtinguitur Filius à Spiritu Sãcto negatiuè ſcilicèt per habere, & non habere, nam Filius non eſt



Digitized by Google

eſt Spiritus Sanctus: ergo oportet veritatem huius fundari ſuper aliqua affirmatione, ſed in Filio nulla eſt affirmatio oppoſita affirmationi, quæ eſt in Spiritu Sancto niſi ſpiratio actiua: ergo per eam ſolam primo diſtinguitur relatiuè à Spiritu Sancto.

Contra arguit Aureol. primo. Omne principium diſtinctiuum formalitèr eſt etiam cõſtitutiuum, vt dicit Porphyrius, ſed ſpiratio actiua non eſt conſtitutiua Filij: ergo non diſtinguit ipſum formalitèr à Spiritu Sancto.

Reſpondeo negatur maior, conſtat enim quòd homo conſtituitur per rationale tanquam per differentiam, & tamen non diſtinguitur per rationale, ſecundũ directam oppoſitionem formæ ad formam niſi ab irrationali, licèt per ipſam ab omnibus diſtinguitur per habere, & non habere, per ſenſibile autem diſtingitur ſecundum oppoſitionem tantum ab inſenſibilibus, & per corporeum ab incorporeis. Similitèr Filius conſtitutus filiatione diſtinguitur per eam tantũ à patre, tanquam ab oppoſito.

¶ Dico ſecundò, quòd eadem res eſt conſtitutiua, & diſtinctiua Filij. Idem eſt filiatio, & ſpiratio actiua, vt eſt in Filio, ſed alia ratione conſtituit, & alia diſtinguit.

Secundò. Omne diſtinctiuum perſonalitèr ſi ſit ſimplex, quæcunque diſtinguit, diſtinguit vt vnam perſonam, quia ex quo eſt ſimplex cuicunque dat eſſe diſtinctum dat eſſe ſimplex diſtinctum, ſed ſpirare eſt ſimplex: ergo ſi diſtinguit patrem, & Filium à Spiritu Sancto perſonalitèr ſequitur, quod eos diſtinguat vt vnam perſonam, & ſic redit error Sabellij.

¶ Reſpondeo, negatur maior, quando tale ſimplex eſt communicabile, ſpirare autem eſt communicabile Patri, & Filio, huius exemplum patet in anima intellectiua, quę eſt ſimplex, & diſtinguit diuerſa membra hominis à membris aſini, non tamen diſtinguit ea, vt vnum membrum, quia anima eſt omnibus illis membris communicabilis.

Dico tamen quòd Pater, & Filius, diſtinguntur, vt vnum in virtute ſpiratiua.

Tertiò effectus formalis mutatur cũ mutatione formæ, ſed Pater, & Filius sũt duæ perſonæ, & duo diſtincta à Spiritu Sancto: ergo habẽt duo formalitèr diſtinctiua à Spiritu Sancto, ſed ſpirare eſt tantum vnum: ergo non diſtinguntur ab eo formalitèr per ſpirare.

¶ Reſpondeo, primò, negatur conſequentia, quia non bene infertur concluſio, deberet enim ſic inferri: ergo eſt duplex perſonalitas, & duplex diſtinctio in eis, quia diſtinctio eſt illa forma, cuius effectus formalis eſt eſſe diſtinctum, non autem ſpiratio actiua, cuius effectus formalis eſt ſpirator.

¶ Dico ſecundò, quod illa maior non eſt vera, niſi quãdo effectus formalis ſignificatur per nomen ſubſtantiuũ, quia tale nomen numeratur ſecundũ numerationem formæ, adiectiuum autem numeratur ſecundum ſuppoſita. In Propoſito noſtro effectus formalis ſpirationis actiuæ deſignatur per hoc nomen diſtinctum, quod conſtat eſſe adiectiuum.

¶ Dico tertiò, non eſſe inconueniens vnam ſimplicem perſonam diſtingui perſonalitèr duobus, quæ ſunt idem re, ſed non ratione, & ideo Pater diſtinguitur paternitate à filio, & ſpiratione actiua à Spiritu Sancto; Filius autem filiatione à Patre ſpiratione actiua, à Spiritu Sancto. *Vna perſona duabus ratione diſtingui poteſt perſonalitèr.*

Contra eandem arguit Greg. primò. Remota à Filio omni re, quæ non eſt filiatio, Filius remanet diſtinctus à Spiritu Sancto: ergo diſtinguitur ab eo filiatione. *Gregor. hic quaſt. 1.*

Reſpõdeo, negatur cõſequentia, ſicut nõ ſequitur, filiatio nõ eſt aliqua res pręter eſſentiam: ergo eſſentia diſtinguit.

¶ Ratio autem huius eſt, quia iſta diſtinguntur ratione, & ideò diſtinctio cõuenit relationi non eſſentiæ, quia conuenit relationi non quantum ad ſuum eſſe, ſed quãntum ad ſuam rationem.

¶ Dico ſecundò, quod ſi per impoſſibile illa res, quæ nunc eſt filiatio, ſpiratio perderet rationem ſpirationis, nũquam diſtingueret Filium à Spiritu Sancto, tãquam ab oppoſito.

Secũdò. In filiatione nõ sũt plura, quibus diſtinguatur à Sp̃tu sãcto: ergo neq; in Filio, antecedẽs patet, & conſequẽtia quia Filius ẽ æquè ſimplex, ſicut filiatio.

¶ Reſpondeo, negatur conſequentia, quia licet Filius ſit æquè ſimplex, ſicut filiatio, tamen quia filiatio ſignificatur per modum abſtractum, & formæ: Filius autem concretè, vt habens formam, cui non repugnat ex ſuo modo ſignificandi habere aliquid alterius rationis, à filiatione. Ideo in filiatione non requiritur illa pluralitas diſtinctorum ſecundum



Digitized by Google

rationem,ſiue reperitur in filio.

Contra eandem arguit Scotus quaſi argumentis Aureo. ad quæ reſponſum eſt reſpondendo ad Aureolum. Arguit enim quòd generatio & ſpiratio paſſiua ex ſuis rationibus diſtinguuntur:& propter hoc filius diſtinguitur generatione à Spiritu Sancto etiam ſi ab eo non procederet,& vult quòd relationes diſparatæ ſufficient ad realem diſtinctionem perſonarum.

Ad hoc dictum eſt quòd generatio & ſpiratio non habent ex ſuis rationibus, quòd diſtinguantur plus quàm ratione vnde ſi debent realiter diſtingui, oportet quòd opponantur relatione originis,

*In creaturis distinctio diſparatorum reducit ad oppoſitionem.*

¶ Dico ſecundò, quòd etiam diſtinctio diſparatorum in creaturis reducitur ad aliquam oppoſitionem, albedo enim & dulcedo reducuntur ad oppoſitionem coloris & ſaporis, quæ ſunt duę ſpecies ſubalternæ oppoſitis differentijs conſtitutæ:quæ quidem differentiæ priuatiuæ opponuntur.

*Conclusio V.* Spiratio actiua nullam perſonam diuinam conſtituit. Hanc ſic probat 1.quæſt.32,art.3. Nullum communicabile conſtituit formaliter aliquid incommunicabile , ſicut albedo non conſtituit formaliter nigrum , ſed ſpiratio actiua eſt communicabilis patri & filio : & perſona eſt incommunicabilis, cum ſit indiuiduum , ergo ſpiratio actiua non conſtituit perſonam.

Contra arguit Aureolus primo, Quæ fundant eandem vnitatem, fundant eandem perſonalitatem, quia vnitas eſt per ſeitas totius modi quę eſt per ſe vnitas, ſed eſſentia & filiatio & ſpiratio fundant eandem vnitatem , cum ſint penitus indiſtincta,ergo omnia iſta concurrunt ad conſtitutionem filij.

¶ Reſpondeo, negatur minor; quia licet iſta idem re , tamen ratione diſtinguuntur,& ad argumenta in oppoſitum ſæpè eſt reſponſum , maximè diſtinct.2, q.3.

*Omnium enim ſacratiſſimum eſt dogma vbi non repetita diuina tradunt.*

Secundò , Collectio proprietatum conſtituit perſonam diuinam vt dicit Anſelmus de proceſſione Spiritus Sancti, cap.24. ergo ſpiratio concurrit ad conſtitutionem filij.

¶ Reſpondeo , negatur antecedens, ſed benè dicit Anſelmus quod talis collectio diſtinguit, non autem omne diſtinguens eſt conſtitutiuum.

Tertiò, Eo ſolo eſt fruendum, quod includitur in conſtitutione alicuius diuinæ perſonæ:vt videtur dicere Auguſt. primo de doctrina Chriſtiana,ſed ſpiratione eſt fruendum:cum ſit perſonæ proprietas,ergo.

¶ Reſpondeo,negatur maior nec hoc dicit Auguſt.Ad hoc enim quòd aliquid ſit fruibile,ſufficit quòd ſit idem diuinæ eſſentiæ.

¶ Dico ſecundò, quòd nulla relatio dicit rationem fruibilitatis ; ſed ſumma bonitas ,quæ cum ſit tantùm vna , eſt etiam vna tantùm ratio fruibilitatis.

Quartò, Sicut ſe habet eſſentia ad perſonam filij,ita ſe habet ſpiratio actiua, ſed eſſentia pertinet ad conſtitutionem filij,ergo & ſpiratio.

¶ Reſpondeo, negatur minor, cum enim eſſentia ſit communicabilis, non conſtituit aliquid ineſſe incommunicabili,cuiuſmodi eſt perſona,vt dicit S.D, de potentia,q.8.ar.3.

*Greg.*

Contra eandem arguit Greg. Filius non conſtituitur per filiationem , ergo per ſpirationem, antecedens probatur, filius & filiatio nullo modo diſtinguuntur ex parte rei,ergo vnum non conſtituit aliud,tenet conſequentia,quia omne conſtituens diſtinguitur realitèr à cõſtituto.

*Sola diſtinctio rationis verificat cõtradictoria*

Reſpondeo,negatur antecedens. Ad probationem negatur conſequentia, quia diſtinctio rationis ſufficit ad hoc quòd contradictoria de eodem verificentur, quia ad veritatem loquutionis non ſolùm oportet conſiderare rem;ſed etiam modum ſignificandi : & quia intellectus aliter ſignificat filiationem, & alitèr filium,à Deo aliqua prædicat de filio,quæ repugnant modo ſignificandi, quo ſignificat filiationem, & huiuſmodi ſunt quæ ſignificant actum conuenientem ſuppoſito ea autem quæ repugnant ſuppoſito, & non formæ, attribuit filiationi,& negat à filio:vt conſtituere,& diſtinguere & huiuſmodi.

*Conſtituens duplex per modum partis, & per modum totius.*

¶ Dico ſecundò, quòd omne conſtituens per modum partis , diſtinguitur à conſtituto realitèr : non autem hoc eſt neceſſe in eo , quod conſtituit per modum totius:quia vt dicitur 2. poſte.non omnis forma diſtinguitur ab eo cuius eſt forma, Conſtitutiuum ergo filij non eſt ſibi intrinſecum tanquam pars : ſed eſt tota entitas eius: concurrens tamen cum alio cui identificatur re & à quo diſtinguitur ratione ad integrandam ratio-

Digitized by Google

rationem filij, vt eſt filius, nec ſimplici repugnat hoc modo conſtitui.

*Additio quæ eſt ſolutio argumentorum recentiorum per M. Mauritium de Gregorio.*

*In hac 11 diſt. & vnic. quæſt. confutantur hæreſes damnatæ, vt in noſtro Commentario in text. Magiſtri, & confutantur etiam hæreſes, quæ ſunt in Abecedario, & in Ethimologijs hæreſum, & confutantur ſimiliter Idolatriæ, vt in Abecedario Idolorum in principio vide ibi littera S. & P. ac etiã confutãtur falſæ Theologiæ Fænicum, Egyptiorum, Græcorum, Atlanticorum, Frigiorum, Gentium, &c. ab Euſebio in primo, ſecundo, tertio, & quarto de præparatione Euangelica contra Theologiam fabuloſam Poetarũ antiquorũ.*

*Loca ſoluentia argumẽta aduerſariorum Magiſtri Mauritii vltra commentaria textuũ loca contra hæreſes, &c*

*Ex cõcluſionibus, probationibus, & ſolutionibus argumẽtorũ Capræoli ſoluuntur argumenta Vulpes, & aliorum recẽtiorum facile, vt facit Ariſt. ad argumenta Antiquorum, quod veritatis cognitio dubiorum eſt ſolutio, & cum Cardinali Bellarmino dicente in libro de Scriptoribus Eccleſiaſticis de Io. Capræolo, quòd Io. Capræolus ſit defenſor Egregius Sancti Thomæ, & optimè diſſoluit omnia argumenta aduerſariorum. dicunt verba formalia Bellarmini, ergo ſi optime diſſoluit per Bellarminum ſunt ſoluta argumenta cum his doctrinis hic: Sicut ſoluit Ariſtotelis contra antiquos dicendo in 4. de Cœlo veritatis cognitio dubiorum eſt reſolutio.*

*Reſpondetur ſecundò cum Cardinali Sarnano Franciſcano doctiſſimo, cũ decima concordantia, & ſimiliter cum nona concordantia Bonæherbæ.*

*Argumenta verò Vaſquez, Valentiæ, Molinæ, Suarez, &c. quia colliguntur, & ſoluuntur, clarè, diſtinctè, & breuiter à Ripa, à Nazario, à Conſales, à Nauarretto, à Zenardo, clarè & diſtinctè præcipue à Montagnolo, in prima parte D. Thom. quæſt. 29. de Perſonis Diuinis, & q. 27. de nomine Spiritus Sancti. Vide noſtram expoſitionem Petri Lombardi aperientem mentẽ huius materiæ, vt in f. 60. hic.*

## DISTINCTIO XII.

### *Quæſt.* 1.

IN diſt. 12. quæritur. Vtrum pater & filius ſunt vnum principium Spiritus Sancti.

Ad hanc quæſtionem reſpondetur concluſione affirmatiua quod ſic. Hanc probat 1. qu. 36. artic 4. pater & filius ſunt vnum in omnibus in quibus non diſtinguit inter eos relationis oppoſitio, ſed in hoc quòd eſt eſſe principium Spiritus Sancti non oppouuntur relatiuè. ergo in hoc ſunt vnum.

Contra iſtam coucluſionem arguit ſic ipſe S. Do. Si pater & filius ſunt vnum principium Spiritus Sancti aut ſunt vnũ principium, quod eſt pater, aut ſunt vnũ principium, quod non eſt pater, non primum, quia tunc filius eſſet pater, non ſecundum, quia pater non eſſet principiũ: ergo non ſunt vnum principium.

Reſpondeo, negatur conſequentia, quia ly principium in illa propoſitione ſupponit couſusè immobiliter, cum habeat copulatum ſubiectum, ſicut etiã eſt in iſta. Pariſijs & Romæ venditur piper. & ideo non licet deſcendere. Idem dico de iſta. vnum priucipinm Spiritus ſancti eſt Pater, & Filius, quia talia ſunt ſubiecta, qualia permittunt prædicata. Et ideo ly vnum principium ſupponit confusè & determinatè pro hoc vel illo ſuppoſito Et hæc eſt ſua naturalis ſuppoſitio vt dicit S. D. in ſuo ſimili. 3. diſt. 1. q. 2. ar. 4. nec oportet quærere confuſiuum eius ſed potius per quid trahatur ad ſtandũ pro hoc vel illo hoc enim fit per ſignum vniuerſale, vel particulare, vel aliquid huiuſmodi.

*In hac propoſitione pater & filius ſunt vnum principium ſpiritus ſancti, ly principium ſupponit confusè immobiliter.*

Contra arguit Greg. 1. † Sub termino ſtante confusè licet deſcendere per propoſitionem de diſiuncto extremo, ſed in iſta non valet talis deſcenſus, ergo ly principium non ſupponit confusè, maior patet, minor probatur. Si liceret deſcendere, deſcenderetur ſic, ergo Pater, & Filius ſunt hoc principium, vel hoc principium, demonſtrando primò vnam perſonam, deinde aliam, ſed talis deſcenſus non valet, quia conſequens eſt falſum, cum eius oppoſitum ſit verum, ſcilicet iſta propoſitio. Pater & Filius non

*Greg. hic Sub termino ſuperponente confusè immobiliter licet deſcendere non diſiunctiuè ſed diſiunctim.*



Digitized by Google

ſunt hoc principium,nec hoc principiũ, ſicut nõ ſunt hęc perſona Patris,nec hęc perſona filij.

Reſpondeo,primò quod ſub ly principium nõ licet deſcendere diſiunctiuè, quia eſſet fallacia figuræ dictionis à ſuppoſitione confuſa ad determinatam, nõ valet ergo talis deſcenſus: ergo ſunt hoc principium,vel hoc principium.

¶Dico ſecũdò, quod licet deſcendere diſiũctim,ſic ergo Pater,& Filius ſũt hoc,vel hoc principium demõſtrãdo per primum hoc vnam perſonam,& per ſecundum hoc aliam.

Ad huius improbationem cum dicitur,nec Pater,& Filius ſunt hoc principium,demõſtrãdo Patrem, nec ſũt hoc demõſtrãdo perſonam filij: ergo nõ ſũt hoc,vel hoc principium,negatur conſequẽtia,nam ex copulatiua falſa ſequitur diſiunctiuam eſſe falſam nõ tamẽ ſequitur categoricam de diſiũcto extremo eſſe falſam,vnde iſta cõſequẽtia nõ tenet, nec Parhiſijs, & Romæ venditur iſte piper: ergo falſum eſt, quod Pariſijs, & Romæ vẽditur iſte,vel ille piper.

Secũdò,ſi ly principium ſupponit pro duabus perſonis:ergo iſta eſt cõcedẽda, Pater,& Filius ſũt principia,ſicut iſta eſt vera,Pater,& Filius ſũt perſonæ.Nã terminus in plurali magis propriè ſupponit pro pluribus, quam terminus in ſingulari.

Reſpondeo,negatur conſequentia, quia forma, quam ſignificat perſona, ſcilicet perſonalitas plurificatur in diuinis, non autem forma, quam ſignificant principium,

*Terminus pluralis ſignificãs formam incommunicabilẽ non dicitur de pluribus.*

¶Dico ſecundò,quod terminus pluralis non magis propriè dicitur de pluribus quàm terminus ſingularis, quãdo nomen ſignificat formam,quæ non plurificatur,licet ſit in multis ſuppoſitis,cuiuſmodi eſt hoc nomen principium in propoſito noſtro.

*Concluſio.II.* Licet Pater, & Filius ſint duo ſpirantes, non tamen ſunt duo ſpiratores. Hanc probat, prima queſt. 36.articul.4.ad vltimum. Nomina adiectiua plurificantur ad plurificationem ſuppoſitorum ſubſtantiua ex plurificatione formæ ſignificatæ, ſed hoc nomen ſpirans eſt adiectiuum,& ſuppoſita, circa quæ ponit ſuum ſignificatum ſunt plura forma verò ſignificata per hoc nomẽ ſubſtantiuum,ſpirator, eſt tantum vna, ſcilicet virtus ſpiratiua: ergo ſunt duo ſpirantes, & vnus ſpirator. Non dico tamen, quòd ſint neceſſe formam ſignificatam per adiectiuum plurificari, ſed ipſum nomen ſemper plurificatur.

Si arguatur contra,hoc nomen principium eſt ſubſtantiuum, ſed forma quã ſignificat in Patre plurificatur cum in eo ſit generatio,& ſpiratio actiua: ergo Pater debet dici duo principia,quod videtur inconueniens.

¶ Reſpondeo,negatur conſequentia, quia ad hoc quod nomen ſubſtantiuum plurificetur,oportet formam ſignificatã ſecundum rem plurificari, conſtat autẽ duas proprietates in Patre eſſe idem realitèr.

¶Contra,ſaltem ſequitur,quod Pater ſit duo principia ſecundum rationem, tenet conſequẽtia, quia plures proprietates in Patre diſtinguntur ratione.

Reſpondeo, negatur conſequentia, quia Pater non principiat in eſſe rationis, ſed vt eſt in actu realis exiſtentiæ, concedo tamen,quod illud principium, quod eſt Pater, eſt duo ſecundum rationem, non autem quod ſit duo principia ſecundum rationem.

*Concluſio III.* Spiritus Sanctus procedit à Patre, & à Filio inquantum ſunt duo. Hanc probat 1.ſent.diſt 21. qu.1. artic.2. Prima pars probatur, Spiritus Sanctus procedit à Patre,& Filio,inquãtum conueniunt in virtute ſpiratiua,ſed virtus ſpiratiua eſt vna in vtroque:ergo. Secunda pars probatur. De ratione amoris ſaltem amicitiæ eſt quod ſit à duobus ſuppoſitis mutuò ſe amantibus, ſed Spiritus Sanctus procedit, vt amor amicitiæ:ergo. Nec intelligo,quod vnitas formalis, quæ eſt indiuiſio, ſit ratio Patri,& Filio,quod ſpirẽt,ſed quod vnũ denominatiuè,ideſt ipſa virtus ſpiratiua quæ hic ſubſternitur indiuiſioni; eſt eis formalis ratio ſpirandi.

Contra arguit Aureolus † primo. In Patre eſt perfectè virtus ſpiratiua: ergo accidit ſpiratori Patri, quod Filius conſpiret,antecedens patet, alioquin Pater acciperet ab alio virtutem ſpiratiuam, conſequẽtia probatur,Pater habet perfectè virtutem ſpiratiuam: ergo poteſt ſpirare omni alio circumſcripto, & per conſequens accidit ei, quòd Filius conſpiret. *Aureo. hic.*

Reſpondeo,negatur conſequentia. Vnde dico primò, quod cum amor præſupponat verbum intellectus,de ratione amo- *De ratione amoris perfecti quod ſit à duobus*

Digitized by Google

amoris perfecti, & maximè amoris amicitiæ eſt, quod ſit à duobus.

¶ Dico ſecũdò, quòd de ratione iſtorum ſuppoſitorum ſe mutuo amantium & ſpirantium amorem, eſt quædam cõcordia, & mutuitas, ita quod niſi eſſent duo, non eſſet ibi ratio ſpirationis.

¶ Dico tertiò, quòd quia principium quo Perſonæ Diuinæ ſpirant, eſt vna proprietas exiſtens in duobus ſuppoſitis ideo dicimus de ratione ſpirationis eſſe vnitatem quòad formam, & pluralitatem quòad ſuppoſita, negatur ergo cõſequentia, & ſimiliter ad probationem eius. quia quod ſolus pater ſpirare non poſſit, non eſt ex defectu aliquo exiſtẽte in Patre, ſed quia eſt de ratione ſpirationis, quod ſit à duabus.

Contra, Pater non poteſt ſpirare niſi ſit pluralitas ſuppoſitorum ſpirantiũ, ſed iſta pluralitas ſtatim conſurgit, poſito Filio: ergo Pater accipit aliquid à Filio, ſcilicet iſtam pluralitatem.

Reſpondeo, negatur conſequentia, quia iſta pluralitas non eſt aliquid reale in Patre, ſed eſt ipſe Pater, & Filius ſecũdum rem, nec addit aliquid niſi vnam indiuiſionem ex parte Patris, & aliam ex parte Filij, indiuiſio autem eſt negatio, patet ex dictis, quod de ratione amoris eſt à duobus procedere etiã in creaturis, ſcilicet ab amante, & à verbo formato, tamen iſti non ſunt duo amantes, quia vnum eorum non ſubſiſtit, nec eſt eiuſdem naturæ cum alio, ſcilicet verbũ cum dicente, quod ſi eſſet tunc mutuò ſe diligerent eodem amore exiſtente ſub oppoſitis relationibus, quia in vno eſſet, vt acceptus & in alio, vt in dante. Sic eſt in Patre, & Filio de amore, & cæteris abſolutis. Amor enim eſt quid abſolutum licet attribuatur Spiritui Sancto, vt dicetur. Quod autem de ratione amicitiæ ſit eſſe à duobus, probat Hẽricus † tum quia Spiritus Sãctus eſt vnio Patris, & Filij, vt dicit Auguſtin. 7. de Trinit. cap. 5. vnio autem requirit ſaltẽ duo. Tum quia Ricardus dicit lib. 3. de Trin. cap. 11. quod vbi pluralitas perſonarum deeſt, charitas eſſe non poteſt. Et credo, quòd Ricardus accipiat charitatem pro amicitia, quia eiuſdem ad ſeipſum licet non poſſit eſſe amicitia, poteſt tamen eſſe aliquid maius, ſcilicet charitas, quaſi ad rem pertinentem ad Dẽũ, quem principaliter diligit, hoc pònit, S. Doct. ſecunda ſecudæ quæſt. 25. art. 4

† *Henricus in ſumma.*

Quod autem de ratione amoris amicitiæ ſit vnitas, ideſt quod ſit à duobus in quantum ſunt aliquo modo vnum; patet ex dictis philoſophi 8. ethicorum, † vbi dicit amiciciam non eſſe inanimata neq; ad ſeruos, inquantum ſerui ſunt propter defectum vnionis, & cap. 12. dicit, quod inter parentes, & filios eſt maxima amicitia propter vehementem vnionem.

† *Cap. 8.*

Contra, eandem arguit Sco. † primo patri in illo priori, in quo procedit filiũ, habet perfectè virtutem ſpiratiuam: ergo in illo priori poteſt ſpirare Spiritu Sancto, & per conſequens non eſt neceſſe quod ſit à duobus, vt ſunt vnum in aliquo.

† *Scotus hic q. 1.*

Reſpondeo. negatur conſequentia, vt patet ex dictis, quia licèt Filius non ſit Patri ratio ſpirando, eſt tamen Spiritui Sancto, ratio producendi à Patre, dat enim Spiritui Sãcto. ꝙ ſit nexus vtriuſq; quod non haberet, ſi à ſolo Patre procederet.

Dico ſecundò, quod Pater in illo priori loquendo Scotiſticè non poſſet ſpirare non quidem ex defectu potentiæ, dictum eſt ſupra, quia non haberet mutuitatem, quæ requiritur in principio, quod ſpirat nec tamen ſequitur, quod habet ipſam à Filio, niſi fortè ſicut ab eo ſine quo ipſam non haberet ſicut etiam ſine Filio non haberet paternitatem, quia remotã filiatione, remouetur paternitas.

Secundò. Nullus reſpectus rationis eſt de ratione principij productiui, Spiritus Sanctus ſed illa mutuitas, ſiuè cõconcordia voluntatis Patris, & Filij eſt reſpectus rationis: ergo.

Reſpondeo, negatur maior de ratione, ſinè qua non. Conſtat enim, quod niſi Pater eſſet idem ſibi ipſi, & cognitiuus ſui, non gigneret verbum iſta autẽ identitas eſt reſpectus rationis.

Tertiò. Spiritus Sanctus procedit, vt amor perfectiſſimus, ſed amor mutuus non eſt perfectiſſimus, quia non terminatur ad ſummum bonum ſub ratione ſummi boni, ſed eſt à Patre in Filium, vt Filius eſt, & à Filio in Patrem, vt Pater eſt, Pater autem ſub ratione paternitatis, non dicit ſummum bonum.

Reſpondeo, negatur minor tanquam erronea, amor enim diuinus terminat ad perſonas, & ad relationes, vt ad dilecta, ſed ad bonitatem diuinam, vt ad rationem diligibilitatis, quæ cum ſit tantum vna; eſt etiam ibi tantum vna dilectio, cũ actus

Digitized by Google

actus diſtinguandtur ex obiecto formali. Iſta autem dilectio non eſt eliciriua Spiritus Sancti, ſed eſt ipſa eius electio, ſicut intellectio eſt ipſa productio verbi.

Qnartò Pater, & Filius prius ſaltem ratione diligunt eſſētiam quàm ſeipſos: ergo in illo priori ſpirant amorem. & per conſequens de ratione Spiritu Sancti non eſt mutuus amor.

Reſpondeo, negatur conſequentia prima, quia dato per impoſſibile, quòd diligerent eſſentiam non diligendo ſeipſos illo amore, nũquam procederet Spiritus Sãctus habens rationem amicitiæ, & nexus, quia ibi nulla eſſet reamatio.

Dico ſecundò, quod obiectum illius actus, quo producitur Spiritus Sanctus habet principaliter pro obiecto eſſentiã ſecundariò ſuppoſitam. Vnde ex hoc eſt dilectio eſſentiæ terminatur ad ſpeciem amoris, ex hoc autem quòd dilectio mutua perſonarum habet, quòd ſit ſpecies amoris quæ eſt amicitia.

Sequitur ex his, quod tertia Perſona prius ſecundum noſtrum modum intelligendi eſt ſpiritus amoris, quàm ſit ſpiritus amoris amicitiæ.

*Additio quæ eſt ſolutio argumentorum recentiorum per M. Mauritium de Gregorio.*

*In hac duodecima Diſtinctione, & vnica quæſtione confutantur hæreſes damnatæ, vt in noſtro Commentario in text. Magiſtri, & confutantur etiam hæreſes, quæ ſunt in Abecedario, & in Ethimologijs hereſum, & confutantur ſimilitèr Idolatriæ, vt in Abecedario Idolorum in principio vide ibi. litt. P. & F. Et etiã confutantur falſæ Theologiæ Fænicum, Egyptiorum, Græcorum, Atlãticorum, Frigiorum, Gentium, &c. ab Euſebio in primo, ſecundo, tertio. & quarto de præparatione Euangelica contra Theologiam fabuloſam Poetarum antiquorum.*

*Loca ſoluẽtia argumẽta aduerſariorum Magiſtri Mauritij vltra commentaria textuũ & loca cõtra hæreſes, &c.*

*Ex cõcluſionibus, probationibus, & ſolutionibus argumentorum Capræoli ſoluuntur argumenta Vulpes, & aliorum recẽtiorum facile, vt facit Ariſt. ad argumenta Antiquorum, quod veritatis cognitio dubiorum eſt ſolutio, & cum Cardinali Bellarmino dicente in libro de Scriptoribus Eccleſiaſticis de Ioanne Capræolo, quòd Io. Capræolus ſit defenſor Egregius Sancti Thomæ, & optimè diſſoluit omnia argumenta aduerſariorum, dicunt verba formalia Bellarmini, ergo ſi optimè diſſoluit per Bellarminum ſunt ſoluta argumenta cum his doctrinis hìc: Sicut ſoluit Ariſtotelis cõtra antiquos dicendo in 3. de Cœlo veritatis cognitio, dubiorum eſt reſolutio.*

*Reſpondetur ſecundo, cum Cardinali Sarnano Franciſcano doctiſſimo, cũ vndecima cõcordantia, & ſimilitèr cum decima cõcordantia Bonæherbę.*

*Argumenta verò Vaſquez, Valentiæ, Molinæ, Suarez, &c. quia colliguntur, & ſoluuntur; clarè, diſtinctè, & breuitèr à Ripa, à Nazario, à Conſales, à Nauarretto, à Zenardo, clarè, & diſtinctè præcipue à Montagnolo, in prima parte D. Th. quæſt. 33. de pertinentibus ad perſonã Patris, & de pertinẽtib⁹ ad nomẽ Spiritus ſãcti q. 36. Vide noſtrã expoſitionẽ Mag. Petri Lõbardi aperiẽtem mentẽ huius materiæ in fol. 60. & infra hìc.*

## DISTINCTIO XIII.

### Quæſtio. 1.

IN diſtinct. 13. quęritur primò, vtrum generatio Filij, & proceſſio Spiritus Sãcti ſint proceſſiones alterius rationis.

Pro quæſtione hæc eſt prima concluſio. Iſtæ proceſſiones paſſiuè accepte non diſtinguntur ſeipſis formaliter. Hanc probat de potentia q. 10. artic. 2. Et præſenti diſt. q 1. art. 2. Iſtæ proceſſiones non diſtinguntur ſolo numero, ſed ſpecie, cum vna earum ſit generatio, alia non arguitur ergo ſic. Vnũquodque diſtinguitur ab alio ſpecie per id à quo ſpeciem habet, ſed nulla proceſſio, ſiuè motus habet ſpeciem à ſe, ſed à principio, vel à termino: ergo iſtæ proceſſiones non diſtinguitur ex ſeipſis formaliter.

Contra minorem iſtius rationis arguit Aureolus † quinque medijs, quæ tamen in vnum coincidunt, vnde ea ſic ad vnum reduco. Cuislibet generis generaliſſimi habentis ex ſe formalitèr, quod ſit generaliſſimum, ſunt etiam propriæ, differentiæ quas ex ſe habet formalitèr.

*† Aureol. hic q. 1.*

Digitized by Google

ſed actio,& paſſio ſunt huiuſmodi: ergo ſeipſis formaliter diſtinguntur, & non per turminos, maior patet, vt dicitur in prædicamentis † & primò poſteriorum, † diuerſorum generum ſunt diuerſæ differentiæ, minor probatur, quod enim actio,& paſſio ſint genera generaliſſima dicit Philoſophus vbicunque diſtinguit prædicamenta, quòd habeat iſtud ex formalitate, probatur, quia Commentator 3.meta.com.10.& 8.met.com.16. dicit quòd generaliſſima ſunt conceptus primo diuerſi.

† Cap.4. † Tex.31.

Reſpondeo, dico primo quod nulla actio, vel paſſio poteſt accipi niſi concipiatur terminus à quo, vel ad quem eſt, cuius ratio eſt, quia nulla res poteſt intelligi niſi ſecundum, quod eſt in actu, vt dicitur 9. meta. † ideſt, niſi intelligatur actus rei, vel id quod ſe habet loco actus vnde, nec materia intelligitur niſi in habitudinem ad formam. Et quia principium actionis, & forma eſt ipſe actus, à quo elicit, & ſimilitèr terminus paſſionis eſt terminus actus eius, huiuſmodi enim dicunt formæ extrinſecæ, ideo non poteſt concipi actio, vel paſſio, niſi concepto termino.

† Text. 21. *Nequit concipi actio ſine terminis.*

Dico ſecundò, quod ſpecies actionis, & differentiæ ſunt in genere actionis,& ſpecies,& differentiæ paſſionis in genere paſſionis, quæ tamen ſpecies,& differentiæ ſumuntur à re alterius generis, nec huius oppoſitum aliquando dixit philoſophus. Aliud eſt enim dare ſpeciẽ alicui,& aliud eſt eſſe ſpeciem eius, nam forma lapidis dat ei ſpeciem, non tamen eſt eius ſpecies, cum ſpecies lapidis reſultet ex materia,& forma.

¶ Dico tertiò, ꝙ ſicut ſpecies actionis, aut paſſionis puta calefactio habet ſpeciem à re alterius generis, puta à calore, ſic ab eadem re ſumpta ſub conceptu magis communi, puta paſſibilia qualitatis habet genus ſubalternum, puta alternationis,& ab eadem re ſumpta ſub conceptu generaliſſimo habet genus generaliſſimum,& dicitur actio, vel paſſio, dicuntur autem huiuſmodi eſſe primo diuerſa, quia non conueniunt in aliquo vniuoco. Ex his patet ad argumentum.

Secundò, arguit ſic. Nulla res diſtinguitur formaliter per aliquid ſibi extrinſecum,& ea poſterius, ſed terminus eſt extrinſecus,& poſterior motu: ergo,&c.

Reſpondeo, negatur maior, quando propria ratio ſumitur ab extrinſeco, vt patet de relationibus, ſimilitèr eſt in motu, cuius ratio ſumitur à termino.

Dico ſecundò, quod quando prius eſt via ad poſterius poteſt per ipſum poſterius diſtingui, huiuſmodi eſt motus reſpectu termini.

Contra eandem arguit Scot.† Vnumquodque diſtinguitur ab alijs per ſuam rationem formalem: ergo actiones, & motus diſtinguntur ſeipſis.

*Scotus hic q.vnica.*

Reſpõdeo, primò negatur conſequẽtia, quia actiones,& motus non habent ſuam rationẽformalẽ niſi cum terminis.

¶ Dico ſecundò, quod quælibet res ex ſua ratione formali habet, quòd ſit indiuiſa in ſe, non tamen, quod ſit diuiſa in ſe, non tamen quod ſit diuiſa ab alijs, quia ex ratione formali quælibet res habet quod ſit vna, de ratione autem vnius non eſt diuiſio ab alijs, ſed quod ſit indiuiſum in ſe.

Secundò. Motus, & terminus ſunt idem: ergo motus non diſtinguitur ex termino.

Reſpondeo, negatur conſequentia, quia licet ſint idem materialiter, tamen formalitèr diſtingũtur,& ſimilitèr actio, & paſſio. De hac materia ſuperſedeo hic, quia tractabitur in ſecundo ſententiarum. †

† Diſtin. 1. q.2.

*Concluſio II.* Iſtæ proceſſiones non diſtinguntur realitèr ex hoc, quod vna eſt per modũ intellectus, & alia per modum voluntatis. Hanc probat præſenti diſtinct.q.1.art.2. Nulla diſtinctio rationis eſt ſufficiens principium diſtinctionis realis, ſed intellectus,& voluntas in Deo diſtinguntur tantum ratione: ergo talis diſtinctio non ſufficit ad realem diſtinctionem proceſſionum.

Contra, arguit Henricus. Verbum,& amor non diſtinguntur niſi, quia verbũ eſt ab intellectu,& amor à voluntate, ſed Filius eſt Verbum,& Spiritus Sanct. eſt amor: ergo eorum proceſſiones non diſtinguntur niſi, quia vna eſt ab intellectu,& alia à voluntate.

*Henricus quolib.5.*

Reſpondeo, quòd inter iſtas proceſſiones eſt diſtinctio formalis, & eſt diſtinctio realis. Intellectus, & voluntas ſufficiunt quidem ad formalem eorum diſtinctionem non autem ad realẽ, quia principium nunquam eſt debilius principiato, diſtinctio autem rationis, ſiuè formalis eſt debilior diſtinctione reali, oportet: ergo ſi debent diſtingui realiter

Digitized by Google

liter, quòd ſit per terminos realiter diſtinctos, & quia vna eſt ab alia, Ad argumentum negatur maior de diſtinctione reali.

*Concluſio* III. Iſtæ proceſſiones diſtinguuntur per relationes originis. Hãc probat de potentia, quæſtione decima, artic.ſecundo. Iſtæ proceſſiones non diſtinguuntur ſeipſis formaliter, neque ex principijs, ergo ex terminis, ſed termini non diſtinguuntur ex hoc, quòd vnus habeat hæc alius non, ſed quia vnus originatur ab alio, ergo & proceſſiones ſimiliter, quia proceſſio vnius eſt procedentis à procedente per aliam.

*Aureolus*

Contra arguit Aureolus, quòd non diſtinguantur per hoc, quod vna eſt à patre ſolo, alia autem à patre & filio primo. Nulla res diſtinguitur formaliter per id quod accidit ei; ſed eſſe ab vno vel duòbus accidit proceſſioni, poteſt enim reperiri in alio quàm in natura intellectuali, in qua tamen ſola reperitur verbum & ſpiritus: ergo, &c.

Confirmatur quia dicit Auguſt. 5. de Trin. quòd diſtinguuntur quia ſunt diſſimiliter à patre.

Reſpondeo. dico primò, quòd generatio, & ſpiratio formaliter proximæ diſtinguntur ſuis diſtinctionibus, quæ ſunt in eis, ſed formaliter primo diſtinguuntur, quia vna eſt à procedente tantum, alia verò à producente, & non à procedente: ſiue quia vna terminatur ad perſonam, quæ eſt ab vnico producente: alia verò ad perſonam, quę eſt à duobus.

*Radix diſtinctionis generationis & ſpirationis.*

¶ Dico ſecundò, quòd realis iſtarum productionum diſtinctio non ſumitur penès hoc, quòd vna eſt ab vno & alia à duobus ita nude, ſed per hoc quod illorum duorum vnum eſt ab alio originatur ergo diſtinctio realis ex hoc quod vna eſt ab vno & àlia à duobus: quorum vnum ab alio producitur, nec poſſunt eſſe plures productiones in natura intellectuali.

¶ Tertiò dico, quòd non poſſent eſſe diſſimiliter à patre niſi vna eſſet ab alia: & hanc diſſimilitudinem habent in ordine ad ſolum patrem: quia à nullo alio ſunt ambæ illæ proceſſiones.

¶ Dico quartò, quòd realis diſtinctio proceſſionum reducitur ad realem diſtinctionem perſonarum, & realis diſtinctio perſonarum ad realem diſtinctionem rèlationum.

Secundò. Id non cauſat diſtinctionem ſpirationis, quod accidit ei, ſed ſpirationi accidit eſſe à generante: quia filius inquantum ſpirat non eſt genitus, ergo &c.

*Nulla eſt ſpiratio à dicente.*

Reſpondeo, negatur minor, nulla enim eſt ſpiratio niſi ſit à verbo, & à dicente, & licet ſpiratori inquantum huiuſmodi accidat eſſe genitum: tamen omnis ſpirator eſt neceſſariò aut genitus aut generans.

Tertiò eſſe à duobus poteſt conuenire alijs productionibus quàm productioni Spiritus ſancti, vt patet in tractu nauis à pluribus trahentibus, ergo pro hoc non diſtinguitur productio ſpiritus à productione verbi.

Reſpondeo, negatur antecedens, loquendo de per ſe, ſola enim productio voluntatis de per ſe eſt à duobus, productio autem naturalis per ſe eſt ab vno: ſed quòd ſit à duobus, hoc accidit ei ex imperfectione agentium.

Ideo in iſta quæſtione tria ſunt ſingulariter attendenda. Primum eſt, quod hæ proceſſiones diſtinguuntur formaliter ſiue ratione: quia vna eſt per modum intellectus: alia per modum voluntatis. Secundum eſt quod diſtinguũtur realiter: quia vna eſt tantum ab vno, alia verò à duobus quorum vnum ab alio eſt. Tertium eſt quod non dicimus ex hoc ſolo eſſe ſpirationem in diuinis quia ſit ibi proceſſio à duobus: licet iſta ſit vna de conditionibus requiſitis ad ſpirationem: vt in præcedenti quæſtione dicendum eſt: ſed dicimus ſpirationem diſtingui realiter: quia eſt à duobus modo præexpoſito. Et hoc dixi quia communiter argumenta, quæ ſunt in hac materia, ſunt ac ſi diceremus oppoſitum eorum aliquorum iſtorum trium, quæ declarata ſunt.

## QVÆSTIO II.

*Diſtinct.* 13.

Q*Væritur ſecundò.* Vtrum generare & ſpirare diſtinguantur?

Pro hac quæſtione hæc eſt prima cõcluſio. Generare, & ſpirare non ſunt naturaliter diſtincta. Hanc ſic probat 1. qu. 33. ar. 3. Omnis diſtinctio realis in diuinis eſt propter oppoſitionẽ relatiuã, ſed generare non opponitur ad ſpirare cum ſint in eadem perſona patris: ergo &c.

Contra

Contra. Maiorem huius rationis arguit ſic Capræolus: ex illa ſequitur quod generari, & ſpirari non ſint diſtincta, ſed hoc falſum eſt, maior probatur, quia generari,& ſpirari non opponuntur.

*Spirari indirectè opponitur ad generari, & ſpirari.*

Reſpondeo, quod ſpirari opponitur ad generari, & ad generare indirectè, quod declaro, nam ſpirari opponitur directè ad ſpirare, ex conſequenti autem opponitur indirectè ad generi, quod eſt coniũctum ipſi ſpirare in filio, & ſimilitèr ad generare quod eſt coniunctum ipſi ſpirare in patre.

*† Durãd. hic quaſt. 1.*

Contra concluſionem arguit Durandus 1. † Vbi ſunt plures termini ibi ſunt plures relationes, ſed generari, ad quod refertur generare, & ſpirari, ad quod eſt ſpirare, ſunt diſtincta realitèr: ergo etiam generare,& ſpirare.

Reſpondeo. Primò quod generari, & ſpirari diſtinguntur realiter, quia vnũ eſt ab alio, non ſic eſt de generare, & ſpirare.

Dico ſecundò, quòd relationes diſtinguntur ex terminis in eſſe relationis, nõ autem in eſſe rei, & ideò benè ſequitur, quòd generare, & ſpirare ſunt duæ relationes, non autem diſtinctæ res abſolutè.

Secundò. Sicut ſe habet generare ad generari, ſic ſpirare ad ſpirari: ergo permutatim ſicut ſe habet ſpirari ad generari, ſic ſpirare ad generare, ſed ſpirari, & generari diſtinguntur realitèr: ergo etiam ſpirare,& generare.

Reſpondeo, negatur maior. In diuinis quia ſpirari eſt ſemper à generari: non autem ſpirare à generare: vt patet in patre.

*Argu. à cõmutata proportione tenet tantum in quantitatibus.*

¶ Dico ſecundò, quòd argumentum à commutata proportione non tenet formaliter niſi in quantitatibus.

Tertiò, quæ ſunt idem vni tertio, ſunt idem inter ſe, ſed generare, & generari ſunt idem per ſe cum ſpirare: ergo ſequitur, quod generare ſit generari, quod patet eſſe falſum.

Reſpondeo, quòd maior non tenet vniuerſaliter niſi in illis, quæ ſunt idem in tertio realiter adæquatè, generare autem,& generari non ſunt idem cum ſpirare adæquatè, quia non omnis res quæ eſt ſpirare, eſt gerare, nam filiatio eſt ſpirare, non tamen eſt generare.

*Concluſio II.* Spirare, & generare differunt ratione. Hanc probat prima parte vbi ſuprà, & primo diſtinct. 27. articul. 1. ſic ſpirare conuenit patri, & filio: generare autem conuenit tantum patri: ergo ratione diſtinguntur.

Contru arguit Aureolus eiſdem argumentis, quę recitata ſunt diſtinctione, ſecunda, quæſtio 3. contra tertiam concluſionem.

*Concluſio III.* Licet generare, & ſpirare non diſtinguantur realitèr, tamen vnum de altero non prædicatur. Hanc ſic probat 1. diſtinctio 27. artic. 1. ad tertium, quæcunque ſub proprijs nominibus diuidunt aliquod commune reale, in illo ſunt plura, nec vnum ſub proprio nomine de alio prædicatur, ſed generatio, & ſpiratio actiua diuidunt in diuinis ſub proprijs nominibus hoc commune reale, quod eſt relatio: ergo ipſæ ſunt plures relationes, nec vna de alia prædicatur, & 1. quæſt. 32. artic. 3. ad tertium, arguit ſic, generatio, & ſpiratio ſignificantur per modum quidditatis abſtractæ, nec vna eſt de per ſe de intellectu alterius, nec cõſequitur ad eam per ſe: ergo vna, nec prędicatur de alia.

*Additio quæ eſt ſolutio argumentorum recentiorum per M. Mauritium de Gregorio.*

*In hac decimatertia Diſtin. & duabus quęſt. cõfutantur hæreſes dãnatæ, vt in noſtro Cõmentario in text. Magiſtri, & confutantur etiam hæreſes, quæ ſunt in Abecedario, & in Ethimologijs hæreſum, & confutantur ſimilitèr Idolatriæ, vt in Abecedario Idolorum in principio, vide ibi literã F. G. S. Et ẽt confutantur falſæ Theologiæ Fænicum, Egyptiorum, Græcorum, Atlanticorum, Frigiorum, Gentium, &c. ab Euſebio in primo, ſecundo, tertio, & quarto de præparatione Euangelica contra Theologiam fabuloſam Poetarum antiquorum.*

*Loca ſoluentia argumenta aduerſariorum Magiſtri Mauritij vltra commentaria textuũ loca contra hæreſes, &c.*

*Ex concluſionibus, probationibus, & ſolutionibus argumentorũ Capræoli ſoluũtur argumenta Vulpes, & aliorũ recentiorum facile, vt facit Ariſtot. ad argumenta Antiquorum, quod veritatis cognitio dubiorum eſt ſolutio, & cum Cardinali Bellarmino dicente in libro de Scriptoribus Eccleſiaſticis de Ioanne Capræolo, quòd Ioa. Capræolus ſit defenſor Egregius Sancti Thomæ, & optimè diſſoluit omnia ar-*



Digitized by Google

*gumenta aduerſariorum: dicunt verba formalia Bellarmini, ergo ſi optimè diſſoluit per Bellarminum ſunt ſoluta argumẽta cum his doctrinis hìc; Sicut ſoluit Ariſtotelis cõtra antiquos dicendo in 3. de Cœlo veritatis cognitio, dubiorum eſt reſolutio.*

*Reſpondetur ſecundò, cum Cardinali Sarnano Franciſcano doctiſſimo, cum duodecima concordantia, & ſimiliter cum vndecima concordantia Bonæherbæ.*

*Argumenta verò Vaſquez, Valentiæ, Molinæ, Suarez, &c. quia colliguntur, & ſoluuntur, clarè, diſtinctè, & breuitèr à Ripa, à Nazario, à Conſales, à Nauarretto, à Zenardo, clarè & diſtinctè præcipuè à Montagnolo, in prima parte D. Thom. quæſt. 27 de proceſſionibus diuinis, & de origine perſonarũ diuinarum. Vide noſtram expoſitionem Magiſtri Petri Lombardi aperientem mentem huius materiæ in fol. 60. & infra hìc, pro 3. reſp. Vulp.*

## DISTINCTIO. XIV.

### *Quæſtio. 1.*

IN diſtinctione decimaquarta quæritur. Vtrum temporalis proceſſio Spiritus Sancti ſit eius proprietas.

Pro quæſtione hæc eſt prima concluſio. Spiritus ſanctus procedit temporalitèr. Hanc ſic probat præſenti diſtinctione artic. 1. & 1. quæſt. 43. art. 7. Omnis amor, quo aliquid nouiter confertur amato, procedit temporaliter in amatum, ſed Spiritus ſanctus eſt huiuſmodi: ergo.

*Concluſio II.* Spiritus ſancti proceſſio temporalis diſtinguitur tantum ratione ab eius proceſſione æterna. Hanc ſic probat vbi ſupra, iſtæ proceſſiones diſtinguntur tantum ex hoc quòd vna, ſcilicet temporalis includit reſpectũ ad creaturam, & alia non, ſed iſte reſpectus eſt tantum rationis: ergo, &c.

*Concluſio III.* Non tantum dona Spiritus ſancti, ſed etiam ipſe Spiritus ſãctus in nos procedit. Hãc ſic probat præſenti diſtinct. articul. 2. ad 3. Omne illud in nos procedit in acceptione donorũ, ad quod habemus reſpectum. ſed ex hoc quod accipimus dona Spiritus ſancti: non ſolum referuntur ad ipſa: ſed etiam ad ipſum ſpiritum ſanctum: ergo &c.

*Concluſio IV.* Proceſſio temporalis Spiritus ſancti attenditur tantum ſecundum dona gratiæ gratum facientis. Hãc ſic probat. 1. quæſt. 43. articul. 3. & 1. diſtinct. 14. quæſtio. 2. art. 2. Proceſſio temporalis attenditur tantum ſecundum illa dona, quæ nos non coniungunt vltimo fini; ſed huiuſmodi ſunt ſolum dona gratiæ, ſcilicet ipſa gratia, & gloria, & quę ad hæc conſequuntur. Nam ſolum per huiuſmodi dona eſt Spiritus ſanctus in creatura in ratione obiecti cogniti, & amati.

Ex omnibus his ſequitur hoc corrolarium proceſſio Spiritus ſãcti dicit tres reſpectus quorum duo ſunt æterni, & vnus temporalis. Primus enim reſpectus eſt ad ſpirantem. Secundus eſt ad obiectum æternum. Tertius eſt ad creaturam.

Contra arguit Aureol.† primo Per id non attenditur proceſſio Spiritus ſancti: quod eſt cõmune toti Trinitati. ſed eſſe in mente vt obiectum cognitum, & amatum eſt commune toti Trinitati: ergo &c. *Aureol. hic*

Reſpondeo, quòd licet tota Trinitas ſit in mente per gratiam, & gloriam, vt obiectum cognitum, non tamen tota Trinitas, ſed tantũ Spiritus ſanctus procedit in mentem. & ideo ratio proceſſionis eius non conſiſtit in eſſe in mente, ſed in procedere in mente per gratiam, huius ratio eſt, quia procedere in mente ſupponit procedere in aliud, hoc autem conuenit tantum Spiritui ſancto, nam Patet non procedit Filius vero licet procedat non tamen procedit in aliud, quia procedit per modum intellectus, cuius non eſt in aliud tendere, ſed in ſe obiectum recipere per eius ſpeciem.

*Secundò.* Ille modus, ſecundum quẽ accipitur ratio proceſſionis temporalis, debet habere aliquem ordinem ad proceſſionem æternã, ſed iſte non eſt huiuſmodi: ergo, maior patet, minor probatur Sp̃us ſãct. procedit à Patre, vt obiectũ cognitum, & amatum: ergo iſte modus non habet ordinẽ ad proceſſionem æternã.

Reſpondeo, negatur minor. Ad probationem negatur conſequentia, quia arguitur à negatione inferioris ad negationem ſuperioris ſic, non habet hũc ordinem:

dinem : ergo non habet ordinem, dico igitur quia Spiritus ſanct. procedit vt ratio collationis omnium donorum à Deo collatorum creaturæ, & quia etiam nouitèr in aliquo per gratiam eſt donum Dei, ideo inter iſtud donum, & iſtã emanationem æternam eſt ordo effectus voluntatis diuinæ ad rationem cauſandi, ſecundum quam voluntas diuina liberè creat.

*Res intellecta non procedit in intellectum.*

¶ Ex his, & prædictis ſequitur, quòd res intellecta non procedit in intellectũ: nec res amata in voluntatem, licet tendant in ipſa, quia eis, vt ſic non conuenit procedere ab alio, quod tamẽ eſt de ratione proceſſionis.

*† Greg. hic.*

Contra eandem arguit Gregor.† quòd Spiritus ſanct. poſſit dari non dato aliquo dono creato, omne dabile poteſt dari, alio non dato dono creato, minor patet, maior probatur. Omne factibile poteſt fieri alio non facto : ergo omne dabile poteſt dari, alio non dato.

Reſpõdeo, negatur maior, & maximè in propoſito, quia Spiritum ſanctum dari eſt ipſum nouo modo haberi à creatura, vt obiectum cognitum, & amatum, & quia Spirtu ſancto non poteſt eſſe formalis dilectio creaturæ, ſimilitèr nec cognitio, oportet quòd dato Spiritu ſancto detur cognitio, & dilectio aliqua actualis, vel habitualis qua creatura formaliter amet, & talis dilectio, & cognitio eſt quaſi diſpoſitio ad hoc quod Spiritus ſanctus habeatur 1. diſt. 24. queſt. 2. articul. 1.

Ad probationem. Primò negatur antecedens, nam ſubiectum, nec poteſt fieri ſine ſua propria paſſione.

*Quocirca euitanda verborum curioſitas librandaq; ſignificata.*

¶ Secundò, negatur conſequentia, quia factio terminatur ad eſſe, datio autem ad haberi, modo licet aliquid poſſit fieri ſine alio non tamen poteſt haberi, nam color poſſet fieri ſeparatus ab omnoi ſuperficie, non tamen poſſet dari alicui corpori, niſi data ei etiam ſuperficie.

*Additio quæ eſt ſolutio argumentorum recentiorum per M. Mauritium de Gregorio*

*In hac 14. diſt. & vn. qu. cõfutãtur hereſes dãnatæ, vt in noſtro Coment. in text. Magiſtri, & confutantur etiam hæreſes, quæ ſunt in Abecedario, & in Ethimologijs hæreſum, & confutantur ſimilitèr Idolatriæ, vt in Abecedario Idolorum in principio vide ibi lit. D. & P. Et etiã cõfutãtur falſæ Theologiæ Fænicũ, Egyptiorũ, Græcorum, Atlanticorum, Frigiorum, Gentium, &c. ab Euſebio in primo, ſecundo, tertio, & quarto de præparatione Euangelica contra Theologiam fabuloſam Poetarum antiquorum.*

*Loca ſoluẽtia argumẽta aduerſariorum Magiſtri Mauritij vltra commentaria textuũ loca contra hæreſes &c.*

*Ex cõcluſionibus, probationibus, & ſolutionibus argumẽtorũ Capræoli ſoluũtur argumenta Vulpes, & aliorum recentiorum facile, vt facit Ariſtot. ad argumenta Antiquorum quod veritatis cognitio dubiorum eſt ſolutio, & cum Cardinali Bellarmino dicente in libro de Scriptoribus Eccleſiaſticis de Ioanne Capræolo, quòd Io. Capreolus ſit defenſor Egregius Sancti Thomæ, & optimè diſſoluit omnia argumenta aduerſariorum : dicunt verba formalia Bellarmini, ergò ſi optimè diſſoluit per Bellarminum ſunt ſoluta argumenta cum bis doctrinis hîc: Sicut ſoluit Ariſtotelis cõtra antiquos dicendo in 3. de Cœlo veritatis cognitio, dubiorum eſt reſolutio.*

*Reſpondetur ſecundo cum Cardinali Sarnano Franciſcano doctiſſimo, cũ decimatertia concordantia, & ſimiliter cum duodecima concordantia Bonæherbæ.*

*Argumenta verò Vaſquez, Valentiæ, Molinæ, Suarez, &c. quia colliguntur, & ſoluuntur, clarè, diſtinctè, & breuitèr à Ripa, à Nazario, à Conſales, à Nauarretto, à Zenardo, clarè, & diſtinctè præcipue à Montagnolo, in prima parte D. Thom. quæſt. 27. de proceſſionibus Diuinis, & quæſt. 39. de Perſonis in comparatione ad eſſentiam.*

*Vide noſtram expoſitionem Petri Lombardi aperientem mentem huius materiæ, vt in folio 60. hic, & infra pro 3. reſponſione Vulpes.*



Digitized by Google

## DISTINCTIO. XV. ET XVI.

### Quæſtio. 1.

IN diſtinct. 15.& 16. quæritur. Vtrum cuilibet diuinæ perſonæ conueniat mitti.

Pro hac quæſtione hæc eſt prima. Ratio miſſionis conſiſtit in duplici reſpectu. Hanc ſic probat 1. quæſt.43. art.1. ratio miſſionis conſiſtit in eſſe, ſiuè procedere ab aliquo in aliud, in quo incipit eſſe nouo modo: ergo conſiſtit in duplici reſpectu, quorum vnus eſt ad eum qui mittit, alius eſt ad id in quod mittitur.

*Aureol. diſtinct 15.q.3*

Contra arguit Aureol.† tribus medijs quo omnia ſunt iſte paralogiſmus. Legatio in diuinis dicit formalitèr acceptionem authoritatis, & poteſtatis, non autem dicit originem formalitèr, quia dato per impoſſibile, quòd ibi non eſſet origo, eſſet tamen legatio ſi ſit acceptio authoritatis, ſed miſſio in diuinis eſt legatio, & miſſus dicitur legatus, vt dicit Abdias Propheta: ergo miſſio non dicit originem.

Reſpondeo. Primo quòd argumentum non eſt contra concluſionem, licet ſit contra quædam exempla, quæ parit S.Doct.

¶ Dico ſecundò, quòd miſſio dicit formalitèr proceſſionem, quæcunque ſit illa, ſed quia in diuinis non poteſt eſſe proceſſio niſi per originem, ideò ſignificat originem de materiali ſignificato, vbicunque igitur eſt proceſſio ab aliquo in aliud, ibi eſt miſſio, accidit autem miſſioni, quòd talis proceſſio ſit per acceptionem authoritatis, vel conſilij, vel originis, vel quocunque aliomodo.

¶ Dico tertiò, quòd miſſio includit etiam formalitèr, quòd miſſus ſit nouo modo, quo eſt miſſus, quecunque ſit illa nouitas, puta ſi nouitèr accipit authoritatem, quam ante non habebat, licet antea ibi eſſet talis eſt nouo modo, vbi prius erat, ſed non ſecundum illam authoritatem, ſufficit ergo, quæcunque nouitas, vel in eo, vel in eius effectu, vel ſi habeat nouum reſpectum ad aliquid quocunque modo. Ad argumentum negatur conſequentia, quia eſt fallacia accidentis, nam accidit miſſioni quòd ſit legatio.

*Requiritur, & ſufficit quæcunque nouitas ad miſſionem.*

*Concluſio II.* Soli Patri in diuinis repugnat mitti. Hanc ſic probat, prima parte vbi ſupra, artic.4. ei ſoli repugnat mitti in diuinis cui repugnat ab alio procedere, ſed ſolus pater eſt huiuſmodi: ergo, &c.

*Concluſio* III. Mittere perſonam diuinam, propriè conuenit patri, & filio, ſed minus propriè conuenit Spiritui ſancto. Hanc ſic declarat vbi ſupra, arti.8. Cum aliqua perſona dicitur mitti, ſignificatur ipſa perſona ab alio exiſtens, & effectus in creatura, ſi igitur mittens deſignetur, vt principium perſonæ miſſe, ſic conuenit mittere ſoli patri, & filio, qui ſoli ſunt principium alterius perſonæ, & hoc eſt propriè mittere, ſi autem mittens deſignatur eſſe principium effectus, ſic conuenit etiam Spiritui ſancto, quia tota Trinitas cauſat effectum in creatura, & hoc modo etiam filius dicitur mittere ſe, & etiam Spiritus ſanct. mittit hoc modo ſeipſum.

Contra arguit Aureol. Quærens quæ ſit ratio, quod mitti non conuenit niſi perſonæ, quæ originatur, mittere autem conuenit etiam perſonæ, quæ originat, quæritur ergo quare mitti dicit originari, mittere autem non dicit originare, cũ conueniat Spiritui ſancto.

Reſpõdeo, quod nec mittere dicit formalitèr originare, nec mitti originari, ſed mitti dicit formalitèr proceſſionem, & exitum vnius ab alio, & quare in diuinis non eſt alius exitus niſi ſecundum originem, ideò deſignato materiali, mitti dicit originari, mittere autem de formali ſignificato dicit eſſe principium alicuius requiſiti ad miſſionem, & quia talia ſunt duo, ſcilicet perſona miſſa, & effectus miſſionis, ideo reſpectu cuiuſcũque ſit aliqua principiũ talis dicetur mittere. Similis quæſtio poteſt fieri de multis alijs, puta quare omne calefactum eſt creatũ, & nõ omne calefaciens eſt creãs, quare in diuinis omne communicans eſt producens non tamen omne communicatum eſt productum, & ſic de huiuſmodi. Poſſumus ex dictis colligere deſcriptionem ipſius mitti, & dicere, quod mitti eſt exire ab aliquo in aliud, vel ſic mitti eſt aliquod productum fieri in aliquo nouo modo.

*Deſcriptio mitti.*

Contra eandem arguit Scotus.† Sicut oppoſitum in oppoſito, ità propoſitum in propoſito, ſed mittere, & mitti ſũt oppoſita: ergo cum mitti ſit produci, & mit-

*Scotus in 1. diſ.15.*

Digitized by Google

mittere ſit producere.

*Sicut oppoſitum in oppoſito, &c. tenet in combinatis primi, vel ſecundi modi perſeitatis.*

Reſpondeo, quòd illa maior non tenet, niſi quando in vtraque combinatione eſt prædicatio formalis in primo, vel ſecundò modo perſeitatis, vt ſanitas eſt proportio humorum: ergo informitas eſt diſproportio eorundem. Item albedo eſt diſgregatiua viſus: ergo nigredo eſt congregatiua. Ad propoſitum mitti non eſt formalitèr originari, ſed eſt formalitèr eſſe nouo modo, mittere autem eſt facere eſſe nouo modo.

*Concluſio IV.* Nunquam mittitur Spiritus ſanctus inuiſibilitèr, quin mittatur filius. Hanc ſic probat 1. quæſt. 43. articul. 5. Quandocunque mittitur diuina perſona, datur gratia gratum faciens, ſed quandocunque datur gratia illuminatur intellectus ad cognoſcẽdum diuinam bonitatem, inquantum eſt finis, & inquantum longiſſimè nobis communicat ſua beneficia, & ſic mittitur filius, inflammatur etiam affectus, & ſic mittitur Spiritus ſanctus.

*† Aureol vbi ſupra.*

Contra arguit Aureolus,† quandocũque datur ſapientia, & datur verbum diuinum, cuius donum eſt ſapientia, ſed in aliquo peccatore, puta Salomone fuit ſapientia: ergo filius mittitur, & eſt in non habẽte gratiam, & per conſequẽs nec Spiritum ſanctum.

Reſpondeo, primò negatur maior, quia licet omnis ſapientia ſit donũ Dei, tamen per illam ſolam, quę eſt cum gratia, inhabitat creatura.

*Non amittuntur fides & ſapiẽtia, Chriſto deſinente mentem inhabitare.*

¶ Dico ſecundò, quòd ſicut fides non infũditur, niſi ei ad quem mittitur filius, & tamen illa fides remanet, Chriſto deſinente inhabitare, quem prius inhabitabat, ita Salomon in infuſione ſapientiæ recipit Spiritum ſanctum, & Filium, & quando mortalitèr peccauit, non amiſit ſapientiam, quamuis diuinæ perſonæ ab eo receſſerint: Credo tamen, quòd poſt peccatum non haberet ita perfectam notitiam actualem, ſicut ante peccatum.

*Additio quæ eſt ſolutio argumentorum recentiorum per M. Mauritium de Gregorio.*

*In hac 15. & 16. Diſtinctione, ac vnica quæſtione confutantur hæreſes damnatæ, vt in noſtro Commentario in text. Magiſtri, & confutantur etiam hæreſes, quæ ſunt in Abecedario, & in Ethimologijs hæreſum, & confutantur ſimilitèr Idolatriæ, vt in Abecedario Idolorum in principio vide ibi litt. P. & M. Et etiã confutantur falſæ Theologiæ Fænicum, Egyptiorum, Græcorum, Atlãticorum, Frigiorum, Gentium, &c. ab Euſebio in primo, ſecundo, tertio. & quarto de præparatione Euangelica contra Theologiam fabuloſam Poetarum antiquorum.*

*Loca ſoluentia argumẽta aduerſariorum Magiſtri Mauritij vltra commentaria textuũ & loca cõtra hæreſes, &c.*

*Ex cõcluſionibus, probationibus, & ſolutionibus argumentorum Capræoli ſoluuntur argumenta Vulpes, & aliorum recẽtiorum facile, vt facit Ariſt. ad argumenta Antiquorum, quod veritatis cognitio dubiorum eſt ſolutio, & cum Cardinali Bellarmino dicente in libro de Scriptoribus Eccleſiaſticis de Ioanne Capræolo, quòd Io. Capræolus ſit defenſor Egregius Sancti Thomæ, & optimè diſſoluit omnia argumenta aduerſariorum, dicunt verba formalia Bellarmini, ergo ſi optimè diſſoluit per Bellarminum ſunt ſoluta argumenta cum his doctrinis hîc: Sicut ſoluit Ariſtotelis cõtra antiquos dicendo in 3. de Cœlo veritatis cognitio, dubiorum eſt reſolutio.*

*Reſpondetur ſecundo, cum Cardinali Sarnano Franciſcano doctiſſimo, cum decimaquarta, & decimaquinta concordantia, & ſimilitèr cum decimatertia, & decimaquarta concordantia Bonæherbæ.*

*Argumentà verò Vaſquez, Valentiæ, Molinæ, Suarez, &c. quia colliguntur, & ſoluuntur, clarè, diſtinctè, & breuitèr à Ripa, à Nazario, à Conſalez, à Nauarretto, à Zenardo, clarè, & diſtinctè præcipue à Montagnolo, in prima parte D. Th. quæſt. 43. de miſſione Diuinarum Perſonarum.*

*Vide noſtram expoſitionẽ Mag. Petri Lombardi aperientem mentem huius materiæ in folio 60. & infra hîc pro 3. reſponſione Vulpis.*



Digitized by Google

## DISTINCTIO XVII.

### Quæſtio. 1.

IN diſtinctione decimaſeptima quæruntur duo. Primò vtrum charitas ſit habitus exiſtens in anima.

Pro quæſtione hæc eſt prima concluſio. Actus charitatis requirit aliquam formam in nobis habitualem ſuperadditam voluntati. Hanc probat ſecunda ſecundæ quæſtio 23. articul.2. & præſenti diſtinctione art.1. Nullus actus excedens, facultatem naturæ, poteſt produci à potentia naturali, niſi ſuperaddatur aliquis habitus, per quem potentia eleuetur ad talem actum, ſed actus charitatis eſt huiuſmodi: ergo.

Contra arguit Gregor.† voluntas ſine omni habitu poteſt intenſiſſimè diligere Deum ſuper omnia, ſed talis dilectio eſt actus charitatis: ergo poteſt ſine habitu habere actum charitatis, maior probatur. Intellectus poteſt naturalitèr dictare quòd Deus eſt ſuper omnia diligendum: ergo voluntas poteſt hoc naturalitèr facere. *Greg. hic q. 1.*

Reſpondeo primò, vt dicitur 2. diſtin. 41. quæſt. 1. artic. 2. quòd actus voluntatis poteſt accipi quadruplicitèr. Primò quantum ad ſubſtantiam actus. Secundò quoad bonitatem, quam habet ex genere, ideſt, ex materia ſupra quam habet ex circumſtantia. Quartò quantum ad debitum ordinem in vltimum finem, propter quem ordinem eſt meritorius.

¶ Dico ſecundò, quòd homo poteſt conſiderari duplicitèr. Vno modo in ſtatu naturæ integræ, ideſt ante peccatũ Adæ. Alio modo poſt peccatum in ſtatu naturæ corruptæ.

¶ Ad argumentum concedo maiorẽ, accipiendo actum voluntatis tribus primis modis: ſed in illo ſenſu negatur minor, accipiendo autem dilectionem quarto modo negatur maior, & conceditur minor. Ad probationem negatur antecedens, quia intellectus non poteſt niſi ex relatione diuina, & ſine cognoſcere quomodo Deus dilgatur meritoriè vnde, & ſanctus B. & ſi aliquando inueniatur dicere oppoſitum, ſic intelligit, quòd in ſtatu naturæ corruptæ homo nõ poteſt ſine charitate ordinare benè actus ſuos ad vltimum finem, quin in aliquo deficiat. In ſtatu autem naturæ integræ poterat ſine charitate diligere Deum ſuper omnia, ita quòd ille actus in nulla circunſtantia deficeret, non tamen poterat ſine charitate diligere Deum meritoriè.

¶ Dico tertiò, quòd Deus poteſt conſiderari duplicitèr. Vno modo, vt in eo conſiſtit naturale bonum omnis creaturæ, & ſic negatur minor, quia actus diligendi Deum apprehenſum ſub tali ratione, non eſt actus charitatis. Alio modo, vt eſt obiectum ſupernaturalis beatitudinis, & author gratiæ, & ſic negatur maior, intelligendo quod actus ille ſit meritorius naturalitèr.

Contra hãc reſponſionem arguit Durand. primo ex hac ſequitur, quòd homo poſſit ſcire ſe eſſe in gratia, & charitate, hoc eſt falſum, vt patet: ergo, conſequentia probatur, homo poteſt ſcire naturalitèr ſe diligere Deum ſub ratione obiecti beatifici: ergo poteſt ſcire naturaliter ſe diligere Deum ex charitate. *Duran.*

Reſpondeo, negatur conſequentia. Ad probatiouem dico, quòd non omnis dilectio Dei ſub ratione obiecti beatifici eſt actus charitatis, ſed dilectio Dei ſub tali ratione, & debitè ordinata in vltimum finem, à quo habet quòd ſit meritoria, vt dictum eſt, & ſic negatur antecedẽs, nec poteſt naturalitèr cognoſci, Deum eſſe talitèr glorificatorem. *Non omnis dilectio Dei ſub ratione obiecti beatifici eſt actus charitatis.*

Secundò quæcunque diſtinguntur per formalia obiecta ſunt potentiæ, ſed charitas, & actus eius non ſunt potentiæ: ergo actus charitatis non diſtinguitur ab actu potentiæ: penès hanc rationem formalem in obiecto, ſcilicet eſſe glorificabile.

¶ Reſpondeo, negatur maior, quia vt dicit S.Doct. 3. diſtinct. 33. quæſt. 1. art. 1. Duplex eſt ratio formalis in obiecto, vna qua ſe habet ad actum ſimplicitèr. Alia qua ſe habet ad ea, quæ faciunt facilitatem in actu, prima diuerſificat potentias, ſecunda verò habitus, patet ex his, quòd omnem actum quem poteſt voluntas producere mediante habitu charitatis, poteſt etiam ſine habitu, quantum ad ſubſtantiam actus patet ſecundò quòd voluntas ſine charitate poteſt diligere Deum ſub omni ea ratione, ſub qua poteſt cum charitate, ſed non meritoriè.

Ter-

Tertiò, principaliter arguit poſſibile eſt de potẽtia Dei abſoluta aliquem eſſe Deo charum, dato quod non habeant charitatem: ergo non eſt neceſſaria charitas, antecedens probatur, quicunque eſt ſine peccato, eſt Deo charus, ſed poſſibile eſt quod aliquis non habens charitatẽ, ſit ſine peccato, puta ſi alius quis crearetur in puris naturalibus.

¶Confirmatur. Aliquis poteſt eſſe beatus, dato quod nõ præhabuerit charitatem: ergo poteſt eſſe quis Deo charus non præhabita charitate, antecedens patet de Chriſto, & fuit beatus in primo inſtanti ſuæ creationis.

¶Reſpondeo, primò quod donum charitatis eſt æquale gloriæ virtualiter, quia ille, qui habet charitatem eſt conſors diuinæ naturæ, & adoptatur in filiũ Dei, cui debetur hæreditas ex ipſo iure adoptionis, & ideò neceſſaria eſt charitas ad hoc, quod homo per ipſam ſit formaliter dignus vita æterna, ideſt ei proportionatus.

¶Dico ſecundò, quòd quis poteſt dici dupliciter Deo charus. Vno modo denominatione extrinſeca, ſcilicet ex ipſa Dei voluntate, & ſic conceditur antecedens, ſed negatur conſequentia. Alio modo formaliter, & ſic negatur antecedens, quia ſi etiam daretur homini Spiritus ſanctus ſine charitate non eſſet per ipſum formaliter Deo charus, nec dignus vita æterna, quia Spiritus ſanctus non poteſt eſſe forma creaturæ.

¶Ad confirmationem dicitur, quod præhabere charitatem poteſt eſſe dupliciter: Vno modo prioritate temporis, & ſic conceditur antecedens, & conſequens, & conſequentia, nec eſt cõtra nos, quia non dicimus, quod charitas præexigatur prioritate temporis ad hoc, quod homo ſit Deo charus. Alio modo prioritate naturæ, & ſic negatur antecedens. Licet enim Chriſtus in primo inſtãti fuerit beatus prius tamen natura intelligimus eum habuiſſe charitatem quàm fuiſſe beatum.

*Exempla apertiſſima verò conſentanea, tergiuerſationẽque eludentia.*

Quartò arguit, ſi quis crearetur ſine charitate, & ſine peccato cui Deus vellet poſtea dare charitatem, & gloriam, talis eſſet dignus charitate, & gloria, ſed iſte non haberet charitatem: ergo aliquis eſt dignus ſine charitate.

¶Reſpondeo, primò, negatur antecedens, quia Deus daret illi charitatem, & gloriam ex mera liberalitate, nec talis nullo modo eſſet dignus, ſicut dato corpore, nec graui, nec leui, nec naturæ cœleſtis, Deus poſſet eum perpetuò retinere ſurſum, non tamen hoc eſſet ſuæ naturæ condignum, niſi daretur ei leuitas.

¶Dico ſecundò, quod ſecus eſt de charitate, & gloria, quia Deus nulli dat gloriam, niſi prius ſit dignus ea formaliter per gratiam, charitatem autẽ poteſt, dare non prius digno, vt patet continuè, ſicut enim prius natura quam res quieſcat in loco naturali, datur ei natura loco tali proportionata, & cum hoc inclinatio ad illum, & quandoque motus, ita naturæ rationalis prius natura, dat gratia naturam eleuans, ad hoc quod viſio beatifica ſit ei finis competens. Secũdo charitas inclinans ad hunc finem, Tertio virtutes quibus ille finis ſi non ſit habitus, acquiratur.

*Tria neceſſaria in futuro beato, gratia eleuans, charitas inclinãs & virtus operans.*

¶Dico tertio, quod charitas eſt ratio diuinæ acceptationis ex parte hominis, quia facit ipſum formaliter charum, non autem ex parte Dei, quia nõ ideo Deus acceptat creaturam, quia habet charitatem, ſed potius quia eam acceptat dat ei charitatem.

Quinto arguit, aliquis habens charitatem, poteſt eſſe non acceptus Deo ad vitam æternam: ergo charitas non eſt ratio talis acceptationis, antecedens probatur tripliciter.

¶Primo aliquem habentem charitatem poteſt Deus ſic conſeruare, nunquã dando illi gloriam.

¶Item beatum poteſt priuare gloria, non auferendo ei charitatem, & nolendo vnquam amplius dare ei gloriam.

¶Item gloria non dependet eſſentialiter à charitate: ergo ſequitur, quod habens charitatem, poſſit eſſe nõ acceptus ad vitam æternam.

Reſpondeo, primo, negatur conſequẽtia, quia licet habens charitatem, poſſit de potentia Dei abſoluta eſſe non acceptus Deo, illa tamen forma, quantum in ſe eſt: faceret ipſum dignum vita æterna, vnde argumentum concluditur, quod charitas non ſit ratio acceptationis ex parte Dei, non autem quod ſit ex parte noſtra.

¶Dico ſecundo, quod gratia exiſtens in eo, qui non eſſet Deo acceptus, non diceretur gratia, quia gratum faceret, ſed quia eſſet gratis data. Vel dicendum, quod licet non faceret actu dilectum eũ, in quo eſt faceret tamen dignum diligi, & gra-

& gratum in potentia proxima.

¶Dico tertiò, quòd antecedens poteſt negari. Ad probationem negatur antecedens,pro omni eius parte. Prima quidem,quia cum gratia ſit diſpoſitis ad gloriam.fruſtra eſſet ſi ſtaret in ęternum ſine gloria. Secunda negatur, quia Deo authore non fit homo deterior fieret autem ſi ſine vllo ſuo demerito de beato fieret non beatus. Tertio negatur, quia implicat cõtradictionem,quòd detur alicui gratia, & conſeruetur, & nunquam detur gloria,ſequitur enim Deus ęternalitèr conſeruabit gratiam: ergo gratia aliquando ſortietur finem ſuum,ſcilicet lumen gloriæ, alioquin illa gratia æternalitèr eſſet fruſtra eſt gratia in eo qui peccat,ſi non conſequitur gloriam, quia ipſe ponit obſtaculum.

¶Item ſequitur iſte habuit gratiam formalitèr,ergo eſt prædeſtinatus: ergo quandoque habebit gloriam:ergo non ſtabit in æternum ſine gloria.

¶Ecce quod implicat aliquem conſeruari in gratia æternalitèr,& nunquam gratiæ gloriam,quia ex quo conſeruauit gratiam finaliter neceſſariò dat gloriam neceſſitate ſuppoſitionis, negatur ergo conſequentia ad hanc vltimam probationem antecedentis, quia licet non dependeat gloria à charitate eſſentialitèr, implicat tamen gratiam conſeruari, & non dari gloriam.

Item quia gratia eſt inchoatio glorię & principium eius quoad viſionem,charitas verò quo ad fruitionem. Vel poteſt negari antecedens quia licet gloria non dependeat à gratia abſolutè,dependet tamen à gratia in fine conſeruata.

Secundò probat illud principale antecedens. Deus gratis acceptat animã habentem charitatem, ergo poteſt eam non acceptare,antecedens probatur, ille qui nulli eſt debitor gratis acceptat, ſed Deus nulli eſt debitor:ergo,

*Gratis acceptare ſtat cũ neceſſaria acceptatione ſuppoſitionis incoactionis.*

Reſpondeo, negatur conſequentia, quia cum hoc,quod eſt gratis acceptare ſtat cum neceſſariò acceptare neceſſitate ſuppoſitionis,licet non neceſſitate coactionis,& licet nulli ſit debitor, eſt tamen debitum,quod habenti gratiam,det gloriam, Deus debitum reddit 1. q.23. artic.1.

Tertiò probat, idem antecedens. habens charitatem poteſt ſufficienter præmiari aliquò minori bono quàm ſit vita ęterna: ergo talis poteſt eſſe non acceptus ad vitam ęternam,antecedens probatur,nullus actus noſter eſt æqualis vitæ ęternæ:ergo,quilibet poteſt ſufficienter præmiari minori bono vita æterna.

Reſpondeo, quod actus noſter poteſt dupliciter accipi. Vno modo quantum ad ſubſtantiam actus,ideſt, vt eſt à libero arbitrio,& ſic conceditur totum, ſed talis actus,vt ſic, non eſt habentis charitatem,quia non eſt neceſſe,quod habens liberum arbitrium, ſit cum charitate. Alio modo, vt eſt ex gratia, & inſtinctu Spiritus Sanctus, & ſic negatur antecedens.

¶Ad probationem dicit S.Doct.1.2. quæſt. 115. articul.3. ad tertium, quòd licet gratia, & ex conſequenti actus, vt eſt ex gratia non ſit æqualis gloriæ actu, eſt tamen æqualis virtualiter,vel negatur conſequentia, quia prout dicit 2. diſtin. 27. quæſtio 1. artic.3. ad ſecundum, ad condignitatem iuſtitiæ diſtributiuę non requiritur ęqualitas quantitatis,ſed proportionis,inter actum autem ex charitate alicitum,& gloriam eſt ęqualitas proportionis.

Sextò poſſibile eſt, quod aliquis non habens charitatem, diligat Deum meritoriè,ergo charitas non eſt neceſſaria ad meritum,conſequentia patet, antecedẽs probatur. Aliquis non habens charitatem, poteſt habere actum eiuſdem rationis cum actu elicito mediante charitate,ſed ſecundus eſt meritorius: ergo & primus probatur. Aliquis non habens charitatem, poteſt habere actum æquæ perfectum quoad omnia,ſicut eſt actus à charitate elicitus: ergo eiuſdem rationis, tenet conſequentia, quia in his quæ ſunt diuerſarum rationum,aliqua perfectio eſt in vno,quæ non eſt in alio,antecedens prbatur, quia omnem perfectionem,quam dat charitas,ſiue quæcunque cauſa ſecunda actui ſuo poteſt Deus dare ſeipſo.

Reſpondeo, negatur antecedens. Ad probationem negatur antecedens,loquẽdo de actu eiuſdem rationis in genere moris, conceditur autem de eo, qui eſt eiuſdem rationis in genere naturæ, ſed in hoc ſenſu negatur minor, quia nullus actus ex natura, ſiue ſubſtantia ſua eſt meritorius 3.diſtinct.23.quæſt.1.artic.1. quæſt.3. Ad probationem negatur antecedens. Primò quia tanto actio eſt perfectio, quanto habet perfectius principium, natura autem cum charitate, &

*Reſpectus eſt forma data à charitate actibus virtutum.*

gratia

Digitized by Google

gratia eſt quid perfectius natura ſola. Secundò quia charitas eſt forma aliarũ virtutum, & conſequenter dat formam omnibus actibus 3. diſtinct. 23. artic. 1. quæſt. 1. quæſt. 3. Iſta autem forma eſt reſpectus ad tale, vel tale obiectum, vel ad circumſtantias, vel ad finem vltimũ, & eſt forma quam imprimit gratia ipſi actui, per quam dicitur meritorius, vbi gratia, actus temperantiæ habet propriã formam ex ordine ad primum obiectũ, aliam formam habet inquantum habet ordinem ad obiectum charitatis, aliam verò inquantum habet habitudinem meriti reſpectu beatitudinis. Remota autem charitate, & gratia, actus non haberet illum reſpectum, quo dicitur meritorius, quia non eſſet ibi fundamentum, ſcilicèt gratia. Tertiò quia ſine charitate, non ita promptè, & delectabiliter, & intenſè actum eliciet.

*Triplex forma actus virtutis.*

*Ad hoc quòd actus ſit meritorius tria requiruntur.*

¶Ad probationem ego negarem antecedens, quia Deus non poteſt ſupplere vicem cauſæ formalis, nec ſubiectiuæ, actus autem eſt formaliter meritorius, qui illum reſpectum, qui non poteſt eſſe ſine ſuo fundamẽto, ſcilicet gratia, & prętorea ad hoc, quod actus ſit meritorius, requiritur, Primò ſtatus merendi, Secundò, quòd ſit voluntarius. Tertiò quod æquiparetur mercedi ſecundum proportionem 3. diſtinct. 18. quæſtio 7. artic. 1. actus autem, quem produceret Deus ſe ſolo in voluntate, non eſſet voluntarius, voluntas etiam ſine habitu non habet actum plenè in ſua poteſtate, ſi autem voluntas ſine habitu actiuè concurreret ad actum eliciendum, non eliceret ipſũ complacẽter, nec virtuosè, quia non eſſet ei factus quaſi naturalis per habitum ſuperadditum.

*Vtrum habitus, ſint neceſſarij in potentijs.*

Arguit poſtremo, quòd habitus nullo modo ſint neceſſarij potẽtijs, ſed quia materia eſt cõfuſa, ideò vt ordinatè procedatur, pono has concluſiones.

Prima, Aliquis habitus eſt neceſſarius potentiæ ad hoc quod actum eliciat probatur ſic. Id quod conſtituit potentiã in actu primo reſpectu ſui obiecti dat ei, quod ſit cauſa actus, ità quod ipſum non poſſet ſine tali producere, ſed aliquis habitus eſt huiuſmodi, vt patet de ſpecie intelligibili, quæ facit intellectum ſimpliciter in actu in generè intelligibilium, licet habitus ex actibus acquiſitus non faciat hoc ergo aliquis habitus eſt neceſſarius potentiæ, puta ſpecies intelligibilis intellectui, ita quod intellectus non poſſet ſine ea intelligere, conſequentia patet, minor probata ẽ, maior probatur quia vnumquodque agit, vt eſt in actu. Illud ergo quod dat alicui ſimplicitèr eſſe in actu, dat ei etiam ſimplicitèr quod agere poſſit.

Secunda concluſio: Habitus non faciens potentiam ſimplicitèr in actu primò, non dat potentiæ, quod poſſit in aliquem actum, in quem non poſſit eſſe ſine habitu, probatur. Quicquid eſt cauſa ſubſtantiæ actus eſt potentia, ſed habitus non eſt potentia: ergo, maior eſt philoſophi 5. meta.

Tertia concluſio. Habitus inclinat potẽtiam ad actum ſimilem illis actibus, per quos cauſatus eſt habitus.

Cõtra arguit Gregorius primò. Nullum accidens inclinat ſuum ſubiectum, ſed inclinare eſt agere, & habitus eſt ſubiectiuè in potentia ergo non inclinat potentiam.

Reſpondeo, negatur minor, quia inclinatio eſt actus primus ſignificatus per modum actus ſecundi.

Ex hoc habes quòd inclinatio grauis eſt ipſa grauitas. Quod autem non ſit actus ſecundus, patet quia non mouente manum ſuſtinentis adhuc ſentitur ipſa inclinatio.

Secundò omnis inclinatio exiſtens in habente habitum eſt mediante apprehenſione actus, vt delectabilis, ſed nulla apprehenſio mediat inter habitum, & potentiam: ergo nullus habitus inclinat potentiam.

¶Reſpondeo. Dico primò, quod cõcluſio non intelligitur vniuerſalitèr, ſcilicet quod omnis habitus inclinet, ſed ſoli habitus, qui ſunt in parte affectiua dicuntur propriè inclinare 1.2. quæſt. 57 art. 13.

¶Dico ſecundò, quòd inclinatio accipitur duplicitèr. Vno modo pro actu primo, & ſic negatur maior, ſed potius iſta inclinatio habitus ad actum eſt quia actus eſt quaſi factus connaturalis potentiæ per habitum. Alio modo accipitur pro actu ſecundo, ſcilicèt pro motione, & ſic cõceditur maior ſed habitus non eſt talis inclinatio.

*Inclinatio dupliciter accipitur pro actu primo, & pro actu ſecundo.*

Quarta concluſio. Habitus requiritur in potentia ad rectificandum, & determinandum potentiam, probatur ſic, 3. diſtinct 23. artic. 1. Omnis potentia quæ poteſt conformiter, & difformiter



Digitized by Google

agere ſuæ regulæ, indiget aliquo rectificante ad hoc, quod regulæ conformetur ſed aliquæ potentiæ ſunt huiuſmodi: ergo, maior patet, quia id quod eſt indeterminatum ad ſic, vel ſic agendum, non poteſt ſe determinare, cum nihil moueat ſeipſum ſecundum idem, minor probatur. Aliqua eſt potentia omninò libera, puta voluntas: ergo poteſt conformitèr, & difformitèr agere ſuæ regulæ. item aliqua potentia eſt ſicut materia prima, ſcilicet intellectus: ergo eſt indeterminata iſta autẽ determinatio, quã facit habitus, non eſt ex hoc, quòd habitus aliquid producat, quod non producatur à potentia, ſed quia ex habitu, & potentia conſtituitur vnum perfectum agens, ità tamen quod habitus non eſt agens, ſed eſt potentiæ ratio agendi, ratio inquam partialis, quia non quòad ſubſtantiam actus ſed quoad modum, potentia autẽ ſic determinata conformatur ſuæ regulæ, & agit delectabilitèr, & promptè.

Primum corollarium. In potentijs naturalibus non ſunt habitus, probatur, potentia determinata ad vnum non indiget habitu, ſed naturales potentiæ ſũt huiuſmodi, vt dicitur 5. metaph. ergo.

Secundum corollarium. Potentiæ ſenſitiuæ apprehenſiuæ nõ habent habitus, probatur. Potentia habens determinatum modum agendi, non habet habitus, ſed potentiæ apprehenſiuæ ſunt huiuſmodi. ergo,

Tertium corollarium. Voluntas reſpectu vltimi finis non indiget habitu, probatur eodem modo, quia ad eius volitionem eſt determinata.

*Pulchra admodum cognitio, & à phantaſiarum repletione quibus deceptio oritur euẽtia.*

Quartum corollarium. Intellectus agens non habet habitum, probtur, quia habet determinatam actionem, ſcilicet facere intelligibilia in actu.

Quintum corollarium. In Deo non eſt habitus, probatur, quicunque habet habitũ rectificatur per ipſum, ſed Deus nullo modo rectificatur: ergo.

Sextum corollarium. Concupiſcibile, & iraſcibile indigent habitu, quia habent rectificari, cum non habeant rectitudinem, niſi conformentur rationi: ergo indigent habitu,

*Greg. vbi ſupra.*

Contra arguit Gregor † primo Modus non eſt diſtinctus ab actu: ergo non requirit cauſam diſtinctam à cauſa actus, ſcilicet habitum diſtinctum à potentia.

¶ Reſpondeo, primo, negatur antecedens, quia delectatio, & intenſio actus ab actu diſtinguntur.

Secundò conceditur conſequentia, quia compoſitum ex potentia, & habitu cauſat quicquid eſt in actu, licet habitus ſit ratio quòd actus ſit talis, vel talis.

¶ Tertò, poſſet negari conſequentia, quia diuerſitas rationis in effectu ſufficit ad hoc: quod reducatur in diuerſas cauſas ſecũdum rem, nam aſinus, vt ens reducitur in Deum tanquam in cauſam, quia Deus eſt vniuerſale principium eſſendi. Et idem aſinus, vt eſt quid generabile, reducitur in ſolem tanquam in cauſam. Et idem vt aſinus reducitur in aſinum tanquam in cauſam, & tamen eſt eadem res, quæ eſt ens, & generabilis, & aſinus.

Secundò. In cauſis æquiuocis non eſt reciprocatio, ſed actus eſt cauſa æquiuoca reſpectu habitus: ergo habitus nõ eſt cauſa actus.

Reſpondeo, quòd habitus non cauſat actum eo modo quo cauſatur ab ipſo actu, nam actus eſt cauſa partialis habitus, ità quod ſine actu nunquam potentia cauſaret habitum, habitus autem non eſt cauſa partialis actus, ſed eſt ratio, quod potentia talitèr agat, & reducitur ad genus cauſæ efficientis tanquã ratio agendi.

Tertiò, nullum accidens agit in ſuum ſubiectum, ſed habitus eſt accidens potẽtiæ: ergo nõ cauſat in ea delectationẽ.

¶ Reſpondeo, & concedo totum, nec nos dicimus, quod habitus cauſet delectationem in potentia, Dico tamen ad minorem, quod ſubiectum aliquorum accidentium ſpiritualium agit in ſe aliquid, quod agere non poſſet niſi haberet huiuſmodi accidentia, patet .n. quòd intellectus non poſſet intelligere ſine ſpecie intelligibili.

*Concluſio* II. Principalis actus meritorius neceſſariò requirit gratiam. Hanc probat 1.2. quæſt. 110. art. 5. Omnis actus perducens ad finem ſupernaturalem, requirit principium ſupernaturale, ſed actus meritorius perducit ad finem ſupernaturalem, qui eſt vita æterna: ergo requirit principium ſupernaturale, quod dicitur gratia.

*Concluſio III.* Gratia eſt quid creatum in anima. Hanc probat 3. contra gent. cap. 149. Id quod facit hominem formalitèr dignum vita æterna, eſt quid creatum in anima, ſed gratia eſt huiuſmodi: ergo. Con-

Digitized by Google

*Aureol. hic*

Contra arguit Aureol. † primo: Gratia eſt ratio ſormalis, qua creatura eſt Deo dilecta: ergo non prouenit ex diuina dilectione, conſequentia probatur, quia alioquin creatura eſſet dilecta antequã haberet id quo formalitèr eſt dilecta, hoc eſt falſum: ergo.

*Anima ante gratiam habitam, dicitur non formalitèr, ſed denominatiue extrinſeca grata Deo*

Reſpondeo, negatur conſequentia. Ad probationem negatur minor: quia antequam anima habeat gratiam, quæ eſt formalitèr grata, dicitur eſſe grata Deo non formalitèr, ſed denominatione extrinſeca ex diuina acceptatione, quæ quia gratuita eſt poteſt dici gratia. Deus enim ab æterno dilexit omnia, quæ modo diligit.

Secundò creaturæ, non profluunt in eſſe ex eo, quod Deus diligat eas, ergo nec gratia in animam ex eo quod Deus eam diligit, conſequentia patet à ſimili, antecedens etiam, quia cum Deus omnia immutabiliter diligat, ſequitur quod omnia immutabiliter creat.

¶ Reſpondeo, negatur antecedens, quia amor Dei eſt cauſa rerum.

¶Ad probationẽ negatur, quia Deus non naturalitèr, ſed liberè agit, & ideò effectus eius ſunt immutabiles, vt contingentes, ſicut ei placet.

¶ Quatuor alijs rationibus probat, quòd Deus neceſſariò diligat exiſtentẽ in charitate, quod concedimus loquendo de neceſſitate ſuppoſitionis, ideſt ſuppoſito, quòd aliquis ſit in charitate, non tamen neceſſitate abſoluta diligit creaturam, quia non neceſſariò vult ei bonum, & eſſe.

De diſtinctione autem charitatis, & gratiæ, & de alijs ad hoc ſpectantibus agetur in tertio.

## QVAESTIO II.

*17. Diſt. 1. Sent.*

*Quaritur ſecundò*: Vtrum charitas poſſit augeri.

Pro quæſtione hæc eſt prima concluſio. Aliquæ qualitates intenduntur per remotionem contrarij. Hanc ponit ſine probatione, de veritate, quæſtio 8. art. 14. vbi dicit tria. Primum eſt, quòd cõtrariæ formæ poſſunt eſſe ſimul in eodẽ ſubiecto, ſecundum eſſe remiſſum, ſicut patet quòd calor, & frigus ſunt in tepido. Idem ſentit Comment. 4. cœli comment. 26. vbi ſic dicit. Contraria exiſtunt in medio, verbi gratia, album & nigrum ſunt in rubro. Idem dicit 5. phyſ. comment. 52. & 10. meta. comment. 23.

*Contraria exiſtunt in medio.*

Probatur etiam ratione, quia ſi in inductione vnius contrarij totalitèr abijcitur aliud, ſequitur quod idem inſtans copulat totum tempus in quo ſubiectũ erat ſub forma abiecta, & tempus quo eſt ſub forma introducta, ſed hoc eſt falſum: ergo, minor probatur quòd enim non detur vltimum eſſe, patet 8. phyſic. quod non detur primum eſſe in formis huiſmodi, probo, quia tunc daretur primum mutatum eſſe, cum ad iſtas ſit motus, præterea philoſophus dicit 6. phyſ. † quòd omne quod mouetur habet aliquid vtriuſque extremi: ergo ſi aliqud mouetur de contrario in contrarium, habet aliquid vtriuſque contrarij. †Tex. 32. & 45.

¶Secundum dictum eſt, quòd huiuſmodi formæ non poſſunt ſimul eſſe in eodem ſubiecto ſecundum eſſe perfectum.

¶ Tertium dictum eſt concluſio primò dicta, quæ probari poteſt per Comment 5. phyſic. comment. 19. vbi dicit, quòd album non ſit minus album niſi ex mixtione nigri. Et comm. 45. dicit, quòd diminutum in omni genere eſt diminutum per mixtionem contrarij. Et in ſecundo de generatione dicit, quòd ſi frigidum nihil haberet caloris, eſſet frigidum in ſummo.

Contra primum dictum arguit Gregor. † primo. Magis videtur quod duæ formæ contrariæ actiuæ, & paſſiuæ cõpatiantur ſe in diſtinctis ſitibus, & ſubiectis quam in eodem, ſed non compatiũtur ſe in diſtinctis, quia ſi approximentur, omni impedimento remoto, vna expellit aliam: ergo. †Greg. q. 2.

*Vtrum formæ contraria ſint ſimul.*

¶ Reſpondeo, negatur minor quòd poſſent eſſe in tali diſpoſitione, quòd cõpaterentur ſe in ſitibus proximis.

Secundò. Si duo contraria ſint ſimul ſequitur, quòd de eodem poſſint verificari cõtradictoria, hoc eſt falſum: ergo, conſequentia probatur, quia ad vnum contrarium ſequitur negatio alterius, & econtra, vt dicitur 10. metaph. † nam ſi aliquid eſt album, non eſt nigrum, vnde ſi eſt album, & nigrum, ſequitur quòd ſit album, & non album. † Text. 16.

¶Reſpondeo negatur conſequentia. Ad probationem dico, quod ad vnum contrariorum in eſſe completo ſequitur negatio alterius, ſed non in eſſe remiſſo,



Digitized by Google

quia non quilibet gradus formæ ſufficit denominare ſubiectum, ſi non ſit vltra medium gradum totius latitudinis illius formæ, nam quod eſt album, vt nouem, & nigrum vt vnum eſt ſimpliciter albũ, & non nigrum niſi ſecundum quid.

Tertiò ſi calor, & frigus poſſunt eſſe ſimul in eodẽ ſit calor, a & frigus b. Aut a. poteſt præciſè pati b. & non maius, nec minus, aut minus & non maius, aut maius, & non minus, aut maius, & minus. Non primum, quia ſi a. non poteſt pati ſecum minus quàm b. ergo nec maius: ergo nec maior calor quam a. poterit pati minus frigus quàm b hoc eſt falſum: ergo conſequentia patet, quia quantum vnum contrarium plus excedit aliud, tantò minus compatitur illud ſecum, falſitas conſequentis probatur. Si maior calor quam a. non poteſt pati minus frigus quàm b. ergo ſi calor a. intendatur non minuetur frigus b. quod eſt contra te, qui dicis quòd quando vnũ contrarium intenditur aliud remittitur. Non ſecundum quia ſi a. non poteſt cõpati minus frigus quàm b. ſequitur quòd non poteſt remitti a. niſi remittatur b. quod patet eſſe falſum. Non tertium quia ſi minus frigus quam b. poteſt ſtare cum a. ergo b. poteſt ſtare cum maiori calore quàm ſit a. & ſic poterit intendi a. abſque hoc quod b. remittatur, quod eſt falſum. Non quartum vt patet ex ratione contra ſecundum membrum, & tertium.

¶ Reſpondeo, negatur prima pars antecedentis. Ad probationem negatur conſequentia, quia non oportet, quod quanto vnum contrariorum plus excedit aliud tanto minus compatiatur illud ſecum, ſed ſufficit quòd quanto eſt maius tanto contrarium ſtans cum eo ſit minus, verbi gratia, ſi calor vt quatuor, non compatitur frigus, vt vnum, non oportet quod calor, vt nouem non compatiatur frigus, vt vnum. Cuius ratio eſt, quia impoſſibilitas exiſtendi in eadẽ eſt propter diſtinctionem formarum. & quia ſummus gradus vnius contrarij puta caloris ſummè diſtat à latitudine alterius, ideò vbi eſt ſummus gradus caloris, ibi non eſt gradus frigoris, & econtra. Ita proportionabiliter quanto aliquis gradus eſt propinquior primo gradui, ſiuè ſummo vnius contrarij, tanto magis diſtat à ſummo gradu alterius, & minus diſtat à non gradu eius, & à gradibus proximis non gradui, & per conſequens patitur eos ſecum, vt patet in tali figura.




*Figura declarans proportionalitatem graduum formarum contrariarum ſibi inuicem coexiſtentium.*

Ecce quòd calor, vt quatuor non cõpatitur frigus, vt vnum, tamen calor, vt 9. ipſum compatitur, quia plus diſtat in ſuis qualitatibus calor, vt quatuor, & frigus vt vnum, quàm calor, vt nouem, & frigus, vt vnum.

Contra eandem arguit Adam primò, Contraria non poſſunt ſimul eſſe in gradibus intenſis: ergo nec in remiſſis, antecedens patet per te, conſequẽtia probatur, aut vni contrario, puta albedini repugnat coexiſtere alteri puta nigredini, inquantum nigredo eſt, & ſic habetur propoſitum, quia nigredo remiſſa, ſic eſt nigredo, ſicut inteſa, aut repugnat quia eſt in tali gradu, puta cum albedine: vt vnum non poteſt ſtare niſi nigredo vt vnum. Sit ergo corpus nigrum, vt vnum nihil habens de albedine: ergo ſi ei approximetur aliquod dealbatiuum quod poſſit in eo facere albedinem, vt nouem, nihil corrumpit de nigredine, conſequentia patet, quia nulla eſt repugnantia inter albedinem, vt nouem, & nigredinem, vt vnum. Tunc ergo maius dealbatiuum ſi approximetur, introducet maiorem albedinem, & ſic non ſolum albedo, vt vnum, ſed etiam maior poterit ſtare cum nigredine, vt vnũ.

Reſpondeo, dico primò, quòd vni contrario non repugnat ex natura ſua, nec quia ſit in aliquo gradu determinato coexiſtere alteri contrario, ſed quia eſt in ſummo gradu, qui requirit ſubiectum diſpoſitum, & ab omni diſpoſitione, ideſt ab omni contrario remotum.

¶ Dico ſecundò, quod iſta repugnantia non eſt formalis, ſicut album, & non album repugnant formalitèr, ſed eſt virtualis, quia vnum eſt corruptiuum alterius,

Digitized by Google

rius: ſicut eſſe cæcum, & eſſe videntem virtualiter repugnant.

*Impoſſibile eſt albedinẽ induci ſucceſſiuè in ſubiecto nigro, vt vnũ tantum.*

¶Dico tertiò, quod ille caſus raro accidit, quod gradus remiſſus vnius contrarij ſit in ſubiecto ſine omni gradu alterius contrarij.

¶Dico quartò, quod poſito illo gradu, non eſſet poſſibile ſucceſſiuè induci albedinem niſi prius intenſa nigredine ab aliquo alio agente: quia nec albedo, vt vnum, nec vt duo, nec vt tria, nec vt quatuor, nec vt quinque, nec vt ſex, nec vt ſeptem, nec vt 8. poſſet ſimul ſtare cum illa parua nigredine.

Ex dictis ſequitur, quod calor in centuplo intenſior aliqua frigiditate non poſſit agere in ea niſi intendendo eam. Sit corpus calidum, & habens aliquem gradum frigiditatis vt concedimus. Sit aliud corpus in centuplo frigidius, & ex conſequenti calidius primo, & approximentur iſta duo corpora: tunc primum corpus non poteſt remittere frigus ſecundi, quia non poteſt remitti vnum contrarium niſi aliud intendatur: & ſic oportet quod ſi remitteret frigiditatem eius, quod intenderet calorem eius, hoc autem non poteſt quia maior calor non poteſt intendi in maiori, in primo autem corpore eſt minor calor quàm in ſecundo. Sequitur ergo cum non poſſit remittere illam frigiditatem: & omnis calor agat in frigus: quod eam intendat.

Secundò arguit. Nigredo, vt vnum per te non poteſt intendi, niſi remittatur albedo: ergo in aliquo inſtanti erunt æquales: tunc vltra approximentur duo ſubiecta habentia contrarias formas in æquali gradu: puta vnum ſit calidum vt quinque, & aliud frigidum vt quinque aut intenditur æqualiter vſque ad ſummum: & ſic ſtabunt ſimiliter in ſummo: aut vnum aget in aliud, & è contra: & ſic tandem deſtruentur nec compatiuntur ſe in gradibus remiſſis: & ſic nullo modo.

Reſpondeo, primò conceditur prima conſequentia, ſed dico primo, quòd illa ſimultas non erit niſi in potentia, ſcilicet in inſtanti: ſed non quieſcent in illo inſtanti. Sicut etiam mobile, dum mouetur non eſt in loco ſibi æquali niſi in potentia: quia non eſt in loco ſibi æquali niſi in inſtanti: eſſe autem in inſtanti eſt eſſe in potentia: vt dicitur 6. phyſi. com. 76.

¶Dico ſecundò, quod ſubiectum calidum, vt quinque non eſſet calidum nec frigidum, quia nulla forma denominat niſi ſit vltra medium gradum totius latitudinis.

*Forma non denominat ſubiectum, niſi excedẽs mediũ gradum latitudinis.*

¶Dico tertio, quod licet iſti duo gradus æquales ſe compatiantur: non tamen alij æquales ſe compatiuntur: puta calidum vt tria: & frigidum vt tria: calor vt ſeptem: quia iſti in ſuis latitudinibus diſtant, non autem primi: vt patet in figura ſupra poſita.

¶Dico quarto ad ſecundum proceſſum, quod non intenderentur ſimul, quia ſequeretur contradictio: quia calidum vt ſex: & frigidum vt ſex denominat ſubiectum: & ſic ſimul eſſet calidum, & non calidum: vel ergo neutrum intenderetur vel vnum poſſet adeo intendi alio non intenſo.

*Greg.*

Contra concluſionem in ſe arguit Greg. quod intenſio vnius contrarij nõ ſit, quia vnum alteri permiſceantur, primo quia ſequeretur, quod vnum contrarium non poſſet intendi niſi aliud intenderetur in eodem ſubiecto, hoc eſt falſum: ergo & concluſionem hæc conſequentia eſt bona, albedo intenditur: ergo minus permiſcetur nigredini tunc vltra, ergo nigredo minus permiſcetur albedini; ergo nigredo intenditur.

Reſpondeo, & dico primo, quod ad intenſionem qualitatis habentis contrarium duo reperiuntur, ſcilicet impermixtio oppoſiti, & eductio formæ de imperfecto ad perfectum, & illud ſecundum eſt id in quo formaliter conſiſtit intenſio formæ. In remiſſione autem requiritur permixtio contrarij, & reductio de perfecto ad imperfectum, vt dicit S. D. ſecundo ſen. diſt. 24. articul. 1. ad ſecundum.

¶Dico ſecundo, quod impermixtio contrarij eſt prior ſecundum rationem ex parte mobiliter, quam deductio formæ de imperfecto ad perfectum, quia mobile prius natura recedit à termino à quo quam accedat ad terminum ad quem prima ſecundæ. q. 114. artic. 4. ad primum. Et dicta impermixtio ſe tenet ex parte cauſæ materialis. Inductio autẽ de imperfecto ad perfectum eſt prior ex parte agentis: quia agens intendit principaliter inducere formam ſimilem ſibi: & ſic eſt prior in genere cauſæ formalis, & finalis; quin ideo remouetur contrarium, vt inducatur forma. 4. ſent. diſt.

Digitized by Google

diſt. 17. art. 4. q. 1. art. 3.

Ad argumentum negatur maior. Ad probationem negatur vltima conſequētia. Quando enim albedo intenditur minus permiſcetur nigredini; quia ſubiectum minus actuatur per nigredinem, nigredo autem non magis immo minus permiſcetur albedini, quia ſubiectum magis ab aldedine actuatur.

Secundò, calor aeris poteſt fieri intēſior abſque hoc, quod minus permiſceatur contrario: ergo poteſt eſſe intenſio ſine maiori impermixtione contrarij, conſequentia patet, & antecedens; quia in aere puro nulla eſt frigiditas.

Reſpondeo, negatur antecedens. Ad probationem dico, quod in aere eſt frigiditas remiſſa, nec oportet omnē qualitatem elementi eſſe impermixtam. Nā in aere, & in aqua eſt leuitas permixte grauitati, vt dicit Commentator tertio cœli com. & 17.

*Concluſio* II. Charitas eſt forma intenſibilis. Hanc probat authoritate Aug. dicentis ſuper Ioannem, charitas augetur.

*Concluſio* III. Quando charitas intenditur non additur charitas charitati. Hanc probat primo ſent. diſtin. 17. q. 2. artic. 2. Si charitas adderetur charitati aut eſſet alterius ſpeciei aut eiuſdem, non primum, vt patet, non ſecundum, quia eſſet in alio ſubiecto, cum accidentia non diſtinguantur numero niſi per ſubiecta.

Tex. 84. Secundò probatur eadem concluſio. Caliditas augetur, non addita alia caliditate, vt dicit philoſophus. 4. phyſi. † & Commentator commen. 86. ergo etiam charitas.

Tertio, quanto aliquid eſt compoſitius, tanto eſt imperfectius, ſed ſi additur charitas charitati ipſa fieret compoſitior ergo imperfectior.

Corollarium primum. Eadem forma qua ſub eſſe imperfecto eſt terminus à quo, ſub eſſe perfecto eſt terminus ad quem.

Corollarium ſecundum. Subiectum habens formam ſub eſſe imperfecto eſt in potentia ad eandem ſub eſſe perfecto.

*Aureolus hic.* Contra arguit Aureolus † primo. Vbi cunque eſt nouus motus: ergo noua charitas.

Reſpondeo, dico primo, quod quando aliqua forma intēditur ipſa dat aliud, & aliud eſſe ſubiecto: eo quod reducitur de eſſe imperfecto ad eſſe perfectius, & iſta diuerſa eſſe dicuntur gradus formæ: non quòd ipſa forma intrinſecè habeat gradus.

Ex hoc ſequitur, quod eſſe formæ intenſibilis habet gradus, non ad hūc ſenſum, quod vnum eſſe habeat in ſe gradus, ſed quia forma dat plura eſſe ſucceſſiuè, quorum vnum eſt perfectius alio, & continet aliud eminētius. Patet etiam quod forma accidentalis differt dupliciter à ſubſtantiali. Primò quia aliqua forma accidentalis poteſt dare ſucceſſiuè plura eſſe, & per conſequens eſt in ſubiecto diuiſibiliter, forma autem ſubſtantialis dat tantum vnum eſſe, & ideo dicitur eſſe in ſubiecto modo indiuiſibi. Et rurſum eſſe, quod dat forma ſubſtātialis, eſt eſſe exiſtentiæ, & ideo eſt tantum vnum, eſſe autem quod dat forma accidentalis eſt eſſe inexiſtentiæ, & ideo poſſunt ſimul in eodem ſubiecto eſſe plura talia eſſe ſecundum pluralitatem formarum. *Forma ſubſtātialis & accidētalis differūt dupliciter.*

¶ Dico ſecundò, quod quando forma intenditur, magis participatur à ſubiecto, participatio autem eſt relatio cuius fundamentum eſt ipſum eſſe formæ: ſed non oportet, quòd ad intentionem rationis intendatur fundamentum, immo aliquando remittuntur: vt patet quando albiſſimum efficitur ſimilius albo remiſſio, nam tunc remittitur eius albedo. In propoſito tamen quanto eſt maior participatio, tanto eſt perfectius eſſe formæ.

Ad argumentum negatur maior: ſufficit enim idem terminus ſub vario eſſe.

Secundò, forma non intenditur propter maiorem ſubiecti diſpoſitionem: ergo intenditur in eſſentia ſua, conſequentia patet, antecedens probatur aut illæ diſpoſitiones intenduntur in eſſentia ſua, aut propter maiorem diſpoſitionem ſubiecti. Si primum, habeo intentum, quod aliqua forma intenditur in eſſentia ſua. Si ſecundum, proceditur in infinitum. Item probatur illud antecedens. Si forma intenditur propter maiorem diſpoſitionem ſubiecti: ergo ſi ſubiectum ſit ſummè diſpoſitum, in eo erit forma in ſummo, hoc eſt falſum; nam aer eſt ſummè diſpoſitus ad lumen: non tamen habet eum in ſummo.

Reſpondeo, quod ad intentionem poteſt concurrere aliquid in genere cauſæ

ſæ materialis, & iſtæ ſunt diſpoſitiones ſubiecti.

¶ Secundò concurrit aliquid actiuè, & hoc eſt ipſum agens.

¶ Tertium autem eſt ipſa eductio formæ de imperfecto ad perfectum, & in hoc conſiſtit formalis ratio intentionis. Ex hoc poſſet negari conſequētia, quia datur medium, ſcilicet eductio de imperfecto ad perfectum.

¶ Secundò, negatur antecedens. Ad probationem primam dico, quòd illæ diſpoſitiones non intenduntur in eſſentia ſua; neque oportet, quod per alias diſpoſitiones, quia in hoc non ſtat formalis ratio intentionis: ſicut etiam forma ſubſtantialis ſupponit ſuppoſitiones in ſubiecto; quæ tamen non ſupponunt alias.

*Intēſio charitatis eſt eductio de imperfecto ad perfectū. Diſpoſitio ad intentionem ſunt actus.*

Ad ſecundum negatur conſequentia, quia vt dictum eſt formalis ratio intentionis, non conſiſtit in diſpoſitione ſubiecti Ad propoſitum de charitate, dico, quod intēditur quia educitur de imperfecto ad perfectum. Diſpoſitio autem ad eius intenſionem ſunt actus charitatis: quos non oportet eſſe maiores intenſiue, ſed ex extenſiuà, id eſt quòd ſint plures quàm prima. Ipſe autē actus charitatis non requirit aliam diſpoſitionem ad hoc, quòd intendatur.

Tertiò forma, ſecundum quam aliquid mouetur, habet partes, vt dicit Cōmentator primo phyſi. ſed minus albū mouetur ad maiorem albedinem: ergo in albedine ſunt partes, quarum vna poſt aliam aduenit.

Reſpondeo, quod per partes non intelligit Commentator partes eſſentiæ formæ, ſed formam ſub vno eſſe appellat vnam partem: & ſub alio eſſe aliam. Iſtæ reſponſiones eliciuntur pręſenti diſt. 2. q. art. 2.

*Greg. hic q. 1.*

Contra has reſponſiones arguit Grego.† primo. Nulla forma accidentalis dat eſſe ſubiecto diſtinctum ab ipſa forma, ergo non intenditur per hoc, quòd dat aliud, & aliud eſſe, antecedens probatur. Illud eſſe eſt in ſubiecto: ergo per aliud eſſe, & ſic in infinitum.

Reſpondeo, negatur antecedēs. Ad probationem negatur conſequentia, quia, vt dictum eſt diſt. 8. q. prima, conſtitutum ex forma, & ſubiecto eſt adhuc potentiale reſpectu ipſius eſſe aggregatum vero ex forma, & eſſe non eſt amplius potentiale, cum etiam ſit actualiſſimum.

Secundò. Illud eſſe eſt eiuſdem rationis cum forma: aut diuerſarum rationū. Si primum, ergo ſicut eſſe per te habet gradus, ita & forma. Si diuerſarum; tunc omnes rationes, quas facis ad probandum, quod forma non habeat gradus, poſſunt fieri ad probādum, quod etiam eſſe non habeat gradus.

Reſpondeo primò, quod eſſe non eſt proprie eiuſdem rationis ſpecifice nec alterius, quia non habet proprie rationem quidditatis. Si tamen alterum eorum ſit concedendum, dicitur quod non eſt eiuſdem rationis cum forma, ſicut nec actus cum potentia. Ad improbationem dico, quod eſſe non habet gradus intrinſecè, & quod ſicut forma non additur formæ, ſicut vnum eſſe non additur alteri, licet vnum ſuccedat alteri, nec eſſe perfectius eſt compoſitius quàm eſſe imperfectius. Dico tamen, quod eſſe habet gradus extrinſecè, quia ibi ſunt plura eſſe, quorum vnum eſt perfectius alio, & perfectius continet aliud imperfectius.

*Eſſe neq; eſt eiuſdem rationis nec diuerſa ſpecificè, quia nō habet ratione quidditatis.*

Si dicatur ergo ſimiliter eſt etiam de forma; quia ſcilicet dum intenditur additur forma perfectior, quę continet imperfectiorem.

Reſpondeo, quod non: quia tunc forma quæ intenditur non eſſet maior quā prius: ſed poſt imperfectam veniret perfectior.

Arguit præterea quinque rationibus, quòd præciſa cauſa intenſionis non ſit diſpoſitio ſubiecti: quod concepimus, vt ſupra dictum eſt, in reſponſione ad ſecundum.

Contra eandem arguit Adam argumento Scoti. Si in forma intenſa nihil eſt, quod non ſit in remiſſa: ſequitur quò charitas, & gratia cuiuſlibet viatoris ſit æqualis charitati, & gratiæ Chriſti, ſed hoc eſt falſum; ergo, conſequentia patet, ex quo intenſio non eſt per additionem partis formæ ad formam, ſequitur, quod non eſt perfectior entitas formæ intenſæ quàm formæ remiſſæ, nec valet dicere, quod forma intenſior dat nobilius eſſe quia loquor de forma pręcisè accepta, vt diſtinguitur ab eſſe ſecundum te.

Reſpondeo, primo, quod gratia Chriſti, vt pręſcindit ab eſſe nullius eſt bonitatis, ſicut in ſimili dictum eſt diſtinctio. 3.

¶ Dico ſecundò, quòd ſi per impoſſibi-

ſibile eſſent duæ gratiæ ſeparatæ ab omni ſubiecto, vna non eſſet perfectior alia.

*Gratia Chriſti dignior alijs propter duo.*

¶ Dico tertiò, quòd gratia Chriſti eſt dignior omnibus alijs propter duo. Primo quia perfectius actuat ſuum ſubiectum. Secundò propter coniunctionem ad diuinitatem, inquantum concurrit cũ ea ad eundem actum; vt actus grata illa informatus non tantum ſit hominis, ſed etiam Dei.

Ad argumentum negatur conſequentia, & reſponſio data eſt bona. Ad improbationem, concedo gratiam Chriſti, vt præſcindit ab omni eſſe, non eſſe meliorem alijs, quia vt ſic non eſt bona.

Secundò. Si forma intenditur ſine additione, ſequitur quod eadem forma poteſt fieri nobilior Angelo nulla entitate addita illi formæ, ſed hoc eſt falſum: ergo, conſequentia probatur. Angelus excepit formam, puta albedinem finitè, excedit ergo eam, exempli gratia in proportione decupla, tunc ſi intendatur illa albedo, vt ſit duodecies maior quàm ante ipſa excedit Angelum.

Reſpondeo, negatur conſequentia, quia non omne augmentabile etiam ſine termino poteſt peruenire ad æqualitatem cuiuslibet, alterius finiti, ſi ſit alterius rationis, cuiuſmodi eſt Angelus, & albedo.

Ex hoc ſequitur, quod charitas viæ nunquam poteſt tãtum intendi, vt æquetur charitati patriæ, nec cognitio viatoris cognitioni comprehenſoris, nec gratia alicuius gratiæ Chriſti, quia ſicut teneo pro nunc iſta ſunt diuerſarum rationum, vt poteſt elici de veritate, quæſt 29 art.3. ad quintum.

*Godofredus quolib. 2. q. 3.*

Contra eandem arguit Godofredus primò. Termini motus ſunt incompoſſibiles: ego eadem forma non poteſt eſſe terminus à quo, & ad quem.

Reſpondeo, primo dico, quod termini ſunt compoſſibiles quòad entitatem, ſed incompoſſibiles quòad eſſe. Et ſic eſt in propoſito, quia forma, vt eſt terminus à quo aliud eſſe habet, quàm vt eſt terminus ad quem. Vel poteſt aliter dici quod forma remiſſa non eſt terminus à quo, quantum ad illud poſitiuũ, quod dicit, ſed vt eſt ſub priuatione perfectionis gradus, illa autẽ priuatio abijcitur adueniente perfectiori gradu. Nec oportet ſi terminus, ad quem ſit poſitiuus, quod etiam terminus à quo ſit poſitiuus ad hoc, quod motus ſit eiuſdem rationis, quia motus ſpecificantur ſolum à terminis ad quos.

*Vtrum intẽ ſionis formæ terminus à quo ſit priuatio.*

Et ſi arguitur contra. Illa mutatio, cuius terminus à quo eſt priuatio, non eſt motus, ſed mutatio, ſed alteratio eſt motus, & non mutatio: ergo non habet pro termino à quo priuationem.

Reſpondeo, negatur maior, niſi illa priuatio ſit alicuius ſimplicitèr nõ ſubiecti, priuatio autem gradus perfectioris formæ eſt in aliquo ſimplicitèr ſubiecto.

Vel dicendum eſt vt elicitur, de veritate quæſt.28. art.1. quod illa alteratio, & eſt motus, & eſt mutatio, vt eſt mutatio, habet terminum à quo priuationem, vt motus, habet formam imperfectam, quæ non vt forma ſimplicitèr, ſed vt forma imperfecta eſt terminus à quo.

Secundò. Forma remiſſa contrariatur formæ intenſæ: ergo non eſt eadem cum ea.

Reſpondeo, negatur antecedens, ſi ſubiectum, vt eſt ſub forma remiſſa contrariatur ſibi ipſi, vt eſt ſub forma intenſa, inquantum plus habet de forma oppoſita, dum eſt ſub forma remiſſa, quam dum eſt ſub intenſa. Nam remiſſe album plus habet de nigredine, quàm intenſe albũ.

Tertiò. In formis ſubſtantialibus forma perfectior diſtinguitur realitèr ab imperfectiori: ergo, & in accidentalibus,

Reſpondeo, negatur conſequentia, quia diſtinctio in formis ſubſtantialibus prouenit ex ipſis naturis formarum, in accidentalibus verò prouenit ex diuerſa participatione ſubiecti.

Quartò. Forma intenſa continet remiſſam, ſicut ſenſitiuum continet vegetatiuum, ſed adueniente ſenſitiuo, corrũpitur vegetatiuum: ergo adueniente forma intenſa, corrumpitur remiſſa.

Reſpondeo, negatur maior, quia continentia vegetatiui in ſenſitiuo prouenit ex propria ratione formæ, quia, ſcilicet ſunt alterius rationis, & vna dat omnem perfectionem, quam dat alia, & adhuc plus. Impoſſibile eſt autem vnam ſpeciem efficere aliam, ſed continentia formæ remiſſe in intenſa prouenit ex eſſe, quod habet forma in ſubiecto, & non ex propria ratione cum ſint vnius rationis, ſed diſtinctæ, ſicut perfectum, & imperfectum, poſſibile eſt autem imperfectum effici perfectum.

*Quomodo generetur charitas.*

Ad perfectam verò notitiam prædictorum ſciendum eſt, quod charitas ſic generatur, primo enim Spiritus Sanctus mo-

Digitized by Google

monet liberum arbitrium ad bonum, poſtea voluntas ſic mota conatur ad bonum, quamuis iſte conatus poſſit eſſe ſimul tempore cum infuſione charitatis. Differt autem charitas ab habitibus acquiſitis, quia actus comparantur ad habitum acquiſitum, vt diſpoſitio, & vt cauſa agens qua, conatus autem compara tur ad charitatem ſolum, vt diſpoſitio. Et quia qui eſt melioris naturæ, poteſt habere meliorem conatum, ideo qui ha bet meliora naturalia, dummodo ſit par conatus magis reciperet de perfectionibus infuſis. Quando autem, quis operatur ſecundum totum conatum neceſſariò neceſſitate infallibilitatis ei infunditur gratia. Et ſimilitèr quando habens charitatem operatur ſecundum totam virtutem charitatis neceſſariò intenditur, charitas niſi ponatur obſtaculum.

Sciendum ſecundò, quòd diſpoſitio ad charitatem aliquando eſt maior intenſiue, quia, ſcilicet vnus actus eſt intenſior alio, eo quod magis actuat ſubiectum, in quo eſt, & dat ei perfectius eſſe, quod eſſe ideo eſt perfectius, quia magis accedit ad ſimilitudinem primæ actualitatis ſubſiſtentis, & primæ charitatis, quæ eſt actus purus. Aliquando diſpoſitio eſt maior extenſiuè, quia ſcilicet ſunt plures actus, quorum vltimus agit in virtute præcedentium.

Sed dubium eſt quomodo illa multiplicatio actuum reddat hominem magis diſpoſitum, cum illi actus non maneant ſimul nec aliquid relinquant in homine.

¶ Ad quod dico, quod actus charitatis aliquid relinquunt in viribus ſenſitiuis per modum habitus, ſecundum quē incitantur ad obediendum diuino amori, vt dicit S. Doct. præſenti diſt. quæſt. 1. artic. 3. Et quanto magis habent de dicta impreſſione, tanto magis dicitur homo diſpoſitus ad eliciendum actum intenſiorem, qui eſt vltima diſpoſitio ad augmentum charitatis.

*Diſpoſitio ad charitatem, quandoque maior intenſiuè, & quadoq; extenſiuè.*

Sciendum tertio, quod quantò anima plus habet de dicta diſpoſitione, tanto dicit magis capax charitatis, eſt enim capacitas quædam habilitas, ſiuè quædam relatio fundata in diſpoſitione potentiæ paſſiuæ; ſiuè in potentia paſſiua in ordine ad actū primum, vel ſecundū. Aucto autem fundamento, augetur relatio, & ideò aucta diſpoſitione dicta, augetur capacitas voluntatis ad charitatem. Et quia charitas eſt diſpoſitio ad lumen gloriæ, idcircò aucta charitate, augetur capacitas animæ ad lumen gloriæ. Et licet charitas ſit in voluntate, & lumen gloriæ in intellectu, eſt tamen vtrumque in eodem ſubiecto, quòd ſcilicet anima.

*Concluſio IIII.* Omnis forma, quæ augetur per maiorem radicationem in ſubiecto, augetur eſſentialiter. Hanc probat præſenti diſtinct. quæſt. 2. artic. 1. Omnis forma accidentalis aucta ſecundum ſuam virtutem augetur eſſentialitèr, quia virtus formæ accidentalis non diſtinguitur ab ea. Vel ſi diſtinguitur eius immediatus effectus, & ideo aucto vno augetur aliud, ſed forma quanto magis radicatur in ſubiecto, tanto eſt maioris virtutis, quia ſubiectum poteſt per eam producere intenſiorem actum: ergo omnis forma, quæ augetur per maiorem radicationem in ſubiecto, augetur eſſentialiter.

*Concluſio V.* Charitas augetur, quia educitur de imperfecto ad perfectum. Hanc probat vbi ſupra. Charitas non augetur per additionem partis ad partē: ergo, vt educitur de imperfecto ad perfectum.

*Concluſio VI.* Alique formæ, intenduntur non ſolum per maiorem participationem ſubiecti, ſed etiam per additionem. Hanc probat, prima ſecundæ, quæſt. 52. artic. 1. de ſcientia, quæ intenditur per additionem ſpecierum intelligibilium.

Sed ſciendum, quòd hæc concluſio non contradicit præcedentibus, quia ex duabus ſpeciebus intelligibilibus non fit vna.

Ex quo ſequitur, quòd iſta additio eſt extrinſeca, nam habitus ſcientiæ, vt dicit collectionem ſpecierum, non eſt ſimplex qualitas; vt dictum eſt in prologo. quæſt. 3.

*Concluſio. VII.* Nulla forma ſubſtantialis eſt intenſibilis. Hanc probat prima ſecundæ, quæſtio. 52. artic. 1. Nulla forma conſiſtens in indiuiſibili eſt intenſibilis, ſed omnis forma ſubſtantialis conſiſtit in indiuiſibili, cum det eſſe ſpecificum, ergo, minor probatur. Illa quę ſunt ſicut numeri, conſiſtunt in indiuiſibili, ſed omnes formæ ſubſtantiales ſunt ſicut numeri, vt dicitur octauo metaph. *Tex. 10.*



Digitized by Google

Corollarium primum. Nulla qualitas denominata à numeris eſt intenſibilis probatur quia eius ratio in indiuiſibili conſiſtit, concedo tamen aliquam qualitatem eſſe intenſibilem, vt declarabitur in ſecundo diſtinct. 16. in fin.

Corollarium ſecundum. Nulla forma ſimplex abſtractiuè deſignata ſuſcipit magis, & minus, probatur eodem modo, quia ratio cuiuslibet in indiuiſibili cōſiſtit cū ſpecies rerū ſint ſicut numeri.

† Greg. hic q. 3. Vtrum forma habeat intrinſecè partes.

Contra arguit Gregorius, † quòd ex illa maxima, ſcilicet ſpecies rerum ſunt ſicut numeri ſequitur formam habere partes intrinſecè, quia numerus habet partes diſtinctas: ergo etiam forma.

Reſpondeo, negatur conſequentia, quia ſimilitudo inter numeros, & ſpecies rerum, non attenditur quantum ad illud, ſed, in hoc quod ſicut nullus numerus componitur ex partibus eiuſdem rationis cum ipſo, ſic nulla quidditas diffinibilis poteſt conſtitui ex multis ſimilibus ei, puta vna humanitas ex multis humanitatibus, vel vna albedo ex multis albedinibus. Item quod ſicut additio vnitatis variat ſpeciem numeri, ſic etiam additio ad formam variat ſpeciem eius.

*Concluſio VIII.* Charitas viæ quantumcunque intendatur, adhuc poteſt intendi in infinitum. Hanc probat præſēti diſtinct. quæſt. ſecun. artic. 4. Charitati non repugnat ex natura ſua intendi in infinitum, cum ſit quædam participatio charitatis infinitè, neque ex parte agentis, cum ſit infinite virtutis, neque ex parte recipientis, quia quantò creatura plus recipit de charitate, tantò plus ſua capacitas augetur: ergo nullo modo charitati repugnat augeri in infinitum.

Contra probationem arguit Aureolus primo. Ex hoc ſequitur, quòd bonitas creaturæ poſſit augeri in infinitū, ſed hoc eſt falſum, ergo tenet conſequētia, quia bonitas eſt etiam quædam participatio bonitatis infinitæ.

Reſpondeo, conceditur conſequentia de bonitate accidentali, ſed negatur de bonitate eſſentiali, quia licet vtraque ſit participatio diuinæ bonitatis, tamen bonitas eſſentialis creaturæ dat eſſe ſpecificum, quod conſiſtit in indiuiſibili, idcirco ſtatim deſinit eſſe variata forma, bonitas vero accidentalis non dat eſſe ſpecificum, & ideò poteſt dare perfectius eſſe, quàm prius dato, quòd non variet ſpeciem.

Secundò. Nulla creatura poteſt habere capacitatem infinitam: ergo repugnat ex parte recipientis charitatem augeri in infinitum, antecedens probatur, Si creatura poſſet habere capacitatem infinitam, maximè hanc habuiſſet anima Chriſti, ſed non habuit, vt dicit Sanctus Doctor. de verit. quæſtione 2.9. art. 3. ad ſextum.

Reſpondeo, negatur antecedens, de capacitate potentiæ obedientialis, vt dicitur, de verit. vbi ſupra, ad 3. talis enim impleri non poteſt, vt ibi dicitur. Quod non ſic intelligo quaſi illa capacitas ſit immediatè diſpoſita, & ex natura ſua poſſit capere quantamcumque formam ſecundum intēſionem, puta charitatem, vt mille aut mille millium graduum, ſed ideo dicitur non poſſe repleri, quia poteſt recipere formam talis ſpeciei, vel alterius, & ſic in infinitum. Item, quia talis capacitas poteſt plus, & plus ampliari, quia quantò magis actuatur, tantò magis efficitur capax perfectioris actus.

¶Dico ſecundò, quòd iſta capacitas licet poſſit ampliari in via, non tamen in patria, quia tunc erit coniuncta fini vltimo. Et hoc ponitur 3. diſtinct. 13. qu. 1. art. 2. q. 3. ad ſecundum.

¶Ad probationem antecedentis negatur maior, nam anima Chriſti non habuit quicquid poteſt fieri a Deo, poſſet enim de potentia abſoluta facere creaturam, in qua eſſet maior capacitas ad gratiam, quàm fuerit in anima Chriſti, licet de potentia ordinaria ſtatuerit quòd nullus perfectius participet actum gratiæ, quàm anima Chriſti, cuius gratia dicitur eſſe infinita in ratione gratiæ.

*Maior capacitas eſſe poteſt, quàm anima Chriſti potentia Dei abſoluta.*

¶Dico tertiò, quod licet anima in quātum eſt imago Dei ſit capax gratiæ, tamen vt ſic non eſt immediatè, & ſine aliquo ordine capax cuiuſcunque gradus, eſt enim aliquis gradus, cuius non eſt capax, niſi eius capacitas amplietur.

Contra cōcluſionem arguitur, primo. Nullus motus rectus eſt infinitus, vt dicit Philoſophus 8. phyſicorum, & Commentator comment. 63. & 72. ſed intenſio charitatis eſt motus rectus: ergo.

Reſpondeo, Dico primo, quòd omne augmentum charitatis habet terminum, ſed poſt illud augmentum poteſt etiam adhuc aliud augmentum, vt dicitur præſenti diſt. q. 2. art. 4.

¶Ex

Digitized by Google

¶ Ex quo ſequitur, quod motus augmenti charitatis in infinitum non eſt vnus motus continuus, ſed multi.

¶ Dico ſecundò, quod forma indiuiſibilis ſecundum eſſentiã, & per accidens, eo quod eſt in ſubiecto indiuiſibili, ſicut inducitur in ſubiecto in inſtanti, ita augetur in inſtanti. Et nullus motus præter localem eſt ſimpliciter cõtinuus, vt dicit Commentator. 7. phyſicorum commen. 55.

*Motus charitatis non poteſt continuari in infinitum.*

Ad argumentum concedo, quod motus charitatis non poteſt continuari in infinitum, non tamen ſequitur quin charitas poſſit augeri in infinitum pluribus motibus.

Secundò. Impoſſibile eſt procedere in infinitum in his, quæ immediatè reſpiciunt eandem potentiam, vt dicitur tertio phyſico. com. 68. ſed omnes gradus charitatis reſpiciunt immediatè eandem potentiam, ergo, minor probatur, quia dato quocunque gradu, Deus poteſt illũ cauſare in anima, dato quòd prius non induxerit gradum præcedentem.

Reſpondeo. Primò conceditur maior, cuius ratio eſt, quia vnumquodque poteſt reduci in actum ſecundum modum ſuæ poſſibilitatis, ſi ergo detur aliqua potentia, quæ immediatè reſpiciat aliquem actum poterit immediatè eum habere, & ſi immediatè reſpicit infinitos poterit immediatè habere infinitos, ſicut poteſt habere vnum, cum ita immediatè reſpiciat infinitos ſicut vnum.

¶ Dico ſecundò per oppoſitum, quòd vbi eſt procedere in infinitum, ibi non immediatè reſpicitur eadem potentia. Linea enim eſt diuiſibilis in infinitum, quæ non immediatè eſt in potentia ad omnem diuiſionem, ſed mediante prima diuiſione, per quam medietas lineę fit in actu eſt in potentia ad ſecundam diuiſionem. Ad omnem vero additionem cuiuſcunque quantitatis eſt in potentia immediatè, cum ęquè primo poſſit ei fieri additio quadrupedalis quantitatis ſicut bipedalis, & propter hoc nõ eſt proceſſus infinitum in additione. In numeris autem proceditur in infinitum quia ex additione cuiuſlibet vnitatis acquiritur noua potentia. Vbi tamen eſt quædam diuerſitas, quia multi actus ſimul eſſe poſſunt puta binarius in actu, & ternarius in actu, & multę partes continui in actu, ſed potentiæ ad tales diuiſiones, vel additiones non ſimul ſunt, immo dum ſecunda ponitur euacuatur prima, nec habent idem proximum fundamẽtum, quia potentia ad primam diuiſionem fundatur in toto continuo, ſed potentia ad ſecundam fundatur in medietate illius. Et ſimiliter potẽtia charitatis ad tale augmentum fundatur in charitate tanti gradus: & potenta ad vlterius augmentum fundatur in charitate maioris gradus, etiam remanente perfectiori actu, qui acquiritur deſinunt illæ potentiæ. Conceſſa ergo maiori: negatur minor de potentia paſſiua creaturæ: quia talis eſt finita, & proportionata charitati certæ intẽſionis, qua maiorem non poſſet immediatè recipere niſi eius capacitas amplietur: quod fiet: ſi primo infundatur animæ charitas ſibi proportionata, vel per alium modum Deo poſſibilem: qua poſita ampliatur capacitas animæ ad aliam charitatem, quia ex additione cuiuſlibet charitatis additur ei noua potentia ad aliam, ſicut exemplum dedi de numeris. Conceditur autem illa minor de potentia logicali, quæ eſt potentia Diuina, de qua etiam procedit probatio illius minoris, ſed nihil ad propoſitum, quia oportet maiorem totius argumenti intelligi de potentia paſſiua, alioquin eſſet falſa.

*Non omnes gradus charitatis reſpiciũt immediatè eandẽ potentiam paſſiuam.*

Tertiò, vbicũque eſt proceſſus ad infinitum, ibi proceditur ad potentiam, & non ad actum, vt dicitur 3. phyſi. † ſed in augmento charitatis proceditur ad actum, & non ad potentiam: ergo non poteſt augeri in infinitum.

*Tex. 31.*

¶ Reſpondeo ad maiorem, quò non oportet id quod ſecundò acquiritur eſſe minus actuale, quàm id quod primo acquirebatur, ſed oportet, quòd potentia plus, & plus actuetur, & ſic vult Commen. in quo ſenſu negatur minor.

¶ Dico ſecundò, quod philoſophus ibi loquitur in rebus materialibus, vbi potẽtia limitatur per materiam, & ideò non poteſt plus, & plus fieri capacior ſine ſtatu.

Quartò arguit Scotus † ſi charitas eſt augmentabilis in infinitum, ſequitur, quod eſt peruenire ad vnam quę in infinitum excedit quamlibet charitatem finitam, hoc eſt falſum, quia cum Deus videat eam, vt factibilem, ſequitur quòd poſſet eam facere, ergo.

*Scotus hic q. 4.*

¶ Reſpondeo, negatur conſequentia, ſicut etiam in numeris procedit in infini-



Digitized by Google

nitum, non tamen eſt dare vnum, qui alios excedat in infinitum: & ſimiliter in diuiſione continui non eſt dare vnam partem in infinitum paruam

*Impoſſibile eſt Deum omnē charitatē facere, quā poteſt facere.*

Quintò quantamcumque charitatem poteſt Deus facere, tantam poteſt facere, ponatur ergo in eſſe, quod faciat quãtam poteſt: ergo non poterit facere maiorem.

¶Reſpondeo conceditur antecedens in ſenſu diuiſo, ſed non debet poni in eſſe per vnam ſingularem, ſed per multas ſingulares, quarum quælibet eſt poſſibilis, ſed tota copulatiua eſt impoſſibilis, quod ſic intelligo. Aſſignata quacunque charitate, verum eſt dicere, hanc aliquantam charitatem Deus poteſt facere, & reſpectu illius habet virtutem productiuam, tamen eſt impoſſibile, quod faciat omnem quam poteſt facere, quia tunc producta illa charitate, qua maiorem non poſſet facere potentia Diuina eſſet exhauſta, & ad illam limitata. In ſenſu autem compoſito negatur illud antecedens, quia æquipollet iſti propoſitioni, poſſibile eſt Deum facere tantã charitatem, quod maiorem facere non poſſet. Eodem modo reſpõdetur ad iſtã. Quantuſcunque numerus poteſt eſſe, tantus poteſt eſſe, cum ergo ſit procedere in infinitum in numeris, ponatur in eſſe, erit actu numerus infinitus.

Sextò omnem entitatem creatam, quam Deus intelligit, poteſt producere, ſed Deus intelligit charitatem infinitã: ergo.

¶Reſpondeo, negatur minor, licet enim nullam videat quin adhuc ea maiorem videat, nullam tamen videt infinitam.

*Concluſio IX.* Motus augmenti qualitatum non eſt continuus. Hanc ponit philoſophus 8.phy. tex.13. dicens. Neque augeri neque minui continuè poſſibile eſt, & poſtea ſubdit ſimiliter autem, & in alteratione qualibet, & Commen. in fine comm.31. contra Alpharabium dicentem omnem motum eſſe continuum, dicit hoc non eſſe neceſſarium niſi in motu locali. Idem ponit.3. phyſi. com.6. idem tenet. S.D.6.phyſi.

*Greg.hic q.5*

Contra arguit Greg. † primo. Sequitur quod actiuum naturale non impeditum pro aliquo tempore in debita diſtantia eſſet præſens paſſio diſpoſito, & tamen non ageret in ipſum hoc eſt falſum, vt patet primo de generatione, †

*tex.52.*

& 9. meta. † ergo conſequentia probatur; quia actus naturaliter intendit habitum, & per te intendit ipſum in inſtanti: ergo in toto tempore durationis actus poſt illud inſtans actus erit præſens habitui, & non auget in ipſum. *tex.10.*

Reſpondeo, primò negatur falſitas conſequentis in his, quæ totum effectum, qui poſſunt producere, faciunt in inſtanti, vt patet de corpore luminoſo, quod ſtatim illuminat diaphanum, nec poſt cauſat maius lumen, quandiu eſt in eadem diſtantia. Similiter etiam actus in primo inſtanti ſui eſſe cauſat in habitu quicquid poteſt, & in tempore ſequẽti nihil plus cauſat.

Si dicatur corpus luminoſum poſtquam cauſauit in inſtanti lumen in diaphano, poſtea conſeruat ipſum in tempore, ergo agit in diaphano per tempus.

Reſpondeo, quòd non dicimus eſſe impoſſibile, quòd agat per tempus, ſed quòd non oportet, nam illa conſeruatio eſt per accidens in termino, quia poteſt menſurari quolibet inſtanti illius temporis. Sicut etiam video, licet in tempore, tamen hoc accidit ſibi, quia poteſt eſſe in inſtanti, vt dicit S. D. in ſi m.4.diſtinct. quæſt.1.art.5. quæſt.3. ad 1.

*Viſio eſt in tempore tamen per accidens.*

¶Dico ſecundò, quòd conſequentia primi argumenti negatur, quia poſt inſtans quo actus auxit habitum, ipſe habitus non eſt ſuſceptiuus alicuius effectus illius actus, ſicut etiam calidum remiſſum poſtquã aſſimilauit ſibi paſſum, ſi per mille annos ſtaret in eadem proximitate, nil amplius ageret in ipſum.

Contra iſtam reſponſionem arguit ſic. Si Socrates habens habitum manſuetudinis, produceret in vna hora decem actus æquales, tunc ille habitus eſſet intenſior, in fine quàm in primo inſtanti iſtius horæ: ergo ſi producit vnum actum, quem continuet per horam, habitus erit intenſior in fine horę quàm in primo inſtanti.

Reſpondeo, negatur antecedens. Ad probationem ſimiliter negatur antecedens, non enim quilibet actus auget habitum, immo ſi primus auget habitum, oportet, quòd ſecũdus ſit intenſior primo, ſi debet augere, & tertius ſecundo, prima ſecundæ.q.25.ar.3.

Secundo arg. habitus poteſt remitti continuè: ergo, & augeri, antecedẽs probatur, ſuppono, quòd actus contrarius habitui remittat habitum, tunc argui-

gui-

Digitized by Google

guitur ſic]. Actus remittit habitum, & non in inſtanti: ergo in tempore, maior ſupponitur, minor probatur. Non poteſt dici, quòd actus remittat habitum in primo inſtanti, in quo eſt, & non in ſequentibus, quia non eſt debilior in ſequentibus quàm in primo. Nec quòd remittat in poſteriori aliquo inſtanti, & non in primo, quia actus non eſt fortior in poſteriori inſtanti quàm in primo: ergo non remittit in inſtanti.

¶Reſpondeo, negatur antecedens. Ad probationem negatur minor, & dico, quòd remittit habitum in primo, & non in alijs, non ex hoc, quòd actus ſit debilior quàm ante, ſed quia paſſum non eſt diſpoſitum ad recipiendum eius actionem, ſicut erat in primo inſtanti.

Vbi eſt ſciendum, quòd actus contrarius habitui cauſat in primo inſtanti in paſſo aliquid contrarium habitui in tali gradu, qualem prius habebat, & ſic remittitur habitus ad inductionem illius diſpoſitionis contrariæ ipſi habitui. Et quia actus poſt primum inſtans, quo induxit illam diſpoſitionem, non inducit aliam, ideo non remittit habitum poſt primum inſtans. Et ſicut ad intendendum illam diſpoſitionem requiritur fortius agens, ita etiam requiritur intenſior actus.

Tertiò ſequitur, quòd actus diuturnior non magis intenderet habitum quam actus minus diuturnus, hoc eſt falſum: ergo.

¶Reſpondeo, negatur minor, eſt tamē continuatio actus, quia non poteſt diu tenere, cùm ipſe actus intendatur, vel remittatur: quia per diuturnam conſiderationem res diſtinctius concipitur, & plura concurrunt mouentia appetitum ad eliciendum, vel imperandum intenſiorem, vel remiſſiorem actum.

Quartò. In quolibet inſtanti temporis menſurantis approximationem corporis luminoſi ad diaphanum, diaphanum eſt magis illuminatum quam ante: ergo illud lumen intenditur in tempore conſequentia patet, antecedens probatur, quia quanto corpus illuminās eſt propinquius diaphano, tanto magis illuminat.

*Corpus luminoſū non illuminat, niſi prius motum.*

¶Reſpondeo, negatur antecedens, quia corpus, quod approximando illuminat diaphanum, oportet prius per certum ſpatium moueri, & in vltimo inſtanti temporis menſurantis illum motum illumat magis quam ante. Cuius ratio eſt, quia oportet dare minimū gradum luminis ſicut, & cuiuslibet formæ ſenſibilis. Vnde non oportet, quod ſi lumen vt octo cauſatur in certo tempore, quod medietas luminis cauſetur in medietate illus tēporis, immo eſt aliqua pars ita modica lucis, quod ipſa non poteſt produci in aliqua mēſura ei adequata, ſed ſimul producitur cum toto.

Quintò ſequitur, quòd agens naturale non impeditum, & ſufficiens non agat in paſſum ſibi approximatum, hoc eſt falſum: ergo conſequentia probatur. Sit A. calidum approximatum B calefactibili, aut in quolibet inſtanti ſuæ præſentiæ intēdit calorem in parte ſibi propinquiore aut non, ſi ſic ergo illa alteratio eſt continua, ſi non, ergo agit in paſſum ſibi approximatum.

¶Reſpondeo, negatur conſequentia. Ad probationē dico, quòd per aliquod tempus diſponit paſſum ad calorem, & in vltimo inſtanti illius intenditur calor magis quam prius, & ſic ſucceſſiue.

Contra iſtam reſponſionem arguo ſic, per te paſſum diſponitur in tempore, ſed diſpoſitio eſt alteratio: ergo aliqua alteratio eſt in tempore, & ſic habetur propoſitum.

¶Reſpondeo, dico primò quòd agens ad hoc quòd inducat ſecūdas qualitates, prius diſponit ſubiectum per primas, & ſimiliter antequam inducit iſtas diſponit ſubiectum per raritatem, & denſitatem, quæ conſequuntur motum localem. Motus ergo localis, qui poteſt eſſe continuus, eſt diſpoſitio ad raritatem, & denſitatem, quæ vel cauſantur, vel intenduntur in vltimo inſtanti temporis menſurantis motum localem, quo partes fuerint diſtantes.

Contra, quando lapis duriſſimus calefit, non oportet ipſum rarefieri: ergo raritas non eſt diſpoſitio neceſſaria ad calorem.

Reſpondeo negatur antecedens, quia ſicut calefit ſecūdum exteriores partes, ita etiam rarefit ſecundum partes propinquas ſuperficiei.

*Experiare à vir in genere prædicta de intenſione.*

¶Dico tamen quòd raritas non eſt neceſſaria diſpoſitio ad lumen, ſed ipſū præcedit motus localis.

Sexto ille qui approximat manum igni, experitur quòd quandiu tenet eam in eadem proximitate continuè magis, ac magis calefit, ergo in tempore.

Reſ-

Digitized by Google

*eſſe minoris dubitatio-nis longeq; maius periculũ ineſſe contraria doctrina, quam more garriẽtium, & vacãtiũ ſophyſtarũ quidam aſſeruat.*

¶Reſpondeo, negatur antecedens, nullus enim experitur illud augmẽtum eſſe continuum, quia nullus experitur quamlibet partem temporis, immo aliqua eſt ita modica, quæ non percipitur diſtinctè, & ita etiam de motu locali, vnde nullus eſt certus, an inter duas intenſiones caloris inſtantaneas lapſum ſit tempus. Et ſic eſt finis huius maximæ, & difficillimæ quæſtionis.

*Additio quæ eſt ſolutio argumentorum recentiorum per M. Mauritium de Gregorio.*

*In hac 17. Diſtinct. & duabus quæſtionibus ſequẽtibus cõfutantur hæreſes damnatæ, vt in noſtro Commentario in text. Magiſtri, & confutantur etiam hæreſes, quæ ſunt in Abecedario, & in Ethimologijs hereſum, & confutantur ſimilitèr Idolatriæ, vt in Abecedario Idolorum in principio vide ibi. litt. A. C. & H. Et ẽt confutantur falſæ Theologiæ Fænicum, Egyptiorum, Græcorum, Atlãticorum, Frigiorum, Gentium, &c. ab Euſebio in primo, ſecundo, tertio. & quarto de præparatione Euangelica contra Theologiam fabuloſam Poetarum antiquorum.*

*Loca ſoluẽtia argumẽta aduerſariorum Magiſtri Mauritij vltra commentaria textuũ & loca cõtra hæreſes, &c.*

*Ex cõcluſionibus, probationibus, & ſolutionibus argumentorum Capræoli ſoluuntur argumenta Vulpes, & aliorum recẽtiorum facile, vt facit Ariſt. ad argumenta Antiquorum, quod veritatis cognitio dubiorum eſt ſolutio, & cum Cardinali Bellarmino dicente in libro de Scriptoribus Eccleſiaſticis de Ioanne Capræolo, quòd Io. Capræolus ſit defenſor Egregius Sancti Thomæ, & optimè diſſoluit omnia argumenta aduerſariorum, dicunt verba formalia Bellarmini, ergo ſi optimè diſſoluit per Bellarminum ſunt ſoluta argumenta cum his doctrinis hic: Sicut ſoluit Ariſtotelis cõtra antiquos dicendo in 3. de Cœlo veritatis cognitio, dubiorum eſt reſolutio.*

*Reſpondetur ſecundo, cum Cardinali Sarnano Franciſcano doctiſſimo, cum decimaſexta, concordantia, & ſimilitèr cum decimaquinta concordantia Bonæherbę.*

*Argumenta verò Vaſquez, Valentiæ, Molinæ, Suarez, &c. quia colliguntur, & ſoluuntur, clarè, diſtinctè, & breuitèr à Ripa, à Nazario, à Conſales, à Nauarretto, à Zenardo, clarè, & diſtinctè præcipuè à Montagnolo, in prima parte D. Th. q. 20. de amore Dei, & ſecunda ſecundæ de ipſa charitate ſecundum ſe.*

*Vide noſtram expoſitionẽ Mag. Petri Lombardi aperientem mentem huius materiæ in folio 60. & infra hic pro 3. reſponſione Vulpis.*

## DISTINCTIO. XVIII.

### *Quæſtio. I.*

IN diſtinct. 18. queritur. Vtrum donum ſit propriũ nomen Spiritus ſancti.

Pro quæſtione hæc eſt prima cõcluſio. Donũ põt accipi eſſentialiter, & perſonaliter. Prima pars probatur. Illud q̃ cõuenit eſſentię diuinę, eſt quid eſsẽtiale, ſed donũ cõuenit eſſentiæ, quia vt inquit Hilarius. 8. de Trinit. eſsẽtia diuina eſt donũ, q̃ pater dat filio: ergo Secunda pars prabatur. Nã de ratione doni ęſt, q̃ detur ab aliquo, ſi ergo accipiatur donũ, ſecundùm quòd eſt alicuius dantis per originem, ſic dicitur perſonaliter, quia vt ſic dicit relationem originis ad id à quo datur. Donum verò eſſentialiter acceptum dicitur eſſe alicuius per identitatem, & non per originem.

*Concluſio* II. Donum acceptũ perſonaliter eſt proprium Spirit. ſanct. Hanc probat. 1. q. 37. art. 2. Donum acceptum perſonaliter eſt proprium illi perſonæ, quæ procedit in ratione primi doni, ſed Spiritus ſanctus eſt huiuſmodi: ergo quia procedit, vt amor, amor autem eſt primum donum, cum quicquid aliud donat quis alicui ſit ex amore.

Contra probationem arguit Aureo. Si Spiritus ſanctus procedit vt amor, ſequitur, quod ex vi ſuæ proceſſionis ſit beatus, cum amor in diuinis ſit beatificatiuus, ſed ex vi ſuæ proceſſionis non eſt beatus, immo ex ea habet tantum quòd ſit Spiritus ſanctus ergo.

*Aureol. his art. 1.*

¶ Reſpondeo, vt inquit S.D. 1. diſtinctio. 10. articul. 1. ad quartum. Amor poteſt accipi eſſentialiter notionaliter, & perſonaliter. Si eſſentialiter talis eſt

bea-

Digitized by Google

beatificatus, vnde de hoc amore loquẽdo conceditur conſequentia, ſed non eſt contra nos qui non dicimus. Spiritum ſanctum procedere per modũ talis amoris. Si accipiatur notionalitèr idem eſt, quod communis ſpiratio. Si perſonalitèr eſt ipſa perſona. Spiritus ſanctus, & de amore his duobus modis accepto negatur conſequentia.

Secundò ſi Spiritus ſanctus eſt amor, ſequitur quod ſit id, quo omnia bona donantur, ſed hoc eſt falſum, quia tunc haberet ſpecialem efficientiam ſuper creaturas: ergo, Spiritus ſanctus non eſt amor.

¶ Reſpondeo, negatur minor. Ad probationem negatur conſequẽtia, quia in diuinis eſt tantum vna cauſalitas, ſed bene ſequitur, quod ſit ratio proceſſionis cuiuslibet creaturæ. Cum enim Deus producat creaturas per intellectum, & voluntatem, de ratione primi principij eſt, quod præconcipiat formam creandorum, & ſic oportet, quod producat Verbum, & ſimilitèr de ratione eius eſt, quod amat præconcepta, quòd eſt ſpirare amorem.

Contra cõcluſionem arguitur primò. Nullum ens rationis, & includens creaturas, eſt conſtitutiuum diuinæ perſonæ, ſed donum eſt huiuſmodi, cum enim detur creaturis includit eas, vt terminum, & habet ad eas reſpectum rationis.

*Reſpectus rationis quo modo dicat. eſſe conſtitutiuum diuinæ perſonæ.*

Reſpondeo, primò, quòd licet nullus reſpectus rationis conſtituat diuinam perſonam, poteſt tamẽ aſſequi formale conſtitutiuũ eius, eo ꝙ tale conſtitutiuũ non poteſt à nobis intelligi, niſi cointellecto reſpectu rationis. Et non ſolum hoc accidit in conſtitutiuis perſonarum, ſed etiam in eſſentialibus, conſtat enim, quod intellectio creaturarum eſt quid eſſentiale, & tamen dicit habitudinem ad creaturas.

*Donum cõſtituit Spiritum San.*

Dico ſecundò, quòd donum cõſtituit perſonam, Spiritus ſanctus, & in obliquo dicit reſpectum rationis, eſt enim donum id quod eſt aptum donari creaturæ, & hoc conueniebat Spiritui ſancto ab æterno. Ille tamen reſpectus rationis non intrat conſtitutionem diuinæ Perſonæ.

Secundò nulla perſona diuina refert ad ſe ſua proprietate perſonali, ſed Spiritus ſanctus refertur ad ſe, vt eſt datus, quia poteſt dare ſeipſum: ergo per hoc non conſtituitur.

¶ Reſpondeo, primò quòd eſt differentia inter donum, & datum, quia datum conſignificat tempus, donum autẽ non, quia eſt nomen. Itẽm donum addit liberalitatem ſuper datum, nam donum eſt datio liberalis, item datum importat actionem in actu. Donum verò dicit aptitudinem ad dandum.

*Dare eſſentialitèr, & notionalitèr accipitur.*

¶ Dico ſecundò, quò dare, poteſt accipi eſſentialitèr, & ſic conuenit Spiritus ſanctus, & dare ſic acceptum non dicit relationem realem, ſed rationis ad id ꝙ datur. Alio modo accipitur notionalitèr, & ſic dicit relationem realem ad datum. Spiritus ſanctus ergo refertur ad ſe relatione rationis, vt eſt datus eſſentialitèr, non autem, vt eſt datus perſonalitèr, ſed vt ſic refertur ad Patrem, & Filium.

Sequitur ex dictis, quòd proceſſio Spiritus Sanctus eſt donatio, non tamen propriè poteſt dici datio, quia datio dicit actualem reſpectum rationis ad creaturas, proceſſio autem Spiritus ſanctus eſt æterna, vnde cum non habuerit ab æterno illum reſpectum rationis, datio dici non poteſt, donatio autem non dicit illum reſpectum niſi aptitudinalitèr.

*Additio quæ eſt ſolutio argumentorum recentiorum per M. Mauritium de Gregorio.*

*In hac 18. diſt. & vnic. qu. cõſutãtur hereſes dãnatæ, vt in noſtro Cõment. in text. Magiſtri, & confutantur etiam hæreſes, quæ ſunt in Abecedario, & in Ethimologijs hæreſum, & confutantur ſimilitèr Idolatriæ, vt in Abecedario Idolorum in principio vide ibi lit. D. & S. Et etiã cõſutãtur falſæ Theologiæ Fænicũ, Egyptiorũ, Græcorum, Atlanticorum, Frigiorum, Gentium, &c. ab Euſebio in primo, ſecundo, tertio, & quarto de præparatione Euangelica contra Theologiam fabuloſam Poetarum antiquorum.*

*Loca ſolutia argumẽta aduerſariorum Magiſtri Mauritij vltra commentaria textus loca contra hæreſes. &c.*

*Ex cõcluſionibus, probationibus, & ſolutionibus argumẽtorũ Capræoli ſoluũtur argumenta Vulpes, & aliorum recentiorum facile, vt facit Ariſtot. ad argumenta Antiquorum quod veritatis cognitio dubiorum eſt ſolutio, & cum Cardinali Bellarmino dicente in libro de Scriptoribus Eccleſiaſticis de Ioanne Capræolo, quòd Io. Capreolus*

Digitized by Google

*lus ſit defenſor Egregius Sancti Thomæ, & optimè diſſoluit omnia argumenta aduerſariorum: dicunt verba formalia Bellarmini, ergò ſi optimè diſſoluit per Bellarminum ſunt ſoluta argumenta cum his doctrinis hìc: Sicut ſoluit Ariſtotelis cõtra antiquos dicendo in 3. de Cœlo veritatis cognitio, dubiorum eſt reſolutio.*

*Reſpondetur ſecundo cum Cardinali Sarnano Franciſcano doctiſſimo, cum decimaſeptimà concordantia, & ſimiliter cum decimaſexta concordantia Bonæherbæ.*

*Argumenta verò Vaſquez, Valentiæ, Molinæ, Suarez, &c. quia colliguntur, & ſoluuntur, clarè, diſtinctè, & breuitèr à Ripa, à Nazario, à Conſales, à Nauarretto, à Zenardo, clarè, & diſtinctè præcipue à Montagnolo, in prima parte D.Thom. quæſt. 36. de pertinentibus ad nomen Spiritus ſancti, & quæſt. 8. de nomine Spiritus ſancti q eſt donũ.*

*Vide noſtram expoſitionem Petri Lombardi aperientem mentem huius materiæ, vt in folio 60. hic, & infra pro 3. reſponſione Vulpes.*

## DISTINCTIO. XIX.

### *Quæſtio.* 1.

CIRCA decimanonã diſtinctionem quæritur primo. Vtrum vna Diuina Perſona ſit in alia.

Pro quæſtione hæc eſt prima concluſio. Eſſentia Diuina eſt ratio quod vna Perſona ſit in alia. Hanc probat S. Doct. 1. quæſt. 2. artic. 6. per hoc quia eadem eſſentia numero eſt in omnibus Perſonis Diuinis.

*† Aureo. hic art. 1.*

Contra arguit Aureol. † primo. Vna perſona eſt in alia, ſicut ſubſiſtens in ſubſiſtente, vt dicit Auguſt. de fide ad Petrum cap. 2. ſed eſſentia non eſt in in perſonis ſicut ſubſiſtens: ergo non eſt ratio vni perſonæ, quàm ſit in alia.

¶ Reſpondeo, negatur conſequentia, nam corpus meum eſt mihi ratio, quod ſim in loco dimenſiuè, & tamen ſum in loco ſicut ſubſiſtens in ſubſiſtente, corpus autem meum non ſic, & multa alia exempla dari poſſent.

Secundò, iſta conſequentia non valet: eſſentia Filij eſt in Filio, Filius eſt ſua eſſentia: ergo Filius eſt in Filio, vel ſic: ergo Filius eſt in eſſentia: ergo nec illa cõſequentia valet quam facit S. Doct.

Reſpondeo, negatur conſequentia vltima. Vnde dico primo, quod iſta præpoſitio importat diſtinctionem, & ideo nulla res poteſt dici eſſe in alia niſi ſit ab ea diſtincta re, vel ratione, Filius autem nullo modo diſtinguitur à ſe, ideo iſta non conceditur, Filius eſt in Filio,

*Forma eſt in habente formam, & non econuerſo.*

¶ Dico ſecundò, quod forma poteſt dici eſſe in non habente formam, & non è cõtrario, vnde dicitur, quod Deitas eſt in Deo, nõ autem quod Deus ſit in Deitate. Similitèr natura poteſt dici eſſe in ſuppoſito, & non econtra, vnde dicitur, quod Deitas eſt in Patre, & non tamen dicitur, quod Peter ſit in Deitate, vel in diuina eſſentia. Et propter hoc non conceditur, quod Filius ſit in eſſentia, prædicta eliciuntur à S.D. diſt. 33. quęſt. 1 art. 3. ad primum. Et diſt. 19. quæſt. 3. artic. 2 ad tertium.

*Scotus hic quæſt. 2.*

Contra eandem arguit Scotus. Illa proprietas, quæ conuenit eſſentię inquãtum eſt communicabilis, non conuenit perſonis ratione eſſentiæ, ſed eſſe in alijs conuenit eſſentiæ inquantum eſt communicabilis: ergo non conuenit perſonis ratione eſſentiæ, maior probatur. Id quod conuenit ſuppoſitis, vt incommunicabilia ſunt, puta generare, & generari non conuenit ipſi eſſentiæ: ergo quod conuenit eſſentiæ, vt communicabilis, non conuenit perſonis per eſſentiam.

¶ Reſpondeo, primò negatur maior, quia talis proprietas poteſt conuenire perſonis, licet alio modo, ſicut eſſe in loco conuenit corpori, quia eſt quãtum, & ratione corporis conuenit animæ, quæ non eſt quanta, ſed alio modo conuenit animæ quàm corpori.

¶ Ad probationem negatur conſequẽtia, quia proprietates ſuppoſitorum non conueniunt ſic naturæ ſicut econtra. Nã Sortes eſt vnius ſpeciei cum Platone ratione naturæ humanæ, quæ eſt vna ſecũdum ſpeciem propter ſuam communitatem, non tamen natura humana ſubſiſtit ſicut ſuppoſita.

¶ Dico ſecundò, quod poſſet concedi conſequentia qua probatur maior, ſed negandum eſt antecedens, quia aliquę pro-

proprietates ſuppoſitorum conueniunt eſſentiæ, licet alio modo. Nam hoc prędicatum perſona dicitur de Patre vt eſt incommunicabile; & tamen quia Pater eſt perſona, conceditur etiam, quod diuina eſſentia eſt perſona, immo quòd eſt tres Perſonæ.

*Concluſio II.* Relatio eſt ratio, quod vna perſona ſit in alia. Hanc probat vbi ſuprà ſic. Id quod includitur in formali ratione alterius eſt ratio, quòd id cui conuenit ſit in alio, ſed relatio eſt huiuſmodi: ergo quia includitur in formali ratione relationis ſibi oppoſita.

Ex quo patet quod relatio, eſt ratio, quod vna perſona ſit in alia ſecundum intellectum, & non ſecundum eſſe, vt imponit Aureol. falsè S. D.

Contra arguit Henricus. Si vna perſona eſt in alia, & econtra ratione relationis, & ratione eſſentiæ, ſequitur quòd idem ſit continens, & contentum primò, & per reſpectũ eiuſdem, cuius oppoſitũ dicit philoſophus, quarto phyſic. † ergo vna perſona non eſt hoc modo in alia, conſequentia probatur. Id quod ſecundum ſe totum continetur in alio, & ecõtra eſt continens, & contentum reſpectu eiuſdem primò, & per ſe, ſed ſic eſſet in propoſito, quia in perſonis nihil eſt niſi eſſentia, & relationes, ſi ergo vna perſona eſt in alia, & econtra quantum ad eſſentiam, & quantum ad relationem, ſequitur quod contineat eam, & contineatur ab ipſa ſecundum ſe totam.

† Tex. 24.

Reſpondeo, negatur conſequentia, quia ad hoc, quod aliud ſit in alio per ſe primò non ſufficit, quòd ſit in eo ſecundum quodlibet ſui, ſed oportet, quod ſecundum quodlibet ſui ſit in eo, & eodem modo.

¶Dico ſecundò, non eſſe inconueniẽs aliquid eſſe primò, & per ſe continens, & contentum reſpectu eiuſdem ſi ſit ibi diuerſus modus continentiæ, nam forma lapidis continet ſuam materiam primò, & per ſe, & tamen primò, & per ſe eſt in illa materia. In propoſito Filius eſt primò, & per ſe in Patre ſicut Verbum in dicente. Et Pater eſt primò, & per ſe in Filio, ſicut originans in originato.

*Quid ſit eſſe in alio per ſe primò.*

Dico tertiò, quòd vna perſona eſt in alia ſecundum eſſe ratione eſſentiæ, & ſecundum intellectum ratione relationis.

Ex quo patet, quòd non continetur, & continet primò, & per ſe quantum ad hæc, quia non eodem modo ſecundum vtrumque, quamuis continentia impropriè attribuatur in diuinis.

Contra eandem arguit Durandus † primo. Relatio eſt ratio, quod vna perſona alteri opponatur: ergo non eſt ratio, quod vna ſit in alia.

† *Durand hic q. 19.*

¶Reſpondeo, negatur conſequentia, de eſſe in alio ſecundum intellectum in oppoſitis relatiuè, quia vnum relatiuorum eſt de intellectu alterius.

Secundò. Id quod continet aliud, ſe habet in plus quam id quòd continetur, ſed pater ſe habet aliquo modo in plus ratione ſolius eſſentiæ: ergo ſola eſſentia eſt ratio quòd vna perſona ſit in alia.

¶Reſpondeo, negatur maior, niſi loquamur de inexiſtentia locali, vel partiali, nam ſpecies continet genus actu, non tamen ſe habet in plus quam genus, & maximè eſt falſa de continentia per identitatem, qualis eſt in propoſito ratione eſſentiæ.

*Concluſio III.* Originatio eſt ratio, quòd vna perſona ſit in alia. Hanc probat vbi ſupra, quia verbum eſt in dicente, & ecõtra, & ſimilitèr eſt amor in amãte, & econtra.

Contra arguit Aureol. † primo. Nullus modus quo vna perſona eſt in alia dicit formalitèr imperfectionem, ſed eſſe in alia ſicut Verbum in dicente, & amor in amante dicit imperfectionem: ergo, minor probatur. Modus quo Verbum eſt in dicente, & amor in amante, & ecõtra, eſt eſſe in alio, ſicut principiatum in principio, & econtra, ſed iſte modus eſſendi ineſt imperfectus, vt dicitur Comment. 4 phyſ. comm. 24. ergo.

† *Aureol. vbi ſupra.*

Reſpõdeo. Primò quòd iſte modus attribuitur Deo, quantum ad id quòd eſt pfectionis, excluſa omni imperfectione, perfectionis aũt eſt quòd principiatũ eſt ſimile ſuo principio quantum ad formã ſaltem ſecundum analogiam.

¶Dico ſecundò, quòd modus quo vna perſona eſt in alia ſecundum originem non propriè reducitur ad modum quo principiatum eſt in principio, ſed ad modum quo vnum relatiuum eſt in alio, nam originans, & originatum ſunt relatiua, vt dicit S. D. præſenti diſtin. quæſt. 3. artic. 2. ad 1.

¶Dico tertiò, quòd modus quo Verbum eſt in dicente, & amor in amante, eſt, valde proprius, & perfectus.

Secũdò, ſi Pater eſt in Verbo, hoc eſt maximè, quia dixit ſe Verbo, ſed dicit



Digitized by Google

omnem creaturam Verbo: ergo ſequitur, quod omnis creatura ſit eodem modo in Verbo ſicut, & Pater.

*Tripliciter aliquid eſt in verbo.*

¶ Reſpondeo, tripliciter aliquid eſt in Verbo, vno modo vt dictum Verbo, & ſic omnis creatura eſt in eo, quamuis ipſum non adæquet ſicut facit Pater. Alio modo ſicut cointellectum in intellecto. Tertiò ſicut duo ſuppoſita eiuſdem naturæ, & ſic nulla creatura eſt in verbo.

## QVAESTIO. II. 19. *Diſt.* 1. *Sent.*

Q*Væritur ſecundo*. Vtrum Diuinis Perſonis ſit æqualitas.

Pro quæſtione, hæc eſt prima concluſio. Omnes Perſonæ Diuinæ ſunt æquales. Hanc ſic probat 1. quæſt 42. art. 1. Nulla perſona Diuina eſt maior, aut minor alia: ergo ſunt æquales.

*Aureol. hic q. 2.*

Contra rationem, & concluſionem arguit Aureol. primo. † Ad æqualitatem requiritur commenſuratio, ſed vna perſona non commenſuratur alteri: ergo vna non eſt æqualis alteri. Sequitur ex iſta ratione, quod negatio maioritatis, & minoritatis non ſufficit ad æqualitatem maiorem. probat. Habitudo vnius quãtitatis ad aliam eſt commenſuratio, quia quantitas eſt menſura. ſed æqualitas eſt habitudo vnius quantitatis ad aliã: ergo.

Reſpondeo. Primò non dicimus, quod æqualitas ſit negatio, ſed quod eſt relatio fundata ſuper vna quantitate ad quam ſequitur talis negatio.

¶ Dico ſecundò, quod æqualitas quãtum ad rationem generis eſt commenſuratio, vt dicit S. D. præſenti diſt. art. 1. ad quartum. In diuinis autem non eſt æqualitas ratione generis, & ideo nec cõmẽſuratio, quia cõmenſuratio requirit duas quantitates, quæ commenſurantur. In diuinis autem eſt tantum vna quantitas, ſicut & vna eſſentia.

*Aequalitas in diuinis ẽ relatio, duorum ſuppoſitorum habẽtium eandẽ numero quãtitatem.*

¶ Dico tertio quod æqualitas in diuinis non eſt habitudo inter duas quãtitates, nec inter duo quanta, ſed eſt relatio duorum ſuppoſitorum habentium eandem numero quantitatem.

*Concluſio II.* Aequalitas diuinarum perſonarum fundatur ſuper eſſentia Diuina, vt habet rationem quantitatis virtualis. Hanc ponit vbi ſupra, ad primum.

Pro notitia huius concluſionis ſuppoſitis illis, quæ ibi dicit S. D. Dico primo, quod identitas, & ſimilitudo, & æqualitas Diuinarum perſonarum ſunt eadem re, & diſtinguntur ſola ratione. Cuius ratio eſt quia habent idem fundamentum, vt dicit 1. diſtinct. 19. artic. 1. immo hoc accidit etiam in creaturis, nam Sortes, & Plato ſunt idem in ſpecie humana, ſunt etiam in ea ſimiles, & æquales, licet identitas, & ſimilitudo, & æqualitas ſint diuerſarum rationum. Et loquor hic de æqualitate, & ſimilitudine largo modo, quia ſtrictiſſimè eſt ſimilitudo tãtum in qualitatibus, & æqualitas in quãtitate forma enim ſubſtantialis ſecundũ, quod innuit modum qualitatis, quæ cõſiſtit in hoc quod eſt habere diuiſibilitatem, aut intrinſecam, puta continuam, aut diſcretam, aut extrinſecam, quæ attenditur ſecundum numerum obiectorum, in quæ aliquid poteſt dicitur fundare æqualitatem.

¶ Dico ſecundò, quòd identitas non requirit neceſſariò diſtinctionem ſuppoſitorum, nam Sortes eſt idem ſibi ipſi, æqualitas autem, & ſimilitudo neceſſariò requirunt plura ſuppoſita.

¶ Dico tertio, quod ſimilitudo, & æqualitas non neceſſariò requirunt vnitatem in numero illius, ſuper quod fundatur, ſed identitas requirit vnitatem eſſentiæ ſecundum numerum ſi ſit identitas ſimpliciter. Si verò ſit identitas, ſecundum quid, vt eſt identitas ſpeciei, aut generis requirit identitatem ſecundum quid, puta quod non ſint plures, aut plura genera.

Arguit Aureol. quod iſtæ relationes ſint eiuſdem rationis, quia habent idem fundamentum. Ad quod Patet reſponſio ex prædictis.

*Concluſio III.* Licet quælibet perſona procedẽs æquetur ei à qua, vel à quibus procedit, non tamen econtra. Hanc probat vbi ſuprà, ad tertium. Quæcunq; perſona diuina æquatur alteri accipit ab ea æqualitatem, ſed perſona producens non accipit æqualitatem ab ea, quam producit: ergo, & ſic patet ſecunda pars concluſionis, prima verò probatur per Auguſt. 6. de Trinit. imago ſi perfectè implet id, cuius eſt imago, ipſa coæquatur ei, & non illud ſuæ imagini.

*† Aureol. vbi ſupra.*

Contra arguit Aureol. † Vna linea æquatur alteri lineæ, & tamen non accipit ab ea æqualitatem: ergo licet vna perſona non accipiat ab alia æqualitatẽ, poteſt ei æquari.

¶ Reſpondeo, primò negatur conſequen-

Digitized by Google

quentia, quia æqualitas non dicitur vniuocè in Deo, & in creaturis.

¶ Dico ſecundò, quòd de ratione eius quod alteri æquatur, non eſt quòd accipiat ab eo æqualitatem, ſed oportet, quod acquirat tantam quantitatem, quantam illud prius habebat. In Diuinis autem vna perſona non accipit niſi ab ea à qua originatur, & ideo non dicitur alicui perſonæ æquari, niſi originetur ab ipſa.

Secundò. Sicut ſe habet lucere ad lucem, ſic ęquari ad ęqualitatem, ſed lucere eſt ipſa lux poſita in exercitio lucendi: ergo æquari eſt æqualitas poſita in actu coæquandi, ſed pater eſt ita in actu ęquandi cum filio, ſicut filius cum patre: ergo æquatur filio.

¶ Reſpondeo, negatur maior. Sed ſic ſe habet æquari ad æqualitatem, ſicut albari ad albedinem, quod verbum dicit motum ad albedinem, & acceſſum ad eam.

## QVÆSTIO III.

### *Diſtinct. 19. prim. ſent.*

QVæritur tertiò. Vtrum veritas ſecundum ſuam rationem formalem ſit in intellectu, vel in rebus.

Pro quæſtione hæc eſt prima concluſio. Veritas eſt tantum in intellectu principaliter, in rebus autem, vt comparantur ad intellectum. Hanc probat. 1. queſt. 16. art. 1. Id ad quod terminatur primò actus intellectus, eſt principaliter in intellectu, quia nihil cognoſcitur niſi, vt eſt in cognoſcente, ſed intellectio primò terminatur ad verum: ergo.

Corollarium. Res naturales dicuntur veræ in comparatione ad intellectum Diuinum, & res artificiatæ in comparatione ad intellectum noſtrũ, probatur: Res dicuntur veræ in comparatione ad intellectum: ergo dicuntur veræ ex reſpectu ad illum, ad quem per ſe comparantur, quia iudicium rei ſumitur ex his, quæ per ſe illi conueniunt, ſed res naturales per ſe comparantur ad intellectum Diuinum, cum ab ipſo dependeat, & ſimiliter res artificiatæ per ſe comparantur ad noſtrum à quo dependent: ergo.

*Aureo. hic. q. 1. Vtrum res ſint veræ per reſpectum ad intellectum.*

Contra arguit Aureo. † primo. Veritas rerum apprehendi poteſt, non apprehenſo reſpectu earum ad intellectum: ergo non ſunt veræ ex tali reſpectu, antecedens probatur. Relatio non poteſt cognoſci, niſi cognitionis terminus, ſed nõ cognoſcimus intellectum Diuinum: ergo non cognoſcimus ordinem rerum ad ipſum.

Reſpondeo, negatur antecedens ab Auguſt. 12. confeſſionum, & 9 & 12 de Trin. vbi dicit quòd ſecundum veritatẽ Diuinam de omnibus iudicamus.

¶ Ad probationem dico, quòd intellectus Diuinus poteſt dupliciter cognoſci. Vno modo in ſeipſo, vt cognoſcitur à beatis, & ſic negatur maior, quia non oportet hnc modo cognoſcere extrema ad cognoſcendum relationem. Alio modo aſpiciendo ad lumen naturale noſtrum, quod eſt quędam participatio diuini luminis, & ſic negatur minor à S. D. 1. q. ar. 5.

Secundò, Deo conuenit veritas, cum ſit perfectio ſimpliciter, ſed non conuenit ei ex reſpectu: ergo, minor probatur veritas non conuenit Deo ex reſpectu reali, alioquin eſſent plures relationes reales in Deo, quam relationes perſonarum, neque ex reſpectu rationis: alioquin circunſcripto omni actu rationis Deus non eſſet veritas.

¶ Reſpondeo dico tria. Primo, quòd non dicimus veritatem eſſe relationem vt patebit in tertia concluſione.

¶ Dico ſecundò, quòd veritas rei eſt eius entitas cum reſpectu rationis ad intellectum, ita quòd formalis ratio veritatis in tali reſpectu completur. Vnde hoc nomen veritas ſignificat abſolutum cum tali reſpectu, ſupponit vero tantum pro re abſoluta.

¶ Dico tertiò, quòd circunſcripto omni actu rationis Deus eſt veritas, quia eſt id quòd ſupponitur tale nomen non tamen concipitur à nobis ſub ratione veritatis, & ex conſequenti tali nomine non nominaretur, quia dum concipitur Deus ſub ratione veri, concipitur entitas Diuina, quæ eſt, abſoluta, ſed in ordine ad intellectum. Et ſic intelligitur abſolutum relatiuè. ſ. in quodam conceptu, qui repræſentat i eum, & reſpectum eius ad intellectum, cui eſt conformis. ſ. ad intellectum ſuum. Veritas ergo diuina eſt eſſentia, & intellectus diuinus, ſed addit ad ea reſpectũ rationis ſicut et Deus non intelligitur, vt Vnus niſi concipiatur ſub negatione diuiſionis. Ille aũt reſpectus rationis non eſt in Deo ſecundum rem, ſed ſecundum rationem.

*Veritas diuina eſt eius eſſentia cum reſpectu.*



Digitized by Google

Ex his patet ad argumentum, concluditur enim, quòd circunſcripto illo reſpectu, Deus eſt res quæ ſupponitur per hoc nomen veritas, & hoc conceditur, non tamen quòd concipiatur ſub ratione veri.

*Durandus hic q. 6. & Herueus q. 3.*

Contra eandem arguunt Durandus † & Herueus, † quòd verum ſit tantum obiectiuè in intellectu, & non formaliter primò. Verum eſt obiectum intellectus, & eſt ens rationis: ergo non eſt in intellectu formaliter, antecedēs pro prima parte patet, ſecunda eſt. 6. meta. † vbi diuiditur ens in ens verum quod eſt in anima, & in ens reale, conſequentia probatur, quia obiectum potentiæ non eſt in ea, & ens rationis nullibi eſt ſubiectiuè.

*Tex. 4.*

Reſpondeo, & dico primò, quòd eſt obiectum adæquatum intellectus, & verum eſt ſua paſſio, conſequens obiectum, vt eſt intellectum in actu. Id autē quod eſt obiectum: hoc modo poteſt eſſe formaliter in intellectu, & includere in ſua ratione aliquid factum per intellectum.

*Vtrum verum ſit tātum obiectiuè in intellectu.*

¶ Dico ſecundò quòd verum intellectus non eſt relatio, ſed ſpecies intelligibilis, aut actus aut conceptus cum reſpectu cōformitatis ad rem intellectam. Illa autem ſpecies, vel actus, vel conceptus eſt ſubiectiuè in intellectu, licet ille reſpectus ſit ens rationis, res autem ad extra eſt in anima per talem ſpeciem, & eſt intellecta per eam.

Ex quo patet, quòd idem eſt dictu, res eſt primò vera, vt eſt in intellectu obiectiuè, & res eſt primo vera vt intellecta eſt etiam intellectus eſt primo verus. Verum enim eſt terminus actus cognoſcitiui, ille autē terminus principaliter eſt in intellectu de veri. q. . artic. 2. Item verum dicit conformitatem in eſſe cognito .i. quòd res cognoſcatur ſicut eſt, res autem vt eſt ad extra eſt cognoſcibilis in potentia, vt autē eſt in intellectu per ſpeciem eſt cognita in actu, vel habitu ſed id quod eſt cognitum in actu eſt principalius verum, quam id quòd eſt cognitum in potentia; ergo verum eſt prius in intellectu.

Ex his ad argumentum negatur antecedens. Verum enim non eſt obiectum intellectus, ſed paſſio obiecti, vt ſupra diximus diſt. 2. q. 1. nec etiam eſt ens rationis, licet eius ratio compleatur per reſpectum rationis; & ſic intelligit philoſophus.

Contra eandem arguunt alij, quòd veritas principaliter ſit in rebus ſecundum ſuam rationem formalem. Primo, veritas rei eſt cā veritatis in intellectu, ergo conſequentia patet, ex prima maxima propter quòd vnumquodque, &c.

¶ Reſpondeo, negatur conſequentia. Ad probationem dico, quòd illa maxima nō tenet in cauſis æquiuocis, & ideo rei non conuenit per prius veritas formaliter, ſed virtualiter.

Exppoſitionem illius habes ſupra di. 5. Concedo tamen, quòd veritas prius tempore eſt in re quam in intellectu, ſed ratio veritatis perfectius ſaluatur in intellectu quam in re extra, vt extra eſt.

*Vtrum veritas ſit principaliter in rebus ſecundum ſuam rationem formalem.*

Secundò, veritas intellectus eſt ſignū veritatis rei: ergo conuenit rei per prius conſequentia probatur, quia ſicut pulſus eſt ſignum ſanitatis in animali, ideo ratio ſanitatis per prius conuenit animali, ita eſt de veritate.

¶ Reſpondeo, negatur antecedens, quia licet id in quo fundatur ratio veritatis intellectus ſit ſignum rei, non tamen ipſa veritas intellectus eſt ſignum veritatis rei. Quando autem quæritur an veritas ſit per prius in intellectu, quam in re iſta quæſtio eſt in quo ſaluetur per prius ratio veritatis.

Tertio, res eſt manifeſtatiua ſui per eſſentiam: ergo & vera.

Reſpondeo, Si ly per dicat cauſam formalem, antecedens negatur ſi cauſam fundamentalē negatur conſequentia, quia veritas quoad ſuam rationem formalem dicit id quo formaliter res manifeſtatur, ſicut etiam pater eſt pater per generare effectum, & per paternitatem formaliter.

*Concluſio* II. Veritas vt eſt in re, dicit eſſe, vel eſſentiam rei, & cum hoc relationem fundatam in re, & terminatam ad ſimilitudinem, vel cognitionem, quæ eſt in re creata. Hanc probat præſenti diſt. q. 5. art. 1. Sicut ſe habet vniuerſale, & tempus ad ea, quibus completur ratio formalis, ita etiam veritas, ſed materiale in iſtis eſt res extra, & complementum rationis eorum eſt per actum animæ: ergo materiale veritatis rei eſt entitas extra, & formale eſt ille reſpectus.

Contra arguit Aureolus † primo. Veritas eſt perfectio ſimpliciter: ergo non includit reſpectum, conſequentia probatur, quia relatio non dicit perfectionem

*Aureo. hic. q. 3.*

nem

Digitized by Google

nem ſimpliciter, vt dicit Anſelmus.

*Aliquid poteſt include re reſpectũ dupliciter ſed eſſe, & ſecundum quod intelligitur.*

Reſpondeo, poteſt dupliciter aliquid includere reſpectum. Vno modo quantum ad eſſe id eſt, tanquam intrinſecum & conſtitutiuum ſui, & ſic conceditur conſequentia, ſed veritas rei non includit hoc modo reſpectum. Alio modo ſecundum rationem, id eſt quòd à nobis non poteſt concipi, niſi cointellecto reſpectu, & ſic negatur conſequentia: Nec ſic intelligit Anſelmus. Nam iſta nomina cognitiuum beatificatiuum dicunt perfectionem ſimpliciter, & tamen includunt hoc modo reſpectum.

Secundò, formalis ratio veritatis in negatione conſiſtit: ergo non in reſpectu, antecedens probatur. Ratio veritatis conſiſtit in ſegregatione, & puritate; ergo in negatione, antecedens patet, nã dicitur verum aurum, quod eſt ſeparatum ab omni natura extranea, id autem eſt ſegregatum ab aliquo quod non eſt cum eo.

Reſpondeo, negatur antecedens. Ad probationem dico, quòd veritas, & gradus in veritate ſumi poſſunt ex aliquo dupliciter. Vno modo primò, & per ſe, & ſic negatur antecedens quia veritas rei hoc modo ſumitur ex conformitate ad intellectum. Alio modo conſtitutiuè, & ſic conceditur totum, ſed non eſt contra nos primò enim intelligimus lapidem conformari exiſtenti in mente Diuina, quam eſſe ſegregatum ab omni alio.

*Concluſio* III. Veritas, vt eſt in intellectu non eſt relatio, ſed eſt ſpecies, aut actus, aut conceptus adæquatus rei, vel adæquans ſibi rem, ſic quod ſupponit tantum pro abſoluto, ſed includit in ſua ratione illum reſpectum, probatur ſic iſta concluſio. Primò veritas rei dicit entitatem eius cum reſpectu: ergo, & veritas intellectus dicit abſolutum cum reſpectu.

¶Secundò, ſi veritas eſt reſpectus rationis: ergo Deus non eſt veritas, hoc eſt ſalſum: ergo.

*Quomodo relatio importata per veritatem ſit realis, & rationis.*

Sciendum eſt autem, quòd quando cognitio intellectus noſtri eſt cauſa rei tunc res à cognitione dependet, & eſt relatio rationis ex parte intellectus. Quando autem cognitio cauſatur è re, tunc adæquatio eſt relatio realis ex parte intellectus, & rationis ex parte rei. Adæquatio autem in intellectu Diuino eſt ipſa Diuina eſſentia, ſuper addit autem reſpectum rationis ad rem, quæ dicitur vera, & eſt tantum vna adæquatio intellectus Diuini ad omnes res, licet ex parte rerum ſint multæ adæquationes, quia non omnia eodem modo ei conformantur.

*Concluſio* IIII. Quælibet res creata extra animam exiſtens poteſt dici vera veritate, quæ eſt formaliter in re, & hec eſt ipſa entitas rei cum reſpectu, vel vt ſubſtat reſpectui ad intellectum, & poteſt dici veritate quæ eſt Deus vera, & etiam veritate intellectus, de veri. q. 1. ar. 4.

*Additio quæ eſt ſolutio argumentorum recentiorum per M. Mauritium de Gregorio.*

*In hac 19. Diſtinct. & tribus quæſtionibus ſequẽtibus cõfutantur hæreſes damnatæ, vt in noſtro Commentario in text. Magiſtri, & confutantur etiam hæreſes, quæ ſunt in Abecedario, & in Ethimologijs hæreſum, & confutantur ſimilitèr Idolatriæ, vt in Abecedario Idolorum in principio vide ibi. litt. A. C. & H. Et ẽt confutantur falſæ Theologiæ Fenicum, Egyptiorum, Græcorum, Atlãticorum, Frigiorum, Gentium, &c. ab Euſebio in primo, ſecundo, tertio. & quarto de præparatione Euangelica contra Theologiam fabuloſam Poetarum antiquorum.*

*Loca ſolutẽtia argumẽta aduerſariorum Magiſtri Mauritij vltra commentaria textuũ & loca cõtra hæreſes, &c.*

*Ex cõcluſionibus, probationibus, & ſolutionibus argumentorum Capræoli ſoluuntur argumenta Vulpes, & aliorum recẽtiorum facile, vt facit Ariſt. ad argumenta Antiquorum, quod veritatis cognitio dubiorum eſt ſolutio, & cum Cardinali Bellarmino dicente in libro de Scriptoribus Eccleſiaſticis de Ioanne Capræolo, quòd Io. Capræolus ſit defenſor Egregius Sancti Thomæ, & optimè diſſoluit omnia argumenta aduerſariorum, dicunt verba formalia Bellarmini, ergo ſi optimè diſſoluit per Bellarminum ſunt ſoluta argumenta cum his doctrinis hìc: Sicut ſoluit Ariſtotelis cõtra antiquos dicendo in 3. de Cœlo veritatis cognitio, dubiorum eſt reſolutio.*

*Reſpondetur ſecundo, cum Cardinali Sarnano Franciſcano doctiſſimo, cum decimaoctaua, concordantia, & ſimilitèr cum decimaſeptima concordantia Bonæherbæ.*

Digitized by Google

*Argumenta verò Vaſquez, Valentiæ, Molinæ, Suarez, &c. quia colliguntur, & ſoluuntur, clarè, diſtinctè, & breuitèr à Ripa, à Nazario, à Conſales, à Nauarretto, à Zenardo, & præcipue à Montagnolo, in prima parte D. Th. de perſonis diuinis q.29.q.39.de perſonis in comparatione ad eſſentiam.*

*Vide noſtram expoſitionẽ Mag. Petri Lombardi aperientem mentem huius materiæ in folio 60. & infra pro 3.reſponſione Vulpes, ac et vide 1. 2.& 3.folium pro alijs reſpontionibus ad argumenta eiuſdem Vulpes.*

## DISTINCTIO. XX.

*Quæſtio. 1.*

IN diſt.20.quæritur vtrum potentia generandi claudatur ſub omnipotentia. Pro quæſtione hæc eſt prima concluſio. Potentia generandi nõ pertinet ad omnipotentiam ſimpliciter, probatur. Quicquid pertinet ad omnipotentiam ſimpliciter reperitur in omni perſona diuina, cum quilibet earum ſit ſimpliciter omnipotens, ſed potentia generandi non eſt in omni perſona diuina: ergo.

*Aureo. hic. q.1.*

Contra arguit Aureolus. † Omnipotentia ſimpliciter eſt reſpectu cuiuſlibet poſſibilis, ſed generare eſt quid poſſibile: ergo pertinet ad omnipotentiam ſimpliciter poſſe generare, ſiue potentia generandi.

Ex hoc infert poſtea, quòd in filio nõ ſit omnipotentia ſimpliciter, quia in eo non eſt potentia generandi.

*Omnipotentia eſt reſpectu omnium productibilium quãtũ ad eſſe.*

Reſpondeo primò, vt dicitur prima parte. quæſt.42.art.6. ad tertium, quòd omni potentia ſimpliciter eſt reſpectu cuiuſlibet abſoluti, generare autem in Diuinis non eſt abſolutum, vel vt dicit præſenti di.art.primo, ad tertiũ. Omnipotentia eſt reſpectu omnium, & etiam relatiuorum, poſſibilium produci, quantum ad eſſe, & quia nullum eſſe producitur in Diuins, ideo in illa diſtributione, quam dicit omnipotentia non includitur aliqua perſona Diuina, quia nulla talis producitur ſecundum eſſe, licet accipiat eſſe.

Contra. In perſona Diuina non eſt niſi eſſentia, & relatio, ſed relatio non poteſt eſſe terminus productionis: ergo eſſentia & eius eſſe producitur.

Reſpondeo, vt dicit de potentia. q.2. artic.5.ad 8.quòd relatio ſignificata per modum hypoſtaſis ſubſiſtentis cuiuſmodi ſunt perſonę diuinę, poteſt eſſe terminus productionis per ſe.

*Concluſio.* II. Potentia generandi pertinet ad omnipotentiam patris. Hanc probat de potentia. quæſt.2.artic.5. Id pertinet ad omnipotentiam patris, quo remoto deeſſet aliqua potentia parandi, deeſſet ipſi patri aliqua potentia: ergo, minor probatur, potentia enim generandi dicit potentiam Diuinam cum implicatione paternitatis ſcilicet: ergo patri deeſſet potentia generandi, hoc nõ eſſet ex defectu relationis, cum paternitas ſit in patre: ergo eſſet ex defectu potentiæ.

Corollarium primum. Eadem eſt potentia, qua pater generat, & qua filius generatur, probatur. Eandem numero perfectionem ſimpliciter quam habet pater habet filius: licet cum alio, & alio reſpectu, ſed potentia qua pater generat eſt perfectio ſimpliciter, quoad abſolutum quod ſignificat: ergo eadem numero eſt in filio.

Corrollarium ſecundum. Licet potentia generandi non ſit in filio, tamen quicquid eſt in patre, eſt etiam in filio, & quicquid poteſt pater, poteſt etiam filius, probatur. Quicunque habet omnia exiſtentia in patre, qui ex ſui ratione aliquid ponunt, habet quicquid habet pater, licet non habeat cum implicatione illius, quod ex ſui ratione nihil ponitur, ſed filius eſt huiuſmodi quamuis nõ habeat ea cum implicatione relationis, quæ eſt in patre, quia relatio nihil ponit ex ſua ratione.

Corrollarium tertium. Poſſibile quod eſt obiectum omnipotentiæ patris, non eſt poſſibile diſtinctum contra neceſſarium, vt Scotus putat, alioquin filius non eſſet ens neceſſarium, ſed eſt poſſibile logicum, ſcilicet cui non repugnat produci.

*Bonauent.*

Contra concluſionem arguit Bonauen. duobus mediis, quæ ſunt ſoluta diſin.7.

*Durandus hic q.1.*

Contra eandem arguit Durandus: Omnipotentia non eſt aliquid intra, ſed ad extra, cum vna perſona non ſit omnipotens reſpectu alterius, ſed po-

Digitized by Google

potentia generandi eſt ad intra, & eſt vnius perſonæ reſpectu alterius: ergo nõ pertinet ad omnipotentiam.

*Operationes diuina tripliciter producunt.*

Reſpondeo, quod operationes in Diuinis ſunt in triplici differentia. Alique enim ſunt, per quas nihil producitur, vt intelligere, & velle, & de his conceditur maior. Aliquæ ſunt, per quas producitur aliquid diſtinctum à producente eſſentialiter, vt eſt creare, & tales pertinent ad omnipotentiam ſimpliciter. Alique ſunt, per quas producitur aliquod diſtinctum à producẽte tantum perſonaliter, & iſtæ pertinent ad omnipotentiam non ſimpliciter, ſed cum additione aliqua, vt cum dicitur omnipotens genitor, omnipotens ſpirator, & huiuſmodi operationes ſunt generare, & ſpirare.

*† Aureo. vbi ſupra.*

Contra primum corollarium arguit Aureolus † primo. Potentia actiua, & paſſiua non ſunt idem numero cum differant, ſed generare pertinet ad potentiam actiuam, & generari ad paſſiuam: ergo non ſunt eadem numero.

*Potentia actiua, vel paſſiua duplex realis, & ſecundũ modũ ſignificandi.*

Reſpondeo, negatur maior de potentia, quæ non eſt actiua, aut paſſiua, niſi grammaticaliter, & ſecundum modum ſignificandi, talis enim potentia actiua, & paſſiua ſunt eadem inter ſe, & cũ actibus ſuis nec genere differunt cũ ſint extra omne genus. In his enim eadem potentia dicitur actiua, & paſſiua, cum implicatione alterius, & alterius relationis, de potentia q.3.art.9.ad quartum.

Dico ſecundò, quòd ſi etiam actus genere differunt, non oportet eis correſpõdere potentias genere differentes: quando tales actus non diſtinguuntur realiter à potentijs, nec inter ſe, vt duo abſoluta, ſed tantum relatiuè.

Secundò, poſſe negare, & poſſe generari, non eſt idem poſſe: ergo potentia, qua Pater generat, non eſt eadem cum potentia, qua Filius generatur, antecedens probatur, eſſe generantem, & eſſe genitum, non eſt idem eſſe: ergo generare, & poſſe generari non eſt idem poſſe.

Reſpondeo, primo, quod cum eſſe ſit abſolutum, & abſoluta in diuinis nõ multiplicentur, idem eſt eſſe generantis, & geniti, ſi abſolutè accipiantur. Si vero accipiãtur cum aliqua relatione erit diſtinctio nõ quidem in eſſe, ſed in eſſe hoc, vel illud, puta Patrem, vel Filium. Nam eſſe Patrem non eſt aliud quàm habere paternitatem, & eſſe Filium eſt habere filiationem. Idem dico de poſſe. Nam eadem potentia eſt in omnibus Perſonis Diuinis, licet cum alio, & alio reſpectu, huiuſmodi eſt cum dico poſſe generare, quod eſt habere potentiam generandi actiuè, poſſe autem generari eſt habere potentiam, vt generetur.

Ad argumentum dico ad antecedens, quod ly idem poteſt eſſe nominatiui caſus, & ſic negatur antecedens. Eadem enim potentia, quæ eſt ad generare eſt etiam ad generari, poteſt etiam eſſe caſus accuſatiui, & ſic conceditur antecedens, quia poſſe generare eſt poſſe habere paternitatem, & poſſe generari eſt poſſe habere filiationem, paternitas autem, & filiatio realiter diſtinguuntur. Ad probationem dico ſimiliter, quod eſſe generantem eſt eſſe patrem, & eſſe genitum eſt eſſe filium. Idem dico de dare, & accipere, ſunt enim idem neutraliter in diuinis, nec aliud habet dans, quod nõ habeat accipiens, cum quo tamen ſtat, quod dans non habet accipere, nec accipiens habet dare, quia dare, & accipere ſunt oppoſitæ relationes.

Contra probtionem ſecundi corollarij arguit Aureolus †. Id quod ex ſua ratione nihil ponit, eſt priuatio, aut negatio, ſed relatio non eſt priuatio, nec negatio: ergo aliquid ponit. *Aureol. hic q. 2.*

Reſpondeo primo, quod licet vnumquodque ſit id quod eſt per ſuam rationem formalem, quia ſicut homo eſt homo per humanitatem, ita columna eſt dextra per dexteritatem, non tamen omne quod eſt habet, quod ſit aliquid per ſuam rationem formalem, ſed aliqua habent, quod ſint aliquid per ſuum eſſe, huiuſmodi ſunt relationes. Nam illæ relationes ſunt aliquid, quæ habet fundamẽtum, & inhærent ſubiecto, illæ autem, quæ non habent eſſe in ſubiecto, ſed tantum aſſiſtunt ſunt relationes rationis.

*Relatio ex ſua ratione poſt aliquid non repugnanter.*

¶ Dico ſecundò, quòd licet relatio ex ſua ratione formali nihil ponat, non tamen habet ex ſua ratione, quòd nihil ponat cum ei non repugnet aliquid ponere, aliqua ei eſt relatio realis, nec oportet id quod ex ſua ratione nihil homo ponit eſſe negationem, aut priuationem, poteſt enim eſſe ens rationis cuiuſmodi ſunt omnes relationes rationis.

*In hac vigeſima Diſtinct. & unica queſt. cõfutantur hæreſes dãnatæ, vt in noſtro Cõmentario in text. Magiſtri.*

Digitized by Google

*Additio quæ eſt ſolutio argumentorum recentiorum per M. Mauritium de Gregorio.*

*giſtri, & confutantur etiam hæreſes, quæ ſunt in Abecedario, & in Ethimologijs hæreſum, & confutantur ſimilitèr Idolatriæ, vt in Abecedario Idolorum in principio, vide ibi litera G.O.P. Et ēt confutantur falſæ Theologiæ Fænicum, Egyptiorum, Græcorum, Atlanticorum, Frigiorum, Gentium, &c. ab Euſebio in primo, ſecundo, tertio, & quarto de præparatione Euangelica contra Theologiam fabuloſam Poetarum antiquorum.*

*Loca ſoluētia argumēta aduerſariorum Magiſtri Mauritij vltra commentaria textuū loca contra hæreſes, &c.*

*Ex concluſionibus, probationibus, & ſolutionibus argumentorũ Capræoli ſoluūtur argumenta Vulpes, & aliorũ recentiorum facile, vt facit Ariſtot. ad argumenta Antiquorum, quòd veritatis cognitio dubiorum eſt ſolutio, & cum Cardinali Bellarmino dicente in libro de Scriptoribus Eccleſiaſticis de Ioanne Capræolo, quòd Ioa. Capræolus ſit defenſor Egregius Sancti Thomæ, & optimè diſſoluit omnia argumenta aduerſariorum: dicunt verba formalia Bellarmini, ergo ſi optimè diſſoluit per Bellarminum ſunt ſoluta argumēta cum his doctrinis hìc: Sicut ſoluit Ariſtotelis cōtra antiquos dicendo in 3. de Cœlo veritatis cognitio, dubiorum eſt reſolutio.*

*Reſpondetur ſecundò, cum Cardinali Sarnano Franciſcano doctiſſimo, cum decimanona concordantia, & ſimilitèr cum decimaottaua concordantia Bonæberbæ.*

*Argumenta verò Vaſquez, Valentiæ, Molinæ, Suarez. &c. quia colliguntur, & ſoluuntur, clarè, diſtinctè, & breuitèr à Ripa, à Nazario, à Conſales, à Nauarretto, à Zenardo, clarè & diſtinctè præcipuè à Montagnolo, in prima parte D. Thom. quæſt. 42. de æqualitate, & ſimilitudine diuinarum perſonarum. Vide noſtram expoſitionem Magiſtri Petri Lombardi aperientem mentem huius materia in fol. 60. & infra hìc, pro 3. reſp. Vulp. ac etiam vide 1.2. & 3. foliū pro alijs reſponſionibus ad argumēta eiuſdem Vulpes.*

## DISTINCTIO XXI.

### Quæſtio. I.

IN diſtinctione vigeſima prima quæritur. Vtrum Deus poſſit aliquo proprio nomine deſignari.

Pro quæſtione hæc eſt prima concluſio. Nullum nomen dicitur propriè de Deo quoad modum ſignificandi, probatur primò, cōtra gent. cap. 30. Omne nomen, quòad modum ſignificandi dicit imperfectionem: ergo nullum conuenit Deo quòad modum ſignificandi dicit imperfectionē ergo nullum conuenit Deo quòad modum ſignificandi, antecedens probatur. Nam nomen abſtractū ſignificat per modum non per ſe ſubſiſtētis; ſed vt quo aliquibus eſt. Cōcreta verò ſignificant, per modum compoſitionis, non ſubſiſtere autem, & eſſe compoſitum imperfectionis eſt.

*Concluſio II.* Aliqua nota dicuntur proprie de Deo, quantum ad rem ſignificatam, & aliqua tantum metaphoricè. Prima pars probatur 1. quæſt. 13. artic. 1. Omne nomen ſignificans perfectionem ſimplicitèr, dicit propriè de Deo, cum in eo ſit omnis perfectio ſimplicitèr, ſed aliqua nomina ſunt huiuſmodi: ergo. Secunda pars patet inductiuè de hoc nomine lapis, leo, &c.

*Concluſio III.* Nullum nomen à nobis impoſitum ſignificat Diuinam Eſsētiam, vt in ſe eſt, ſed vt repræſentatur in perfectionibus creaturarum. Hanc probat prima par. quæſt. 13. artic. 1. Omne nomen à nobis Deo impoſitum ſignificat Diuinam Eſſentiam mediante conceptu creaturæ, contra nullum repræſentat eum, vt ſe eſt.

*Concluſio IV.* Nullum nomen à nobis impoſitum ſignificat Deum ſecundum ſimplicem, & proprium ei ſoli conceptum, probatur ſic. Si eſſet aliquid tale nomen maximè eſſet hoc nomē Deus, ſed hoc non, ergo minor probatur, nam hoc nomen Deus exprimit naturam Diuinam ſub hoc conceptu in complexo vniuerſalis prouiſor, vel prima cauſa, vel primus moto, conſtat autem partes iſtorum complexorum conceptiuum conuenire aliquibus creaturis.

Contra arguit Aureolus †, quando intel-

*† Aureolus hìc q. 1.*

Digitized by Google

tellectus plura attribuit alicui ſubiecto, alium conceptum habet de ſubiecto, & alium de his, quæ eis attribuit, quia attribuere idem conceptibile eidem conceptui nihil eſt attribuere, ſed intellectus theologi dicit Deum eſſe vniuerſalem prouiſorem, ens in infinitum, primam cauſam, & huiuſmodi: ergo conceptus, quem habet de hoc termino Deus, eſt alius ab omnibus iſtis alijs conceptibus.

¶Reſpondeo. Conceditur maior, & ad minorem dico, quod ille qui per hoc nomen Deus concipit hoc complexum vniuerſalis prouiſor non attribuit hoc complexum Deo, nec quærit de inhærentia eius ad hoc ſubiectum Deus, ſed benè poteſt quærere vtrum ſit in rerum natura tale habens vniuerſalem prouidentiam, & poteſt etiam quærere de inhærentia aliorum prædicatorum, puta primus motor, prima cauſa, & huiuſmodi. Si verò aliquis ſit qui attribuat omnia iſta prædicata complexa Deo, dico quòd talis non habet de hoc nomine Deo, niſi conceptum entis, & quærit poſtea vtrum alia prędicata ei conueniant conſtat autem, quod conceptus entis nõ eſt proprius Deo. Dato ergo quocunque caſu, nunquam in præſenti ſtatu habemus: conceptum ſimplicem Deo proprium quamuis conceptum complexũm eius proprium habere poſſumus, vt declaratum eſt diſtinct. 2. artic. 1.

*Concluſio V.* Nullum nomen eſt vniuocum Deo, & creaturis. Hæc patet ſupra diſtinct. 2. art. 1.

¶Et argumenta Scoti contra eam ſoluta ſunt.

**Additio quæ eſt ſolutio argumentorum recentiorum per M. Mauritium de Gregorio**

*In hac 21. diſt. & vnic. qu. cõſutãtur hereſes dãnatæ, vt in noſtro Cõment. in text. Magiſtri, & confutantur etiam hæreſes, quæ ſunt in Abecedario, & in Ethimologijs hæreſum, & confutantur ſimiliter Idolatriæ, vt in Abecedario Idolorum in principio vide ibi lit. D. & N. Et etiã cõſutãtur falſæ Theologiæ Fænicũ, Egyptiorũ, Græcorum, Atlanticorum, Frigiorum, Gentium, &c. ab Euſebio in primo, ſecundo, tertio, & quarto de præparatione Euangelica contra Theologiam fabuloſam Poetarum antiquorum.*

*Ex cõcluſionibus, probationibus, & ſolutionibus argumẽtorũ Capræoli ſoluũtur argumenta Vulpes, & aliorum recentiorum facile, vt facit Ariſtot. ad argumenta Antiquorum quod veritatis cognitio dubiorum eſt ſolutio, & cum Cardinali Bellarmino dicente in libro de Scriptoribus Eccleſiaſticis de Ioanne Capræolo, quòd Io. Capreolus ſit defenſor Egregius Sancti Thomæ, & optimè diſſoluit omnia argumenta aduerſariorum: dicunt verba formalia Bellarmini, ergò ſi optimè diſſoluit per Bellarminum ſunt ſoluta argumenta cum his doctrinis hìc: Sicut ſoluit Ariſtotelis cõtra antiquos dicendo in 3. de Cælo veritatis cognitio, dubiorum eſt reſolutio.*

**Loca ſoluentia argumẽta aduerſariorum Magiſtri Mauritij vltra commentaria textuũ loca contra hæreſes. &c.**

*Reſpondetur ſecundo cum Cardinali Sarnano Franciſcano doctiſſimo, cum vigeſima concordantia, & ſimiliter cum decimanona concordantia Bonæherbæ.*

*Argumenta verò Vaſquez, Valentiæ, Molinæ, Suarez, &c. quia colliguntur, & ſoluuntur, clarè, diſtinctè, & breuitèr à Ripa, à Nazario, à Conſales, à Nauarretto, à Zenardo, & præcipuè à Montagnolo, in prima parte D. Thom. quæſt. 13. de Nominibus Dei pertinentibus ad nomen Spiritus ſancti, & quæſt. 8. de nomine Spiritus ſancti quod eſt donũ.*

*Vide noſtram expoſitionem Petri Lombardi aperientem mentem huius materiæ, vt in folio 60. hic, & infra pro 3. reſponſione Vulpes. Ac etiam vide 1. 2. & 3. foliũ pro alijs reſponſionibus ad argumenta eiuſdem Vulpes.*

## DISTINCTIO. XXII.

*Quæſtio. 1.*

In diſtinctione vigeſimaſecunda quæritur Vtrum hoc nomen perſona: ſit primæ, vel ſecundæ impoſitionis.

Pro quæſtione hæc eſt prima concluſio. Tam prima, quàm ſecunda intẽtio eſt cõceptio intellectus, poteſt ſic probari. Omne fabricatum per intellectum, aut eſt ſpecies intelligibilis, aut actus intelligendi, aut conceptio, ſed prima, vel ſecunda intenſio ſunt

fabricatæ ab intellectu, & non ſunt ſpecies, nec actus intelligendi: ergo ſunt cõceptiones. Hanc concluſionem ponit Auicen. 3. metaph. 7. cap. vbi dicit huiuſmodi intenſiones eſſe accidentia intellectus. Idem tenet S. D. 1. diſt. 2. art. 3.

*Prima, & ſecunda intẽtio differũt tripliciter, fundamentaliter obiectiuè, & effectiuè.*

¶Differunt autem prima, & ſecunda intentio quantum ad tria. Primò quia prima intentio habet immediatum fundamentum in re, ſecunda autem non, ſed tantum mediante prima intenſione, in qua fundatur non ſicut in ſubiecto, ſed tanquam in fundamento ſuæ varietatis. Secundo, quia prima intentio eſt ſimilitudo rei extra animam exiſtentis. Secũda autem intentio eſt ſimilitudo rei ſolum, vt habet eſſe in anima per primam intentionem. Tertiò quia prima intentio fit ab intellectu per actum rectum, quia intellectus habens ſpeciem intelligibilem producit verbum ſimile obiecto, cuius eſt illa ſpecies, conſtat autem, quod intelligit verbum directè. Secunda autem intentio fit per actum reflexũ, quo intellectus reflectitur ſuper primam conceptionem. Nam ſecunda intentio eſt ſimilitudo primæ immediatè eam repreſentans relatiuè ad rem extra, & mediante tali conceptione eſt ſimilitudo rei extra ſecundum quòd eſt in intellectu.

*Aureol. vbi ſuprà.*

¶Contra arguit Aureolus† intendens probare, quod prima intenſio ſit ipſum obiectum vt obijcitur ipſi conceptioni primæ, & vt obijcitur ſecundæ ſit ſecunda intentio. Primò, illud dicitur tale formalitèr in ordine ad quod alia dicũtur talia, ſicut ideſt ſanum formalitèr puta animal in ordine ad quod pulſus, & medicina dicuntur ſana, ſed conceptus intellectus dicitur intentio ex ordine ad obiectum, in quod tendit: ergo obiectũ eſt formalitèr intentio.

¶Reſpondeo. Aliquid poteſt dici tale in ordine ad illud dupliciter. Vno modo ſicut analogum ad coanalogum, & ſic negatur minor. Alio modo ſicut relatiuum ad correllatiuum, & ſic negatur maior, in quo ſenſu eſt vera minor, quia ordo conceptionis ad obiectum eſt ſicut ordo imaginis ad id, cuius eſt imago, & ſicut ad terminum, quia per ipſum intellectus venit in notitiam rei.

¶Secundò. Ibi eſt primo, vbi eſt primo differentia intentionalis, ſed talis differentia eſt in obiecto, & non in conceptionibus: ergo obiectum eſt primo intentio, minor probatur. Duo conceptus formales differunt realitèr cum ſint duo accidentia: ergo non intentionalitèr.

¶Reſpondeo, negatur minor, differentia enim rationis, ſiuè intentionalis, licet ſit fundamentalitèr in obiecto: tamen eſt formalitèr in intellectu. Ad probationem dico, quòd duo conceptus, ſunt quædam res differunt realitèr, ſed res vt in talibus cõceptibus differt à ſeipſa intentionalitèr non enim oportet tantam diſtinctionem eſſe inter diſtincta, ſicut inter diſtinctiua, ſicut patet, quòd anima vt eſt in manu diſtinguitur à ſeipſa, vt eſt in pede. Similiter res, vt ſtat ſub vno conceptu, differt à ſeipſa vt ſtat ſub alio.

*Res ſub vno conceptu diſtinguitur à ſeipſa, vt ſtat ſub alio Aureo. primo de eſſe intentionum certpenda acerrimè modeſtius reijcitur.*

¶Dico ſecundò, quòd cum res ſit in intellectu per ſuam conceptionem eſſe talis conceptus eſt eſſe reale ipſius conceptus, & illudmet eſſe eſt eſſe intentionale reſpectu obiecti, quod eſt in cognoſcente ſolum ſecundum ſui ſimilitudinẽ. ergo res, ſecundum quod ſunt in intellectu dicuntur intentiones, & ſi nullus eſſet intellectus nulla eſſet intentio, quamuis Comment. 3. de anima commẽt. 18. exiſtimauerit intentiones eſſe extra intellectum formaliter, quia nolebat eas eſſe in phantaſmatibus, quæ dicebat per huiuſmodi intentiones continuari intellectui poſſibili ſeparato.

¶Tertiò. Id non eſt formalitèr intentio ſine quo diffiniuntur intentiones logicæ, ſed genus quod eſt intentio logica, non diffinitur per conceptionem intellectus: ergo.

¶Reſpondeo, negatur minor primo, quia genus non eſt ipſa intentio, ſed eſt quid ſubſtractum intentioni, vt dicit Sãctus Doct. prima diſt. 33 art. 1. ad 3. Licet poſſimus etiam dicere, quòd genus dicitur aliquo modo intẽtio, ſcilicet denominatiuè, vt dicitur ſecundo diſtinct. 5 quæſt. 3. art. 1. eo quòd ſignificat rem cũ conceptu, ſiuè rem vt conceptam.

*Genus eſt ſubſtractũ intentioni non intentio niſi denominatiuè.*

¶Secundò, negatur eadem minor, quia ſi diffiniatur quantum ad quid rei, illa intentio quam dicit hoc nomen genus, oportet in eius diffinitione dicere, quòd eſt conceptio intellectus.

¶Dico tertiò quòd nulla intentio poteſt diffiniri niſi in eius diffinitione ponatur aliquid pertinens ad intellectum, vnde etiam quando diffinitur genus, dicitur quòd prædicatur de pluribus, prædicare

Digitized by Google

dicare autem pertinet ad intellectum, & eodē actu quo intellectus intelligit prædicat aliquid de re intellecta.

*Prædicari dicit relationem prædicatum ſecundam intentionem.*

¶Dico quartò, quòd prædicari dicit relationem per modum paſſionis fundatam in re mediante conceptu, quem intellectus cum alio componit, prædicatū autem dicit intentionem ſecundam.

*Conclusio* II. Aliquæ intentiones ſecundæ conueniunt tantum naturis, & nō ſuppoſitis naturarum. Hanc ſic probat in tractatu de eſſe, & eſſentia. Id quod cōuenit naturæ ſolum, vt eſt abſtracta à ſuppoſitis, non conuenit ipſis ſuppoſitis, ſed aliquæ intentiones ſunt huiuſmodi, puta intentio generis ſpeciei, & differentiæ: ergo.

*Canclusio* III. Aliquæ intentiones ſecundæ conueniunt ſuppoſitis. Hāc probat inductiuè 3. diſtinct. 6. de intentione ſingularitatis, & indiuiduationis, & huiuſmodi.

*Conclusio* IV. Hoc nomē perſona nō eſt nomen ſecundæ intentionis, ſed eſt nomen rei cui conuenit ſecunda intentio. Hanc ponit 1. quęſt. 29. artic. 1. ad 3. Et probatur ſic. Hoc nomen perſona ſignificat conceptum habentem immediatum fundamentum in re, cui cōuenit ratio indiuiduationis: ergo eſt nomen rei, cui conuenit ſecunda intentio.

*Henricus in ſumma, vtrum perſona ſit nomē ſecundæ intentionis.*

Contra arguit Henricus, primò. Id quod opponitur ſecundæ intentioni, & in cuius diffinitione ponitur ſecunda intentio eſt nomen ſecundæ intentionis, ſed perſona opponitur ſecundæ intentioni, ſcilicet vniuerſali, & in eius diffinitione ponitur ſecunda intentio, ſcilicet indiuiduum: ergo.

Reſpondeo, negatur minor, nam oppoſitum perſonæ non eſt vniuerſale, ſed eſt quid innominatum, quod circumloquimur per hoc quod dico non ſubſiſtēs in natura rationali, ſub hoc autem non ſolum continetur vniuerſale, ſed etiam pers, & accidentia, & multa huiuſmodi.

¶Dico ſecundò, quòd in diffinitione perſonæ ponitur indiuiduum ſolummodo circumloquutiuè, nec inconuenit, ꝙ ſecunda intentio, immò etiam negatione termini primæ intentionis.

¶Dico tertiò quòd eadem res poteſt nominari nomine primæ intentionis, & nomine ſecundæ, puta nomine Sortis, & nomine perſonæ, nomine indiuidui, & huiuſmodi, vt pulchrè dicit, S. Doct. diſt. 6. quæſt. 1.

Ex his habes, quòd non ſolum nomē ſecundæ intentionis eſt commune differentibus genere, puta hoc nomen genus, ſed etiam nomen primæ intentionis puta ens.

*Notato inſignitèr hic dicta ne fortè iuxta vetus prouerbium Figulariam in ipſo vaſe diſcere aggrediamur.*

¶Secundò, quòd datur aliquod nomen primæ intentionis, quod non tranſcenditur ab aliquo ſecundæ intentionis, & tale eſt hoc nomen ens. Aliqua vero nomina ſecundæ intentionis excedunt id ſupra quo fundantur, puta intētio generis fundatur ſuper animal, conuenit tamen non ſolum animali, ſed etiam colori, & plantæ, & multis alijs de quibus tamen non prædicatur animal, & ſimilitèr intentio indiuidui fundata ſuper Sorte, & intentio ſpeciei fundata ſuper homine conuenit etiam alijs, quàm homini.

Secundò. Omne nomen primæ intēnis ſi ſit commune, aut eſt commune cōmunitate generis, aut ſpeciei, ſed hoc nomen perſona eſt commune in diuinis, & non ſicut genus, aut ſpecies, cum iſta non conueniant Deo, vt dicit Auguſtinus lib. 7. de Trint. ergo non eſt nomen primæ intentionis.

Reſpondeo, negatur maior, niſi tale commune habeat diuerſum eſſe in illis de quibus dicitur, & niſi prædicetur in quid iſta autem non conueniunt perſonæ in diuinis, vbi omnes habent idem eſſe, & hoc nomen perſona non prædicatur in quid cum ſignificet relationem, licet per modum abſoluti. Aliquid enim ſignificat in diuinis abſolutum per modum abſoluti, vt Deus. Aliquid ſignificat relatiuum per modum relatiui, vt pater. Aliquid ſignificat abſolutum per modum relatiui, vt potentia generandi. Aliquid ſignificat relatiuum per modum abſoluti, vt perſona, ſicut dicit S.D. 1. diſtinct. 3. quæſt. 1. art. 3.

*Quo crea velut apes vel ſto acu leo habeat.*

Alia verò, quæ contra hoc obijciuntur etiam ex opinione quam recitat Petrus de Palude, clariſſimè patet habere falſitatem, cum dicit ſubſtantias ſecundas non habere eſſe præter operationem intellectus.

*Additio quæ eſt ſolutio argumentorum recentiorum per M. Mauritium de Gregorio.*

*In hac vigeſimaſecūda Diſt. & vnica quęſt. cōſutantur hæreſes dānatæ, vt in noſtro Cōmentario in text. Magiſtri, & confutantur etiam hæreſes, quæ ſunt in Abecedario, & in Ethimologijs hæreſum, & confutantur ſimilitèr Idolatriæ, vt in Abecedario*



Digitized by Google

*Idolorum in principio, vide ibi litera N. & P. Et ẽt confutantur falſæ Theologiæ Fænicum, Egyptiorum, Græcorum, Atlanticorum, Frigiorum, Gentium, &c. ab Euſebio in primo, ſecundo, tertio, & quarto de præparatione Euangelica contra Theologiam fabuloſam Poetarum antiquorum.*

*Loca ſolutio argumẽta aduerſariorum Magiſtri Mauritij vltra commentaria textuũ loca contra hæreſes,&c.*

*Ex concluſionibus, probationibus, & ſolutionibus argumentorũ Capræoli ſoluũtur argumenta Vulpes, & aliorũ recentiorum facile, vt facit Ariſtot. ad argumenta Antiquorum, quod veritatis cognitio dubiorum eſt ſolutio, & cum Cardinali Bellarmino dicente in libro de Scriptoribus Eccleſiaſticis de Ioanne Capræolo, quòd Ioa. Capræolus ſit defenſor Egregius Sancti Thomæ, & optimè diſſoluit omnia argumenta aduerſariorum: dicunt verba formalia Bellarmini, ergo ſi optimè diſſoluit per Bellarminum ſunt ſoluta argumẽta cum his doctrinis hìc: Sicut ſoluit Ariſtotelis cõtra antiquos dicendo in 3. de Cœlo veritatis cognitio, dubiorum eſt reſolutio.*

*Reſpondetur ſecundò, cum Cardinali Sarnano Franciſcano doctiſſimo, cum vigeſimaprima concordantia, & ſimilitèr cum vigeſima concordantia Bonæherbæ.*

*Argumenta verò Vaſquez, Valentia, Molina, Suarez. &c. quia colliguntur, & ſoluuntur, clarè, diſtinctè, & breuitèr à Ripa, à Nazario, à Conſales, à Nauarretto, à Zenardo, & præcipuè à Montagnolo, in prima parte D. Thom. de Perſonis Diuinis quæſt. 29. & ſimilitudine Diuinarum Perſonarum. Vide noſtram expoſitionem Magiſtri Petri Lombardi aperientem mentem huius materiæ in fol. 60. & infra hìc, pro 3. reſp. Vulp. Ac etiam vide 1. 2. & 3. foliũ pro alijs reſponſionibus ad argumẽta eiuſdem Vulpes.*

## DISTINCTIO XXIII.

### *Quæſtio. 1.*

IN diſtinctione vigeſimatertia quæritur primo. Vtrũ numerus ſit aliquid reale extra animam exiſtens.

Pro deciſione quæſtionis hæc eſt prima concluſio. Vnitas quę cõuertitur cum ente, diſtinguitur ab vnitate, quæ eſt principium numeri. Hanc probat 1. quæſtio 10. artic. 1. ad primum, Id quod eſt in genere determinato, diſtinguitur ab eo, quod circuit omnia genera, ſed vnitas quæ eſt principium numeri eſt in genere determinato, & vnitas, quæ conuertitur cum ente, circuit omnia genera: ergo, minor eſt Commentatoris 4. metaph. comm. 3. & 5. metaph. comm. 2. & 10. metaph. comm. 8. vbi dicit nõ poſſe reperiri numerum, & per conſequens vnitatem, quæ eſt principium numeri, niſi in rebus quantis.

Contra arguit Gregorius † quòd vnitas, quæ eſt principium numeri nihil addat ſupra rẽ, quæ dicitur vna decem vnitates decem Angelorum nihil addũt ſuper eos, ſed illæ faciunt numerum denarium: ergo, maior probatur. Si vnitas Angeli aliquid addit ſuper eum quæro de illo addito, aut eſt vnum ſeipſo, & ſic datur aliquid vnum non per aliquid additum, aut eſt vnum per aliquid aliud, & ſic itur in infinitum. † Greg. hìc 1.

Reſpondeo. Et dico primo, quòd aliquod vnum eſt tranſcendens, ſcilicet vnũ quod conuertitur cum ente, & multitudo ex tali vna cauſata dicitur multitudo tranſcendens. Aliud vnum eſt principiũ numeri, & multitudo ex tali vno cauſata dicitur numerus, & eſt de prædicamento quantitatis, prima eſt in omni genere, ſecunda tantum in quantitate.

¶ Dico ſecundò, quòd ſubiectum vnius, quod eſt principium numeri, eſt vnum duplici vnitate. Inquantum enim eſt quoddam ens, eſt vnum vnitate tranſcendente, quæ non diſtinguitur ab eo niſi ſecundum rationem. Inquantum verò eſt aliquid quantum, eſt vnum vnitate numerari. Iſtæ autem duæ vnitates, ſcilicet numeralis, & tranſcendens ſunt duæ dualitate tranſcendente.

¶ Ad argumenta negatur minor, niſi loqua-

loquamur de vnitate numero tranſcendente.

Secundò. Vnumquodque ex ſe, eſt indiuiſum: ergo ex ſe eſt vnum, & non per aliquid ſuperadditur, conſequentia patet antecedens eſt de mente S. D. 1. quæſt. 11. art. 1.

Reſpondeo, negatur conſequentia, quia ad vnitatem numeralem non ſufficit ſola indiuiſio, ſed requiritur id quod addit vnum ſuper rem vnam. Illud autem additum eſt eſſe quòd dat quantitas ſuo ſubiecto, vel eſt aliquod accidẽs conſequens quantitatem, & tale eſſe eſt ipſa vnitas. Sola enim quantitas dat ſuo ſubiecto indiſtinctionem in ſe, & diſtinctionem ab alijs. Iſta autem vnitas differt à puncto, quia punctum habet determinatum ſitum in continuo, vnitas autem non, ſed habet pro ſubiecto adæquato, & primo, totum continuum, ità quòd diminuto, vel aucto tali continuo, non remanet eadem vnitas, ſed alia cauſatur.

*Vnitas differt à puncto.*

Ex his ſequitur corollariè quòd vnitas non eſt ipſa forma cõtinuitatis, quia vnitas eſt indiuiſibilis, forma verò continuitatis diuiſibilis eſt.

*Vnitas non eſt forma cõtinuitatis.*

Tertiò argumento, quando ex duabus aquis fit vna, non cauſatur in eis noua entitas, ergo aliquid eſt vnum nulla entitate ei ſuperaddita, antecedens probatur, illa entitas, vel eſſet ſubiectiuè in determinata parte illius totalis aquæ, vel in tota aqua. Non primum, quia non eſt maior ratio de vna parte, quàm de alia. Non ſecundum, quia ſequitur, ſi addatur vna gutta mari; quòd cauſaretur nouum accidẽs in toto mari, quod videtur abſurdum. Et ſi addatur alia gutta cauſabitur aliud accidens, & per conſequens erunt plura accidentia eiuſdem ſpeciei in eodem ſubiecto adæquato.

Reſpondeo, negatur antecedens. Ad probationem dico, quòd eſt ſubiectiuè in tota aqua, nec eſt inconueniens, quòd cauſetur nouum accidens, quia etiam reſultat noua ſubſtantia, ſcilicet illa totalis aqua. Si verò addatur alia gutta prior vnitas nõ manet, ſed alia cauſatur, ſicut etiam per nouam ſucceſſionem ſecundi albi cauſatur noua ſimilitudo in priori albo. Nec eſt inconueniens, quòd per additionem quanti ad quãtum cauſetur noua vnitas, cum etiam cauſetur per diuiſionem totius in partes; quia facta diuiſione vnaquæque pars habet propriam vnitatem tranſcendentem, & de genere quantitatis, quam ante non habebat, cum etiam habeat proprium eſſe. Puto rationem huius eſſe, quia tales vnitates erant ibi in potentia propinquiſſima, & ideo per ſolam diuiſionẽ poteſt reduci ad actum, ſicut etiam dicit philoſophus de animalibus annuloſis, quod habent vnicam animam actu, plures verò in potentia propinqua, qua per diuiſionem in actum reducitur.

*2. de anima text. 20.*

Quartò, ſi ſubſtantia lapidis crearetur ſine quantitate ipſa eſſet vna, ſed nõ haberet entitatem ſuperadditam: ergo eſſet vna ſine tali entitate, mi. no. maior probatur, talis ſubſtantia non eſſet plures: ergo eſſet vna.

¶ Reſpondeo, quòd in illo caſu eſſet vna vnitate tranſcendente, non autem vnitate numerali.

¶ Ad probationem negatur conſequẽtia, quia talis entitas non facit, quod res ſit indiuiſa in ſe, & ideò ea remota non oportet rem eſſe diuiſam, ſed facit ipſam rem eſſe connumerabilem alteri.

*Concluſio II.* Vnum quod eſt principium numeri, & vnum, quod cum ente conuertitur, dicit negationem rationis, multitudo autem dicit negationem realem, & rationis ſimul, ſecundam partem probat quolib. 3. artic. 1. ad tertium. Multitudo dicit plura entia quorum vnum non eſt aliud: ergo dicit negationem rei, ſiuè realem, tenet conſequentia, quia negatio rei à re eſt negatio realis. Quod verò dicat negationem rationis, patebit ex probatione primæ partis cõcluſionis, quæ ſic probatur. Negatio negationis eſt negatio rationis, quia negationis ad negationem non eſt niſi reſpectus rationis, ſed vnum dicit negationem negationis, quia dicit negationem diuiſionis, diuiſio autem eſt negati, & quia ea quæ ſunt plura non habent rationem multitudinis niſi quodlibet eorum ſit vnum in ſe, ideò dicitur, quòd etiam multitudo dicit negationem rationis.

Dicit autem aliquando Sanctus Doctor. quòd vnum dicit negationem rei, quòd ſic intelligo, quòd vnum negat, quòd in eo ſit negatio rei, quæ non poteſt eſſe niſi vbi eſt pluralitas, in vno autem pluralitas non eſt, vel ſic. Nam in multitudine eſt accipere hoc, & non hoc, ideſt

duo

Digitized by Google

duo quorum vnum eſt hoc, & non eſt aliud, vnitas autem negat hanc affirmationem,& negationem,ſcilicet quòd in ea ſit accipere duo, quorum vnum eſt hoc,& non aliud,affirmatio autem dicit rem, & negatio negationem, ideo dicit quòd vnum dicit negationem rei, & rationis.

Contra arguit Scotus.4.meta. † quòd ratio vnius non ſit negatiua. Primo ratio vnius,vt præſcindit ab ente eſt extra nihil, ergo non eſt priuata, antecedens probatur,ratio vnius præciſa pręd icatur de ente in ſecundo modo dicendi per ſe ergo eſt extra nihil id eſt,eſt aliquid.

Reſpondeo, dico primo quòd ratio entis eſt poſitiua, quia dicit eſſe indiuiſum id eſt habens indiuiſionem, ſed eſſe dicit principaliter, & in recto indiuiſionem autem in obliquo per modum determinatiui primum,ſcilicet eſſe eſt poſitiuum, & indiuiſio eſt priuatiua, propter,quod negatur antecedens.

¶Ad probationem negatur antecedens, præſcindendo priuationem illam ab ente. Si autem accipitur vnum præſcindere ab entē, ſicut includens præſcindit ab incluſo, nam vnum includit eſſe,& præter hoc indiuiſionem, ſic vnū prædicatur de ente, ſed vt ſic non dicit puram negationem.

Secundò argumen.vnum, vt præſcindit ab ente,habet formalem rationem menſuræ:ergo non dicit priuationem.

¶Reſpondeo, negatur antecedens, accipiendo præciſionem primo modo, negatur conſequentia, vnum enim habet rationem menſuræ non ſolum quātum ad poſitiuum,quod dicitur,nec ſolum quantum ad priuationem,ſed ex poſitiuo ſub priuatione. Nam inquantum menſura debet eſſe notior ratio menſuræ principaliter conuenit vni ratione poſitiui: inquantum vero habet quòd ſit infallibilis, ratio menſuræ conuenit vni ratione negationis diuiſionis, quia diuiſio eſt cauſa varietatis, varietas eſt cauſa fallibilitatis. Et quia indiuiſio eſt ſignum perfectionis, ſcilicet ſimplicitatis,idcirco omnia vna reducuntur ad aliquid ſummæ vnum.

*Concluſio* III. Diuiſio incluſa in ratione multitudinis eſt prior vnitate.Hāc probat.1.quæſt.11.ar.2.ad 4.Omnis habitus eſt prior priuatione,ſed diuiſio dicit habitum,& vnitas priuationem diuiſionis:ergo,&c.

*Concluſio* IIII. Vnum eſt prius multitudine,quantum ad id quod ſunt.Hāc ſic probat vbi ſupra omne conſtitutiuū eſt prius conſtituto,ſed vnum conſtituit multitudinem, vt dicitur. 10. metaph. ergo.

*Concluſio V*. Vnitas quæ eſt principium numeri, & ſimiliter numerus, non reperitur in ſeparatis à materia. Hanc ſic probat præſenti diſtin.art.3. Nullum mathematicum reperitur ſecundum eſſe extra materiam ſenſibilem, vt dicitur 3.phy.& metaph.tex.2.ſed vnitas,& numerus ſunt entia mathematicalia:ergo.

Secundo, numerus cauſatur ex diuiſione continui, vt dicitur. 3. phyſi. ergo non eſt niſi in habentibus continuitatem. *Tex 69.*

Contra arguit Greg.Vnum eſt omnino indiuiſum,& indiuiſibile,vt dicit philoſop.10.metaph.ſed nulla res materialis eſt omnino indiuiſa, & indiuiſibilis, cum habeat partes: ergo in materialibus non eſt tale vnum, ſed tantum inſeperatis à materia. *Greg. hec q. 1.tex.4.*

Reſpondeo,quod eſt differentia inter vnum, & vnitatem, quia vnitas eſt accidens,& vnum eſt ſubiectum eius,numerus vero non componitur ex vnius, ſed ex vnitatibus,quia id quod eſt vnum eſt ſubſtantia,accidens autem non componitur ex ſubſtantiis.

¶Dico, ſecundò, quòd licet vnitas ſit indiuiſibilis non tamen oportet, quòd vnum ſit indiuiſibile, nam etiam ſubiectum puncti eſt diuiſibile licet punctus ſit indiuiſibilis. Et quando doctores dicunt vnum eſſe indiuiſibile accipiunt vnum pro vnitate. *Dicentibus doctoribus, vnū eſt indiuiſibile accipiēdū eſt vnū pro vnitate.*

Ex hoc patet quomodo ſit concedēda,vel neganda maior,minor etiam negatur pro prima eius parte, quia licet omne habens partes ſit diuiſibile non tamen eſt actu diuiſū,& per conſequens eſt vnum actu,& plura potentia.

Contra eandem arguit Aureo. in angelis ſunt paſſiones numeri:ergo, & numerus antecedens probatur in Angelis eſt par & impar. nam duo angeli ſunt pares,& tres impares,ſimiliter ſenarius angelorum eſt numerus perfectus,& nouenarius eſt imperfectus: ergo in eis ſunt paſſiones numeri. *Aureo hic q.1.*

Reſpondeo dico primo,quòd numerus accipitur dupliciter.Vno modo pro numero abſtracto,vt duo,& tria,&c. qui dicitur numerus,abſtractus quia conſi- *Numerus duplex abſtractus, & formalis.*

de-

Digitized by Google

derat per abſtractionem ab his, quibus tamen poteſt applicari, & iſte non eſt niſi in apprehenſione animæ numerantis. Alio modo accipitur pro numero qui eſt in rebus cauſatus ex aggregatione vnitatum, quem Alber. appellat numerum formalem, & Com. accidens rei numeratæ, & iſtum negamus in ſeparatis à materia.

*Paſſiones duplices cõuenient numero, multitudinis, trãſcendentes, & propria.*

¶ Dico ſecundo, quòd paſſiones numeri ſunt in duplici differentia. Aliqua enim conueniunt numero, non quia ſint propriæ paſſiones eius, ſed quia ſunt propriæ paſſiones multitudinis transcẽdẽtis, & per conſequens conueniunt etiam numero, qui ſub ea continetur, huiuſmodi paſſiones ſunt ſicut primitas, nam ternarius dicitur numerus 1. & paritas, & imparitas. Aliæ ſunt paſſiones propriæ numeri ſicut cubitum, & quadratum, & de his negatur minor, quia tales paſſiones dicunt relationem fundatam in quãtitate, in angelis autem non eſt quantitas, & per conſequẽs nec paſſiones eius.

Secundo in Angelis eſt multitudo diſcretorum: ergo in eis eſt numerus, antecedens probatur. In angelis eſt multitudo non continuorum: ergo diſcretorum.

¶ Reſpondeo negatur antecedens, quia diſcretio non eſt proprie, niſi in quantis cum cauſetur ex diuiſione continui, vt dicitur. 3. phy. † Ad probationẽ negatur conſequentia, quia non continuatio non eſt ſufficiens ratio diſcretionis niſi in rebus quantis, dantur enim aliqua continua nec diſcreta, ſed diſtincta.

*tex. 69.*

*Concluſio* VI. Numerus eſt quid vnum ſimpliciter, & non ſicut aceruus. Hanc probat. 7. meta. c. vl. Id eſt vnum ſimpliciter, quod habet ſpeciem ab vno, ſed numerus habet ſpeciem ab vno ſcilicet ab vltima vnitate, vt ſtat ſub ordine ad præcedentes. Ordo enim vnitatum facit ad vnitatem numeri, ſicut & ordo literarum ad vnitatem ſyllabæ: Iſta autem vnitas eſt debilis & eſt vnitas tranſcendens.

Primum corollarium. Nulla vnitas eſt actu, ſed tantum potentia in numero, probatur. Nulla pars entis ſimpliciter vnius eſt actu in toto, quia partes non habent proprium eſſe, ſed ſunt per eſſe totius, ſi enim haberent proprium eſſe, tunc in toto eſſent plura eſſe, & per conſequens non eſſet vnum ſimpliciter, ſed vnitas eſt pars numeri, qui eſt, quid vnũ ſimplicter: ergo. Si dicatur, vltima vnitas dat ſpeciem numero: ergo eſt actu in numero, negatur conſequentia, ſed ſufficit, quod faciat id cui aduenit eſſe actu, Nam forma lapidis dans ei eſſe ſpecificum, non eſt in lapide per proprium eſſe, ſed per eſſe lapidis, quod eſſe licet ſit à forma, eſt tamen actus totius compoſiti principaliter, & conſequenter partium, vel dicendum quòd licet vnitas ſit actu in ſe tamen vt eſt pars numeri eſt in potentia.

Corollarium ſecundum. Numerus diſtinguitur realiter ab omnibus ſuis vnitatibus, probatur ſic. Omne totum diſtinguitur à ſuis partibus etiam ſimul ſumptis, vt probabitur. 3. diſtinctione prima, ſed vnitates ſunt partes numeri: ergo, iſta autem pluralitas, quam facit diſtinctio numeri à ſuis partibus eſt multitudo tranſcendens.

*Numeri, quæ ſit forma partis, & totius.*

Sciendum itaque eſt quòd ſicut in homine eſt vna forma partis puta anima, & alia forma totius puta humanitas reſultans ex vnione animæ cum corpore, quæ humanitas diſtinguitur ab anima, & à materia, ſiuè diuiſim, ſiue coniunctim accipitur. Sic in numero forma vero totius eſt quædam forma reſultans ex vltima vnitate ſe habente ad præcedentes, vt formale, ad materiale, & hæc forma totius habet ſe ad omnes vnitates tanquam forma ad materiam. Hanc ſententiam tenet Auicenna. 3. ſuæ meta c. 4.

Corollarium tertium, forma numeri componitur ex vnitatibus. Iſtud corollarium non intelligitur de forma partis, ſed de forma totius, & conſtituitur intranſitiuè, vt ſit ſenſus, numeri vnitas eſt quæ eſt numerus, probatur ſic. Omne totum componitur ex ſuis partibus, ſed vnitates ſunt partes numeri: ergo.

*Aureo.*

Contra arguit Aureo. Nulla forma cõponitur ex ſua materia, ſed vnitates ſunt materia numeri: ergo.

¶ Reſpondeo, negatur minor, vnitas enim non eſt materia niſi eo modo quo pars dicitur materia, vel eo modo quo aliquid incluſum in aliqua diffinitione in aliquo dicitur materia propter comparationem ad id quòd eſt completiuũ diffinitioni per modum differentiæ ſpecificæ. Negari poteſt etiam, maior de forma totius. Nam humanitas includit materiam, & animam intellectiuam, ex quorum vnione reſultat.

Se-

Digitized by Google

¶Secundò nulla totitas diſtinctorum componitur ex diſtinctis, ſed numerus eſt totitas diſtinctarum vnitatum: ergo, maior probatur. Omne compoſitum ex diſtinctis, ſicut totum in partibus, ſed totitas non eſt in diſtinctis cum ſit forma ſimplex cui repugnat eſſe in pluribus: ergo.

¶Reſpondeo, negatur maior. Ad probationem negatur minor, cum enim numerus non ſit forma perfecta vnitate vna, ſed vnitate ordinis, nec ſit forma ſimplex, non eſt tota in quolibet numerorum, ſed ſecundum partem, prima parte quæſtio. octaua articul. quarto ad ſecundum.

*Scotus.* ¶Tertio arguit Scotus, partes materiales alicuius totius, non poſſunt fieri partes alterius diſtincti a ſe ſpecie ſine ſui nutritione: ſicut nec materia pōt fieri ſub noua forma niſi mutetur, ſed vnitates quinarij poſſunt fieri partes ſenarij ſine ſui mutatione, puta ſi addatur eis alia vnitas: ergo non ſunt partes numeri.

¶Reſpondeo negatur maior, de illis ſpeciebus, quæ reſultant ex habitudine vnius ad aliud. Nam linea, quæ erat pars trianguli poteſt fieri pars quadranguli ſine ſui mutatione, ſed per pertractionem aliarum linearum, & ſimiliter eſt in numeris, licet enim ſpecies numerorum ſint abſolutæ, tamen conſequūtur quaſdam habitudines eorum. Nam & aliquę ſubſtantiæ puta caro, & os includunt in ſua diffinitione qualitatem, & quantitatem, vt dicitur 7. metaph. com. 41.

*Vtrum vltima vnitas ſit forma numeri.* Contra id quòd eſt dictum in concluſione, vltimam vnitatem eſſe formam ſpecificam numeri, arguit Aureo. Vltima vnitas eſt varia, & incerta: ergo non eſt forma numeri, conſequentia patet, & antecedens, quia numerans poteſt incipere nunc ab vna vnitate, & nūc ab alia: & terminare numerationem ad quam vnitatem voluerit.

¶Reſpondeo, negatur antecedens, quia ſicut anima non dat ſpeciem homini, niſi vniatur materiæ, licet qui intelligit hominem, non neceſſariò intelligat illam relationem vnionis, ita in omni numero eſt aliqua vltima vnitas, quæ habet relationem realem ad omnes præcedētes, quarum vna eſt ſic prima quod non media nec vltima, & aliqua ſic eſt media, quod non eſt vltima, nec prima, quæ relationes primitatis, & vltimitatis non ſunt de ratione numeri, ſed ipſæ vnitates non intelliguntur conſtituere numerum, niſi vt ſunt ſub tali relatione.

¶Ad probationem dico, quod quando quis incipit numerare a qua vnitate voluerit, non variat illum reſpectum realem, qui eſt in vnitatibus, ſed tantum fit variatio in numero formali, puto autem illum ordinem vnitatum eſſe ſecūdum tempus, vel locum, vel aliquid huiuſmodi.

Secundò omnis forma eſt ſubiectiuè in eo cuius eſt forma, ſed vltima vnitas non eſt ſubiectiuè in alijs vnitatibus, in quibus ſubiectiuè eſt numerus: ergo.

Reſpondeo, negatur maior de forma extrinſeca, nam color eſt forma extrinſeca reſpectu viſus viſionis quia ipſa ſpecificat, & tamen non eſt in eis, vnitas autem eſt forma extrinſeca numeri.

¶Dico ſecundò, quòd nec omnis forma intrinſeca eſt ſubiectiuè in eo cuius eſt ſecundum totum, vt patet de forma artificiali, quæ non eſt niſi in ſuperficie.

Tertiò forma numeri non eſt diſtantia vltimę vnitatis ad præcedentes, cum diſtantia ſit relatio, nec eſt etiam ipſa vltima vnitas, cum ſit æquè numeralis ſicut aliæ, nec eſt aggregatum ex vltima vnitate, & illa diſtantia, cum ſit ens per accidens, numerus autem eſt ens per ſe cum ſit in prædicamento: ergo.

¶Reſpondeo, quod eſt vltima vnitas non inquantum eſt vnitas, ſed inquantū eſt ſub relatione prædicta. Ad improbationem dico, quod licet ſit æquè numeralis, inquantum eſt vnitas, tamen vt eſt ſub dicto reſpectu habet rationem formæ, nec habet rationē formæ, niſi quandiu eſt ſub dicto reſpectu, vnde ſi addatur alia vnitas, ipſa quæ additur erit vltima, & per conſequens forma numeri, illa autem quæ prius erat forma numeri, deſinet eſſe eius forma, quia non erit ſub dicto reſpectu, per quam erat formalis reſpectu præcedentium, ſed efficietur materialis ſicut & aliæ.

*Concluſio* VII. Forma numeri eſt quid reale extra animam, probatur ſic. Quicquid reſultat ex connexione plurium habentium realem ordinem extra animam, eſt extra animam, ſed forma numeri reſultat ex vnitatibus habentibus realem ordinem extra animam: ergo. Connexio autem vnitatum ex qua reſultat numerus eſt iſta, quòd ſubiectū vnitatis, ſcilicet ipſum quantum, & omnia quanta conueniunt in forma continuitatis.

Con-

Digitized by Google

Contra arguit Aureo. † Nulla forma realis reflectitur ſupra ſe,nam forma albedinis non eſt albedo, nec relationis eſt relatio,ſed numerus reflectitur ſupra ſe, dicimus enim duos binarios, & tres ternarios.

*Aureo. vbi ſupra.*

Reſpondeo, negatur minor. Cum enim numerus cauſetur ex diuiſione continui,vt dicitur 3.phyſi.† non poteſt eſſe niſi in rebus continuis, numerus autem eſt quid non continuum,& ideo numeri non poteſt eſſe numerus, licet ergo binarius ſit quidam numerus, tamen multitudo binariorum,vel aliorum numerorum,& ſimiliter pluralitas, quæ conſurgit ex diſtinctione quantitatis cõtinuè à diſcreta nõ eſt numerus,ſed multitudo tranſcendens,& generaliter nunquam aliqua diſtincta faciunt numerũ niſi talia diſtincta ſint continua.

*Text.69.*

Secundò. Si forma numeri eſt extra animam, ſequitur quòd ſit in rerum natura actu tantum vnus numerus,ſcilicet numerus omnium rerum,hoc eſt abſurdum:ergo,conſequentia probatur, quia dicit philoſophus 7.meta. † quod binarius eſt potentia in ternario:ergo omnes numeri erunt tantum potentialiter in illo ſupremo numero,& ſic nullus preter ipſum eſſet actu.

*Text.49.*

Reſpondeo, negatur conſequentia cum enim omnes vnitates ſint in actu, ſequitur quòd quicquid reſultat ex eis eſt in actu. Ad probationem dico non eſſe inconueniens quòd idem numerus ſit in actu in ſe,& ſit in potentia reſpectu numeri cuius eſt pars.

¶Ex hac reſponſione ſequitur, quòd eadem vnitas eſt principium binarij, & ternarij,& millenarij,& ſic de alijs.

Tertiò ſequitur, quod in duodenario eſſent,duodecim duodenarij,vnus incipiendo ab vna vnitate.& alius ab alia,& ſic ſucceſſiuè, hoc eſt falſum:ergo.

¶Reſpondeo,negatur conſequentia, ſed in duodenario ſunt tantum tres, vnus incipiendo ad vna vnitate, & procedendo vſque ad decimam, alius incipiendo à ſecunda vſque ad vndecimam, tertius à tertia vſque ad duodecimam. Cuius ratio eſt quia à prima ad decimã, & à ſecunda a d vndecimam,& à tertia ad duodecimam,eſt ordo realis.

Quartò. Nulla ſummatio eſt propter operationem animæ, ſed forma numeri eſt ſummatio:ergo.

Reſpondeo, negatur minor de numero qui eſt accidens in rebus, licet concedatur de numero abſtracto, vt dicit Comment.5.phyſi.com.129.vbi ait, quod cum numerans non fuerit, etiam numerus non erit. Et eodem modo cum ibi dicit, quod numerus eſt extra in potentia,& in anima in actu,intelligit quòd numerus, qui eſt in rebus eſt pars numeri maioris,excepto illo,qui eſt maximè actu, & ideo quilibet alius, vt ſic eſt in potentia,ſed quilibet numerus abſtractus poteſt præſcindi ab alijs,ita erit totum,& non pars alterius numeri,ideo dicit,quod eſt actu in anima quòad precìſionem.

## QVÆSTIO II.

*Diſtinct.24.prim.ſent.*

QVæritur ſecundò. Vtrum numerus ſit propriè,& formaliter in Diuinis.

Ad hanc quæſtionem reſpondetur quatuor concluſionibus quarum prima eſt hæc.Numerus prædictus qui eſt de genere quantitatis,non eſt in Diuinis.

*Concluſio* II. Termini numerales, vt dicit duo tria cum dicunt de Diuinis non dicunt numerum de genere quantitatis,ſed multitudinem aut vnitatem tranſcendentem.

*Concluſio* III. Tales termini dicuntur in Diuinis poſitiuè,& remotiuè.

*Concluſio* IV. Licet in Diuinis non ſit numerus ſimpliciter, eſt tamẽ ibi numerus quidam. Has concluſiones ponit S.Do. præſenti diſt. contra quas non arguunt aduerſarij.

*In hac 23. Diſtinct.& duobus quæſtionibus ſequẽtibus cõfutantur hæreſes damnatæ, vt in noſtro Commentario in text. Magiſtri, & confutantur etiam hæreſes, quæ ſunt in Abecedario; & in Ethimologijs hereſum, & confutantur ſimiliter Idolatriæ, vt in Abecedario Idolorum in principio vide ibi.litter. A.& D.Et ẽt confutantur falſæ Theologiæ Fænicum, Egyptiorum, Græcorum,Atlãticorum, Frigiorum, Gentium, &c. ab Euſebio in primo, ſecundo, tertio. & quarto de præparatione Euangelica contra Theologiam fabuloſam*

*Additio quæ eſt ſolutio argumentorum recentiorum per M. Mauritium de Gregorio.*



Digitized by Google

*Poetarum antiquorum.*

*Loca ſolutia argumẽta aduerſariorum Magiſtri Maurity vltra commentaria textuũ & loca cõtra hæreſes, &c.*

*Ex cõcluſionibus, probationibus, & ſolutionibus argumentorum Capræoli ſoluuntur argumenta Vulpes, & aliorum recẽtiorum facile, vt facit Ariſt. ad argumenta Antiquorum, quod veritatis cognitio dubiorum eſt ſolutio, & cum Cardinali Bellarmino dicente in libro de Scriptoribus Eccleſiaſticis de Ioanne Capræolo, quòd Io. Capræolus ſit defenſor Egregius Sancti Thomæ, & optimè diſſoluit omnia argumenta aduerſariorum, dicunt verba formalia Bellarmini, ergo ſi optimè diſſoluit per Bellarminum ſunt ſoluta argumenta cum his doctrinis hic: Sicut ſoluit Ariſtotelis cõtra antiquos dicendo in 3. de Cœlo veritatis cognitio, dubiorum eſt reſolutio.*

*Reſpondetur ſecundo, cum Cardinali Sarnano Franciſcano doctiſſimo, cum decimaoctaua, concordantia, & ſimilitèr cum decimaſeptima concordantia Bonæherbę.*

*Argumenta verò Vaſquez, Valentiæ, Molinæ, Suarez, &c. quia colliguntur, & ſoluuntur, clarè, diſtinctè, & breuitèr à Ripa, à Nazario, à Conſales, à Nauarretto, à Zenardo, & præcipue à Montagnolo, in prima parte D. Th. q.11. de vnitate Diuina.*

*Vide noſtram expoſitionẽ Mag. Petri Lombardi aperientem mentem huius materiæ in folio 60. & infra pro 3. reſponſione Vulpes, ac ẽt vide 1. 2. & 3. folium pro alijs reſpontionibus ad argumenta eiuſdem Vlpes.*

## DISTINCTIO XXIV.

### *Quæſtio, 1.*

IN diſt.24.quæritur, vtrum perſona dicat in Diuinis quid commune tribus perſonis, ꝙ plurificetur in eis.

Pro quæſtione hæc eſt prima cõcluſio. Perſona de ſuo formali ſignificato ſignificat ſuppoſitum naturæ rationalis. Hanc probat S. D. 1. q.29. ar.1. Illud eſt formale ſignificatum, quod exprimitur per diffinitionem, ſed Boetius diffiniens perſonam, dicit quòd eſt rationalis naturæ indiuidua ſubſtantia, id eſt ſuppoſitum: ergo.

Corollarium primum. Anima intellectiua non eſt perſona, probatur. Omnis perſona eſt ſuppoſitum, ſed anima non eſt ſuppoſitum, cum non ſit quid completum in ſpecie: ergo.

Corollarium ſecundum. Natura humana in Chriſto non eſt perſona, probatur. Omnis perſona eſt ſuppoſitum, & prima ſubſtantia, ſed natura humana in Chriſtọ non eſt prima ſubſtantia, cum ſit alteri vnibilis: ergo.

*Concluſio* II. Hoc nomen perſona propriè dicitur in Diuinis. Hanc probat vbi ſupra ar.3. Omne nomen ſignificans perfectionem ſimpliciter proprie dicitur de Deo, ſed hoc nomen perſona eſt huiuſmodi, cum ſignificet ſubſiſtens in natura intellectuali: ergo.

*Concluſio* III. Perſona Diuina ſignificat de ſignificato formali diſtinctum ſubſiſtens in natura Diuina. Hanc probat 1. q.29. art.4. Et de poten. q.9. art.4. Sicut ſe habet perſona in communi ad ſuum ſignificatum, ita ſe habet perſona Diuina, ſed perſona in communi ſignificat ſubſiſtens diſtinctum in natura rationali, cum hoc exprimatur per diffinitionem perſonæ: ergo perſona Diuina ſignificat formale diſtinctum ſubſiſtens in natura Diuina.

Corollarium primum. Perſona in Diuinis, non ſignificat formaliter eſſentiã, patet quia non eſt diſtincta.

Corollarium ſecundum. Perſona in Diuinis non ſignificat formaliter relationem, puta nomine paternitatis patet, quia relatio, vt ſic non eſt ſubſiſtens.

*Concluſio* IV. Perſona in Diuinis ſignificat materialiter relationem, & eſſentiam.

¶ Dico autem relationem ſignificatam in concreto ſiue per modum relatiui, puta vt ſignificatur hoc nomine pater, vel filius.

Hanc probat vbi ſupra. Illud eſt ſignificatum, materiale nominis, ſine quo ſaluari non poteſt ſignificatum eius formale ſicut dicitur quòd homo formaliter ſignificat, quid compoſitum ex corpore, & anima rationali, materialiter autem ſignificat cor, epar, & caput ſine qui-

Digitized by Google

quibus ſaluari illud non poſſet, ſed diſtinctum ſubſiſtens in natura Diuina, non poteſt eſſe niſi relatiuum, quia ſoli relatiuo conuenit diſtingui proprietatibus, nec ipſa relatio poſſet ſubſiſtere niſi, quia eſt Diuina eſſentia: ergo ſignificat iſta materialitèr.

Corollarium. Relatio ſignificata per modum relationis ponitur in obliquo in ſignificato perſonæ Diuinæ, quod patet. Nam perſona Diuina ſignificat diſtinctum non eſt autem aliquid diſtinctum in diuinis niſi relatione: ergo.

*Aureol. hic q.1.*

Contra arguit Aureol. † quod perſona non ſignificet eſſentiam. Primo. Nũquam conſtitutum ſignificat in recto cõſtituentia, ſed eſſentia, & relatio conſtituunt diuinam perſonam: ergo.

Secundò. Id quod ſignificatur in recto, verè plurificatur cum dicitur tres perſonæ, ſed eſſentia non plurificatur.

*Perſona in diuinis ſignificat aliqua formaliter, & aliqua materialiter.*

¶Reſpndeo. negatur maior vtriuſque iſtarum rationum. Vbi eſt ſciendum, quod perſona in diuinis ſignificat formalitèr diſtinctum ſubſiſtẽns, vt eſt dictum materialitèr, autem proximè ſignificat relationem per modum relati, quia diffinitio perſonæ prædicatur de relatiuo. Nam iſta eſt vera, Pater eſt diſtinctum ſubſiſtens in natura Diuina, materialitèr autem remotè ſignificat eſſentiam, & tale non oportet plurificari: negatur ergo maior vtriuſque loquendo de ſignificato materiali.

*Concluſio V.* Nomen perſonæ in diuinis eſt commune non communitate generis, aut ſpeciei, quia ibi non eſt genus neque ſpecies, ſed eſt commune cõmunitate indiuidui vagi. Hanc probat 1. quæſt. 30. Id quod ſignificat aliquid diſtinctum ſubſiſtens, ſed non dicit determinata principia diſtinguentia eſt commune per modũ indiuidui vagi, ſed perſona eſt huiuſmodi: ergo.

*Aureolus vbi ſupra.*

¶Contra arguit Aureol. † Id quod diuiditur in vagum, & ſignatum non habet rationem indiuidui vagi, alioquin diuideretur in ſe, & ſuũ oppoſitum, ſed perſona in diuinis diuiditur in vagum, & ſignatum, nam aliquando dicitur hęc perſona, aliquando aliqua perſona: ergo.

Confirmatur. Si perſona vagè eſt cõmunis, ità eſſet communis ſicut aliquis Deus: ergo ſicut non dicimus eſſe tres aliquos Deos: ita non diceremus eſſe tres perſonas.

Reſpondeo, quòd indiuiduum vagum eſt duplex, vt dicitur 1. quæſt. 30. artic. 4. Nam de ratione indiuidui vagi eſt ſignificare naturam, & determinationem naturæ. Aliquod ergo eſt indiuiduum vagum, quo ſignificat formalitèr naturam, ſiuè determinationẽ ex parte naturæ, vt aliquis homo, aliquis Deus, ſignificat .n. naturam Diuinam formaliter, ſed ratione illius ſigni aliquis connotat determinationem eius non iſtam, aut illam, ſed vagè, & ideo vbi natura non poteſt plurificari, nec tale indiuiduum plurificatur, vt eſt in diuinis. Aliud eſt indiuiduum vagum, quod formalitrr ſignificat indiuiduum ex parte modi exiſtendi huiuſmodi eſt hoc nomen perſona, ſignificat enim modum exiſtendi, quæ competit indiuiduo, qui modus quia plurificatur in diuinis, ſcilicet eſſe indiuiſum in ſe, & diſtinctum ab alijs, ideò & nomen perſonæ ibi plurificatur.

*Reminiſcendũ in hiſce diſputatis teſte Platone in lib. de na. rec. va. temporis lõginquitatẽ, & ornatum nomina vetera peruertere.*

¶Dico ſecundò, quòd cum dicitur iſta perſona, & aliqua perſona indiuiduum vagum quod eſt perſona non diuiditur in ſe, & ſuum oppoſitum, ſed primum indiuiduum, ſcilicet perſona, quod erat aliqualitèr vagum, & indeterminatum, quia ille modus quem ſignificat perſona ſpecificatur per ly iſta, vel per ly aliqua perſona, patet ex his ad argumẽtum, & ad confirmationem.

*Concluſio VI.* Hoc nomen perſona eſt commune in diuinis non ſecundum rem, quia non ſunt vna perſona, ſed ſecũdum rationem, quia omnibus conuenit ratio ſignificat per hoc nomen. Sunt enim plura diſtincta ſubſiſtentia. Hanc ponit 1. q. 13, ar. 4.

*Additio quæ eſt ſolutio argumentorum recentiorum per M. Mauritium de Gregorio.*

*In hac 24 diſt. & vnica quæſt. confutantur hæreſes damnatæ, vt in noſtro Commentario in text. Magiſtri, & confutantur etiam hæreſes, quæ ſunt in Abecedario, & in Ethimologijs hæreſum, & confutantur ſimiliter Idolatriæ, vt in Abecedario Idolorum in principio vide ibi littera D. & T. ac etiã cõfutãtur falſæ Theologiæ Fænicum, Egyptiorum, Græcorum, Atlanticorum, Frigiorum, Gentium, &c. ab Euſebio in primo, ſecundo, tertio, & quarto de præparatione Euangelica contra Theologiam fabuloſam Poetarũ antiquorũ.*

*Ex cõcluſionibus, probationibus, & ſolutionibus argumentorũ Capraoli ſol*

Loca ſoluentia argumenta aduerſariorum Magiſtri Mauritii vltra commentaria textuũ loca contra hæreſes,&c

*uuntur argumenta Vulpes, & aliorum recẽtiorum facile, vt facit Ariſt. ad argumenta Antiquorum, quod veritatis cognitio dubiorum eſt ſolutio, & cum Cardinali Bellarmino dicente in libro de Scriptoribus Eccleſiaſticis de Io. Capræolo, quòd Io. Capræolus ſit defenſor Egregius Sancti Thomæ, & optimè diſſoluit omnia argumenta aduerſariorum. dicunt verba formalia Bellarmini, ergo ſi optime diſſoluit per Bellarminum ſunt ſoluta argumenta cum his doctrinis hic: Sicut ſoluit Ariſtotelis contra antiquos dicendo in 3. de Cœlo veritatis cognitio dubiorum eſt reſolutio.*

*Reſpondetur ſecundò cum Cardinali Sarnano Franciſcano doctiſſimo, cum vigeſimatertia concordantia, & ſimiliter cum vigeſimaſecunda concordantia Bonæherbæ.*

*Argumenta verò Vaſquez, Valentiæ, Molinæ, Suarez, &c. quia colliguntur, & ſoluuntur, clarè, diſtinctè, & breuiter à Ripa, à Nazario, à Conſales, à Nauarretto, à Zenardo, & præcipue à Montagnolo, in prima parte D. Thom. quæſt. 29. de Perſonis Diuinis, & q. 30. de pluralitate Perſonarũ Diuinarũ. Vide noſtrã expoſitionem Petri Lombardi aperientem mentẽ huius materiæ, vt in f. 60. hic. Ac etiam vide 1. 2. & 3. folium pro alijs reſponſionibus ad argumenta eiuſdem Vulpes.*

## DISTINCTIO. XXV.

### Quæſtio. 1.

IN diſtinctione vigeſimaquinta quæritur, vtrum perſonæ diuinæ conſtituãtur, & diſtinguantur per relationes.

Pro quæſtione hæc eſt prima concluſio. Perſonæ Diuinæ non diſtinguntur perſonalitèr, nec conſtituũtur per aliquod abſolutum. Hanc probat 1. quæſt. 36. artic. 2. Et de poten. q. 8. artic. 3. Per id quod eſt commune omnibus perſonis non diſtinguntur, nec per conſequens conſtituuntur perſonæ diuinæ, ſed omnia abſoluta ſunt huiuſmodi: ergo.

Contra arguit Aureol. quod eſſentia concurrat ad conſtitutionem perſonarum. Ad euidentiam argumenti ſui, præmitto, quod perſona dicitur quaſi per ſe vna, vnde perſonalitas eſt perſeitas tertij modi, quæ dicit ſolitudinem, talis autem perſeitas includit negationem, quia quod eſt per ſe tertio modo, non eſt cũ alio, & vbi ſunt plures perſeitates, & plures perſonalitates, ſunt etiam plures negationes.

Ex his arguitur ſic. Eſſentia facit ad pluralitatem negationum, quas important perſonalitates, ergo facit ad pluralitatem perſonarum, conſequentia patet antecedens probatur, fundamentum negationum facit ad pluralitatem earũ. ſicut etiam ſubiectum ad pluralitatem accidentium, ſed eſſentiam eſt fundamẽtum iſtarum negationum. Nam eſſentia cum paternitate fundat vnã negationem, & vnam perſonalitatem, eſſentia cum filiatione fundat aliam: ergo.

Eſſentia nequit conſtituere perſonam.

¶Reſpondeo. Primò quod cum eſſentia ſit communicabilis, & perſona incommunicabilis, non poteſt eſſentia cõſtituere perſonam, nec eſſe fundamentũ incommunicabilitatis.

Negatio. & fundata in aliquo habent vnitatem tantum ex fundamẽto proximo.

¶Dico ſecundò ad argumentũ, quod maior eſt falſa. Ad probationem dico, quod relatio eſt proximum fundamentum illius negationis quam importat perſonalitas eſſentia vero eſt fundamentum remotum, negatio autẽ, & alia quæ in aliquo fundantur non habent pluritatem, nec vnitatem ex fundamento remoto, ſed tantum ex proximo, & ideò non oportet quærere, an perſonalitas, vel negatio quàm importat ſit eadem, vel diuerſa in tribus perſonis ex ea parte qua fundatur in eſſentia.

*Concluſio II.* Origenes actiuæ non conſtituunt, nec diſtingunt perſonas. Hanc probat de potentia vbi ſupra, & 1. quæſt. 40. artic. 2. Et præſenti diſtinct. quæſt. 2. art. 2. Nullum poſterius eſt conſtitutiuum prioris, ſed huiuſmodi origines ſunt poſteriores perſonis à quibus ſunt: ergo.

*Concluſio III.* Perſonæ Diuinæ non conſtituuntur, nec diſtinguntur formalitèr per origines paſſiuas. Hanc probat vbi ſuprà. Omne formalitèr conſtitutiuum eſt diſtinctiuum, ſignificatur, vt exi-

ſtens

ſtēs in eo, ſed origines paſſiuæ non ſunt huiuſmodi, cum ſignificentur, vt viæ ad perſonas: ergo.

† Greg. hîc q. 1.

Contra arguit Gregorius, † quòd perſonæ diuinæ nullo modo conſtituantur, & propter hoc vana ſit præſens quæſtio. Eius rationes fundantur in his medijs. Tum quia omne conſtituens facit compoſitionem cum cōſtituto in diuinis autem nō eſt compoſitio. Tum quia paternitas non conſtituitur: ergo nec pater cum quo eſt idem: Tum quia conſtitutiuum eſt aliquo modo cauſa conſtituti, nihil autem eſt cauſa diuinæ perſonæ.

Ad iſta motiua ſimul reſpondetur, quia infinities eſt reſponſum.

*Paternitas non componit cum patre, & eſt formatius.*

¶ Dico ergo primo, quòd paternitas conſtituens patrem non componit cum eo, quia habent idem eſſe, eſt tamen forma patris, nec oportet omnem formam diſtingui ab eo cuius eſt, vt dicit philoſophus 2. poſteriorum.

*Ita ſunt radices, et principia huiuſmodi diſputationis.*

¶ Dico ſecundò, quòd ad veritatem loquutionum non ſolum attendi debet ad res, ſed etiam ad modum ſignificandi eorum, de quibus loquimur, & ideo dicimus patrem conſtitui, non autem paternitatem, aut eſſentiam, quia Pater ſignificatur concretiuè, & vt habens formam, paternitas, autem, & relatio ſignificatur, vt ipſæ formæ, & ideò eis non conuenit conſtitui quod eſt proprium ſuppoſitorum.

¶ Dico tertiò, quod licet in diuinis nō ſit cauſa, tamen aliquid ſignificatur per habitudinem cauſæ formalis, vt cum dicitur deitas eſt in Deo, & paternitas cōſtituit Patrem.

¶ Dico quartò, quod Perſonæ Diuinę non conſtituuntur per modum reſultantis eo modo quo totum reſultat ex partibus, aut ſpecies ex genere, & differentia, ſed eſt ibi conſtitutio formalis, eo modo quo albedo conſtituit album, & humanitas hominem. Similiter paternitas cōſtituit Patrem, quia eſt qua Pater formalitèr eſt Pater.

*Aureol. vbi ſuprà.*

Contra hoc arguit Aureol. Effectus formalis relationis, vt relatio eſt, eſt eſſe ad aliud, ſed perſona non eſt ad aliud, non enim Pater eſt perſona Filij: ergo.

Reſpōdeo, quod effectus formalis relationis, vt relatio eſt, nō eſt cōſtituere, ſed referre, tamē effectus formalis relationis, vt eſt quædam forma incommunicabilis, eſt cōſtituere ſuppoſitum, & hoc modo proprietates relatiuæ conſtituunt perſonas, vt diffuſius dicetur.

† Scotus hîc. Verum diuina eſſentia ſit ſuppoſitum.

Scotus † arguit 7. medijs quod Diuina eſſētia ſit ſuppoſitum, tum quia actiones ſunt ſuppoſitorum, Diuina autem eſſentia agit cum intelligat, & creet, tum quia eſt per ſe ſubſiſtens, & aliam dicit.

¶ Quæ omnia vna reſponſione ſoluit, S. Doct. de potentia quæſt. 8. artic. 3. ad ſeptimum, vbi dicit quòd de ratione hypoſtaſis, ſiuè ſuppoſiti ſunt duo. Primū quod per ſe ſubſiſtat, & ſit in ſe indiuiſum. Secundum eſt quod ſit diſtinctum ab omnibus alijs, quæ ſunt in eadem natura, Diuina eſſentia eſt quid ſubſiſtens, ſed quia non eſt diſtincta à ſuppoſitis, quæ in ea ſunt, ideò non propriè dicitur ſuppoſitum.

¶ Dico ſecundò, quod ſuppoſitum dicit perfectionem quantum ad primum quod eſt de ratione eius, non autem quoad ſecundum, ſed vt ſic non dicit perfectionem, nec imperfectionem.

*Per ſe ſubſiſtens licet non ſuppoſitum per ſe operatur.*

¶ Dico tertiò, quod eſſe per ſe ſubſiſtens ſufficit ad hoc quod quis operetur, licet etiam non eſſet ſuppoſitum, vt patet de anima ſeparata, quæ intelligit, nec tamen eſt ſuppoſitum cum non ſit completa in ſpecie, ſed tantum pars ſpeciei.

*Concluſio IV.* Perſonæ Diuinæ conſtituuntur, & diſtinguntur in eſſe perſonali per relationes originis. Iſta concluſio ſequitur ex præcedentibus, perſonæ enim non conſtituuntur per abſoluta nec per origines: ergo per relationes, tenet conſequentia, quia nihil aliud præter hæc tria ponitur in diuinis perſonis. Dico tamen quod relatio, vt relatio eſt non conſtituit, nec diſtinguit in eſſe hypoſtatico Diuinas Perſonas, ſed tantum in eſſe relatiuo,

Vnde colligendo ea, quæ ponit, S. D. in locis præallegatis. Dico primo quod relatio realis ex hoc quod eſt realis diſtinguit realiter, & ex hoc quod eſt relatio conſtituit in eſſe relatiuo.

¶ Dico ſecundò, quod relatio realis inquantum huiuſmodi non habet quod diſtinguat ſua extrema in eſſe ſuppoſiti, nec conſtituat ea in eſſe ſuppoſiti.

¶ Dico tertio, quod relatio inquantū eſt Diuina eſſentia, habet quod illa quæ diſtinguit diſtinguat tanquam duo ſuppoſita, & quod id quod conſtituit ſit ſuppoſitum naturæ rationalis, & conſequēter, quod ſit perſona, ita quod conſtituere perſonam conuenit ei inquantum eſt diui-

Digitized by Google

diuina, & ſubſiſtens, & intellectiua, & incommunicabilis.

*Aureol vbi ſupra.*

Contra arguit Aureol. † Nullum poſterius conſtituit ſuum prius, ſed relatio puta paternitas eſt poſterior perſona ſcilicet Patre: ergo, maior patet, quia poſterius præſupponit prius iam eſſe conſtitutum, minor probatur. Quicquid eſt poſterius poſteriori eſt poſterius priori, ſed paternitas eſt poſterior ipſo generare, quod eſt poſterius perſona Patris cũ ſit ab eo ergo.

Reſpondeo, quod licet paternitas, vt eſt relatio præſupponat patrem, tamen vt eſt forma incommunicabilis nõ præſupponit ipſum cõſtitutum, ſed cõſtituit.

Contra, paternitas vt conſtitutiua, aut dicit quid abſolutum, aut relationem. Si primum: ergo Pater conſtituitur per abſolutum. Si ſecundum: ergo paternitas, vt relatio conſtituit.

Reſpondeo, quòd paternitas dum cõcipitur, vt cõſtitutiua perſonæ Patris intelligitur eſſe, quid relatiuum, ſed non concipitur relatiuè.

¶Dico ſecundò quod perſona diuina non conſtituitur per rationem noſtram, ſed per rem quæ eſt veriſſime relatiua, tamen intellectus noſter dum concipit conſtitutiuũ illius perſonæ concipit cõſtitutiuum illius perſonæ concipit illud ſub ratione abſoluta, nec eſt repugnantia, quia relatio Diuina habet eſſe Diuinæ eſſentiæ, quod eſt abſolutum, & ideò relatio poteſt ibi concipi ſub ratione abſoluta.

¶ Dico tertiò, quod ipſi generare repugnat conſtituere Patrem, quia nõ poteſt concipi, vt forma inexiſtens Patri, ſed vt via cum concipiatur à nobis tantum in conceptu creaturæ, in quibus ſemper generatio eſt via ad genitum.

Secundò arguit, quod paternitas, vt ſubſiſtens non conſtituat Patrem. Quod ei gratis conceditur, quia nullibi S.Doct. hoc dicit licet prima quæſt. 49. artic. 2. dicat quod relationes ſunt ipſæ perſonæ ſubſiſtentes & intendit ibi ponere differentiam inter relationes Diuinas, & differentias diuiſiuas generis, quia differentiæ diuidunt eſſentiam communem, relationes autẽ Diuinæ ſic diſtingunt perſonas, quòd nullũ cõmune reale diuidunt.

*Scotus vbi.*

Contra eandem arguit Scotus † primo. Nulla relatio dat eſſe ad ſe, cum eſſe ad ſe opponatur relationi cuius eſſe eſt ad aliud, ſed ſubſiſtere eſt eſſe ad ſe: ergo relatio non poteſt dare ſubſiſtere, ſiuè conſtituere ſuppoſitum.

*Relatio non vt relatio, ſed vt hic cõſtituit.*

Reſpondeo, primò dico, quòd relatio, vt relatio eſt non poteſt conſtituere ſuppoſitum, ſi tamen ſit aliqua relatio, quæ ſit per ſe ſubſiſtens, & quæ ſuppleat omnium principiorum indiuiduãtium locũ talis poteſt conſtituere ſuppoſitũ, & dare alicui, quod ſit prima ſubſtãtia huiuſmodi eſt relatio diuina, qui eſt extra omne genus, & eſt ipſa Diuina eſſentia.

*†Cap. de eodem.*

Secundò, relatio præſupponit diſtinctionem extremorum, & per conſequẽs conſtitutionem eorum: ergo nulla relatio conſtituit extrema, conſequentia patet, antecedens eſt philoſophi 5. met. † vbi probat identitatem non eſſe relationem realẽ, quia relatio exigit diſtinctionem realem extremorum quàm diſtinctionem non requirit identitas.

¶Reſpondeo, primò poteſt dici quòd philoſophus ibi loquitur de relatione, quæ eſt tantum relatio, & quæ non ſubſiſtit, talis enim non conſtituit extrema, nec diſtinguit, niſi in eſſe relatiuo.

*Relatio præſupponit diſtinctionem generũ aliorum, facit autẽ diſtinctionem ad aliquid.*

¶Dico ſecundò, quod antecedens eſt ſimpliciter falſũ, quia vt dicit S.D. de potentia, quæſt. 8. art. 3. ad 12. relatio præſupponit diſtinctionem omniũ aliorum generum, vtputa ſubſtantiæ, & qualitatis, interdum etiam actionis, & paſſionis, ſed diſtinctionem, quæ eſt ad aliquid relatio nõ pręſupponit, ſed facit, & de tali diſtinctione loquitur philoſophus, quia identitas non præſupponit etiam diſtinctionem aliorum generum.

Tertiò, ſi relatio conſtitueret perſonã ſequitur, quod perſona eſſet ens per accidens ſaltem ſecundum rationem, ſed Perſona Diuina nullo modo eſt ens per accidens: ergo.

¶Reſpondeo, primò negatur conſequentia, quia non eſt ens per accidens niſi vbi ſunt res diuerſorum generum, relatio autem, & eſſentia Diuina ſunt extra genus, negatur etiam eadem conſequẽtia, quia idem eſt eſſe eſſentiæ diuinæ & relationis, vnde ſi albedo traheretur ad eſſe ſubſtantiale hominis, non faceret cũ eo compoſitionem.

Quartò, ſi Perſona Diuina cõſtituitur ꝑ relatione, ſequitur quod diuina eſſẽtia veriſſimè referatur, hoc eſt falſũ: ergo prima cõſequentia probatur. Omne id in quo ẽ relatio refertur, ſed ſi relatio cõſtituit pſonã, per prius eſt relatio in eſſẽtia quàm in perſona: ergo in illo priori ſaltem

tem ſecundum rationem ipſa eſſentia referetur, minor probatur. In omni conſtituto prius vniuntur partes, quam ſit ipſum totum conſtitutum: ergo prius vniuntur eſſentia, & relatio, quam reſultet perſona conſtituta.

¶Reſpondeo, negatur conſequentia prima. Ad probationem dico primò, quòd ſi aliquid debet referri, oportet, quòd ſit ſuppoſitum. In illo ergo priori ſi aliquid referretur, hoc non eſſe eſſentia, ſed Deus.

¶Dico ſecundò, quòd cum paternitas ſiue alia relatio non conſtituat, vt eſt relatio, in illo priori paternitas vniretur eſſentiæ, non autem relatio, & ideo non referretur ipſa eſſentia.

Quintò, ſuppoſitum vnius naturæ nõ cõſtituitur per aliam quidditatem, quia tunc eſſe ſuppoſitum duarum naturarũ, ſed perſona Diuina eſt ſuppoſitum deitatis: ergo non poteſt eſſe ſuppoſitum relationis, nec per eam conſtitui.

¶Reſpondeo primo, quòd non conſtituitur per relationem, vt eſt relatio, vt ſæpe dictum eſt.

Secundò negatur maior nam Sortes, conſtituitur in eſſe ſuppoſiti per quantitatem, quæ concurrit ad indiuiduationem.

¶Dico tertiò, quòd tale non includit duas quidditates, nec eſt eodem modo ſuppoſitum earum, quia vna illarum eſt quaſi modus alterius, & vt quia id quod diſtinguit ſuppoſitum, non dat ei ſpeciẽ ſemper, vnde paternitas, & filiatio non dant ſpeciem eis, de potentia, q. 9. art. 5. ad 18.

Arguit præterea idem Sco. in ſpeciali quòd paternitas non conſtituat patrẽ, nec filiatio filium. Quæ argumenta eodem modo ſoluuntur ſic, & precedentia. Iſte enim exiſtimauit, quòd Sanctus. D. ſenſerit Diuinas perſonas conſtitui per relationẽ, vt relatio eſt, vnde dico quòd relatio puta paternitas, & eſt deitas, & eſt forma indiuidualis, & eſt relatio, & eſt paternitas, vt eſt deitas conſtituit Deum, vt forma indiuidualis conſtituit quid incommunicabile in natura Diuina, vt relatio conſtituit relatiuum, vt paternitas conſtituit patrem. Vnde iſta diſtinctio applicari poteſt quodammodo ad argumenta infinita.

Sexto, arguit nullum communicabile conſtituit perſonam, ſed paternitas, & filiatio, & ſpiratio paſſiua ſunt de ſe communicabiles: ergo non conſtituunt perſonam Diuinam, minor probatur. Tum quia nulla forma eſt de ſe communicabilis. Tum quia relatio non eſt formaliter infinita ergo non eſt de ſe hæc. Tum quia ſpiratio actiua eſt communicabilis: ergo & ſpiratio paſſiua.

*Diſtinctio aduertenda diligẽter, & intelligẽter Cum arguẽtes Thomiſtica hic reſpõſa infringere nequeant Thomiſticè eos philoſophari neceſſe eſt.*

Reſpondeo, negatur minor. Ad primam probationem dico, quòd omnis quidditas, cui ex natura ſua conuenit ſubſiſtere, & repugnat in alio ſecundum rem recipi eſt talis, quòd ei repugnat communicari.

¶Ad ſecundam dico, quòd omnis relatio Diuina eſt infininita formaliter infinitate, quæ conuenit cuilibet formæ ſeparatæ, vnde paternitas Diuina eſt infinita quo ad rationem paternitatis.

Ad tertiam, negatur conſequentia, quia ſpiratio actiua ſecundum modum intelligendi aduenit ſuppoſito iam conſtituto, ſpiratio autem paſſiua nõ. Quod autem iſta conſtituat, & illa non, hoc habent inquantum ſunt tales res.

¶Dico ſecundò, quòd quicquid ſubſiſtit in Diuinis eſt incommunicabile per modum vniuerſalis, tamen aliquid eſt communicabile eo modo, quo forma communicatur ſuppoſito, & illo modo quo commune communicatur proprio.

*Additio quæ eſt ſolutio argumentorum recentiorum per M. Mauritium de Gregorio.*

*In hac vigeſimaquinta Diſt. & vnica queſt. cõfutantur hæreſes dãnatæ, vt in noſtro Cõmentario in text. Magiſtri, & confutantur etiam hæreſes, quæ ſunt in Abecedario, & in Ethimologijs hæreſum, & confutantur ſimiliter Idolatriæ, vt in Abecedario Idolorum in principio, vide ibi litera R. & P. Et ẽt confutantur falſæ Theologiæ Fænicum, Egyptiorum, Græcorum, Atlanticorum, Frigiorum, Gentium, &c. ab Euſebio in primo, ſecundo, tertio, & quarto de præparatione Euangelica contra Theologiam fabuloſam Poetarum antiquorum.*

*Loca ſolutionis argumẽta aduerſariorum Magiſtri Mauritij vltra commentaria textus loca contra hæreſes, &c.*

*Ex concluſionibus, probationibus, & ſolutionibus argumentorũ Capræoli ſoluũtur argumenta Vulpes, & aliorũ recentiorum facile, vt facit Ariſtot. ad argumenta Antiquorum, quod veritatis cognitio dubiorum eſt ſolutio, &*

Digitized by Google

*& cum Cardinali Bellarmino dicente in libro de Scriptoribus Eccleſiaſticis de Ioanne Capræolo, quòd Ioa. Capræolus ſit defenſor Egregius Sancti Thomæ, & optimè diſſoluit omnia argumenta aduerſariorum: dicunt verba formalia Bellarmini, ergo ſi optimè diſſoluit per Bellarminum ſunt ſoluta argumẽta cum his doctrinis hìc: Sicut ſoluit Ariſtotelis cõtra antiquos dicendo in 3. de Cælo veritatis cognitio, dubiorum eſt reſolutio.*

*Reſpondetur ſecundò, cum Cardinali Sarnano Franciſcano doctiſſimo, cum vigeſimaquinta concordantia, & ſimilitèr cum vigeſimatertia concordantia Bonæherbæ.*

*Argumenta verò Vaſquez, Valentiæ, Molinæ, Suarez. &c. quia colliguntur, & ſoluuntur, clarè, diſtinctè, & breuitèr à Ripa, à Nazario, à Conſales, à Nauarretto, à Zenardo, & præcipuè à Montagnolo, in prima parte D. Thom q.40. de Perſonis in comparatione ad relationes ſiue proprietates. Vide noſtram expoſitionem Magiſtri Petri Lombardi aperientem mentem huius materiæ in fol. 60. & infra hìc, pro 3. reſp. Vulp. Ac etiam vide 1. 2. & 3. foliũ pro alijs reſponſionibus ad argumẽta eiuſdem Vulpes.*

## DISTINCTIO XXVI.

### *Quæſtio. I.*

IN diſt. 26. quæritur primò. Vtrum generare, & paternitas ſint idem realiter in diuinis.

Pro quæſtione hæc eſt prima concluſio. Actio in Diuinis non dicit rem de prædicamẽto actionis, ſed Diuinam eſſentiam cum reſpectu realis, vel rationis. Hanc ponit. S.D. 1. parte q.41. art. 1. ad ſecundum, & tertium.

Vbi ſciendum eſt, quòd actio, & paſſio prædicamentalis dicunt motum cũ reſpectu, nam motus, vt eſt ab hoc dicitur actio, & vt eſt in hoc dicitur paſſio. *Actio, et paſſio dicunt motum cũ reſpectu.*

Ex his arguitur ſic. Remoto motu ab actione Diuina remouetur motus: ergo ipſa eſt relatio.

*Concluſio* II. Generare, & generari potius habent modum relationum, quã actionum aut paſſionum. Hęc concluſio patet ex præcedenti.

Contra arguit Aureolus. † Nulla res capit eſſe, per relationem, cum relatio præſupponat extrema, ſed filius capit eſſe per generari: ergo. *Aureo. hic q.1.*

Reſpondeo, primo, quòd generari in Diuinis habet modum paſſionis, & relationis, & generare habet modum actionis, & relationis, ſed tamen plus habet modum relationis. Actio enim dicit motum cum reſpectu, & quia generare in Diuinis non eſt motus ſiue mutatio, licet concipiatur à nobis per modum actionis egredientis, à ſuppoſito. In Diuinis autem ſaluatur omne quòd eſt de formali ratione relationis, ideo dicitur, quòd generare magis habet modum relationis. *Generatio diuina non eſt motus, niſi ſecũdum modũ concipiendi.*

¶Dico ſecundò, quòd licet nulla res capiat eſſe per relationẽ prędicamentalẽ poteſt tamen capere eſſe per relationem quæ eſt extra prædicamentum, eo quòd non ſolum eſt relatio, ſed etiam actio, & in quantum eſt actio res capit eſſe per eam, & non in quantum eſt relatio.

¶Dico tertio, quòd actio prædicamentalis, & relatio diſtinguuntur. Primò, quia actio cauſat terminum, relatio autem non, ſed oritur poſito fundamento, & termino.

Secundo, quia nulla relatio fundat actionem, ſed tamen aliqua relatio fundatur ſuper actione, vt dicitur 5. metaph.

¶Tertio, quia actio eſt via ad terminum, relatio autem non, cum ſit poſterior termino, & multa alia huiuſmodi dici poſſunt. *Text. 20.*

*Concluſio* III. Actus notionales cuiuſmodi ſunt generare, & generari, ſunt idem realiter cum relationibus perſonarum, & differunt ab eis ſecundum rationem, prima pars patet ex prædictis, ſecunda probatur prima parte q.41. art. 1. ad ſecundum, quia actio ſignificatur per modum actus egredientis à ſuppoſito, relatio autem per modum habentis ſe ad aliud.

Contra arguit Aureolus. † Impoſſibile eſt quòd eadem res in ſui exiſtentia habeat oppoſitos modos, ſed modus actio- *Aureol. vbi ſuprà.*

Digitized by Google

actionis eſt fluere, & modus relationis eſt quieſcere, cõſtat autem iſtos eſſe modos oppoſitos: ergo eadem res non poteſt eſſe actio, & relatio.

Reſpondeo, primò negatur prima pars minoris de actione diuina, quia omnia quæ ſunt in patre ſunt ſine fluxu.

*Duo de ratione actionis prædicamentalis.*

¶ Dico ſecundo, quòd de ratione actionis prædicamentalis ſunt duo. Primum eſt quòd fluat ab agente. Secundum eſt quòd ſit vltima actualitas, & perfectio potentię agentis, quoad primũ dicit imperfectionem, & quòad ſecundũ dicit perfectionem, & ideo non ponitur actio in diuinis quoad primum, ſed quò ad ſecundum, & hoc ſufficit ad ſaluandũ actionem in Diuinis.

¶ Dico tertiò quòd illa res quæ eſt paternitas, & generare, vt eſt paternitas, non eſt poſitiua filij, ſed tantum vt ſic eſt relatiua patris ad filium, illa vero eadem res vt eſt generare eſt poſitiua filij.

*Alij.*

Contra eandem arguunt alij. Primò paternitas eſt in patre, & generare eſt in filio: ergo paternitas non eſt generare, conſequentia patet, & prima pars antecedẽtis. ſecunda probatur. Actio eſt ſubiectiue in termino ſiue in paſſo, vt dicitur. 3. phyſi. † ergo generare eſt in filio.

*Tex. 20.*

Reſpondeo negatur ſecunda pars antecedentis. Ad probationem negatur antecedens de actione immanente cuiuſmodi eſt generare in Diuinis.

Secundò paternitas fundatur in generare: ergo non eſt ipſum generare, tenet conſequentia, quia nihil fundat ſeipſum.

Reſpondeo, negatur conſequentia, ſed ſufficit diſtinctio rationis inter relationẽ & fundamentum vbi relatio non eſt accidens.

Tertiò. Idem non eſt cauſa ſui ipſius, ſed generare eſt cauſa paternitatis aut è contra: ergo non ſunt idem minor probatur. Nam ſecundum aliquos pater eſt pater, quia generat, ſecundum alios vero generat, quia eſt pater: ergo vnum eſt cauſa alterius.

¶ Reſpondeo, negatur minor. Ad probationem dico, quod ly quia non dicit propriè cauſam, ſed formale quo aliquid eſt tale, vel tale, nec eſt idem eſſe cauſam formalem, & eſſe in quo aliquid eſt formaliter tale. Nam deitas eſt, qua Deus eſt formaliter Deus, non tamen eſt eius cauſa formalis, & idem dico de paternitate reſpectu patris. Ad propoſitum cum dicitur, quia generat eſt pater ly quia dicit formale fundamentum paternitatis ſcilicet generationem. Cum autem dicitur, quia eſt pater generat, ly quia dicit formale quo pater agit in actu primo ſcilicet paternitatem, qui intelligitur in ratione potentiæ generandi.

*Concluſio* III. Paternitas, vt conſtitutiua patris, præcedit ſecundum rationem ipſum generare, vt autem eſt relatio ſequitur ad generari præcedit filiationem vtroque modo, quia eſt via ad ipſam. Hęc concluſio patet ex prædictis.

Ex his ſequitur, quòd pater, quia eſt pater generat accipiendo paternitatem vt eſt conſtitutiua, & quia generat ideo eſt pater accipiendo paternitatem, vt eſt relatio.

## QVAESTIO. II.

*26. Diſt. 1. Sent.*

Quæritur ſecundo vtrum verbum Diuinum emanet, vt intellectio actualis.

Pro quæſtione hæc eſt prima concluſio. Verbum intellectus, non eſt ſpecies intelligibilis, nec actus intelligendi, ſed eſt quidam conceptus productus per actum intelligendi, probatur tripliciter prima q. 34 art. 1. *De verbo noſtri intellectus.*

¶ Primò. Quicquid eſt verbum interius ſignificatur verbo oris: ſed verbum vocis non ſignificat ſpeciem aut actum intelligendi, ſed conceptum ab intellectu formatum, & eo mediante ſignificat rem extra: ergo.

Secundò. Illud eſt verbum intellectus quod intellectus dicit per actum ſuum, ſed intellectus non dicit ſpeciem cum ſit præuia actui, nec dicit ipſummet actum, alioquin omnis actus eſſet reflexus: ergo.

Tertiò. Id quod eſt res intellecta in actu, non eſt ſpecies intelligibilis, cum ipſa poſſit eſſe etiam in eo qui actu non conſiderat, ſed verbum eſt res intellecta in actu, nunquam. n. verbum eſt in intellectu, niſi dum actu intelligit: ergo. Et confirmatur, quia ſpecies intelligibilis eſt ab intellectu agente, verbum autem eſt ab intellectu poſſibili.

¶ Præterea verbum cognoſcitur ab intellectu directè, ſpecies autem, & actus cognoſcuntur tantum reflexè: ergo



Digitized by Google

go verbum non eſt ſpecies aut actus, cuius ratio diuerſitatis, eſt quia verbum eſt terminus intellectionis intrinſecus, & terminus in quo cognoſcitur natura ad extra, ſpecies autem, & actus non ſunt termini intellectionis.

*Tex. 16 & 11.* Et ſi dicatur contra. Quicquid cognoſcitur directè à noſtro intellectu, eſt quid ſenſibile, vt dicitur tertio de anima † ſed verbum non eſt ſenſibile: ergo.

Reſpõdeo, negatur maior, de eo quod eſt terminus intrinſecus intellectionis, cuiuſmodi eſt verbum, ſed ſufficit, quòd ſit ratio rei ſenſibilis.

*Aureo. in 1. diſt. 9. q. 1.* Contra concluſionem arguit Aureo. † primo diſt. 9. art. 1. Nulla forma illimitata, & non ſingularis poteſt eſſe inhærens intellectui, ſed forma ad quam terminatur intellectio eſt illimitata, & non ſingularis: ergo non inhæret intellectui, & ſic non eſt illud verbum, maior patet minor probatur, forma quam intellectus intelliget, æquipollet infinitis indiuiduis: ergo eſt illimitata.

*Vtrum verbum ſit forma inhærẽs noſtro intellectui.* ¶ Reſpondeo, Dico primò quòd intellectus in intelligendo reſpicit duplicem formam, ſcilicet verbum, & naturam, quæ in verbo cognoſcitur. Si loquamur de verbo, dico quod eſt forma ſingularis ſecundum eſſe, & vniuerſalis in repreſentando, & talis poteſt inhærere intellectui. Si verò loquamur de natura, quæ intelligitur; dico, quod eſt ſingularis ſecundum eſſe, quod habet in indiuiduis, nec æquipollent infinitis ſecundum eſſe, ſecundum autem, quod eſt in intellectu eſt illimitata ſecundum rationem ſuæ ſpeciei, quia dum intelligitur abſtrahitur ab illis, quæ ipſam limitant, .ſ. à principiis indiuiduãtibus 1.q.75.art.2.ad 3.

*Vtrũ oporteat ponere Verbum.* Secundò arguit, quòd res intelligatur ſecundum eſſe, quod habet in intellectu per verbum formatum, & per conſequẽs quod non oportet ponere verbum, & ẽt quod non intelligatur ſecundum eſſe ꝙ habet extra in ſingularibus, ſed ſecundũ eſſe quod habet apparens. Et arguit ſic. Operatio ſenſitiua non indiget reali termino, ſed terminatur ſæpe ad eſſe conſpicuum, & apparẽs extra animam: ergo & operatio intellectiua, conſequentia patet antecedens probatur. Tum quia cõmentator tertio cœli, com. 104. dicit eſſe *Figura lunę ſunt tantũ apparentes.* de mente philoſophi, quod figura ſecundum quam apparet luna aliquando circularis aliquã media non eſt in rerũ natura, ſed tantum apparet. Tum quia ſi non terminaretur ad apparentiam, ſed ad rẽ, tunc omne, ꝙ videretur alicui eſſet verum, & ſic contradictoria eſſent vera, nam alicui videtur, quòd aliquid ſit album, & alteri, quòd non.

Reſpondeo, Primò dico quòd res nullum habent eſſe apparens ſiue obiectiuum extra animam, nam phantaſma, vel ſpecies lapidis poteſt dici lapis in eſſe obiectiuo, vel apparenti, & ſic negatur antecedens.

Ad primam probationem dico, quòd nec Commentator, nec Philoſophus dicunt quòd oculus videat in luna figuras quæ ibi non ſunt, immo videt figuras, quæ ibi ſunt, ſed dicunt, quòd homo videns lunam falſe iudicat de figuris ſecundm ſenſum communem, vel ſecundum aliam potentiam iudicatiuam. *Homo videns lunã falſe iudicat de figuris eius ſecũdum ſenſum communem.* Similiter ſi video vnam candelam, & eleuetur vnus oculus, & alter non apparebit mihi, quòd ſint duæ tunc oculus videt tantum vnam, & alia potentia indicat, quòd ſint duæ, & ſic eſt de multis alijs, talibus autem illuſionibus ſine apparentijs cooperatur ſenſus communis aut cogitatiua, ſicut etiam in ſomno facit apparere ea, quę non ſunt, Nam imaginatiua conuertitur ſuper imagines rerum tanquam ſi eſſent res veræ: & propter hoc homo erat iudicando ſe videre ſecundum ſenſus exteriores ea quorum tantum imagines cernit. Ad ſecundum negatur conſequentia, quia licet ſenſus exterior feratur ſemper ſuper rem verã, tamen homo aliquando iudicat illam rẽ eſſe aliter quàm ſit.

Tertiò. Res clarius cognoſcitur ſine ſpeculo, quàm cum ſpeculo, ſed ſi Verbum ponitur in intellectu, ponitur ad hoc, vt res in eo reluceat tanquam in ſpeculo: ergo impedit cognitionem.

Reſpondeo, negatur antecedẽs, quando res non eſt ſecundum ſe præſens potẽtiæ, vt eſt de obiecto intellectus, aliter tamen eſt de ſenſu, cui res ſecundum ſeipſam eſt præſens.

Contra eandem arguit Durandus † *Durandus hic q. 2. tex. 16.* & Petrus de Palude. Per operationes immanentes nihil producitur, vt dicitur nono meta. † ſed intelligere eſt operatio immanens: ergo per ipſam non producitur aliquod verbum.

*Vtrum verbum producatur.* Reſpondeo, negatur maior. Nam per actus voluntatis, & per actus intellectus cauſantur habitus in intellectu, & vo-

Digitized by Google

voluntate, licet ergo per tales operationes nihil producatur ad extra producitur tamen aliquid ad intra, immo aliqui vt Auicenna dixerunt, quod per eas producitur aliquid extrà, & quod vna intelligentia per actum ſuum producit aliam.

Contra. Per illam operationem, quę eſt finis, nihil producitur, quia tunc ipſa operatio non eſſet finis, ſed productum eſſet finis eius, ſed óperatio immanens eſt finis, vt dicitur primo ethicorum †.

Cap. 9.

Reſpondeo, quod per operationem, quæ eſt finis nihil producitur totalitèr ab ea extrinſecum, verbum autem eſt terminus intrinſecus ipſius intelligere, vel ſi ſit quid extrinſecum, vt ſunt habitus, tamen ordinantur ad cõſimiles operationes, & per conſequens ipſe habitus non eſt finis operationis, ſed ad eam ordinatur.

*Verbum aliquod eſt perfectũ, & aliquod imperfectum.*

Sciendum verò, quod dupliciter eſt verbum, nam aliquod eſt verbum perfectum illud, ſcilicet ad quod ordinatur perfecta cognitio. Et aliquod eſt imperfectum illud, ſcilicet ad quod terminatur notitia imperfecta, ita quòd ſemper eſt terminus notitiæ, & nõ principiũ.

Si dicatur contra. Verbum eſt principium cognitionis obiecti: ergo non eſt eius terminus.

Reſpondeo, quòd non eſt principium cognitionis obiecti, ideſt illius actus quo obiectum cognoſcitur, licet ſit principium, ideſt ratio qua obiectum cognoſcitur, ſed tamen eodem actu quo cognoſcitur ipſum obiectum.

*Verbum eſt rei intellectæ actu recto, & reflexo.*

¶ Dico etiam, quod non omne id cuius eſt verbum intelligitur actu recto, cũ intellectus de actu ſuo, & ſpecie, & ſeipſo, quæ omnia intelligit tantum reflexe poſſit formare verbum, cuius verbi principium eliciriuum eſt memoria ſecunda, ſiuè intellectus factus in actu per ſpeciem, quod idem eſt.

Secundò, nec per actũ voluntatis, nec per actum potentiæ ſenſitiuæ producitur verbum: ergo nec per actum intellectus, conſequentia patet, quia omnes iſtę operationes ſunt immanentes.

Reſpondeo, negatur conſequentia, quia voluntas non eſt potentia conceptiua ſicut intellectus, ſenſum autem non oportet ſibi formare obiectum ſuum, vt facit intellectus.

Tertiò. Si verbum eſt aliquid in intellectu ſequitur quod procedatur in infinitum, hoc eſt falſum: ergo, conſequentia probatur, duarum formarum eiuſdem generis propinqui, ſi illa quæ eſt imperfectior eſt actiua, & illa quæ eſt ea perfectior eſt actiua, ſed ſpecies intelligibilis, & verbum ſunt eiuſdem generis, cum ſint in eadem potentia, & reſpectu eiuſdem obiecti, & ſpecies quæ eſt imperfectior eſt actiua, reſpectu alterius: ergo, & verbum eſt actiuum alterius verbi, & illud alterius, & ſic in infinitum.

*Species, & verbũ ſunt eiuſdem ſpeciei in eſſe intentionali.*

Reſpondeo. Primò dico, quod ſpecies, & verbum non ſunt eiuſdem ſpeciei in eſſe naturali, ſicut nec color, & ſpecies coloris, ſed ſunt eiuſdem ſpeciei in eſſe intentionali, quia idem repreſentant, & ſunt eiuſdem generis, etiam in eſſe naturali cum ſint actus eiuſdem potentiæ.

¶ Sed ad argumentum negatur conſequentia. Ad probationem negatur minor pro tertia eius parte, ſcilicet quod verbum ſit perfectius ſpecie, quia licet perfectius repræſentet obiectum, tamen ſpecies eſt permanentior verbo, cum maneat etiam, quãdo intellectus actualitèr non intelligit.

*Vtrum verbum perfectius repræſentet quã ſpecies.*

Contra vnum dictum in hac reſponſione, ſcilicet quòd verbum perfectius repræſentetur quam ſpecies arguitur ſic. Species immediatius in intellectu exprimitur ab obiecto. quàm verbum ergo perfectius repræſentat quàm verbum, & per conſequens verbum est ſuperfluũ, cum non ponatur niſi, vt repræſentat obiectum.

¶ Reſpondeo, negatur conſequentia de repræſentatione actuali. & conceditur de habituali.

¶ Dico ſecundò, quod repreſentatio, quam facit ſpecies eſt principium cognitionis, & repræſentatio quam facit verbũ, eſt terminus eius, ideo præter repreſentationem ſpeciei, eſt neceſſaria repræſentatio verbi.

Quartò. Si verbum ponitur, vt ſit terminus intellectionis, ſequitur quod oportet ipſum ponere aliquando ad terminandum imperfectiorem notitiam, & non ad terminandum perfectiorem, hoc videtur inconueniens: ergo, probatur conſequentia. Beati per te non formant verbum in viſione beatifica, & formant verbum in ea cognitione, qua conſiderant vnum attributum, non conſiderando aliud, ſed iſta cognitio eſt imperfectior cognitione beatifica: ergo.

Reſpondeo. In ſolutione huius argu-



Digitized by Google

*Addendo Paulus exponit. Capreolũ hoc loco.*

menti videtur Capræolus dubitare. Et ideo ſaluo iudicio melioris interpretis, dictorum S. Doct. primo negatur minor, nec eſt inconueniens quòd intellectus beatus in alijs intellectionibus præter beatificam formet verbum, formatur enim verbum, non vt ſit quo intellectus intelligit, quia hoc conuenit ſpeciei, ſed vt in eo videatur obiectum, & cum in verbo Diuino quod immediatè vnitur intellectui, licèt non ſecundum eſſe, reluceat obiectum beatificum, ideo arbitror non oportere formare verbum aliud, quoad beatificam viſionem. Et præterea de mente Sancti Doct. 4. diſt. 49. quæſtio 2. artic. primo, quod licèt medium ſub quo non faciat viſionem mediatam, tamen medium quo, & medium in quo faciunt mediatam viſionem. Conſtat autem verbum eſſe medium in quo vnde cum viſio beatifica ſit omninò immediata, ſequitur quòd non forment verbum. Nam ſicut ſpecies mediat inter potentiã, & actum elicitum, ita verbum mediat inter actum cuius eſt teminus, & inter obiectum, & per conſequens viſio beata non terminaretur immediatè ad eſſentiam Diuinam, ſed ad verbum formatum ab intellectu creato.

*Mediũ quo, & in quo faciunt viſionem mediatam, non autem mediũ ſub quo.*

¶Dico ſecundò, quòd beati ex illa beatifica viſione habent, quòd poſſint, ſcilicet per alium actũ quàm per beatificum formare multa verba. Cum enim per illam viſionem videant Diuinam eſſentiam, & quicquid eſt in ea: habent quòd poſſint formare aliquem actum quo conſiderant eam ſolum ſub ratione bonitatis, & alium quo conſiderent eam ſub ratione iuſtitiæ, & ſic de alijs attributis. Et tunc per quemlibet iſtorum actuũ producunt verbum ideſt, conceptum bonitatis per vnum, & per alium conceptum iuſtitiæ, & per alium vero conceptum ſapientiæ, & ſic de alijs. Et ſic intelligo cum dicit Capreolus quod viſio beatifica terminatur habitualitèr ad multa verba, & actualitèr terminatur ad vnũ, ſcilicèt ad Verbum Diuinum.

*† Gerar. quo lib. 7.*

Contra eandem arguit Gerard †Omne operatum eſt perfectius operatione, vt dicitur primo ethicorum, & nono metaph. ſed verbum non eſt perfectius intellectione, cũ intellectio ſit perfectiſſimum in nobis, vt dicitur 10. ethicorum; ergo verbum non producitur per intellectionem.

¶Reſpondeo, negatur maior, quando tale productum non poteſt remanere, tranſeunte operatione, verbum autem nunquam eſt tranſeunte intellectione.

Secundò. Illud non eſt neceſſarium ad cognitionem, quod eſt cognitione poſterius, quia cognitio poſſet eſſe, non exiſtente illo poſteriori, ſed verbum eſt poſterius cognitione, cum ſit terminus eius per te: ergo, &c.

¶Reſpondeo negatur maior, ſi tale poſterius ſit terminus intrinſecus cognitionis, cuiuſmodi eſt verbum.

Contra, Cognitio eſt prior verbo; ergo in illo priori eſt cognitio, & non eſt verbum.

*Anceps manet. An actus intelligendi producatur in inſtanti, vel ſucceſſiuè.*

Reſpondeo, tenendo, quod actus intelligendi producatur in inſtanti, ipſa intellectio non eſt prior verbo, niſi prioritate naturæ, & tunc non ſequitur, quòd poſſit eſſe cognitio ſine verbo, quia ad eam naturaliter ſequitur, ſed benè quòd poſſit intelligi quid ſit non intelligendo, quid ſit verbum. Suſtinendò autem, quòd intellectio fiat per partẽ poſt partem, negatur antecedens de prioritate temporis, quia licet illa entitas, quæ eſt intellectio eſſet non exiſtente verbo, ipſa tamen non eſt intellectio niſi dum terminatur ad verbum, vnde logicalitèr diceretur, quòd intellectus eſt, non exiſtente verbo, tamen non exiſtente verbo, non eſt intellectio.

*Scotus, vbi ſuprà.*

Contra eandem arguit Scotus † Verbum eſt ipſa cognitio, vt dicit Auguſtinus 15. de Trinit. cap. 16. & Anſelmus in monologio, cap. 33. & Damaſcenus lib. 1 cap. 18. ergo verbum non eſt diſtinctum ab actu intelligendi.

*Cognitio pro conceptu intellectus.*

Reſpondeo, negatur conſequentia, quia Auguſtinus, & alij accipiunt in primo antecedente cognitionem non pro actu, vel habitu, ſed pro conceptu intellectus.

*Concluſio II.* Dicere in Diuinis eſt idem quod intelligere, ſed addit ad ipſũ expreſſionem verbi, non enim eſt de ratione cuiuslibet intelligentis, quòd aliquid exprimat, ſed de ratione dicentis eſt quod producat verbum, & propter hoc licèt Filius, & Spiritus Sanctus intelligant non tamen dicunt. Hanc ponit prima parte quæſt. 34. art. primo ad tertium.

*Aureol. hic q. 2.*

Contra arguit Aureolus. † Intelligere, & velle ſunt actus eſſentiales conuenientes omnibus perſonis, ſed dicere, & ſpirare non conueniunt omnibus perſonis;

Digitized by Google

ſonis: ergo dicere non eſt intelligere, nec ſpirare eſt velle.

*Intelligere expreſſiuè, & velle ſpiratiuè ſunt actus notionales.*

Reſpondeo quod licet intelligere, & velle abſolute ſumpta cõueniant omnibus, & ſint actus eſſentiales: tamen intelligere expreſſiuè, & velle ſpiratiuè ſunt actus rationales: quia vt ſic implicant relationem originis.

Secundo. Omnes productiones diuinæ differunt realiter, ſed intelligere, & velle non differunt realiter: ergo non ſunt dicere nec ſpirare.

Reſpondeo negatur maior. generare enim & ſpirare: quæ ſunt productiones in diuinis: non differunt realiter, cum vtrumque ſit in patre.

Ex dictis patet, quod dicere non eſt aliud niſi intelligere prout eſt in patre, & ſpirare non eſt aliud quã diligere prout eſt in patre & filio.

*Concluſio* III. Si verbum propriè accipiatur: dicitur in diuinis tantum perſonaliter. Hanc ſic probat. 1. q. 34. ar. 1. Omne nomen ſignificãs aliquid ab alio procedens in diuinis, eſt perſonale. ſed verbum eſt huiuſmodi. vt patet ex prima concluſione.

Corollarium. Verbum proprium eſt filii probatur. Verbum eſt proprium illius perſonæ, quæ procedit per modum intellectus, ſed filius eſt talis perſona, ergo.

Contra, omne dicens verbum formaliter per verbum intelligit: ſed pater non intelligit formaliter per filium: alioquin haberet aliquod eſſe à filio. ſcilicet eſſe intelligens, ergo.

*Verbum nõ eſt formalis ratio intelligendi patri*

Reſpondeo. negatur maior. vbi Verbum habet eandem eſſentiam numero, cum dicente tunc enim non poteſt eſſe ipſi dicenti formalis ratio intelligendi: quia non per eſſentiam, quam accipit, cum eam habeat dicens prius prioritate rationis, nec per aliam, quia non habet, Verbum autem Diuinum habet eandem numero eſſentiam, quam habet Pater, & ideò Pater non intelligit formalitèr per Filium, &c.

*Additio quæ eſt ſolutio argumentorum recentiorum per M. Maurițium de Gregorio*

*In hac 26. diſt. & duab. q. cõfutãtur hereſes dãnatæ, vt in noſtro Cõment. in text. Magiſtri, & confutantur etiam hæreſes, quæ ſunt in Abecedario, & in Ethimologijs hæreſum, & confutantur ſimilitèr Idolatriæ, vt in Abecedario Idolorum in principio vide ibi lit. G. P. & V. ac etiã cõfutãtur falſæ Theologiæ Fænicũ, Egyptiorũ, Græcorum, Atlanticorum, Frigiorum, Gentium, &c. ab Euſebio in primo, ſecundo, tertio, & quarto de præparatione Euangelica contra Theologiam fabuloſam Poetarum antiquorum.*

*Loca ſolutia argumẽta aduerſariorum Magiſtri Mauritij vltra commentaria textuũ et loca cõtra hereſes, &c.*

*Ex cõcluſionibus, probationibus, & ſolutionibus argumẽtorũ Capræoli ſoluũtur argumenta Vulpes, & aliorum recentiorum facile, vt facit Ariſtot. ad argumenta Antiquorum, quod veritatis cognitio dubiorum eſt ſolutio, & cum Cardinali Bellarmino dicente in libro de Scriptoribus Eccleſiaſticis de Ioanne Capræolo, quòd Io. Capreolus ſit defenſor Egregius Sancti Thomæ, & optimè diſſoluit omnia argumenta aduerſariorum: dicunt verba formalia Bellarmini, ergò ſi optimè diſſoluit per Bellarminum ſunt ſoluta argumenta cum his doctrinis hìc: Sicut ſoluit Ariſtotelis cõtra antiquos dicendo in 3. de Cælo veritatis cognitio, dubiorum eſt reſolutio.*

*Reſpondetur ſecundo cum Cardinali Sarnano Franciſcano doctiſſimo, cũ vigeſimaquinta concordantia, & ſimiliter cum vigeſimaquarta concordantia Bonæherbæ.*

*Argumenta verò Vaſquez, Valentiæ, Molinæ, Suarez, &c. quia colliguntur, & ſoluuntur, clarè, diſtinctè, & breuitèr à Ripa, à Nazario, à Conſales, à Nauarretta, à Zenardo, & præcipuè à Montagnolo, in prima parte D. Thom. quæſt. 41. de perſonis per comparationem ad actus notionales, & quæſt. 34. de Verbo in Diuinis.*

*Vide noſtram expoſitionem Petri Lombardi aperientem mentem huius materiæ, vt in folio 60. hic, & infra pro 3. reſponſione Vulpes. Ac etiam vide 1. 2. & 3. foliũ pro alijs reſponſionibus ad argumenta eiuſdem Vulpes.*

DIST.

Digitized by Google

## DISTINCTIO. XXVII.

### *Quæſtio.* I.

IN diſtinctione vigeſimaſeptima. Quæritur vtrum innaſcibilitas ſit proprietas conſtitutiua Patris.

Pro quæſtione hæc eſt prima concluſio. Innaſcibilitas nihil ponit quòd ſit de proprio intellectu eius probatur 1. diſtinct. 28. art. 1. Si innaſcibilitas aliquid ponit, hoc nõ poteſt eſſe niſi ratio principij, cum nullũ aliud rationale poſſit Patri conuenire, ſed non ponit rationem principij, quia aut diceret ipſum in communi, aut in ſpeciali. Non in ſpeciali, quia aut diceret paternitatem, aut ſpirationem, & per conſequens non eſſet notio ab iſtis diſtincta. Non in generali, quia idem ſequitur, nam commune non ponit in numerum cum contentis ſub eo: ergo.

Contra arguit Aureol. † Ratio primi eſt aliquid poſitiuum, ſed ingenitum dicit rationem primi, cum ingenitum ſit idem, quod non eſſe ab alio.

*† Aureol. hic Vtrum innaſcibilitas dicat aliquid poſitiuum.*

¶Reſpondeo, negatur maior, nam primitas dicit negationem prioris, quia primum eſt, ante quod nihil eſt.

¶Dico ſecundò, quòd licèt ratio innaſcibilitatis non ſit poſitiua, ſed priuatiua, fundatur tamen ſuper aliquo poſitiuo, ſcilicèt ſuper ſufficientia exiſtendi. Omnis enim negatio in affirmatione fundatur.

¶Ex hoc habes, quòd non oportet notionem dicere formalitèr dignitatem, ſed ſufficit, quod fundetur ſuper aliquid dignitatem importans.

Secundò. Innaſcibilitas dicit eſſe à ſe: ergo dicit aliquid poſitiuum. Antecedens patet, conſequentia probatur. Eſſe in ſe eſt modus poſitiuus eſſendi ſubſtantiæ: ergo eſſe à ſe eſt modus poſitiuus.

¶Reſpondetur primò, quòd eſſe à ſe accipitur dupliciter. Vno modo affirmatiuè, & ſic negatur antecedens, quia hoc modo nihil eſt à ſe, cũ nulla res ſeipſam producat. Alio modo priuatiuè, & ſic negatur conſequentia. Ad probationem dicitur eodem modo, quia eſſe in ſe ſimilitèr duplicitèr ſumi poteſt. Vno modo affirmatiuè, & ſic negatur antecedens, quia nihil in ſe eſt. Alio modo negatiuè, ſcilicet non eſſe in alio, & ſic conceſſo antecedente, negatur conſequentia.

*Eſſe à ſe accipitur dupliciter affirmatiuè, & priuatiuè.*

¶Dico ſecundò, quòd eſſe in ſe cum dicat eſſe, & quod tale eſſe non eſt in alio addit aliquid ad ſubſtantiam prædicamentalem, ſcilicet ipſum eſſe.

Tertiò. Eſſe ab alio dicit quid poſitiuum: ergo etiam eſſe à ſe.

¶Reſpondeo, quamuis ex dictis pateat, in quo ſenſu verum ſit conſequens, negatur tamen conſequentia, quia eſſe ab alio dicit veram productionem non autem eſſe à ſe.

*Concluſio II.* Innaſcibilitas aliquid præſupponit, vbi ſuprà probatur. Omnis priuatio ſupponit aliquid, in quo fundetur, ſed innaſcibilitas eſt priuatio: ergo.

*Concluſio III.* Innaſcibilitas non fũdatur in eſſentia nuda probatur, cuicunque communicatur eſſentia, communicatur quicquid in ea fundatur, ſed eſſentia communicatur filio, cui tamen non communicatur innaſcibilitas: ergo ipſa non fundatur in eſſentia nuda.

*Concluſio IV.* Innaſcibilitas non fũdatur in eſſentia, vt non eſt ab alio ità ꝙ eſſentia, cum iſto modo fundet rationẽ ingeniti, probatur, nulla res fundat ſeipſam, ſed non eſſe ab alio eſt de ratione illius priuationis, quam dicit innaſcibilitas: ergo.

*Concluſio V.* Innaſcibilitas fundatur ſuper vniuerſali ratione principij perſonalitèr dicti in diuinis.

Pro notitia huius concluſionis præmitto duo. Primum, quòd per ingenitũ non ſolum accipitur non eſſe ab alio per generationẽ, ſed nullo modo eſſe ab alio. Secundum quòd hic non loquimur de ſubiecto, cui conuenit talis priuatio, certum eſt enim quòd id eſt Pater. Sed quęritur de ratione, per quam conuenit patri, quòd ſit ingenitus.

Probatur ergo ſic concluſio. Oĩs priuatio fũdatur ſuper illud poſitiuũ, per ꝙ repugnat carẽti affirmatione oppoſita illi priuationi, ſed ꝙ aliquid ſit, & nullo modo ſit ab alio, vt ſignificatur ꝑ hoc nomẽ ingenitum, ex hoc eſt quod eſt vniuerſale principium omnium Perſonarum Diuinarum: ergo, &c.

Corollariũ primũ. Eſſe ingenitum nõ cõuenit eſſentiæ, nec Spiritui ſancto probatur, omne ingenitum eſt principiũ perſonalitèr dictũ, ſed nec eſſẽtia nec Spiritus ſanctus ſunt huiuſmodi: ergo.

Corol-

Digitized by Google

Corollarium ſecundum. Eſſe ingenitum non conuenit filio, probatur, ei non conuenit priuatio, cui conuenit oppoſita affirmatio, ſed eſſe genitum, quod eſt affirmatio oppoſita ingenito conuenit filio: ergo, &c.

*Aureo. hic.* Contra arguit Aureo. † Illud quo remoto, manet innaſcibilitas, non eſt fundamentum eius, ſed remota ratione principij productiui, adhuc manet innaſcibilitas: ergo, maior patet, minor probatur, quia ſuppoſito, quod in Diuinis eſſet tantum vna perſona, ipſa eſſet ingenita, & tamen ab ea remoueretur relatio principij perſonaliter dicti: ergo.

Confirmatur, quia Aug. 5. de tri. dicit, quod ſi pater non eſſet vniuerſale principium nihil prohiberetur ipſum dici ingenitum, & quod accidit genitori, quod ſit ingenitus: ergo poteſt eſſe ingenitus, dato, quòd non ſit genitor.

*Ingenitum dupliciter accipitur, notionaliter & attributiuè.* Reſpondeo, vt dicit S. D. præſenti diſt. art. ad tertium. Ingenitum accipitur dupliciter. Vno modo, vt eſt notio patris fundata in paternitate, & ſic negatur minor, quia remoto fundamento, remouetur id quod in eo fundatur, ſi in Diuinis eſſet tantum vna perſona ipſa non eſſet pater, & per conſequens nec ingenita notionaliter. Alio modo accipitur, vt eſt quoddam attributum eſſentiæ ſicut etiā æternitas, & immenſitas ſunt attributa, & ſic conceditur totum, & in hoc ſenſu loquitur Aug. ſed non eſt contra concluſionem, quæ intelligitur de ingenito notionaliter accepto. Nam negatio, quam importat ingenitum, ſcilicet habet eſſentiam non ab alio, ſi accipiatur, vt fundatur ſuper eſſentiam, ſic eſt attributum, & vt ſic non requirit diſtinctionem ſuppoſitorum, ſicut nec alia attributa. Si vero accipiatur, vt fundatur ſuper paternitate, ſic requirit diſtincta attributa.

Secundò, arguunt quidam alij ſic. Nullum prius fundatur in poſteriori, ſed innaſcibilitas ſaltem ſecundum rationem, eſt prior quàm generare, & quam paternitas: ergo, maior patet, minor probatur. Nulla res habet fœcunditatem reſpectu alicuius productionis, niſi prius intelligatur habere talem fœcunditatem ſiue potentiam, & non habere ipſam per actū talis potentiæ, ſicut verbi gratia, in Spiritu ſancto non eſt voluntas fœcunda, ſiue virtus ſpiratiua, & huius ratio eſt, quia Spiritus ſanctus procedit per actum talis potentiæ, ſed in patre eſt fœcunditas reſpectu generare: ergo prius intelligitur non habere ipſam ab alio, quod ſignificatur per innaſcibilitatem.

¶ Reſpondeo, negatur minor. Ad probationem negatur maior. Nam in Sorte eſt potentia generatiua, quam tamen habet per actum potentiæ generatiuæ ſiue patris. Nec valet ſimilitudo de Spiritu ſancto, quia quod in eo non ſit virtus ſpiratiua eſt, quia principium ſpirandi non includit ſolum voluntatem, ſed ſpirationem actiuam, cuius relatio oppoſita ſcilicet paſſiua ſpiratio eſt in Spiritu ſancto.

*Concluſio* VI. Innaſcibilitas non eſt conſtitutiua patris. Hanc probat vbi ſupra. Id quod præſupponit perſonam patris iam conſtitutam, non eſt conſtitutiuum eius, ſed innaſcibilitas eſt huiuſmodi, ſupponit enim paternitatem, in qua fundatur, paternitas autem eſt patris cōſtitutiua: ergo, &c.

Contra arguit Aureolus † primò. Nec ſpiratio, nec paternitas conſtituunt patrem: ergo innaſcibilitas eum conſtituit conſequentia patet, quia præter iſtas non ſunt in patre aliæ proprietates, antecedens pro prima parte patet, quia conſtitutiuum ſuppoſiti conuenit tantū illi ſuppoſito, ſed ſpiratio non conuenit ſoli patri: ergo, &c. pro ſecūda parte probatur. Omne conſtitutiuum patris eſt prius quam generare, quia actiones præſupponunt ſuppoſita, quorum ſunt, ſed paternitas non eſt prior quam generare cum ad ipſum ſequatur: ergo. *Aur. hic.*

Reſpondeo, negatur antecedens, pro prima parte. Ad probationē dico, quod paternitas, vt alias dictum eſt, accipitur dupliciter. Vno modo, vt eſt quædam forma incommunicabilis, & ſic eſt conſtitutiua patris in eſſe perſonali, & eſt prior ratione quam generare. Alio modo accipitur, vt eſt relatio, & ſic non conſtituit ſuppoſitum, & hoc modo eſt poſterior, quam generare, ad quem ſenſum procedit probatio. *Paternitas dupliciter accipitur, vt forma incōmunicabilis & vel relatio.*

Secundò arguit primum ſuppoſitum debet conſtitui per id quod eſt magis de ratione primi, ſed non eſſe ab alio, quod ſignificatur per ingenitum eſt magis de ratione primi, quàm eſſe aliud ab ipſo, quod ſignificatur per paternitatē: ergo pater qui eſt primum ſuppoſitum, magis conſtituitur per innaſcibilitatem, quàm per paternitatem.

Reſ-

Digitized by Google

*Primum duplicitér.*

¶Reſpondeo, quod primum dupliciter conſideratur. Vno modo ſub ratione paternitatis,id eſt inquantum primũ, & ſic cõſtituitur per illam negationem, & vt ſic prima perſona in Diuinis conſtituitur per innaſcibilitatem: Alio modo accipitur,inquantum eſt quoddam ſuppoſitum, & ſic conſtituitur per aliquid poſitiuum ei conueniens, pater ergo in Diuinis, vt eſt quoddam ſuppoſitum per paternitatem, vt eſt forma incommunicabilis, conſtituitur in eſſe ſuppoſitali,& innaſcibilitas conſtituitur in eſſe primitatis,ſicut etiam prima alteratio, quod ſit alteratio, habet quia eſt à corpore alterante,quod autem ſit prima habet,quia illud alterans,non eſt ab alio alteratum.

¶Dico ſecundò,quod quia omnis negatio habet affirmationem priorem,ſupra quam fundatur prius intelligetur pater habere illud poſitiuum, quo conſtituitur in eſſe perſonali, quam habere illam negationem,qua conſtituitur in eſſe primo.

¶Ex hoc ſequitur,quòd in omni primo eſt aliud prius primitate, & hoc eſt illud poſitiuum, in quo fundatur primitas.

Tertiò. Innaſcibilitas magis pertinet ad dignitatem, quam paternitas: ergo magis eſt conſtitutiua patris, conſequentia patet,antecedens probatur.Nõ eſſe ab alio eſt dignius quam quòd aliud ſit ab eo, ſed innaſcibilitas ſignificat nõ eſſe ab alio,& paternitas, quòd aliud ſit ab eo:ergo,&c.

¶Reſpondeo,negatur antecedens.Ad probationem negatur maior, quando non eſſe ab alio fundatur ſuper principium, quo aliud eſt ab eo, ſicut eſt in propoſito.Nam ingenitum fundatur ſuper generare,quo filius eſt à patre.

Quæritur,quomodo eſſentia in patre ſe determinat ad paternitatem,& in filio ad filiationem.

*Quomodo eſſentia ſe determinet ad perſonas.*

¶Ad quod reſpondetur, quòd eſſentię Diuinę, inquantum eſt talis natura, conuenit,quòd immediate ſubſiſtat in perſona patris,& immediate determinetur ad talem proprietatem,quæ eſt principium generandi.

¶Ad ſecundam vero perſonam mediante prima, à qua primò procedit,& ad tertiam mediante prima,& ſecunda non intelligendo ibi quancumque prioritatem extra intellectum, ſed ordinem originis vnius ab alio,& vnius à duobus, nec oportet propter hoc,quod paternitas,vel aliæ proprietates fluant ab eſſentia, vel quod aliquid fiat circa proprietates, vt ad ea determinetur, quia inter eſſentiam,& proprietates,nulla eſt realis diſtinctio.

*Concluſio* VII. Innaſcibilitas eſt propria notio patris,quòd ſit notio probatur ſic,vbi ſupra.Illud eſt notio patris quo pater innoteſcit, ſed pater inquantum non eſt ab alio, innoteſcit innaſcibilitate: ergo, &c. quòd autem ſit propria probatur ex hoc,quòd conuenit ſoli patri.Non enim conuenit filio,quia eſt genitus,nec Spiritui ſancto,quia ipſe ſupponit generationem filij, nec eſſentiæ, quia ipſa communicatur per generationem:ergo conuenit ſoli patri.

*Aureo. Vtrum innaſcibilitas ſit notio.*

Contra arguit Aureolus,primò. Omnis notio pertinet ad dignitatem,ſed nõ eſſe ab alio non pertinet ad dignitatem: ergo innaſcibilitas, quæ ſignificat non eſſe ab alio,non eſt notio. Maior patet minor probatur,habere naturam ab alio non dicit indignitatem, alioquin in filio eſſet aliqua indignitas: ergo non habere naturam ab alio non dicit dignitatem patet conſequentia quia ſicut ſe habet oppoſitum in opoſito, ſic propoſitum in propoſito.

Reſpondeo, negatur minor quando tale non eſſe ab alio fundatur ſuper communicare naturam alteri, quia tale cõmunicare dicit dignitatem in principio actiuo,cum omne agens agat, vt eſt in actu. Ad probationem concedo, quòd non eſſe ab alio non dicit ex ſe dignitatem,habet tamen dignitatem ex fundamento.

*Scotus hic.*

Contra arguit Scotus. † Nulla relatio dicit dignitatem ſiue perfectionem: ergo nulla notio dicit dignitatem, conſequentia patet,antecedens probatur.Omne dicens dignitatem in Diuinis,eſt formaliter finitum, vel infinitum, ſed relatio non eſt formaliter finita, vel infinita: ergo,&c. Maior patet,quia omnis quantitas eſt finita, vel infinita, primo phyſico. † ſed omnis perfectio eſt quantitas virtualis.Minor etiam probatur. Relatio nullo modo eſt quantitas: ergo, nec finita,nec infinita,antecedens probatur, quòd enim non ſit quantitas mobilis patet, quòd etiam non ſit quantitas virtualis patet, quia non eſt principium actionis. *tex.17.*

Reſ-

*Non omnis notio eſt relatio.*

Reſpondeo, primo negatur conſequentia, quia arguitur ab inferiori ad ſuperius negatiuè non enim omnis notio eſt relatio, vt patet de innaſcibilitate. Sed quia innaſcibilitas licet non ſit relatio, reducitur tamen ad relationem, ſicut priuatio ad habitum, ideo.

*Relationes notionales ſūt ſigna perfectionis.*

¶ Dico ſecundò, quod relationes Diuinæ, quæ ſunt notiones, quamuis non dicant formaliter perfectionem, vt argumentum concludit, ſunt tamen ſigna perfectionis. Nam paternitas cum fundetur ſuper generare eſt ſignum actualitatis patris. Similiter filiatio cum fundetur ſuper natiuitate viuentis ſignum eſt perfectionis illius naturę, de qua dicitur. Similiter proceſſio eſt ſignum naturę intellectualis, cum fundetur ſuper actum perfecti amoris.

¶ Dico tertiò, quòd relationi non repugnat quantitas virtutis, ſumendo quātitatem virtutis pro quantitate actus, relatio .n. realis eſt quidam actus.

*Tria pertinent ad notionē origo, dignitas, & determinatio.*

*Concluſio* VIII. Inſpirabilitas non eſt notio, probatur ſic præſenti diſtinct. articul 1. ad quartum. Omnis notio eſt quid ſpeciale, inſpirabilitas non eſt quid ſpeciale, cum ſit negatio ſpecialis proceſſionis, quanto enim quid negat magis ſpeciale, tanto eſt plus cōe ſicut patet ꝙ magis eſt non homo, quā non animal. Tria enim pertinēt ad notionem. Primò, quòd pertinent ad originem. Secundò quòd ad dignitatem. Tertiò quòd ſit quid ſpeciale, quia communia non ſunt principium innoteſcendi diſtinctam perſonam.

*Additio quæ eſt ſolutio argumentorum recentiorum per M. Mauritium de Gregorio.*

*In hac vigeſimaſeptima Diſt. & vnica quęſt. cōfutantur hæreſes dānatæ, vt in noſtro Cōmentario in text. Magiſtri, & confutantur etiam hæreſes, quæ ſunt in Abecedario, & in Ethimologijs hæreſum, & confutantur ſimilitèr Idolatria, vt in Abecedario Idolorum in principio, vide ibi litera P. & I. Et ēt confutantur falſæ Theologiæ Fænicum, Egyptiorum, Græcorum, Atlanticorum, Frigiorum, Gentium, &c. ab Euſebio in primo, ſecundo, tertio, & quarto de præparatione Euangelica contra Theologiam fabuloſam Poetarum antiquorum.*

*Loca ſoluētia argumēta aduerſa.*

*Ex concluſionibus, probationibus, & ſolutionibus argumentorū Capræoli ſoluuntur argumenta Vulpes, & aliorum recētiorum facile, vt facit Ariſt. ad argumenta Antiquorum, quod veritatis cognitio dubiorum eſt ſolutio, & cum Cardinali Bellarmino dicente in libro de Scriptoribus Eccleſiaſticis de Ioanne Capræolo, quòd Io Capræolus ſit defenſor Egregius Sancti Thomæ, & optimè diſſoluit omnia argumenta aduerſariorum, dicunt verba formalia Bellarmini, ergo ſi optimè diſſoluit per Bellarminum ſunt ſoluta argumenta cum his doctrinis hìc: Sicut ſoluit Ariſtotelis cōtra antiquos dicendo in 3. de Cœlo veritatis cognitio, dubiorum eſt reſolutio.*

*riorum Magiſtri Mauritij vltra commentaria textuū & loca cōtra hæreſes, &c.*

*Reſpondetur ſecundo, cum Cardinali Sarnano Franciſcano doctiſſimo, cum vigeſimaſexta concordantia, & ſimilitèr cum vigeſimaquinta concordantia Bonæberbę.*

*Argumenta verò Vaſquez, Valentiæ, Molinæ, Suarez, &c. quia colliguntur, & ſoluuntur, clarè, diſtinctè, & breuitèr à Ripa, à Nazario, à Conſales, à Nauarretto, à Zenardo, & præcipue à Montagnolo, in prima parte D. Th. q. 33. de pertinentibus ad nomen patris.*

*Vide noſtram expoſitionē Mag. Petri Lombardi aperientem mentem huius materiæ in folio 60. & infra pro 3. reſponſione Vulpes. Ac ēt vide 1. 2. & 3. folium pro alijs reſpontionibus ad argumenta eiuſdem Vlpes.*

## DISTINCTIO. XXVIII.

### Quæſtio. I.

IN diſt. 28. quæritur, vtrum nomen principij ſignificet in diuinis notionem diſtinctam.

*D. Auguſt. inuenit nomen notionis*

Pro quæſtione hæc eſt prima concluſio. Notiones ponendæ ſunt in diuinis.

Sciendum eſt quòd nomen notionis primò inuenit Auguſtinus, quinto de Trinitate capitulo ſeptimo, vbi dicit quòd alia eſt notio, qua pater intelligitur genitor, alia qua intelligitur ingenitus, per

Nn no-

Digitized by Google

notiones autem accipimus proprietates in abſtracto ſignificatas. Probatur vero ſic iſta concluſio, prima q.31. artic. 2. Vbi ſunt plures perſonæ, quæ in aliquo ſunt vnum, & in aliquo diſtinguuntur ſeorſum oportet ſignificare id in quo ſunt vnum, & id in quo diſtinguuntur. Id autem in quo diſtinguuntur debet ſignificari in abſtracto, cum principium diſtinctiuum habeat rationem formæ. Actus enim eſt qui diſtinguit, vt dicitur 7. met.† ſed in Diuinis eſt huiuſmodi: ergo oportet quòd proprietates quibus diſtinguuntur perſonæ Diuinæ ſignificentur in abſtracto.

*[illegible]*

Sciendum etiam, quòd licet perſonæ diſtinguantur ſeipſis, tamen oportet, ꝙ perſona aliter ſignificetur, vt eſt diſtincta, & aliter, vt eſt diſtinguens. Nam diſtinguens intelligitur, vt forma, & ideo ſignificatur in abſtracto, diſtinctum autem intelligitur, vt ſubſiſtens, & ideo ſignificatur in concreto

Contra arguit Gregorius, † primò Iſtæ proprietates non ſunt entitates extrinſecæ perſonis, vt patet, nec ſunt eis intrinſecæ: ergo non ſunt ponendæ iſtæ proprietates, conſequentia patet, & antecedens probatur. Omnem entitatem ſibi intrinſecam pater communicauit filio, ſed non communicauit ei paternitatem: ergo paternitas non eſt entitas extrinſeca patri.

*Grego. in 1. di. 27. q. 1. Vtrum ſint ponendæ notiones in diuinis.*

Reſpondeo, quòd ſunt intrinſecæ perſonis non quaſi partes earum, ſed ſunt idem realiter cum eis, & diſtinctæ ſecũdum rationem.

¶Ad probationem dico, quod cum ſubſtantiua multiplicentur ad pluralitatem formæ ſignificatæ, adiectiua vero ex pluralitate ſuppoſitorum, & in Diuinis ſit tantum vnum eſſe, & per conſequens tantum vna entitas, nam ens imponitur ab eſſe, in Diuinis eſt tantum vnum ens, ſubſtantiuè loquẽdo, & ſimiliter tantum vna entitas, ſunt tamen plura entia accipiendo ens adiectiuè.

*In diuinis ſunt plura entia adiectiuè.*

¶Dico ſecundò, quod cum relatio nõ habeat ex ſe quod aliquid ponat in eo, de quo dicitur huiuſmodi relationes diuinæ non habent ex ſe quod ſint intrinſecæ, aut extrinſecæ.

¶ Dico tertio, quod entitas accipitur dupliciter, vno modo pro entitate abſoluta, & ſic concedo totum ſcilicet, quod paternitas non eſt entitas abſoluta. Alio modo accipitur pro entitate relatiua, & ſic negatur maior.

Cõtra, pater communicauit filio omnem entitatem abſolutam per ſe, & non communicauit omnem entitatem relatiuam: ergo pater eſt compoſitus.

¶Reſpondeo, negatur conſequentia, quia entitas abſoluta, & entitas relatiua differunt tantum ratione.

Secundo, Si præter eſſentiam communem in qualibet perſona eſt aliqua proprietas, ſequitur quod in qualibet perſona ſit deitas propria præter deitatem communem, hoc eſt falſum ergo, &c. conſequentia patet, quia illa proprietas eſt deitas.

Reſpondeo, negatur conſequẽtia, quia ly præter non excludit aliud ſecundum rem, ſed ſecundum rationem.

*Concluſio* II. Nomẽ principij propriè cõuẽit alicui perſonæ Diuinę reſpectu alterius. Hãc ſic ꝓbat. 1. q. 33. ar. 1 Omne id à quo aliquid ꝓcedit eſt principiũ eius, ſed ab vna perſona alia ꝓcedit; ergo, &c.

*Concluſio* III Hoc nomen principium conuenientius dicitur de Deo quàm hoc nomen cauſa, probatur vbi ſupra. Illud nomen quod eſt minus cõtractum conuenientius dicitur de Deo, quam nomen magis contractum contractione dicente imperfectionem, ſed hoc nomen principium eſt minus contractum quàm cauſa, vt dicitur 5. meta. Sicut. n. concauum dicit curuitatem nõ contractam, ſimul autem dicit curuitatem contractam ad determinatum ſubiectum, ita principium dicit generaliter id, à quo aliquid procedit, ſed cauſa dicit id, à quo aliquid procedit diſtinctum ſecundum eſſentiam, dicit ẽt imperfectionem ſ. diſtinctionem in eſſentia, nam omnis cauſa diſtinguitur realiter à ſuo effectu.

Contra arguit Aureo. † principium vt dicitur de Deo non eſt magis commune quàm cauſa: ergo probatio concluſionis eſt nulla, antecedens probat. Omne principium alicuius per originem eſt cauſa eius, ſaltem ſecundum Philoſophos, ſed principium, vt dicitur in Diuinis eſt tantum per originem; ergo, &c.

*Aureol. hic q. 1.*

Reſpondeo, negatur antecedens. Ad probationem negatur maior. Dico enim, quòd principium importat originem vnius ab alio quocunque modo

*In quo ſit ſtat ratio principij.*

oria-

oritur. Dies enim oritur à mane: non tamen cauſatur à mane. Vel poteſt dici, quòd ratio principij non conſiſtit in origine, ſed in proceſſu vnius ab alio quocunque modo.

¶ Dico ſecundò ad minorem, quòd principium in Diuinis de formali ſignificato dicit proceſſum abſolutè, licet de materiali ſignificato dicat tantum proceſſum originis.

*Concluſio* IV. Principium non dicitur vniuocè in Diuinis ſecundùm, quòd vna perſona eſt principium alterius, & ſecundum quod Deus eſt principium creaturæ.

Hanc ſic probat præſenti diſtin. art. 2. Id quod in ſui ratione includit tantum reſpectum rationis, & id quòd includit reſpectum realem, nón conueniunt in aliquo vniuoco, ſed principium, vt dicitur de Deo ad creaturas, includit reſpectum rationis, & principium notionale includit reſpectum realem: ergo, &c. minor patet, maior declaratur. Nam licet ens reale, & ens rationis poſſint conuenire in vno reſpectu, tamen ille conceptus non eſt vniuocus, quia ens reale aliter ſe habet ad illum conceptum, quàm ens rationis, quia ens reale habet veram quidditatem correſpondentem illi conceptui, ens autem rationis non.

*Aureoi. vbi ſupra.*

Contra arguit Aureo. † quod ratio principij ſit vna, quod concedimus, ſed dicimus, quod non eſt vna tali vnitate, quę ſufficiat ad vniuocationem. Nam illa ratio per prius dicitur de principio notionali. Ratio autem vniuoca non prius conuenit vni, quàm alteri, licet vnum vniuocatorum poſſit eſſe prius altero ſecundum eſſe.

*Rõ principij non eſt vniuoca.*

*Additio quæ eſt ſolutio argumentorum recentiorum per M. Mauritium de Gregorio.*

*In hac 28. Diſtinct. & vnica quæſtione ſequenti confutantur hæreſes damnatæ, vt in noſtro Commentario in text. Magiſtri, & confutantur etiam hæreſes, quæ ſunt in Abecedario, & in Ethimologijs hereſum, & confutantur ſimilitèr Idolatriæ, vt in Abecedario Idolorum in principio vide ibi. litter. D. & P. Et ẽt confutantur falſæ Theologiæ Fænicum, Egyptiorum, Græcorum, Atlãticorum, Frigiorum, Gentium, & c. ab Euſebio in primo, ſecundo, tertio. & quarto de præparatione Euangelica contra Theologiam fabuloſam Poetarum antiquorum.*

*Ex cõcluſionibus, probationibus, & ſolutionibus argumentorum Capræoli ſoluũtur argumenta Vulpes, & aliorũ recentiorum facile, vt facit Ariſtot. ad argumenta Antiquorum, quod veritatis cognitio dubiorum eſt ſolutio, & cum Cardinali Bellarmino dicente in libro de Scriptoribus Eccleſiaſticis de Ioanne Capræolo, quòd Ioa. Capræolus ſit deſenſor Egregius Sancti Thomæ, & optimè diſſoluit omnia argumenta aduerſariorum: dicunt verba formalia Bellarmini, ergo ſi optimè diſſoluit per Bellarminum ſunt ſoluta argumẽta cum his doctrinis hìc: Sicut ſoluit Ariſtotelis cõtra antiquos dicendo in 3. de Cœlo veritatis cognitio, dubiorum eſt reſolutio.*

*Loca ſoluẽtia argumẽta aduerſariorum Magiſtri Mauritij vltra commentaria textuũ loca contra hæreſes, &c.*

*Reſpondetur ſecundò, cum Cardinali Sarnano Franciſcano doctiſſimo, cum vigeſimaſeptima cõcordantia, & ſimilitèr cum vigeſimaſexta cõcordantia Bonæherbæ.*

*Argumenta verò Vaſquez, Valentiæ, Molinæ, Suarez. & c. quia colliguntur, & ſoluuntur, clarè, diſtinctè, & breuitèr à Ripa, à Nazario, à Con ſales, à Nauarretto, à Zenardo, & præcipuè à Mõtagnolo, in prima parte D. Th. q. 31. de pertinẽbus ad vnitatẽ, vel pluralitatẽ perſonarũ, & q. 33. de pertinẽtibus ad perſonã patris. Vide noſtrã expoſitionẽ Magiſtri Petri Lõbardi aperiẽtem mentẽ huius materiæ in fol. 60. & infra hìc, pro 3. reſp. Vulp. Ac etiam vide 1. 2. & 3. foliũ pro alijs reſponſionibus ad argumẽta eiuſdem Vulpes.*

## DISTINCTIO XXIX.

### *Quæſtio. I.*

IN diſt. 29. quæritur primo. Vtrum inter Deum, & creaturas ſit aliqua relatio realis.

Pro quæſtione hæc eſt prima concluſio. Aliqua relatio eſt verum ens reale extra animã.



Digitized by Google

Hanc ſic probat de potentia.q.7.art.10. Quicquid eſt in prædicamento eſt ens reale,vt habetur.5.meta.† ſed aliquę relationes ſunt in prædicamento: ergo &c.

Text.14.

Aureo. hic q.1.

Contra arguit Aureol.† primò. Omne ens reale præter Deum aliquod productiuum habet 12.metaphyſico. comm.37. ſed nulla relatio habet productiuum:ergo,maior patet minor probatur. Si aliqua relatio puta paternitas haberet productiuum, aut produceretur ab ipſo patre:aut à termino, ſcilicet à filio, ſed nec ſic, nec ſic: ergo, minor probatur, quod non producatur à patre ſic. Nulla relatio producitur niſi producto aliquo abſoluto, alias eſſet per ſe terminus motus, ſed pater nihil producit in ſe abſolutum:ergo. Quod non producatur à filio, probatur, quia nihil filius imprimit patri.

Vtrũ relatio aliqua ſit ens reale

Confirmatur. Nulla res manet, destructo eo in quo fundatur, ſed paternitas ſi eſt ens reale fundatur ſuper genuiſſe, quod tranſijt: ergo paternitas non eſt entitas realis.

¶Reſpondeo, & dico primò, quòd cũ relatio non poſſit eſſe per ſe terminus motus, oportet ad productionem relationis produci aliquod abſolutum ad quod ſequatur relatio, vt ſic per accidẽs terminet motum.

Relatio non producitur niſi producto abſoluto

¶Ex hoc patet, quòd album ſimile alteri albo ab eodem habet ſimilitudinem in virtute à quo habet albedinem. Vnde ſi eſſet tantum vnum album in mundo, in eo eſſet virtualiter, & ſicut in radice ſimilitudo quæ reduceretur ad actum producto alio albo. Et ſic relatio oritur ſaltem radicaliter ſimul cum abſoluto, licet non ponatur in actu, niſi poſito termino, quia de ratione eius eſt terminus. Similiter dico, quod pater habet paternitatem ab eo virtualiter, à quo habet potentiam generandi, ſed in actum reducitur à ſeipſo, dum generat.

¶Dico ſecundò, quod prima cauſa efficiens relationis, puta ſimilitudinis, eſt id quod cauſat vtramque albedinem, vel vnam earum, ſed cauſa efficiens proxima eſt ſuum fundamentum, & terminus, quæ quidem cauſalitas eſt per ſimplicem emanationem. Cum hoc tamen eſt etiam cauſa formalis, quia relationes à terminis ſpecificantur. Habet ergo relatio à quo producatur, ſed per accidens, vt dicitur primo cœli. com.100. & 5.phyſic.com.10.& ſic negatur minor. Ad probationem negatur etiam minor pro vtraque parte.

¶Ad primam rationem, quod non producatur à patre, dico quod ſequendo opinionem, quæ dicit actionem eſſe in agente, negatur minor, quia producit in ſe aliquod abſolutum, ſcilicet generare, Sed quia ſequor opinionem, quæ dicit actionem eſſe in paſſo, dico quod illud abſolutum ad quod ſequitur relatio non oportet ſemper eſſe in eodem ſubiecto, in quo eſt relatio, pater ergo producit aliquod abſolutũ in filio ad quod ſequitur in filio filiatio, & in patre paternitas.

¶Ex hoc patet, quod pater generando attingit aliquem reſpectum, qui eſt in patre, licet non attingat, aliquod abſolutum.

¶Dico tertiò, quod etiam filius cauſat paternitatem in patre tanquam cauſa partialis. Generans enim, & genitum concurrunt in virtute vnius cauſæ emittentis duas relationes, quarum vna eſt in patre, & alia in filio, ſed pater concurrit principalius, quia cauſat illud abſolutum, ad quod ſequitur relatio, filius autem nõ, & actio qua filius cauſat iſtas relationes non diſtinguitur ab eis re, ſed ratione.

Pater, & filius cauſãt paternitatẽ

¶Ad cõfirmationem negatur minor. Paternitas.n. fundatur ſuper potentia generatiua, ſed ipſe actus generandi eſt ratio fundandi eam, quo ad fieri eius, ſed non quo ad conſeruari, & ideo põt conſeruari, deſtructo actu generãdi.

Addo poſtremo ad maiorem doctrinam.ꝙ in producente per motum eſt duplex relatio. Vna eſt producentis ad productum, & iſta fundatur in ipſo producente, & eius terminus eſt ipſum productum. Alia eſt producentis ad motum, quia etiam ipſe efficitur à producente, & iſta fundatur ſuper potentia producẽtis, & terminatur ad ipſum motum.

In producẽte per motũ eſt duplex relatio.

Secundò arguit. Nullum ens reale aduenit alicui ſine mutatione eius, cui aduenit, ſed ralatio aduenit alicui de nouo abſque mutatione, puta ſi ſit vnum ſolũ album, & poſtea fiat illud album, aduenit ſimilitudo priori albo ſine mutatione:ergo,&c.

¶Reſpondeo, primò negatur maior de realitate ſe habente non per modum immanentis, ſed tranſeuntis in aliud, cuiuſmodi eſt relatio, cuius totum eſſe eſt

ad

Digitized by Google

ad aliud ſe habere. Iſta reſponſio eſt S.Doct.de potentia quæſt. 3. artic. 9. ad ſeptimum.

*Relationem aduenire alicui de nouo contingit totaliter, & non totaliter.*

¶Dico ſecundò, quod relationem aduenire alicui de nouo, contingit dupliciter. Vno modo totalitèr, & ſic conceditur maior, & negatur minor, nam ex productione ſecundi albi non aduenit ſimilitudo totalitèr de nouo priori albo, quia prius habebat eam in radice. Alio modo aduenit non totalitèr, ſed ſolum in actu completo: ergo ſic negatur maior.

¶Dico tertiò, quòd relatio, vt relatio eſt, nõ habet quòd ſit ens reale, alioquin omnis relatio eſſet realis, ſed ex propria ratione relationis dicit ordinẽ ad aliud, quòd autem ſic accidens, ſiuè ens reale, hoc habet à fundamento, quod eſt reale. Poteſt ergo accipi relatio duplicitèr.

*Relatio dupliciter, vt relatio, & vt accidẽs.*

Vno modo, vt eſt accidens, ſcilicèt cum aduenit ſimul cum fundamento à quo habet, quod ſit accidens, & ſic negatur minor. Alio modo, vt eſt relatio, & ſic concedo totum, quod relatio, vt relatio non eſt ens reale.

¶Dico quartò, quod cauſato fundamento, cauſata eſt relatio, vt eſt accidẽs in potentia proxima, cauſato autem termino, cauſatur relatio, vt relatio eſt, non per motum, ſed per naturalem ſequelã.

Tertiò. Omne coniungens aliqua duo, ſi ſit ens reale, impeditur per aliquam diſtantiam, hoc patet, nam actio, & paſſio, quia coniungunt agens, & paſſum, requirunt approximationem, ſed relatio coniungit relatiua, & non impeditur per quamcumque diſtantiam, nam album in Oriente poteſt eſſe ſimile albo in Occidente: ergo relatio non eſt ens reale.

Reſpódeo, negatur maior de eo, quod coniungit formalitèr, & quod ſe habet per modum attingentis duo, nec vt ponentis aliquid in eis ex ſua propria ratione, cuiuſmodi eſt relatio. Si autem loquimur de coniunctione effectiua, & de his quorum vnum ſe habet, vt actus, & aliud vt potentia, conceditur maior, & negatur minor.

Ad probationem autem dico, quod actio, & paſſio coniungunt effectiuè, & agens ſe habet vt actus, & paſſum vt potentia.

Quartò. Tempus non poteſt eſſe ſi anima non ſit, vt dicitur 4. phyſic. com. 87. ergo nec relatio, conſequentia probatur. Relatio eſt debilioris eſſe quàm motus, vt dicitur 12. metaph. comment. 19. ergo ſi tempus non poteſt eſſe ſine anima, nec relatio.

*Tempus eſt perfectioris eſſe quàm relatio.*

Reſpondeo, primò, quod non concludit propoſitum, ſcilicet relationem eſſe ens rationis. Secundò negatur conſequentia, quia tempus, & relatio ſe habët, vt excedens, & exceſſum. Tempus enim eſt perfectioris eſſe, quàm relatio, quia ponit ens abſolutum, relatio autem non, & in hoc attenditur debilitas relationis. Relatio vero eſt perfectior tempore inquantum poteſt eſſe ſine actu animæ, quod non poteſt tempus.

¶Dico tamen, quod tempus eſt ſimplicitèr perfectius relatione, negatur ergo conſequentia, quia non comparans tempus ad relationem, quantum ad id, in quo vnum excedit aliud.

Quintò. Nullum ens reale poteſt eſſe in duobus ſubiectis, ſed relatio eſt in vtroque relatiuorũ vt, Simplicius dicit, ergo non eſt ens reale.

*Mẽs Simplicij de ſubiecto relationis.*

Reſpondeo, negatur minor, mens .n. Simplicij non eſt, quod relatio ſit ſubiectiuè in duobus, ſed quod aſſiſtit vtrique extremo. In quolibet tamen relatiuorũ eſt diſtincta relatio, aliquando tantum numero, vt in duabus ſimilibus, aliquando etiam ſpeciei, vt in Patre, & Filio.

*Vtrum ſimilitudo, & æqualitas ſint relationes reales.*

Sextò arguit ſpecialitèr, quòd ſimilitudo, & æqualitas nõ ſint relationes reales. Omnem entitatem priorem poteſt Deus conſeruare ſine poſteriori, ſed albedo eſt prior ſimilitudine, & quantitas æqualitate: ergo ſimilitudo, & æqualitas ſunt etiam realia, ſequitur quod Deus poſſet conſeruare duas albedines, non conſeruando ſimilitudinem inter eas, hoc eſt falſum, vt patet: ergo, &c. minor primi proceſſus patet, maior probatur, prius non dependet à poſteriori: ergo poteſt conſeruari ſine eo. Item ſi Deus non poteſt deſtruere ſimilitudinem, ſeruatis duobus albis, ſequitur quod albedo ſit fortior ad ponendam ſimilitudinẽ, quam Deus ad deſtruendam.

Reſpondeo, primò negatur maior de poſteriori, quod neceſſariò ſequitur ad prius.

¶Ad primam probationem negatur conſequentia, quia quod prius non poſſit eſſe ſine poſteriori, nõ eſt cauſa quod à poſteriori dependeat, ſed quia poſterius dependet à priori, implicat autem aliquid conſeruari ſine eo, quod ad ipſũ neceſſariò ſequitur.

¶Ad

Digitized by Google

¶ Ad ſecundum negatur conſequentia. Deus enim ponendo duo alba, ponit ſimilitudinem, & ideo impoſſibile eſt, quod poſitis duobus albis, deſtruat eam, quia tunc eandem rem poneret ſimul, & deſtrueret.

Septimò ad idem. Similitudo non fundatur in natura communi qualitatis puta albedinis, nec fundatur ſuper duas albedines ſolo numero diſtinctas: ergo ſimilitudo non eſt quid reale, tenet conſequentia, quia non poteſt dari aliud eius fundamentum, prima pars antecedentis probatur. Si ſimilitudo fundatur in natura communi, ſequitur quod ſenſus, vel imaginatio non poſſit iudicare ſimilitudines corporum, hoc eſt cõtra experientiam, ergo &c. conſequentia probatur, quia ſenſus non apprehendit naturam communem, ſecunda pars antecedentis probatur. Nulla vna negatio fundatur in ſubiectis diſtinctis, ſed ſimilitudo eſt negatio, cum ſit vnitas qualitas rerum differentium, ergo, &c.

*Duo exigit ſimilitudo.*

Reſpondeo, quod fundatur in natura communi, quæ licet ſit diuiſa ſecundum eſſe, tamen eſt vna ſecundum rationem. Vnde ſimilitudo requirit vnitatem formæ, & diſtinctionem ſuppoſitorum, vt patet ex eius diffinitione, ita tamen eſt, quod vnitas naturæ eſt fundamentum principale, & diſtinctio ſuppoſitorum eſt cauſa, ſine qua non.

¶ Ad improbationem primo negatur minor, quia licet ſenſus apprehendat cauſas relationum. non tamen apprehẽdit ipſas relationes, ſed eſt occaſio, quod apprehendantur per intellectum, ſicut eſt etiam de apprehenſione ſubſtantiæ.

¶ Secundò negatur conſequentia. Ad probationem dico, quod licet ſenſus nõ apdrehendat naturam vniuerſalem, quòad vniuerſalitatem, tamen apprehendit eam in indiuiduis, prima ſecundę quæſt.29.art.6.

*Vtrum relatio totius, et partis ſit realis.*

Octauò arguit, quòd relatio totius, & partis dupli, & tripli, & huiuſmodi, quæ conſequuntur quantitatem non ſint reales. Si huiuſmodi relationes ſunt extra animam, ſequitur quod in eodem eſſent actu infinitæ relationes, hoc eſt contra philoſophum 3. phyſ. ergo, &c. conſequẽtia probatur, quia data quacũque linea, ipſa habet infinitas partes, & qua ratione refertur ad vnam, refertur etiam ad aliam, & ſimilitèr illa linea eſt dupla ad ſuum dimidium, & tripla ad tertiam partem, & ſic in infinitum: ergo, &c.

*Tex.37.*

Reſpondeo, negatur conſequentia, quia relatio realis requirit extrema realitèr diſtincta, pars autem quamdiù eſt in toto non eſt niſi per eſſe totius, & ideo ad talem partem non refertur totum realitèr. Si vero partes habeant propriũ eſſe, ſicut contingit in toto, quod eſt numerum quinque lapidum, & huiuſmodi tales referuntur realitèr ad totum.

*Vtrum dominium, & ſeruitus ſint relationes reales.*

Nono arguit ſic de dominio, & ſeruitute. Id quod conſiſtit in mutua obligatione non eſt ens extra animam, apprehendentem talem obligationem, ſed dominium, & ſeruitus ſunt huiuſmodi. Nã Dominus eſt obligatus ſeruo quòad actũ rationis, vt eſt dirigere, & gubernare, & ſeruus eſt obligatus Domino, quòad actus corporis: ergo, &c.

Reſpondeo, negatur minor, ſed dominium fundatur ſuper potentia coercendi, de potentia quæſt.7.artic.10.ad quartum, quæ quidem potentia ſi veniat à natura, fundat relationem realem, ſicut eſt in aliquibus creaturis, ſi autem veniat à ſola voluntate, fundat relationem rationis, ſicut eſt in Deo reſpectu creaturarũ. Licet enim Deus habet naturalitèr omnem potentiam ſuam, tamen quòd creaturæ ſint quas poſſit coercere dependet à ſua voluntate, & per conſequens etiam potentia coercendi, vt ſic.

*Dominus ſ electionem refertur relatione rationis.*

Ex hoc habes, quòd omnis qui eſt Dominus per electionem, vel quia aliquis voluntariè ſubditur ei, refertur ad ſeruũ ſola relatione rationis.

Decimò arguit, quòd relatio ſcientiæ, ad ſcibile non ſit realis. Nulla entitas realis poteſt dependere à non re, ſed relatio ſcientiæ dependet à non re, cum ſcientia poſſit eſſe etiam re deſtructa, vt dicit philoſophus 6.metaph.& Commẽtator comm.54. ergo relatio ſcientiæ nõ eſt realis.

Reſpondeo, primò, quòd relatio realis actualis requirit duo extrema realia actu exiſtentia, & propter hoc reſpectus, qui conſequũtur actus animæ, qui poſſunt eſſe etiam reſpectu rei actu non exiſtentis, dicuntur habituales.

¶ Dico ſecundò, quòd ſcibile duplicitèr accipitur. Vno modo quòad actualem eius exiſtentiam. Alio modo quòad rationem ſuam vniuerſalem, & prædicata illi rationi per ſe conuenientia.

*Vtrum relatio ſcientiæ, & ſcibilis ſit realis.*

¶ Dico tertiò, quòd ſcientia, quæ cauſatur à ſcibili, duplicitèr ad ipſum refertur.

Digitized by Google

tur. Vno modo ſicut effectus ad cauſam, & iſta relatio eſt realis, & deſtruitur deſtructo ſcibili. Alio modo ſicut menſuratum ad menſuram, & hoc duplicitèr, quia ſi eſt cognitio rei quantum ad ſuũ eſſe, ſic eſt relatio realis, & deſinit eſſe deſtructo ſcibili. Si autem eſt cognitio rei quòad eius vniuerſalia, & neceſſaria prædicata ſic eſt relatio rationis, cum talis cognitio poſſit eſſe de re non exiſtente.

*Concluſio II.* Relatio realis eſt entitas realiter diſtincta à fundamento, probatur ſic. Illa ſunt realitèr diſtincta, quorum vnum poteſt eſſe, altero non exiſtente, ſed fundamentum poteſt eſſe, non exiſtente relatione, puta ſi eſſet tantum vna albedo tunc eſſet fundamentum ſimilitudinis, & tamen non eſſet ſimilitudo: ergo, &c.

*† Gregor. in 1. diſ. 28. q. 2.*

*Vtrum relatio realis ſit entitas diſtincta à fundamento.*

Contra arguit Gregor. † primò quòd omnis entitas ſit abſoluta. Omnis relatio ſecũdum totum, quod eſt ad aliud, vt patet ex eius diffinitione, ſed nulla entitas ſecundum totum, quo eſt, eſt ad aliud: ergo nulla entitas eſt relatio: ergo omnis entitas eſt abſoluta, tenet iſta vltima conſequentia, quia abſolutum, & relatio diſtinguuntur per rationes contradictorias, ſcilicèt per eſſe ad aliud, & per non eſſe ad aliud, minor probatur. Nulla eſſentia eſt ad aliud, cum eſſentia dicatur ad ſe, ſed omnis entitas eſt quædã eſſentia, ergo nulla entitas eſt ad aliud.

Reſpondeo, negatur minor. Ad probationem negatur maior. Eſt enim fallacia figuræ dictionis arguere ſic. Omnis entitas eſt eſſentia, ſed eſſentia dicitur ad ſe: ergo omnis entitas dicitur ad ſe, quia arguitur à modo ſignificandi ad modum rei.

Vbi ſciendum eſt, quod aliquid ſignificatur per modum abſoluti, & tamen abſtrahit ab abſoluto, & relatiuo ſic, tamen ens cùm ſit ſuperius ad vtrumque. Ad videndum autem, vtrum aliqua entitas ſit abſoluta, vel relatiua, non eſt recurrendum ad tranſcendentia, ſed eſt videndum vtrum ſecundum ſuam rationem ſpecialiſſimam ſit ad aliud, vel non. Negatur ergo illa, quia licèt nulla entitas, vt ſignificatur nomine eſſentiæ ſit ad aliud, eſt tamen aliqua, quæ eſt quid ad aliud. Eſſentia enim abſtrahit ab abſoluto, & reſpectiuo, quamuis quòad modum ſignificandi, & intelligendi ſit abſolutum.

Secundò arguit. Diſtinctio Sortis à Platone eſt relatio realis, & non eſt entitas diſtincta à Sorte: ergo non omnis relatio eſt diſtincta à fundamento, maior patet minor probatur. Si illa entitas eſt diſtincta à Sorte: ergo vel per ſeipſam, vel per aliam entitatem. Si per aliam, quæro quomodo illa diſtinguatur, & ſic procedetur in infinitum. Si ſeipſa: ergo ſimilitèr Sortes diſtinguitur ſeipſo à Platone.

*Diſtinctio duplex, poſitiua, & negatiua.*

Reſpõdeo, quod diſtinctio eſt duplex. Vna eſt poſitiua, cuius fundamentum eſt quantitas, & hæc eſt realis, & de iſta negatur minor. Alia eſt diſtinctio, quæ importat ſolam negationem vnius ab altero prima diſtinctio reperitur ſolum in rebus quantis, ſecunda vero reperitur in omnibus quorum vnum non eſt aliud.

Ad probationem minoris dico, quod ſubijcitur ad ſuam relationem, & ſimilitèr duas relationes non poteſt eſſe relatio realis, & propter hoc illa relatio, qua Sortes formalitèr diſtinguitur à Platone, diſtinguitur à Sorte diſtinctione ſecundo modo, non primo modo dicta.

Ex his patet, quod ad hoc, quod Sortes diſtinguatur primo modo à Platone, non ſufficit Sortem eſſe, & Platonem eſſe, & Sortem non eſſe Platonem, ſed præter hoc oportet in Sorte eſſe aliquam entitatem, qua formalitèr à Platone diſtinguatur.

*Vtrum diſtinctio ſit Sortis entitas addita Sorti.*

Contra arguitur ſic. Si diſtinctio Sortis ẽ entitas addita Sortis, ſequitur quod ad generationem Sortis generetur aliquid in omni re quanta, hoc eſt falſum, ergo, &c. conſequentia probatur, generato Sorte generatur in omni re quanta diſtinctio à Sorte, ſed illa diſtinctio per te eſt entitas: ergo, &c.

Reſpondeo, negatur conſequentia, quia vnum quantum per eandem diſtinctionem diſtinguitur ab omnibus quantis, & eadem ſimilitudine vnum album aſſimilatur omnibus albis.

Tertiò. Identitas ſpecifica inter Sortem, & Platonem non eſt aliquid eis additum, ſed illa identitas eſt relatio realis: ergo non omnis relatio realis addit ad id cuius eſt, minor eſt philoſophi 5. meta. maior probatur. Nulla res eſt vna per aliquid ei additum, vt dicitur 4. meta. † ergo non eſt idem alteri per aliquid ei additum, conſequentia probatur, quia 5. metaph. cap. de eodem dicitur palam, quia identitas vnitas quædam eſt. Et cõfirmatur. Omne accidens eſt magis diuer-

*† Tex. 3.*

*Cap. de eodem.*

uer-

Digitized by Google

uerſum à Platone, quàm ſit ipſe Sortes, vt patet: ergo per nullum accidens Sortes eſt idem Platoni ſecundum ſpeciem.

Reſpondeo, negatur maior. Ad probationem conceditur antecedens de vnitate tranſcendente, & negatur de vnitate, quæ eſt principium numeri, & identitas numeralis nihil addit, ſed benè identitas ſpecifica, ſicut ſimilitudo, prima parte quæſt. 20. artic. primo ad ſecundum, ſed negatur conſequentia, nec philoſophus intendit, quòd eodem formalitèr aliquà ſint eadem quo ſunt vnum, ſed quod vnitas naturæ eſt fundamentum identitatis.

Ad confirmationem negatur conſequentia. Sufficit enim quod fundamẽtum talis identitatis, ſcilicet natura ſpecifica ſit minus diſtinctum à Platone quam ipſe Sortes

Quartò. Vnio materiæ ad formam eſt relatio, ſed talis vnio non eſt entitas addita materiæ: ergo, &c. maior communitèr conceditur, minor probatur. Materia magis facit vnum cum forma, quam cum illa vnione, quàm dicis entitatem materiæ additam: ergo materia non vnitur formæ per talem entitatem.

*Forma non facit vnum cum materia formali ter ſeipſa.*

Reſpondeo, negatur minor, quia ſicut ad albedinem conſequitur ſimilitudo, ſi aliud album exiſtat, ita ad generationẽ conſequitur vnio materiæ ad formam, quæ eſt relatio, vt dicitur tertiò ſent. diſt. 2. art. 2. quæſt. 3. Ad probationem negatur conſequentia, licèt enim forma conſtituat aliquid vnum cum materia, ità ꝙ ex materia, & forma ſit aliquid magis vnum, quàm ex materia, & quocunque accidente, forma tamen non facit vnum formalitèr cum materia ſeipſa, ſed per relationem vnionis.

Quintò. Vnio duarum medietatum alicuius continui eſt relatio, ſed illa vnio nõ eſt entitas addita partibus: ergo, &c. minor probatur, aut illa entitas eſſet extenſa, aut intenſa, ſed nec ſic, nec ſic: ergo, maior patet, minor probatur pro prima parte. Si ſunt extenſæ illæ vniones, vel ſunt in linea, & hoc non, quia cum non ſolum linea, ſed etiam ſuperficies illarum medietatum vniantur, ſequitur ꝙ ipſæ ſuperficies ſint vnitæ ſine vnione, neque ſunt ſubiectiuè in ſuperficiebus, quia tunc duæ ſuperficies eſſent immediatæ. Nec eſt dicendum, quod vnio vnius medietatis ſit extenſa in tota illa medietate, & ſimilitèr, quòd vnio alterius, quia ſicut ex illis duabus medietatibus vnitis ſit aliquid vnum, ita ex vnione vnius medietatis, & ex vnione alterius fiet vna totalis vnio, ſed hóc eſt falſum, quod probo dupliciter.

Primò. Si ex illis ſit vna totalis vnio: ergo per illam vnionem ipſum totum cõſtitutum ex illis medietatibus eſt vnitum, ſed hoc eſt falſum, quia nec eſt vnitum ſibi ipſi, nec ſuis partibus, quia non eſt diſtinctum à ſe, nec à ſuis partibus ſecundum ſitum, nec eſt vnitum alteri, quia ponitur caſus, quòd ſit quoddam corpus nulli continuatum.

¶Secundò. Si ex illis ſit vna totalis vnio, tunc ſi diuidatur totum in duas medietates, etiam illa totalis vnio cum ſit extenſa, diuidetur in duas vniones, quarum vna erit in vna medietate, & alia in alia, ſed hoc eſt falſum, quia tunc illæ medietates haberent vnionem, & tamen eſſent diſtinctæ.

¶Secunda pars illius minoris probabatur, ſcilicèt quod talis vnio non ſit inextenſa, quia aut eſſet tota in qualibet parte, & hoc non, quia hoc conuenit tãtum animæ intellectiuæ, aut eſt in aliquo inuiſibili, puta vnio vnius partis eſt in aliquo puncto eius, & ſimilitèr vnio alterius, & hoc non, tum quia non eſt maior ratio, quòd ſit in vno puncto quam in alio, tum quia cum non ſolum illa indiuiſibilia, ſed etiam omnes partes illarum medietatum vniantur ad inuicem, ſequitur quòd vnietur ſine vnione ſi vnio non eſt in omnibus.

Reſpondeo continuum eſt duplex. Aliquod eſt homogeneum, & de hoc negatur maior, quia cum eius partes nõ ſint actu, non ſunt vnitæ vnione, quæ ſit relatio, ſed vnione, quæ eſt indiuiſio. Aliud eſt heterogeneum, quod habet partes diuerſarum rationum, puta aliquid conſtitutum ex carne, & oſſibus, & ſic negatur minor. Ad probationem dico, quod quando aliqua talis pars puta caro, vnitur alteri, puta oſſi, vnio quæ eſt in carne, eſt extenſa per totum, & ſimilitèr vnio, quæ eſt in oſſe.

*Totum duplex homogeneum, & heterogeneũ*

Ad primam huius improbationem negatur prima ſequela licet enim vnio, quæ eſt in carne ſit extenſa per totum, non tamen ex vnione carnis, & vnione oſſis ſit vna totalis vnio, & ratio diuerſitatis eſt, quia partes carnis non ſunt in actu, ideo relatio fundata in carne eſt tantum vna, ſed caro, & os in conti-

auo

nuo ex eis conſtituto ſunt aliquo modo actu,& ideo non oportet,quod ex illis duabus vnionibus reſultet vna vnio, ſed in quolibet remanet ſua vnio diſtincta ab vnione alterius.

Ad ſecundam dico,quod quãdo diuiditur illud totum,nõ diuiditur vnio,ſed totaliter deſinit eſſe,quia conſequebatur actionem , qua partes illæ fuerunt factæ vnum, inqantum illa actio remanſit in aliquo ſuo effectu, puta quia illę partes conſtituebant aliquod tertiũ, quo remoto relatio deſinit eſſe.

*Vtrum relatio diſtãtie aliquid ponat in diſtãtibus.*

Sextò.Relatio diſtantiæ nihil ponit in rebus diſtantibus:ergo,antecedens probatur. Sint duo corpora contigua quę fiãt diſtãtia,aut illa entitas quã dicis eſſe diſtantiam,acquiritur in tempore aut in inſtanti, non primum, quia poſtquam perdidiſſent partem contiguitatis adhuc haberent aliam eius partem , & tunc eſſent contigua,& diſtarent,non ſecundũ, quia non in primo inſtanti eſt, ergo vnũ illorum corporum , vel ambo incipiunt moueri, quia in illo ſunt contigua , nec in inſtanti immediatè ſequente,quia impoſſibile eſt vnum inſtans eſſe alteri immediatũ.6.phy.† nec in inſtanti mediatè ſequente,quia ante in toto tempore præcedente fuiſſet vnum corpus diſtans ab altero ſine diſtantia.

*Text.23.*

Reſpondeo,quòd acquiritur in inſtãti mediatè ſequente primum inſtans motus,& negatur conſequentia. Vnde dico quòd ſicut mobile in quolibet inſtanti temporis menſuratis motum eſt in alio, & alio loco ſibi æquali, nec eſt dare primum loco æqualem in quo fuit, ita in quolibet inſtanti habet aliam,& aliam diſtantiam,nec eſt dare primam.

Contra. In motu ſunt infinita inſtantia: ergo mobile acquiſiuit infinitas relationes.

Reſpondeo, quòd ſicut ſunt infinita inſtantia in potentia, ita acquiſiuit infinitas relationes in potentia, quod enim durat tantum per inſtans, eſt tantum in potentia.

Septimò. Relatio duplicitatis quatuor hominum ad duos non eſt entitas eis addita:ergo,&c. antecedens probatur. Illa relatio non eſt entitas ſimplex, nec habens partes:ergo non eſt entitas. Prima pars antecedentis probatur. Illa relatio,vel eſt in illis quatuor, & ſic non eſt in pluribus ſubiectis, & præterea ſi eſt in quolibet, ſequitur quod quilibet eſſet duplus ad binarium, quod eſt impoſſibile non eſt etiam tantum in vno, quia non eſt maior ratio , quod ſit in vno quam in alio. Quod autem non habeat partes probatur , non enim habet partes, quarum quælibet ſit duplicitas, quia tunc cuilibet eorum eſſet duplus ad binarium, nec habet partes alterius rationis,quia,vel omnes erunt in eodẽ, & ſic ſequitur idem inconueniens, vel vna eſſet in vno,& alia in alio,& hoc non quia illa pars,quæ eſt in vno cum ſit relatio non habet terminum ad quem dicatur niſi ad quem dicitur ipſa duplicitas ideſt ad duo, & ſic eſſet dupla ad duplicitatem,& cum ſit quarta pars duplicitatis eſſet etiam ſub dupla ad ipſa duo, quod eſt impoſſibile.

Reſpondeo, quod illa entitas habet partes, quarum vna eſt in vno, & alia eſt in alio ſicut, & numerus in quo fundatur.

*Diliont dus [illegible] pleniuſque.*

¶Dico ſecundo, quod illæ partes nõ ſunt eiuſdem rationis cum toto, quia nulla earum eſt duplicitas.

¶Dico tertiò, quod licet quælibet illarum partium ſit reſpectus partialis nulli tamen earum correſpondet proprius terminus, ſed toti conſurgenti ex partibus illis.

Dico quartò, quòd totalis reſpectus conſurgens ex illis partibus, nõ eſt quid vnum vnitate indiuiſionis,vel continuitatis, ſed vnitate perfectionis, ſicut & calciamentum eſt vnum, quia habet ea quæ ipſum conſtituunt.

¶Dico quinto, quod cum illa duplicitas fundetur ſuper quatuor vnitatibus illorum quatuor hominum, ſicut vna vnitas eſt in vno, & alia in alio, ſic vna pars illius reſpectus eſt in vno, & alia eſt in alio.

¶Dico ſexto, quod ſimiliter relatio fundata in continuo quadrupedali, & terminato ad bipedale eſt quid ei additum, & eſt extenſa ad extenſionem ſubiecti,ſed iſta non habet partes in actu ſicut nec continuum ſicut illa, quę fundatur in numero, & ſimiliter iſta eſt vna vnitate perfectionis, & magis vna quam illa quæ fundatur in numero, cum partes eius non ſint actu diuiſæ ſicut partes illius.

*Tria exiguntur ad mutuã relationẽ realem.*

*Concluſio* III. Ad hoc, quod inter duo extrema ſit mutua relatio realis, tria

Oo

tria requiruntur. Primò quod vtrumque extremum ſit ens reale in actu exiſtens, & propter hoc inter duo non entia, & inter ens, & non ens eſt relatio realis. Secundò oportet, quod illa extrema ſint realiter diſtincta. Tertiò oportet, quod ſint eiuſdem ordinis. Per eſſe eiuſdem ordinis non intelligit. S.D. eſſe eiuſdem generis, vt falſe imaginatur Aureolus; ſed per identitatẽ ordinis intelligit identitatem fundamenti relationum, ſicut eſt in relatione qualitatis, & ſimilitudinis. Nam quantitas, ſuper quam fundatur æqualitas, & albedo ſuper quã fundatur ſimilitudo ſunt eiuſdem rationis in quocunque ſint. Per identitatem ordinis intelligit etiam identitatem inclinationis eorum adinuicem, vt ſicut vnũ inclinatur ad aliud propter bonum ſuũ, ita è contrario, ſicut eſt in relatione generabilium, & corruptibilium. Nam agens cauſat ſua actione perfectionem aliquam in paſſo, & cõr ſequitur etiam aliquod bonum puta perpetuitatẽ ſpeciei, vel aliquid huiuſmodi. Per identitatem ordinis intelligit etiam identitatem generis ſecundum id in quo relatio mouentium, quæ non mouent niſi moueatur. Illa enim communicant in genere moti cum illis, quæ mouentur ab eis. Et per hoc licet ſcientia ad ſcibile, & ſenſus ad ſenſibile ſit relatio realis cum ſcientia, & actus ſentiendi ab eis dependeant, non tamen è contrario, quia per actum ſciendi, vel ſentiendi immutatur res ad extra, vt per hoc ipſa fiat ſciens, vel ſentiens.

*Taxatur Aureo. qui eo deterius al. quando imag. natus eſt, quo acutius intelligit.*

Contra, aliquod ſenſibile immutat organum ſenſus; ergo refertur ad ipſum realiter.

*Verum ſenſibile ad ſenſum ſit relatio realis.*

Reſpondeo, quod ſenſibile accipitur dupliciter vno modo, vt eſt quoddam agens naturale, quod non mouet niſi moueatur, & ſic ſenſibilis ad organum ſenſus eſt relatio realis, nam ſenſibile, & organum conueniunt in genere moti. Alio modo accipitur ſenſibile in quantum ab ipſum terminatur ſenſus in actu qui quidem non perficitur in actu per alterationẽ organi, ſed per actum virtutis ſenſitiuę, & ſic nõ refertur ad ſenſũ realiter, quia ſenſibile, vt ſic non habet actũ virtutis ſenſitiuæ. Similiter relatio, qua munus dicitur prætium, vel pignus alicuius, non eſt realis, quia munus efficitur pretium per iſtum actum, qui eſt conuentio facta inter homines, actus autem conueniendi non conueniunt nummo. Similiter relatio qua artificiatum aliquod dicitur imago hominis nõ eſt realis, quia talis relatio conſequitur illud artificiatum inquantum fit per artem, homo autem non eſt in genere artificatorum.

*Relatio qua munus dicitur pretiũ alicuius.*

Contra iſtam concluſionem arguit Aureolus quibuſdam medijs, quæ omnia procedunt quia non intellexit, quid ſit eſſe eiuſdem ordinis, vt eſt declaratum.

*Aureo. vbi ſupra.*

*Concluſio* IV. Omnis creatura refertur realiter ad Deum, probatur ſic, de potentia. q. 7. art. 10. Omne dependens ab altero, refertur ad ipſum realiter, ſed creatura dependet à Deo ergo, &c.

Sciendum eſt, quòd per creaturam non accipimus accidentia, quia non ſunt propriè quid creatum, ſed concreatum, quod ideo dixi, quia illud accidens quòd eſt relatio non refertur ad Deum realiter, cum non ſit relatio realis, ſed ſufficit ſubiectum talis relationis referri.

Contra arguit Aureolus. Creatura eſt extra ordinem ad Deum; ergo non refertur ad Deum realiter.

*Aureol. vbi ſuprà.*

Reſpondeo, negatur antecedens, quia omnis creatura ex natura ſua ordinatur ad Deum, ſicut ad proprium perfectiuũ, licet non è contrario.

*Concluſio* V. Nulla relatio Dei ad creaturam eſt realis probatur ſic vbi ſupra. Si aliqua relatio Dei ad creaturam eſſet realis fundaretur ſuper actionẽ, qua Deus producit creaturam, quia non poteſt aſſignari aliud fundamentum, ſed Deus non producit creaturam per actionem: ergo, &c.

Secundò. Nullum ens reale dicitur de Deo ex tempore, ſed omnis relatio Dei ad creaturam dicitur de Deo ex tempore: ergo, &c.

Contra iſtam rationem arguit ſic Gregor. † Deus ab ęterno fuit realiter creatiuus: ergo ab æterno referebatur realiter ad creaturam.

*Greg. vbi ſupra.*

Reſpondeo, negatur conſequentia, quia non dicitur realiter creatiuus, eo quòd talis relatio ſit in Deo realiter, ſed quia realiter habebat potentiam creandi, ſicut etiam dicitur realiter Dominus propter realem potẽtiam coercendi, licet relatio dominij ſit in eo tantum relatio rationis.

*Vtrũ Deus referatur realiter ad creaturam.*

Contra arguit ſic. Nulla relatio, rationis,

nis poteſt eſſe,ſecluſa quacunque operatione intellectus, ſed relatio Dei,& Domini ad creaturā,& ſeruū conuenit Deo ſecluſa omni operatione intellectus : ergo non eſt relatio rationis.

Reſpondeo,negatur minor, licèt enim ſecluſa operatione intellectus, Deus ſit Dominus,non tamen eſt Dominus relatiuè.

Contra. Quicunque eſt Dominus,eſt Dominus relatiuè ad ſeruum:ergo,&c.

Reſpondeo,negatur antecedens. Licet enim Dominus, vt Dominus ſit ad aliud, non tamen eſt ad aliud extra intellectum.

Contra. Illa relatio eſt extra intellectum,quæ conſequitur extrema ex natura rei ſine conſideratione intellectus, ſed poſito Deo,& creatura, & nullo intellectu conſiderante ſtatim ſequitur relatio Domini,& ſerui: ergo,&c.

Reſpondeo, negatur conſequentia, quia licèt poſito illo caſu eſſet Dominus, non tamen relatiuè, vt dictum eſt.

Quod ſi aliquis proteruiret, poteſt ēt ſic reſponderi. Primò, quod nullo intellectu conſiderante, hoc nomen Dominus non prædicaretur de Deo cum prædicari non ſit niſi per actum rationis.

Dico ſecundò, quod Deus non eſſet Dominus ſecundum actum, quia licèt nullo intellectu conſiderante in Deo ſit potentia coercendi, tamen hoc non ſufficit ad hoc,quod dicatur Dominus, ſed oportet eſſe in actu illum reſpectum rationis, quem ſignificat hoc nomen Dominus non eſt autem in actu, niſi per operationem intellectus. Iſtam reſponſionem habeo à Sancto Docto.primo diſtinct.30.quæſt.1,artic.3.ad ſecundum, vbi ſic dicit. Si nullus intellectus eſſet adhuc eſſet in Deo : vnde Dominus, verè dici, & intelligi poſſet, ſcilicèt potentia coercendi, ſed non diceretur, vt intelligeretur Dominus ſecundum actum.

## QVAESTIO. II

*Diſt.29. primi Sent.*

Qværitur ſecundò. Vtrum Dei ad creaturam ſit aliqua relatio rationis.

Pro quæſtione hæc eſt prima concluſio, Aliquę relationes non ſunt reales, ſed tantum entia rationis, probatur ſic de potentia quæſt.7. art 11. Omnis relatio non habens extrema realia actu,& realitèr diſtincta,eſt tantum rationis,ſed aliqua eſt huiuſmodi, ſicut relatio eiuſdem ad ſeipſum: & relatio præteriti ad futurum:ergo,&c.

Contra maiorem iſtius rationis arguit Gregor.† Imago, & memoria ſunt relatiua realia: vt dicit Auguſt.7.de tri.cap. primo. & 10.de tri.cap.11. & ſimiliter productiuum,& calefactiuum ſunt relatiua vt dicit Philoſophus 5. meta. † ſed aliquid eſt imago realiter: & aliquid eſt memoria : & aliquid eſt productiuum rei non exiſtentis, ergo entis ad non exiſtens eſt relatio realis. *† Grego. hic q.3.* *† Tex.21.*

Reſpondeo, negatur argumentum, quia eſt fallacia diuiſionis, & compoſitionis, nam hoc nomen imago,& huiuſmodi, ſignificant rem abſolutam, mediante conceptu relatiuo, & collatiuo vnius ad aliud.Si ergo accipiatur imago. quòad abſolutum eſt realitèr imago rei non exiſtentis. Si vero accipiatur,quòad conceptum relatiuum,quo mediante ſignificat illam rem abſolutam,ſic non conuenit ei realitèr reſpectu rei non exiſtentis. *Vtrum entis ad non exiſtens, ſit relatio realis.*

¶ Ex hoc patet,quod non omnis relatio ſignificata per nomen, quod conuenit rei etiam nullo intellectu conſiderāte eſt realis,nam nullo intellectu conſiderante columna eſt dextra homini, & tamen reſpectus importatus per hoc nomen dextrum, eſt reſpectus rationis, patet etiam quod finis, vt finis non eſt extra animam.

¶ Dico ſecundò, quòd iſti reſpectus rationis ponentur in actu per actum intellectus Diuini,in quo habent eſſe obiectiuum, vt ſuprà dictum eſt diſtinct. 8. quæſt.4.

*Concluſio II.* Dei ad creaturas ſunt aliquę relationes rationis. Quòd enim Deus referatur ad creaturam patet, quia eſt Creator,& Dominus eius. Quòd iſti reſpectus ſint tantum in apprehenſione intellectus probatur. Nulla res exiſtens in Deo neceſſariò coexigit creaturam, ſed omnis relatio neceſſariò coexigit ſuū terminum,ergo nulla res exiſtens in Deo terminatur ad creaturam.

Contra arguit Aureol. † Quicquid refertur ſecundum rationem, eſt eiuſdem ordinis ſecundum rationem, cum eo ad quod refertur,ſicut quicquid refertur ſe- *† Aureo. vbi ſupra.* *Vtrum Dei ad creaturas ſit relatio rationis.*



Digitized by Google

cundum rem eſt eiuſdem ordinis ſecundum rem, ſed Deus non eſt eiuſdem ordinis ſecundum rationem cum creatura, cum ſemper ſit ſupra omnem creaturã: ergo non referatur ad creaturam ſecundum rationem.

Reſpõdeo, negatur minor, quia Deus eſt ratio, & exemplar diſtinctè repræſentans omnem creaturam, & iterum conuenit cum creatura in conceptu analogo, non tamen eſt eiuſdem ordinis ſecũdum rem, cum nullo modo inclinetur ad creaturam per aliquid quod ſit in natura ſua.

*Concluſio III.* Aliquę iſtarum relationum dicuntur de Deo tantum ex tẽpore, probatur ſic præſenti diſtinct. art. 1. Omnis reſpectus conſequens actionem Dei tranſeuntem ſecundum modum ſignificandi in creaturam requirit ipſam creaturam eſſe, ſed aliqui reſpectus Dei ad creaturam ſunt huiuſmodi, vt illi qui ſignificãtur per hæc omnia Creator Gubernator, & huiuſmodi; ergo tales reſpectus non poſſunt verè dici de Deo, niſi creatura ſit, ſed creatura eſt tantum in tempore: ergo, &c.

† *Scotus hic q. 2.* Contra arguit Scotus, † & Aureolus, quòd omnes iſti reſpectus ſint ab æterno. Ad hoc quod entia rationis ſint, ſufficit quod habent eſſe cognitum, ſed ab æterno cognouit omnes reſpectus rationis: ergo, &c.

*Reſpectus rationis poſſunt eſſe in aliquo quadrupliciter.* ¶ Reſpondeo, & dico primò, quod reſpectum rationis eſſe in aliquo contingit quatuor modis. Primò ſicut cognitum in cognoſcente, & ſic concedo, quòd abæterno fuerunt in Deo. Secundò ſicut in termino. Tertiò ſicut in fundamento. Quartò ſicut in ſuppoſitiuo quod refertur. Et his tribus modis non fuerunt abæterno, ſed ſunt de nouo etiã ſecundum intellectum Diuinum, nam terminus iſtarum relationum eſt creatura, quæ fuit tantum in tempore, & ideò etiam illi reſpectus non fuerunt in creatura tanquam in termino niſi in tempore. Et iterum illi reſpectus fundantur ſuper actum intellectus Diuini, non pro tota æternitate, ſed pro menſura temporali. Et iterum Deus per reſpectum, quem intellexit ab æterno non refert ſe ad creaturam niſi creatura exiſtente, & ideò non ſunt in Deo tanquã in eo quod refertur niſi ex tempore. Et hæc omnia ſunt ſine mutatione Dei, ſed cum mutatione creaturæ.

Secundò arguit Scotus, † quod ſcibile terminet relationem ſcientiæ, & Deus relationem creaturæ ad ipſum per aliquid abſolutum, & non per talem relationẽ, & arguit ſic. Nullo intellectu cõſiderante etiam Diuino per impoſſibile, ſcibile terminat relationem ſcientiæ, & Deus relationem creaturæ: ergo non terminat eas per reſpectus rationis, antecedens patet, & conſequentia probatur, quia ens rationis non eſt niſi per actũ intellectus, ſed nullo intellectu cõſiderante, nullus eſt actus rationis: ergo, &c. † *Scotus vbi ſuprà.*

¶ Reſpondeo, quod terminus relationis rationis eſt quid abſolutum, nec relatio eſt ratio tali abſoluto quod terminet relationem. Prius enim intelligitur relatio ſcientiæ terminari ad ſcibile, & poſtea quòd ex tali terminatione reſultet ex parte ſcibilis relatio rationis ſecũdum eſſe, quod habet in intellectu, & eo facto quòd terminat relationem ſcientiæ computatur inter relatiua. Concedo ergo conſequentiam, & conſequens, ſcilicet quòd relatio non eſt eis ratio terminandi, ſed ex hoc non ſequitur, quod nõ ſint relatiua. *Additio Pauli.*

Iudicio meo nondum plenè eſt ſatiſfactum huic rationi, quia ex quo entia rationis non habent eſſe præter actum intellectus, & ponimus quòd nullus intellectus conſideret ſi Deus terminat relationem creaturæ non apparet vbi reſultet ille reſpectus rationis cum entia rationis in nullo ſint ſubiectiuè, ſed eorum eſſe eſt cognitum, & ponitur caſus quòd nullus intellectus ſit.

¶ Ad hoc poſſet dici, quod entia rationis propter eorum maximam debilitatem, ſufficit quod ſint in potentia proxima ad hoc quòd dicantur. Nam nullo intellectu conſiderante, adhuc homo, & aſinus ratione diſtinguntur, poſita autem creatura relatio rationis Dei ad ipſam poſita eſt in potentia proxima, quia ſtatim, quod intellectus concipit Deum terminare illum reſpectum creaturæ reſultat in intellectu ille reſpectus rationis.

Poteſt etiam dici, quod duplicia ſunt relatiua rationis. Aliqua enim dicunt principaliter relationem, quam intellectus adinuenit, ſicut genus, & ſpecies, & huiuſmodi, & talia non conueniunt rebus nullo intellectu conſiderante. Alia ſunt quæ principalitèr ſignificant abſolutum, & tamen ſignificant illud, ac ſi eſſet *Relatiua rationis duplicia, ab intellectu inuenta, aut conſignificata.*

ſet

ſet relatiuum, quia talia nomina immediatè ſignificant conceptum collatiuum, & iſta poſſunt conuenire rebus nullo intellectu conſiderante. Huiuſmodi eſt hoc nomen Dominus, Creator idem, & huiuſmodi poteſt etiam dici quod iſta nomina conueniunt Deo nullo intellectu conſiderante quòad abſolutũ, quod ſignificant, licèt non quòad reſpectum rationis, ſecluſo enim omni actu intellectus Deus habet potentiam coercẽdi.

Tertiò arguit. Omne relatiuum diffinitur per correllatiuum, ſed ſcibile nõ diffinitur per ſcientiam, nec actus per potentiam, alioquin potentia eſſet prior actu, & ſic de alijs relatiuis tertij modi: ergo ſcibile, & alia huiuſmodi non referuntur.

Reſpondeo, negatur maior de relatiuis ſecundum dici, quia talia ſignificant principalitèr abſolutum ſcibile autem, & actus ſunt relatiua ſecundum dici. Hinc eſt quod cum potentia diffiniatur per actum, & non ècontra, quod actu eſt prior potentia, vt dicitur 9. metaph.† & ſimilitèr eſt de ſubſtantia, & accidente. *† Tex. 15.*

¶Dico tamen, quòd non oportet ſemper diffiniens eſſe prius diffinito, ſed ſufficit eſſe ſimul natura, & propter hoc in relatiuis ſecundum eſſe quæ mutuo ſe diffiniunt, vnum non eſt prius altero. *Diffiniens ſufficit eſſe ſimul natura.*

*In hac 29. diſt. & duab. qq. cõfutãtur hereſes dãnatæ, vt in noſtro Cõment. in text. Magiſtri, & confutantur etiam hæreſes, quæ ſunt in Abecedario, & in Ethimologijs hæreſum, & confutantur ſimilitèr Idolatriæ, vt in Abecedario Idolorum in principio vide ibi lit. D. C. & R. ac etiã cõfutãtur falſæ Theologiæ Fænicũ, Egyptiorũ, Græcorum,* Atlanticorum, *Frigiorum, Gentium, &c. ab Euſebio in primo, ſecundo, tertio, & quarto de præparatione Euangelica contra Theologiam fabuloſam* Poetarum *antiquorum.* *Additio quæ eſt ſolutio argumentorum recentiorum per M. Mauritium de Gregorio*

*Ex cõcluſionibus, probationibus, & ſolutionibus argumẽtorũ Capræoli ſoluũtur argumenta Vulpes, & aliorum recentiorum facile, vt facit Ariſtot. ad argumenta Antiquorum quod veritatis cognitio dubiorum eſt ſolutio, & cum* Cardinali *Bellarmino dicente in libro de Scriptoribus Eccleſiaſticis de Ioanne Capræolo, quòd Io. Capreolus ſit defenſor Egregius Sancti Thomæ, & optimè diſſoluit omnia argumenta aduerſariorum: dicunt verba formalia Bellarmini, ergò ſi optimè diſſoluit per Bellarminum ſunt ſoluta argumenta cum his doctrinis hìc: Sicut ſoluit Ariſtotelis cõtra antiquos dicendo in 3. de Cœlo veritatis cognitio, dubiorum eſt reſolutio.* *Loca ſolutia argumẽta aduerſariorum Magiſtri Mauritij vltra commentaria textuũ, et lota cõtra hæreſes, &c.*

*Reſpondetur ſecundo cum Cardinali Sarnano Franciſcano doctiſſimo, cũ vigeſimaoctaua concordantia, & ſimiliter cum vigeſimaſeptima concordantia Bonæherbæ.*

*Argumenta verò Vaſquez, Valentiæ, Molinæ, Suarez, &c. quia colliguntur, & ſoluuntur, clarè, diſtinctè, & breuitèr à Ripa, à Nazario, à Conſales, à Nauarretto, à Zenardo, & præcipuè à Montagnolo, in prima parte D. Thom. de relationibus Diuinis quæſt. 8. & de creatione quæſt. 45.*

*Vide noſtram expoſitionem* Petri *Lombardi aperientem mentem huius materiæ, vt in folio 60. hic, & infra pro 3. reſponſione Vulpes. Ac etiam vide 1. 2. & 3. folium pro alijs reſponſionibus ad argumenta eiuſdem Vulpes.*

## DISTINCTIO. XXX.

*Quæſtio. 1.*

IN diſtinct. trigeſima Quæritur vtrũ ſimilitudo, & æqualitas ſint relationes reales in Deo.

Pro quæſtione hæc eſt prima concluſio. Aequalitas tã in Deo quàm in creaturis eſt relatio fundata ſuper vnitate quantitatis, & ſimilitudo ſuper vnitate qualitatis. Nam vnum in quantitate facit æquale, & vnum in qualitate facit ſimile, vt dicit philoſopus 5. metaphyſ. † *† Text. 15.*

Contra arguit Aureol.† primò. Æqualitas non fundatur ſuper vnitate numerali quãtitatis, alioquin in duobus æqualibus *† Aureo. hic q. 1.*

libus eſſet in vna quantitas numero, nec fundatur ſuper vnitate ſpecifica, alioquin omnia quanta eſſent æqualia, cum quantitas in omnibus ſit eiuſdem ſpeciei. & ſimilitèr albedo intenſa, & remiſſa non ſunt ſimiles, & tamen ſunt eiuſdem ſpeciei, ergo, &c.

*Vtrũ æqualitas ſit relatio fundata ſuper vnitate quantitatis.*

¶ Reſpondeo quod fundantur in vnitate ſpecifica. Ad improbationem negatur conſequentia, quia non omnis vnitas ſpecifica ſufficit ad æqualitatem, ſed oportet quòd ſit vnitas ſpecifica in ratione menſuræ, quæ attenditur ſecundum numerum puta bicubitum, tricubitum, & huiuſmodi. Omnes enim quantitates bicubitæ ſunt æquales, & omnes tricubitæ, & ſic de alijs 1. diſtinct. 19. art. 1.

¶ Ad ſecundam improbationem negatur maior, omnis enim albedo eſt alteri ſimilis, licèt non ſit ei æqualis. Albedo enim intenſior, cum habeat plures gradus, eſt maioris quantitatis virtualis, quàm albedo remiſſior.

*Ex verbis Aure. & Durandi argui tum*

Contra has reſponſiones arguitur ex verbis eiuſdem Aureoli, & Durandi: Aequalitas, & ſimilitudo nõ fũdantur ſuper reali vnitate ſpecifica, quia vnitas ſpecifica non eſt realis, nam quantitas hominis, & quantitas aſini non ſunt vna ſecundum rem, nec fundantur in vnitate rationis ſpecifica, quod probatur.

¶ Primò, quia tunc nulla æqualitas eſſet realis cum non haberet fundamentum reale.

¶ Secundò, quia in duabus quantitatibus eſſet tantum vna æqualitas, cum quantitas communis ſit tantum vna.

Tertiò, quicunque apprehendit relationem, poteſt apprehendere fundamentum, ſed ſenſus apprehendit æqualitatem duorum, & non poteſt apprehendere naturam communem: ergo natura communis non eſt eius fundamentum.

Reſpondeo, dico primò, quòd æqualitas duorum quantorum, & ſimilitudo duarum qualitatum fundantur ſuper vnitate rationis ſpecifica, quod ſic declaro, ſi enim ſint duo ſimilia in albedine puta Sortes, & Plato, in Sorte eſt vna ſimilitudo fundata ſuper albedine eius, & terminata ad albedinem Platonis, & in Platone eſt alia ſimilitudo terminata ad albedinem Sortis, & ſic quælibet iſtarum ſimilitudinum fundatur ſuper albedine particulari.

¶ Dico ſecundò, quòd nulla iſtarum qualitatum, vt eſt hæc albedo fundat ſimilitudinem, ſed quod eam fundet hoc habet inquantum eſt albedo, & non vt eſt hæc.

*Aequalitas & ſimilitudo fundantur ſuper vnitate ſpecifica, quæ actu vel virtute eſt eis ratio fundandi.*

¶ Dico tertiò, quod licet actualis vnitas rationis ſpecifica ſit tantum in intellectu, tamen eſt in ipſis indiuiduis virtualitèr. Nam quælibet albedo poteſt imprimere intellectui ſpeciem, per quam omnes albedines repræſentantur, & ſunt in ea vnitæ. Sic ergo fundatur æqualitas & ſimilitudo ſuper diſtinctis numeraliter, ſed vnitas ſpecifica actu, vel virtute eſt eis ratio fundandi.

¶ Ad primam improbationem negatur conſequentia, quia illa vnitas eſt realis ſecũdũ eſſe, quod habet extra animã.

¶ Ad ſecundam negatur conſequentia, quia albedo quæ eſt vna ſecundum rationem: eſt diuiſa ſecundum eſſe in duabus albedinibus.

¶ Ad tertiam ſufficit, quòd ſenſus apprehendat per accidens naturam communem: quæ eſt ratio particularis albedini quod fundet ſimilitudinem.

Contra primum, & ſecundum dictum in hac reſpõſione arguitur. Vna ſimplex relatio non poteſt fundari ſuper duos cõceptus, ſed alius eſt conceptus albedinis Sortis: vt eſt hæc albedo. & alius vt eſt albedo. ergo ſimilitudo Sortis non fundatur ſuper eis.

¶ Reſpondeo negatur maior. quando vnus eſt alteri ratio fundandi. tunc enim habent rationem vnius. & ſic eſt in propoſito.

*Concluſio* II. Aequalitas quantum ad ſuam cauſam aliquo priuat: & ex ſe aliquid ponit. prima pars probatur. Vnitas aliquo priuat. ſcilicet diuiſione. ſed vnitas eſt cauſa æqualitatis. & propter hoc dicit philoſophus. 10. meta. † quòd æquale opponitur priuatiuè magno, & paruo. Secunda pars patet, quia æqualitas dicit relationem. ergo dicit aliquid ſaltem ſecundum rationem. *† Tex. 19.*

*Concluſio* III. Aequalitas in creaturis eſt relatio realis in vtroque extremo. probatur ſic. Aequalitas habet fundamẽtum, reale, & eſt inter realiter diſtincta: quæ ſunt eiuſdem ordinis cum quantitas quæ eſt eius fundamentum, ſit in omibus ſecundum eandem rationem. ergo, &c.

Contra arguit Durandus. Si æqualitas eſt relatio realis: ſequitur quod in eodem ſint infinitæ realitates. hoc eſt falſum. ergo, &c. conſequentia patet, quia *Durã.*

idem

Digitized by Google

idem homo eſt inæqualis infinitis rebus.

*Vtrũ æqualitas ſit relatio realis.*

¶Reſpondeo negatur conſequentia, quia eadem inæqualitate eſt inæqualis omnibus ſibi inæqualibus.

Contra ſi.a. ſit inæquale.b. &c.& corrũpatur.c.corrũpitur in a.inequalitas ad c & remanet inequalitas ad b.ergo nõ eadem inæqualitate eſt inæqualis.b.& c.

¶Reſpõdeo, quòd eſt eadem inæqualitas, ſed ipſa terminabatur prius ad duos,& modo tantum ad vnum.

*Concluſio* IIII. Æqualitas Deo non eſt relatio realis, probatur. Æqualitas in Diuinis non eſt realis ex parte eſſentiæ, cum in omnibus ſit eadem eſſentia numero eiuſdem autem ad ſe non eſt relatio realis nec ex parte relationum, quia relationis ad relationem non eſt realis relatio: ergo nullo modo eſt realis, conſequentia patet, quia in Diuinis non eſt niſi eſſentia,& relationes.

*Scotus.*

Contra arguit Scotus, primò, paternitas, & filiatio ſunt relationes reales in Deo, ſed earum fundamentum eſt vnum ſcilicet eſſentia; ergo non obſtante identitate fundamenti, æqualitas inter patrẽ & filium eſt relatio realis.

Reſpondeo, negatur minor, quia fundamentum paternitatis non eſt eſſentia, ſed generare, fundamentum filiationis eſt generari.

Contra arguitur dupliciter. Primò fundamenta diſtinctarum relationum præintelliguntur diſtincta ipſis relationibus, ſed generare, & generari non præintelliguntur diſtincta paternitati,& filiationi, quia in Diuinis omnis diſtinctio realis eſt per relationes: ergo,&c.

Secundò paternitas,& filiatio fundantur per te in duobus relatiuis ſcilicet generare,& generari: ergo æqualitas poteſt fundari in duobus relatiuis ſcilicet paternitate,& filiatione,& eſſe realis.

¶Reſpondeo. Ad primum negatur maior, quando fundamentum ſunt ipſemet relationes,& non diſtinguuntur niſi relatiuè, ſicut eſt generare, & generari in Diuinis.

*Vide in præ dictis de relatione, vt dogma thomiſticũ procul ſit ab errore, & minoribus cõceptionibus.*

¶Ad ſecundum negatur conſequentia, quia generare, & generari licet ſint relationes, tamen ſignificantur per modum actuum notionaliũ, & ideo poſſunt fundare relationes paternitas aũt, & relatio nõ ſignificantur per modum actus.

Secundò, arguit ſi eadem albedo eſſet in duabus ſuperficiebus ipſæ eſſent ſimiles: ergo non obſtante identitate fundamenti, poteſt eſſe relatio realis.

*accepta à peripateticis melius redeas.*

¶Reſpondeo, primò, quòd caſus eſt impoſſibilis, quia illa albedo ſi eſt in diſtinctis ſubiectis, non eſt eadem numero.

¶Dico ſecundò, ſi detur ille caſus eſſent ibi duo abſoluta, ſcilicet duæ ſuperficies,& ideo poſſet eſſe relatio realis, nõ ſic autem eſt in Diuinis, vbi non poſſunt eſſe plura abſoluta.

*Additio quæ eſt ſolutio argumentorum recentiorum per M. Mauritium de Gregorio.*

*In hac 30. Diſtinct. & vnica quæſtione ſequenti confutantur hæreſes damnatæ, vt in noſtro Commentario in text. Magiſtri, & confutantur etiam hæreſes, quæ ſunt in Abecedario, & in Ethimologijs hæreſum, & confutantur ſimiliter Idolatriæ, vt in Abecedario Idolorum in principio vide ibi.lit. D.E.& S. Et 7e confutantur falſæ Theologiæ Fenicum, Egyptiorum, Græcorum, Atlãticorum, Frigiorum, Gentium, &c. ab Euſebio in primo, ſecundo, tertio, & quarto de præparatione Euangelica contra Theologiam fabuloſam Poetarum antiquorum.*

*Loca ſolutoria argumenta aduerſariorum Magiſtri Mauritij vltra commentaria textus loca contra hæreſes,&c.*

*Ex cõcluſionibus, probationibus, & ſolutionibus argumentorum Capræoli ſoluũtur argumenta Vulpes,& aliorũ recentiorum facile, vt facit Ariſtot. ad argumenta Antiquorum, quod veritatis cognitio dubiorum eſt ſolutio, & cum Cardinali Bellarmino dicente in libro de Scriptoribus Eccleſiaſticis de Ioanne Capræolo, quòd Ioa. Capræolus ſit defenſor Egregius Sancti Thomæ,& optimè diſſoluit omnia argumenta aduerſariorum: dicunt verba formalia Bellarmini, ergo ſi optimè diſſoluit per Bellarminum ſunt ſoluta argumẽta cum his doctrinis hic: Sicut ſoluit Ariſtotelis cõtra antiquos dicendo in 3. de Cœlo veritatis cognitio, dubiorum eſt reſolutio.*

*Reſpondetur ſecundò, cum Cardinali Sarnano Franciſcano doctiſſimo, cum vigeſimanona concordantia, & ſimilitèr cum vigeſimaoctaua cõcordantia Bonaherba.*

Ar-

*Argumenta verò Vaſquez, Valentiæ, Molinæ, Suarez. &c. quia colliguntur, & ſoluuntur, clarè, diſtinctè, & breuitèr à Ripa, à Nazario, à Con ſales, à Nauarretto, à Zenardo, & præcipuè à Montagnolo, in prima parte D. Thom. quæſtion. 40. de perſonis in comparatione ad relationes, ſiue proprietates. Vide noſtram expoſitionẽ Magiſtri Petri Lõbardi aperiẽtem mentẽ huius materiæ in fol. 60. & infra hîc pro 3. reſp. Vulp. Ac etiam vide 1. 2. & 3. foliũ pro alijs reſponſionibus ad argumẽta eiuſdem Vulpes.*

## DISTINCTIO XXXI.

### *Quæſtio.* I.

IN diſtinct. 31. quæritur primo. Vtrum pater, & filius diligant ſe Spiritu ſancto.

Pro quæſtione hæc eſt prima concluſio. Pater, & Filius diligunt ſe Spiritu ſancto. Iſta concluſio probatur communi auctoritate theologorum.

*Concluſio* II. Ille ablatiuus Spiritu ſancto conſtruitur in habitudine quaſi effectus formalis, vt dicit S.D. preſenti, diſt. art. 1.

¶ Vbi ſciendum, quod cum res communiter denominetur à ſuis formis, quicquid denominat aliud ſe habet per modum formæ licet non ſit eius forma, ſed aliquando effectus. Dicimus enim quod arbor floret floribus, qui tamen flores ſunt ab arbore tanquam à cauſa efficiente. Et quia Spiritus ſanctus eſt amor à patre, & filio procedens, quo denominantur ſe diligere, ideo bene dicitur, quod ille ablatiuus conſtruitur in habitudine, quaſi effectus formalis, formalis quidem inquantum denominat, effectus vero, accipiendo effectum pro omni producto.

*Aur. Vtrũ florere ſit flores emittere.*

Contra exemplum, arguit Aureo. primo florere non eſt emittere flores, ſed diligere notionaliter Spiritu ſancto, eſt producere Spiritũ ſanctũ: ergo exemplũ non eſt ad propoſitum, antecedens probatur. Nam ſi Deus imprimeret flores arbori, adhuc floreret, & tamen non emitteret flores.

Reſpondeo, negatur conſequentia, quia ſufficit, quod exemplum ſit ſimile quantum ad id propter, quod ſumitur, vt eſt in propoſito. Sicut enim flos non eſt forma arboris, & tamen ipſum denominat, ita Spiritus ſãctus denominat patrem, licet non ſit eius forma.

Contra. Id quod denominat aliud per modum effectus formalis, oportet, quod ſit quid productum, & quod denominet, ſed cum dicitur arbor floret floribus, non ſignificatur ly floribus, vt quid productum, quia verba neutra non conſtruuntur cum termino productionis, vt calere, dormire, & huiuſmodi, ſicut faciunt verba actiua: florere autem eſt verbum neutrum.

Reſpondeo. Primò, quòd ſufficit ablatiuum cum quo conſtruitur verbum neutrum eſſe, quid productum per actionem importatam per verbum actiuum. Vnde licet flores non ſint producti per actionem ſignificatam hoc verbo florere ſunt tamen producti actione quam ſignificat hoc verbum emitto, vel pullulo, & ſic negatur maior.

Vel poteſt dici, quod hoc verbum florere includit Verbum actiuum, ſcilicet emittere, & per conſequens dicit actionem tranſeuntem in accuſatiuum illum, nam florere eſt flores emittere, & ſic iterum negatur minor. Ad cuius probationem dicitur, quod in illo caſu arbor non floreret, ſed eſſet florida.

*Concluſio* III. Licet iſta ſit propria, Pater diligit Spiritu ſancto, & Pater dicit Verbum, tamen iſta non eſt propria, Pater ſpirat Spiritu ſancto. Hanc ſic probat vbi ſupra ad 3. Omne agens poteſt denominari termino emiſſo per actum, & quando Verbum importat ipſum amorem, & dicere dicit Verbum, & eius emiſſionem: ſpirare autem dicit tantum emiſſionem Spiritus ſancti, & non Spiritum ſanctum: ergo, &c.

Contra arguit Aureo. Ædificare dicit emiſſionem ædificij, & ipſum ædificium, & tamen non bene dicitur ædificator ædificat ædificio: ergo illa maior eſt falſa.

*Aureol. Notato quãdo verba includunt actus ſuos.*

Reſpondeo, negatur maior, quia ædificare includit tantum ædificationem, non ædificium. Et vt ſciatur quando verba includit tales actus. Sciendum eſt quod quando non habetur perfectus ſenſus niſi addatur accuſatiuus verbo, tunc

tunc

Digitized by Google

tunc illud verbum non includit terminũ, ſed tantum eius emiſſionem. Sic eſt in propoſito. Non enim habetur perfe-ctus ſẽſus ſi dicatur ædificator ædificat, ſed oportet addere quid ædificet, puta domum, Eccleſiam, & huiuſmodi. Similitèr ſi dico ſpirat, oportet addere aliquid, puta odorem, amorem. Similitèr ſi dico generat, oportet addere, vel hominẽm, vel filium, vel vermem. Cum autem dico diligit, idem eſt, ac ſi dicerẽ producit amorem.

*Concluſio* IIII. In diuinis eſt triplex amor, ſcilicet notionalis, eſſẽtialis, & perſonalis Prima pars ſic ꝓbatur. Ille amor ẽ notionalis, qui poteſt concipi, vt operatio, ſed in diuinis amor poteſt concipi, vt operatio amantis: ergo, &c. Iſte autem amor notionalis eſt ipſa communis ſpiratio. Secunda pars probatur. Ille amor eſt eſſentialis, qui concipitur vt principium operationis, quia Diuina eſſentia eſt principium omnium operationum, vt dictum eſt diſtinct. 6. ſed amor poteſt concipi, vt principium, quo Pater, & Filius ſpirant: ergo, &c, Tertia probatur. Ille amor eſt perſonalis, qui concipitur, vt ſubſiſtens, ſed amor ſpiratus concipitur, vt ſubſiſtens: ergo, &c. Iſte autem amor eſt ipſa perſona Spiritus Sancti.

*Tripliciter ſumitur diligere ſicut triplex eſt amor.*

¶Iſtis tribus modis, ſumitur etiam diligere, vt dicit S. Doct. præſenti diſtin. art. 2. ad 4.

*Aureol.*

Contra arguit Aureol. Si eſt aliquis amor eſſentialis, & aliquis perſonalis, ſequitur, quod Spiritus Sanctus eſſet ſaltẽ ſecundum rationem perfectior Patre, hoc eſt falſum: ergo, &c. conſequentia probatur. In Spiritu Sancto eſt amor eſſentialis, & amor perſonalis, & in Patre non eſt amor perſonalis: ergo, Spiritus ſanctus eſt eo perfectior.

Reſpondeo, negatur conſequentia, quia amor perſonalis nihil eſt aliud ſecũdum rem, quàm amor eſſentialis, ſcilicet ipſa Diuina eſſentia cum relatione, ex parte autem relationis nullam dicit perfectionem, cum relatio, vt relatio nihil ponat in eo, de quo dicitur.

*Concluſio. V.* Pater diligit ſe Spiritu ſancto, id eſt principium Spiritus ſancti, qui eſt amor.

*Concluſio VI.* Pater diligit creaturã Spiritu ſancto.

*Concluſio VII.* Spiritus ſanctus diligit ſe Spiritu ſancto. Iſtas ponit vbi ſupra articulo ſecundo, & tertio. Et prima parte quæſtione trigeſimaſeptima articulo ſecundo, ad 3.

## QVAESTIO II.

*Diſt. 31. prim. ſent.*

*Vtrum Pater ſit ſapiens ſapientia genita.*

QVæritur ſecundò. Vtrum Pater ſit ſapiens ſapientia genita.

Pro quæſtione hæc eſt prima concluſio. Pater videt ſe, & omnem creaturam in verbo. Hanc ſic probat. 1. quęſt. 32. art. 1. ad 3. Quicunque comprehendit verbum videt in ipſo omnia, quæ in eo repræſentantur, ſed Pater comprehæhendit Verbum in quo ipſe, & omnis creatura relucet: ergo, &c.

*Concluſio II.* Pater non eſt ſapiens ſapientia genita, ſiuè Verbo, probatur ſic, vbi ſupra. Id quo aliquis eſt ſapiens ſe habet vt formale principium eius, cum ſapientia dicat formam exiſtentem in ſapiente, ſed verbum nullo modo habet rationem principij formalis reſpectu Patris: ergo, &c.

*† Aureo. hic q. 2.*

Contra arguit Aureol † primo. Id facit ad intellectionem, ſine quo intellectio eſſe non poteſt, ſed intellectio Patris non poteſt eſſe ſine Verbo ad quod terminatur: ergo Verbum facit ad intellectionem Patris.

Reſpondeo, quòd Verbum facit ad intellectionem Patris, quæ non eſt aliud quàm intellectio cum relatione paternitatis, ſed hoc non eſt contra nos, qui dicimus, quod Verbum non eſt ipſa intellectio Patris, nec principium eius elicitiuum.

Secundò. Iſta per te eſt vera Pater diligit ſe Spiritu ſancto: ergo etiam iſta eſt vera, Pater eſt ſapiens ſapientia genita, tenet conſequentia, quia ſicut ſapere eſt operatio immanens, ita, & diligere.

¶Reſpondeo, negatur conſequentia quia diligere ſignificatur per modum actionis, & vt eſt egrediens à ſuppoſito. Sapientia autem ſignificatur tantum per modum manentis in eo, cuius eſt. Ad veritatem autem propoſitionis multum facit modus ſignificandi.

Contra, ergo iſta eſt vera, Pater intelligit ſapientia genita, tenet conſequentia, quia intelligere ſignificatur, vt egrediens à ſuppoſito ſicut, & diligere.

¶Reſpondeo, negatur conſequentia, quia diligere poteſt eſſe notionale, &

ideo poteſt dici diligere Spiritu ſancto intelligere, aut ſemper tenetur eſſentialitèr, prima quæſtione 37 articulo 1.

Contra, quia iſta eſt vera. Pater diligit ſe Spiritu ſancto, quia ly diligere tenetur notionalitèr; ergo, & iſta eſt vera, Pater ſpirat ſe Spiritu ſancto quod eſt impoſſibile.

¶ Reſpondeo, negatur conſequentia, quia ſpirare dicit habitudinem principij reſpectu accuſatiui, quem regit, Pater autem non eſt principium ſui, & ideò nō debet ſpirare ſe, ſed diligere non dicit talem habitudinem, & ideò poteſt dici, quod diligit ſe, &c.

*Additio quæ eſt ſolutio argumentorum recentiorum per M. Mauritium de Gregorio.*

*In hac 31 diſt. & duab. quaſt. confutantur hæreſes damnatæ, vt in noſtro Commentario in text. Magiſtri, & confutantur etiam hæreſes, quæ ſunt in Abecedario, & in Ethimologijs hæreſum, & confutantur ſimiliter Idolatriæ, vt in Abecedario Idolorum in principio vide ibi littera P.F.&S. ac etiā cōfutātur falſa Theologiæ Fenicum, Egyptiorum, Græcorum, Atlanticorum, Frigiorum, Gentium, &c. ab Euſebio in primo, ſecundo, tertio, & quarto de præparatione Euangelica contra Theologiam fabuloſam Poetarum antiquorum.*

*Nota ſiluentia argumē ta aduerſariorum Magiſtri Mauritii vltra commentaria textuū loca contra hæreſes, &c.*

*Ex cōcluſionibus, probationibus, & ſolutionibus argumentorū Capræoli ſoluuntur argumenta Vulpes, & aliorum recētiorum facile, vt facit Ariſt. ad argumenta Antiquorum, quod veritatis cognitio dubiorum eſt ſolutio, & cum Cardinali Bellarmino dicente in libro de Scriptoribus Eccleſiaſticis de Io. Capræolo, quòd Io. Capræolus ſit defenſor Egregius Sancti Thomæ, & optimè diſſoluit omnia argumenta aduerſariorum. dicunt verba formalia Bellarmini, ergo ſi optime diſſoluit per Bellarminum ſunt ſoluta argumenta cum his doctrinis hìc: Sicut ſoluit Ariſtotelis contra antiquos dicendo in 3. de Cœlo veritatis cognitio dubiorum eſt reſolutio.*

*Reſpondetur ſecundò cum Cardinali Sarnano Franciſcano doctiſſimo, cum trigeſima concordantia, & ſimiliter cum vigeſimanona concordantia Bonaherbæ.*

*Argumenta verò Vaſquez, Valentiæ, Molinæ, Suarez, &c. quia colliguntur, & ſoluuntur, clarè, diſtinctè, & breuiter à Ripa, à Nazario, à Conſales, à Nauarretto, à Zenardo, & præcipue à Montagnolo, in prima parte D. Thom. quæſt. 39. de Pertinentibus ad nomen Spiritus ſancti, & q. 37. de Nomine Spiritus ſancti quod eſt amor.*

*Vide noſtram expoſitionem Petri Lombardi aperientem mentem huius materiæ, vt in folio. 60. hic.*

*Ac etiam vide 1. 2. & 3. folium pro alijs reſponſionibus ad argumenta eiuſdem Vulpes.*

## DISTINCTIO. XXXII.

### Quæſtio. I.

IN diſtinctione trigeſimaſecunda quæritur. Vtrum proprietates perſonales ſint Diuina eſſentia.

Pro quæſtione hæc eſt prima concluſio. Eſſentia Diuina, & proprietas relatiua ſunt idem realitèr, probatur præſenti diſt. articulo primo, quidquid eſt realitèr in Deo, eſt idem re quod Diuina eſſentia, ſed proprietates relatiuæ ſunt in Deo ſecundum rem: ergo.

*Concluſio II.* Proprietas Diuina eſt idem realitèr quod perſona. Hanc ſic probat præſenti diſtinctione art. 2. proprietas Diuina eſt in perſona: ergo eſt ipſa, alioquin faceret cōpoſitionem cū ea.

*Concluſio III.* Eſſentia Diuina, & proprietas relatiua differūt ratione. Iſtā ſic probat præſenti diſtinct. art. 1. Illa differunt ratione quorum ſunt diuerſi conceptus, ſed eſſentiæ, & relationes ſunt diuerſi conceptus, quia conceptus eſſentiæ eſt ad ſe, & conceptus relationis eſt ad aliud: ergo. Item eſſentia, vt eſſentia aliquid ponit, relatio autem nihil ponit: ergo differunt ratione.

Contra hoc arguit Aureol. † Id quòd diſtinguit perſonas realitèr, eſt res vt ſic, ſed relatio, vt relatio diſtinguit perſonas: ergo relatio, vt relatio eſt res. † *Aureo. hic q. 1.*

Reſpon-

Relatio diſtinguit, vt diuina eſſētia.

Reſpondeo, negando minorem. Relatio enim, vt relatio, non habet quòd diſtinguat, ſed quòd illa diſtinctio ſit realis hoc non facit, inquantum relatio, ſed vt Diuina eſſentia. Sicut etiam Deus habet à ſapientia, quòd ſit ſapiens, quod autem ſit ſapiens ſubſtantialiter non habet à ſapientia, vt ſapientia eſt, ſed vt eſt Diuina 1. ſent. diſtin. 26. q. 1. articul. ſecundò, ad tertium.

Scotus in reper.

Contra idem arguit Scotus. Idem ex natura rei non eſt principium conueniētiæ, & diuiſionis, ſed eſſentia eſt principium, in quo conueniunt perſonæ Diuinæ, & relatio eſt principium diuiſionis, ergo eſſentia, & relatio nō ſunt idem ex natura rei.

Reſpondeo, negando maiorem, quia talis diſtinctio, & conuenientia non opponuntur, vt eſt in propoſito. Nam conuenire in abſolutis, & diſtingui in relatiuis non ſunt oppoſita. Facit etiam Scotus alia quatuor argumenta, quæ ſoluta ſunt ſupra diſt. ſecunda, & octaua quæſtione quarta.

Aureol. hic q. 1.

Tertiò arguit Aureo. †. Relatio diſtinguitur ab eſſentia ſecundum totum id quod eſt: ergo nōn eſt ipſa eſſentia, conſequentia patet, antecedens probatur. Relatio diſtinguitur in ratione reſpectus ab eſſentia, ſed totum id quod eſt relatio eſt reſpectus: ergo diſtinguitur ab eſſentia ſecundum totum id quod eſt.

Eſſe dupliciter.

Reſpondeo, quòd eſſe accipitur dupliciter vno modo pro eo quòd per diffinitionem ſignificatur, nā diffinitio iudicat eſſe rei, & in iſto ſenſu conceditur antecedens, negatur conſequentia, nam licet relatio ſecundum totum id quod eſt id eſt ſecundum rationem relationis diſtinguatur ab eſſentia, eſt tamen ipſa eſſentia. Alio modo accipitur eſſe pro entitate rei, & ſic negatur antecedens. Ad eius probationem negatur minor, non enim tota entitas relationis conſiſtit in eſſe reſpectiuo, cum ex ratione relationis non habeat quòd ſit entitas, ſed ex fundamento.

Quartò, pater, & filius habent aliquod eſſe in quo conueniunt inter ſe, & cum eſſentia ſcilicet eſſe Diuinæ eſſentiæ, & habent aliquod eſſe in quo diſtinguūtur ſ. in eſſe patrem, diſtingui à filio, ergo etiam proprietates habent aliquod eſſe in quo conueniunt cum eſſentia, & aliquod in quo diſtinguuntur.

Eſſe habet conceptum abſolutum.

Reſpondeo, negatur antecedens, nullum .n. abſolutum plurificatur in Diuinis, eſſe autem habet conceptum abſolutum, cum conceptus entis ſit primus, ideo eſt tantum ibi vnum eſſe.

Vtrum relationes diſtinguātur inter ſe realiter.

Quintò arguit, quod relationes non diſtinguuntur inter ſe realiter, paternitas non differt à filiatione realiter alia realitate, quam diuinitatis, quia tunc paternitas haberet aliam realitatem quam realitatem eſſentiæ, & ſic diſtingueretur ab eſſentia realiter, nec differt ab ipſa filiatione realitate diuinitatis, quia tunc realitas diuinitatis, & realitas filiationis diſtinguerentur realiter: ergo nullo modo differt ab ea.

Reſpondeo, quòd realitas, qua differt paternitas à filiatione, eſt realitas diuinitatis, ſed negatur conſequentia ſcilicet quòd ſequatur ex hoc realitatem diuinitatis differre à filiatione, quia realitas paternitatis nō diſtinguitur paternitate à filiatione, inquātū eſt realitas diuinitatis immo nec inquantum eſt realitas, ſed in quantum eſt realitas ſub tali reſpectu. Ex hoc enim quòd realitas filiationis eſt relatio, habet, quòd diſtinguat, & ex hoc quòd eſt realitas, habet quòd ſuum diſtinguere ſit reale. Et ex hoc ſequitur, quod paternitas, & filiatio non ita ſe habent ad eſſentiam ſicut rationale, & irrationale ad animal, quia iſtæ duæ differentiæ diuidunt animal ſecundum rem, paternitas autem, & filiatio non ſecant eſſentiam.

Conſideratio.

*Concluſio* IV. Eſſentia Diuina, & relatio ſunt idem inconuertibiliter, probatur, quia quæcunque ſunt idem conuertibiliter, ita ſe habent, quòd de quocunque prædicatur eſſentia non de eo prædicatur relatio, igitur nam de paternitate prædicatur eſſentia, non autem filiatio.

Aureol.

Contra arguit Aureolus primo ſent. diſtinct. ſecunda. Nulla res excedit ſeipſam, nec eſt maior ſe, nec ſibi inconuertibilis aut inadequata, ſed eſſentia eſt illa res quæ eſt paternitas: ergo non eſt ei adæquata.

In diuinis non excedētia, nec maius, nec min.

¶ Reſpondeo, & dico primò, quòd in Diuinis, nec eſt excedentia, nec vnum eſt maius altero, cum iſtæ ſint proprietates totius reſpectu partium, in Diuinis autem non eſt totum, cum requirat compoſitionem, & potentialitatem partium.



Digitized by Google

*Eſſentia nõ dicitur propriè inadæquata relationi.*

¶Dico ſecundò, quod eſſentia ideo dicitur incõuertibilis relationi, quia ſe habet ad eam, vt communem ad proprium.

¶Dico tertiò, quòd eſſentia non dicitur etiam propriè inadæquata paternitati. Cuius ratio eſt, quia inæqualitas requirit realem diuiſionem extremorum, ſicut etiam æqualitas, inconuertibilitas autem non cum ſit pura negatio.

¶Dico quartò, quòd illa ratione eſt fallacia accidentis. Quod enim eſſentia ſit inconuertibilis paternitati, non conuenit ei ex eo quòd eſt eadem res cum paternitate, ſed inquantum ab ea diſtinguitur. Vnde licet nulla res ſit ſibi ipſi inconuertibilis, eſt tamen inconuertibilis, alicui, à quo ſola ratione differt.

Secundo, omne inconuertibile alicui includit illud, & aliquid plus, ſicut, quia homo eſt inconuertibilis animali, illud, & aliquid vltra ipſum includit, ſed paternitas nihil plus includit quam eſſentia, igitur.

¶Reſpondeo. Negatur maior, niſi ſit inconuertibilitas per modum totius, & partis, quod non eſt in propoſito.

Tertiò, Impoſſibile eſt, quod aliqua ſunt æqualia quantitatiuè, & vnum inadæquatur alteri: ergo impoſſibile eſt, quòd aliqua ſint idem entitatiuè, & vnũ inadæquatur alteri, ſed paternitas, & eſſentia ſunt idem entitatiuè, ergo, &c.

¶Reſpondeo, nego primam conſequentiam, quando illa quæ ſunt idem entitatiuè ſe habet vt commune, & proprium, ſicut eſt in propoſito.

Quartò manente eadem cauſa, manet idem effectus, ſed cauſa, quod eſſentia ſit inconuertibilis paternitati eſt infinitas eius: ergo quicquid habet infinitatem, quam habet eſſentia, prædicatur de omnibus, de quibus prædicatur eſſentia, ſed paternitas habet eſſentiam; ergo, &c.

Reſpondeo ad minorem, quòd licet paternitas habeat infinitatem quam habet eſſentia, non tamen eam habet, vt eſt relatio, vel paternitas, ſed illa infinitas conuenit ei ſecundario principaliter autem conuenit eſſentiæ tanquam attributum eius. Et ſic ad argumentum minor negari poteſt, quia habere infinitatem non eſt cauſa illius, ſed habere eam principaliter. Alia, quæ faciunt ad hanc concluſionem, dicta ſunt ſupra diſtinct. 2.

*Infinitas ſecundario cõuenit relationi diuinæ*

*Concluſio* V. Proprietas perſonalis differt ſecundum rationem à perſona, probatur præſenti diſtinct. art. 2. Illa differunt ratione, quorum vnum eſt alterius conſtitutiuum, ſed proprietas eſt perſonæ conſtitutiua: ergo, &c.

*Concluſio* VI. Proprietates ſunt in perſonis. Probatur. 1. parte q. 32. artic. 3. Omnis forma intrinſecè denominans eſt in eo, quòd denominat, ſed proprietates denominant perſonas, pater enim dicitur pater paternitate, & ſpirans ſpiratione: ergo iſtę proprietates ſunt etiam in eſſentia per identitatem, & non ſicut in ſuppoſito, & ideo eſſentia non refertur ad aliud, &c.

*In hac trigeſimaſecũda diſt. & vnica q. ſequẽti confutãtur hæreſes dãnatæ, vt in noſtro Cõmentario in text. Magiſtri, & confutantur etiam hæreſes, quæ ſunt in Abecedario, & in Ethimologijs hæreſum, & confutantur ſimilitèr Idolatriæ, vt in Abecedario Idolorum in principio, vide ibi litera P. & D. E. Et ẽt confutãtur falſæ Theologiæ Fænicum, Egyptiorum, Græcorum, Atlanticorum, Frigiorum, Gentium, &c. ab Euſebio in primo, ſecundo, tertio, & quarto de præparatione Euangelica contra Theologiam fabuloſam Poetarum antiquorum.*

*Additio quæ eſt ſolutio argumentorum recentiorum per M. Mauritium de Gregorio.*

*Ex concluſionibus, probationibus, & ſolutionibus argumentorũ Capræoli ſoluuntur argumenta Vulpes, & aliorum recẽtiorum facile, vt facit Ariſt. ad argumenta Antiquorum, quod veritatis cognitio dubiorum eſt ſolutio, & cum Cardinali Bellarmino dicente in libro de Scriptoribus Eccleſiaſticis de Ioanne Capræolo, quòd Io. Capræolus ſit defenſor Egregius Sancti Thomæ, & optimè diſſoluit omnia argumenta aduerſariorum, dicunt verba formalia Bellarmini, ergo ſi optimè diſſoluit per Bellarminum ſunt ſoluta argumenta cum his doctrinis hic: Sicut ſoluit Ariſtotelis cõtra antiquos dicendo in 3. de Cœlo veritatis cognitio, dubiorum eſt reſolutio.*

*Loca ſoluẽtia argumẽta aduerſariorum Magiſtri Mauritij vltra commentaria textuũ & loca cõtra hæreſes, &c.*

*Reſpondetur ſecundo, cum Cardinali Sarnano Franciſcano doctiſſimo,*

cum

Digitized by Google

*cum trigeſimaprima concordantia, & ſimilitèr cum trigeſima concordantia Bonaberbę.*

*Argumenta verò Vaſquez, Valentia, Molina, Suarez, &c. quia colliguntur, & ſoluuntur, clarè, diſtinctè, & breuitèr à Ripa, à Nazario, à Conſales, à Nauarretto, à Zenardo, & precipue à Montagnolo, in 1.part.D.Th.q.40.de perſonis in cōparatione ad relationes, ſiue ꝓprietates.*

*Vide noſtram expoſitionẽ Mag. Petri Lombardi aperientem mentem huius materiæ in folio 60. & infra pro 3.reſponſione Vulpes. Ac ēt vide 1. 2.& 3.folium pro alijs reſpontionibus ad argumenta eiuſdem Vlpes.*

## DISTINCTIO. XXXIII.

### Quæſtio. 1.

IN diſt.33.quæritur, primò, Vtrum Deus ſit intelligens.

Pro reſponſione ſit hæc prima concluſio. Immaterialitas eſt cauſa intellectualitatis. Hanc probat 1.par.q.14 art. 1. Id per quod aliquid recipit formam alterius rei abſolutæ, & ſine concretione eſt cauſa intellectualitatis; ſed immaterialitas eſt huiuſmodi igitur.

*Aureo. vbi ſupra.* Contra arguit Aureolus,† Anima intellectiua intelligit, & eſt forma materialis: ergo aliqua forma materialis intellectus.

*Forma dicitur materialis dupliciter, propter receptionẽ, vel propter immerſionẽ in materia.* ¶Reſpondeo. Aliqua forma dicitur materialis dupliciter. Vno modo quia eſt forma materiæ, & ſic conceditur totum, nec eſt contra concluſionem, vt patebit. Alio modo dicitur forma immaterialis, vel quia non eſt in materia, vel ſi recipitur in materia, non tamen eſt im merſa materiæ, quia habet aliquam operationem cui non communicat materia, nec eius diſpoſitionem, vt dicitur ſecundo contra gen. c.64. & hoc modo anima intellectiua eſt immaterialis, ſenſus: ergo concluſionis eſt quod nulla forma immerſa materiæ intelligit.

*Intelligẽtia anima arctatur per materiam.* ¶Dico tamen, quòd anima etiam ex hoc quod eſt in materia aliquo modo arctatur, quia quandiu eſt in corpore non intelligit niſi per ſpecies acceptas à phantaſmatibus, ſed exuta à corpore intelligit per ſpecies infuſas.

Secundò arguit, idem gaudium, & triſtitia, & ceteræ paſſiones, quæ voluntati debentur, ſunt quædam abſtracta à materia, ſed non ſunt cognitiua, nec cognitionis principia: ergo concluſio falſa.

*Vtrum immaterialitas ſit cā intellectionis.* Reſpondeo, dico quòd concluſio intelligit, quòd materialitas eſt cauſa intellectionis, ſi illud ſit per ſe ſubſiſtens, nec ſequitur quòd actu ſemper intelligatur, quia non ſemper vnitur intellectui in eſſe obiectiuo.

Tertiò. Si immaterialitas eſt cauſa intellectionis, aut hoc eſt quantum ad negationem, quam includit materialitas, & hoc non, quia priuatio non eſt cauſa poſitiui, aut hoc eſt quantum ad ſubiectum negationis, & hoc etiam nō, quia eius quod conuenit alicui in primo modo perſeitatis, nulla eſt cauſa, ſed intellectualitas cōuenit tali ſubiecto in primo modo, dicendi per ſe, ergo.

*Immaterialitate circũloquimur ſpiritualitatem.* Reſpondeo, quòd per immaterialitatem circumloquimur oppoſitum materialitatis, ſcilicet ſpiritualitatem eſt: ergo ſenſus, quòd ſpiritualitas eſt cauſa intellectualitatis.

Ad improbationem negatur minor, quia ſpiritualitas non conuenit enti ſpiritali in primo modo dicendi per ſe, ſed in ſecundo, quia eſt eius propria paſſio.

*Concluſio* II. Intellectus noſter non poteſt intelligere ſine ſpecie intelligibili. Hanc probat de veri.q.8.art.6 Nulla pura potentia poteſt agere niſi per id quod ſit actu. Intellectus noſter eſt pura potentia, vt habetur ex tertio de anima, & id quo ſit actu eſt ſpecies intelligibilis: ergo.

*Aureo. b ie q.1.* Contra arguit Aureol.† Non eſt danda ſpecies generalis intellectus, quia ipſa prohiberet extraneum, vt dicitur tertio de anima.† ergo non eſt danda ſpecies acquiſita. *Tex.4.*

*Vtrum ſit danda ſpecies acquiſita.* Reſpondeo, negatur conſequentia, quia ſpecies generalis non ſubeſſet imperio voluntatis, ſed actuaret intellectum, quantum poſſet, & propter hoc intellectus ſemper eſſet in actu perfecto per eam, vnde non poſſet aliam recipere, quia impoſſibile eſt duas formas eiuſdem generis in actu perfecto eſſe in eodem ſubiecto, ſpecies autem acquiſita ſubeſt imperio voluntatis, vnde poteſt eſſe in intellectu habitualiter, quia eſt

me-

Digitized by Google

medius modus inter puram potentiam, & actum perfectum, nec repugnat hoc modo plures formas eiuſdem generis perficere idem ſubiectum.

*Scotus hic q. vnica.*

Secundò arguit Scotus † argumentis Henri. quoli. 4. q. 7. Nulla ſimplex operatio reducitur in duo principia, ſed intelligere eſt ſimplex operatio: ergo non reducitur in intellectum, & ſpeciem, & ſic ſequitur, quòd non eſt danda ſpecies in intellectu.

Reſpondeo, negatur maior de principijs, qui diuerſimodè reſpiciunt illam operationem, ſicut eſt in propoſito, nam intellectus reſpicit ſubſtantiam actus ſpecies vero modum actus. 4. ſent. diſt. 49. art. 2.

Tertiò, ſi ſpecies eſt in intellectu, ipſa naturaliter ageret, & per conſequens ſemper intellectus per eam eſſet actu intelligens, & ſi eſſent plures ſpecies, eſſent actu plures intellectiones, hoc autem eſt falſum, ergo, &c.

*Cur per ſpeciem non ſemper intellectus intelligat.*

Reſpondeo, negatur ſecunda conſequentia, quia licet ſpecies naturaliter ageret, tamen intellectus per eam non ſemper actu intelligit, quia ipſa non eſt principale principium intellectionis, ſed ipſa potentia intellectiua, quæ vtitur iſta, vel illa ſpecie ſecundum, quod diuerſimodè mouetur à voluntate, vel à phantaſmate, vel alijs huiuſmodi occaſionibus. & propter hoc contingit, quod intellectus quandoque falſe componit, cõcedo tamen, quod prima intellectio præcedit omnem actum voluntatis.

Quartò. Voluntas poteſt agere circa obiectum ſuum, dato quod nihil ab ea recipiat: ergo & intellectus circa obiectum ſuum, dato quod non recipiet ſpecies.

Reſpondeo negatur conſequentia, quia voluntas eſt potentia actiua; intellectus vero eſt potentia paſſiua, ideo nõ poteſt agere niſi fiat actu per ſpeciem, & iſta eſt generalis cauſa, tam ſenſui quàm intellectui recipiendi ſpeciẽ, quia, ſcilicet ſunt potentiæ paſſiuæ, negatur etiam antecedens, quia voluntas recipit ab obiecto quandam impreſſionẽ, quæ dicitur ſpecies amoris.

Alia argumenta eius ad hoc propoſitum ſoluuntur 2. diſt. q. 2.

*Godofredus quoli. 4.*

Contra eandem arguit Godofredus † ſeptem medijs, quæ ſoluta ſunt ex dictis ſupra.

*Alij*

Arguunt, & alij vt recitat Scotus. Primo ſi ſpecies ponitur in intellectu hoc eſt maximè, vt ſit principium intellectionis, ſed propter hoc non eſt ponenda: ergo, maior nota, minor probatur. Omne principium intellectionis eſt potentia intellectiua, ſed ſpecies non eſt potentia: ergo.

*Altius ſpeculare, à quibus producantur intellectio, & ſpecies.*

Reſpondeo, negatur minor. Ad probationem eius negatur maior de eo, quod eſt principium, ſolum quoad modum actus, & non quo ad eius ſubſtantiam. Species autem eſt principium ſolum quo ad modum. Quod enim ille actus ſit intellectio habet ab intellectu, quod aut ſit huiuſmodi, vel illius habet à ſpecie, propterea dicit S. Thom. quolib. primo, q. 2. artic. primo, quod res ad extra ſunt ſufficientia motiua ſenſuum exteriorum non autem intellectus, ſed comparatur intellectus ad eorum actionem, nam intellectus agens eſt principale, quod cauſat ſpecies in intellectu poſſibili, phantaſmata vero concurrunt inſtrumentaliter, & quantum ad hanc receptionem ſpecierum intellectus dicitur pati, ſed ipſe actus per ſpeciem producit actum intelligendi, & verbum in quo cognoſcit rem ad extra, ipſi vero actus ex obiectis ſpecificantur.

Secundò ſequitur, quod intellectus non ordinaretur per ſe ad intellectionẽ, ſicut ad propriam perfectionem, conſequens falſum, conſequentia probatur, quia nulla potentia ordinatur per ſe ad illum actum, ad cuius principium eſt in potentia contradictionis, ſed intellectus per te eſt in potentia contradictionis ad ſpeciem, quæ per te eſt principium intellectionis.

Reſpondeo. negatur maior. Ad probationem maior negatur etiam de eo, quod eſt tantum partiale principium, cuiuſmodi eſt ſpecies, & maximè quando id quod eſt in potentia contradictionis inclinatur ad id quod eſt in tali potentia. Intellectus autem naturaliter inclinatur ad ſpeciem.

Tertiò, ſi ſpecies cauſat intellectionẽ, ſequitur quod non poſſint eſſe in actu intellectiones logicę, & relationes rationis, quia nullum reale eſt ens rationis, ſed omne cauſatum à ſpecie eſt reale: ergo nullum cauſatum à ſpecie eſt ens rationis, omne autem quod eſt in intellectu, cauſatum eſt à ſpecie.

Reſpondeo, negatur conſequentia pri-

prima, quia non ſola ſpecies eſt cauſa actus intelligendi, ſed ipſe intellectus, & ideo poteſt reflectere ſe ſuper actum ſuū, & comparare rem extra ad ea quæ ſunt in intellectu, & indè cauſantur relationes rationis. Ad probationem negatur minor, de eo quod non ſolum cauſatur à ſpecie, cuiuſmodi eſt quicquid eſt in intellectu.

Dico poſtremo, quòd entia rationis nullam habet cauſam effectiuam, ſed tātum habent eſſe cognitum, & ideò hæc ratio nihil facit ad rem.

*Concluſio III.* Species intelligibilis diſtinguitur ab actu intelligendi, probatur. Omne principium operationis diſtinguitur operatione, ſed ſpecies eſt principium intellectionis: ergo.

*Aur. vbi ſu. prà.*
*Vtrum ſpecies ſit intellectio.*

Contra arguit Aureolus,† Id quod formalitèr res apparet, eſt intellectio, ſed ſpecies eſt id, qua formalitèr obiectum apparet intellectui; ergo, &c.

Reſpondeo. Dico primò, quòd formalis apparentia eſt quidam reſpectus rationis rei cognitæ ad cognitionem, vel ad cognoſcentem, & ideò obiectum non apparet formalitèr intellectui per actum intelligendi, qui elicitur mediante ſpecie, quæ ſpecies eſt habitudo intellectiua, nec apparet formalitèr per ſpeciem, ſed per reſpectum apparentiæ, ſicut etiā eſt aliquod viſum formaliter per reſpectum viſibilitatis, & ſic negatur minor.

¶ Dico ſecundò, quòd iſte reſpectus fundatur ſuper Verbo formato ab intellectu, & propter hoc dicitur obiectum actualitèr apparere per actum intelligēdi, quia facit Verbum eſſe in actu, in quo verbo res actualitèr apparet, habitualitèr vero dicitur apparere per ſpeciē intelligibilem.

¶ Dico tamen, quod per actum non ponitur in mente obiectum, in eſſe præſenti potentiæ, ſed per ſpeciem, aut per Verbum, nam intellectio non eſt per modum formæ repræſentantis, ſed per modum efluxus, & operationis.

*Concluſio IV.* Actus intelligendi diſtinguitur realitèr ab intellectu, probatur. Omne productum diſtinguitur realitèr à producente. Actus intelligendi producitur ab intellectu: ergo diſtinguitur ab intellectu.

*Durandus hic.*
*Vtrū intellectio ſit idē realiter cū intellectu.*

Contra arguit Durandus, † quod intellectio ſit idem realitèr cum intellectu, licet addat ſuper ipſum quendam reſpectum ad obiectum. Primò, omnis forma abſolute poteſt eſſe principium operationis, ſed intellectio non poteſt eſſe principium operationis: ergo non eſt forma abſoluta.

Reſpondeo, negatur maior, vt patet de quantitate: & maximè negatur de forma, quæ eſt actus ſecundus, quia talis nō expectat vlteriorem habitum in ſubiecto.

Secundò. In eodem abſoluto non poſſunt adunari contraria, ſed eodem actu cognoſcuntur contraria: ergo cognitio non eſt forma abſoluta.

Reſpondeo, negatur maior loquendo de contrarijs ſecundum eſſe intentionale, quia vt ſic non ſunt contraria.

Tertiò, ſicut ſe habet lucere ad lucē, ſic intellectio ad intellectum, ſed lucere eſt ipſa lux: ergo, &c.

*Lucere eſt actus primus*

¶ Reſpondeo, negatur maior, quia lucere eſt actus primus, & intellectio eſt actus ſecundus, negatur etiam minor, quia lucere non eſt lux, ſed ipſum eſſe lucis.

*Io. de Ripa.*

Quartò, arguit Ioan. de Ripa. Intelligere Dei non eſt actio: ergo nec intelligere noſtrum.

¶ Reſpondeo negatur antecedens, dicit enim Commentator 12. metaphyſ. com. 39. quod actio diuini intellectus eſt vita, & ſecundo cœli comment. 17. dicit quòd actio Dei eſt eius æternitas.

*Vtrum intellectus ſit potentia actiua.*

¶ Dico ſecundo, quòd intelligere Dei non eſt elicitum ſicut intelligere noſtrū, & propter hoc intelligere in nobis diſtinguitur ab intellectu, non autem in Deo. Vnde licèt eſſe diſtinctum ab intellectu non ſit de ratione intelligere Dei, eſt tamen de ratione intelligere noſtri, quia aliquid eſt de ratione inferioris, quod non eſt de ratione ſuperioris, prima parte, quæſt. 29. art. 4.

Quintò. Si potentia perceptiua, cuiuſmodi eſt intellectus, eſſet actiua, tunc potentia perceptiua adderet aliquid ſuper potentiam actiuam, ſed hoc eſt falſum, quia quæritur de illo addito, quid ſit, conſequentia patet, quia inferius addit ad ſuperius, ſed potentia perceptiua ſi eſt actiua, eſt inferior ad actiuam, quia non omnis actiua eſt perceptiua.

Reſpondeo, negatur minor, & dico, quod addit hoc ſcilicèt agere per actionem, immanentem, elicitam à potentia aſſimilata obiecto, hoc autem non conuenit omni potentiæ actiuæ. Iſtud autem additum non eſt actio, ſed ſpecificatio

tio actiuitatis, ſicut etiam rationale ſpecificat animal.

Tertiò, ſi potentia perceptiua eſt productiua, aut producit aliquod reale, aut aliquod intentionale. Non primum vt patet. Non ſecundum, quia potentia productiua entis intentionalis eſt ignobilior productiua potentia entis realis, ſed potentia perceptiua non eſt ignobilior quàm actiua: ergo, &c.

¶ Reſpondeo, quòd eſt productiua entis realis, quia producit in ſe cognitionem, quæ eſt realis qualitas, eſt etiam productiua entis intentionalis, quia illæ intentiones, quæ ſunt in intellectu, licet in ſe ſint reales, ſunt tamen intentiones reſpectu obiecti quod repræſentant. Ad obiectionem autem negatur maior, ſi potentia productiua entis intẽtionalis producat etiam ens reale, & maximè negatur illa maior, quia ens intentionale puta roſa intẽtionalis in intellectu, eſt perfectius roſa reali inquantum illa eſt immaterialis, & actu intelligibilis, & principium intellectionis, quæ eſt actus nobiliſſimus, licet roſa ad extra quantum ad aliquid, ſit magis perfecta, inquãtum eſt ſubſtantia, illa verò intentionalis eſt accidens.

Roſa in intellectu quã tum ad aliquid eſt perfectior.

*Concluſio V.* Formalis ratio intellectionis creatæ conſiſtit in hoc quod eſt eſſe actionem immanentem intellectui ab ipſo intellectu cauſatam. Probatur, illa eſt formalis ratio alicuius, quæ per nomen exprimitur, vt dicitur 4. metaph. † ſed hoc nomen intellectio exprimit actionem intellectus, omnis autem actio intellectus eſt immanens, quòd vero intellectus ſit actiuus reſpectu intellectionis, ponit Commenta 2. de anima com. 55. & 3. de anima comm. 21. & cõment. 36. ſic dicit, duæ ſunt actiones intellectus, quarum vna eſt intelligere, alia eſt extrahere, idem ponit 12. meta. comm. 39. dicens quod intellectus natus eſt diuidere ea, quæ ſunt adunata in re.

† Tex. 28.

Contra arguit Ioannes de Ripa. Si formalis ratio intellectus conſiſtit in eſſe ab intellectu, ſequitur quod illa intellectio ſit nobilior quàm intellectus agit ſecundum vltimum ſuum poſſe. hoc autem eſt falſum, minor probatur, quia ꝑ intellectionẽ agit intellectus naturaliter ſecundum vltimum ſuum poſſe, & non viſionem beatificam, ſed talis intellectio non eſt dignior viſione beatifica: ergo, &c.

Io. de Ripa. Tręzonū.

¶ Reſpondeo, quòd intellectus poteſt dupliciter conſiderari. Vno modo, vt poſſibile id eſt, vt eſt pura potentia ad omnes ſpecies intelligibiles. Alio modo, vt eſt actu per aliquem habitum, ſiuè ille habitus ſit ſpecies, ſiuè lumen gloriæ. Quando autem dicitur in concluſione, quòd ratio intellectionis conſiſtit in eſſe ab intellectu non loquitur de intellectu poſſibili, ſed de intellectu in actu. Ex hoc ſequitur, quòd illa intellectio eſt ab intellectu actuato nobiliori habitu. Ad argumentum maior negatur, quia procedit, ac ſi formalis ratio intellectionis cõſiſtat præciſè in eſſe ab intellectu.

¶ Sed contra reduco ſic argumentum. Sequitur, quod intellectio illa ſit nobilior quam intellectus in actu agit ſecundum vltimum ſui poſſe, ſed intellectus in actu agit intellectionem naturalem ſecundum vltimum ſui poſſe, & nõ viſionem beatificam: ergo, &c.

¶ Reſpondeo, negatur maior, quia nõ accipit totum in quo conſiſtit ratio intellectionis, conſiſtit enim in eſſe ab intellectu, qui intellectus ſit in actu, deberet ergo ſic argui. Illa intellectio eſt nobilior quam intellectus agit ſecundum ſuum totum poſſe, & qui ſit nobiliori modo in actu, in quo ſenſu negatur minor.

¶ Dico ſecundò, quòd etiam ſine hoc minor eſt falſa, quia beatus totum poſſe intellectus applicat ad videndum Deũ: & vtitur habitu gloriæ quantum poteſt, eo quod ille habitus neceſſitat intellectum ad intenſiſſimè ipſo vtendum. Dico tamen quod eſſentia Diuina non tantum vnitur intellectui creato, quin ad hoc perfectius poſſit vniri, & propter hoc ex hac parte nunquam poteſt intellectus agere ſecundum totum ſuum poſſe.

Secundò. In Deo eſt formaliter intelligere, & tamen non eſt cauſatum ab intellectu: ergo formalis ratio intelligere non conſiſtit in eſſe cauſatum ab intellectu.

¶ Reſpondeo, negatur conſequentia, quia intelligere non dicitur vniuocè de Deo, & creaturis.

Tertiò. Aliquid poteſt eſſe formaliter intellectio, dato quod non informet intellectum: ergo non eſt de ratione intellectionis eſſe operationem immanẽtem, conſequentia patet, antecedẽs probatur quicquid facit aliquid formaliter intelligere, prius eſt realiter in ſeipſo, ſed intel-

intellectio per te facit intellectum formalitèr intelligere: ergo priuſquam informet intellectum eſt actualitèr intellectio.

Reſpondeo, negatur antecedens. Ad eius probationem negatur maior, nam albedo facit formalitèr album, & tamen ipſa non eſt alba.

¶Dico ſecundò ad antecedens, quòd licet illa entitas, quæ eſt intellectio eſſet, ipſa tamẽ tunc diceretur intellectio, quia intellectio non dicit præcisè illam entitatem, ſed dicit eam, vt qua aliquis intelligit, nullus autem intelligit per actũ à ſe ſeparatum.

Contra. Illa intellectio ſic ſeparata intelligeret: ergo ſibi conueniet intellectio, vt intellectio eſt conſequentia patet antecedens probatur, illa intellectio haberet eſſe intelligens: ergo intelligeret, conſequentia hæc patet aſſumptum probatur. Eſſe vniuſcuiuſq; formæ intimius conſequitur ipſam formam quàm ſubiectum, ſed quando intellectio eſt in ſubiecto dat ei eſſe intelligens: ergo ſi ſit ſeparata habebit tale eſſe.

Reſpondeo, negatur antecedens. Et ſimilitèr ad eius probationem negatur antecedens, & ad eius probationem negatur conſequentia.

*Intellectio ſeparata nõ eſſet eſſe intelligens.*

Vbi ſciendum, quod intellectio ſeparata haberet quidem ſuum eſſe, quia conſequitur eam ſicut actus propriam potentiam, ſed illud eſſe non eſſet eſſe intelligens, ſed eſſe intellectionis, quia eſſe intelligens dicit actum formæ, cum habitudine ad potentiam intellectiuam.

*Concluſio* VI. Deus eſt intelligens probatur 1.quæſt.14.art.1.ſic omnis forma per ſe ſubſiſtens eſt intelligens, ſed Deus eſt huiuſmodi: ergo, &c.

*Concluſio VII.* Intellectus Dei non ſe habet ad ſuum intelligere, vt potentia ad actum. Hanc ſic probat ſecundo contra gent. cap.10. Omnis potentia eſt principium tranſmutandi aliud in quantum aliud, intelligere Dei non eſt aliud ab intellectu eius, alioquin faceret compoſitionem cum eo: ergo.

*Communiori ampliorique doctrina, eruditur hic, ingenio præſtãs quomodo intellectus Deo attribuatur*

Vbi nota pro iſta concluſione. Quod cum quicquid Deo attribuitur, attribuatur ei ſecundum id quod eſt perfectionis tantum, intellectus non conuenit Deo quantum ad potentialitatem, ſed inquãtum eſt actus primus fixus, & permanẽs. Similitèr intelligere non conuenit Deo quantum ad dependentiam quam habet ab intellectu, ſed inquantum dicit actum vltimum, qui non eſt vltra complebilis per alium actum. Et hæc de iſta quæſtione.

## QVAESTIO. II.

### 34. *Diſt.* 1. *Sent.*

QVæritur ſecundò. Vtrum Diuina eſſentia ſit obiectum adæquatum Diuini intellectus.

Pro quæſtione ſit prima concluſio. Diuina eſſentia eſt primũ per ſe, & principale obiectum Diuini intellectus. Hãc ſic probat, primò contra gent.cap.48. Illud eſt primum, & per ſe obiectum intellectus, cuius ſpecie ſola intelligit, ſed diuinus intellectus ſola Diuina eſſentia intelligit: ergo, &c.

Contra arguit Aureol. † primo. Nulla potentia attingit id quod non participat rationem formalem ſui obiecti, ſed creaturæ non participant rationem formalem Diuinæ eſſentiæ: ergo Deus non intelligit creaturas, quod eſt falſum: ergo, &c. *† Aur. hic*

Secundò. Nulla potentia ponit differentiam inter ſuum formale obiectum & alia, ſed intellectus Diuinus ponit differentiam inter ſe, & alia: ergo ſuũ obiectum non eſt eſſentia.

Tertiò. Nobilioris potentiæ eſt vniuerſalius obiectum: ergo Diuinus intellectus habet vniuerſaliſſimum obiectum ſcilicèt ens.

Quartò. Sequitur quod Diuina ſciẽtia ſubalternaretur metaphyſicæ, hoc eſt falſum patet conſequentia, quia Diuina eſſentia continetur ſub obiecto metaphyſicæ.

Quintò. Deus cognoſcit aliquid ſub vniuerſaliori ratione quàm ſit Diuinæ eſſentiæ ratio, puta ſub ratione entis: ergo ipſa non eſt formale obiectum Diuini intellectus.

Sextò. Illud eſt formale obiectum potentiæ quod includit primarium, & ſecundarium obiectum talis potentiæ, ſed ens includit primarium, & ſecundarium obiectum talis potentiæ ſcilicèt Diuini intellectus, ſcilicèt Deum, & creaturas.

Iſta omnia argumenta vnica ſolutione ſoluuntur, quia eſt vnum medium diuerſimodè ſumptum. Dico igitur ad omnia iſta, vt colligitur ex Doct. S. in tractatu de natura generis. Vnum con-

*Vnum conti net aliud dupliciter prædicatione, & virtu te.*

tinere aliquid contingit dupliciter. Vno modo per prædicationem. Alio modo per virtualem continentiam. Primo modo ens continet omnia, & omne ſuperius continet ſuum inferius, ſed iſta continentia eſt impefecta, quia inferiora non ſũt in ſuperioribus actu, ſed tantum potentialitèr. Diuina autem eſſentia continet omnia ſecundo modo, & iſta continentia eſt perfecta, quia eſt actualis.

*Ens cõmune perfectius non cõtinet, quam Deus neq; eſt ſimplicius.*

¶ Ex hoc patet quòd Diuina eſſentia perfectius continet omnia, quam ipſum ens commune. Sequitur etiam quòd ens non eſt prius, nec ſimplicius Deo, licèt diuidatur per ens creatum, & increatum, quia diuiſum non eſt prius, increatum, quia diuiſum non eſt prius, nec ſimplicius altero membrorum diuidentium, quando in tali diuidente continetur actu quicquid continetur potentialitèr in ipſo diuiſo.

¶ Dico ſecundò, quòd Deus intelligit res ſub proprijs rationibus, puta lapidem ſub ratione lapidis. Iſta tamen non ſunt formale obiectum, quia non ſunt id per quod Deus omnia alia intelligit.

¶ Ad primum igitur negatur minor, quia licet creatura non participet Diuinam eſſentiam per perfectionem, participat tamen per ſimilitudinem, & in ea eminentèr continetur.

Ad ſecundum negatur maior, quando illa continentur in formali obiecto eminentiſſimè.

¶ Ad tertium negatur vltima conſequẽtia, quia Diuina eſſentia eſt nobilior ipſo ente.

¶ Ad quartum negatur conſequentia, ad probationem negatur ſimilitèr conſequentia, quia licèt Diuina eſſentia contineatur ſub ente per prædicationem, tamen ens continetur ſub ea nobiliori modo; & hoc impedit ſubalternationem.

¶ Ad quintum negatur conſequentia, quia illa ratio vniuerſalis cõtinetur eminentèr in Diuina eſſentia.

¶ Ad ſextum negatur maior, quando primarium obiectum includit ſecundarium perfectiori modò quàm aliquod commune includat vtrumque.

*Concluſio* II. Deus cognoſcit alia à ſe tanquam obiecta ſecundaria. Hanc probat primo contra gent. cap. 49. quicunque cognoſcit perfectiſſimè aliquam cauſam, cognoſcit etiam omnes effectus, ſed Deus perfectiſſimè cognoſcit eſſentiam ſuam, qui eſt cauſa aliorum à ſe: ergo cognoſcit alia à ſe tanquam obiecta ſecundaria.

*Aureol.*

Contra arguit Aureol. omnis intellectio dependet ab obiecto, ad quod terminatur, ſed Diuina intellectio non dependet à creaturis; ergo non terminatur ad creaturas.

Reſpondeo. Dico primò, quòd in diuinis nulla eſt dependentia, licèt concedatur, quod ſublato omni eſſe creaturæ, ſiuè in ſe, ſiuè in Deo, Deus non intelligeret creaturam.

*Creaturæ veriori modo ſunt in Deo veritate rei, nõ autem ſecundum prædicationem.*

¶ Dico ſecundò, quòd eſſe quod habet creatura in Deo eſt ipſe Deus, quia creaturæ ſunt veriori modo in Deo quã in ſeipſis, ſed ly verum deſignat veritatem rei, nam creatura in Deo eſt creatrix eſſentia, vt dicit Anſelmus in monologion cap. 34. licèt ſint veriori modo in ſeipſis, vt ly verum dicit veritatem prædicationis. de verit. q. 10. art. 6.

¶ Dico tertiò, quòd illud eſſe eſt eſſe verbi, licèt eſſe intellectum dicat illud eſſe in recto, & in aliquo reſpectu ad rem creatam.

Ad argumentum negatur maior, nam intellectio Dei terminatur ad Deum non tamen ab eo dependet, & remoto omni eſſe creaturæ, adhuc eſſet Diuinum intelligere, licèt non cum reſpectu ad creaturam.

*Concluſio* III. Deus cognoſcit creaturas in eſſentia ſua. Hanc ſic probat vbi ſuprà. Omne cognitum cognoſcitur per ſpeciem, in qua repræſentatur, ſed creaturæ repreſentantur in eſſentia Dei: ergo ea cognoſcuntur ab intellectu Diuino. Sed quia S. Doct. videtur dicere, quòd eſſentia Diuina repræſentat creaturas per modum ſpeculi, & in 4. diſt. in. 49. quæſt. 2. art. 5. ad 6. dicit, quod eſt ſpeculum voluntarium.

*† Aur. vbi ſuprà.*

Contra hoc arguit Aureolus. † Quicquid cognoſcitur in ſpeculo reflexe, cognoſcitur, & alio actu, & alia ſpecie quàm ſpeculum, ſed Deus non cognoſcit reflexe creaturas, nec alio actu, aut alia ſpecie quàm eſſentia ſua, ergo non videt creaturas in eſſentia ſua tanquam in ſpeculo.

*Diuina eſſentia non eſt ſpeculum rerum.*

Reſpondeo. Primò dico non eſſe de mente S. Doct. quod Diuina eſſentia ſit ſpeculum rerum, licèt eas repræſentet expræſſè, vt patet de veritat. quæſt. 12. ar. 6. quia de ratione ſpeculi eſt, quod in eo reſultet ſpecies rei, & non præexiſtat,

in

Digitized by Google

in Deo autem præexiſtit ab æterno ſpecies cuiuſlibet creaturæ, nec reſultat ex præſentia creaturæ.

¶Dico ſecundò, quod creaturæ ſunt potius ſpeculum Dei, vt patet primæ ad Corin 13. Videmus nunc per ſpeculum, quia in creaturis reſultat ſimilitudo Diuinæ naturæ.

¶Dico tertiò, quòd duplex eſt ſpeculum, nam aliquod eſt artificiale, & aliq naturale. In ſpeculo artificiali cauſatur ſpecies ab obiecto ad ſpeculum, & illa ſpecies repræſentat tantum viſibile, ſed quando illa ſpecies terminata eſt ad ſpeculum, tunc à ſpeculo, & viſibili cauſatur vna ſpecies vtrumque repræſentans, quę protenditur à ſpeculo vſque ad oculum & per eam vnico actu videtur ſpeculum & res, ſed ſpeculum directè, res vero reflexe, quia ſpecies eſt directa reſpectu ſpeculi, & reflexa reſpectu rei.

Ad argumentum igitur negatur maior pro ſecunda, & tertia parte, quia eodem actu, & eadem ſpecie videtur ſpeculum, & res, & hoc intelligo quando videtur ſpeculum, vt ſpeculum, & non ſolum, vt vitrum, vel lapis, & huiuſmodi, quia idem eſt motus in imagine, vt imago eſt & in rem cuius eſt imago. Speculũ naturale eſt quod naturaliter repræſentat, & de hoc etiam negatur maior ſimpliciter, & maximè quando ſpeculum non eſt aliud à ſpecie rei in eo viſæ. Hoc modo eſt Diuina eſſentia, quæ eo modo quo poteſt dici ſpeculum, ſcilicet inquãtum repræſentat, naturaliter repræſentat omnem creaturam Diuino intellectui, & intellectui creato tantum quantum vult, & propter hoc reſpectu intellectus noſtri dicitur ſpeculum voluntarium.

*Diuina eſſentia quomodo dicatur ſpeculũ*

*Concluſio* IV. Deus cognoſcit infinita. Hanc ſic probat primo contra gen. cap. 70. quicunque comprehendit cauſam, cuius virtus eſt infinita, ſiue ſe extendit ad infinita, cognoſcit infinita, ſed Deus comprehendit eſſentiam ſuam, cuius virtus ſe extendit ad infinita: ergo, &c.

Contra arguit Aureolus. †Si Deus intelligit infinita, ſequitur quòd diuiſio continui ſit euacuata in intellectu Diuino, hoc eſt falſum: ergo, conſequentia probatur, quia ſi intelligit continuum aut in eius intuitu ponuntur partes indiuiſibiles in quas linea diuideretur, & hoc non, quia continuum non eſt diuiſibile in indiuiſibilia, aut ponuntur partes diuiſibiles, & hoc non, quia ſequitur quòd Diuino intellectui ſit aliquid accreſcere ſcilicet earum diuiſio, aut eſſet ponere totum continuum in actu, partes vero in potentia reducibili ad actum ſucceſſiuè, ſicut accidit in noſtro intellectu, & hoc non, quia Deus nihil ſucceſſiuè intelligit: ergo. Eodem modo arguit de numeris, & de perfectionibus ſpecificis, dicens quod ſi Deus cognoſceret infinita, ſequitur quòd Deus videret infinitum numerum, & infinitam ſpeciem, & infinitam magnitudinem.

*Aureo. vbi ſupra. Vtrũ Deus cognoſcat infinita.*

Reſpondeo, dico primo, quòd antecedens poteſt habere duplicem ſenſum. Vnus eſt iſte, diuiſio continui eſt euacuata in intellectu Diuino id eſt Deus videt primam, & vltimam diuiſionem continui, & iſte ſenſus eſt falſus. Alius eſt quod Deus ſimul, & ſine ſucceſſione videt omnem diuiſionem continui poſſibilem, & hoc eſt verum, & quia eodem intuitu videt totum continuum, & medietatem eius, & medietatem medietatis, & ſic ſine fine, primo contra Gen. cap. 64.

*Diuiſionem continui eſſe euacuatã in intellectu Diuino, dupliciter intelligitur*

¶Ad probationem igitur admittitur ſecundum membrum, quia non videt in continuo, niſi partes diuiſibiles, ſed negatur conſequentia, quia ſimul videt partes illarum partium in infinitum, nec quieſcit ad aliquam partem ſiue diuiſionem.

¶Dico ſecundo, quod ſimiliter videt infinitas magnitudines, quarum nulla eſt maxima, quia quæcunque data ad hoc videt maiorem. Idem dico de numeris, & de perfectionibus ſpecificis. Non enim ſequitur, infinitæ magnitudines ſiue ſpecies, ſiue numeri ſunt viſi à Deo, quorum ſecundus eſt maior primo tertius ſecundo, & quartus tertio, & ſic ſine fine: ergo videtur in infinitum numerum, ſicut etiam non ſequitur ſi continuo ſunt infinitæ partes, quarum ſecunda eſt minor prima & ſic ſine fine: ergo eſt aliqua pars infinitæ parua.

*Poſt diſputata ſtabilit fundat doctrinam.*

*Concluſio* V. Deus cognoſcit ſingularia. Hanc probat. 1. contra Gen. cap. 65 quicunque cognoſcit principia ſingularitatis cognoſcit ſingulare, ſed Deus eſt huiuſmodi: ergo maior patet minor probatur. Deus cognoſcit materiã, & principia eam indiuiduantia: ergo cognoſcit principia ſingularitatis, conſequentia nota. Antecedẽs probatur Deus cognoſcit quicquid repræſentatur per eſſen-



Digitized by Google

tiam ſuam, ſed per eſſentiam Deo repræſentantur principia indiuiduantia: ergo.

*Aliud eſt cognoſcere rem in propria natura aliud ſingularia.*

¶Sciendum eſt quòd aliud eſt cognoſcere aliquid in propria natura, & aliud cognoſcere ſingularia, quia cognoſcere rem in propria natura eſt eam rem cognoſcere ſecundum propriam rationem ſpeciei, cognoſcere ſingularia eſt cognoſcere quantum ad id per quod indiuiduantur.

*Aureo. vbi ſupra.*

Contra arguit Aureol. † cognitio illius rei, quæ in rebus ſingularibus eſt ſingularis non eſt cognitio ipſius ſingularis, vt ſingulare eſt, ſed materia eſt ſingularis in rebus ſingularibus: ergo ex hoc quòd Deus cognoſcit materiam alicuius ſingularis, non ſequitur, quod cognoſcat ſingulare quo ad eius ſingularitatem.

Reſpondeo, negatur minor, nam materia in duobus ſingularibus nõ eſt eiuſdem rationis immo, nec eadem materia ſub diuerſis formis, vt dicit S.D. in fine tract. de principijs indiuiduationis.

Secundus. Artifex producens ſingulare, non oportet, quòd ipſum cognoſcat quoad eius ſingularitatem, ſed ſufficit, quod ipſum cognoſcat, vt indiuiduum vagum, vt dicit Comment. in lib. de ſom. & vig. ergo nec ſequitur, quod Deus cognoſcat ipſum ſingulare, quo ad eius ſingularitatem, licet ipſum producat.

¶Reſpondeo, negatur conſequentia, quia neque artifex neque aliquod agens creatum producit id quod eſt principale ſingularitatis, quod eſt materia, ſecus eſt de Deo, qui cauſat totum, quod eſt in indiuiduo.

¶Secunda ratio pro concluſione. Quicunque cognoſcit ſingularitatem, cognoſcit ſingulare, ſed Deus cognoſcit ſingularitatem: ergo, maior patet, minor probatur. Deus perfectè cognoſcit naturam entis: ergo cognoſcit ſingularitatem, & vniuerſalitatem, quæ ſunt eius paſſiones.

Tertia ratio. Deus habet in ſe immaterialiter ſimilitudinem ſingularitatis: ergo cognoſcit ſingulare, antecedens, & conſequentia patent,

Contra. Omnis ſpecies eſt ratio, & medium cognoſcendi, ſed Diuina eſſentia non eſt medium reſpectu cognitionis Diuinę: ergo, maior nota, minor probatur, omne medium cognitionis eſt ens elicitum ſaltem ſecundum rationē, ſed Diuina cognitio non eſt elicita, nec ſecundum rationem.

*Quomodo Deus a nobis concipiatur.*

Reſpondeo negatur minor. Ad probationem ſimiliter negatur minor, cum enim non intelligamus Diuina, niſi in conceptibus creaturarum, non poſſumus intelligere Deum etiam intelligentem niſi ſecundum modum noſtrum intelligendi conciperemus eius intellectū, vt principale, & Diuinam eſſentiam, vt ſpeciem, & intellectionem, vt actum, cū iſta ſit in nobis diſtincta habet enim in ſe Diuina eſſentia, vnde aſſimiletur omnibus iſtis conceptibus.

*Cur di eſſētia diuina habeat rationē ſpeciei.*

¶Dico ſecundo, quod Diuina eſſentia ideo habet rationem ſpeciei intelligibilis, quia per ea Diuinus intellectus eſt in actu primo, & ipſa eſt ſimilitudo eorum, quæ Deus intelligit, non tamen elicit realiter intellectionem, nec eſt diſtincta ab intellectu, quia iſta conueniunt ſpeciei creatæ ratione imperfectionis ſui eſſe.

*Concluſio* VI. Intellectus noſter non intelligit directe ſingularia materialia, hanc ſic probat S.D. de veri. q. 2 artic. 5. quicunque cognoſcit directe ſingulare habet ſimilitudinem ipſum repræſentātem, quo ad principia ſingularitatis, ſed ſpecies in intellectu noſtro non eſt huiuſmodi: ergo, maior patet minor probatur, quicquid repræſentat principium ſingularitatis, repræſentat materiam, vt diſtinctam numero, ſed ſpecies in intellectu noſtro non repræſentat materiam, vt diſtincta: ergo, maior nota, minor probatur, ſpecies in intellectu noſtro repręſentat ſolum per quod obiectum agit in anima, ſed obiectum non agit in anima per materiam: ergo.

*tex. 30.*

*Vtrum intellectus noſter directe cognoſcat ſingulare.*

Cōtra arguit Garro. Primo, omnis intellectus ſpeculans phantaſmata cognoſcit ſingulare directè, ſed intellectus noſter in omni intellectione eſt huiuiſmodi, vt dicitur in. 3. de anima. † ergo.

Reſpondeo, negatur maior, quia conuerſio intellectus ad phantaſmata non eſt intellectio, ſed receptio ſpeciei per quam receptionem continuatur intellectus phantaſmatibus, ſicut etiam intellectus aliquando conuertitur ad ſuperiora recipiendo ab eis ſpecies intelligibiles, de verita. q. 2. art 6. Negatur etiam minor, quia illa ſpeculatio phantaſmatū quæ contingit in intellectione non eſt actus intellectus, ſed phantaſiæ. 2. contra gen.

Digitized by Google

gen c.72. ex quo ẽt ſequitur, quod formatio ſyllogiſmi, cuius medium eſt ſingulare materiale, eſt actus rationis particularis, quę dicitur cogitatiua, cuius organum eſt media cellula cerebri, quia ipſa eſt collatiua intentionum particularium. Quando vero medium talis ſyllogiſmi eſt ſingulare immateriale tũc eius formatio eſt actus intellectus.

Secundò omnis potentia cognoſcit ea inter quæ ponit differentiam, ſed intellectus ponit differentiam inter vniuerſale, & particulare: ergo cognoſcit vtrumque.

Reſpondeo, concedo totum, ſed non ſequitur, quod cognoſcat directè.

*De duplici cognitione indirecta.*

¶ Dico ſecundò, quod iſta cognitio indirecta poteſt eſſe dupliciter, vt dicitur de ve.quæſt.10.artic.5. Vno modo ſecundum motum rerum ab anima. & hoc ſic contingit. Primò enim intellectus cognoſcit directè naturam vniuerſalem, per ſpeciem quam habet repræſentatã. Secundò reflectitur ſuper ſe, & cognoſcit ſe intelligere. Tertiò cognoſcit ſpeciem, quæ eſt principium illius actus. Quartò phãtaſma, quo ſpeciem accepit. Quintò ſingulare, quod cauſauit phantaſma, vnde per eandem ſpeciem fertur in omnia iſta.

Ex hoc ſequitur corollarie, quòd licet intellectus non habat propriam ſpeciem ſingularis, habet tamen propriũ actum, ſed indirectum, aliquando contingit iſta cognitio indirectè ſecundum motum animæ ad res: Intellectus enim hominis aliquam cognitionem vniuerſalem habens, & volens eam applicare ad rem particularem, mouet cogitatiuam ad cogitandum de aliquo particulari.

¶ Poſſet tertio negari minor, quia ipſe homo, & non intellectus eſt qui ponit differentiam inter vniuerſale, quod cognoſcit per intellectum, & particulare quod cognoſcit per imaginationem, nec oportet eandem potentiam cognoſcere vtrunque niſi ſit organica. Et ſi dicatur quòd illa minor eſt philoſophi 3.de anima, dico quòd ipſe loquitur de ſenſibus exterioribus, in quibus conſtat non eſſe talem continuationem cum vnus non moueat alium, vnde oportet, quod illud iudicium reducatur ad centrum eorum, ſcilicet ad ſenſum cõem.

Tertiò: Prima intellectio non terminatur ad ſpeciem per te, nec ad naturam vniuerſalem, quia omnis natura eſt ſingularis: ergo terminatur ad ſingulare.

Reſpondeo, negatur antecedens, benè dico, quod terminatur ad naturã, quę eſt vniuerſalis; ſingularis in indiuiduo, ſed vniuerſalis, vt abſtrahitur à conditionibus indiuiduantibus.

Et ſi dicatur contra, difficile eſt habere talem abſtractionem, & tamen non eſt difficile habere intellectionem: ergo non intelligimus, abſtrahendo ſic.

*Abſtractio per modum enunciationis eſt difficilis, ſed nõ per modum diffinitionis*

¶ Reſpondeo, quòd abſtractio finita per modum enunciationis eſt difficilis, vt puta ſi conciperetur homo ſine ſitu eſſe, & ſine loco, & ſine tempore, & materia, abſtractio autem facta per modum diffinitiònis non eſt difficilis, puta ſi concipiatur humanitas non concepta materia indiuiduali, & talis abſtractio requiritur ad intellectionem

Quartò ſingulari non repugnat directè per te intelligi, vt ſingulare eſt: ergo, vt materiale, ſed natura vniuerſalis eſt materialis: ergo etiam ei repugnat intelligi hoc eſt falſum quo, & primũ ex quo ſequitur.

Reſpondeo, negatur prima conſequẽtia, quia ſingulari non repugnat directè intelligi, vt eſt materiale, ſed vt eſt materiale materia ſignata,

Quintò intellectus noſter cognoſcit vniuerſale; ergo, & ſingulare conſequentia patet, quia cognitio vniuerſalis ſupponit cognitionem ſingularis, vt dicit Aug. 11.de Trint.cap.6.& Comm.12. meta.com.4.

*Vniuerſale dupliciter, quoad naturam, & quo ad intentionem.*

Reſpondeo, vniuerſale accipitur dupliciter. Vno modo quo ad naturam, & ſic negatur conſequentia, nec in illo ſenſu intelliguntur illæ auctoritates. Alio modo quo ad intentionem vniuerſalitatis, & ſic conceditur conſequentia, & non eſt hoc modo contra concluſionẽ, quia talis cognitio eſt reflaxa. Nam ſi cognoſco animal, vt eſt vniuerſale, comparo ipſum ad ea plura de quibus dicitur, & ſic iſta cognitio ſupponit cognitionem plurium.

Alia argumenta contra hoc facit Duran. quæ ponuntur 2.di.3.q.2. contra.8. concluſionem.

*Concluſio* VII. Primum cognitum ab intellectu noſtro, eſt verbum formatum per actum intelligendi, quod verbum dicitur ſpecies expreſſa, contra hanc ſic probat de veri. quæſt.3. artic.2. Id eſt primo cognitum ab intellectu no-

Digitized by Google

noſtro, ad quod primo terminatur actus intelligendi,ſed primo terminatur ad verbum, quam ad rem extra: ergo, maior patet, minor probatur. Actus intelligendi prius terminatur ad illud, quod eſt ratio cognoſcendi rem, ad extra quàm ad ipſam rem, ſed verbum eſt huiuſmodi:ergo,&c.

Contra arguit Aureol † Intellectus nõ intelligit verbum, & rem extra diſtinctis actibus, nec eodem actu:ergo, prima pars antecedentis à te conceditur, ſecunda probatur,omnis potentia eodem actu cognoſcens duo,iudicat illa duo eſſe duos terminos. Sed intellectus non iudicat verbum, & rem extra eſſe duos terminos:ergo,&c.

*Aureol. ubi ſupra.*

¶Reſpondeo,dico primò, quòd verbum formatum eſt primum cognitum, & eſt etiam medium,& ratio cognoſcẽdi res extra, quæ per tale verbum præſentes ſunt intellectui.

¶Secundò ad argumentum negatur ſecunda pars antecedentis. Ad eius probationem negatur maior quando vnum illorum eſt ratio cognoſcendi aliud.

## QVÆSTIO III.

### *Diſtinct.24.prim.ſent.*

QVæritur tertiò, de proprietatibus Diuinæ ſcientiæ, quæ plures ſunt.

Et quantum ad hanc quæſtionem, hæc eſt prima concluſio. Deus non intelligit componendo, nec diuidendo, hanc probat, primo contra gen. cap.58. Ea quæ ab intellectu componuntur, poſſunt ab eodem intellectu ſeorſum cognoſci, propter hoc enim intellectus noſter componit,quia cognito ſubiecto, non ſtatim cognoſcit quæcunq; ei inſunt, ſed intellectus Diuinus non poteſt ſeorſum concipere ſubiectum, & proprietates eius,immo cognoſcendo eſſentiam vniuſcuiuſque intelligit omnia,quę de ipſa prædicari poſſunt:ergo.

Contra minorem Aureol. † arguit. Si cognoſcendo eſſentiam Deus cognoſceret omnes eius proprietates,ſequitur quòd non cognoſceret omnes illas proprietates immediatè, ſed mediante eſſentia rei,hoc eſt falſum:ergo,&c.

*Aureol. ubi ſuprà. Vtrũ Deus cognoſcendo eſſentiã cognoſcat proprietates.*

Reſpondeo,negatur conſequentia, quia cum dicitur, quòd Deus cognoſcendo eſſentiam, cognoſcit proprietates,non intelligimus,quòd ipſa eſſentia ſit ratio cognoſcendi proprietates, in quo ſenſu argumentum procedit, ſed hoc ideo dicitur quia ideo in Diuino intellectu exiſtens æqualiter repræſentat eſſentiam rei, & omnia accidentia eius,ſiue ſint accidentia per ſe ſiue per accidens, & ideo ſicut eſt ratio cognoſcendi eſſentiam,ita eſt ratio cognoſcendi proprietates,de veri.q.2.art.7.ad 1.2.& 6.

*Concluſio* II. Deus cognoſcit enunciabilia,& complexa Hanc ſic probat.1. q.14. artic.14. Deus quicquid continetur in virtute Dei actiua,& creaturæ cognoſcit, ſed enunciabilia ſunt huiuſmodi:ergo,&c.

Contra hanc rationem Aureol.arguit quòd cognitio potentiæ Dei, non ſit ei ratio cognoſcendi ea quæ continentur in potentia Diuina. Nulla relatio eſt ratio cognoſcendi terminum,ſed potius è contra,ſed potentia eſt relatio:ergo nõ eſt ratio cognoſcendi terminum ſcilicet ipſum producibile.

*Aureo.*

Reſpondeo. Negatur minor,quia potentia non eſt relatio,licet connotet relationem,nec dicimus quòd illa relatio ſit ratio diuino intellectui, quòd cognoſcat ea, quæ ſubſunt Diuinæ potentiæ.

*Vtrũ potentia Diuina ſit rõ cognoſcendi contenta in ea.*

Dico ſecundò,quod Diuina eſſentia inquantum omnia continentur in ea tanquam in virtute actiua, habet rationem potentiæ,& per conſequens cognita Diuina eſſentia,vt omnia continet ſiue per modum potentiæ, cognoſcuntur à Diuino intellectu omnia entia tam realia quàm rationis, quia eorum in ipſa eſt ſimilitudo. Cognita enim eſſentia inquantum continet omnia in virtute actiua,cognoſcitur reſpectus ad omnia, quæ ſunt in ea, & quia reſpectus non poteſt cognoſci niſi cognito termino: oportet,quod cognoſcantur omnia poſſibilia.

Contra.Dato quod per impoſſibile in Deo nulla eſſet potentia,adhuc omnia cognoſceret,quia in ea eſſent omnia relucentia,ergo eſſentia inquantum habet rationem potentiæ non habet,quod cognoſcat omnia.

Reſpondeo,negatur antecedens,quia cognitio eſt per aſſimilationem cognoſcentis ad cognitum, illa autem ſimilitudo attenditur ſecundum conuenientiam formæ oportet ergo,ſi Deus habet ſimilitudinem creaturæ, quod ſit cauſa-

Digitized by Google

ta à creatura, vel ſit cauſatiua creaturæ, vel aliquod tertium ſit cauſa vtriuſque, quorum ſolum ſecundum eſt impoſſibile.

*Concluſio III.* Deus intelligit omnia ſimul, hanc probat primo contra Gent. cap. 55. Omnia illa ſimul intelligit Deus quæ vnica ſpecie intelligit, ſed quicquid Deus intelligit vnica ſpecie intelligit: ergo, &c. illa enim eſt eſſentia ſua, quæ vnica eſt.

*Aureo. lic. Vtrum diu. eſſentia ſit ſpecies.*

Contra minorem arguit Aureol. Nulla ſpecies terminat intellectionem, ſed Diuina eſſentia terminat intellectionem Diuinam: ergo eſſe ſpecies non poteſt.

¶ Reſpondeo, negatur maior, nam ſpecies intellectus noſtri intelligitur reflexè ſpecies autem qua Deus intelligit, & eſt cognita, & eſt ratio cognoſcendi ſecundum diuerſas conſiderationes.

Secundò, ſpecies non tollit quin obiectum per eam cognitum ſit obiectum primarium: ergo ſi eſſentia Diuina eſt ſpecies qua Deus intelligit creaturam, ſequitur, quod creatura erit obiectum primarium à Deo cognitum.

¶ Reſpondeo, negatur maior, de ſpecie, quæ non ſolum eſt ratio cognoſcēdi aliud, ſed etiam eſt obiectum intelligibile per eſſentiam, & non per ſpeciem, cuiuſmodi eſt Diuina eſſentia, & ſimiliter eſſentia Angeli reſpectu intellectionis, qua Angelus intelligit eſſentiam ſuā.

*Concluſio IV.* Diuina eſſentia non eſt vniuerſalis, aut particularis. Hanc probat præſenti diſt quæſt. 1. art. 5. Omnis ſcientia vniuerſalis eſt per medium vniuerſale, & omnis particularis per medium particulare. Sed Diuina eſſentia, quæ eſt medium ſcientiæ Dei, non eſt vniuerſalis aut particularis, quod non ſit vniuerſalis patet: quia omne vniuerſale eſt potentiale cum ſit terminabile: nec particularis, quia principiū particularitatis ē materia vel aliquid loco eius.

*Aureo. Vtrum ſcitia ſit vniuerſalis propter mediū.*

Contra hanc rationem arguit Aureo. ſcientia dicitur vniuerſalis ratione obiecti. ergo non ratione medij. Antecedens probatur. Metaphyſica enim eſt vniuerſalis ſcientia. dicitur. 1. & 4. meta. & hoc eſt tantum: quia habet obiectum vniuerſale, ſub quo continentur obiecta particularia aliarum ſcientiarum.

Confirmatur. Nam demonſtratio vniuerſalis differt à particulari, quia prima eſt de obiecto vniuerſali, ſecūda de particulari, vt dicitur. 1. & 2. poſter. ergo & ſcientia qui eſt effectus demonſtrationis.

*Triplex medium ſcientia.*

¶ Reſpondeo. Dico primo, quòd ſciētiæ poteſt aſſignari triplex medium, ſcilicet ſpecies intelligibilis. Secundum eſt conceptio intellectus. Tertium ſunt ipſæ propoſitiones, ſiuè principia formata ex ſimplicibus conceptibus.

*Idem medium demonſtrationis, & ſcientia.*

¶ Dico ſecundo, quod cum ſcientia habeatur per demōſtrationem. illud erit propriè medium in ſcientia: quod eſt medium in demonſtratione. conſtat autem quòd medium non eſt propriè ſpecies intelligibilis, ſed ſunt ipſi conceptus, & principia ex quorum vniuerſalitate dicitur ſcientia vniuerſalis. Metaphyſica enim dicitur vniuerſalis propter vniuerſalitatem conceptuū, & propoſitionum, quæ primo in ea conſiderātur, vt ſunt actus potentia, idem diuerſū, & principia ex terminis vniuerſaliſſimis conſtituta.

¶ Dico tertiò, quòd ex vniuerſalitate mediorum: ſequitur etiam vniuerſalitas obiecti, ex quo patet, quòd prima ratio vniuerſalitatis ſcientiæ eſt à medio.

¶ Ad argumentum igitur negatur antecedens. ad eius probationem negatur minor. Imo metaphyſica eſt primo vniuerſalis propter media, ſecundario propter obiectum. Eodem modo dicendum eſt ad illud de demonſtratione. Ex quo patet reſponſio ad cōfirmationem.

*Diuina eſſentia ſe habet, vt obiectum reſpectu ſcientiæ.*

¶ Dico quartò, quòd Diuina eſſentia reſpectu ſcientiæ Dei, non ſe habet ſolū, vt ſpecies, nec ſolum, vt medium demonſtrationis, ſed magis ſe habet, vt obiectū primo intellectum in quo creaturę intelliguntur, quæ ſunt ſecundo intellectæ.

*Concluſio V.* Scientia Dei eſt cauſa rerum, ſed non niſi directa à voluntate, prima pars ſic probatur 1. parte quæſt. 14. articul. 8. ſicut ſe habet artifex ad artificiata, ſic Deus ad creaturā, ſed artifex eſt cauſa artificiatorum per ſcientientiam ſuam: ergo, ſecunda pars probatur, de verit. quæſt. 2. art. 4. A forma ſe habente ad oppoſita, non procedit effectus niſi determinetur per appetitum, vt dicitur 11. metaph. † ſed ſcientia ſe habet ad oppoſita: ergo non eſt niſi adnecta voluntate.

*† Text. 10.*

*Aureol.*

Contra arguit Aureol. Secluſa voluntate Deus eſt exemplar creaturarum: ergo non habet à volūtate, quòd ſit cauſa

Digitized by Google

ſa exemplaris, & probatur antecedens. quia voluntas eſt poſterior exemplaritate: ergo non eſt ratio eius.

¶ Reſpondeo. Dico primò, quòd ſi Deus non eſſet cauſa prima rerum, non eſſet etiam earum exemplar, vt dictum eſt ad argumentum contra ſecundam concluſionem.

*Scientia diuina prior voluntate ſecundũ rationem.*

¶ Dico ſecundò, quòd voluntas non dat diuine ſcientiæ cauſalitatem affectiuam, aut exemplarem, immò ſcientia, vt vult S.Doct.eſt prior voluntate ſecũdum rationem.

¶ Dico tertiò, quòd ſcientia habet cauſalitatem effectiuam, & exemplarem ex eius plenitudine nam eſt actus perfectiſſimum, & ideò eſt effectiuus rerum, ſecundũ ꝙ res ſunt intelligibilitèr in eo, ideò habet quod ſit earum exemplar.

¶Dico quartò, quòd cum prædictis ſtat nullum effectum procedere à Diuina ſcientia niſi mediante voluntate, quæ determinat ſcientiam ad opus,

*Concluſio. VI.* Diuina ſcientia, non eſt vniuoca ſcientiæ noſtræ. Hanc probat de verit.quæſt.2.art.12. Ex hoc quod Deo,& creaturis nihil eſt commune vniuocè,eo quod omnia vniuocata habent eſſe diſtinctum ab eſſentia,ſed Deus non habet eſſe diſtinctum ab eſſentia: ergo non vniuocatur in aliqua ratione cum creatura,minor patet,maior probata eſt diſtin.8.quæſt.3.ratione tertia pro quarta concluſione. Vbi etiam ſolutum eſt argumẽtum quod facit hoc loco Aureo. contra concluſionem.

*Concluſio VII.* Deus de eſſentia ſua habet ſcientiam ſpeculatiuam. Hanc ſic probat prima par.quæſt.14.art.16.Omnis ſcientia ex re non operabili eſt ſpeculatiua,ſed Diuina ſcientia non eſt operabilis:ergo.

*Concluſio VIII.* Scientia quam habet Deus de creaturis eſt practica,probatur vbi ſuprà. Creatura eſt quid operabile: ergo ſcientia quam de ipſis habet Deus eſt operabilis,ſiuè practica.

Ex his ſequitur quòd cum in Deo ſit tantum vna ſcientia, qua ſcit eſſentiam ſuam, & creaturas, ipſa eſt ſimul practica,& ſpeculatiua ſecundum diuerſitatẽ obiectorum.

*Vtrum ſciẽtia Dei ſit practica, & ſpeculatiua*

Contra arguit Aureol. primo. Omnis ſcientia practica ſaltem ratione à ſpeculatiua diſtinguitur, ſed ſciẽtia qua Deus ſcit ſuam eſſentiam non diſtinguitur ratione ab ea qua ſcit creaturas: ergo nõ eſt reſpectu ſui ſpeculatiua, & reſpectu creaturarum practica, minor probatur. Si ſcientia qua Deus intelligit ſe, diſtinguitur ratione ab ea,qua intelligit creaturam,aut iſtæ ſcientiæ ſunt diſparatæ,& hoc non, quia tunc Deus ità immediatè intelligeret creaturas, ſicut eſſentiam ſuam,aut diſtinguitur ratione præciſionis, quia ſcilicèt ſcientia, quæ intelligit eſſentiam ſuam concipitur,vt præcisè tẽdens in eſſentiam. Illa verò, quæ intelligit creaturas, concipitùr vt ſimul tendẽs in eſſentiam, & in creaturas,ſed hoc non eſt dicendum,alioquin Diuina eſſentia duabus intellectionibus à Deo intelligeretur ſcilicèt vna præciſa, & alia nõ, & per conſequens vna eſſet ſuperflua.

Reſpondeo,negatur minor, & dico ꝙ duæ ſcientiæ ſunt ſecundum rationem, quia Diuina ſcientia ex èo quòd concipitur, vt diuerſimodè terminata aliqualitèr diuerſificatur ſecundum rationem propter diſtinctionem obiectorum. Nec eſt inconueniens Diuinam eſſentiam cognoſci cognitione duplici,dualitate præciſionis,& non præciſionis, nec aliqua earum eſt fruſtra, quia prima neceſſariò includitur in ſecunda.

Secundò. Si intellectio creaturarum diſtinguitur ratione ab intellectione Diuinæ eſſentiæ, aut ipſa præcedit ſecundũ rationem intellectionem, aut ſequitur, ſed vtrumque falſum: ergo, minor pro vtraque parte probatur. Primò quòd non præcedat, probo, quia productio Verbi eſt intenſior,& magis neceſſaria cognitione creaturarum,ergo non eſt ea poſterior, quòd non ſequatur: probo,id quod alteri communicatur per productionẽ præmittitur in productione, ſed cognitio creaturarum cõmunicatur Filio per productionẽ: ergo Pater præintelligitur eam habere.

¶ Reſpondeo,negatur minor, & dico quod ſequitur,quia vt dicit S.Doct.1. diſtinct.7.quæſt.1.art.3.quæſt.2.ad 8.Omnia communia dicta de Deo in ordine ad creaturas ſequuntur ſecundum rationẽ notionalia ad probationem negatur maior. quando producẽs non eſt prius producto,Pater autẽ non eſt prior filio, vt declaratum eſt diſtinct.7.in fine.

Contra. Omnis ars eſt notitia artificiatorum,ſed pater antequam intelligatur producere Filium, ẽ ars creaturarũ: ergo in illo priori habet earum notitiã, minor probatur,quia Auguſtin. ſexto de Trin.

Digitized by Google

Trinit. dicit quòd Filius procedit à Patre: ſicut ars ab arte.

Reſpondeo, negatur minor, immo Pater habet, quòd ſit ars ſolum dum producit Filium, qui ad productionem Filij conſequitur in Filio reſpectus ad creaturas ſicut artis ad artiaciata, ſimiliter in Patre ex eo quòd producit Verbum, cõſequitur talis reſpectus.

Ex hoc ſequitur quòd intelligitur Filium produci prius, & Patrẽ producere, quàm habere reſpectum ad creaturas, vt artis, vel Verbi.

¶Sequitur ſecundò quòd Filius ex vi ſuæ productionis, non habet directè, ꝙ ſit ars, ſed ad eam conſequitur.

*Concluſio IX.* Scientia Dei reſpectu creaturarum eſt etiam ſpeculatiua. Hãc ſic probat vbi ſuprà. Omnis ſcientia, quæ habetur de re operabili, quantum ad vniuerſalia eius prædicata eſt ſpeculatiua quòad modum, licèt ſit practica quantum ad rem ſcitam, ſed Deus ſcit hoc modo omnem creaturam: ergo. Ex hoc ſequitur corollariè, quòd ſcientia, quæ eſt de re operabili, ſed non eo modo quo eſt operabilis non eſt ſimpliciter practica.

Sciendum eſt tamen, quòd non eſt opinio S. Doct. quod ille, qui habet ſcientiam practicam, non cognoſcat vniuerſalia rei prædicata, nam domificator ſcit quod domus eſt quoddam artificiatum compoſitum ex lapidibus, & huiuſmodi, ſed quia talis non ſiſtit in huiuſmodi prędicatis vniuerſalibus, ſed protendit intellectum ad particulare opus mediante ratione particolari, ideo dicitur illa cognitio eſſe practica, quæ tamen inquantum cõſiderat illas rationes vniuerſales, recedit à ſinceritate practicæ. De hac materia diffusè dictum eſt in proœmio.

Ex his duabus concluſionibus ſequitur corollariè, quod ſcientia Dei de rebus, quas nunquam faciet eſt practica ratione obiecti, quia eſt de re operabili, non tamen eſt practica quòad finem.

*Concluſio X.* Scientia Dei reſpectu malorum eſt practica, hanc probat vbi ſupra. Eodem habitu cognoſcitur habitus, & priuatio, ſed bonum cuius priuatio eſt malum, ſcilicèt bonum creatũ ſcitur à Deo practicè: ergo, & malum. Dicitur autem hęc ſcientia eſſe practica, non ex eo quod Deus faciat mala culpæ, ſed quia permittit, ſicut & medicus habet de ægritudine ſcientiam practicam, non quod eam cauſet, ſed quia eam curat.

*In hac 33. diſt. & trib. q. ſeqq. confutantur hæreſes damnatæ, vt in noſtro Commentario in text. Magiſtri, & confutantur etiam hæreſes, quæ ſunt in Abecedario, & in Ethimologijs hæreſum, & confutantur ſimiliter Idolatriæ, vt in Abecedario Idolorum in principio vide ibi littera D. E. O. et P. ac et cõfutãtur falſæ Thèologiæ Fenicum, Egyptiorum, Græcorum, Atlanticorum, Frigiorum, Gentium, &c. ab Euſebio in primo, ſecundo, tertio, & quarto libro de præparatione Euangelica contra Theologiam fabuloſam Poetarum antiquorum.*

*Additio quæ eſt ſolutio argumentorum recentiorum per M. Mauritium de Gregoria.*

*Ex cõcluſionibus, probationibus, & ſolutionibus argumentorũ Capræoli ſoluuntur argumenta Vulpes, & aliorum recẽtiorum facile, vt facit Ariſt. ad argumenta Antiquorum, quod veritatis cognitio dubiorum eſt ſolutio, & cum Cardinali Bellarmino dicente in libro de Scriptoribus Eccleſiaſticis de Io. Capræolo, quòd Io. Capræolus ſit defenſor Egregius Sancti Thomæ, & optimè diſſoluit omnia argumenta aduerſariorum. dicunt verba formalia Bellarmini, ergo ſi optime diſſoluit per Bellarminum ſunt ſoluta argumenta cum his doctrinis hic: Sicut ſoluit Ariſtotelis contra antiquos dicendo in 3. de Cœlo veritatis cognitio dubiorum eſt reſolutio.*

*Loca ſoluentia argumẽta aduerſariorum Magiſtri Mauritii vltra commentaria textuũ loca contra hæreſes, &c.*

*Reſpondetur ſecundò cum Cardinali Sarnano Franciſcano doctiſſimo, cũ trigeſimaſecũda cõcordantia, & ſimiliter cum trigeſimaprima concordantia Bonaherbæ.*

*Argumenta verò Vaſquez, Valentiæ, Molinæ, Suarez, &c. quia colliguntur, & ſoluuntur, clarè, diſtinctè, & breuiter à Ripa, à Nazario, à Gonſales, à Nauarretto, à Zenardo, & præcipue à Montagnolo, in prima parte D. Thom. quæſt. 13. de Scientia Dei, & de veritate quæſt. 16.*

*Vide noſtram expoſitionem Petri*

 Lom-

Digitized by Google

*Lombardi aperientem mentem huius materiæ, vt in folio. 60. hic. Ac etiam vide 1. 2. & 3. folium pro alijs reſponſionibus ad argumenta eiuſdem Vulpes.*

## DISTINCTIO. XXXIV.

### *Quæſtio.* 1.

IN diſtinct. trigeſimaquarta quæritur. Vtrum in Deo ſint plures ideæ.

Circa quam quæſtionẽ, hæc eſt prima concluſio. Diuina eſſētia eſt propria ratio cuiuslibet creaturæ, hanc ſic probat 1.contra gent.cap.54. Id in quo ſunt perfectiones omnium rerum vniſſimæ, & non ſolum illæ, quæ pertinent ad naturam ſpecificam, ſed etiã ad indiuidua eſt propria ratio cuiuslibet, ſed Diuina eſſentia eſt huiuſmodi: ergo, maior probatur, quia id in quo plura adunantur, poteſt accipi ab intellectu, vt propria ratio plurimo reſpectu, apprehendendo aliqua eorum abſque alijs, ſicut quia in denario continentur omnes numeri inferiores ideò poteſt accipi, vt propria ratio nouenarij vna vnitate ſubſtracta, & ſic de alijs. Et ſimilitèr homo poteſt accipi, vt propra ratio animalis, ſubtracta rationalitate, minorem probat 1.contra gent.cap.31. tribus exemplis. Primum eſt quòd ſicut calor, & ſiccitas, quæ in igne ſunt qualitates diuerſæ ſoli attribuuntur ſecundũ vnã virtutem. Secundũ eſt quod ea quæ diuerſis potentijs ſenſitiuis cognoſcuntur, vna tamen potentia intellectiua intelliguntur. Tertium eſt, quod ſicut vnica potentia regis ſe extendit ad omnia, ad quæ ſe extendit potentia comitis, & ſeneſcalci, ſic Diuina eſſētia vnitè habet in ſe omnes perfectiones quæ in creaturis diſperſæ ſunt.

Contra declarationem maioris iſtius rationis arguit Aureol.† ea quorum vnum poteſt ab altero ſubtrahi ſunt diſtincta, vt patet in numeris, ſed perfectiones in Deo non ſunt diſtinctæ: ergo non poteſt vna perfectio ab alia ſubtrahi.

*Aureol l.35 di 1.q.3.*

¶Reſpondeo, primò negatur maior de ſubtractione, quæ fit per intellectum, qui poteſt ſeorſum apprehendere ea quę ſecundum rem ſunt coniuncta.

¶Dico ſecundò, quòd licèt perfectiones in Deo ſint idem re, ſunt tamen diſtinctæ ſecundum rationem, & ſic Diuina eſſentia ſecundum rationem apprehenditur, vt propria ſimilitudo huius creaturæ, & ſecundum aliam rationem alterius creaturæ.

Contra. Quicquid eſt tota Diuina eſſentia eſt omnium rerum ſimilitudo, ſed quælibet illarum rationum eſt tota diuina eſſentia: ergo quælibet eſt omniũ ſimilitudo.

¶Reſpondeo. Primò concedo, quod quælibet ratio obiectiua, ideſt quælibet diuina perfectio, puta ſapientia, bonitas & huiuſmodi eſt omnium ſimilitudo.

*Qualibet perfectio di. eſt ſimilitudo omniũ, ſed non ſecundũ ſuam rationem.*

¶Dico ſecundò, quòd quia nulla iſtarum rationum dicit omnem modum diuinæ perfectionis, ſed alium modum dicit bonitas, alium ſapientia, ideò dicitur quod licèt quælibet diuina perfectio ſit omnium rerum ſimilitudo, non tamen quælibet ſecundum ſuam rationem eſt ſimilitudo omnium, ſed ſapientia eſt ſimilitudo ſapientiæ, & bonitas bonitatis, & ſic de alijs.

Contra, ex iſta reſponſione ſequitur, quod diſtinctio attributorum in diuino intellectu præcedat ideas, & per conſquẽs quod ad ideas aliud faciat operatio intellectus, ſed iſta duo ſunt falſa, cum ideę naturalitèr repræſentent, & non per liberum arbitrium.

¶Reſpondeo, negatur conſequentia, & dico primò, non eſſe mentem S.Doct. nec noſtræ in prædicta reſpõſione, quod diuinus intellectus primo diſtinguat attributa, & poſtea ex illis accipiat aliqua, dimittendo alia, ſed dicimus quòd nulla diſtinctione præuia Deus videndo eſſentiam ſuam, videt quicquid in ea continetur, ſiuè repræſentatur, huiuſmodi autem ſunt omnes quidditates creabiles, & omnes reſpectus rationis, & negationes. Ipſa igitur diuina eſſentia, vt repræſentat diſtinctè lapidem, eſt idea lapidis, quia vt ſic accipitur, ac ſi eſſet quid finitum, & non vt continet ea, quę ſunt extra rationẽ lapidis. Sicut enim lapis defectiuè repræſentat eſſentiam diuinam, ſic eſſentia diuina defectiuè repræſentatur à lapide, & ideò ipſa poteſt accipi præcisè cũ reſpectu imitabilitatis ad lapidem, quod eſt accipere eſſentiam, & quamlibet perfectionẽ diuinam totam, ſed non totalitèr, ſiuè ſecundum omnem modum.

¶Dico

Digitized by Google

¶ Dico ſecundò, quod quęlibet quidditas per ſe nudè accepta naturaliter ab eſſentia Diuina repræſentatur, ſed quidditas creata, vt eſt ſub actuali exiſtentia, non repræſentatur naturaliter, ſed liberè. Imaginandum eſt enim quod intellectus Diuinus primò intelligit Diuinam eſſentiam abſolutè, ſecundò intelligit eã, vt repræſentat quidditates communes communicabiles creaturis, puta eſſe viuere, & huiuſmodi. Tertiò, vt continet ea quę ſunt de quidditate cuiuslibet naturæ ſpecialis, puta hominis, lapidis, & huiuſmodi, & hæc omnia repræſentat naturaliter, nec ad hoc aliquid facit actus voluntatis. Quartò intelligit eſſentiam ſuam, vt reprę́ſentat quidditates creatas ſub actualibus exiſtentijs, & ad hoc facit actus voluntatis, quia à libero Dei arbitrio dependet, quæ creaturæ habeant eſſe, & quæ non.

Secundo. Animal continetur in homine quidditatiuè cum ſit de eſſentia eius, & numerus minor in maiori, & pars in toto, ſed nulla creatura eſt in Deo quidditatiuè, nec tanquam pars: ergo exempla, quæ ponis, non ſunt ad propoſitum.

Reſpondeo, negatur conſequentia, quia illa ſimilitudo non eſt quantum ad ſic, vel ſic contineri, puta quidditatiuè, vel ſicut pars, ſed quia homo continet animal, & maior numerus minorem ſicut actus perfectus actum imperfectũ, & ſimiliter Diuina eſſentia cõtinet creaturas. Actus autem perfectus continens imperfectum poteſt accipi, vt propria ratio illius, ſi actus perfectus accipiatur non abſolutè, ſed cum certa proportione ad illum ſcilicet quantum ad id in quod ei aſſimilatur actus imperfectus.

*Vtrũ diuina eſſentia ſecundum aliam, & aliam rationem ſit ſimilitudo omnium.*

Contra concluſionem, ſcilicet, quòd Diuina eſſentia ſecundum aliam, & aliã rationem ſit propria omnium ſimilitudo, arguitur ſic. Primò, Diuina eſſentia ſub qualibet ratione eſt infinita: ergo ſub qualibet eſt omnium ſimilitudo.

Reſpondeo, negatur conſequentia, quia licet Diuina eſſentia ſub qualibet ratione ſit infinita, non tamen ex qualibet ratione habet infinitatem, nam vt dicit, S.D. diſt. 1. q. 28. art. 2. ad tertium, ſi in Diuina eſſentia non contineretur niſi id, quod importatur nomine ſapientię, ipſa non eſſet infinita, quòd autem ſit infinita, eſt quia continet omnem modum perfectionis.

Secundo, Diuina eſſentia ratione diuinitatis eſt exemplar omnium: ergo non ſunt plures rationes ſiue ideæ, conſequentia patet, quia ratio diuinitatis eſt tantum vna, antecedens probatur. Diuina eſſentia ſub ratione deitatis eſt exemplar aliquorum: ergo omnium, tenet cõſequentia, quia non eſt maior ratio de vno quam de alio, antecedens probatur, tũ quia ratio deitatis eſt nobiliſſima tum quia per deitatem Deus eſt omnis res eminenter: ergo per eam eſt omniũ ratio.

Reſpondeo, negatur antecedens, immo per rationem deitatis nullius eſt exemplar, cum illa ratio nulli creaturæ ſit communicabilis, & per conſequens nulla creatura per eam Deo ſimiletur eſt autem exemplar rerum per rationes perfectionum communicatarum creaturis.

*Tria de ratione exemplaris, repræſentatio, ſubſiſtentia & cauſalitas.*

¶ Dico ſecundò ad probationem, quod tria ſunt de ratione exemplaris. Primum eſt quòd repræſentat id cuius eſt exemplar, & ſic Deus non habet ex ratione diuinitatis, quod ſit ſimilitudo ſapientiæ increatæ, ſed hoc habet ex ratione ſapientiæ. Secundum eſt quod ſit ſubſiſtens. Tertium autem quod ſit cauſa exemplati, & hæc duo habet à diuinitate, nam ſapientia in Deo quia eſt diuina ſubſiſtit, & cauſat. Ex hoc habes, quòd ratio diuinitatis non eſt exemplaris, ſed eſt cauſa alicuius requiſiti ad exemplar.

¶ Dico tertio, quod per rationem diuinitatis Deus non eſt omnis res formaliter, ſed illatiuè, nam ſequitur ſi eſt Deus, quod ſit ſapiens iuſtus, & huiſmodi.

*Integra mẽtis conſiderationi attẽdendum.*

¶ Dico quarto, quod cum dicimus Deum ſub ratione ſapientiæ, vel iuſtitiæ eſſe exemplar, per rationem non accipitur aliquid fabricatum ab intellectu noſtro, ſed eſt ſenſus, quod diuina eſſentia ex hoc quod habet rationes perfectionum repertarum in creaturis, ideo eſt exemplar, & ſecundum, quod diſtinctis rationibus correſpondet, dicitur diſtincta exemplaria.

Tertio Deus per rationem deitatis eſt cauſa finalis, & eſt beatificatiuus omnium: ergo per eam eſt omnium exemplar.

Reſpondeo negatur antecedens, quia eſt beatificatiuus formaliter per rationem ſummi boni, illatiuè vero per rationem diuinitatis. Nam ſequitur, quod ſi



Digitized by Google

ſic eſt ſummum bonum, quod ſit Deus.

*Concluſio* II. Iſtæ plures rationes in Deo diſtinguuntur per reſpectus rationis. Hanc ſic declarat primo contra gen. c. 51. Diuina eſſentia intellecta præciſè, ſecundum quód eſt imitabilis a lapide, eſt propria ratio lapidis, & intellecta præciſe, vt eſt imitabilis ab homine, eſt propria ratio hominis, & ſic de alijs, ſed imitabilitas eſt reſpectus, & ſi ſit in Deo reſpectu creaturę eſt reſpectus rationis: ergo illæ rationes diſtinguntur per reſpectus rationis

*Aureol. hic q. 1.*

¶Contra arguit Aureol. † quicquid dat alicui repræſentatiuo, quód diſtinctè repræſentet: diuidit ipſum in multa repræſentatiua, ſed iſti reſpectus non diuidunt diuinam eſſentiam: ergo non dat ei, quód diſtinctè repræſentet, ſiue vt ſit alia, & alia ratio.

*Verũ pluralitas rationum diſtinguatur in deo per reſpectus rationis.*

Reſpondeo, quod diſtinctè repræſentare accipitur dupliciter. Vno modo, vt opponitur repræſentationi confuſe, & hoc modo Diuina eſſentia nõ reſpectus, ſed per ſeipſam repræſentat omnia diſtinctè, quia non ſolum in vniuerſali, ſed etiam quòad ea quæ ſunt principia diſtinctiua in rebus, vt probant ſeptem argumenta Scoti, quæ Aureolus hic recitat Alio modo accipitur repræſentare diſtinctè, vt idem eſt quod eſſe repræſentatiuum diſtinctum; & ſic diuina eſſentia habet à reſpectibus, quòd diſtinctè repræſentet, nam id quod repræſentat roſam, & id quod repræſentat lapidem in Deo non aliter diſtinguuntur niſi per reſpectus ad repræſentata, quia per reſpectum ad roſam efficitur propria ratio roſæ, & per reſpectum ad lapidem fit propria ratio lapidis.

¶Ad argumentum igitur negatur minor, quia iſti reſpectus diuidunt diuinã eſſentiam in plures rationes, & in plura exemplaria, ſicut etiam ſi ſpecies noſtri intellectus ſit adæquata rei ſecundum ſe, eſt proprium repræſentatiuum eius. Si vero excedat rem, non eſt diſtinctum exemplar eius niſi ſub certa proportione ad ipſam. Verbi gratia, forma domus in mente artificis eſt ſimplex qualitas carens partibus, vt repræſentat omnes feneſtras, & omnes partes eius, ipſa tamẽ non efficitur propria ratio, per adæquationem ipſi feneſtræ, niſi quando ſumuntur cum reſpectu ad iſtam feneſtram, & ipſa intellecta cum tali reſpectu intelligitur, vt propra ratio huius feneſtræ.

¶Dico ſecundò, quòd iſti reſpectus rationis ideæ non ſunt obiecta primò cognita Deo nec ſunt præcognita creaturis ſed conſequuntur actum intelligendi quo Deus cognoſcit creaturas, licet ante actum diuini intellectus ſint in diuina eſſentia, vt repræſentati per eam.

Secundò. Idea eſt id quòd imitatur creatura in Deo, ſed creatura non imitatur iſtos reſpectus, ergo de ratione ideæ non ſunt iſti reſpectus.

*Idea denominatiuè accepta non includit reſpectum, ſed formaliter accepta.*

Reſpondeo, concedo, quòd idea denominatiue id eſt illa res, quæ res eſt idea non includit aliquos reſpectus, ſed eſt ipſa diuina eſſentia abſolutè accepta, & connotat reſpectum in aliquo, & iſto modo præcognoſcuntur ideæ creaturis, quantum ad id quod in recto dicunt nõ ſunt multæ quòad principale ſignificatum. Idea vero formaliter accepta includit reſpectum intrinſece. Cum enim ſit nomen relatiuum non poteſt concipi ad ſe, ſed includit reſpectum, & penes reſpectum idea diuiditur.

*Concluſio* III. Iſtæ plures rationes ſunt plures ideæ.

*Tria de ratione ideæ, forma imitabilis, intentio, & prædeterminatio agentis.*

Pro cuius concluſionis notitia eſt ſciẽdum, quòd tria ſunt de ratione ideæ, vt colligitur ex *D.* Th. de veri. q. 3.

Primum, quòd ſit forma, non quidem forma à qua aliquid formatur, nam forma cauſæ non eſt idea reſpectu formæ effectus, neque eſt forma informans, quæ eſt pars compoſiti, ſed eſt forma quam aliquid imitatur.

¶Secundum eſt quòd iſta imitatio fiat ex intentione agentis, nam pictura quę eſt ſimilis Socrati præter intentionem pictoris, non eſt quid à forma Socratis ideatum.

¶Tertium eſt quòd tale agens prædeterminet ſibi finem, & propter hoc anima patris non eſt idea animæ filij, quia generatio eſt operatio naturæ.

¶Ex his, ergo arguit ſic. Pro concluſione iſtæ plures rationes in diuino intellectu ſunt ad quarum ſimilitudinem producuntur creaturæ ex intentione agentis prædeterminantis ſibi finem: ergo ſunt ideæ. Quòd autem ſint plures patet, quia ſunt diſtinctæ per reſpectus ſupradictos.

¶Ex his ſequitur, quòd diuina eſſentia eſt idea omnium ſecundum aliam, & aliam rationem.

*Durandus hic. q. 1.*

Contra arguit Durandus. † Diuina eſſentia non habet quòd ſit idea perfectio-

Digitized by Google

ctiones quibus opponitur creaturis, vt immenſitas, & æternitas, quia in his creatura non aſſimilatur Deo, neque habet per rationes communicabiles creaturis, vt eſt ſapientia bonitas, quia in his creatura non perfectè imitatur Deum, nec habet per rationes proprias creaturis, vt eſt humanitas, vel aliquid huiuſmodi, vel huiuſmodi non ſunt in Deo formaliter, ſed tantum obiectiuè, quod non ſufficit ad ideam, alioquin cum eſſe peccabile ſit in Deo obiectiue, ſequitur, quòd Deus haberet ideam peccati: ergo diuina eſſentia non habet quòd ſit idea per aliquid intrinſecum.

*In idea ſufficit ideatũ cõtineri virtualiter, & eminenter.*

Reſpondeo, negatur antecedens pro ſecunda, & tertia parte. Ad vtriuſque probationem dico, quòd non oportet ideam eſſe eiuſdem naturæ cum ideato formaliter, ſed ſufficit quòd idea ſit talis in repræſentando, qualis eſt res ideata in propria natura.

¶ Dico ſecundo, quod non oportet ideatum contineri in idea formaliter nec ſufficit contineri tantum obiectiuè, ſufficit autem quod contineat virtualiter, & eminenter quomodo continetur humanitas in Deo, non autem eſſe peccabile.

*Scot hic q 1 Tex. 18.*

Contra eandem arguit Scotus. Omne quod fit, fit ab vniuoco, vt dicitur 7. meta. † ſed ideatum fit ab idea, ſicut domus ad extra fit à domo, quæ eſt in mente: ergo ideatum eſt vniuocum ideę, ſed diuina eſſentia non eſt vniuoca creaturæ: ergo non eſt eius ideæ.

¶ Ex hoc concludit ipſe quòd idea creaturæ nihil ſit niſi ipſa creatura obiectiuè relucens in Deo, & quòd idea hominis ſit ipſe homo, vt cognitus eſt.

Reſpondeo, conceditur maior de agẽte proximo, & negatur de prima cauſa, quia ante agens vniuocum oportet eſſe æquiuocum, & ante æquiuocum analogum, eſſentia autem diuina eſt cauſa remota, & prima.

*Concluſio* IIII. Quicquid habet ideã vel ſimilitudinem in Deo, eſt vita in Deo. Hanc probat præſenti diſt. q. 1. ar. 3. Omnis res, vt eſt in Deo, eſt eſſe Dei: ergo, & vita.

*Aureo. hic q. 2.*

Contra arguit Aureol. † lapidi repugnat eſſe vitam, cum ſit inanimatum: ergo non eſt vita in Deo.

Reſpondeo negatur antecedens, loquendo de lapide ſecundum quod habet eſſe in primo artifice, ea enim quæ dicuntur de ſimilitudine rei poſſunt dici de re ſecundum eſſe, quod habet in ſimilitudine, & e contra.

*Concluſio* V. Res factæ à Deo, habẽt verius eſſe in Deo, quam in propria natura. Hanc probat de veri. q. 4. art. 6. Res in Deo habent eſſe diuinum, cum ſint ipſa creatrix eſſentia, vt dicunt Auguſt. & Anſelmus. In propria vero natura habent eſſe creatum: ergo habent verius eſſe in Deo quàm in ſe in diſtin. præſenti q. 1. articul. 3. ad 2. dicit S. Thom. quod creatura poteſt conſiderari quatuor modis. Primò vt eſt in ſe. Secundò vt eſt in intellectu noſtro. Tertiò vt eſt in Deo. Quartò vt abſtrahit ab omnibus iſtis. Cum igitur dicitur, quod habet verius eſſe in Deo, quam in ſeipſa, comparatur primum, & tertium eſſe reſpectu quarti.

*Creatura põt conſiderari quadrupliciter.*

Contra hoc arguit Aureol nullus cõceptus poteſt abſtrahi à re, & ab eius ſimilitudine, ſed res ſunt in Deo vt in ſimilitudine eminenter: ergo non poteſt abſtrahi aliquis conceptus à re vt eſt in Deo, & vt eſt in propria natura, maior probatur, quia ſi talis conceptus abſtraheretur, ipſe eſſet quidditatiuus, & genericus reſpectu rei, & ſuæ ſimilitudinis, & per conſequens res eſſet in duobus generibus diſparatis, verbi gratia. Albedo etiam in genere communi ſibi, & ſuæ ſimilitudini, & in genere communi ſibi & alijs coloribus.

Reſpondeo, negatur maior. Ad probationem negatur conſequentia, quia talis conceptus non eſt vniuocus, & per conſequens, nec genericus Nam diſſimilitudo in eſſe, quod habet domus in mente, & quod habet in materia tollit vniuocationem, licet ſint eiuſdem rationis analogicæ.

Eandem concluſionem ponit prima parte q. 18. art. 4. ad tertium, dicẽs, quod ſi de ratione rerum naturalium non eſſet materia, ipſæ eſſent omnibus modis veriori modo in Deo, quàm in ſeipſis, veritate, ſcilicet rei, & prædicationis, ſed quia de ratione earum eſt materia, ſunt quidem verius in Deo veritate rei, in ſe autem verius ſunt veritate prædicationis, nam lapis verius prædicatur de lapide ad extra, quàm de Deo.

Contra. De ratione angeli non eſt materia: ergo ſequitur per te, quod veriori modo ſit in Deo quàm in propria natura, veritate prædicationis, & per conſequens hæc eſt verior propoſitio. Deus eſt

Digitized by Google

eſt Angelus, quàm hec, Angelus eſt Gabriel.

*Materia nomine intelligitur hic determinans, quo perſpicua ſiunt peregrina obiecta.*

Reſpondeo, negatur antecedens, quia per materiam intelligit omne quod ſe habet loco materiæ ad determinandum eſſe, vel formam rei, in omni autem creatura eſt aliquid determinatũ, & aliquid determinãs, licet iſta duo nõ ſint ſemper realiter diſtincta. Vnde ſicut Deus non dicitur roſa, quia de ratione roſæ eſt materia, quæ non eſt in Deo, ita non dicitur Angelus, quia de ratione Angeli eſt, ꝙ habeat eſſe limitatum,

*Additio quæ eſt ſolutio argumentorum recentiorum per M. Mauritium de Gregorio.*

*In hac 34. Diſtinct. & vnica quæſtione ſequenti confutantur hæreſes damnatæ, vt in noſtro Commentario in text. Magiſtri, & confutantur etiam hæreſes, quæ ſunt in Abecedario, & in Ethimologijs hereſum, & confutantur ſimilitèr Idolatriæ, vt in Abecedario Idolorum in principio vide ibi lit. D. & I. Et etiam confutantur falſæ Theologiæ Fenicum, Egyptiorum, Græcorum, Atlãticorum, Frigiorum, Gentium, &c. ab Euſebio in primo, ſecundo, tertio. & quarto de præparatione Euangelica contra Theologiam fabuloſam Poetarum antiquorum.*

*Loca ſolutiua argumẽta aduerſariorum Magiſtri Mauritij ultra commentaria textuũ loca contra hæreſes, &c.*

*Ex cõcluſionibus, probationibus, & ſolutionibus argumentorum Capræoli ſoluũtur argumenta Vulpes, & aliorũ recentiorum facile, vt facit Ariſtot. ad argumenta Antiquorum, quod veritatis cognitio dubiorum eſt ſolutio, & cum Cardinali Bellarmino dicente in libro de Scriptoribus Eccleſiaſticis de Ioanne Capræolo, quòd Ioa. Capræolus ſit defenſor Egregius Sancti Thomæ, & optimè diſſoluit omnia argumenta aduerſariorum: dicunt verba formalia Bellarmini, ergo ſi optimè diſſoluit per Bellarminum ſunt ſoluta argumẽta cum his doctrinis hìc: Sicut ſoluit Ariſtotelis cõtra antiquos dicendo in 3. de Cœlo veritatis cognitio, dubiorum eſt reſolutio.*

*Reſpondetur ſecundò, cum Cardinali Sarnano Franciſcano doctiſſimo, cum trigeſimatertia concordantia, & ſimilitèr cum trigeſimaſecũda cõcordantia Bonæherbæ. Argumenta verò Vaſquez, Valentiæ, Molinæ, Suarez. &c. quia colliguntur, & ſoluuntur, clarè, diſtinctè, & breuitèr à Ripa, à Nazario, à Conſales, à Nauarretto, à Zenardo, & præcipuè à Montagnolo, in prima parte D. Thom. de Ideis quæſt. 15. Vide noſtrã expoſitionẽ Magiſtr. Petri Lõbardi aperiẽtẽ mentẽ huius materiæ in fol. 60. & infra hìc, pro 3. reſp. Vulp. Ac etiam vide 1. 2. & 3. foliũ pro alijs reſponſionibus ad argumẽta eiuſdem Vulpes.*

## DISTINCTIO XXXV.

### Quæſtio. I.

IN diſtinct. 35. quæritur primo. Vtrum ea quæ ſunt nobis futura ſint Deo præſentia.

Pro quæſtione ponitur vnica concluſio. Quicquid agitur in toto decurſu temporis, eſt præſens Deo in tota eius æternitate. Hanc ponit primo contra gen. c. 67. prima parte. q. 14. art. 13.

*Sana intelligentia annotatione inueſtigatio neq; digniſſima.*

Pro cuius concluſionis maiori notitia præmitto ſex notabilia. Primò, quòd nõ eſt mens S. Thom. aliquam creaturam fuiſſe æternaliter extra Deũ in ſua actuali exiſtentia, cum hoc ſoli Deo conueniat.

Secundò, quòd non eſt opinio eius aliquam creaturam fuiſſe in toto tempore imaginabilis poſſumus enim imaginari aliquod tempus præceſſiſſe creationem primi mobilis, in quo tempore imaginatio conſtat nullam creaturam fuiſſe.

Tertiò noto, quod cum dicit S. Thom. futura eſſe præſentia Deo, non intelligit quod futura fuerint in omni parte temporis. Antichriſtus enim qui eſt futurus, non fuit in tempore Adę.

Quartò noto, quod cum æternitas nõ habeat ſucceſſionem, ſed ſit tota ſimul, & indiuiſibilis, quicquid coexiſtit æternitati, coexiſtit toti æternitati, & non ſolum parti cum in ea non ſint partes, nec ſucceſſio.

Quintò dico, quod licet tempus reale quod eſt paſſio primi motus, ſit finitum, poſ-

Digitized by Google

poſſumus tamen imaginari infinitum tempus præceſſiſſe, & infinitum tempus eſſe ſecuturum hoc tempus reale, & ſic imaginor, & concipio infinitam durationem, & hæc autem infinita duratio, & ſucceſſiua ſimul attingeret totum motũ Cœli, qui eſt infinitus, ſecundum Ariſtotelem ponentem mundum eſſe æternum, non tamen quælibet pars illius durationis attingeret totum illum motum, ſed pars partem, puta pars durationis præterita, attigeret partem motus præteritam, & futura futuram, & totalis duratio totalem motum. Vtrum vero tempus, quod eſt menſura primi motus, ſit infinitum, vel non, nihil facit ad rem: conſtat tamen ex fide quòd eſt finitum, licet tempus diſcretum menſurans cogitationes, & affectiones ſpirituum ſit infinitum à parte poſt.

Sextò noto, quod æternitas æquipollet illi infinitæ durationi, & eam excedit, & ideò ſicut illa infinita duratio attingeret ſucceſſiuè totalem motum, ſic æternitas, quæ non habet ſucceſſionem, ſed eſt tota ſimul attingit ſimul omnes partes temporis, & quicquid ſit in toto tempore. Huius ſimilitudo eſt in anima intellectiua, quæ indiuiſibilis exiſtens, ſimul attingit omnes partes corporis diuiſibilis, & ſimilitèr punctus centralis ſimul attingit omnia puncta circumferentiæ, & eis coexiſtit, licet illa puncta adinuicem diſtent. Similitèr licèt res temporales diſtent ab inuicem, & habeant ſucceſſionem, cum aliquæ ſint præteritæ aliquę futuræ, tamen æternitas omnibus eis coexiſtit, patet ex dictis non fuiſſe de mente S. Doct. quòd omnia pręterita, & futura ſint præſentia Deo ſolum in eſſe cognito, id eſt ꝙ Deus viderit ab æterno ità intuitiuè actualem rerum exiſtentiam, & præſentialitatem, ac ſi eſſent pręſentes, & exiſterent, quia hoc eſſent eſſe præſens ſolum intellectui, ſed mens eius fuit quod omnia præterita, & futura ſunt præſentia æternitati, ſicut tempus menſurans motum diurnum eſt ei præſens, excepto, quod quælibet res eſt præſens toti æternitati, & non parti eius, totus autem motus non eſt præſens cuilibet parti temporis. Et propter hoc, quod res ſunt præſentes æternitati, ſequitur quod ſint præſentes intellectui Diuino, quia æternitas qua menſuratur Diuina cognitio, eſt tota ſimul, ſic intelligo S. Doct. cum dicit 1. quæſt. 14. artic. 13. in fine, quòd omnia, quæ ſunt ſub tempore ſunt Deo ab æterno præſentia, non ſolum ex hoc quòd habeat rationes rerũ apud ſe, ſed quia eius intuitus fertur ſuper omnia ab æterno, prout ſunt in ſua præſentialitate.

*Multiplicitèr arguitur*

Contra iſtam concluſionem multiplicitèr arguitur primò. Deus non coexiſtit locis non exiſtentibus: ergo non coexiſtit partibus temporis non exiſtentibus. Antecedens communitèr ab omnibus conceditur, conſequentia probatur, quia Deus ratione immenſitatis, dicitur eſſe vbique, & ratione æternitatis dicitur per te omnibus rebus coexiſtere, ſed Deus ita immenſus eſt ſicut æternus: ergo.

*Aeternitas, & immenſitas diſtinguntur ratione.*

Reſpondeo, negatur conſequentia, quia licèt ſit æquè immenſus ſicut æternus, tamen æternitas, & immenſitas ratione diſtinguntur, nam æternitas conſequitur actualem exiſtentiam Dei, quæ æquipollet in durando infinitæ ſucceſſioni ſi eſſet, & ideò attingit omnia quæ in toto decurſu temporis fiunt. Immenſitas autem ex ſui ratione non æquipollet alicui infinito ſucceſſiuo, ſed dicit aliquid nullo modo terminatum, & ideò nõ oportet, quòd Deus ſecundum ſuam immenſitatem attingat loca, quæ non ſunt.

Secundò. Omnis relatio realis requirit extrema actualitèr eſſe, ſed pręſentialitas eſt relatio realis: ergo requirit extrema actu eſſe, ſed futura non ſunt actu: ergo non ſunt præſentia.

Reſpondeo. Concedo quod futura non fundant relationem præſentialitatis pro tempore quo non ſunt: ſed ſolum pro tempore quo ſunt.

*Futura quo ſint.*

¶ Ad argumentum igitur negatur minor ſecundi proceſſus, immo dico quod futura ſunt. Antechriſtus enim eſt, non quidem in tempore præſenti, ſed in tempore quod eſt mihi futurum.

Contra ly eſt, eſt verbum præſentis temporis: ergo quicquid eſt, tempus præſentis eſt.

Reſpondeo, quod licèt ſecundum cõmunem acceptionem ly eſt, tempus præſens denotet, tamẽ in prædictis locutionibus accipitur eſt pro fuit, vel erit: Nã iſta eſt vera propoſitio, prima pars motus eſt in prima parte temporis, & tamẽ prima pars motus non eſt in præſenti tempore, ſed præterijt.

Sciendum eſt igitur, quod partes temporis poſſunt cõſiderari duplicitèr. Vno

modo

Digitized by Google

*Partes temporis poſſunt conſiderari dupliciter, in ordine ad totum, aut in ordine vnius ad aliam.*

modo in ordine ad totum tempus, vt ad quoddam continuum ex eis conſtitutum, & ſic pars præterita, & pars futura poſſunt dici eſſe. Alio modo conſideratur vna pars in ordine ad aliam, & ſic duæ partes temporis non dicuntur eſſe ſimul, ſed vna eſt prior, & alia poſterior.

Ex his patet, quod æternitas non attingit exiſtentiam Antichriſti pro inſtāti quo non habet eſſe, ſed pro inſtanti quo Antichriſtus eſt.

Tertiò. Deus abſtrahit à ſitu, & loco, & tempore, & coexiſtentia temporis: ergo non attingit omne tempus, conſequētia patet, antecedens probatur ideæ abſtrahunt ab omnibus prædictis, vt dicitur 3. metaph. & 2. com. 15. ergo, & Deus, cum ſit abſtractior ideis.

¶Reſpondeo. Abſtrahere à tempore contingit dupliciter. Vno modo, quia nullo modo poteſt coexiſtere tempori, & ſic negatur antecedens, nec hoc modo voluit Plato ideas abſtrahere à tempore. Alio modo quia non indiget tempore, & ſic conceditur antecedens, & negatur conſequentia, quia cum tali abſtractione poteſt ſtare concomitantia temporis.

Quartò. Illa quorum vnū alteri coexiſtit ſunt ſimul in aliqua menſura, ſed Deus, & nunc temporis, non ſunt ſimul: ergo.

¶Reſpondeo, negatur minor, vt dicitur 1. diſt. 19. quæſt. 2. art. 2. ad primum, nam quando motus eſt, etiam Angelus eſt, & Deus eſt, in qua propoſitione ſi accipiatur nunc temporis, ſic motus dicitur in tempore tanquam in mēſura adęquata, Deus autem, & Angelus ſunt in eo ſolum per concomitantiam, ſi accipiatur nunc æternitatis, ſic Deus eſt in eo tanquam inadæquata menſura. Angelus autem, & motus ſunt ſicut in menſura ſuperexcedente.

*Vtrum Deus coexiſtat inſtanti.*

Contra. Illi non poteſt aliquid coexiſtere, quòd non durat, ſed inſtans non durat: ergo Deus non coexiſtit inſtanti.

¶Reſpondeo, negatur minor, ſed ſufficit, quod illud ſit duratio, cuiuſmodi eſt tempus, & inſtans temporis.

Quintò. Impoſſibile eſt quòd aliqua ſint attingibilia, & diuiſibilia, quin eius attingentia ſint diſtincta, quamuis attingens ſit indiuiſibile, ſicut ſi punctus moueretur ſuper aliquod continuum alia attingentia attingeret vnam partem, & alia aliam: ſed temporis decurſus eſt continuus: ergo ſi Deus ipſum attingit: attingentia illa eſſet cōtinua: ſed hoc eſt impoſſibile. quod probo. ſi attingentia qua Deus attingit tempus, eſt continua, & diuiſibilis, aut eſt permanens: aut eſt ſucceſſiua, ſed nō eſt permanēs, alioquin habitudo maneret, deſtructo termino. verbi gratia. attingentia, qua attingit diē externam: non eſt hodie, quia dies externa deſijt eſſe: nec eſt ſucceſſiua alioquin non actu intelligeret omnia: vt dicitur in concluſione.

¶Reſpondeo. Dico quod attingentia eſt reſpectus: relatio autem non multiplicatur niſi multiplicato fundamento, & quia indiuiſibile puta punctus attingit per idem fundamentum omnes partes continui, ſi ſuper ipſum moueretur: ideo attingit omnes eius partes eadem attingentia quæ eſt vna ex parte attingentis, licet ſit multiplex ex parte attingibilis.

Ad improbationem dico, quod attingentia, quæ attingit diem hodiernum: non eſt permanens ex parte temporis, ſed eſt permanens ex parte ſui fundamēti, quia totam æternitatem concomitatur & non partem eius. eſt autem ſucceſſiua ex parte termini, quia eſt reſpectu ſucceſſiuorum.

*Vtrum coexiſtentia Dei ad futura, ſit ponenda.*

Sextò. Coexiſtentia antichriſti ad Deum non commeſuratur æternitate cum non ſit Deus: ſed relatio, nec menſuratur tempore præſenti, cum non ſit in iſto præſenti tempore, nec futuro eſt, quòd autem eſt futurum non eſt adhuc, ergo talis coexiſtentia non eſt ponenda.

Reſpondeo, quòd coexiſtentia Antichriſti ad Deum, eſt relatio realis, & mēſuratur tempore ſicut, & Antichriſtus, coexiſtentia autem Dei ad ipſum, eſt relationis, & ideò non habet propriè menſuram, impropriè tamen menſuratur ea menſura, qua menſuratur coexiſtentia ei oppoſita, ſcilicet coexiſtentia Antichriſti.

¶Dico ſecundò, quòd menſuratur tēpore futuro, & licèt illud tempus, & illa coexiſtentia ſi ſint actu, pro mēſura qua ego loquor, tamen per comparationem ad Deum non ſunt futura, ſed præſentia.

Septimò. Si omnis entitas futura coexiſtit Deo, ſequitur, quod creatio paſſiua Antichriſti ſit coniuncta virtuti creaturæ, hoc eſt falſum: ergo, prima conſequētia patet, falſitas probatur, quicquid eſt coniunctum virtuti cauſatiuæ, cauſatur,

Digitized by Google

ſatur, ſed creatio Antichriſti non cauſatur: ergo.

¶Reſpondeo, quod creatio Antichriſti eſt actu coniuncta Deo, non pro menſura qua loquimur, ſed eſt alia menſura.

*Quia verbum præſentis tẽporis poteſt abſolui à connotatione illius ideo iſta poteſt eſſe vera Deus creat Antichriſtum*

¶Dico ſecundò, pro reſolutione argumenti, quod verbum præſentis temporis denotat præſens tempus, & proptèr hoc imaginamur, quod omnis propoſitio in qua eſt tale verbum ſignificet rẽ eſſe pro menſura, in qua ipſa oratio profertur, & ex hoc decipitur. Nam verbum poteſt abſolui ab illa connotatione præſentis temporis, & ſic abſoluendo dico, quod iſta eſt vera. *D*eus creat Antichriſtum, licet per comparationem ad nos non ſit vera, ſed bene iſta *D*eus creabit Antichriſtum, ſublata ergo connotatione præſentis, & præteriti, atque futuri omnia Deo coexiſtunt.

Contra. Si omnis pars temporis eſt Deo præſens ſequitur quòd omnes partes temporis ſint ſimul, hoc eſt falſum, vt patet: ergo, conſequentia probatur, quia quę ſunt ſimul vni tertio, ſunt ſimul inter ſe, ſed omnes partes temporis ſunt ſimul Deo: ergo ſunt ſimul inter ſe.

Reſpondeo, quòd omnes partes temporis ſunt ſimul in comparatione ad *D*eum, vt ſæpè dictum eſt, tamen ſi comparentur inter ſe, vna eſt prior alia, & ſic negatur conſequentia, ad probationem negatur maior, ſicut non ſequitur, caput eſt præſens animo, & ſimilitèr pes: ergo pes, & caput ſunt ſimul, & adinuicem præſentia.

Octauò. Omnis reſpectus Dei ad creaturam præter illos, qui conſequntur operationem intellectus, & voluntatis dicuntur de Deo ex tempore, vtputa Dominus Creator, & huiuſmodi, ſed coexiſtentia Dei ad creaturam quantum ad eſſe exiſtentiæ, non conſequitur operationem intellectus, & voluntatis: ergo non conuenit Deo ab æterno.

Reſpondeo. Primò, quod coexiſtentia Dei ad creaturam, & econtra non eſt æterna, cum neutra earum ſit Deus, ſed vna ſit reſpectus rationis: alia verò accidens.

*Coexiſtentia, & omnis reſpectus rationis conuenit Deo ab æterno.*

¶Dico ſecundò, quod talis coexiſtentia, & omnis reſpectus rationis Dei ad creaturam conuenit Deo ab æterno, id eſt in tota ęternitate, licèt non conueniat ei in omni tempore.

¶Dico tertiò, quòd licèt omnis talis reſpectus conueniat Deo ęternalitèr ad ſenſum prædictum, quia tamen aliqui eorum non conueniunt ei pro quolibet tempore, vel reali, vel imaginabili, ſicut eſt reſpectus Domini, Saluatoris, refugij, & huiuſmodi, ideò tales dicuntur ei conuenire tantum ex tempore, quia nõ conueniunt ei in qualibet parte temporis, cum quo tamen ſtat, quod ei conueniant in tota æternitate. Reſpectus autem ideales, & qui conſequuntur operationem intellectus, & voluntatis, conueniunt ei in qualibet menſura imaginabili, & in omni tempore, ideò dicuntur conuenire ei ab æterno vtroque modo in tota æternitate, & præter hęc in omni menſura.

## QVAESTIO II.

*Diſt. 35. prim. ſent.*

QVæritur ſecundò. Vtrum Deus ſit in omnibus rebus.

Pro quæſtione hæc eſt prima concluſio. Deus non eſt in omnibus tanquam pars eſſentiæ earum.

*Concluſio II.* Deus non eſt in rebus, tanquam accidens, hę duæ concluſiones probantur ex hoc, quod Deus in aliorum compoſitionem non venit.

*Concluſio III.* Deus eſt in omni re intimè. Hanc probat prima quæſt. 8. artic. primo. Omnis cauſa producens, & conſeruans tanquam effectum proximum, & immediatum id, quòd eſt intimum omni rei, eſt in omni re intimè, ſed Deus eſt huiuſmodi, maior patet ex 7. phyſicorum, † vbi dicitur quod mouens, & motum oportet eſſe ſimul, & ex conſequenti cauſam, & effectum, minor probatur. Deus producit, & conſeruat eſſe cuiuslibet rei, ſed eſſe eſt intimum cuilibet rei: ergo eſt effectus Dei mediatus, quia non ab aliquo alio. *† Tex. 9.*

Contra probationem arguit Scotus † Quanto cauſa eſt virtuoſior, tanto poteſt agere in magis diſtans, ſed Deus eſt cauſa virtuoſiſſima: ergo poteſt agere in rebus à ſe pertinẽtibus: ergo nõ oportet, quod ſit in rebus ad hoc, vt in eis agat, minor patet, maiorem probat exẽplo, nam ſol quia eſt agens virtuoſum, producit per ſuam formam ſubſtantialem formam in materijs à quibus diſtat. *†Scotus hic q. vnica.*

*Cauſa duplex immediata, & mediata effectui.*

Reſpondeo, quod cauſa eſt duplex. Aliqua eſt immediata effectui, & de tali

Sſ nega-

Digitized by Google

negatur maior. Deus enim eſt cauſa immediata materiæ cuiuſlibet rei materialis, & eſſentiæ in rebus ſpiritualibus, cum iſta non ſint niſi per creationem, etiam cauſa immediata ipſius eſſe, cum proprius eius effectus ſit, ſicut dicetur in ſecundo diſtinct. 1. quæſt. 2. Alia eſt cauſa mediata, & ſic conceditur maior, & negatur minor. Ad probationem eius dico, quod propoſitio vniuerſalis non probatur exemplo.

¶ Dico ſecundò, quòd forma ſolis nõ eſt cauſa immediata formarum materialium, ſed agit mediante luce tanquam inſtrumento, nec ſequitur, quod lux ſit nobilior forma ſubſtantiali, quæ producitur, licet ſit eius cauſa æquiuoca, quia non eſt inconueniens, effectum eſſe digniorem ſua cauſa æquiuoca inſtrumentali, tertio contra gent. cap. 68. Poſſet etiam dici, quod forma ſubſtantialis nõ producitur à luce, ſed à corpore, in quo recipitur lux puta ab aere, ità quòd ſol eſt agens principale, & corpus illuminatum agens ſecundarium.

*Vtrum agẽs poſſit immediatè agere in rem diſtantem.*

Contra hanc reſponſionem arguit ſic. Sol exiſtens in hemiſpherio noſtro agit in aliud hemiſpherium, & in viſceribus terræ, & non agit per medium: ergo agẽs poteſt agere immediatè in rem à ſe diſtantem, minor probatur, omnis actio ſolis per medium eſt mediante luce, ſed dum eſt in hemiſpherio noſtro, non illuminat aliud hemiſpherium.

Reſpondeo, negatur minor, ad probationem negatur maior, quia etiam agit mediante calore, negatur etiam minor, quia virtus eius recepta hemiſpherio à quo receſſit, puta lux, vel calor ibi conſeruatur in aere, vel etiam ſtellæ, quę à ſole exiſtente in vno hemiſpherio recipiunt virtutem, & influunt in hemiſpherium à quo ſol receſſit.

*Virtus planetarũ pertingit vſq; ad cẽtrum.*

¶ Dico ſecundò, quòd virtus ſolis pertingit ad omnia generata in viſceribus terræ, immo virtus omnium planetarũ pertingit vſque ad centrum ſicut probatiſſimi philoſophi opinati ſunt, vt recitat D. Alberi. in lib. de cauſis.

Secundò. Omne prius poteſt ſeparari à poſteriori, ſed præſentialitas Dei per operationem eſt prior præſentialitate per eſſentiam: ergo poteſt operari in rebus dato quòd non ſit in eis, minor probatur. Id quod eſt priore prius, & poſteriori prius eſt, ſed præſentialitas per operationem eſt ipſa creatura, quæ eſt prior præſentialitate per eſſentiam: ergo, maior nota, minor probatur, quia non poſſet eſſentia eſſe præſens creaturæ, niſi creatura eſſet, & creatura non põt ẽe niſi prius fuerit Diuina operatio.

Reſpondeo. Primò negatur maior, loquendo de ſeparatione reali, & de eo quod eſt prius tantum natura, vel ratione, & nõ diſtinguitur realitèr ab eo quod eſt prius, ſi vero loquamur prioritate temporis, negatur minor. Ad probationẽ negatur minor, nam præſentialitas eſt relatio, relatio autem præſupponit fundamentum, & terminum, & ideò pręſentialitas ſecundum operarationem præſupponit ſecundum rationem ipſam operationem, & creaturam.

*De præſentialitate Dei per operationem.*

¶ Dico ſecundò, quod præſentialitas per operationem, & per eſſẽtiam eſt eadem habitudo fundata in operatione Diuina, qua cõtactu virtutis tangit creaturam, & iſta habitudo terminatur ad creaturam, ſiuè fundatur in creatura, & terminatur ad Deum.

¶ Dico tertiò, quòd cum iſta identitate reali ſtat quòd illa habitudo prius ſecundum rationem intelligitur terminari ad operationem quàm eſſentiam, & licet operatio ſit prior tali præſẽtialitate, poteſt tamẽ eſſe ratio fũdata ipſius.

*Operatio poteſt eſſe ratio fundãs eiꝰ præſentialitatis.*

Tertiò. Tota ratio quod agens non poſſit agere in aliquid diſtans, niſi prius agat in medium, eſt vel ordo potentiarum ſicut voluntas agere non poteſt, niſi prius intellectus fiat actu, vel eſt imperfectio, ſed in Deo non eſt ordo potẽtiarum, neque imperfectio: ergo.

Reſpondeo, negatur maior, quia præter illa duo contingit etiam eo quod agens eſt quaſi actus, & poſſum eſt quaſi potentia, inter potentiam autem, & actũ nihil mediat.

*Concluſio. IV.* Exiſtẽtia Dei in creatura eſt relatio, probatur, quicquid dicitur de Deo ex tempore eſt relatio rationis, ſed debet eſſe in creatura, dicitur de Deo ex tempore: ergo. Aureol.† probat quatuor medijs, ꝙ iſta præſentialitas, ſiuè ſimultas, non eſt ſimultas tẽporis, nec ſitus, nec huiuſmodi, quæ oĩa conceduntur. Sed dico ꝙ iſta ſimultas eſt ipſe cõtactus virtutis actiuè ſumptus ex parte Dei, & paſſiuè ſumptus ex parte creaturæ, non enim eſt ibi mutuus contractus, vt dicit S. Doct. 3. contra gent. c. 55. fundatur verò iſta ſimultas ex parte creaturæ in creari, ſiuè conſeruari, ſiuè quomo-

*† Aure. hic q. vnica. Præſentialitas, ſiuè ſimultas quid.*

Digitized by Google

modolibet aliter operari à Deo, & ex parte Dei fundatur in creare,ſiue agere, ſiue conſeruare.

*Concluſio* V Deus eſt ſpeciali modo in creatura rationali,probatur, 1.q.8.art. 3.Deus eſt in creatura rationali,vt obiectum cognitum,amatum: ergo eſt in ea ſpeciali modo non eſt in rebus non cognoſcentibus, nec in habentibus tantũ cognitionem ſenſitiuam.

Coroliarium. Iſte modus eſſendi eſt per gratiam,probatur, vnumquodque habet eſſe a cauſa ſua, ſed gratia eſt cauſa charitatis,qua Deum amamus, & fidei,à qua eſt cognitio:ergo.

*Aureo. vbi ſupra.*

Contra arguit Aureol.† primò. Deus eſt in paruulis per gratiam,& tamen non eſt in eis,vt obiectum cognitum, & amatum:ergo in aliquo eſt per gratiam,& nõ eſt cognitus,nec amatus.

¶Reſpondeo, negatur minor, quia obijcitur eis,vt obiectum cognitum in actu primo,nam in eis eſt fides,& charitas,licet non ſit in eis, vt cognitum actu ſecundo.

*Vtrum deus poſſit eſſe in aliquo per gratiam, & non ſit obiectum cognitum.*

Secundò.Deus eſt in gratijs per donũ ſpecialitatis operantis, vt dicit magiſter præſenti diſt.ergo non vt obiectum cognitum.

¶Reſpondeo,negatur conſequentia, quia non poteſt eſſe in aliquo per gratiam,niſi in eo ſpecialiter operetur, non enim eſt ibi, vt cognitum, & amatum quocunque modo, ſed amore quem ipſe cauſat,& conſeruat, & talis cognitio inflammatiua amoris,non eſt niſi in habente gratiam,vt dictum eſt.diſtinct.16. art.vlt.

*Concluſio* VI. Deus eſt in omnibus per præſentiam,hanc probat vbi ſupra. Vnumquodque eſt per præſentiam in eis,qui ſunt in eius conſpectu,ſed omnia ſunt in Dei conſpectu,cum ipſe omnia cognoſcat:ergo.

*Aur.vbi ſupra.*

Contra probationem iſtam arguit Aureo.†Diuina eſſentia cognoſcit à Deo,& tamen Deus non eſt in eſſentia ſua:ergo ratio quod Deus ſit in aliquo non eſt, quia cognoſcatur illud tale à Deo.

¶Reſpondeo, primo negatur conſequentia, quia eſſentia Diuina cognita non refertur ad Deum relatione reali, qui tamen requiritur in altero extremorum ad præſentialitatem.

*Vtrum deus ſit in aliquo ex eo quod cognoſcat il lud.*

¶Dico ſecundò, quod ſi ſola relatio rationis ſufficiat ad præſentialitatem,negatur minor,quia eſſentia Diuina eſt prę ſẽs Deo ſicut,& anima eſt ſibijpſi pręſẽs vt dicit Aug.

Secundò cognitum eſt in cognoſcente:ergo cognoſcens non eſt in cognito.

¶Reſpondeo,negatur conſequentia, quia diuerſimodè ſe habent, nam cognitum eſt in cognoſcente per ſpeciem ſuã, ſed cognoſcens maximè cognitione intellectiua eſt in cognito,inquantum ſcrutatur intima eius.

*Concluſio* VII. Deus eſt in omnibus rebus per potentiam probatur vbi ſupra vnumquodque dicitur eſſe per potentiam in illis, ad quæ ſua extenditur potentia ſicut rex eſt in omni parte regni, ſed Deus poteſt in omnibus rebus operari:ergo.

Contra exemplum arguit Aureolus.† Rex eſt in toto regno metaphoricè,quia eius potentia eſt in omni partę regni realiter, ſed Deus non eſt in rebus metaphorice:ergo illud exemplum non eſt conueniens.

*Aur. vbi ſupra.*

Reſpondeo, negatur conſequentia, quia exemplum non eſt poſitum niſi ad oſtendendum,quòd eſſe per eſſentiam & per potentiam ſunt diuerſarum rationum,eo quòd ſeparantur in rege, quod autem rex ſit in toto regno metahoricè, ideo eſt, quia eius potentia non immediate agit in toto regno, ſed per miniſtros,Diuina vero potentia omnia immediatè,& intimè agit.

*Cur rex ſit in regno metaphorice.*

*Concluſio VIII.* Deus eſt in omnibus per eſſentiam,hæc concluſio probatur ſicut tertia.

Contra arguit Aureo. Adeſſe rebus,vt cauſam eſſendi eſt adeſſe ſecundum potentiam,ſed per te Deus eſt in rebus per eſſentiam,quia eſt cauſa eſſendi:ergo eſſe per eſſentiam, & potentiam non diſtinguntur.

*Aureol.*

Reſpondeo, concedo quod non diſtinguitur in Deo re,ſed ratione.

*Vtrum eſſe per eſſentiã & potentiã diſtinguantur.*

¶Dico ſecundo,quod fundatur in eodem ſcilicet in diuina operatione,quia enim diuina operatio eſt in creatura, ideo dicitur Deus eſſe in ea per potentiam, quia potentia non deſerit operationem, & quia diuina potentia eſt eius eſſentia,ideo conſequenter eſt etiam in rebus per eſſentiam,habent ergo iſti tres modi diſtinctas rationes. Quia primus fundatur ſuper cognitione. Secundus autem ſcilicet eſſe per potentiam in rebus fundatur immediatè ſuper operatione. Tertius vero ſcilicet eſſe per eſſen



Digitized by Google

tiam in rebus fundatur immediatè ſuper ipſa operatione.

¶Dico tertio, quod poteſt aliter dici ſcilicet, quod eſſe per eſſentiam fundatur ſuper operatione, in quantum Deus operatur immediate ipſum eſſe creaturæ, ſed eſſe per potentiam attenditur penes hoc, quod virtus Dei ad omnia ſe extendit, ita quod omnia operantur mediante virtute à Deo ſibi communicata.

*Additio quæ eſt ſolutio argumentorum recentiorum per M. Mauritium de Gregorio.*

*In hac trigeſimaquinta diſt. & vnica q. ſequẽti confutãtur hæreſes dãnatæ, vt in noſtro Cõmentario in text. Magiſtri, & confutantur etiam hæreſes, quæ ſunt in Abecedario, & in Ethimologijs hæreſum, & confutantur ſimilitèr Idolatriæ, vt in Abecedario Idolorum in principio, vide ibi litera D. F. & P. Ac ẽt confutãtur falſæ Theologiæ Fænicum, Egyptiorum, Græcorum, Atlanticorum, Frigiorum, Gentium, &c. ab Euſebio in primo, ſecundo, tertio, & quarto de præparatione Euangelica contra Theologiam fabuloſam Poetarum antiquorum.*

*Loca ſolutiõis argumẽtorum aduerſariorum Magiſtri Mauritij ultra commentaria textuũ & loca cõtra hæreſes, &c.*

*Ex concluſionibus, probationibus, & ſolutionibus argumentorũ Capræoli ſoluuntur argumenta Vulpes, & aliorum recẽtiorum facile, vt facit Ariſt. ad argumenta Antiquorum, quod veritatis cognitio dubiorum eſt ſolutio, & cum Cardinali Bellarmino dicente in libro de Scriptoribus Eccleſiaſticis de Ioanne Capræolo, quòd Io. Capræolus ſit defenſor Egregius Sancti Thomæ, & optimè diſſoluit omnia argumenta aduerſariorum, dicunt verba formalia Bellarmini; ergo ſi optimè diſſoluit per Bellarminum ſunt ſoluta argumenta cum his doctrinis hìc: Sicut ſoluit Ariſtotelis cõtra antiquos dicendo in 3. de Cælo veritatis cognitio, dubiorum eſt reſolutio.*

*Reſpondetur ſecundo, cum Cardinali Sarnano Franciſcano doctiſſimo, cum trigeſimaquarta concordantia, & ſimilitèr cum trigeſimatertia concordantia Bonæberbę.*

*Argumenta verò Vaſquez, Valentiæ, Molinæ, Suarez, &c. quia colliguntur, & ſoluuntur, clarè, diſtinctè, & breuitèr à Ripa, à Nazario, à Conſales, à Nauarretto, à Zenardo, & præcipue à Montagnolo, in 1. part. D. Th. q. 14. de ſcientia Dei, & q. 8. de exiſtentia Dei in rebus.*

*Vide noſtram expoſitionẽ Mag. Petri Lombardi aperientem mentem huius materiæ in folio 60. & infra pro 3. reſponſione Vulpes. Ac ẽt vide 1. 2. & 3. folium pro alijs reſpontionibus ad argumenta eiuſdem Vlpes.*

## DISTINCTIO. XXXVI.

*Quæſtio. 1.*

IN diſt. 36. quæritur, primò. Vtrum aliquid ſit contingens per comparationem ad Deum.

Pro quæſtione hæc eſt prima concluſio. Contingentia nõ oritur in rebus ſolum propter cauſas ſecundas, hanc ſic probat. 2. contra gen. c. 28. Ab eo non oritur contingentia, quo ſublato adhuc remanet contingentia, ſed ſublatis ſecundis cauſis, ad huc remanet contingentia: ergo, minor probatur. In primis effectibus productis à Deo erat contingentia, cum non produxit eos ex neceſſitate naturæ, ſed tunc non erant cauſæ ſecundæ: ergo.

*Concluſio* II. Radix contingentiæ eſt diuina voluntas, hanc probat. 1. part. q. 19. art. 8. quando agẽs eſt fortiſſimum, oportet ei effectus aſſimilari perfectè, non ſolum quo ad naturam ſpeciei, ſed etiam quo ad neceſſaria, ſed diuina voluntas que eſt cauſa rerum, eſt agẽs fortiſſimum: ergo effectus ei perfectè aſſimilantur ſcilicet, vt non ſolum ea fiant, quæ Deus vult fieri, quod eſt quaſi aſſimilatio ſecundum ſpeciem, ſed etiam, vt fiant eo modo quod vult fieri .ſ. neceſſario, vel contingenter, quæ eſt aſſimilatio ſecundum accidentia.

Contra arguit Aureo. † quod contingentia non ordinatur ex aliquo actu intrinſeco diuinæ voluntatis. Primo actus diuinæ voluntatis ſimul fertur in vtranque partem contradictionis, æquè enim vult creationem mundi ſicut non creationem: ergo ex tali actu non eſt quod

*Aureo. in 1. di. 39. q. 1.*

ma-

magis ſequatur vnum quam aliud conſequentia patet, antecedens probatur, quicquid poteſt eſſe in *Deo* eſt in eo, ſed in *Deo* poterat eſſe nolle reſpectu creationis mundi: ergo tale nolle nunc eſt in Deo.

*Vtrum contingentia ordinetur ex aliquo actu intrinſeco diuino.*

Reſpondeo, negatur antecedens, & dico primo quod licet actus diuinæ volūtatis poſſit eſſe ad obiecta oppoſita non tamen eſt, quia ab æterno determinauit ſe ad vnum, & poſtquam ſe determinauit, mutari non poteſt, hæc autem determinatio eſt contingens, cū non ſit aliud niſi actus diuinæ voluntatis cum reſpectu ad obiectum volitum conſtat autem hunc reſpectum eſſe contingentem, habet enim diuinum velle, & neceſſariam habitudinem ſolum ad bonitatem Dei, cum autem cadit ſuper aliud puta ſuper creationem mundi, additur ſibi reſpectus ad eam, & penes differentiam huiuſmodi reſpectiuum dicitur actus diuinæ voluntatis eſſe talis, vel talis determinatio.

Ad probationem negatur conſequentia, quia eſt fallacia figuræ dictionis, quia in minori non includitur ſolum actus diuinæ voluntatis, ſed etiam habitudo ad obiectum, & per conſequens mutatur quid, in ad aliquid.

Secundò. Vbicunque eſt contingentia, ibi poſſunt eſſe diuerſa inſtantia, in quorum altero res poteſt eſſe, & in altero poteſt non eſſe, ſed in diuino velle non poſſunt eſſe diuerſa inſtantia: ergo, nec contingentia reſpectu creaturarum.

¶Reſpondeo, negatur maior, quando id quòd dicitur contingens non poteſt habere eſſe poſt non eſſe, aut è contra, quando enim contingens poteſt eſſe & non eſſe, ſed eo poſito in eſſe, non eſſe non poteſt incipere eſſe, non oportet in eo eſſe ſucceſſionem, & ſic eſt in propoſito propter immutabilitatem diuinæ voluntatis.

*Concluſio* III. Prima radix contingentiæ eſt diuinus intellectus, & diuina ſcientia, hanc probat de veri. q. 24. art. 2. Id quod eſt prima radix libertatis eſt prima radix contingentiæ in effectu, ſe intellectus eſt prima radix libertatis: ergo. Nam ex hoc quòd intellectus poteſt iudicare hoc eſſe volendum, vel nolendum, ſequitur, quòd voluntas poſſit velle, vel nolle.

*Vtrum diuinus intellectus habeat contingentē*

Hic eſt vnum dubium quia S.D. vidédetur dicere, quòd diuinus intellectus habet contingentem habitudinem ad ſcita, & alibi dicit quòd habet neceſſariā habitudinem.

*habitudinē ad cognita.*

¶Reſpondeo, ſi loquamur de habitudine cognoſcentis ad cognitum, ſic habet neceſſariam habitudinem, loquēdo autem de habitudine producentis ad productum, ſic habet habitudinem contingentem.

*Concluſio* IV. Nullus effectus euenit contingenter à prima cauſa, ita quòd poſſit eius exire ordinem. Hanc probat. prima. q. 19. ar. 6. Nullus effectus pōt exire ordinē cauſę vniuerſaliſſimę, ſed Deus eſt cauſa vniuerſaliſſima: ergo. Multi arbitrati ſunt. S.*D.* in hac concluſione ſentire, quòd omnis effectus neceſſariò eueniat à prima cauſa, & contra hoc arguūt Scotus, Gregorius, Aureolus, & Adam, ſed falluntur vehementer.

*Reijcitur quorundā oberrātium intelligentia dictorum S.D.*

Sciendum eſt: ergo primò, quòd effectus dicitur contingens ex hoc quòd cauſa eius proxima eſt contingens, quia effectus cauſam proximam imitatur, licet cauſa remota ſit neceſſaria, ſufficit enim ad contingentiam effectus cauſam proximam eſſe cōtingentem. Cum enim effectus productus, mediante cauſa proxima contingente non habeat ordinem ad cauſam primam, niſi mediante cauſa ſecunda, ſi talis cauſa ſecunda poteſt ab agendo deficere, etiam effectus contingenter eueniet licet cauſa prima ſit neceſſaria, nō tamen ſequitur ex hoc quòd contingentia cauſæ ſecundæ, ſit totalis contingentiæ cauſa effectus, vt iſti putāt nos dicere, immo dicimus quòd à cauſa neceſſaria poteſt effectus contingenter produci.

¶Dico ſecundo, quòd nullus effectus habet fallibilem ordinem ad primam cauſam, ita quòd non ſtant ſimul primā cauſam eſſe præparatam ad producendum effectum, & quòd effectus non eueniat, cauſa autem ſecunda poteſt eſſe præparata ad producendum effectum, & tamen effectus non eueniet, & ideo non poteſt exire ordinem primæ cauſæ licet poſſit exire ordinem ſecundæ cauſæ.

¶Ex hoc ſequitur quòd licet effectus ſit contingens, habet tamen in comparatione ad cauſam primam neceſſitatem ſuppoſitionis, quæ neceſſitas non tollit contingentiam.

¶Dico tertiò, quod cauſa prima dicitur

Digitized by Google

tur præparata ad agendum ex hoc, quòd præconcipit effectum, & ordinem eius ad finem, & ex hoc quòd proponit talẽ effectum tali modo producere. Prædicta eliciuntur à S. Thoma quartò ſent. diſt. 17.q.1.artic.2.q.3.

¶Dico quartò, quod licèt Deus liberè agat, non tamen eius operatio eſt cõtingens in ſe cum ſit Deus.

Argumenta vero Scoti, & aliorum nõ recito, quia ex falſa imaginatione procedunt.

## QVAESTIO. II,

### 36.Diſt. 1.Sent.

QVæritur ſecundo. Vtrum Deus cognoſcat futura contingentia.

Pro quæſtione hæc eſt prima cõcluſio, contingens, vt eſt futurum, non poteſt infallibiliter cognoſci. Hanc probat primo contra gen. cap. ſexageſimoſeptimo. Id cuius euentus poteſt impediri, non poteſt certitudinaliter ſciri an ſit futurum, ſed contingens, vt eſt futurũ eſt huiuſmodi: ergo, &c.

*Durand. hic.q.3.* Contra arguit Duradus. † Ille qui cognoſcit cauſam impedibilem, & omnia quæ poſſunt eam impedire, & inſuper tanquam ipſum impediunt, & quæ non cognoſcit certitudinaliter effectus ex ea futuros, vt futuri ſunt, ſed aliquis intellectus, ſaltem diuinus eſt huiuſmodi: ergo.

*Reſponſio Capreol.* Ad hoc argumentum dicit Capreol. quòd ſunt aliquæ cauſæ, quæ poſſunt impediri, quibus cognitis, & etiam cognitis his quæ poſſunt eas impedire, non tamẽ ſcitur cur impediuntur, vel non, vt patet de humana voluntate, nam ea cognita, & omnibus cauſis ad actum eius concurrentibus, non poteſt ſciri an producet actum, vel non, quia non eſt magis determinata ad producendum, quàm ad non producendum, ſed ad vtrumque eſt indifferens, & ipſa poteſt ſe impedire quantuncunque ſit ad producendum volitionem inclinata.

*Tranſlatio diſputat ionis, in qua vesſit euidẽtior.* Ex iſtis negatur maior, ſed forte ſtat adhuc difficultas. Nam in maiori illius argumenti ponitur, quod cognoſcatur cauſa illius impediri, antequam actu impediat, vel non.

*Reſponſio Pauli.* Poteſt: ergo dici, quòd ſicut id quod in ſe eſt contingens, puta Sortem ſedere, tamen dum eſt, neceſſe eſt illud eſſe, ita ſi à futuro remouetur, ꝙ eius cauſa non impediatur, conſiderabitur, ac ſi nõ eſſet contingens. Contingentia enim in effectu eſt ex hoc, quòd eius proxima cauſa, ſi eam habeat, poteſt impediri. Ponatur ergo, quòd ſciam, quòd non impedietur, tunc cognoſcam id quod eſt cõtingens, ſed tamen per abſtractionem ab eo, vnde oritur eius contingentia.

*Concluſio* II. Deus non cognoſcit contingentia, vt futura ſunt, ſed æternaliter cognoſcit ea, vt ei ſunt præſentia. Prima pars concluſionis patet ex præcedenti concluſione, ſecunda pars ex q. 1. 37. diſtinctionis, & adhuc magis declaratur. Cum enim ſcientia ſit certa cognitio ex ipſa ratione certitudinis requirit certitudinem, & determinationem in ſcito, ſed contingens, vt eſt futurum non habet, quòd non poſſit ſubdi certæ, & infallibili notitiæ, cuiuſmodi eſt ſcientia Dei.

Contra arguit Aureol. † primo. Omnis propoſitio ſcita eſt vera, prout ſcita, ſed iſta propoſitio, Antichriſtus erit, eſt ſcita à Deo, & eſt de futuro: ergo aliquod verum de futuro eſt ſcitum, vt futurum eſt. *Aureo. q. 1.*

¶Reſpondeo. Dico primo, quòd Deus cognoſcendo futurum, duo cognoſcit, ſcilicet eſſe rei futuræ, quod habet in ſe ipſa, & eſſe quod habet in ſuis cauſis propter, quod dicitur futura. Ratione primi ſubeſt diuinæ ſcientiæ, & nõ ratione ſecundi. *Vtrũ futurum, vt futurũ poſſit eſſe ſcitum.*

¶Dico ſecundo, quod iſta propoſitio Antichriſtus erit, eſt ſcita à Deo, non ratione futuritionis, ſed quia ſcit iſtam de præſenti, Antichriſtus eſt, vnde ſi ſignaremus æternitatem, ſecundum quod in ſe eſt, magis iſta eſſet vera, Antichriſtus eſt, quàm iſta, Antichriſtus eſt futurus.

Secundo arguit Ex notitia attingente rem, vt præſentem, poteſt inferri, quod res ſit, ſed per te notitia Dei attingit rẽ, vt præſens eſt: ergo videtur, quod eſt abſurdum.

¶Reſpondeo primo, poteſt negari maior, de notitia attingente rem vt in ſe eſt, & in ſua cauſa. Ex quo enim attingit rem, vt eſt in ſua cauſa, non ſequitur quod ſit extra ſuas cauſas, talis autem eſt notitia diuina. Nos vero, quia dum cognoſcimus rem in ſe, non videmus eã in cauſis ſuis, ideo ex notitia noſtra attingente rem in ſe, ſequitur eam eſſe in actu.

¶Dico ſecundo, quod res omnes ſci-



Digitized by Google

tæ à Deo ſunt præſentes Deo, quia attinguntur ab aliqua mẽſura, ſcilicèt ab æternitate, ſunt autem futuræ nobis.

¶ Dico tertiò, quòd maior eſt falſa, quando talis res non attingitur, vt præſens pro menſura, de qua loquimur, licèt attingatur, vt præſens pro alia menſura.

Tertiò, quantumcumque res ſint pręſentes æternitati, adhuc reſtat declarare, quæ ſit ratio Diuino intellectui, quod attingat futurum poſitum in ſua præſentialitate, ſed S. Thom. hoc non declarat, ergo inſufficientèr ponit hanc.

Reſpondeo, negatur minor, nam primo contra gent. cap. 66. dicit hoc ideo eſſe, quia Diuina eſſentia eſt repreſentabilis per multa, quæ futura ſunt, & ipſa eſt ſimilitudo futurorum, & eorum habet ideam.

Contra hãc reſponſionem arguit Aureol. † Idea abſtrahit ab eſſe, & non eſſe in repræſentando: ergo non ducit determinatè in rem, vt eſt exiſtens, antecedens probatur, idea repræſentat rem, ſiuè ſit, ſiuè non ſit: ergo abſtrahit ab eſſe, & non eſſe.

*† Aur. vbi ſuprà.*

*Idea non repreſentat niſi res præſentes Deo.*

Reſpondeo, negatur antecedens. Ad probationem dico, quòd licèt repræſentet rem exiſtentem, & non exiſtentem in comparatione ad nos, non tamen repræſentat niſi res præſentes Deo, cum idea non ſit niſi eorum, quæ pro aliquo tempore fuerunt, vel ſunt, vel erunt.

¶ Dico ſecundò, quod idea repræſentat indiuiduum, & accidentia eius, cuiuſmodi ſunt tempus, & locus, & repræſentat etiam eius exiſtentiam, vel non exiſtentiam, & ideò per talem ideam videt roſam eſſe in tali tempore, & in alio tẽpore eſſe futuram, & ſic per illam habet infallibilem notitiam de futura roſa, ſpecies autem roſæ in intellectu noſtro repręſentat tantum naturam communem, & ideò non ducit in notitiam exiſtentiæ roſæ futuræ.

Contra eandem reſponſionem arguit Scotus † primo. Idea terminorum cauſat tantum illam notitiam, quæ nata eſt haberi ex terminis, ſed notitia contingẽtium non eſt nata haberi ex terminis, cũ non ſit neceſſaria habitudo eorum adinuicem, vt patet in iſta complexione, Sortes eſt albus: ego idea non cauſat notitiã contingentium.

*† Scotus hic.*

*Idea duplex ſubſtantia tantum, & ſubſtantia, & accidentium ſimul.*

Reſpondeo, quod duplex eſt idea. Aliqua eſt idea termini, puta Sortis, quæ repræſentat ipſum ſolum, quantum ad eius ſubſtantiam, & de tali conceditur maior. Alia eſt idea quæ eſt ſimilitudo termini, puta Sortis, quantum ad omnia, quæ inſunt ei, ſcilicèt accidentia, eſſe, tempus, locus, & omnes diſpoſitiones eius, & de tali negatur antecedens.

Secundò, quicquid reſpræſentat idea, naturalitèr rapræſentat, cum ſit in Diuino intellectu ante omnem actum voluntatis, ideò ſi duæ ideæ repræſentant ſortẽ & eius albedinem complexiuè, iſtud cõplexiuum erit neceſſarium Sortes eſt albus, ſi autem diuiſiuè erit impoſſibile, & ità ſequitur, quod omnia ſint næceſſaria, vel impoſſibilia, patet cõſequentia, quia iſta naturalitèr, & non liberè repræſentantur.

Reſpondeo, vt habetur in ſimili, primo diſtinct. 39. quæſt. 1. & 2. ad primum, & idea repræſentat naturalitèr quidditatem rerum creabilium, & earum exiſtentias liberè. Ex hoc ſequitur, quòd idea repreſentans hoc complexum, Sortes currit in aliquo inſtanti poſſit ipſum non repræſentare, repræſentat tamen ipſum infallibilitèr propter immutabilitatem Diuinæ voluntatis.

¶ Dico ſecundò, quòd talis idea adhuc eſſet, nec aliquo modo eſſet falſa, dato, quod illa complexio non poneretur in tali inſtanti, quia tunc non haberet reſpectum ad illam complexionem, ſed ad eius oppòſitum, & illa, quæ nunc repræſentat Sortem curſurum in tali inſtãti, ſi Sortes nunquam fuiſſet in illo inſtãti curſurus, non repręſentaret Sortem in illo inſtanti curſurum, ſed eius oppoſitum.

Ad argumentum igitur negatur antecedens, quòad exiſtentias. Ad probationem dico, quod idea eſt in Diuino intellectu ante actum voluntatis, quòad id quod dicit in recto, ſcilicèt eſſentiam Diuinam, ſed non quòad reſpectum, quẽ importat ad creaturam in obliquo.

Tertiò, idea reſpectu fiendorum poſſibilium, quę tamen nunquam fient, non repręſẽtat ipſa eſſe futura, alioquin Deus falleret: ergo nec idea reſpectu poſſibilium fiendorum.

Reſpondeo, negatur conſequentia, quia ideæ fiendorum ſunt determinatę, quia repræſentant rem in ſe, & extra ſuas cauſas, & ideo per illas nouit Deus talia eſſe futura. Ideæ autem non fiendorum non ſunt determinatæ, quia Diuina voluntas non ordinat eas ad productionẽ, & ideo

& ideò per eas cognoſcuntur res ſolum, vt habet eſſe in cauſis ſuis, & non quantum ad eſſe, quod habiturę ſunt in ſe.

*Concluſio III.* Deus cognoſcit futura contingentia eſſe præſentia ſibi, & eſſe futura alijs, prima pars patet ex dictis. ſecunda probatur de verit. quæſt. 2. art. 12. Deus cognoſcit omnem ordinem rerum: ergo cognoſcit futuritionem.

*Concluſio* IIII. Cognitio Dei de futuris cõtingentibus eſt infallibilis, & certiſſima. Hanc probat primo contra gent. cap. 67. Omnis cognitio, quæ fertur ſuprà pręſens eſt, eſt certa, ſed cognitio Diuina fertur ſuprà omnia, quæ fiunt in toto decurſu temporis, vt pręſentia ſunt, ſicut ſuprà diximus: ergo eſt certa, maior probatur. Omnis cognitio, quæ fertur ſuper neceſſarium eſt certa, ſed omne præſens, dum eſt, eſt neceſſarium, vt dicitur perihermenias primò: ergo, cognitio quę ſuper ipſum fertur eſt neceſſaria.

Contra minorem huius proceſſus arguit Gregor.† primo ſupponit, quod aliquod contingens, puta volitio poſſit fieri in inſtanti. Secundò ſupponit, quod cauſa libera ſit illa, quæ poſitis omnibus requiſitis ad actionem, poteſt agere, & non agere.

† Greg. hic q. 1.

*Vtrumque quod eſt pro inſtãti quo eſt, neceſſe eſt eſſe.*

Ex his arguit ſic. In illo inſtanti, in quo voluntas producit a. volitionem, poteſt eam non producere, vt patet ex ſecundo præſuppoſito: ergo in illo inſtãti non eſt neceſſe volitionem a. eſſe, & per conſequens poteſt in illo inſtanti non eſſe.

Reſpondeo, primò concedo primum præſuppoſitum, & ad ſecundum dico ꝙ præſuppoſitis omnibus requiſitis ad agẽdum, & præcedentibus actionem, cauſa libera poteſt agere, & non agere, poſito, autem tempore, & menſura, in qua agit, ipſa non poteſt pro tunc non agere, quia talis menſura non præcedit actionem, & ſic patet antecedens argumenti eſſe falſum.

*Neceſſariũ dupliciter, abſolutè, & immutabiliter.*

¶ Dico ſecũdò, quod neceſſarium eſt. duplex aliquid eſt neceſſarium abſolutè. ſcilicet ex connexione terminorum, quia implicat contradictionem non eſſe ipſum: aliud eſt neceſſe neceſſitate immutabilitatis. Volitio quæ eſt in a. inſtanti, non eſt neceſſaria primo modo: quia non implicat contradictonem ipſã non eſſe alioquin non poſſet deſinere eſſe: & idem dico de qualibet propoſitione de præterito in materia cõtingenti, ſed eſt neceſſaria ſecundo modo: quia non poteſt mutari de exiſtere in a. inſtanti in non exiſtere in a. inſtãti quãdiu a. durat.

¶ Dico, tertiò, quod dum hæc propoſitio eſt vera voluntas producit a. in hoc inſtanti, eſt aliqua potentia potens facere eam eſſe falſam, pro eodem inſtãti, & per conſequens non eſt neceſſaria abſolutè. Nam in illo inſtanti in quo Deus producit vnum Angelum ipſe habet potentiam ad non producendum, cum hoc tamen ſtat, quòd omnis propoſitio vera in aliquo inſtanti neceſſariò ẽ vera pro eodem inſtanti, neceſſitate immutabilitatis de vero in falſum.

Contra hanc reſponſionem arguit OKam.† Si volitio eſt in a. inſtanti, poſſibile eſt per te, quod non ſit in a. inſtanti, quia non implicat contradictionem, poterat enim non produci in tali inſtanti: ponatur ergo in eſſe, quod non ſit, ſequitur, quòd ipſa ſimul ſit, & non ſit.

† Okã. in 1.

Reſpondeo, quod licèt iſtæ ſint ſimul verę, volitio eſt, in a. inſtanti, & volitio poteſt non eſſe, in a. inſtanti, tamen ſi ſecunda, quæ eſt de poſſibili ponatur in eſſe, ipſa deſtruet primam, quæ eſt de ineſſe. Aliqua enim propoſitio de in eſſe ſtat cum aliqua de poſſibili, & tamen nõ ſtat cum illa de ineſſe, quæ reſpondet illi de poſſibili, vt patet de duobus contradictorijs quorum quodlibet eſt contingens. Clarius poteſt dici, quia vis illius argumenti ſtat in iſta propoſitione, poſſibili poſito in eſſe nullum ſequitur incõueniens. Sed ſi volitio eſt in a. & poſſibili eſt ipſarum non eſſe in a. ſequitur inconueniens, ſcilicèt contradictoria eſſe ſimul vera: ergo non eſt poſſibile ipſam non eſſe in a. Dico enim, quod poſſibili in ſenſu conpoſito poſito in eſſe non ſequitur inconueniens, ſequitur tamen aliquando inconueniens, ſi ponatur in eſſe poſſibile in ſenſu diuiſo. Nam in ſenſu diuiſo poſſibile eſt album eſſe nigrum, tamen ſi ponatur in eſſe, quod album ſit nigrum, erit inconueniens. Quando autem dicitur quod ſi volitio eſt in a. poſſibile eſt quod non ſit, in a. dico quod eſt poſſibile in ſenſu diuiſo, & non in ſenſu compoſito, quia ſenſus compoſitus, vt dicunt iuniores dialectici requirit veritatem inſtantaneam, & cum propoſito efficietur, ſequitur quòd illa propoſitio eſſe poſſibilis volitio non eſt in inſtanti a. pro

*Poſſibili in ſenſu compoſito poſito in eſſe, non ſequitur incõueniens in ſenſu vero diuiſo, ſequitur.*

Digitized by Google

pro illo inſtanti, quo eſt in iſtanti a.

*† Aureol. vbi ſuprà.*

Contra concluſionem in ſe arguit Aureol.† Quicquid ſequitur ex antecedente neceſſariò ſimpliciter eſt ſimpliciter neceſſarium, ſed ſcientia Dei eſt abſolutè neceſſaria: ergo ſi ex hoc infertur euentus futurorum, ſequitur, quòd talis euentus ſit ſimpliciter neceſſarius, & per conſequens vanum erit conſiliari de futuris, cum eueniant immutabiliter, ſi ſunt ſcita à Deo infallibiliter.

*Vtrum cognitio Dei de futuris ſit infallibilis.*

¶Reſpondeo, primò negatur maior, niſi tale neceſſarium habeat neceſſariam habitudinem ad conſequens: Scientia autem Dei, licet in ſe ſit neceſſaria, non tamen ad ſcita habet neceſſariam habitudinem, niſi neceſſitate immutabilitatis nam actus Diuinæ ſcientiæ potuit cadere ſuper oppoſitum huius enunciabilis: Antichriſtus erit, & hoc intelligo de ſcientia viſionis, quia multa iſto modo ſcit, quæ poteſt neſcire, & econuerſo, poſito tamen, quod aliquid iſta ſcientia ſciuerit, neceſſariò illud ſcit neceſſitate immutabilitatis. Iſta enim propoſitio. Antichriſtus erit, habet immutabilem veritatem pro toto tempore præcedente poſitionem Antichriſti, quia pro illo tempore ſcit Deus ipſam eſſe verã, quòd tempore ſequenti ſcit ipſam eſſe falſam, & per conſequens eſt neceſſarium abſolutè pro aliqua menſura, non tamen eſt neceſſarium abſolutè ſimpliciter ſcilicet ex connexione terminorum neceſſaria, neque eſt neceſſarium pro omni menſura. Si verò loquamur de ſcientia ſimplicis intelligentiæ, Deus neceſſitate abſoluta ſcit, quicquid ſcit, nec poteſt ſcire aliquid quod prius neſciuit.

*Scitũ à Deo ſcientia viſionis, & ſimplicis intelligentia diuerſimodè, ē neceſſarium*

¶Dico ſecundò, quod neceſſitas immutabilitatis non excludit libertatem, & ideò de his, quæ neceſſariò tali neceſſitate eueniunt poſſumus conſiliari, quia non eſt ſic immutabile, quin potuerit ab æterno fuiſſe falſum, eſſe ipſa futura. Nã actus Diuinæ ſcientiæ nunquam tranſit in potentiam, ſed ſemper eſt in actu, & ideò ſemper remanet in libertate Diuinæ voluntatis, quod futura eueniant, vel non.

*† Aureol vbi ſuprà.*

Contra primum dictum in hac reſpõſione arguit Aureol.† primo. Iſta habitudo diuinæ ſcientiæ ad ſcita ſcientia viſionis fundatur ſuper actu Diuini intellectus, qui eſt neceſſarius: ergo & ipſa eſt neceſſaria.

¶Reſpondeo, negatur conſequentia, quia talis habitudo nõ conſurgit ex natura rei, cum ſit reſpectus rationis, ſed ex arbitrio Diuinæ voluntatis, & poteſt ẽt eſſe contingens, quia creatura, ſuper quã tranſit, eſt contingens.

Secundò. Si actus Diuini intellectus tranſit contingenter ſuper eſſe, vel non eſſe creaturæ, aut iſta contingentia inhæret Diuinæ eſſentiæ, & hoc non, quia nihil in Deo eſt contingens, aut inhæret creaturis, & hoc nõ, quia ſemper quãdo eſt tranſitus, oportet eſſe terminum eius, ſed creatura non fuit ab æterno, quando fuit iſte tranſitus: ergo.

*Contingentia cum ſit negatio, non inhæret.*

¶Reſpondeo, quod contingentia cũ ſit negatio, ideſt non repugnantia ad eſſe, & non eſſe, nullibi propriè inhæret, eo tamen modo quo inhæret, non inhæret Diuinæ eſſentiæ, nec creaturis, ſed reſpectui rationis ſcientiæ Dei ad creaturas.

*Neceſſariò ſcientia trãſit ſuper obiectum primarium tãtũ.*

Tertiò. Quicquid eſt de formali ratione alicuius neceſſarij eſt neceſſarium, ſed tranſire ſuper obiectum eſt de formali ratione ſcientiæ, ergo ſi ſcientia ſit neceſſaria, cuiuſmodi eſt ſcientia Dei, etiam tranſitus erit neceſſarius.

¶Reſpondeo, negatur minor, non enim eſt abſolutè de ratione ſcientiæ, ꝙ tranſeat ſuper obiectum ſecundarium, ſed ſufficit quòd tranſeat ſuper primarium, ſcientia autem Dei neceſſariò trãſit ſuper eſſentiam ſuam, quæ eſt primarium eius obiectum.

Contra. Intellectio creaturæ non poteſt intelligi, niſi intelligatur creatura: ergo habitudo ad creaturã eſt de ratione intellectionis creaturæ.

Reſpondeo, quòd intellectio creaturæ dicit duo, ſcilicet ipſam intellectionẽ, & reſpectum eius, ad creaturam, quòad primum poteſt intelligi, dato quòd non intelligatur creatura, non autem quòad ſecundum, poteſt enim intelligi id quod eſt intellectio creaturæ, dato quòd creatura non intelligatur, non tamen poteſt intelligi, quòd ipſa ſit intellectio terminata ad creaturam, niſi cointellecta creatura.

*Concluſio V.* Contingentia ad vtrũlibet futurorum cognitorum ſtat cum infallibilitate Diuinæ ſcientiæ. Hanc ſic probat primo contra gent. cap. 67. Cum infallibilitate Diuinæ ſcientiæ ſtat quòd effectus habeat cauſam proximam contingentem: ergo cum ea ſtat contingentia, conſequentia patet, quia effectus

Tt dici-

Digitized by Google

dicitur contingens ex cauſa ſua proxima contingente.

*Verũ Deus cognoſcat cõtingentia.*

Contra arguit, quicunque poteſt cognoſcere rem aliter quàm eſt, poteſt decipi, ſed ſi res eueniũt contingẽtèr, Deus poteſt eas cognoſcere aliter quàm ſint, poſſunt enim alitèr euenire quàm eueniunt: ergo ſi ſcit contingentia, ſequitur quòd poſſit decipi.

*Cognoſcere aliter quã eſt, contingit duplicitèr.*

Reſpondeo, cognoſcere rẽ aliter quã ſit poteſt eſſe duplicitèr. Vno modo in ſẽſu compoſito, ſcilicèt quòd res ſit vno modo, & quòd pro tũc cognoſcatur alio modo quàm eſt, & ſic cõceditur maior, & negatur minor. Alio modo in ſenſu diuiſo, quia illa eſſe, quæ nunc eſt vno modo, non repugnat eſſe alio modo, & per conſequens cognoſci alio modo, & ſic negatur maior.

Secundò arguitur. Ex maiori de neceſſariò, & minori de ineſſe ſequitur concluſio de neceſſariò, vt dicitur primo priorum, ſed in iſto ſyllogiſmo omne ſcitum à Deo de neceſſitate eſt verum, omne futurum eſt ſcitum à Deo: ergo omne futurum de neceſſitate eſt verum.

Reſpondeo, quòd omne ſcitum à Deo eſt neceſſarium in ſenſu compoſito, id eſt vt ſtat ſub ſciẽtia Dei, quæ eſt immutabilis, ſimilitèr etiam omne futurum hoc modo eſt neceſſarium, cum quo tamen ſtat quod in ſe ſit contingens, & eſt etiam neceſſaria eo modo, quo maior.

Tertiò cognitio futurorum contingẽtium ponit in ſcientia Dei potentiam contradictionis, & per conſequens mutabilitatem, ſcilicèt poſſe ſcire, & poſſe nõ ſcire, quia talia poſſent euenire, & non euenire: ergo non poſſunt ſcire à Deo cum in eo non ſit talis potentia.

Reſpondeo, potentia contradictionis poteſt eſſe in aliquo duplicitèr. Primò quia vnum contradictoriorum poteſt eſſe in eſſe poſt aliud, & ſic negatur antecedens. Alio modo, quia eſt de ſe indifferens ad contradictoria, licèt non ſit in eo talis ſucceſſio, & ſic conceditur antecedens, ſed talis potentia contradictionis non arguit mutabilitatem.

*Aliqua Deus præſcit, quæ potuit non præſcire*

Quartò. Si Deus ſcit futura contingentia, poteſt aliquorum eſſe præſcius, quorum non eſt præſcius, cum aliqua poſſint euenire, quæ non eueniunt: ergo poteſt mutari.

Reſpondeo, negatur antecedens, ſed bene ſequitur, quod aliquorum eſt præſcius, quorum potuit eſſe non præſcius, & quæ poſſibile eſt eum non præſciuiſſe.

*Concluſio* VI. Omne contingens, quod Deus ſciuit eſſe fututurum neceſſariò ſciuit illud eſſe futurum, ſic quod iſta propoſitio eſt neceſſaria Deus ſciuit Antichriſtum eſſe futurum. Hanc ſic probat 1. quæſt. 4. art. 13. ad ſecundum. Primò omne dictum de præterito, ſi eſt verum, eſt neceſſarium, ſed iſta propoſitio eſt vera de præterito: ergo. Secundo omne æternum eſt neceſſarium, ſed hoc eſſe ſcitum à Deo, eſt verum ab æterno: ergo.

Contra arguit Scot. † Quando aliqua duo conuertuntur in veritate, nõ poteſt vnum eſſe contingenter verum, & aliud neceſſariò, quia vnum non poteſt eſſe verum, alio non exiſtente vero, ſed iſta duo conuertuntur in veritate, Deus ſcit Antichriſtum eſſe futurum, & Deus vult Antichriſtum eſſe futurum, ſed ſecunda eſt vera contingenter, cum Deus non velit neceſſariò niſi voluntatem ſuam: ergo & prima eſt contingenter vera.

† *Scot. in 2 diſt. 39. q. 1*

Reſpondeo, quod vtraque illarum eſt neceſſaria, & licèt Deus velit contingenter creaturas, quia ab æterno potuit nõ velle eas, tamen ex quo voluit, non poteſt eas non velle.

*Quãdo iſta ſit neceſſaria, Deus vult creaturas.*

Ex hoc ſequitur, quod iſta propoſitio Deus vult creaturas eſt neceſſaria tantũ propter immobilitatem actus Diuinæ voluntatis, nõ autem eſt neceſſaria ex parte obiecti, quia exiſtentia rei futuræ non eſt ratio ipſi futuro, quod ſubijciatur Diuinæ voluntati. Iſta autem, Deus ſcit Antichriſtum eſſe futurum, non ſolum eſt neceſſaria propter immobilitatem Diuinæ ſcientiæ, ſed ex obiecto, quia Antichriſtum eſſe eſt neceſſarium abſolutè pro illa menſura, qua eſt Deo præſens, licet non ſit neceſſarium abſolutè ſimplicitèr id eſt, pro omni menſura, & ideo non eſt ſimilis ratio vtriuſque illarum propoſitionum.

*Concluſio VII.* Propoſitio de futuro contingenti, quod futurum Deus ſcit, eſt neceſſaria vno modo, ſcilicèt vt ſubſtat Diuinæ ſcientiæ, & alio modo eſt cõtingens, ſcilicèt vt in ſe conſideratur. Hanc ponit prima, q. vbi ſupra, tertio contra gent. cap. 67. ſicut enim iſta propoſitio lapis eſt immaterialis, habet duplicem cauſam veritatis, vnam ex ſeipſa, aliam vt ſequitur ex iſto antecedente

lapis

lapis intelligitur, ita iſta, Antichriſtus erit, cum infertur ex iſto antecedente, Deus ſcit Antichriſtum fore, habet duas cauſas veritatis. Prima eſt in ordine ad ſuas cauſas proximas, quæ non ſunt determinatæ ad productionẽ Antichriſti. Secunda eſt, quia præſentialitas Antechriſti attingitur à Diuino intuitu: & iſta neceſſitas non conuenit ei ratione futuritionis, ſed ratione præſentis attinctionis ab intuitu Dei, quæ quidem neceſſitas dicitur abſoluta pro menſura, illud præſens attingitur, ſed pro alia mẽſura dicitur neceſſitas ſuppoſitionis, vel conſequentiæ.

Contra hanc declarationem arguit Gregorius † primo. Iſta propoſitio, antichriſtus erit, ſi per ſe ſumatur extra omnem conſequentiam, ipſa eſt contingens, ergo in quacunque conſequentia ponatur, ipſa contingens.

*† Greg. hic diſt. 35. q. 2.*

Reſpondeo, quòd ſemper erit ſimplicitèr contingens, poteſt tamen eſſe neceſſaria à ſuppoſitione, dico autem propoſitionem neceſſariam ex ſuppoſitione, quando in ea non poteſt eſſe falſitas, quamdiù habet reſpectum ad aliquod, quod ſupponitur, ſicut ſuppoſito, quod Sortes ſit albus, impoſſibile eſt pro tunc, quòd ſit niger, ſimilitèr ſuppoſito, quod Deus velit producere Antichriſtum, iſta eſt neceſſaria, Antichriſtus erit, quia habet relationem pręſentiæ ad veritatem huius ſuppoſitionis, Deus vult producere Antichriſtum.

Secundò arguit contra vnam regulam S. Thom. dicentis quod quando in antecedente ponitur aliquid pertinens ad actum animæ conſequens eſt accipiendum ſecundum eſſe, quod habet in anima.

*Vtrum quãdo in antecedente ponitur aliquid ad actum animæ pertinens, conſequens ſit accipiendum ſecundũ eſſe quod habet in anima.*

Contra. Iſta conſequentia eſt bona. Anima intelligit verè lapidem eſſe materiale: ergo eſt materialis, non tamen eſt materialis ſecũdum eſſe, quod habet in anima, & ſimilitèr in iſta conſequentia, Deus intelligit Antichriſtum eſſe futurum: ergo eſt futurus, & tamen non eſt futurus ſecundum eſſe quod habet in ſcientia Dei.

Reſpondeo. Illa regula ſic intelligitur quando cõſequens non poteſt verificari ſecundum eſſe rei extra animam, accipiendum eſt ſecundum eſſe rei quod habet in anima. De lapide autem extra animam verificatur quod eſt materialis & de Antechriſto, quod eſt futurus, ideò non arguit contra regulam.

Alia vero, quæ ponit, ſoluta ſunt diſt. 36. quæſt. 2.

Contra eandem arguit Aureol. † & intendit probare, quod nulla propoſitio de futuro contingenti eſt vera nec falſa, & per conſequens, quod non ſit neceſſaria etiam neceſſitate ſuppoſitionis, ſed bene diſiunctiua, puta iſta, Antichriſtus erit, vel non erit, eſt vera, primò ſi hęc eſt vera. Antichriſtus erit, ſequitur, quod immutabilitèr ſit vera, hoc eſt falſum, cum ipſa ſit contingens: ergo non eſt vera, antecedens probatur, ſi poſſet mutari de veritate in falſitatem, maximè iſta mutatio fieret in illo iſtanti, in quo res fiet, ſed hoc eſt falſum, quia in illo inſtãti veritas tranſit ſupra præteritum, nam vſque ad illud inſtans, verum fuit, quod Sortes erit, quod autem tranſit in præteritum, immutabile eſt, vt dicitur 6. ethi.

*† Aur. vbi ſuprà.*

*Vtrum propoſitio de futuro contingenti ſit vera, vel falſa.*

Confirmatur, quia ſi mutatur in illo inſtanti hoc eſſet, maximè quia eius ſignificatum ponitur in eſſe, ſed eius ſignificatum eſt, Antichriſtum eſſe futurum, & eſt falſum per te: ergo nunquam fuit verum iſta per tè, Antichriſtus erit, quæ idem habet ſignificatum.

Reſpondeo, negatur maior, ſiuè prima conſequentia, accipiendo verum immutabile pro abſoluto, & ſimplicitèr neceſſariò, concedo tamen, quod non poteſt mutari de veritate in falſitatem, pro menſura qua ſcitur à Deo, ſcilicèt ante poſitionem negatur minor, nec eius propoſitum, quia ſẽſus philoſophi eſt, quod præteritum non fuerit præteritum, ideò nõ poteſt fieri, quin iſta fuerit vera, Chriſtus naſcetur, licèt mutata ſit de veritate in falſitatem.

Ad confirmationem dico, quod mutatur de veritate in falſitatem, non quia totale ſignificatum eius ponatur in eſſe, ſcilicèt Antichriſtus, & futuritio, ſed quia ponitur in eſſe eius partiale ſignificatũ, ſcilicèt Antichriſtus, & quia ponitur oppoſitio futuritionis.

Secundò arguit. Si propoſitio de futuro contingẽti eſt vera, ſequitur quod eius ſignificatum immutabilitèr eueniet hoc eſt falſum: ergo maior probatur, illa conſequentia eſt bona ex eius oppoſito conſequentis ſequitur oppoſitum antecedentis, nam bene ſequitur non eueniet: ergo non eſt futurum.

¶ Reſpondeo. Dico primò, quòd id quod eſt futurum in ordine ad cauſam

primam eueniet neceſſariò neceſſitate ſuppoſitionis, vt ſæpe dictum eſt.

¶ Dico ſecundò, quod aliquid eſt futurum in ordine ad cauſas ſecũdas, quia ſunt inclinatæ ad producendum effectũ, & tamen non eueniet, quia impediuntur ne effectus ſequatur, & ideò tali propoſitioni de futuro non oportet aliquando correſpondere aliquam veram de præſenti.

Ad argumentum negatur maior, ad probationem negatur minor, vt patet ex immediate dictis, & quãdo dicit philoſophus quòd de futuris contingentibus non eſt determinata veritas, non intendit, quod propoſitio de futuro non ſit vera, nec falſa, ſed quòd veritas non tollit futuro contingentiam, nec infert, quod futurum eueniat.

*Concluſio. VIII.* Iſta conſequentia non valet, hoc eſt futurum: ergo eueniet.

Pro iſta concluſione ſciendum eſt, quòd aliquid eſſe futurum, non eſt aliud niſi cauſam aliquam eſſe inclinatam ad eius productionem, ponatur ergo quod impediatur, ſequitur quòd illud eſt futurum, & tamen non eueniet, & hoc modo Deus pronunciat aliquando aliquid futurum, quia ſcilicèt continetur in ordine cauſarum inferiorum, vt puta ſecundum diſpoſitionem naturæ, vel meritorum, quod tamen non fit quia aliquando continetur in cauſa ſuperiori ſicut cũ prædixit Ezech. diſpone domui tuæ quia morieris. Iſta concluſio eſt ſancti Doct. 1. q. 19. art. 7. ad ſecundum de verit. q. 12. art. 4. ad ſeptimum.

*Quid eſt eſſe futurum.*

*In hac 36 diſt. & duab. qq. ſeq. cõfutantur hæreſes damnatæ, vt in noſtro Commentario in text. Magiſtri, & confutantur etiam hæreſes, quæ ſunt in Abecedario, & in Ethimologijs hæreſum, & confutantur ſimiliter Idolatriæ, vt in Abecedario Idolorum in principio vide ibi littera C. D. & F. ac ẽt cõfutãtur falſæ Theologiæ Fænicum, Egyptiorum, Græcorum, Atlanticorum, Frigiorum, Gentium, &c. ab Euſebio in primo, ſecundo, tertio, & quarto libro de præparatione Euangelica contra Theologiam fabuloſam Poetarum antiquorum.*

*Additio quæ eſt ſolutio argumentorum recentiorum per M. Mauritium de Gregorio.*

*Ex cõcluſionibus, probationibus, & ſolutionibus argumentorũ Capræoli ſoluuntur argumenta Vulpes, & aliorum recẽtiorum facile, vt facit Ariſt. ad argumenta Antiquorum, quod veritatis cognitio dubiorum eſt ſolutio, & cum Cardinali Bellarmino dicente in libro de Scriptoribus Eccleſiaſticis de Io. Capræolo, quòd Io. Capræolus ſit defenſor Egregius Sancti Thomæ, & optimè diſſoluit omnia argumenta aduerſariorum. dicunt verba formalia Bellarmini, ergo ſi optime diſſoluit per Bellarminum ſunt ſoluta argumenta cum his doctrinis hic: Sicut ſoluit Ariſtotelis contra antiquos dicendo in 3. de Cęlo veritatis cognitio dubiorum eſt reſolutio.*

*Loca ſolutia argumẽtorum aduerſariorum Magiſtri Mauritii vltra commentaria textuũ loca contra hæreſes, &c.*

*Reſpondetur ſecundò cum Cardinali Sarnano Franciſcano doctiſſimo, cũ trigeſimaquinta cõcordantia, & ſimiliter cum trigeſimaquarta concordantia Bonæherbæ.*

*Argumenta verò Vaſquez, Valentiæ, Molinæ, Suarez, &c. quia colliguntur, & ſoluuntur, clarè, diſtinctè, & breuiter à Ripa, à Nazario, à Conſales, à Nauarretto, à Zenardo, & præcipue à Montagnolo, in prima parte D. Thom. de Scientia Dei, & de veritate quæſt. 16.*

*Vide noſtram expoſitionem Petri Lombardi aperientem mentem huius materiæ, vt in folio. 60. hic.*

*Ac etiam vide 1. 2. & 3. folium pro alijs reſponſionibus ad argumenta eiuſdem Vulpes.*

## DISTINCTIO. XXXVII.

### *Quæſtio. 1.*

In diſtinctione trigeſimaſeptima quæritur. Vtrum Prouidentia, & fatum ſint idem.

Pro iſta quæſtione hæc eſt prima concluſio. Sciẽtia Dei, & diſpoſitio, & ars, & prouidentia ſunt idem re, & differunt ratione. Prima pars probatur, quia quicquid eſt in Deo ſi ſit abſolutum, eſt idem re. Secũda pars probatur præſenti diſt. quæſt. 2. art.

*Cognitio rei de rebus dicitur ſcientia, ars, diſpoſitio, et prouidentia.*

articul. 1. & de verit. quæſt. 5. art. 1. ad nonum. Nam cognitio, quam Deus habet de rebus, ſi abſolute accipiatur, & cum præciſione ab opere, dicitur ſcientia, ſcit enim ſe, & creaturas, ſi verò conſideretur illa cognitio, vt eſt cauſa rerũ ſic dicitur ars. Si vero conſideretur, vt eſt reſpectu ordinis rerum, vt egrediuntur à ſuo principio, ſic dicitur diſpoſitio, dicuntur enim aliqua diſponi ſecundum quod in diuerſis gradibus collocantur à Deo. Si autem conſideretur, vt eſt reſpectu ordinis rerum ſecundum quem ordinem ipſæ res ordinantur ad finem ſic dicitur prouidentià. Poteſt ergo ſic deſcribi. Prouidentia eſt ratio ordinis rerum in finem.

*† Aure. hic.*

Contra hanc deſcriptionem arguit Aureolus, † prouidentia non eſt id quod prouidetur, immo eſt actus prouidẽtis, ſed ratio ordinis rerum in finem eſt id, quòd Deus in rebus prouidet: ergo ratio ordinis rerum in finem non eſt prouidẽtia, ſed potius eſt actus prouidentis.

*Ratio ordinis rerum duplex in rebus, & in intellectu.*

¶ Reſpondeo primò, quòd ratio ordinis rerum in finem eſt duplex. Vna eſt in ipſis rebus, & hæc non eſt prouidentia, ſed id, quod prouidetur. Alia eſt in intellectu producentis, & hæc eſt prouidentia.

¶ Secundo dico, prouidentiam accipi dupliciter. Vno modo pro actu prouidẽdi. Alio modo pro forma excogitata per talem actum, quæ forma dicitur ipſa ratio ordinis rerum in finem, ſimiliter intentio, fictio, imaginatio, oratio, & multa huiuſmodi accipi poſſunt & pro actu, & pro forma per actum producta.

¶ Dico tertiò quod ratio prouidentiæ per prius conuenit illi formæ excogitatæ quàm actui, nec actus haberet rationem prouidentiæ, niſi quia terminatur ad talem formam, nam vt inquit Boetius, prouidentia eſt *Diuina*, ratio autem Diuina, vt dicit Auguſt. in lib. octuageſimatertia quæſt. eſt idea, idea autem non dicit actum intellectus, ſed formam excogitatam.

¶ Dico tamen quartò, quòd prouidẽtia differt ab idea, quia idea poteſt aliquo modo pertinere ad ſpeculatiuam cognitionem, prouidentia verò tantum ad practicam, eo quod importat ordinem directionis ad finem, vt dicit S. Doc. de veritate quæſt. 5. artic. primo ad primum, poſſet tamen dici quòd etiam pertinet ad ſpeculatiuam cognitionem, quia quantum ad rationem nominis dicit tantum cognitionem ordinis eius in finem, quæ cognitio nondum dicitur practica, & ſic forte intellexit præſenti diſt. quæſt. 2. artic. primo ad primum, vbi dicit quod prouidentia poteſt pertinere ad ſpeculatiuum intellectum, ſed quia prouidentia ſecundum propriam acceptionem non dicit tantum notitiam rei, & ordinis eius in finem, ſed habet propoſitum exequendi, ideò propriè pertinet tantum ad practicum intellectum.

*Concluſio II.* Prouidentia eſt in intellectu, ſed ſupponit actum voluntatis. Prima pars patet ex præcedenti concluſione. Secunda probatur, de verit. q. 5. articul. primo. Prouidentia præſupponit volitionem finis, cum dicit ordinem rerum in finem quin poteſt eſſe ſine volitione finis: ergo præſupponit aliquem actum voluntatis.

*Concluſio III.* Prouidentia differt realitèr à fato, probatur ſic præſenti diſtinct. quæſt. 2. artic. primo ad quintum. Id quod eſt in Deo differt realitèr ab eo quod eſt in creatura, ſed ratio ordinis rerum, vt eſt in Deo, dicitur prouidentia, & ipſe ordo rebus inditis dicitur fatum: ergo, &c.

*Cur catholici Doctores nonnunquã obhorreant nomen fati.*

Corolla. Fatum poteſt dici tantum vnum, eo quod ordo in rebus exiſtens eſt per comparationem ad vnum principium, poſſunt etiam dici multa inquantum ſunt multæ cauſæ mediæ, & multi effectus ordinati. Iſte autem ordo rerum, qui dicitur fatum eſt relatio, quamuis aliquando doctores abhorreant hoc nomen fatum, vt euitent errorem dicentiũ omnia neceſſitari à cœlo.

*Aureol. hic.*

Contra probationem arguit Aureol. Fatum eſt effectus præſcientiæ: ergo non eſt effectus prouidentiæ antecedens probatur, tum auctoritate Auguſti. hoc dicentis lib. 5. de Ciuitate Dei, tum ratione, ſic mali mores hominum cadunt ſub fato, & non cadunt ſub prouidentia, ſed bene ſub præſcientia: ergo fatum eſt effectus præſcientiæ tantum.

*Quomodo intelligatur, quod fatum pertineat ad præſcientiã.*

Reſpondeo. Primo negatur conſequentia, quia prouidentia includit præſcientiam, & aliquid addit ſcilicet applicationem ad opus, vel ad finem, & ideo quicquid cadit ſub præſcientia, cadit etiam ſub prouidentia, & ſic intelligit Auguſt.

Digitized by Google

Augu.quod fatum pertinet ad præſcientiam non ſimpliciter, ſed inquantũ præſcientia includitur in prouidentia.

¶ Dico ſecundo,quod mali,& vitioſi actus hominum cadunt ſub prouidentia,non quia ad eos Deus aliquid ordinet,ſed quia eos ad aliud ordinat.ſ. ad pœnam,& ſic nagatur antecedens.

¶ Multas alias cõcluſiones recitat,quę ſũt S.D.tertio cõtra gen.c.92. Quarũ vna eſt hęc,ꝙ motus bene fortunatorũ reducitur a ad cuſtodiã angeli,ſicut ad cauſã.

Contra quam ſic arguit Aureo.cuſtodiens non cauſat impedientiam à ſalute,ſed diuitię ſecundum quas aliquis dicitur benè fortunatus , impediunt aliquando à ſalute:ergo non cauſantur ab Angelo cuſtodiente.

¶ Reſpondeo, quod diuitiæ,& honores, & huiuſmodi aliquibus proſunt ad ſalutem , & hi dicuntur benè fortunati verè, & per conſequens iſte effectus reducitur ad cuſtodiam Angelicam. Alij ſunt quibus diuitię non ſunt ad ſalutem, ſed damnationem,& iſti non ſunt vere bene fortunati, ſed tantum apparenter, & in his tales effectus non reducuntur ad angelicam cuſtodiam, loquitur autẽ S.D.de bene fortunatis ſecundum veritatem.

*Vtrum diuitiæ bene fortunatorum ſint ab Angelis.*

## QVÆSTIO II.

*Diſtinct.37.prim.ſent.*

QVæritur ſecundo. Vtrum prouidẽtia,& præſcientia imponant rebus neceſſitatem.

Pro iſta quæſtione hæc eſt prima concluſio. Præſcientia non imponit neceſſitatem rebus præſcitis. Hanc ſic probat præſenti diſt.q.1.artic.1. Nullus actus à voluntate, cuius actus ſemper eſt in egredi,& nunquam in egreſſo eſſe imponit rebus neceſſitatem,quia cum voluntas ſit libera,& eius velle non ſit egreſſũ, poteſt egredi,& non egredi,ſed præſciẽtia cum ſit eorum quæ tantum Deus ſcit ſcientia viſionis, eſt actus imperatus à voluntate Diuina,cuius actus ſemper eſt in egredi ſecundum rationem: ergo,&c.

¶ Ex hoc ſequitur,quòd licet prǽſciat me peccaturum, tamen eſt poſſibile in ſenſu diuiſo cum hoc non præſcire, nec præſciuiſſe,& per conſequens poſſibile eſt,me non peccare,vnde nulla neceſſitas imponitur mihi ad peccandum. Dico tamen, quod iſta conditionalis eſt neceſſaria, ſi Deus præſciuit Sortem peccaturum,Sortes peccabit.ſed antecedẽs nõ eſt neceſſarium abſolutè, ſed tantum neceſſitate immutabilitatis,quia poſito, quòd ſciat,non poteſt mutari de ſcire in non ſcire,cum hoc tamen ſtat contingẽtia rerum. Et declaratur à ſimili,ſicut.n. impoſſibile eſt me videre Sortem currere, & quòd ipſe non currat, quia viſus meus fertur ſuper illum curſum,vt eſt in mea præſentialitate , nec tamen viſus meus imponit illi curſui aliquam neceſſitatem , ita nec Diuina ſcientia rebus præſcitis. Et tamen in his aliqua differẽtia,quia ego poſſum mutari de videre in non videre curſum Sortis,Deus autem ſi pręſciuit aliquid, non poteſt poſtea non pręſcire.

¶ Quinque argumenta Aureoli ſunt ſoluta alibi,quę tamen facit hic.

*Concluſio II.* Diuina prouidentia nullam neceſſitatem abſolutam imponit rebus contingentibus præuiſis , huius probatio patet ex pręcedenti concluſione.

Cõtra arguit Aureolus.† primò, quæcunque eueniunt immutabiliter, eueniunt neceſſariò neceſſitate abſoluta,ſed omnia præuiſa eueniunt immutabiliter, cum eueniant infallibiliter:ergo,&c.

*Aureo. hic.*

¶ Reſpondeo. Primò negatur maior, vt patet ex prædictis.

¶ Dico ſecũdò,quod dupliciter aliquid poteſt euenire immutabiliter. Vno modo propriè,quia ſi eſt venturum,& non poteſt mutari de venturo in non venturum,niſi fortè quando ponetur in actu, quia tunc erit,& tamen non erit futurũ, & ſic cõceditur minor, & negatur maior. Alio modo impropriè, quia ſcilicet non eſt in potentia aliter facere, quin illud eueniat,& ſic negatur minor, nec ſic euenire immutabiliter eſt idem cum euenire infallibiliter, quia infallibilitas importat ſolam negationem deceptionis,& fallaciæ , puta quia eximatur aliquid eſſe futurum,quod tamen non eueniet,quod non poteſt eſſe in Deo. Immutabilitas autem iſto ſecundo modo dicit negationem nõ ſolum mutabilitatis, ſed eſſe potentiæ ad oppoſitum. Certum eſt autem in Deo eſſe talem potentiam, qua poteſt facere,ne futura eueniant.

*Vtrum diuina prouidẽtia rebus contingentibus neceſſitatem imponat.*

*Concluſio III.* Prædeſtinatio non imponit neceſſitatem abſolutam prædeſtinatis ad ſaluandum, quin quilibet eorũ ſe-

Digitized by Google

ſecundum ſe poſſit damnari, non tamen iſta copulatiua eſt poſſibilis,iſte eſt prædeſtinatus,& iſte nõ ſaluabitur, primam partem ponit S.D.primo diſt.40 q.3.ar. 1.& eius probatio patet ex præcedentibus.Sic enim res alba poteſt eſſe nigra, non tamen ſecundum, quòd eſt alba,ita ille,qui eſt prædeſtinatus,poteſt damnari,non tamen,vt ſtat ſub prædeſtinatione. Iſta ergo propoſitio, prædeſtinatus poteſt damnari,eſt vera in ſenſu diuiſo, & eſt falſa in ſenſu compoſito, ſicut & iſta,album poteſt eſſe nigrum,licet in eis ſit duplex diſſimilitudo. Primò quia res alba poteſt mutari de albedine in nigredinem,prędeſtinatus autem non poteſt mutari de prædeſtinato in non prædeſtinatum.Secundò quia prędeſtinatus poteſt nũquam fuiſſe prædeſtinatus quia actus prædeſtinationis nunquam cadit in præteritum ſicut,nec in futurum,albũ autem non poteſt non fuiſſe album

*Duplex diſſimilitudo inter hæc, prædeſtinatus pōt dãnari, & albũ pōt eſſe nigrum.*

Contra arguit Aureolus.Si prædeſtinatus immutabiliter ſaluatur,& pręſcitus immutabiliter damnatur: ergo præſcitus fruſtra conatur ad bonum, & per conſequens datur ei materia deſperandi.

*Aureol.*

Reſpondeo,negatur conſequentia, quia licet non poſſit tollere actum Diuinæ voluntatis,poteſt tamen facere aliqua,cum quibus non ſtat prædeſtinatio, .ſ. peccare vſque in finem.

Secundo arguit. Manente conditione immutabili,fatuum eſt conari ad tollendum id.quod eſt immutabile: illa cõditione manente,ſicut fatuum eſt conari,quòd Sortes non moueatur,manente conditione,quod currat,ſed prædeſtinatio. & prouidentia ſemper manent:ergo ſi res eueniant neceſſario, vt ſtant ſub prouidentia,& prædeſtinatione,fatuum eſt conari ad oppoſitum.

Reſpondeo.Cõceditur totum in ſenſu compoſito,vanum eſt .n.conari,quod aliquid ſimul ſit prouiſum,& non eueniat.Sed in ſenſu diuiſo negatur maior, quia ſignificat,quod demoſtrata re,quæ immutabiliter eueniet,ſuppoſita conditione aliqua,quę ſtat,& eſt mutabilis,vanum ſit conari ne res cui talia accidunt eueniant.Abſolutè enim loquendo poſſibile eſt illum reſpectum rationis poſitum à prædeſtinatione in Deo, vel in re prędeſtinata nõ eſſe,cũ nõ ſit neceſſe eſſe,licet poſito quod ille reſpectus ſit,vel poſſit poſtea non eſſe, & quia ille reſpectus cõſequitur actum diuini intellectus & diuine volũtatis,qui nunquam tranſit in præteritum, etiam ipſe nunquam eſt pręteritus,vnde nõ eſt neceſſario in ęter nitate,niſi neceſſi tate immutabilitatis.

*Concluſio* IV. Fatum non imponit omnibus fatatis neceſſitatem. Hanc ſic probat.1.q.16.ar.3. Effectus corporum cœleſtium, & aliarum cauſarum ſecundarum poteſt impediri, ſaltem in omnibus neceſſitatem, conſequentia patet, quia talis ordo ſecundarum cauſarum ad aliquos effectus dicitur fatum.

*Concluſio V*. Diuina prouidentia eſt certa, & infallabilis, & eius certitudo addit ſupra certitudinem præſciẽtiæ. Prima pars ſic probatur, tertio contra gen.cap.93.diuina prouidentia non poteſt falli ex mutatione Diuinæ voluntatis,nec ex cauſis ſecũdis,cum omnes adminiſtrent Diuinæ prouidentiæ, nec ex defecto virtutis actiuæ,& paſſiuæ in rebus,cum omnis virtus actiua, & paſſiua ſit in eis ſecundum diſpoſitionem Diuinæ prouidentię:ergo nullo modo eſt fallibilis. Secunda pars ſic probatur,de veri.q.7.ar 3.præſcientia dicit tantum certitudinem cognitionis, prouidentia aũt dicit certitudinem cognitionis,& ordinis:ergo additur ad certitudinem præſcientiæ.

*Concluſio VI*. Certitudo prædeſtinationis addit ad certitudinem prouidentiæ.Hanc ſi probat vbi ſupra. Certitudo prouidentiæ non eſt reſpectu particularis, niſi, quando cauſa proxima neceſſario producit effectum, ſed prædeſtinatio eſt certa etiam reſpectu particularis, licet cauſa proxima puta liberũ arbitrium non neceſſario agat,ergo.Poteſt.n. eſſe certitudo ex concurſu multarum cauſarum deficere poſſibilium, quarum vnam Deus ordinat loco eius, quæ deficit,ita eſt in propoſito,nam liberum arbitrium poteſt deficere à ſalute, tamen in eo quem Deus prædeſtinat, tota tanta adminicula ponit,puta exhortationes,orationes,& huiuſmodi, quod tandem ſaluabitur.

*Concluſio VII*. Licet tam numerus prędeſtinatorum quam reprobatorum eſt in Deo certiſſimus, tam materialiter quam formaliter, taliter eſt certus primus quam ſecundus. Prima pars ſic probatur.1.q.23.art.7.Deo eſt certum,qui & quot ſaluabuntur: ergo numerus prę-

de-

Digitized by Google

deſtinatorum, & præſcitorum eſt Deo certus tam materialiter quàm formaliter. Secunda pars ſic probatur. de veri. q.6.ar.4.certitudo prædeſtinationis, eſt certitudo cognitionis,& ordinis, certitudo autem præſcientiæ eſt certitudo cognitionis tantum:ergo aliter eſt certa prædeſtinatio quàm præſcientia.

*Aureo. hic.*

Contra arguit Aureol.†.Si Deus præfiniret numerum prędeſtinatorũ, ſequitur quòd non vellet omnes ſaluos fieri, cuius oppoſitum dicit apoſtolus, ſequitur etiã,quod aliquos deſtinaret ad peccatum,ſed hoc eſt falſum: ergo.

Reſpondeo,negatur conſequentia, pro prima parte,loquendo de voluntate antecedente de voluntate autem cõſequente concedo,nec ſic loquitur apoſtolus, negatur etiam conſequentia pro alia parte, quia Deus nullum deſtinat ad peccatum, licet aliquos non deſtinet ad vitam,quos præſcitis eorum meritis, ordinat ad pœnam. Nec valet iſta conſequentia. Deus non deſtinat iſtum ad vitam:ergo deſtinat ad peccatum, quia datur medium, ſcilicet permittere peccatum,quod tamen non eſt deſtinare ad peccatum.

*Ne in errorem prorum pas,intelligę hac noſtras ſuperaremintes.*

*Additio quæ eſt ſolutio argumentorum recentiorum per M. Mauritium de Gregorio.*

*In hac 37.diſt. & duabus quæſt.ſequẽtibus confutãtur hæreſes dãnatæ, vt in noſtro Cõmentario in text. Magiſtri, & confutantur etiam hæreſes, quæ ſunt in Abecedario, & in Ethimologijs hæreſum, & confutantur ſimilitèr Idolatriæ, vt in Abecedario Idolorum in principio, vide ibi litera P. & F. Ac ẽt confutantur falſæ Theologiæ Fænicum, Egyptiorum, Græcorum, Atlanticorum, Frigiorum, Gentiũ, &c. ab Euſebio in primo, ſecũdo,tertio,& quarto libro de præparatione Euangelica contra Theologiam fabuloſam Poetarum antiquorum.*

*Loca ſolutiua argumẽta aduerſariorum Magiſtri Mauritij vltra commentaria textuũ & loca cõtra hæreſes,&c.*

*Ex concluſionibus,probationibus,& ſolutionibus argumentorũ Capræoli ſoluuntur argumenta Vulpes,& aliorum recẽtiorum facile, vt facit Ariſt. ad argumenta Antiquorum, quod veritatis cognitio dubiorum eſt ſolutio, & cum Cardinali Bellarmino dicente in libro de Scriptoribus Eccleſiaſticis de Ioanne Capræolo, quòd Io.Capræolus ſit defenſor Egregius Sancti Thomæ, & optimè diſſoluit omnia argumenta aduerſariorum, dicunt verba formalia Bellarmini, ergo ſi optimè diſſoluit per Bellarminum ſunt ſoluta argumenta cum his doctrinis hic: Sicut ſoluit Ariſtotelis cõtra antiquos dicendo in 3. de Cælo veritatis cognitio,dubiorum eſt reſolutio.*

*Reſpondetur ſecundo, cum Cardinali Sarnano Franciſcano doctiſſimo, cum trigeſimaſexta concordantia, & ſimilitèr cum trigeſimaquinta cõcordantia Bonæherbę.*

*Argumenta verò Vaſquez, Valentiæ, Molinæ, Suarez, &c. quia colliguntur, & ſoluuntur, clarè, diſtinctè, & breuitèr à Ripa, à Nazario, à Conſales, à Nauarretto, à Zenardo, & præcipue à Montagnolo, in 1.part.D.Th.q.22.de prouidentia Dei & q.23.de prædeſtinatione Dei.*

*Vide noſtram expoſitionẽ Mag. Petri Lombardi aperientem mentem huius materiæ in folio 60. & infra pro 3.reſponſione Vulpes. Ac ẽt vide 1. 2.& 3.folium pro alijs reſpontionibus ad argumenta eiuſdem Vlpes.*

## DISTINCTIO. XXXVIII.

### Quæſtio. I.

IN diſt.38.quęritur. Vtrum prædeſtinati de neceſſitate ſaluentur.

Pro quęſtione hęc eſt prima cõcluſio. Prędeſtinatio eſſentialiter pertinet ad intellectum. Hanc ſic probat. de veri. q 6. ar.1 Quicquid eſt ratio ordinis alicuius rei in vitam æternam, pertinet ad intellectum,cuius eſt ordinare,ſed prædeſtinatio eſt huiuſmodi:ergo,&c.

Contra minorem arguit Aureo. Iſte ordo eſt propoſitum diuinæ voluntatis, aut eſt quid exiſtens in Diuino intellectu obiectiuè, ſed nullum iſtorum eſt prędeſtinatio: ergo, &c. maior patet ex ſufficienti diuiſione, minor probatur. Pro prima parte velle diuinum abſtrahit ab omni futuritione: ergo non eſt prædeſtinatio, quæ reſpicit aliquid, vt eſt fu-

*Aureol.*

fu-

Digitized by Google

*Vtrum prædeſtinatio ſit ordo.*

futurum, ſicut ex vi nominis patet. Secunda pars probatur, prædeſtinatio habet cauſalitatem ſuper conſecutionem gloriæ, ſed ordo exiſtens in intellectu obiectiuè non habet cauſalitatem, quod patet. Si enim eſſet in intellectu Angelico, vel humano non cauſaret ſalutem: ergo, &c.

Reſpondeo, Ordo aliquis non eſt prædeſtinatio, ſed ratio ordinis eſt prædeſtinatio. Et hæc ratio ordinis eſt ipſe diuinus intellectus, & diuina eſſentia, quæ eſt obiectiuè in intellectu, vt cognitum in cognoſcente.

Ad improbationem dicitur, quod habet cauſalitatem eo modo, quo diuina ſcientia adiuncta voluntate, 1. part. q. 19 ar. 4. ad quartum.

*Concluſio* II. Prædeſtinatio addit ſuper prouidentiam. primo ſen. diſt. 40. q. 1. art 2.

*Concluſio* III. Prædeſtinatio realiter eſt in prædeſtinante, & non in prædeſtinato, licet aliquid ponat in prædeſtinato 1. part. q. 23. ar. 2. & 1. ſent. vbi ſupra ar. 1 ad primum.

*Concluſio IV*. Liber vitæ differt ſecundum rationem à prædeſtinatione, licet ſit prædeſtinatio ſecundum rem. 1. part. q. 24. art. 1. Item de veri. q. 7. art. 4 Et primo ſen. vbi ſupra q. 3. ar. 3. Item 3. ſen. di. 31. q. 1. ar. q. 1.

*Difficillima prorſus qũ, ſublimiſque materia per breuis, & quam abſolutiſſimè hic expeditur, vt ſatis doctis faueamus nõ curioſis.*

*Concluſio V*. Reprobatio eſt præſcẽtia iniquitatis cum voluntate permittẽdi caſum in culpam, & inferendi damnationem pro culpa 1 part. q. 23. art. 3. Item primo ſen. vbi ſupra q. 4. ar. 1 Item de veri. q. 6. ar. 1. ad vltimum.

*Concluſio VI*. Reprobatio aliter ſe habet ad malum reprobati, quàm prædeſtinatio ad bonum prædeſtinati. 1. part. q. 23. ar. 3. ad 2.

*Concluſio. VII*. Notitia, quàm Deus habet de reprobatione malorum, non dicitur liber mortis, ſicut notitia, quàm habet de prædeſtinatione beatorum, dicitur liber vitæ de veri. q. 7. ar. 8 Item 1. part. q. 24. ar. 1. ad 3. Item tertio ſent. q. 2. ar. 2. licet videatur à prædictis diſſonare.

*Additio quæ eſt ſolutio argumentorum recentiorum per M. Mauritium de Gregorio.*

*In hac* 38. *Diſtinct. & vnica quæſtione ſequenti confutantur hæreſes damnatæ, vt in noſtro Commentario in text. Magiſtri, & confutantur etiam hæreſes, quæ ſunt in Abecedario, & in Ethimologijs hæreſum, & confutantur ſimilitèr Idolatriæ, vt in Abecedario Idolorum in principio vide ibi. lit. N. P. & S. Et etiã confutantur falſæ Theologiæ Fænicum, Egyptiorum, Græcorum, Atlãticorum, Frigiorum, Gentium, &c. ab Euſebio in primo, ſecundo, tertio. & quarto libro de præparatione Euãgelica contra Theologiam fabuloſam Poetarum antiquorum.*

*Loca ſoluẽtia argumẽta aduerſariorum Magiſtri Mauritij vltra commentaria textuũ loca contra hæreſes, &c.*

*Ex cõcluſionibus, probationibus, & ſolutionibus argumentorum Capræoli ſoluũtur argumenta Vulpes, & aliorũ recentiorum facile, vt facit Ariſtot. ad argumenta Antiquorum, quod veritatis cognitio dubiorum eſt ſolutio, & cum Cardinali Bellarmino dicente in libro de Scriptoribus Eccleſiaſticis de Ioanne Capræolo, quòd Ioa. Capræolus ſit defenſor Egregius Sancti Thomæ, & optimè diſſoluit omnia argumenta aduerſariorum: dicunt verba formalia Bellarmini, ergo ſi optimè diſſoluit per Bellarminum ſunt ſoluta argumẽta cum his doctrinis hìc: Sicut ſoluit Ariſtotelis cõtra antiquos dicendo in 3. de Cœlo veritatis cognitio, dubiorum eſt reſolutio.*

*Reſpondetur ſecundò, cum Cardinali Sarnano Franciſcano doctiſſimo, cum trigeſimaſeptima concordãtia, & ſimilitèr cum trigeſimaſexta concordantia Bonaherbæ.*

*Argumenta verò Vaſquez, Valentiæ, Molinæ, Suarez. &c. quia colliguntur, & ſoluuntur, clarè, diſtinctè, & breuitèr à Ripa, à Nazario, à Conſales, à Nauarretto, à Zenardo, & præcipuè à Montagnolo, in prima parte D. Th. de prædeſtinatione q. 23. Vide noſtrã expoſitionẽ Magiſtr. Petri Lõbardi aperiẽtẽ mentẽ huius materiæ in fol. 60. & infra hìc, pro 3. reſp. Vulp. Ac etiam vide 1. 2. & 3. foliũ pro alijs reſponſionibus ad argumẽta eiuſdem Vulpes.*



Digitized by Google

## DISTINCTIO XXXIX.

### Quæſtio. 1.

IN diſtinct.39. Quæritur vtrum prę́ſcientia meritorum ſit cauſa prædeſtinationis.

Pro hac quæſtione hæc eſt prima concluſio. Nec merita, nec demerita ſunt cauſa prædeſtinationis ex parte actus prædeſtinantis, hanc ſic probat 1. parte. q. 23. ar. 5 Quicquid eſt cauſa actus prædeſtinantis eſt cauſa Diuinę voluntatis, quam includit prædeſtinatio, ſed nulla eſt cauſa diuinæ voluntatis: ergo &c.

*Concluſio II.* Effectus prædeſtinationis non datur alicui propter merita exiſtentia in alia vita.

Reijcitur opinio Pelagij. *Concluſio III.* Merita exiſtentia in hac vita non ſunt ratio effectus prædeſtinationis, eo modo quo dixit Pelagius, dicens, quod alicui datur effectus prędeſtinationis, & alteri non quia vnus dedit initium, ſe pręparando, & alius non.

*Concluſio IV.* Merita ſequentia effectum prædeſtinationis non ſunt cauſa prędeſtinationis.

*Concluſio V.* Licet aliquis effectus prędeſtinationis in particulari habeat cauſam ex parte noſtra, nam gratia eſt cauſa meritoria glorię, tamen totalis effectus prędeſtinationis nullā habet cauſam ex parte noſtra.

*Concluſio VI.* Diuina bonitas eſt cauſa totalis effectus prędeſtinationis, omnes iſtas concluſiones ponit. S. T. 1. part. q. 23.

*Concluſio VII.* Ex diuina bonitate ſumitur ratio prædeſtinationis, & reprobationis aliquorum hanc ſic probat vbi ſupra ad tertium. Ex eo ſumitur ratio prędeſtinationis, & reprobationis, vnde ſumitur ratio manifeſtationis Diuinæ iuſtitiæ, & miſericordię, quia per prædeſtinationem manifeſtatur miſericordia, & per reprobationem iuſtitia, ſed diuina bonitas eſt ratio, ꝙ manifeſtetur in rebus iuſtitia, & miſericordia: ergo, &c.

Aur. hic q. 1 Arguit Aureo. † contra. Primo dato quod nullus eſſet reprobatus, adhuc manifeſtaretur in beatis iuſtitia, cum apoſtolus dicat, redditam eſſe ſibi coronam iuſtitię: ergo ratio reprobationis non eſt manifeſtatio iuſtitię.

¶ Reſpondeo, negatur conſequentia, quia ſi nullus damnaretur non reluceret diuina iuſtitia tot modis, non. n. reluceret iuſtitia punitiua ęternaliter.

Secundò arguit. Nullum per ſe intentum eſt ratio eius, quod eſt intentum ſolum per accidens, ſed iuſtitia Dei eſt intenta per ſe, & reprobatio per accidēs, cum ſit malum: ergo iuſtitia non eſt cauſa reprobationis.

¶ Reſpondeo, negatur minor pro ſecunda parte. Præſciens enim Deus aliquorum peccata quæ nullo modo ab eo ſunt intenta, propoſuit non liberare eos in præſenti, ſed punire in futuro, quod eſt reprobare, nec eſt verum quod reprobatio ſit mala, vnde Deus reprobando aliquos, non facit malum, ſed proponit permittere mala, vt inde eliciat aliquod bonum, ſcilicet aliquem gradū perfectionis vniuerſi, & hoc pertinet ad optimum prouiſorem, licet hoc cedat in malum aliquarum particulariū partium vniuerſi, quia bonitati pręponderat bonitas vniuerſi. Reprobare pertinet ad optimū prouiſorem.

Dico ſecundò, quod reprobatio reſpicit duo, ſcilicet malitiam, & punitionē tamen aliter, & aliter, quia punitio cum cadat ſub recto ordine prouidētię, & reprobationis, quæ eſt pars prouidentię, ordinatur ad aliud. ſ. ad manifeſtationē diuinæ iuſtitiæ, & etiam ad ipſam aliud ordinatur. ſ. culpa. Malitia vero quia exit à recto ordine, ordinatur tantum ad aliud. ſ. ad pœnam, nec ad ipſam malitiā aliud ordinatur. Reprobatio diuerſimodè pœnam, & malitiā.

Contra arguitur. Omne prouiſum à Deo eſt tātum à Deo, ſed malitia ex dictis in hac reſpōſione eſt prouiſa à Deo: ergo ſequitur, quòd ſit creata à Deo.

¶ Reſpondeo, negatur maior de eo, quòd eſt prouiſum ſolum prouidentia approbationis. Prouidētia Dei.

Tertio ſic arguitur. Nulla iuſtitia punitiua eſt per ſe intenta, ſicut nec pœna: ergo reprobatio nō eſt in aliquo, vt eluceat iuſtitia punitiua.

¶ Reſpondeo, negatur antecedens, cū omnis ſpiritus iuſtitię ſit quædam perfectio, & per conſequens propter ſe appetenda, concedo tamen, quod pœna non appetitur propter ſe, ſed propter ordinem iuſtitię, in ea relucentem. duplex, conceſſionis, & approbationis.

*Concluſio VIII.* Sola diuina voluntas eſt ratio, quòd iſtos reprobet, & illos eligat in gloriam, hanc probat. 1. q. 23 ar. 5.

Digitized by Google

artic. 5. ad tertium, authoritate Apoſtoli ad Roman. 9. capit. & Matth. 20.

† Aureo. vbi ſupra.

Vtrum Deus aliquem reprobet pro libito voluntatis.

Contra arguit Aureol. † Quicunque aliquos reprobat pro libito voluntatis ſuæ, videtur delectari in pœnis, & eſſe crudelis, ſed Deus non eſt crudelis: ergo nullum reprobat pro libito voluntatis ſuæ.

Reſpondeo negatur maior, ſi talis nõ intendat pœnam per ſe, ſed ordinem iuſtitiæ quo culpa ordinatur in pœnam, & pœna in relucentiam Diuinæ iuſtitiæ, & illa relucentia in Diuinam bonitatem, quæ omnia ſunt in Diuina reprobatione.

¶ Dico ſecundò, quòd Deus non ordinat hominem ad pœnam purè ex libito voluntatis ſuæ, ſcilicèt abſque demerito hominis, quia licèt nulla ſit cauſa reprobationis ex parte reprobantis, tamen effectus reprobationis habet causã ex parte reprobati, ſcilicèt culpam: quæ nõ eſt effectus reprobationis, ſed eſt cauſa meritoria effectus reprobationis, nec eſt crudelitatis tribuere rei id quod ei conuenit ſecundum eius diſpoſitiones, diſpoſitiones autem peccatoris merentur pœnam æternam.

Additio quæ eſt ſolutio argumentorum recentiorum per M. Mauritium de Gregorio

*In hac 39. diſt. & vnic. q. confutãtur hæreſes dãnatæ, vt in noſtro Cõment. in text. Magiſtri, & confutantur etiam hæreſes, quæ ſunt in Abecedario, & in Ethimologijs hæreſum, & confutantur ſimilitèr Idolatriæ, vt in Abecedario Idolorum in principio vide ibi lit. M. & P. ac etiam cõfutãtur falſa Theologia Fænicũ, Egyptiorũ, Græcorum, Atlanticorum, Frigiorum, Gentium, &c. ab Euſebio in primo, ſecundo, tertio, & quarto lib. de præparatione Euangelica contra Theologiam fabuloſam Poetarum antiquorum.*

Loca ſolutiua argumẽta aduerſariorum Magiſtri Mauritij vltra commentaria textuũ, et loca cõtra hæreſes. &c.

*Ex cõcluſionibus, probationibus, & ſolutionibus argumẽtorũ Capræoli ſoluũtur argumenta Vulpes, & aliorum recentiorum facile, vt facit Ariſtot. ad argumenta Antiquorum quod veritatis cognitio dubiorum eſt ſolutio, & cum Cardinali Bellarmino dicente in libro de Scriptoribus Eccleſiaſticis de Ioanne Capræolo, quòd Io. Capreolus ſit defenſor Egregius Sancti Thomæ, & optimè diſſoluit omnia argumenta aduerſariorum: dicunt verba formalia Bellarmini, ergò ſi optimè diſſoluit per Bellarminum ſunt ſoluta argumenta cùm his doctrinis hic: Sicut ſoluit Ariſtotelis cõtra antiquos dicendo in 3. de Cœlo veritatis cognitio, dubiorum eſt reſolutio.*

*Reſpondetur ſecundo cum Cardinali Sarnano Franciſcano doctiſſimo, cũ trigeſima octaua concordantia, & ſimiliter cum trigeſima ſeptima concordantia Bonæ berbæ.*

*Argumenta verò Vaſquez, Valentiæ, Molinæ, Suarez, &c. quia colliguntur, & ſoluuntur, clarè, diſtinctè, & breuitèr à Ripa, à Nazario, à Conſales, à Nauarretto, à Zenardo, & præcipuè à Montagnolo, in prima parte D. Thom. de ſcientia Dei quæſt. 14. & de prædeſtinatione quæſt. 23.*

*Vide noſtram expoſitionem Petri Lombardi aperientem mentem huius materiæ, vt in folio 60. hic, & infra pro 3. reſponſione Vulpes. Ac etiam vide 1. 2. & 3. folium pro alijs reſponſionibus ad argumenta eiuſdem Vulpes.*

## DISTINCTIO. XXXX.

*Quæſtio. I.*

In diſtinctione 40. Quæritur vtrum in Deo ſit omnipotentia.

Pro quæſtione hæc eſt prima concluſio. Nulla potentia paſſiua adæquat potentiam actiuam Dei, quamuis materia prima poſſit multas formas recipere, ad quas non eſt in potentia naturali. Prima pars ſic probatur, tertiò contra gen. cap. 22. Nulla potentia finita adæquat potentiam infinitam, ſed potentia actiua Dei eſt infinita, & potentia paſſiua materiæ eſt finita, cum non ſit ad quantumcumque quantitatem, vt dicit philoſophus 3. phyſic. † nec ad omnem formam, ſed tantum ad formas naturales: ergo, &c. Secunda pars probatur. Multas formas poteſt inducere Deus in materia, † Tex. 59.



Digitized by Google

quæ non poſſunt induci per agens naturale, vt eſt glorificatio corporum, & alia huiuſmodi: ergo materia non eſt ad eas in potentia naturali.

Contra ſecundam partem arguit Aureol.† primo. Si ignobilior differentia eſt in natura opus ē, & nobiliorē differentiā in natura eſſe in eodem ordine, ſed potentia materiæ, & actus ſunt differentiæ quarum ignobilior, ſcilicet materia, eſt nata recipere omnes formas, vt dicit Cōment. primo phyſ. comm. 69. oportet ergo dare vnum actum infra eundem ordinem, ſcilicet in ordine creaturæ, quòd poſſit trahere materiā ad omnes iſtas formas.

*Aureol. in 2. diſt. 41. q. 1.*

Reſpondeo, & dico primò, quòd in materia eſt duplex potentia. Vna eſt potentia naturalis, quæ non eſt aliud ab ipſa eſſentia materiæ cum reſpectu ad actū primum, qui eſt eſſe inducibilē per agēs naturalē, propter hoc enim potentia materiæ non diſtinguitur ab eius eſſentia, quia actus, & potentia ſunt in eodem genere, ſed actus quem primo, & per ſe reſpicit potentia materiæ eſt eſſe ſubſtantiale: ergo potentia materiæ eſt in eodē genere, ſcilicet in genere ſubſtantiæ, omnis autem diſtincta ab eſſentia eius cuius eſt potentia eſt accidens. Alia eſt potentia obedientialis, quę etiam eſt ipſa eſſentia materiæ ſecundum rem, ſed addit reſpectum ad potentiam actiuam Dei. Dicitur enim potentia obedientialis in ordine ad ea quæ poſſunt induci tantum per agens ſupernaturale, loquendo ergo de potentia naturali conceditur maior, ſed de obedientiali negatur, quia agens, quod inducit formam, ad quam materia eſt in potentia obedientiali, nō eſt in eodem ordine cum materia, ſed extra omnem ordinem creaturæ, & iſte eſt Deus.

*Potētia materiæ duplex naturalis, & obedientialis.*

¶ Dico ſecundò, quòd præter hoc ſūt in materia etiam inchoationes formarū, & pertinent ad potentiam paſſiuam eius, cum non ſint aliud niſi habilitas materiæ ad recipiendam. Sunt etiam rationes ſeminales, quæ non ſunt aliud quam virtus actiua incompleta in natura, vt calor, frigus, forma ignis, virtus ſolis, & huiuſmodi, & dicuntur ſeminales, quia rerum indiuiduis primò creatis collatæ ſunt, vt ex eis quaſi ex ſeminibus producerentur, & multiplicarentur res naturales. Præter iſtas dantur etiam formæ primordiales, quæ ſunt ipſæ formæ rerū, vt exiſtunt in arte Diuina. Nam vt ſic ſunt principia prima rerum producendarum 2. diſtinct. 18. quæſtio 1. articul.

*In materia ſunt inchoationes formarum rationes ſeminales.*

*Formæ primordiales.*

Contra id quod dictum eſt de potentia obedientiali arguit ſic Aureol.† Si potentia obedientialis eſt eſſentia materiæ, cum tali reſpectu, ſequitur quòd ſit quid poſitiuum, ſed hoc eſt falſum: ergo, maior patet, minor probatur, creaturæ quæ non dum creatæ ſunt, dicuntur eſſe in potētia creatoris, ſed hoc nō eſt de ratione alicuius poſitiui, quod ſit in eis: ergo, &c.

*† Aureol. vbi ſuprà. Verum potētia obedientialis ſit eſſentia materiæ cum tali reſpectu.*

Et confirmatur, quia illa relatio, quā dicis fundari in materia in ordine ad Deum, eſt etiam ipſa in potentia obedientiali: ergo fundat aliam relationē, & illa aliam, & ſic in infinitum.

Reſpondeo, quòd duplex eſt potentia obedientiæ, Vna ad recipiendum, & hoc conuenit tantum materiæ, & loco, & alijs potentijs receptiuis, & talis potentia eſt quid poſitiuum. Alia eſt potentia ad eſſe, vel non eſſe, & iſta conuenit omni naturæ in ordine ad Deum prima potentia eſt realis, & de tali loquebamur, ſecunda eſt rationis, & de tali procedit argumētum, relatio enim rationis poteſt fundari in re non exiſtente.

*Duplex potentia obedientiæ.*

Ad confirmationem dico, quòd illa relatio eſt in potentia obedientiæ ſecundo modo, & non primo modo.

¶ Dico ſecundo, quod potentia obedientiæ quam habent ea, quæ nunquam producentur, & quæ ſolum ſunt creabilia, non eſt aliud ab illa relatione rationis, illa autem, quæ licèt nunquam erūt, tamen non tantum ſunt creabilia, ſed quæ Deus poſſet materiæ imprimere, nunquam imprimet, habent potentiam, quæ eſt relatio realis in materia fundata, & ad Deum terminata.

Secundo principaliter arguit. Si materia eſt in potentia ad aliquam formam, quæ non poteſt induci per agens naturale, hoc eſſet maximè de illis, quæ fiunt per miraculum, vt eſt reſurrectio mortuorum, ſed talis forma ſcilicèt anima poteſt induci per agens naturale ordine quodam, vt dicitur 8. metaph. commēt. 18. nam cadauer reſoluitur in quatuor elementa, deinde formæ, quæ ſunt inter quatuor elementa generabuntur, & ſic vita generabitur neceſſario.

¶ Reſpondeo, negatur minor, quam iſte probat vno exemplo vniuerſaliter, quæ probatio eſt nulla. Multæ enim aliæ

*Explicatio formarū quæ nequeunt induci ab agente naturali.*

Digitized by Google

aliæ formæ ſunt quæ nullo modo poſsũt induci ab agente naturali creato, vt patet de ſubtilitate, & agilitate, & alijs dotibus corporum glorificatorum, vt patet de ſtella, quæ Magis apparuit, vt patet de loquutione aſinæ Balaam, & de huiuſmodi.

*Concluſio* II. Potentia Dei eſt omnipotentia, probat hanc ſic. ſecundo contra gent.cap.22. illa potentia eſt omnipotentia, quæ poteſt in omne ens, ſed potentia Dei eſt huiuſmodi: ergo, &c. maior patet ex terminis, minor probatur, omnis virtus perfecta poteſt in omnia, quę continentur ſub ſuo adęquato obiecto, ſed potentia Dei eſt perfecta, & eius obiectum adęquatum eſt ens, cum vniuerſaliſſimę cauſę reſpondeat vniuerſaliſſimus effectus: ergo poteſt in omne ens.

Ex hoc ſequitur primò corollariè, q̄ Deus dicitur omnipotens, quia poteſt in omne, quod non implicat contradictionem, probatur 1.par.quæſt.25.art.3. Deus dicitur omnipotens, quia poteſt omne, quod habet rationem entis, ſiue quod poteſt eſſe terminus actionis, ſed omnia, quæ non implicant contradictionem poſſunt habere rationem entis: ergo, &c.

Corollarium ſecundum. Deus non poteſt facere præterita non fuiſſe, probatio huius eſt, quia præterita non fuiſſe implicat contradictionem.

*Aureo. vbi ſupra. Vtrum Deus poſſit facere implicans contradictionem.*

Contra primum corollarium, arguit Aureol. Deus poteſt facere accidens ſine ſubſtantia, & animal ſine omni membro organico, & duo corpora eſſe ſimul in eodem ſitu, & aliquid ex nihilo, ſed omnia iſta implicant contradictionem: er. Deus poteſt facere aliqua, quæ implicãt contradictionem.

Ex his concludit, quod poteſt omnia illa, quæ non repugnant primo principio, ſcilicèt quòd affirmatio, & negatio non poſſunt ſimul eidem conuenire, huic autem principio dicit repugnare tantum illa, in quibus oppoſitum diffinitionis prædicatur de diffinito.

*Nullum verum eſt contrarium rationi naturali, licet aliquod ſit ſupra.*

Reſpondeo. Primò dico, quòd quicquid Deus poteſt facere, poteſt etiam nobis reuelare ſaltem ſucceſſiuè, & ſi fortè non ſimul. Deus autem non poteſt nobis reuelare aliquid contrarium rationi naturali, cum omne quod Deus reuelat, ſit verum, & nullum verum contrarium ſit rationi naturali, licèt aliquod verum ſit ſupra rationem naturalem.

¶Dico ſecundò, quòd non ſolum eſt impoſſibile id, quod repugnat propoſitioni veræ in primo modo dicendi per ſe, in quo diffinitio prædicatur de diffinito, ſed etiam eſt impoſſibile id, quod repugnat propoſitioni veræ in ſecundo modo dicendi per ſe, nam iſta eſt ſimpliciter impoſſibilis, aliqua humanitas eſt, quæ non dependet à Deo, & iſta, aliquid diſtinctũ à Deo eſt æquale Deo, & multæ tales propoſitiones in quibus propria paſſio negatur de ſubiecto ſuo quas De de ſua potentia abſoluta non poſſet verificare.

*Impoſſibile quoque dici quod repugnãs ſecundo modo dicendi per ſe.*

¶Dico tertiò ad exempla, & ad primum dico, quod nõ eſt contradictio accidens eſſe ſine ſubiecto, quia eſſe in ſubiecto non eſt diffinitio, nec propria paſſio accidẽtis, ſed eius diffinitio eſt, quod accidens eſt res, cui debetur eſſe in ſubiecto, vt dicit Auicenna, & S. Doct. in pleriſque locis. Animal verò eſſe ſine mẽbris organicis eſt ſimplicitèr impoſſibile, quia vt dicit ſecundo contra gent.c.49 Omne compoſitum ex materia eſt quantum, quia quantitas eſt propria paſſio ſubſtantiæ corporæ: & 4. diſtin.10. q.2. ar.3. dicit quod organizatio eſt de ratione corporis viui. Ad alia exempla dico quod non implicant contradictionẽ, de duobus quantis ſimul exiſtentibus in eodem loco probat 4.di44.q.1.art.1.q.3.ad ſecundum, de fieri aliquid ex nihilo. probat prima quæſt.45.art.5.& ſecundo contra gen.c.16.& 17.& 18.

*Impoſſibile eſt animal eſſe non organicum.*

Contra ſecundum corollarium arguit Gregor.† primo. Deus poteſt facere Adam non fuiſſe: ergo poteſt facere præterita non fuiſſe, conſequentia patet, antecedens probatur, quia Adam non fuiſſe, non implicat contradictionem: ergo, &c. conſequentia patet, antecedẽs probatur, hoc prædicatum non fuit non repugnat huic ſubiecto Adam cum aliquãdo ſteterit in veritate cum tali ſubiecto, nam antequam Adam fieret hæc erat vera, Adam non fuit.

*† Greg.q.2. Vtrum Deus poſſit facere, quod præterita nõ fuerint.*

Reſpondeo, aliquid dicitur impoſſibile dupliciter. Vno modo ſimpliciter, & per ſe. Alio modo per accidens, impoſſibile per ſe eſt id, quod habet impoſſibilitatem ex repugnantia terminorum, & hoc modo iſta non eſt impoſſibilis. Adam non fuit, vt argumentum probat. Impoſſibile per accidens eſt, quando ſubiecto accidit oppoſitum prædicati, & hoc

*Impoſſibile duplex per ſe, & per accidens.*

Digitized by Google

hoc modo iſta eſt impoſſibilis, Adam non fuit, quia huic ſubiecto Adam accidit præteritio, cui repugnat hoc prædicatum, non fuit.

¶ Dico tamen, quòd iſta eſt impoſſibilis per ſe, præteritum nõ fuit, quia æquipollet iſti, id quod fuit non fuit: quando autem dicimus Deum non poſſe impoſſibilia, non ſolum loquimur de impoſſibilibus per ſe, ſed etiam per accidens.

Contra, præteritio eſt accidens commune, cum non ſequatur ex principijs eſſentialibus Adæ: ergo Deus poteſt eã remouere ad Adam, & per conſequens facere, quòd non fuerit.

*Præteritum non fuiſſe ẽ impoſſibile per ſe.*

¶ Reſpondeo, negatur conſequentia, quia licet præteritio Adæ ſit accedẽs cõmune, tamen eſt ab eo inſeparabile, quia conſequitur propriam cauſam factiuam Adæ ſcilicet productionem eius.

Secundò, arguit ſic. Deus poteſt æternaliter non voluiſſe vnquam producere Adam, cum non produxerit ex neceſſitate naturæ ergo poteſt eum non produxiſſe.

Reſpondeo, negatur antecedens, non quòd ſit neceſſarium ſimpliciter Deum voluiſſe productionem Adæ, ſed quia eſt neceſſarium neceſſitate immutabilitatis.

Tertiò. Si Deus non poteſt facere quòd præteritum non fuerit ſequitur quod poteſt eſſe mendax, hoc eſt falſum: ergo, &c. conſequentia probatur, poſito quod Deus reuelauerit mihi Antichriſtum eſſe futurum, & cauſauerit in me aſſenſum reſpectu talis propoſitionis, tunc arguo ſic, Deus non poteſt facere, quin reuelauerit per te, & tamen poteſt facere, quòd Antichriſtus non eueniat: ergo Deus poteſt me decipere, & ſic poteſt eſſe mendax.

Reſpondeo, negatur conſequentia, quia ſtante reuelatione Diuina, neceſſe eſt Antichriſtum euenire neceſſitate immutabilitatis, licet non neceſſitate abſoluta. Et ſi poneretur, quòd Antichriſtus nõ eueniet, ſtatim deponeretur iſta, Deus reuelauit Antichriſtum eſſe futurum. Et ſic eſt dicendum de omnibus huiuſmodi propoſitionibus. Patet ex dictis, & ex his quæ dicentur diſtinct. 45. quantum valeat diſtinctio de neceſſariò ſimpliciter, & de neceſſariò immutabiliter, & de neceſſariò per ſe, & neceſſariò per accidens. Nam ſine his multa argumenta diſſolui non poſſunt.

*In hac 40 diſt. & vnic. q. ſeq. confutantur hæreſes damnatæ, vt in noſtro Commentario in text. Magiſtri, & confutantur etiam hæreſes, quæ ſunt in Abecedario, & in Ethimologijs hæreſum, & confutantur ſimiliter Idolatriæ, vt in Abecedario Idolorum in principio vide ibi littera D & P. ac et confutantur falſæ Theologiæ Fænicum, Egyptiorum, Græcorum, Atlanticorum, Frigiorum, Gentium, &c. ab Euſebio in primo, ſecundo, tertio, & quarto libro de præparatione Euangelica contra Theologiam fabuloſam Poetarum antiquorum.*

*Additioque eſt ſolutio argumentorum recentiorum per M. Mauritium de Gregorio.*

*Ex cõcluſionibus, probationibus, & ſolutionibus argumentorũ Capræoli ſoluuntur argumenta Vulpes, & aliorum recẽtiorum facile, vt facit Ariſt. ad argumenta Antiquorum, quod veritatis cognitio dubiorum eſt ſolutio, & cum Cardinali Bellarmino dicente in libro de Scriptoribus Eccleſiaſticis de Io. Capræolo, quòd Io. Capræolus ſit defenſor Egregius Sancti Thomæ, & optimè diſſoluit omnia argumenta aduerſariorum. dicunt verba formalia Bellarmini, ergo ſi optime diſſoluit per Bellarminum ſunt ſoluta argumenta cum his doctrinis hic: Sicut ſoluit Ariſtotelis contra antiquos dicendo in 3. de Cælo veritatis cognitio dubiorum eſt reſolutio.*

*Loca ſolutionis argument. ta aduerſariorum Magiſtri Mauritii vltra commentaria textuũ loca contra hæreſes, &c.*

*Reſpondetur ſecundò cum Cardinali Sarnano Franciſcano doctiſſimo, cum trigeſimanona cõcordantia, & ſimiliter cum trigeſimaoctaua concordantia Bonæherbæ.*

*Argumenta verò Vaſquez, Valentiæ, Molinæ, Suarez, &c. quia colliguntur, & ſoluuntur, clarè, diſtinctè, & breuiter à Ripa, à Nazario, à Conſales, à Nauarretto, à Zenardo, & præcipue à Montagnolo, in prima parte Diu. Thom. de Potentia Dei quæſt. 25.*

*Vide noſtram expoſitionem Petri Lombardi aperientem mentem huius materiæ, vt in folio. 60. hic.*

Ac

Digitized by Google

*Ac etiam vide* 1. 2. *&* 3. *folium pro alijs reſponſionibus ad argumenta eiuſdem Vulpes.*

## DISTINCTIO. XLI.

### *Quæſtio.* I.

IN diſtinctione 41. quæritur. Vtrum Deus ex ſua infinitate poſſit omnem creaturam in infinitum facere.

Pro meliore quæſt. hæc eſt prima concluſio. Deus non eſt infinitus ſecundum quantitatem molis continuam, vel diſcretam. Prima pars probatur. Omne continuum eſt corporeum, ſed Deus non eſt corporeus: ergo. Secunda pars probatur. Deus eſt tantum vnus ergo non eſt infinitus diſcrete.

*Concluſio II.* Deus non eſt infinitus priuatiuè, hanc ſic probat de potent. q. 1. artic. 2. Omne infinitum priuatiuè eſt natum habere finem, ſed Deus non eſt natus habere finem, cum non ſit quantus: ergo, &c.

*Concluſio III.* Virtus Diuina eſt infinita negatiuè, hanc ſic probat, primo, contra gent. cap. 43. Id cuius perfectionis nullus eſt terminus, eſt infinitum negatiuè, ſed Diuina virtus eſt huiuſmodi:

*Concluſio* IIII. Diuina eſſentia, & omnia, quæ ei conueniunt ſunt infinita. Hæc ſic probat præſenti diſtinct. artic. primo. Id cuius eſſe nullo modo in alio eſt receptum, eſt omnino infinitum, ſed Dei eſſe nullo modo in alio eſt receptum, cum ſit per ſe ſubſiſtens: ergo, &c. maior probatur, quia ratio, quòd aliquid formalitèr ſit finitum eſt quia in alio recipitur, ſicut patet quòd forma finitur per materiam, in qua recipitur, eſſe autem eſt formaliſſimum: ergo, &c.

Contra iſtud vltimò dictum in probatione huius concluſionis arguit Aureol. † primo, materia non eſt cauſa limitationis formę in genere cauſę efficientis, nec formalis, nec finalis, quia non eſt finis formæ, ſed econuerſo, vt dicitur 2. phyſico. † nec in genere cauſæ materialis: ergo nullo modo eſt cauſa finitatis formę conſequentia patet, & antecedens pro tribus primis partibus, pro vltima probatur, cauſalitas materiæ conſiſtit in recipere: ergo non dat formæ limitationem: quia recipere non eſt dare.

† *Aureo. hic q.* I.

† *Tex.* 23.

Reſpondeo negatur vltima pars antecedentis. Ad probationem dico, quòd aliquid poteſt dicere cauſalitatem dupliciter. Vno modo propriè, & ſic dico quòd limitate formam, non dicit propriè cauſalitatem. Alio modo poteſt dicere modum cauſalitatis, & ſic limitare formam dicit modum cauſalitatis materialis, concedo ergo ad argumentum, quòd materia non dat formæ limitationem, tamen limitatio conſequitur formam eo ipſo, quòd recipitur in materia, quia propter talem receptionem, non habet omnem modum perfectionis ſibi poſſibilem.

*Aliquid poteſt dicere cauſalitatẽ dupliciter, propriè, & ſecundum modum.*

Secundò arguit ſic. Materia, & forma ſunt æqualis amplitudinis, quòad eſſe, & quòad rationem: ergo vnum non limitat aliud, conſequentia patet, antecedens probatur. Materia nunquam habet eſſe niſi per formam, & forma nũquam habet eſſe niſi proportionatum materiæ, & ſicut forma eſt de conceptu ſpeciei, ita & materia: ergo ſunt æqualis amplitudinis quòad eſſe, & quoad rationem.

¶ Reſpondeo, negatur antecedens, quia amplitudo formæ excedit amplitudinem materiæ. Ad probationem negatur prima pars antecedẽtis, quod repugnat meteriã habere eſſe niſi per formã, forma autem fieri poteſt ſine materia, & habere nobilius eſſe, quam habeat materia, ſicut ſi eſſet vna albedo ſeparata ab omni ſubiecto, ipſa quidem eſſet limitata quòad eſſentiam, & quòad eſſe ſimpliciter, eſſet tamen illimitatas quòad eſſe debitum ſuæ naturæ, vt infra dicetur hoc tamen nõ poteſt fieri in formis ſubſtantialibus, quia earum eſſe conſiſtit in indiuiſibili.

*Eſſe albedinis ſeparata quomodo eſſet limitatum.*

Tertiò, quantitas exiſtens in Sacramẽto non eſt infinita, & tamen non eſt in ſubiecto: ergo non omnis forma accidẽtalis ſeparata ab omni ſubiecto eſt infinita, conſequentia patet cum minori. Maior probatur. Primò nulla res eadẽ manẽs, poteſt tranſire de finitate ad infinitatem, ſed illa quantitas eſt eadem, quæ fuit in pane: ergo, &c.

Secundò illa quantitas eſt digitalis, vel alterius determinatæ ſpeciei: ergo non eſt infinita.

Reſpondeo. Primò, quòd illa quantitas eſt finita, quia diuina virtute manutenetur in eſſe, quod habebat in ſubſtantia panis, poſſet tamen fieri infinita non qui-

*Quantitas poteſt fieri infinita non priuatiue, ſed negatiue*

quidem priuatiuè, quia ſemper eſt determinatæ latitudinis, & longitudinis, ſed negatiuè, puta quantum ad rationem quantitatis continuè pedalis, vel digitalis, quia nihil pertinens ad rationem illius ſpeciei ſibi deeſſet, non tamen eſſet magis extenſa quam ſit modo quantitas pedalis in baculo.

Ad primam probationem dico, quòd licet nihil finitum poſſit fieri infinitum ſimpliciter, poteſt tamen fieri infinitum ſecũdum eſſe proprium alicuius ſpeciei, & finitum priuatiuè poteſt fieri infinitũ negatiuè.

¶ Ad ſecundam probationem negatur conſequentia, quia cum determinatione ſpeciei ſtat infinitas, quantum ad eſſe debitum illius ſpeciei.

*Cum determinatione ſpeciei ſtat infinitas eſſe debiti eiuſdem ſpeciei.*

*Concluſio V.* Aliquem modum infinitatis habet potentia Dei, quem non habet eius eſſentia, hanc ſic probat de potentia. q. 1. artic. 2. potentia habet infinitatem in ordine ad obiecta, ſed eſſẽtia non habet talem modum infinitatis, cum non dicitur ad aliud: ergo, &c. minor patet, maior probatur, potentia Diuina nunquam tot effectus facit, quin plures facere poſſit, nec nunquam ita intenſe agit, quin intenſius agere poſſit, non quòd intenſio ſit in diuina actione intrinſecè, ſed vt intelligit obiectum, quædam enim mouentur à Deo efficaciter: ergo habet aliquam infinitatem in ordine ad obiecta.

*Concluſio VI.* Infinitas diuinæ potentiæ concluditur ex creatione rerum ex nihilo. Hanc ſic probat prima parte q. 25. artic. 5. ad 3. qualis eſt proportio nullius potentiæ ad potentiam paſſiuã, talis eſt proportio potentiæ actiuæ agẽtis ex nulla potentia ad actiuam agentis ex aliqua potentia, ſed nullius potentiæ ad aliquam potentiam, eſt infinita proportio, cum ens & non ens diſtent in infinitum: ergo potentia agens ex nulla potentia paſſiua præſuppoſita, cuiuſmodi eſt potentia creatiua, diſtat in infinitũ à potentia creata, quæ agit ex aliqua potentia præſuppoſita.

*† Aur. vbi ſuprà.*

Contra arguit Aureolus. † inter ſonum, & colorem nulla eſt proportio, & tamen inter potentiam attingentem colorem, & attingentem ſonum, non eſt infinita diſtantia: ergo non oportet potentias attingentes obiecta, inter quæ non eſt proportio diſtare in infinitum.

Reſpondeo. Primò dico, hanc rationem non eſſe ad propoſitum, quia S.D. loquitur de actiuis, & iſte arguit de paſſiuis, nam potentia viſiua, & auditiua ſunt paſſiuæ.

*Diſtare proportionabiliter, contingit duobus modis ſ. ſecũdũ excеſſum & ſecundũ realem habitudinem.*

¶ Dico ſecundò, quod diſtare proportionabiliter contingit duobus modis. Primò, quando vnum excedit aliud in con ſimili exceſſu, qualis reperitur in numeris, ſecundum quod duplum, triplum quadruplum ſunt ſpecies proportionis. Alio modo, quia inter ea eſt, quæcunq; realis habitudo, & talis proportio eſt in omnibus entibus, quia datis quibuſcũq; vel vnum eſt ab alio, vel ambo ab vno tertio. Quæ diſtant improportionabiliter per oppoſitum ad primum modum, non oportet, quod diſtent in infinitum. Nam coſta, & diameter illo modo improportionabiliter diſtant, nec tamen diſtant in infinitum. Quæ autem diſtant improportionabiliter primo, & ſecundo modo diſtant in infinitum, quia talia nõ poſſunt eſſe niſi ens, & purum non ens.

Secundò arguit. Quãto res minus eſt in potentia, tantò à minori virtute reducitur ad actum: ergo ſi eſt in nulla potẽtia, poteſt reduci ad actum à minima virtute, & per conſequens non requirit virtutem infinitam.

¶ Reſpondeo, negatur antecedens, illud enim dicitur eſſe in potentia in aliquo, quod ab vnico motore poteſt reduci ad actum, vt dicitur 9. met. † vnde ſtatua magis eſt in potentia in cupro, quam in aqua, conſtat autem, quod facilius ſit ſtatua ex cupro quam ex aqua Eſt autem deceptus iſte arguens, quia exiſtimauit illud eſſe magis in potentia, quod eſt in potentia remotiori ab actu, cum tamen ſit totum oppoſitum.

*Concluſio VII.* Suppoſita æternitate primi motus, argui poteſt infinitas diuinæ virtutis. Hanc probat octauo Phyſicorum in illo capitulo, quòd autem neceſſe eſt, & primo contra gen. c. 43.

¶ Cuius concluſionis probatio, vt pateat præmitto quinque.

¶ Primò, quòd in omni motu requiruntur tria. ſ. mouens, mobile, & tempus menſurans motum.

*Omnis motus requirit tria.*

¶ Secundò, quod tempus motus poteſt dupliciter accipi. Vno modo ſecundum partes mobilis. Alio modo ſecundum partes magnitudinis, ſuper quam tranſit mobile, nam vna pars mobilis prius pertranſit aliquod ſignum magnitudinis, quàm totum mobile ipſum pertran-

tranſeat, ſimiliter totum mobile prius pertranſit vnam partem magnitudinis, quam totam magnitudinem.

*Totũ citius à toto moue tur quã pri mo à parte motoris.*

¶Tertiò, quod totum mobile in tempore aut fortè minori pertranſit aliquã magnitudinem quàm pars ipſius. Vnde gleba terræ citius mouebitur à motore, quàm pars ipſius glebę moueatur à parte motoris, cuius ratio eſt, quia virtus vnita eſt fortior quàm diuiſa, & quanto eſt potior potentia motoris, tanto eſt velocior motus, & tempus eſt minus.

¶Quartò, quod non obſtantibus prędictis, ſi loquamur ſecundum partes mobilis, pars motoris citius mouet partem mobilis, quàm totus motor totum mobile, & quod vna pars mobilis minori tempore pertranſit aliquod ſignum, quã totum mobile ipſum pertranſeat,

*Mouens mobile, & tempus porportionantur.*

¶Quintò, quod mouens mobile, & tẽpus proportionantur ſecundum id quod quarto loco eſt præmiſſum, ita quòd ſi totum mouens mouet totum mobile in aliquanto tempore, pars motoris mouet partem mobilis in minori tempore, & ſecundum quòd ſubtrahitur à motore, & additur parti, ita proportionabiliter ſubtrahitur à toto mobili, & additur parti eius, & ſimiliter à tempore,

Ex his pono has concluſiones. Prima concluſio. Motor finitę virtutis non poteſt mouere tempore infinito, probatur, ſit a. motor finitæ virtutis, & b. mobile finitum, & c tempus infinitum, quod tu ponis, tunc arguo ſic, totum a. mouet totum b. in toto c. ergo pars a. mouet partem. b. in parte c. & quantum ſubtrahitur ab a. tantum proportionabiliter ſubtrahitur a. c. ſed a. & b. ſi continuè ab eis ſubtrahatur tandem finientur: ergo etiã. c. quod eſt tempus finietur, & per conſequens non eſt infinitum.

Secunda concluſio. Impoſſibile eſt, quod mobile finitum moueatur tempore infinito, accipiendo tempus ſecundũ partes mobilis. Iſta concluſio probatur ſicut præcedens, quia ſi mobile eſt finitum, pars eius mouetur à parte motoris in minori tempore, quã totum à toto, & per cõtinuam ſubtractionem finietur motor, & tempus. Ex his concludit philoſophus, quòd motus infinitus ſit mobilis infiniti à motore infinito.

Contra hoc arguit ſic. Philoſophus in 8. phyſicorum, intendit concludere infinitatem primi motoris ex infinitate motus primi mobilis, ſed primum mobile non mouetur in infinitum ſecundũ partes mobilis, cum non ſit infinitum, ſed finitum corpus: ergo ex infinitate motus finiti mobilis poteſt concludi infinitas motoris.

*Duplex infinitas in motu ſimilitudinaria, & vera.*

Reſpondeo, quod duplex eſt infinitas in motu. Vna eſt ſimilitudinaria, & per accidens, & hæc eſt illa quæ contingit per reiterationem mobilis ſuper eandem magnitudinem. Alia eſt infinitas vera, & per ſe, quia eſt alicuius habentis partes alias, & alias numero infinitas. Dicitur autem iſtas eſſe infinitas per ſe, quia quantitas motus, quæ attenditur ſecundum partes mobilis conuenit motui ſecundum proprium ſubiectum, & per conſequens conuenit ei per ſe.

*Motus cæli eſt tantum infinitus per accidens.*

¶Dico ſecundò, quod cœlum, & motus eius non ſunt infinita per ſe, ſed tantum per accidens.

¶Dico tertiò, quod cum eſſe per accidens habeat reduci ad cauſam per ſe, iſta infinitas, quæ contingit per reiterationem debet reduci, vt in cauſam ad id quod eſt per ſe cauſa infinitatis, huiuſmodi autem eſt primus motor, qui eſt prima cauſa motus infiniti. habet. n. virtutem ſuper infinitatem motus per ſe, vt. ſ. poſſit mouere mobile infinitum, ſi contingat ipſum dari.

Ex hoc ſequitur, quod non ſolum motus infinitus per ſe, ſed etiam motus infinitus per reiterationem exigit vigorẽ infinitum in motore, qui eſt prima, & per ſe cauſa cuiuſcunque infinitatis motus primi.

¶Dico quartò, quod virtus infinita primi motoris poteſt perpetuo mouere aliquam potentiam infinitam incorruptibilem, quæ ſic ab illa prima virtute infinita mota poterit perpetuare motum infinitum per accidens.

*Aureo. vtrũ prima cã ſecundum philoſophum moueat primũ cælum tantum per modũ finis.*

Contra hoc arguit Aureolus, & intendit probare, quod ſit de mente philoſophi, & Commentatoris, quòd prima cauſa non moueat cœlum executiuè, ſed tantum per modum finis, & hoc probat quia philoſophus 12. meta. dicit quod primum principium non mouet, vt appetens, & amans, quia omne tale ab alio mouetur, ſcilicet ab appetibili, ſed mouet tantum, vt appetibile, & amatũ, idem dicit Commen. 12. met. com. 35. & 39. & 43. & in libro de ſubſtantia orbis, c. 3. vult enim, quod motor executiuus



Digitized by Google

motus cœli ſit coniunctus, quem vocat animam viuentem.

Reſpondeo. Primò dico, quòd duplex eſt motor Cœli, vnus primus, alius vero proximus, nec aliud concludunt prædictæ auctoritates philoſophi, & Commẽtatoris. Cum hoc autem ſtat, quòd vterque moueat executiuè, licet primus moueat per modum finis.

¶ Dico ſecundò, quod primum principium amat, & mouetur bonitate ſua tanquam à fine, nec talem moueri ſecundum rationem repugnat primo principio, cum talis motus non ſit entis in potentia, ſed entis in actu.

*Tria falſa imponit Aureo philoſopho, et Auerro.*

Dico tertiò, quòd iſte imponit tria falſa Philoſopho, & Commentatori. Primum eſt, quod Deus nullo modo efficiat motum circularem Cœli, ſed tantum cauſet deſiderium ad mouendum in intellectu coniuncto corpori cœleſti, & hoc imponit eis diſt. 42. q. 1. Huius oppoſitũ dicit philoſophus 12. metaph. vbi textus hoc dicit. Latio enim prima mutationum, huiuſmodi autem quæ eſt circulatio, hac autem mouet, & loquitur de motore immobili, vt patet ex verbis, quæ immediatè ante prædicta ponit. Et Commentator. 37. comm. dicit, quòd in nobis efficiens, & finis diſtinguuntur, in motu autem cœli idem eſt finis, & efficiens primum.

*Primus motor eſt infinitus in virtute ſecundũ Ariſtotelẽ, & Aureol.*

Secundum, quod imponit eis diſt. 43. & 44. eſt quòd philoſophus, & Commentator ſenſerunt primum motorem non eſſe infinitum virtute, ſed tantum entitatiuè, vel multitudine perfectionũ, huius oppoſitum dicit Commentator 12. meta. comm. 41. vbi ait, quia primus motor habet potẽtiam infinitam, & mouet tempore infinito, & neceſſe eſt, quòd non ſit corpus.

*Tex. 38.*

Tertium, quod imponit eis diſt. 3. eſt quod primus motor non eſt cauſa ſubſtantiæ Cœli, huius oppoſitum dicit philoſophus. 12. meta. † vbi ſupra immediatè poſt verba ſuperius recitata, ſic ait ex tali: ergo dependet Cœlum, & tota natura, vbi Commentator dicit in commento Philoſophum declaraſſe, quod primum principium eſt cauſa Cœli, non ſolum tanquam motor, ſed etiam tanquam forma, & finis, & quod tale principium eſt vnum de quo philoſophus declarauit ipſum eſſe principiũ ſubſtantiæ cœli, & comment. 43. dicit quod tale principium eſt cauſa permanentiæ Cœli. Idem ponit expreſsè ſecũdo meta. comment. 4. & in lib. de ſubſtantia orbis, vbi ſic ait. Agẽtium quoddam eſt prius acto duratione, & tempore, & ſic eſt Deus omni eo quod ſit ſit in ſphera mundi.

*Concluſio* VIII. Infinitas diuina cõcluditur ex actiuitate intellectus noſtri. Hanc ſic primo contra gen. c. 43. quolibet finito poteſt intellectus noſter aliquid maius cogitare: ergo eſt aliquid infinitum, conſequentia patet, quia alias eſſet fruſtra hæc ordinatio intellectus noſtri ad infinitum.

*Aureo.*

Contra arguit Aureo. Intellectus noſter poteſt fingere multa impoſſibilia: ergo licet poſſit aliquid maius quolibet finito cogitare, non ſequitur quòd ſit aliquod infinitum: aut quòd poſſit eſſe.

Reſpondeo, negatur conſequentia, quia cum omni finito poſſit intellectus noſter concipere aliquid maius ſine implicatione contradictionis, ſi Deus eſſet finitus, ſequitur quod intellectus noſter poſſet intelligere aliquid maius Deo, quod eſt impoſſibile, quia cum intellectus ſit à Deo, nõ poteſt ipſius obiectum excedere in ambitu ſuę communitatis virtutem cauſæ inſtituentis intellectum, ita quòd ens intelligibile contineat aliquid maius Deo.

*Additio quæ eſt ſolutio argumentorum recentiorum per M. Mauritium de Gregorio.*

*In hac 41. diſt. & vnica quæſt. ſequenti confutantur hæreſes dãnatæ, vt in noſtro Cõmentario in text. Magiſtri, & confutantur etiam hæreſes, quæ ſunt in Abecedario, & in Ethimologijs hæreſum, & confutantur ſimiliter Idolatriæ, vt in Abecedario Idolorum in principio, vide ibi litera D. B. & I. Ac ẽt confutãtur falſæ Theologiæ Fænicum, Egyptiorum, Græcorum, Atlanticorum, Frigiorum, Gentiũ, &c. ab Euſebio in primo, ſecũdo, tertio, & quarto libro de præparatione Euangelica contra Theologiam fabuloſam Poetarum antiquorum.*

*Loca ſoluẽtia argumẽta aduerſariorum Magiſtri Mauritij ultra commentaria textuũ & loca cõtra hæreſes, &c.*

*Ex concluſionibus, probationibus, & ſolutionibus argumentorũ Capræoli ſoluuntur argumẽta Vulpes, & aliorum recẽtiorum facile, vt facit Ariſt. ad argumenta Antiquorum, quod verita-*

Digitized by Google

*ritatis cognitio dubiorum eſt ſolutio, & cum Cardinali Bellarmino dicente in libro de Scriptoribus Eccleſiaſticis de Ioanne Capræolo, quòd Io. Capræolus ſit defenſor Egregius Sancti Thomæ, & optimè diſſoluit omnia argumenta aduerſariorum, dicunt verba formalia Bellarmini, ergo ſi optimè diſſoluit per Bellarminum ſunt ſoluta argumenta cum his doctrinis hic: Sicut ſoluit Ariſtotelis cõtra antiquos dicendo in 3. de Cœlo veritatis cognitio, dubiorum eſt reſolutio.*

*Reſpondetur ſecundo, cum Cardinali Sarnano Franciſcano doctiſſimo, cum quatrageſima concordantia, & ſimilitèr cum trigeſimanona concordantia Bonæherbę.*

*Argumenta verò Vaſquez, Valentiæ, Molinæ, Suarez, &c. quia colliguntur, & ſoluuntur, clarè, diſtinctè, & breuitèr à Ripa, à Nazario, à Conſales, à Nauarretto, à Zenardo, & præcipue à Montagnolo, in 1. part. D. Th. de potentia Dei q. 25. & & q. 7. de infinitate Dei.*

*Vide noſtram expoſitionẽ Mag. Petri Lombardi aperientem mentem huius materiæ in folio 60. & infra pro 3. reſponſione Vulpes. Ac et vide 1. 2. & 3. folium pro alijs reſpontionibus ad argumenta eiuſdem Vlpes.*

## DISTINCTIO. XXXXII.

### Quæſtio. 1.

IN diſt. 42. quæritur. Vtrum Deus poſſit facere aliquid infinitum.

Pro quæſtione hæc eſt prima concluſio. Deus non poteſt facere effectum ſimpliciter infinitum: Hanc ſic probat prima parte q. 7. artic. 2. nullum ſimpliciter infinitum habet eſſe limitatum, ſed omne ens creatum habet eſſe limitatum: ergo, & &c. maior nota, minor probatur, quicquid habet eſſe receptum, habet eſſe limitatum ad id in quo recipitur, ſed omne ens creatum habet eſſe receptum ergo, &c.

*Concluſio II.* Deus poteſt facere aliquam formam tam ſubſtantialem quàm accidentalem infinitam ſecũdum rationem ſuæ ſpeciei. Hanc ſic probat vbi ſupra. Omnis forma habens omnem modum perfectionis poſſibilem ſuę ſpeciei; eſt infinita in tali ſpecie, quia ei vt ſic nihil poteſt addi, ſed aliqua forma eſt huiuſmodi: ergo, minor probatur. Omnis forma nullo modo recepta in ſubiecto habet omnem perfectionem poſſibilẽ ſuæ ſpeciei, quia non limitatur per aliquid ipſam recipiens, ſed aliqua forma eſt huiuſmodi tam ſubſtantialis, quàm accidentalis: ergo, &c minor probatur, nam de ſubſtãtiali patet in Angelis, de accidẽtali vero probatur aliquã formã accidẽtalem eſſe ſine omni ſubiecto non implicat cõtradictionem: ergo poteſt fieri, antecedens probatur, quia ſubiectum non eſt de eſſentia formæ.

Corollarium primum. Talis forma ſeparata, puta albedo non eſſet indiuidua, probatur nullum accidens excepta quãtitate poteſt indiuiduari ſine ſubiecto, ſed albedo eſt accidens, & non eſt quantitas: ergo &c.

Secundum corollarium. Non poſſunt eſſe plures albedines ſeparatæ, probatur eodem modo, quia nulla qantitas poteſt plurificari niſi ad plurificationem ſubiecti: ergo.

Corollarium tertium. Talis forma eſſet per ſe ſubſiſtens, probatur. Quicquid eſt, & non eſt in alio ſubſiſtit per ſe, ſed talis forma eſſet, & non eſſet in alio: ergo.

Corollarium quartum. Talis albedo æquipolleret infinitis albedinibus, probatur, quia haberet omnem perfectionem poſſibilem reperiri in infinitis albedinibus, exiſtentibus in ſubiecto ſi darentur: ergo æquipollere teis, conſequentia patet, & antecedens ex probatione concluſionis.

Corollarium quintum. Nulla albedo exiſtens in ſubiecto poſſet ei æquari in intenſione, probatur. Nulla forma habẽs eſſe limitatum poteſt æquari formæ illimitate, ſed omnis forma exiſtens in ſubiecto quantumcunque intendatur ſemper habet eſſe limitatum: ergo, &c.

Corollarium ſextum. Albedo non eſt in potentia naturali, ſed tantum obedientiali ad talem infinitatem, probatur, quia non poteſt fieri per aliquod agens creatum, ſed tantum à Deo.



Digitized by Google

*Aureol hic.*

Contra arguit Aureolus, quòd non poſſit dari talis albedo ſeparata. Primò talis forma eſſet expers boni, ergo non eſt danda, conſequentia patet, quia quicquid eſt, habet aliquam bonitatem, antecedens probatur, nullam haberet operationem, non enim diſgregaret viſum, nec aliud quicquam faceret: ergo eſſet expers boni.

*Vtrum poſſit dari albedo ſeparata.*

Reſpondeo, negatur antecedens. Ad probationem negatur conſequentia, quia non ſolum operatio, ſed etiam entitas rei eſt quid bonum, vnde forma illa eſſet bona, quia in ea luceret Diuina bonitas, & potentia, & licet actu non diſgregaret viſum, poſſet tamen poni in materia, & tunc eſſet extenſa, & diſgregaret.

Secundò. Curſus non poteſt eſſe ſine ſubiecto: ergo nec albedo, conſequentia patet quia non eſt maior ratio de vno quàm de alio, antecedens probatur Curſus non poteſt intelligi ſine ſubiecto: ergo nec eſſe.

Reſpondeo, dico tria. Primo quod nulla quidditas materialis, puta humanitas poteſt eſſe ſeparata ſubſiſtens non indiuidua, quia non poteſt eſſe ſine materia, quæ neceſſariò habet dimenſiones conſtituentes indiuiduum.

¶Dico ſecundò, quod nullum accidens reſpectiuum poteſt eſſe ſine ſubiecto, quia de ratione relationis eſt habere fundamentum, & terminum. Ex quo ſequitur, quod ſi curſus, & huiuſmodi dicant reſpectum, ea non poſſunt eſſe ſine ſubiecto, ſi autem dicant abſolutum cũ reſpectu, poſſunt ſubſiſtere quoad abſolutum, vnde ſi illa res, quæ eſt curſus ſubſiſteret, tunc non eſſet curſus, quia ratio eius completur per talem reſpectum, ſimilitèr illa res, quæ eſt ſimitas ſi ſubſiſteret non eſſet ſimitas.

*Simitas ſubſiſtens nõ eſſet ſimitas.*

Tertiò ad argumentum dico, quod maior eſt falſa accipiendo curſum pro abſoluto quod dicit, & ad probationem negatur antecedens, loquendo autem de curſu quoad abſolutum, & reſpectiuum ſimul, negatur conſequentia.

Tertiò, poteſt argui ſic. Omnis forma ſubſiſtens eſt intellectualis, vt dicit ſæpe S. *D*oct. ſed albedo non poteſt eſſe intellectualis: ergo non poteſt eſſe ſubſiſtens.

Reſpondeo, negatur maior, niſi talis forma ſubſiſtat naturalitèr.

Contra quartum corallarium arguit primò. Omnis forma infinita intenſiuè habet actionem infinitæ inteſionis, ſed albedo, vel calor ſeparata non poteſt habere huiuſmodi: ergo, maior patet, minor probatur. Omnis calor infinitus poteſt in inſtanti tranſmutare ſubiectum à non calore in ſummum calorem, ſed hoc eſt impoſſibile, quia forma diuiſibilis non acquiritur in inſtanti: ergo, &c.

*Vtrum albedo ſeparata eſſet infinita.*

¶Reſpondeo, negatur maior, niſi talis forma ſit infinita ſimplicitèr, quod non dicimus in propoſito.

¶Dico ſecundò, quod calor ſeparatus non poteſt calefacere, quia forma materialis non poteſt induci niſi ab agente materiali, vt dicit S. D. 1. parte. q. 65. art. 1. Ille autem calor eſſet immaterialis, imo nec Angelus poteſt tranſmutare materiam ad formam, licet Deus hoc poſſit: quia materia non continetur in virtute angeli. continetur autem in virtute Dei. prima parte. quæſt. 115. art. primo ad primum.

*Non poteſt forma naturalis induci niſi ab agente naturali, vel à Deo.*

Secundo arguit ex illo corollario, ſequitur, quod pars ſit æqualis toto. conſequentia probatur. ſi illa albedo diminueretur ſecundum vnum gradum: id quod remanet eſt infinitum. ſed quælibet pars infiniti eſt infinita, ſed id quod remanet eſt pars illius albedinis infinitæ. ergo.

¶Reſpondeo. negatur conſequentia. Ad probationem negatur caſus quia aut illa forma, quæ ponitur minor eſſet in ſubiecto, & tunc in infinitum diſtaret ab illa, quæ eſt extra ſubiectum, aut non eſſet in ſubiecto, & hoc non conceditur, quia vt diximus: non poſſunt eſſe duæ albedines ſeparatæ.

Tertiò arguit. Talis albedo eſſet in termino intentionis: ergo eſſet finita. cõſequentia patet. antecedens probatur. Illa albedo non poſſet vltra intendi per te: ergo eſt in termino intenſionis.

¶Reſpondeo. Aliquid poteſt dici eſſe in termino intenſionis dupliciter. Vno modo, quia eius intentio eſt terminata: & ſic negatur antecedens. & ad probationem negatur conſequentia. Alio modo dicitur eſſe in termino intenſionis, quia non poteſt vltra intendi, & conceditur antecedens, & negatur conſequentia. Probatio autem concludit antecedens conceſſum. Iſto modo dicimus etiam quòd Deus eſt in termino bonitatis.

*Nequeunt eſſe duæ albedines ſeparatæ.*

*Concluſio III.* Deus non poteſt facere magnitudinem actu infinitam. Hãc

ſic

Digitized by Google

ſic probat prima parte.q.7.art.3. Id de cuius ratione eſt habere finem: non poteſt fieri infinitum: ſed de ratione cuiuſlibet magnitudinis eſt habere finem: & terminum: cum linea terminetur punctis & ſuperficies lineis, & corpus ſuperficiebus: ergo. &c.

†Gregor. hic art. 1.

Contra arguit Greg.† Data magnitudine cuba, Deus poteſt in cuiuslibet partis proportionalis horæ vnius inſtanti cuilibet lateri addere æqualem illi magnitudini, quæ vnam per ſe magnitudinem conſtituant: ergo Deus poteſt facere magnitudinem vndequaque infinitã, conſequentia patet, antecedens probatur, Deus poteſt in iſto inſtanti demonſtrato addere æqualem magnitudinem illi magnitudini cubæ, & hoc poteſt in alio inſtanti, & ſic de ſingulis: ergo poteſt in inſtanti.

*Vtrũ Deus cognoſcat cõtingentia.*

*Cognoſcere aliter quã eſt, contingit dupliciter.*

Reſpondeo, primò quod eſſe magnitudinem actu infinitam implicat contradictionem, quia hoc prædicatum infinitum tollit hoc ſubiectum ens actu, quia de ratione infiniti eſt, quod ſit permixtũ potẽtiæ, vt dicitur tertio phyſic. & ideo non poteſt reduci, vt ſit in actu niſi fortè ſucceſſiuè, quia etiam ſucceſſio includit potentiæ permixtionem, vt dicit S.Doct. in præſenti diſtinctione arcticul. 1. ad quintum.

¶Dico ſecundò, quod nullum eſt inſtans, in quo Deus non poſſit addere magnitudinem magnitudini præexiſtenti, non tamen eſt poſſibile, quod in quolibet inſtãti hoc fiat, & arguere ſic. Deus poteſt addere in quolibet inſtanti: ergo eſt poſſibile, quod in quolibet inſtanti addat, arguitur à ſenſu diuiſo ad ſenſum compoſitum, qui in propoſito ſunt impertinentes, & per hoc ſoluuntur quodammodo infinita argumenta, quæ contra concluſionem, & ſequentem fieri ſolent.

Vltimo arguit quòd Deus poteſt facere charitatem infinitam intenſiuè, de qua materia diffusè dictum eſt diſtin. 17 quæſt. 2.

*Concluſio IV*. Deus non poteſt facere multitudinem actu infinitam. Hanc ſic probat vbi ſupra, nullum contentum in aliqua ſpecie numeri, eſt infinitum, cũ numerus menſuretur per vnitates, menſurato autem repugnat infinitas, ſed omnis multitudo eſt in aliqua ſpecie numeri: ergo.

*Aliqua Deus præſcit, quæ potuit non præſcire*

Contra arguit Gregor. primo: Aliquod mobile poteſt ſucceſſiuè tranſire omnes partes proportionales alicuius continui: ergo poſſibile eſt, quòd Deus ſucceſſiuè quamlibet partem ab alijs diuidat, ſed iſtæ partes ſunt infinitæ: ergo, &c.

¶Reſpondeo, ſicut reſpondebatur ad argumenta contra præcedentem concluſionem.

¶Dico ſecundò, quod arguitur à ſecundum quid ad ſimpliciter. Nam mobile non ſignat per motũ ſuum niſi partes in potentia, cum non ſit in fine alicuius partis niſi in inſtanti quod eſt in tempore ſolum in potentia, vt dicit Comment. 6. phyſic. comm. 76. arguere autem ab aſſignatione potentiali ad actualem eſt arguere à ſecundum quid, ad ſimpliciter.

Secundò. Omne continuum habet actu infinitas partes, in quas eſt diuiſibile, vt dicitur 3. phyſicorum: † ergo poſſibile eſt aliquam multitudinem eſſe actu infinitam. Et ſi dicatur, quod continuũ habet partes infinitas non in actu, ſed in potentia tantum. † Tex. 59.

Contra arguit, aut ly in potentia determinat hoc verbum habet, vt ſit ſẽſus, quod continuum non habet, ſed poteſt habere infinitas partes, & hic ſenſus eſt falſus, cum philoſophus dicat continuũ habere, & non ſolum poſſe habere infinitas partes, aut determinat ly partes, vt ſit ſenſus quòd partes cõtinui ſunt quidem infinitæ, ſed non ſunt hoc aliquid, ſicut ſunt partes quantitatis diſcretæ, & hic ſenſus eſt verus, ſed non tollit, quin illæ partes ſint actu infinitæ.

*Quãdo illa ſit neceſſaria, Deus vult creaturas.*

Reſpondeo. Vt ibi reſpondebatur, quod continuum habet infinitas partes ſolum in potentia. Ad improbationem dico, quod partes continui dicuntur eſſe in potentia dupliciter. Vno modo vt ibi dicebatur, quia nulla earum eſt hoc aliquid præciſum, imo quælibet ſimul cũ alijs conſtituit aliquod tertium. Secundo dicunt eſſe in potentia, quia nullã earum propriè habet eſſe per quod res dicitur actu exiſtens, ſed ipſum totum conſtitutum ex partibus propriè habet eſſe, & quælibet pars exiſtit per eſſe totius, vt dicit S.Doct. 2. quolibet. quæſt. 2. art. 2. talis autẽ multitudo partium, eſt multitudo tantum ſecundum quid, & in potentia, & ideò non repugnat ipſam eſſe, ſicut repugnat multitudinem in actu, eſſe actu infinitam.

Ter-

Digitized by Google

Tertiò. Deus poteſt quicquid poſſent Angeli infiniti facere, ſi eſſent, ſed ſi eſſent infiniti Angeli, poſſent infinitas intellectiones in actu facere: ergo Deus poteſt facere infinita in actu minor patet. maior probatur, quia diuina potentia eſt qua maior cogitari non poteſt.

Reſpondeo, negatur maior. Ad probationem dico, quod Diuina potentia eſt qua maior cogitari non poteſt ſine contradictione, eſſe autem infinitam potentiam aggregatam ex partialibus potentijs Angelorum implicat contradictionem: ideo non eſt intelligibile, & per hoc non eſt talis potentia alicui cõparabilis ſecundum magis, aut minus, & ex hoc negabatur Deum eſſe æquè potentem, ſicut illa potentia, non quia illa potentia eſſet maior, ſed quia eſſet incomparabilis, cum ſit in intelligibili.

¶ Dico ſecundò, quòd ex talis argumento poſſet argui, poſſe eſſe quartam perſonam in diuinis, ſic Deus ſi eſſet, ſed ſi eſſet alius Deus poſſet gignere aliud Verbum: ergo, & nunc Deus poteſt.

¶ Dico tertiò, quòd id quod conuenit alicui ex ſuppoſitione impoſſibilis, non oportet, quod ei ſimpliciter conueniat, ſicut ſi homo eſſet rudibilis eſſet aſinus, non tamen poteſt ex hoc concludi, ꝙ homo eſſet aſinus, ita in propſito dico dato, quòd infiniti Angeli eſſẽt, poſſẽt producere infinita, nõ ſequitur ſimpliciter, quòd infinita poſſint eſſe. Et ſimpliciter ignis inferni cruciaret infinitos ſpiritus, ſi ei applicarentur, non tamen conuenit ei poſſe producere infinitos cruciatus, quia impoſſibile eſt ei infinitos ſpiritus applicari.

Quarto. Si Deus corrumperet vniformiter in vna hora totam reſiſtentiam, quæ eſt in motu ſolis, ita quod in fine horæ nulla eſſet reſiſtentia, tunc ſol in tali hora cauſaret infinita lumina: ergo, & Deus poteſt cauſare infinita, antecedens probatur, ſol in prima medietate horæ cauſabit vnum lumen in aere, & in eadẽ medietate cauſabit vnam noctem, & in ſecunda parte proportionali cauſabit aliud lumen, quia ſecundum, quod diminuetur reſiſtentia, ita proportionabiliter intendetur motus, & in tertia cauſabit aliud, & ſic ſucceſſiuè, ſed tales partes proportionabilitatis ſunt infinitæ: ergò cauſabit infinita lumina.

¶ Reſpondeo. Primò dato illo caſu ſubſtantia mouens orbem, non poſſet cõtinuare illas reuolutiones vniformiter, intendendo motum orbis, ſic quod in prima parte proportionali horæ moueret tanta velocitate, & in ſecunda moueret dupla velocitate, & ſic in infinitum, & ideò omnes illę velocitates eſſent in actu, quia quælibet duraret per tempus. Dico igitur, quod nec Angelus, nec Deꝰ hoc poſſet facere, quia implicat contradictionem.

¶ Dico ſecundò, quod iſtæ ſupponit falſum, ſcilicèt quod Angelus moueret in inſtanti, ſi nulla eſſet reſiſtentia, imò eſt dare maximam velocitatem, qua poſſet orbem mouere, vel minimam, non poſſet, quia eſt finitæ virtutis. *Eſt dare maximam velocitatem motus orbis.*

*Concluſio. V.* Omni multitudine data, vel dabili, & omni magnitudine finita data, vel dabili, poteſt dari maior. Primam partem probat, prima parte quæſt. 7. articul. 4. Sicut ſe habet continuum ad diuiſionẽ, ita ſe habet multitudo ad additionem, cum cauſetur ex diuiſione cõtinui, ſed continuum eſt diuiſibile in infinitum: ergo numerus, ſiuè multitudo augmentabilis eſt in ifinitum. Secunda pars probatur, ex his quæ ponit vbi ſupra ad ſecundum. In his quorum ratio accipitur ſecundum ſpecies numerorum, eſt procedere in infinitum, ita quod quolibet dato, poteſt dari maius, ſed ſpecies magnitudinis accipiuntur ſecundum ſpecies numerorum, quia omnis magnitudo, vel eſt bicubita, vel tricubita & huiuſmodi: ergo, &c. Item omni forma naturali data, Deus poſſet facere aliam, quæ maiorem requireret quantitatem: ergo omni quantitate data, poteſt dari maior.

Contra ſecundam partem arguit Aureolus. Si vna magnitudo puta a. eſt augumentabilis in infinitum, ſequitur, quòd in ea ſit vna poſſibilitas infinita; ſed hoc eſt falſum, quia tunc poſſet eſſe actu magnitudo infinita: ergo, &c. maior probatur. Omnis potentia conſtituta ex infinitis potẽtijs partialibus eſt infinita, ſed ſi magnitudo eſt augumẽtabilis in infinitum in ipſa ſunt infinitæ potentiæ ad infinitas partes nam in ea eſt potentia ad iſtam partem, quæ ſibi addetur, & alia potentia ad iſtam partem, & alia ad aliam, & ſic in infinitum: ergo in ipſa eſt vna potentia infinita conſtituta ex iſtis. *Aureol.* *Vtrum quælibet magnitudine finita, ſit dabilis maior.*

Reſpondeo negatur maior. Ad probationem dico, quòd ſicut partes conſtituunt vnum totum, ita partiales potentiæ

tiæ conſtituunt vnam totalem potentiã, quando illæ partiales potentiæ ſunt ſimul, aliter non.

¶Dico ſecundò, quòd iſtæ partiales potentiæ nunquam ſunt ſimul, nunquam enim potentia ad ſecundam additionẽ eſt, niſi poſita in actu, prima additione, nec potentia ad tertiã, niſi poſita in actu ſecunda additione, & ſic ſucceſſiuè, & hoc loquendo de potentia reali creaturæ non ex parte Dei, nec de potentia, quæ eſt tantum non repugnantia terminorum.

*Concluſio VI.* Deus non poteſt producere aliquam creaturam ità perfectã, quin perfectiorem in ſpecie poſſit producere. Hanc probat prima parte q. 25 artic. 6. Et primo ſentent. diſtinct. præſenti artic. 3. & ſecundo contra gent. cap. 26. & 27. Ex hoc quòd diuinus intellectus, nec Diuina voluntas, nec Diuina potentia eſt ad aliquas cauſas limitata.

*Aureol.*

Contra arguit Aureolus, primò. Quãdo aliqua potentia reſpicit multa, quorum vnum eſt totale, & alia ſunt partes, per prius reſpicit totum, quam partes, ſed ſi proceditur in infinitum in perfectionibus ſpecificis, vniuerſalitas talium ſpecierum erit quid totale, cuius partes eſſent ſingulæ ſpecies: ergo potentia Diuina per prius reſpicit illam vniuerſitatem omnium ſpecierum, ſiuè omnem ſpeciem producibilem, aut vnam ſpeciẽ eminentèr continentẽ perfectiones omnium aliarum creaturarum.

*Vtrum in perfectionibus ſpecificis ſit proceſſus in infinitum.*

Reſpondeo, primò, quòd ex tali argumento poſſet argui, quòd Deus poſſet in actum reducere totum ens creabile, ita quòd hoc creato nihil vlterius poſſet creare, quia Diuina potentia per prius reſpicit totum ens creabile quam eius partes.

¶Dico ſecundò, quòd aliquid primo reſpici a potentia contingit duplicitèr. Vno modo quòd reſpiciatur à tali potentia tanquam primo producibile per eam, & ſic negatur maior, quando illud totum, vel illa multitudo non habet eſſe niſi per partes. Alio modo poteſt intelligi, quòd primo reſpiciatur à tali potentia tanquam primo, & correſpondẽs in ambitu, & latitudine, & cõcedo quòd Diuina potentia prius reſpicit vniuerſitatem ſpecierum creabilium, quia talis ei adæquatur non tamen ſequitur, quòd reſpicit eam. vt producibilem.

*Aliquid poteſt reſpicere potentiã primo duplicitèr, vno modo reſpectu productionis; alio modo reſpectu adæquationis.*

Secundò. Proceſſus qui eſt ad menſuram, neceſſariò eſt finitus, ſicut patet in numeris, quorum poceſſus eſt finitus verſus vnitatem, quæ eſt mẽſura eorum, ſed in perfectionibus ſpecificis producere ad menſuram, quia nobilior eſt menſura inferioris, ergo talis proceſſus eſt finitus.

¶Reſpondeo, negatur minor, quia infinitum non eſt menſura ſuarum partiũ, nec habet rationem totius, aut vnius, nec aliquid illius multitudinis eſt menſura omnium, ſed Deus qui eſt extrà illam.

*Infinitum non eſt menſura nec habet ratiõnẽ totius, aut vnius.*

¶Dico ſecundò, quòd omnium illius multitudinis in actu poſitorum, eſt aliqua menſura in eodem genere, quia eſt dare ſummam ſpeciem actu productam non tantum ſummam producibilem.

Tertiò. In nullo finito eſt procedere in infinitum, ſed vniuerſitas ſpecierũ creabilium eſt quid finitum, cum ſit in creatura: ergo in ea non eſt proceſſus in infinitum.

¶Reſpondeo. Primò, quod vniuerſitas ſpecierum creabilium, non propriè debet dici vniuerſitas, aut totum, aut omne, quia infinito repugnat totalitas.

*Vniuerſitas creabilium non debet dici totum.*

¶Dico ſecundò, quod talis vniuerſitas eſt infinita ſecundum quid, puta in ratione ſubſtantiæ, vel huiuſmodi tamen eſt finita ſimplicitèr, cum non ſit infinita ſecundum eſſe, cum eſſe eius in alio ſit receptum, quomodo ſolus Deus eſt infinitus.

¶Dico tertiò, quod poteſt eſſe proceſſus in infinitum in tali vniuerſitate ex ea parte, qua eſt finita. eſt autem finita per perfectionem eſſendi, & ideò in perfectionibus eſſendi poteſt procedi in infinitum, data enim aliqua menſura, infinita eſſent ſupra eam, quarum vna perfectior eſſet alia, nulla tamen eſſet infinita ſecundum ſe, nec eſſet inter eas aliqua ſuprema.

Dico quartò, maiorem eſſe ſimplicitèr falſam, conſtat enim in numero eſſe proceſſum, in infinitum, cum tamen numerus ſit entitas finita.

Quarto proceſſus ad vnitatem, & totalitatem non poteſt eſſe infinitus, vt dicit Philoſophus tertio phyſicorum, quia totalitas habet rationem formæ, forma autem eſt actus, & finis, ſed proceſſus repertus in perfectionibus creaturarum in aſcendendo, eſt ad quandam vnitatem, & totalitatem, quia proceditur ad multitudinem ſpecierum, ex quibus conſtituitur vnum totum, cum ſint per ſe ordinatæ,

*Text. 66.*

natæ,

Digitized by Google

C3



natæ, vt dicit Commen. 12. meta. comm. 51. ergo talis proceſſus non poteſt eſſe infinitus.

¶Reſpondeo, negatur maior, nam in additione magnitudinis ad magnitudinem proceditur ad totum, & ad formam, & tamen ibi eſt proceſſus infinitus, quantum ad Dei potentiam, licet quantum ad potentiam naturalem, non ſit ibi talis proceſſus, vt dicit S. Doct. prima parte q. 7. ar. 3. ad tertium, eſt enim in actu maxima quantitas poſſibilis naturaliter.

¶Dico ſecundo, quod Philoſophus loquitur de vnitate continuata, virtus autem ſpecierum eſt tantum vnitas ordinis.

*Aureo. vbi ſupra.*

¶Dico tertio, quod proceſſus ſpecierum in infinitum non eſt ad vnitatem ſiue totalitatem, ſed ad multitudinem, quia illa multitudo ſpecierum non habet rationem totius aut vnitatis, ſicut nec multitudo, quæ eſt in actu habeat rationem vnitatis, & rationem totius.

*Vtrum deus poſſit eſſe in aliquo per gratiam, & non ſit obiectum cognitum.*

*Concluſio* VII. Deus poſſet facere vniuerſum in infinitum melius quam ſit quantum ad aliquid, & quantum ad aliud non. Primam partem ponit prima part. quæſt. 25. artic. 6. ad tertium, quòd ſuppoſitis iſtis rebus non poſſet vniuerſum eſſe melius per ordinem decentiſſimum, qui eſt in eis. Secundum ponit præſenti diſtinct. art. 2. vbi elicitur, quòd vniuerſum poſſet fieri melius ſeptempliciter.

¶Primò per additionem graduum bonitatis, ad gradus creatos.

¶Secundò per meliorationem partium iam conſtituentium vniuerſum, quantum ad bonitatem accidentalem.

¶Tertiò per creationem aliarum ſpecierum, non quòd adderentur iam creatis, ſi fieret aliud melius vniuerſum conſtans ex alijs ſpeciebus, & eſſentialibus gradibus bonitatis.

*Aur. vbi ſupra.*

¶Quartò per meliorationem intenſiuam ordinis partium adinuicem, qui ſequitur bonitatem accidentalem.

¶Quintò per meliorationem intenſiuam eiuſdem, quę conſequitur bonitatem eſſentialem factis alijs ſpeciebus.

*Vtrum deus ſit in aliquo ex eo quod cognoſcat illud.*

¶Sexto per meliorationem extenſiuam eiuſdem, additis alijs partibus.

¶Septimò per meliorationem ordinis partium adinuicem modo præexpoſito, & quælibet dictarum meliorationum in infinitum procedere poſſet, quia nullus ordo rebus inditus adęquaret diuinam ſapientiam.

*Aur. vbi ſupra.*

Contra arguit Aureo. primo, Deus non poteſt facere aliam terram diſtinctam numero ab iſta, quæ nunc eſt: ergo non poteſt facere aliam diſtinctā ab ea ſpecie, conſequentia patet, antecedens eſt S. Thom. prima parte quæſt. 45. & 47. artic. 3.

¶Reſpondeo, quod S. Tho. non loquitur de potentia Dei abſolutè, ſed dicit quod manente ordine rebus indito nūc, non poteſt eſſe alia terra eiuſdem ſpeciei cum iſta, quia moueretur ad locum in quo eſt iſta.

¶Dico ſecundo, quod Deus poſſet facere aliud vniuerſum in quo eſſet terra eiuſdem ſpeciei cum iſta, & illa terra non fereretur ad eundem locum numero, ad quem fertur iſta, ſed ad locum ſimilem in ſpecie.

Secundo. Si Deus poſſet facere vniuerſum diſtinctum ab iſto ſpecie, ſequitur, quod iſtud, & illud non eſſent vllo modo ordinata, quod eſt omnino contra Commen. 12. meta. comm. 50.

*Cur rex ſit in regno metaphoricè.*

¶Reſpondeo, quod non poſſunt eſſe duo vniuerſa ſimul, nec oppoſita, & S. Th. dicit quod Deus poſſet facere duo vniuerſa ſucceſſiue.

¶Dico ſecundo, quod poteſt facere ſimul duos mundos, quorum nullus ſit vniuerſum, ſed aggregatum ex illis eſſet vniuerſum, & haberent ordinem adinuicem, & vterque ad Deum.

*Aureol.*

Tertiò arguit contra primam partem concluſionis, in qua innuitur, quod ſi partes aliquæ vniuerſi meliorarentur, alijs non melioratis, non eſſet tanta bonitas vniuerſi, quanta eſt nunc, nam natura humana in Chriſto fuit meliorata, & ſimiliter aliquæ ſpecies poſt diem iudicij meliorabuntur, vtpote homo, & corpora ſimplicia, ſed ex Chriſti Incarnatione non omnes fuerunt melioratæ, vt patet de reprobis Angelis, nec omnes deterioratæ, vt de Sole, & Luna, ſimiliter poſt diem iudicij non omnes meliorabuntur, quia multæ deficient, vt plantæ, & animalia: ergo non oportet, quòd deſinat eſſe tanta bonitas, quanta eſt nunc, ſi aliquibus melioratis, aliæ nō meliorantur.

*Vtrum eſſe per eſſentiā & potentiā diſtinguantur.*

Reſpondeo primo, quod argumentū non eſt ad propoſitum, quia S D. loquitur de melioratione, quantum ad ea, quæ ſunt ſpeciem conſtituentia. Iſte autem

tem

Digitized by Google

tem arguit de melioratione naturæ, vt eſt in aliquo idiuiduo.

*Ex incarnatione Christi principales partes vniuerſi ſunt melioratæ.*

Dico ſecundò, quòd omnes principales partes mundi ſunt melioratæ, vel in ſe vel in ſua cauſa ex incarnatione Chriſti, quia innouabunt propter beatos, incarnatio autem Chriſti fuit cauſa noſtrę glorificationis, Angeli verò mali, & alij reprobi non ſunt de principali perfectione vniuerſi, ſicut illi, qui beatificãt, vt dicitur prima parte, quæſt.23.art.7.

Dico tertiò, quòd præter damnatos illæ dicuntur principales partes vniuerſi, quæ principalitèr habent ordinem ad incorruptibilitates, tales autem ſunt corpora cœleſtia, homines, & elementa, vt dicit S.Thom. quarto ſentent. diſ.47.q.2. art.1.2.3.& 4.& de potentia q.5.art.4.

Dico quartò, quòd impoſſibile eſt, vnã partem eſſentialem vniuerſi meliorari ſecundum ſpeciem, alijs nullo modo melioratis, quin ſequatur notabilis diſſonantia in vniuerſo.

*Concluſio VIII.* Aliquis intellectus creatus cognoſcit infinita, hãc ponit quarto quolibeto, quæſt.2. art.1. & de verit. quæſt.20. artic.4. ad primum, vbi dicit, quòd anima Chriſti cognoſcit quicquid continetur in potentia creaturæ. Conſtat autem aliquam creaturam poſſe in infinita ſucceſſiuè, vt patet de Angelis, qui producunt infinitas intellectiones. Dicit enim quòd intellectus Angelicus cognoſcit infinitas partes, quæ ſunt in potentia in continuo.

*Aureol. hic*

Contra arguit Aureolus primo cognoſcere infinitum, implicat contradictionem: ergo infinitum non poteſt ab vllo intellectu cognoſci, conſequentia patet, antecedens probatur. Multitudinem permanentem eſſe ſucceſſiuam, implicat contradictionem, quia eſſet permanens, & non permanẽs, ſed ſi infinitum cognoſcitur, eſt permanens, cum ſit actu in intellectu, & ſucceſſiuum, quia infinitum, cum de ratione infiniti ſit habere partẽ, poſt partem, & habere actum admixtum potentiæ, vt dicit Philoſophus, & Comment. 3. phyſic. comm. 59. concipere enim infinitum, eſt concipere ipſum ex negatione actus, & complementi, tale autem eſt in potentia: ergo.

Reſpondeo, negatur antecedens, ad probationem negatur minor, non enim oportet, quod ſi aliquid ſecundum ſuam rationẽ aliquid habet in eſſe reali, quòd habet illud in eſſe cognito, alioquin probaretur, quod Deus non cognoſcit aliquod ſucceſſiuum, quia de ratione ſucceſſiui eſt, quòd conſiſtat in ſucceſſione, vnde ſequeretur quod non poſſet cognoſci niſi ſucceſſiuè, quod tamen conſtat eſſe falſum.

*Cognitio infiniti duplex per enumerationem partium, & per ſimplicẽ intuitum.*

Dico ſecundò, quòd nullus intellectus poteſt cognoſcere infinitum per modũ infiniti, ſcilicet enumerãdo partem poſt partem. Aliquis tamen poteſt cognoſcere infinitum ſimplici intuitu, vt dictũ eſt. Idem dico de anima Chriſti, & de intellectu Angelico.

Dico tertiò, quòd de ratione infiniti quantitatiui eſt ordo partium, ratio tamen infiniti partibilis non eſt formalitèr ſucceſſiua, niſi loquendo de infinito ſecundum additionem, vel diuiſionem, infinitum enim ſecundum numerum eſt imaginabile totum ſimul, vt patet de punctis in linea, & de infinitis animabus ſecundum opinionem Algazelis.

Dico quartò, quòd philoſophus, & Commentator, quando dicunt infinitũ conſiſtere in ſucceſſione, & in admixtione actus ad potentiam, non loquuntur de ſucceſſione temporali, ſed de ſucceſſione ordinis partium loquendo in rebus quantis, & nolunt quòd tale infinitũ non inuenitur niſi in rebus, quarum eſſe conſiſtit in tali ſucceſſione, & quæ ſunt mixtæ ex actu, & potentia, non autem dicunt, quod illa ſit ratio infiniti, ſed ratio eius conſiſtit in nõ habere vltimum, vel finem partium in actu.

*Vtrum de ratione infiniti, ſit ſucceſſio temporalis.*

Contra, ille qui imaginatur corpus infinitum, ſucceſſiuè procedit de parte in partem: ergo de ratione infiniti quantitatiui eſt ſucceſſio temporalis.

Reſpondeo, negatur conſequentia, quia hoc non contingit ex eo, quòd in ſubiecto ſit ſucceſſio, ſed quia ſpecies, quæ cognoſcit vnam partem, eſt alia ſpecies ab alia, quæ aliam cognoſcit, ideò illæ non ſunt in actu in intellectu, ſicut ſi quis videat partem magnæ domus, ipſa quidem non eſt ſucceſſiua, & tamen partes domus ipſe aſpicit ſucceſſiuè, &c.

*Additio quæ eſt ſolutio argumentorum recentiorum per M. Mauritium de Gregorio.*

*In hac 42 diſt. & vnic. q. ſeq. confutantur hæreſes damnatæ, vt in noſtro Commentario in text. Magiſtri, & confutantur etiam hæreſes, quæ ſunt in Abecedario, & in Ethimologijs hæreſum, & confutantur ſimiliter Idolatriæ, vt in Abecedario Idolorum in principio vide ibi littera D.F.*



Digitized by Google

*D. F. & I. ac ẽt confutãtur falſa Theologiæ Fænicum, Egyptiorum, Græcorum, Atlanticorum, Frigiorum, Gentium, &c. ab Euſebio in primo, ſecundo, tertio, & quarto libro de præparatione Euangelica contra Theologiam fabuloſam Poetarum antiquorum.*

*Ex cõcluſionibus, probationibus, & ſolutionibus argumentorũ Capreoli ſoluuntur argumenta Vulpes, & aliorum recẽtiorum facile, vt facit Ariſt. ad argumenta Antiquorum, quod veritatis cognitio dubiorum eſt ſolutio, & cum Cardinali Bellarmino dicente in libro de Scriptoribus Eccleſiaſticis de Io. Capræolo, quòd Io. Capræolus ſit defenſor Egregius Sancti Thomæ, & optimè diſſoluit omnia argumenta aduerſariorum, dicunt verba formalia Bellarmini, ergo ſi optime diſſoluit per Bellarminum ſunt ſoluta argumenta cum his doctrinis hic: Sicut ſoluit Ariſtotelis contra antiquos dicendo in 3. de Cælo veritatis cognitio dubiorum eſt reſolutio.* *Loca ſolutionis argumẽta aduerſariorum Magiſtri Mauritii vltra commentaria textuũ loca contra hæreſes, &c.*

*Reſpondetur ſecundò cum Cardinali Sarnano Franciſcano doctiſſimo, cũ quadrageſimaprima cõcordantia, & ſimiliter cum quadrageſima concordantia Bonaberbæ.*

*Argumenta verò Vaſquez, Valentia, Molinæ, Suarez, &c. quia colliguntur, & ſoluuntur, clarè, diſtinctè, & breuiter à Ripa, à Nazario, à Conſales, à Nauarretto, à Zenardo, & præcipue à Montagnolo, in prima parte Diu. Thom. de Infinitate Dei quæſt. 7.*

*Vide noſtram expoſitionem Petri Lombardi aperientem mentem huius materiæ, vt in folio. 60. hic.*

*Ac etiam vide 1. 2. & 3. folium pro alijs reſponſionibus ad argumenta eiuſdem Vulpes.*

## DISTINCTIO. XLIII.

### Quæſtio. I.

IN diſtinctione quadrageſima tertia, & ſequentibus, quæruntur duo. Primò. Vtrum Diuinum velle ſit elicitum à Diuina voluntate. Secundò, an quodlibet velle intrinſecum Diuinæ voluntati ſemper impleatur.

Pro prima quæſtione hæc eſt prima concluſio. Deus eſt volens, hanc ſic ꝓbat 1. q 19. art. 1. & primo contra gentes. cap. 73. & lib. 4. cap. 19. In quocunque eſt inclinatio conſequens formam intellectam, in eo eſt voluntas, ſed in Deo eſt huiuſmodi: ergo, &c. maior patet, ex quid nominis volũtatis, minor probatur, ſicut ſe habet forma naturalis ad naturalia, ſic forma intelligibilis ad intellectum, ſed ad omnem formam naturalẽ conſequitur inclinatio: ergo etiam ad omnem formam intellectam.

*Concluſio II.* Diuina voluntas diſtinguitur ratione ab eſſentia Dei, hanc ſic probat, prima parte quæſt. 19 art. 1. & 2. ad primum. Id quòd ex ſui ratione dicit habitudinem ad aliud, diſtinguitur ratione ab eo, quòd nõ dicit talem habitudinem, ſed eſſentia non dicit habitudinem ad aliud, cum eius ratio ſit abſoluta, voluntas autem dicit inclinationẽ in aliud: ergo, &c.

Ex hoc ſequitur corollariè, quòd licet Deus nõ ſit aliud à ſe, vult tamẽ alia a ſe.

Secundum corollarium eſt, quòd ratio voluntatis conſiſtit in hoc, quod eſt id quo intelligens habet inclinationem ad rem intellectam, vt in ſe, ſumendo inclinationem nõ pro actu, ſiuè operatione, ſed pro principio inclinationis hoc modo ponit S. D. primo contra gẽt. c. 73. de verit. q. 23. art. 1. *Quæſtrũ voluntatis.*

*Concluſio III.* Diuinum velle nõ elicitur à Diuina voluntate ſecũdum rem, ſed ſecundum rationẽ prima pars probatur, primo cõtra gent. cap 74. Omne elicitum realiter ab aliqua potentia, eſt ab ea realitèr diſtinctum, ſed velle Dei non diſtinguitur realitèr ab eius voluntate: ergo, &c. Secunda pars probatur, id quòd ſecundum modum intelligendi eſt, eſt principium alicuius actus: eſt elicitum eius, ſecundum rationem, ſed volun-

Digitized by Google

voluntas eſt huiuſmodi reſpectu ſui velle. ergo. &c. maior patet. minor probatur. Intellectus enim noſter intelligit diuina in creaturis: in quibus voluntas eſt principium eliciens velle. ideo apprehendimus diuinam voluntatem per modum principij reſpectu velle diuini.

*Aureol. hic q. 1.*

Contra arguit Aureolus. † cuius media in hoc conſiſtunt. Illa res quæ eſt volitio diuina, eſt inelicita ſecundum rẽ, & ſecundum rationem, ergo diuina volitio eſt inelicita ſecundum rationem. conſequentiam habet pro manifeſta. antecedens probat. Illa res, quæ eſt diuina eſſentia, eſt inelicita ſecundum rationem: ſed illa res quæ eſt volitio, eſt diuina eſſentia, ergo &c.

¶ Reſpondeo. dico primò, quod illa res quæ eſt volitio, ſi concipiatur ſub ratione volitionis: non poteſt concipi niſi vt elicita, cuius ratio eſt, quia intellectus noſter non intelligit velle diuinum niſi in conceptibus creaturarum, in quibus omne quod concipitur per modum actionis, concipitur per modum eliciti, id eſt concipitur ſub quadam ratione repræſentante rem egredientem à voluntate.

¶ Dico ſecũdò. quod intellectus noſter, ſcit quòd iſte modus eſt incompetens, ad intelligendum diuina, & ſcit quod diuinum velle non eſt realiter elicitum à diuina voluntate, licet non poſſit eũ concipere per modũ ineliciti.

Ad argumentum patet, quid dicendum ex iſtis.

*Concluſio IV.* Aliquis actus diuinę voluntatis habet rationem odij metaphoricè, licet non propriè. Hanc ſic probat primo contra gen. cap. 96. pro ſecunda parte ſic: Deus amat omnem entitatem, quia vult ei bonum & participationem ſuę bonitatis, ergo non odit propriè. Dicitur autem odire metaphoricè in quantum amando creaturas, & volendo eis bona, vult contraria mala non eſſe.

*...tur Deus dicatur odire.*

*Concluſio V.* Aliquis actus diuinę voluntatis eſt gaudium, & aliquis eſt delectatio. Hanc probat primo contra get. cap. 91. Ille actus eſt delectatio: qui eſt quies reſpectu boni coniuncti, & ille eſt gaudium, qui eſt quietatio ſiue boni coniuncti ſiue non, ſed actus diuinæ voluntatis eſt huiuſmodi, ergo &c.

*Deus tantũ delectatur de ſeipſo de creaturis etiã gaudet.*

Ex hoc ſequitur corollariè quod Deus delectatur tantum de ſeipſo de creaturis autem, & delectatur & gaudet.

Contra arguit Aureol. quod amor & delectatio & deſideriũ non diſtinguantur: cuius argumenta ſoluta ſunt diſtinctione prima. artic. primo concluſ. 3.

*Concluſio VI.* Licet in Deo non ſit iuſtitia commutatiua, eſt tamen in eo iuſtitia diſtributiua. Hanc concluſionem ponit prima parte q. 21. artic. 1. Cuius probatio patebit ex reſponſione ad argumenta.

Contra arguit Aureolus: vbi eſt commutatio culpæ, in pœnam, & meriti in præmium: ibi eſt iuſtitia commutatiua, & maxime quia iuſtitia directiua in pœnis pertinet ad iuſtitiam commutatiuã. ſed Deus commutat culpam in pœnam, & meritum in præmium: ergo. &c.

Reſpondeo. primò dico, quod non quęlibet commutatio aut retributio ſufficit ad iuſtitiam commutatiuam, ſed oportet ibi eſſe dationem & acceptionem, conſtat autem Deum nihil accipere à creatura.

*Proportio arithmetica quid.*

¶ Dico ſecundò. quod medium in iuſtitia commutatiua accipitur ſecundum proportionem arithmeticam. eſt autem proportio arithmetica: vbi eſt ęqualis exceſſus, qualis enim eſt proportio inter duo & vnum, talis eſt inter ſex & quinque. Talem proportionem oportet eſſe in iuſtitia commutatiua. vnde ſi ſint duo, quorũ vterque habeat quinque, & vnus eorum accepit vnum eorum, quod erat alterius, fiet iuſtitiæ, ſi vnum accipiatur ab eo, qui habet ſex & detur alteri. ſic enim vterque reduceretur ad medium, quod eſt quinque. Medium autem in iuſtia diſtributiua accipitur ſecundum proportionalitatem geometricam: quę attẽditur in hoc, quod quotieſcumque vna quantitas cõtinet aliã: toties altera aliam: qualis enim eſt proportio octo ad quatuor: talis eſt ſex ad tria geometricè, quia vbique eſt dupla: non tamen eſt ibi eadem proportio arithmeticè: quia maior eſt exceſſus octo ad quatuor, quam tria ad ſex. Sic eſt in iuſtitia Dei diſtributiua. quanto enim vnũ peccatum eſt altero grauius: tanto maiorem pœnam tribuit.

*Medium in iuſtitia diſtributiua accipitur ſecundum proportionem geometricam.*

Ad argumentum negatur maior vt patet ex dictis. philoſophus autem loquitur de iuſtitia directiua in pœnis illatis ab homine, quæ pœnę inferuntur ratione alicuius incommodi accepti, quod non accidit in Deo nõn enim



Digitized by Google

ita punit, vt quantum ei peccator abſtulit per culpam: tantum ei reddat per pœnam.

## QVAESTIO. II.

*Diſt.43. 1.Sent.*

QVæritur ſecundò. an quodlibet velle intrinſecum diuinę voluntatis ſemper impleatur.

Pro iſta quæſtione hæc eſt prima concluſio. Licet principale volitum à diuina voluntate ſit ſola diuina eſſentia, tamen Deus vult alia à ſe. primam partem probat. primo contra gen. cap.75. principale volitum eſt vnicuique ratio volendi. ſed nihil aliud à diuina eſſentia eſt ratio volendi Deo. ergo. &c. Secunda pars probatur c.76. quicumq; amat aliquid propter ſe: amat omnia in quibus illud inuenitur, ſed Deus amat bonitatem ſuam propter ſe, quæ inuenitur in creaturis ergo.&c.

*Concluſio II.* Licet diuina voluntas eadẽ volitione velit bonitatẽ ſuã, & alia volita, nõ tamẽ neceſſariò vult alia, ſicut neceſſario uult ſuã bonitatẽ. Prima pars probatur primo contra gen.c.77. Si alia & alia volitione Deus vellet ſe & creaturas, ſequitur quod in Deo eſſent duo velle, & per conſequens duo eſſe: cum eius velle ſit eius eſſe. ſed eſt impoſſibile, quod in eo ſint duo eſſe. ergo. Secunda probatur. Nulla voluntas fertur neceſſariò ſuper ea, quę ſunt ad finem: ſi ſine eis poteſt haberi finis, ſed omnia alia ordinantur ad Deum, ſicut ad finem qui poteſt eſſe ſine creaturis. ergo, &c. Tertia pars probatur. Ex hoc quod vnumquodque neceſſariò vult vltimum finem, ſed diuina bonitas eſt vltimus finis. ergo. &c.

*Aureo. in 1. di.47. ar. 1.* Contra ſecundam partem arguit Aureol. † primo. Omne volitum velle neceſſario, eſt volitum neceſſario. ſed creaturę ſunt volitæ à Deo, velle neceſſariò: ergo ſunt neceſſariò volitæ.

Reſpondeo negatur maior. niſi tale velle neceſſarium in ſe habeat etiam tranſitum neceſſarium ſuper volita. diuinum autem velle licet ſit in ſe neceſſarium: tamen contingenter tranſit ſuper creaturas.

*Vtrum creaturæ ſint volitæ neceſſariò à Deo.* Contra. Tranſitus diuini velle ſuper creaturas non eſt contingens ex parte fundamenti. ſcilicet diuini velle cum velle diuinum ſit neceſſarium; non eſt etiam contingens ex parte termini, ſcilicet creaturę: ergo non eſt contingens. conſequentia patet, quia reſpectus non eſt neceſſarius niſi ex fundamẽto & termino. Secunda pars antecedentis probatur antequam creatura producatur à Deo, ipſa non eſt: ergo non eſt contingens.

*Contingens non ſemper habet eſſe contingens.* Reſpondeo negatur ſecunda pars antecedentis. Ad probationem negatur conſequentia. nam futura dicuntur cõtingentia: licet nõ ſint, dicitur enim res eſſe contingens: non quia habet aliquod eſſe, ſed quia poteſt eſſe & nõ eſſe. vnde non tenet iſta conſequentia hoc non habet eſſe contingens. ergo non eſt contingens.

Secundò arguit ſic. Si Deus vult contingenter creaturas: hoc eſſet propter contingentem determinationem diuini velle, ſed talis determinatio non eſt ponenda. ergo, &c. maior patet per terminos. minor probatur. Illa determinatio nihil reale addit ad diuinum velle: quia hoc eſt contra diuinam ſimplicitatem. nec addit aliquid rationis, quia ens rationis eſſet principium realis productionis creaturæ. ergo. &c.

¶ Reſpondeo. Dico quod iſta determinatio addit aliquid reale, diſtinctum tamen ſola ratione à diuino velle: quia hoc additum eſt directio diuini intellectus oſtendentis voluntati tale obiectũ: & proponentis ſibi vt volendum: addit etiam reſpectum rationis ad creaturã.

¶ Ad improbationem negatur conſequentia: quia talis reſpectus conſequitur diuinum velle, & non eſt cauſa eius. Et iſte reſpectus neceſſario conſequitur diuinum velle, quia reſpectus neceſſario conſequitur actionem Dei, nec poteſt fieri quin ille reſpectus intelligatur à Deo.

Tertiò. Quando quis vult finem, & ea quæ ſunt ad finem vnico actu, & finem vult neceſſariò, vult etiam neceſſario ea quę ſunt ad finem. ſed Deus eodem actu vult ſe & creaturas, & vult ſe vt finem neceſſariò: ergo, & creaturas vult neceſſariò.

¶ Reſpõdeo. negatur maior, quia iſte actus poteſt deſinere reſpectu eorum: quæ ſunt ad finem, & tamen remanebit reſpectu finis. de hoc habes ſupra diſt. 1. articulo primo. concluſione quarta. Ad alia quæ dicit, ſæpe eſt reſponſum.

Con-

Digitized by Google

*Concluſio III.* Diuina voluntas quic-quid vult, æternaliter vult & ad ea volenda determinata eſt. & omnia quæ vult, neceſſariò vult aut neceſſitate abſoluta, aut neceſſitate ſuppoſitionis. Prima pars probatur, primo contra gent. c.88. & 1.primæ.q.19.ar.3. ad primum. Si Deus in tempore cœpiſſet velle: ſequitur quod eſſet mutatus de non velle in velle. hoc eſt impoſſibile. ergo. &c. Secunda pars probatur. Id quod ſe habet ad oppoſita: non agit niſi determinetur ad vnum. vt dicit Comm.2. phyſico. ſed diuina voluntas ſe habet ad oppoſita. ſcilicet ad eſſe rerum & ad non eſſe: cum perfecta eius operatio poſſit ſtare cum eſſe & cum non eſſe rerum creatarũ. ergo nõ produceret creaturas niſi determinaretur ad vnum ſcilicet ad eſſe creaturarum, quid autem determinet voluntatem, declarabitur in 2.diſt. 25. Intellectus enim cum proponat voluntati obiectum, eſt ille, qui eam determinat. Tertia pars probatur. primo cõtra gen.cap.84. & 1.q.19.artic.3. Nam Deus vult ſuam bonitatem neceſſitate abſoluta, & creaturas neceſſitate ſuppoſitionis, quia ſuppoſito, quod eas voluerit: non poteſt poſtea eas non velle propter immutabilitatem diuinæ volũtatis.

† *Aur. vbi ſuprà.*

Contra ſecundam partem arguit Aureol † quod Deus non determinet ſe ad producere per aliquod velle ſibi intrinſecum. Primo Deus non determinat ſe per velle quod reſpiciat ęqualiter utrãque partem cõtradictionis ſcilicet producere, & non producere, quia tale uelle eſt indeterminatum, nec determinat ſe ad producendum per uelle, quod reſpiciat tantum producere. ergo non determinat ſe per aliquod uelle. tenet cõſequentia prima pars antecedentis patet: probatur ſecunda. aut illud uelle quod dicis reſpicere tantum producere, poteſt reſpicere non producere, & ſic poſſet eſſe in Deo, uelle non producere mundum & per conſequens aliquid poteſt eſſe Deus: quod non eſt Deus, cum omne uelle Dei ſit Deus, aut non poteſt in eo eſſe uelle non producere, & ſic Deus producet de neceſſitate.

*Vtrum determinetur ad producere per velle ſibi intrinſecum.*

Reſpondeo. quod uelle quo Deus ſe determinat ad producendum, reſpicit tantum producere.

Dico ſecundo, quod in Deo potuit eſſe uelle oppoſitum. ſcilicet uelle non producere, accipiendo poſſibile non prout dicitur ab aliqua potentia, ſed prout dicit nõ repugnantiã terminorũ.

¶ Ad improbationem negatur conſequentia: quia illud uelle aut nolle nõ eſſet alius actus, ſed haberet habitudinem ad aliud obiectum: puta ſicut nunc eſt uelle reſpectu mundi tunc eſſet nolle reſpectu mundi, & eſſet uelle reſpectu huius obiecti mundum non eſſe. Nec ſequitur. ſi Deus determinat ſe, quod ſit in potentia, ut dicit. S. Doct. primo contra gen.c.83. quia iſta determinatio nõ eſt ex parte Dei quaſi quod nondum ſit conſecutus ſuam perfectionem, per quam determinetur ad unum, ſed determinatio eſt ex parte obiecti.

Secundo. Voluntas ſi determinet ſe ad uolendum: oportet quod hoc ſit per alium actum, & quod determinet ſe ad iſtum actum per alium, & ſic in infinitum. ergo uoluntas non determinat ſe extrinſecè, licet poſſit producere ad extra aliquem determinatum effectum.

*Volũtas poteſt dupliciter determinari quo ad exercitium actus, & quo ad ſpecificationem.*

¶ Reſpondeo. negatur conſequentia. Vnde dico quod uoluntas poteſt dupliciter determinari. Vno modo quantum ad exercitium actus. ſcilicet quantum ad uelle, & non uelle, & ſic uoluntas determinat ſeipſam per actum ſuum. nec eſt procedere in infinitum in appetitu uoluntatis naturali, quem habet ad ſuũ actum reſpectu illius obiecti quod naturaliter uult, ſcilicet ultimi finis. Alio modo determinatur uoluntas quo ad ſpecificationem actus ſcilicet ut tendat in hoc uel in illud obiectum: & quantum ad hoc determinatur per intellectũ oſtendentem uoluntati obiectum: nec proceditur in infinitum, quia eſt ſtatus in appetitu naturali intellectus, ad actũ, qui eſt ei naturalis. ſcilicet reſpectu primorum principiorum, quæ intelligit naturaliter, licet non ſemper reſpectu eorum eliciat actum. Ipſe autem intellectus determinatur à uoluntate quo ad exercitium actus, intelligit enim quia mouetur à uoluntate ad producendum actum.

¶ Dico ſecundò, quod ſimiliter eſt in Deo ſecundum noſtrum modum intelligendi. Nam intellectus diuinus de ſe eſt determinatus quò ad ſpecificationem actus. Intelligit enim omnem entitatem naturaliter: nec ad hoc aliquid facit uoluntas, ſed quo ad exercitium: puta quòd intellectus dicat hoc uel hoc eſſe

Digitized by Google

eſſe producendum, determinatur à voluntate: quę vult intellectum dictare aliquid producendum: in quo diuina bonitas in tali gradu eluceat. Similiter diuina voluntas naturaliter vult ſuū principale obiectum, ſed ad volendum alia determinatur per intellectum & ſapiētiam: quæ ſtatuit ſibi determinatos effectus: quos ordinatè producit. Ipſa ergo voluntas diuina de ſe eſt determinata, quò ad exercitium actus reſpectu ſui principalis obiecti, & quantum ad alia obiecta determinat ſe per libertatem ſuam, ſed quo ad ſpecificationem actus determinatur ab intellectu concipiente & dicante volenda.

*Concluſio IV*. Deus vult aliqua voluntate antecedēte, quæ non vult volūtate conſequente. Iſtam concluſionem ponit S.D. de veritate quæſtione vigeſimatertia articulo ſecundo & 1. quæſtio. 19. articul. 6. ad primum. & 1. diſtinct. 46. articul. 1. quam ſic declarat. Nam aliqua res poteſt dupliciter conſiderari. Vno modo abſolutè. Alio modo vt ſubſtat aliquibus accidentibus & circūſtantijs. Voluntas reſpectu rei primo modo acceptæ eſt antecedens. Reſpectu autem rei ſecundo modo acceptæ eſt conſequens: verbi gratia, homo poteſt conſiderari abſolutè inquantum habet naturam humanam, & cum omnes homines in hoc conueniant, qui ſunt capaces beatitudinis: vult Deus voluntate antecedente, omnes ſaluari, quia omnibus dedit talem naturam, & communia gratuita promouentia ad ſalutem. ſcilicet præcepta legis, & huiuſmodi alia. Alio modo poteſt cōſiderari homo, inquantum eſt contrariè agens, & repugnans voluntati diuinæ: & ſic Deus non vult ipſum ſaluari voluntate conſequente, ſed vult ipſum damnari. Dicitur autem voluntas iſta conſequens, quia ſupponit præſcientiam operum, quę quis eſt facturus.

Corollarium. Id quod eſt volitū voluntate conſequente, eſt volitum ſimpliciter. Id autem quod eſt volitum uoluntate antecedente, eſt uolitum ſecundum quid. probatur. Voluntas ſimpliciter eſt reſpectu rei, ſecūdū quod eſt in ſe, ſecundum omnes proprietates, & circumſtantias ſuas, ſed voluntas antecedens non eſt reſpectu rei hoc modo acceptę. ergo non eſt voluntas ſimpliciter, ſed potius dicitur quędā velleitas.

*Concluſio V*. Voluntas Dei conſequens ſemper impletur. Hanc probat 1. diſt. 47. art. 1. & 1. q. 19. art. 6. ad. 1. ſicut ſe habēt res ad cauſas formales, ita ſe habēt ad cauſas efficientes: cum omne agens agat ſibi ſimile ſecundum formam, ſed nulla res poteſt ſubterfugere vniuerſaliſſimam cauſam efficientem, ſcilicet Deum.

Corollarium. Id quod videtur recedere ab ordine diuinæ voluntatis uno modo, relabitur in ipſam ſecundum alium modum, ſicut peccator recedit à diuina voluntate peccando: incidit in ordine diuinæ iuſtitiæ dum per eam punitur. Quia in iſta concluſione ſupponitur, quod Deus per ſuum velle ſit cauſa rerum.

*Duran.*

*Vtrum Deus per ſuū velle ſit cauſa rerum.*

Contra hoc arguit Durandus, per illum actum, qui eſt tantum complacentia, nullus effectus producitur, quia talis actus habet rationem finis & quietis: niſi fortè talis complacentia excitet deſiderium. tunc enim ratione deſiderij excitari, poteſt ſequi effectus deſideratus. ſed omnis actus diuinæ uoluntatis eſt cōplacentia: nec excitat aliquod deſideriū in Deo. ergo nullus actus diuinæ uoluntatis, eſt productiuus rerum: maior patet. minor ꝓbatur. omnis actus diuinę uoluntatis qui tranſit ſuper creaturas, tranſit etiam ſuper diuinitatem: cum Deus eodem actu uelit ſe & creaturas. ſed omnis actus tranſiens ſuper diuinitatem eſt complacentia & nullo modo tranſit ſuper ea, ut ipſa habeatur uel fiat. ergo omnis actus diuinæ uoluntatis eſt complacentia, & nullus eſt ut creatura fiat.

*Complacentia Duplex Delectatio & amor cōcupiſcentia*

Reſpondeo. Primo dico quod complacentia accipitur dupliciter. Vno modo ꝓ delectatione. Alio modo pro amore concupiſcentiæ. & quò ad utrumque maior eſt falſa, nam licet delectatio ſit quædam quies appetitus conſiderata præſentia boni, tamen adhuc illud bonum præſens immutat appetitum, & ex hoc delectatio, eſt qdā motus appetitus, & poteſt eſſe ratio alicuius productionis. Amor etiam concupiſcentię, quo Deus uult creaturas bonum eis futurū, & Deo præſens non oportet, quod excitet deſiderium: priuſquam moueat ad producendum aliquid extra, quia amor & delectatio mouent, per deſiderium tantum in illis, quæ per uolita perficiuntur, non autem in illis, quæ uolita perfici-

fici-

Digitized by Google

ficiunt: cuiuſmodi eſt Deus.

Dico ſecundò ad minorem, quod ille actus in Deo, qui eſt delectatio reſpectu bonitatis diuinę, eſt amor concupiſcentiæ reſpectu creaturæ, ex quo ſequitur quod nullus actus diuinæ voluntatis, primo reſpiciat creaturam: imo quilibet primo reſpicit diuinam bonitatem ad creaturas. nec hoc eſt inconueniens cum etiam idem actus reſpectu vnius ſit velle & reſpectu alterius ſit nolle etiam in creaturis. vt ſupra declaratum eſt. diſtinctione prima articul. 1. concluſion. 4.

*Concluſio VI.* Diuina voluntas non imponit neceſſitatem omnibus rebus volitis, ſed aliqua eueniunt contingenter. Iſta concluſio declarata eſt diſtinct. 38. concluſione ſecunda.

Contra arguit Bernardus in tertia parte ſummæ contra Pelagianum. capitulo tertio. Si aliquid eſſet contingens maximè eſſet actus voluntatis, quæ libera dicitur: ſed noſtra voluntas agit neceſſariò, ergo nihil eſt contingens. maior patet. minor probatur. Deus neceſſitat voluntatem ad volẽdum, ergo ipſa vult neceſſariò. conſequentia patet. antecedens probatur. Deus poteſt neceſſitare voluntatem, ergo nunc neceſſitat. antecedens patet. conſequentia probatur. Si Deus neceſſitaret voluntatem, hoc non faceret niſi volendo, quia per velle ſuum eſt omnium cauſa. ſed Deus habet nunc omne velle quod poteſt habere, ergo ſi poteſt neceſſitare voluntatem, nunc eã neceſſitat.

Reſpondeo, negatur illa ultima conſequentia, qua dicitur, poteſt neceſſitare. ergo neceſſitat.

¶ Ad probationem eſt fallacia figuræ dictionis. mutando quid in ad aliquid dicendo ſic Deus habet omne uelle quod poteſt habere: ſed poteſt habere [illegible]e reſpectu neceſſitatis uoluntatis, ergo &c. ecce quòd, in maiori accipitur uelle abſolutè & in minori cum reſpectu.

*ſic; Deus habet omne velle, ergo vult. hoc eſt fallacia figure dictionis.*

Dico ſecundo pro ampliori doctrina quòd Deus licet non poſſit cogere uoluntatem, poteſt tamen eam mutare puta ſi proponeretur tibi aliquod bonum, quod nullo modo haberet rationem mali, & neceſſario ab actu nullo modo appareret uoluntati bona, nec uoluntas diſtraheretur per aliquam paſſionem, tunc uoluntas neceſſitaretur ad illud uolendum. de hoc eſt dictum ſupra diſtinct. prima. art. tertio. concluſione prima & quarta.

Secundò. Nulla cauſa ſecunda poteſt agere niſi Deus coefficiat & præefficiat per uelle ſuum. ſed diuinũ uelle per te, non eſt neceſſarium reſpectu creaturæ neceſſitate abſoluta ſiue neceſſitate antecedente, ergo nulla cauſa ſecunda neceſſario agit neceſſitate abſoluta ſiue antecedente.

Reſpondeo negatur conſequentia, quæ conſiſtit in hoc ſi in cauſa ſecunda eſt neceſſitas abſoluta, ergo talis neceſſitas eſt in cauſa prima. Dicitur enim cauſa neceſſaria neceſſitate antecedente, quando ea diſpoſita ſecundum omnem diſpoſitionem poſitiuam & priuatiuam ad agendum, non eſt in poteſtate naturę, quin agat. Conſtat autem multas cauſas ſecundas eſſe huiuſmodi, puta ignem ſolem & huiuſmodi, poſita autem omni diſpoſitione in diuina uoluntate, adhuc in poteſtate eius eſt agere & non agere.

*Poſita omni diſpoſitione in diuina voluntate, adhuc poteſt agere & non agere.*

Dico ſecundò, quòd ſi in cauſa ſecunda eſt neceſſitas. antecedens ſequitur in cauſa prima eſſe nobiliorem neceſſitatem, ſcilicet neceſſitatem immutabilitatis, quæ ſtat cum contingentia rerum.

¶ Dico tertiò quòd ſi cauſa ſecunda non agit neceſſariò aliquem effectum, ſequitur etiam cauſam primam non neceſſario ad ipſam determinari, non quòd ipſam habeat cauſalitatem à cauſa ſecunda, ſed quia aliquando diſponit ſe non producturum effectum ſine cauſa ſecunda libere cauſante.

*Cauſa ſecũda non agit neceſſariò: cauſa prima neceſſario non determinatur ad illud.*

Tertio. Illa cauſa neceſſario agit neceſſitate antecedẽte vt dicit Anſelmus in libro, cur Deus & homo c. 7. qua poſita, cum omnibus diſpoſitionibus ſuis, indefectibiliter producitur effectus, ſed poſito diuino velle cum reſpectu ad creaturam indefectibiliter producitur creatura. ergo diuinum velle neceſſario agit.

Reſpondeo. quod diſpoſitiones illæ intelliguntur de diſpoſitionibus realibus, & non de diſpoſitionibus rationis reſpectus autem diuini velle ad creaturas eſt reſpectus rationis. Dico tamen, quòd ex hoc reſpectu conſequitur in diuino velle reſpectu creaturarum neceſſitas immutabilitatis, poſito enim quod velle diuinum ſit ad pro-

du-

Digitized by Google

ducendum roſam, non eſt in poteſtate alicuius cauſæ primæ, vel ſecundæ quin roſa eueniat, tamen ſimpliciter poſſibile eſt quod Deus nunquam voluerit producere roſam, licet ſi voluit, non poſſit mutari de velle in nolle, & vt breuiter veritas reſoluatur, dum dico, Deus vult hoc eſſe futurum: ergo erit hæc eſt neceſſitas conſequentiæ, non autem neceſſitas cõſequentis, & hoc modo exponendæ ſunt auctoritates Sanctorum, ſi quæ ſunt circa hanc materiam.

*Hoc Deus vult eſſe futurum; ergo erit neceſſitate conſequentia.*

¶ Contra, ex hac reſponſione ſequitur quòd chimera, & omnia non futura eadem neceſſitate euenient, ſicut futura, hoc eſt falſum, quia ea quæ non ſunt futura, non euenient, ergo falſa eſt reſponſio, maior probatur, nam ſicut neceſſaria eſt conſequentia formata de non futuris, ſicut de futuris tantam neceſſitatẽ habet, iſta conſequentia, Deus vult chimeram eſſe futuram: ergo erit, quantam habet iſta, Deus vult roſam eſſe futurã, ſed per te non eſt illis niſi neceſſitas conſequentiæ: ergo tanta neceſſitas eſt in non futuris, ſicut in futuris.

*Aduerte ne nugatorie diſtinguere cogaris.*

Reſpondeo, negatur conſequentia, quia neceſſitas conſequentię hic accipitur prout includit neceſſariam dependentiam conſequentis ex antecedente, & cum hoc neceſſitatem antecedentis indiuiſibilem. In illa autem conſequentia, qua dico. Deus vult chimeram eſſe futuram, antecedens non eſt aliquo modo neceſſarium, & ideò non eſt ibi neceſſitas conſequentiæ, vt hic accipitur.

Quartò arguit ſic. Dum dico Deus vult Sortẽ curſurum: ergo curret, antecedens non eſt in poteſtate alicuius cauſæ ſecundæ: ergo nec conſequens, & ſic eueniet neceſſariò.

Reſpondeo, quòd licet non ſit in poteſtate alicuius cauſæ ſecundæ ponere abſolutum Diuinæ voluntatis, tamen in poteſtate cauſæ ſecundæ eſt ponere reſpectum rationis, quem habet ad aliquod obiectum volitum, & dico quod eſt in poteſtate cauſæ ſecundę non ſicut in poteſtate cauſæ per quam, ſed ſicut cauſæ ſine qua non. Si enim non vadam ad Eccleſiam hodie, nunquam Diuina voluntas habuit reſpectum ad illud ire, ſicut ad volitum.

*Cauſa per quã, & cauſa ſine qua non.*

Ex hoc patet quomodo antecedẽs ſit falſum, quòad reſpectum connotatum in velle Diuino ad curſum Sortis.

Ad alia quæ dicit iſte, reſponſum eſt diſtinct. 38.

*In hac 43. di. & duab. q. ſeq. cõfutãtur hęreſes dãnatæ, vt in noſtro Cõment. in text. Magiſtri, & confutantur etiam hæreſes, quæ ſunt in Abecedario, & in Ethimologijs hæreſum, & confutantur ſimiliter Idolatriæ, vt in Abecedario Idolorum in principio vide ibi lit. D. & V. ac etiam cõfutãtur falſæ Theologiæ Fænicũ, Egyptiorũ, Græcorum, Atlanticorum, Frigiorum, Gentium, &c. ab Euſebio in primo, ſecundo, tertio, & quarto lib. de præparatione Euangelica contra Theologiam fabuloſam Poetarum antiquorum.*

*Additio quæ eſt ſolutio argumentorum recentiorum per M. Mauritium de Gregorio*

*Ex cõcluſionibus, probationibus, & ſolutionibus argumẽtorũ Capræoli ſoluũtur argumenta Vulpes, & aliorum recentiorum facile, vt facit Ariſtot. ad argumenta Antiquorum quod veritatis cognitio dubiorum eſt ſolutio, & cum Cardinali Bellarmino dicente in libro de Scriptoribus Eccleſiaſticis de Ioanne Capræolo, quòd Io. Capreolus ſit defenſor Egregius Sancti Thomæ, & optimè diſſoluit omnia argumenta aduerſariorum: dicunt verba formalia Bellarmini, ergò ſi optimè diſſoluit per Bellarminum ſunt ſoluta argumenta cum his doctrinis hic: Sicut ſoluit Ariſtotelis cõtra antiquos dicendo in 3. de Cœlo veritatis cognitio, dubiorum eſt reſolutio.*

*Loca ſolutiã argumẽta aduerſariorum Magiſtri Mauritij vltra commentaria textuũ, et loca cõtra hæreſes &c.*

*Reſpondetur ſecundo cum Cardinali Sarnano Franciſcano doctiſſimo, cũ quadrageſima ſecũda concordãtia, & ſimiliter cum quadrageſima prima concordantia Bonæherbæ.*

*Argumenta verò Vaſquez, Valentiæ, Molinæ, Suarez, &c. quia colliguntur, & ſoluuntur, clarè, diſtinctè, & breuitèr à Ripa, à Nazario, à Conſales, à Nauarretto, à Zenẽdo, & præcipuè à Montagnolo, in prima parte D. Thom. de voluntate Dei quæſt. 19. & de immutabilitate Dei quæſt. 9.*

*Vide noſtram expoſitionem Petri Lom-*

Digitized by Google

*Lombardi aperientem mentem huius materiæ, vt in folio 60. hic, & infra pro 3. reſponſione Vulpes. Ac etiam vide 1. 2. & 3. folium pro alijs reſponſionibus ad argumenta eiuſdem Vulpes.*

Explicit Epitome Quæſtionũ in primum librum Sentent. Magiſtri Pauli Soncinnatis ad mentem Ioan. Capreoli Tholoſani Ordinis Prædicatorum, ac Thomiſtarum Principis.

Cum additione recentiorum contradicentium Vulpes, Ferchij, & cæterorũ, nec non expoſitione omnium textuum neceſſariorum M. Petri Lombardi, etiam contra omnes hæreſes, & Hętimologias abecedarias recitatas, & reiectas per Magiſtrum Mauritium de Gregorio Siculi Cammaratæ, & cum additione ſcribentium contra omnes hæreſes.

FINIS PRIMI LIBRI SENTENTIARVM.

---

*Vide primo eſpoſitionem M. Sententiarum omnium Diſtinctionum huius ſecũdi libri, quæ ſunt quadraginta quatuor, in fol. 70. & infra per intelligentiam quæſtionum ſequentium neceſſariam, & contra hæreſes.*

ACcipite viri præclariſſimi, atque orthodoxæ ſydera veritatis Diuinum Epitome, & ſubtilium Doctoris ſancti Theorematum pelagus, quod paruo in fonte cogens Paulus noſter Soncinans clariſſimis dein præſtantiſſimè digeſſit riuulis. Liber hic ſecundus truncus nimis à me inuentus eſt cui tertiam, quartam, quintam, ſextam, ac ſeptimam diſtinct. itidem, & xxxj. xxxij. ac xxxiij. addere me oportuit, ne fortè fortuna claudus exiens, ſtupidis, vel parum modeſtis hominibus riſum pareret. Dabitis pro candidæ humanitatis veſtræ moribus ingenuis veniam humano capiti equina iuncta ceruice, ſi noua monſtra viuant. Valete felices ambroſia nectare, ac Paradiſiacis Diui Thomæ refecti ſemper epulis.

*Id ipſum dicit Magiſter Mauritius de Gregorio Siculi Cammeratæ, quòd ait Magiſter Iſidorus de Inſulanis per ſuam additionem: Accipite recentiorum Vulpes. Ferchij, cæterorumque dicta aduerſantia, & argumenta ſoluta, Mag. Sententiarum omnium Diſtinctionum per quatuor Libros expoſitionẽ neceſſariã ad cunctarũ quæſtionũ intelligentiam, & etiam contra omnes hæreſes, & hetimologias recitandas, & confutandas per abecedarium, & Claſſicos DD. ſcribentes contra hæreſes, &c.*

## *Clariſſimi Sacræ Theologiæ Doctoris M. Pauli Soncinnatis, Vitæ Regularis Ordinis Prędicatorum Epitoma in ſecundũ Librũ Sententiarũ: ad mentẽ Io. Capreoli eiuſdẽ profeſſionis.*

Cum Additione recentiorum, & aliarum rerum ſupradictarum Magiſtri Mauritij de Gregorio Siculi Cammeratæ.

### DISTINCTIO. I.

*Quæſtio.* 1.

IN prima Diſtinct. ſecundi ſententiarũ quærũtur tria.

¶ Primò vtrum mundus potuerit eſſe ab æterno.

¶ Secundò vtrum creatio ſit aliquid.

¶ Tertiò vtrum potentia creandi poſſit communicari creaturæ.

Quantum ad primum hæc eſt prima, & vnica concluſio reſponſiua ad quæſitum. Nullam implicat contradictionẽ aliquid à Deo diuerſum in eſſentia nunquam incœpiſſe. Hanc ſic probat S. D. de potentia quæſt. 3. artic. 14. Item in tractatu de æternitate mundi. Item prima parte quæſt. 46. art. 2. Item 2. contra Gen. cap. 37. Item 2. ſent. diſt. 1. quæſt. 1. art. 5.

artic.5. Omnis effectus productus productione inſtantanea poteſt ſimul eſſe cum cauſa ſua, ſicut de illuminatione, ſed omnis creatura eſt effectus à Deo productus productione inſtantanea: ergo,&c.

† Scotus in 2. diſt.1.q.3

Cõtra arguit Scotus † ſex medijs quorum aliqua accipit ab Henrico quolib. Primó ſic. Aut creatura producitur ſemper quando eſt,aut aliquando producitur.& non ſemper, ſi ſecundum, ſequitur quod in illo inſtanti, in quo primo producitur primo capiat eſſe, & per conſequens ante non fuerit, & ſic habetur propoſitum. Non primum; quia tunc creatura eſſet in continuo fieri, & ſic non eſſet ens permanens, ſed ſucceſſiuum.

Item ſequitur, quod creari non differret à conſeruari, quod eſt falſum, tum quia creari eſt produci de non eſſe,conſeruari autem eſt ipſius eſſe præhabiti continuatio,tum quia agens particulare generat, & non conſeruat: ergo vbi concurrunt ambo in eodem, vnum non eſt alterum.

Reſpondeo. Ad primum admittitur prima pars, licet enim de omni producto verum ſit dicere,quod aliquãdo producitur,non tamen eſt verum dicere hoc nunc primo producitur,& prius non pducebatur S.D.de potentia quæſt.3. art.14.ad vltimum. Dicitur ergo quod talis res æterna cõtinuo producitur,ſed in nullo nunc tranſeunte primo producitur,ſed eſt in continuo produci.

¶Ad primam improbationem negatur conſequentia,quia dicitur permanẽs tale æternum,ſicut lumen cauſatum in aere ab aliquo lucido quieto, & permanente, nec eſſet continuè aliud, & aliud eo modo,quo ſucceſſiua,& ſed eſſet totum ſimul.

¶Hoc confirmant Greg.& Duran.

¶Ad ſecundam improbationem negatur falſitas conſequentis,quia tunc fieri,& conſeruari idem eſſent,ſicut & nunc creari, & conſeruari à Deo idem dicunt in recto,ſcilicèt relationem dependentię ad Deum, ſed in obliquo dicunt habitudinem ad diuerſa, creatio enim reſpicit non eſſe conſequens creaturam,quæ ſibi relicta eſt non ens in aptitudine ad hoc, quod habeat eſſe,conſeruatió autem reſpicit menſuram præcedentem, in qua creatura habuit eſſe, & dicit habitudinẽ ad illam. Ad probationem falſitatis cõſequẽtis patet ex immediatè dictis, quia illæ deſcriptiones ſunt diuerſæ penes habitudinem ad diuerſa. Creatio etiam dicitur productio de non eſſe ad eſſe, nõ quod ly de, dicat ordinẽ durationis, ſed naturæ. Ad ſecundam probationem conſequentis negatur conſequentia, ſicut non ſequitur aliqua anima ſenſitiua differt ab intellectiua: ergo vbi concurrunt in aliquo ſuppoſito non ſunt idem.

Contra vnum dictum in hac reſponſione ſcilicèt quod creatura prius natura ſit non ens quàm ens arguit Durandus.† Primo id quod per ſe conuenit alicui non deſtruit naturam, ponit aut ſupponit eam, ſed non eſſe deſtruit naturam: ergo non conuenit per ſe alicui creaturæ.

† Durandus hic.

Secundò arguit Gregorius, † id quod de ſe eſt non ens, à nullo poteſt eſſe ens, ſed natura creata ab aliquo poteſt eſſe ens: ergo,&c minor nota,maior probatur, quia id quod per ſe conuenit alicui non poteſt ab eo remoueri. Ad primum dicitur,quod maior eſt vera de eo,quod conuenit per ſe in primo, vel ſecundo modo dicendi per ſe, non autem de eo, quod conuenit in tertio modo perſeitatis, tale enim poteſt naturam deſtruere, quantum ad eſſe actualis exiſtentiæ, licet non tollat ea quæ conueniunt rei in primo, vel ſecundo modo perſeitatis. Non eſſe autem conuenit omni eſſentię creatæ in tertio modo perſeitatis id eſt dum conſideratur ſolitaria remotis omnibus, quæ conueniunt ſibi ex cauſis extrinſecis.

† Greg. hic.

Ad ſecundum negatur maior, ad probationem dicitur,quod licèt id conuenit per ſe primo, vel ſecundo modo, non poſſit remoueri, tamen id quod conuenit tertio modo,remoueri poteſt.

Secundò principalitèr. Omne quod eſt,quandò eſt,neceſſe eſt: ergo non poteſt aliquid non eſſe,niſi quia potentia præceſſit eſſe eius, per quã poteſt impediri eſſe eius,ſed ſi aliquid fuit abæterno, nulla potentia præceſſit eſſe eius:ergo non potuit non eſſe à Deò, hoc autẽ eſt falſum:ergo,&c.

Reſpondeo, dicendũ quod licet Deus non præcederet mundum duratione adhuc Deus potuit non producere mundũ poteſtate abſoluta, ſed ex ſuppoſitionę neceſſariò produxiſſe. Et de tali neceſſitate ſuppoſitionis conceditur maior, ad minorem dico, quod ſi creatura eſſet

abæter-

Digitized by Google

ab æterno, adhuc aliqua potentia actiua Dei potens eam impedire eam præceſſiſſet, non quidem duratione, ſed natura. Si arguitur in perpetuis non differt eſſe, & poſſe 3. phyſ. ſed mundus eſt perpetuus: ergo ſi potuit eſſe ab æterno fuit. Dicitur quod maior eſt vera de potentia paſſiua, non autem de actiua, vt inquit S D. de potentia, quæſt. 3. artic. 14. ad 5. Et intelligit de ſempiternis per ſe, cuiuſmodi eſt Deus, & Angeli, & cœlum, & anima rationalis non eſt potentia paſſiua ad eſſe ſubſtantiale, nec potentia paſſiua ad non eſſe cum quo ſtat quòd in Deo eſt potentia actiua, qua poteſt omnia annihilare.

Tertiò arguitur, ſequitur quòd poſſint eſſe infinita in actu, hoc autem eſt falſũ: ergo, conſequentia probatur, poſito ꝙ Deus ab æterno produxerit hominem, qui generauerit, & ille alios, &c.

Reſpondeo, negatur conſequentia, ad probationem dicitur, quod in illo caſu per infinitum tempus ſtetiſſent antequã generaſſent, quia nulla res facta per motum, vel mutationem ſequẽtem motum, poteſt eſſe coæterna ſuo principio.

Quartò ſequitur quòd creatura non habeat eſſe acquiſitum à Deo, hoc eſt falſum: ergo, &c. conſequentia probatur, quia quicunq; acquirit ẽe etiã prius fuit in potentia ad eſſe, ſed ſi creatura fuit ab æterno, non fuit prius in potentia ad eſſe, quàm haberet eſſe: ergo, &c.

Reſpondeo, negatur conſequentia, dato enim quòd creatura eſſet producta ab æterno: tamen abſolutè loquendo ipſa eſſet poſſibilis produci nouitèr in tẽpore, licet noua productio repugnaret ei ex ſuppoſitione facta.

¶ Dico ſecundò, quòd ad acquiſitionem ſufficit, quod res quæ aliquid acquirit non habeat tale acquiſitum ex ſe, ſed tantum ex alio, ſiuè præcedat aliquid potens impedire, ſiuè non, ad probationem conſequentiæ negatur maior de prioritate temporis, & conceditur de prioritate naturæ, in quo ſenſu negatur poſtea minor, quia creatura prius eſt nõ ens quàm ens.

Quintò ſequitur, quòd infinitum poſſit excedi, hoc eſt contra philoſophum 3. phyſ. conſequentia probatur, quia infinitæ durationi præteritæ addi poteſt craſtina dies. *Tract. de inf.*

Reſpondeo, quòd infinito ex ea parte, qua infinitum eſt, repugnat excedi, vel eſſe acceptum, non autem ex illa parte, qua finitum eſt S. D. 2. ſent. diſtin. prima, quæſtione prima, artic. quinto ad 3. & ad 4. infinitum autem tempus ex parte poſteriori finitum eſt, & ideò ex iſta parte poteſt fieri additio. Et ſi dicatur quòd illud tempus eſt totalitèr acceptum ex vtraque parte, quia omnis pars eius eſt præterita, & fuit in actu poſita, dicitur quòd quælibet pars illius præteriti incluſa inter duo inſtantia eſt accepta, & poſita in actu, ſed nulla pars eius infinita fuit vnquam poſita in actu, nec poteſt accipi, per intellectum, aut imaginationem completè, nec vlla talis fuit vnquam per tranſitum, ſicut ponit S. D. 1. par. quæſt. 46. art. 2. Itẽ 2. contra gent. cap. 37. Ex quibus patet, quòd nullum infinitum eſt actu acceptũ in re aut intellectu, aut imaginatione, dato quod tempus præteritum fuerit infinitum à parte ante.

Sextò ſequitur, quòd pars eſſet maior ſuo toto, hoc eſt falſum: ergo conſequẽtia probatur, ſit meridies huius diei a. & meridies craſtinæ diei vt b. ſi ex vtraque parte ipſius a. tempus potuit eſſe infinitum, pari ratione de præterito reſpectu b. ad futurum reſpectu b. igitur quocunque tempore præteritum ad b. eſt maius, & futurum ad b. eſt maius eo, ſed præterito ad a. eſt maius præteritum, ad b. ſicut totum ſua parte, igitur præteritum ad b. eſt maius futuro ad a. ergo futurum b. eſſet maius futuro ad a. & ſic pars eſſet maior ſuo toto.

Reſpondeo, negatur conſequentia, ad probationem dicitur, quod in caſu illo præteritum reſpectu b. non eſt maius ꝓterito reſpectu a. quia exceſſus, & additio non eſt niſi reſpectu alicuius actu exiſtentis in re, vel actu accepti per intellectum, aut imaginationem, quod non cõtingit de infinito cum infinitum tempus præteritum, non ſit in re totum ſimul, nec apprehendatur per intellectum niſi per partem poſt partem.

¶ Dico ſecundò, quòd nullum infinitũ habet rationem totius.

¶ Dico 3. quòd vbi totum non ſuper addit parti ſignatę aliquam aliam partẽ, quæ ſe habeat in certa proportione ad primam partem, non oportet, quod pars ſit minor toto, vt dicit S. D. de malo, q. 2 art 2. ad 8. tempus autem ab a. vſq; ad b. nullo modo habet proportionem determinatam ad infinitum tempus præteri-



Digitized by Google

tum reſpectu a. cui additur, & ideò illud infinitum per talem additionem non ſit maius. Poteſt etiam dici, quòd nulla dictarum additionum ſit alicui infinito præcedenti, ſed ſolum alicui finito, ſcilicèt tantum diei præcedenti diem, quæ additur. Vnde argumentum iſtud ſicut, & præcedens ex falſa imaginatione procedit, ac ſi infinitum habeat rationem totius, & ac ſi infinito poſſit addi quantum ad id quod infinitum eſt, quod infinitum eſt, & quantum ad ſuam totalitatem.

Aureol. Contra eandem arguit Aureolus primo. De ratione infiniti eſt, quòd ſit actus permixtus potentię, ſed præterito repugnat eſſe in potentia: ergo, &c. maior eſt Philoſophi 3. phyſ. & Comment. comm. quinquageſimooctauo, minor patet, quia id quod præterijt non eſt amplius in potentia, ſed totum fuit in actu.

Reſpõdeo, negatur maior ad bonum ſenſum, ad probationem dicitur, quod verum eſt, quod in præterito nulla eſt potentia, ſed fuit, & ideò propriè loquẽdo non eſt infinitum, ſed fuit. Ad cuius euidentiam eſt ſciendum, quod ratio infiniti alitèr conuenit præterito, & alitèr futuro. Nam futurum dicitur infinitum, quia poſt quamcunque eius partem poſitam in actu erit alia potentia, ſicut etiã in numeris patet, quod poſito binario in actu ſtatim ponitur ternarius in potentia, præteritum autem dicitur infinitum, quia ante omnem actum præceſſit potẽtia, & econtrà, nam ante quamcunque partem eius poſitam in actu aliæ innumerabiles fuerunt poſitæ in actu, vnde ad hoc quod in aliquo ſaluetur ratio infiniti, ſufficit quod intellectus noſter in cognitione illius diſtincta non inueniat primum, aut vltimum, nec oportet in re eſſe potentiam realem reducibilem ad actum extra animam, vt dicit Commẽt. 3. phyſ. comm. 57. Quod autem dari poſſit infinitum à parte ante probat philoſophus 6. phyſ. per totum vbi dicit, quod omne, quod mouetur prius mouebatur, & quod ante omnem diuiſionem motus & temporis, & magnitudinis præceſſerunt infinitæ. Idem dicit Commentator comm. 52. 53. 54 & 57.

Item quòd argumẽtum ſit ſophiſticũ apparet, quia ſicut probat hanc eſſe impoſſibilem, infinitum eſt præteritum, ità probaret illam eſſe impoſſibilem, motus eſt præteritus, quod eſt præteritus, quod eſt deriſibile, patet conſequentia, ſic arguendo, in præterito nec eſt potentia, ſed de ratione motus eſt potentia mixta cum actu: ergo, &c.

Secundò, infinitum eſt paſſio entis, quod eſt in proceſſu, & ex parte illa, ad quam proceditur, non autẽ ex illa à qua proceditur, ſed tempus non procedit in pręteritum, ſed à præterito: ergo, &c. maior patet in numeris in quibus proceditur ab vnitate, & non ad vnitatem. Item in continuo, in quo proceditur à toto ad partes, & non econtra, probatur etiam ratione, quia terminus à quo non in potentia, ſed tantum in actu: ergo ex parte eius non eſt infinitas, minor autem patet de ſe.

Si dicatur ad minorem, quòd proceſſus poteſt eſſe in tempore accipiendo in ante, vnde accipiendo diem externam poſſum adhuc accipere aliam priorem. Contrà, quia hoc eſſet mutare præteritũ in futurum, quia quando capio hanc partem, & poſt aliam mens mea procedit in ante, ſed præteritum non procedit in ante, ſed ab ante in poſt: ergo ſic faciendo mutatur præteritum in futurum.

Reſpondeo, negatur maior, licèt enim omnis infinitas, de qua hic loquimur ſtet in proceſſu, non tamen oportet, quod inueniatur in re ſolum ex illa parte ad quam proceditur ſecundum rem, quanquam vera ſit de proceſſu intellectus noſtri, qui ſolum tunc cognoſcit infinitum cum procedit ab vno in aliud.

¶Ad primam probationem negatur conſequentia, quia ſimilitudo de numero non valet cum numerus non habeat infinitatem niſi à parte poſt.

¶Ad ſecundam probationem negatur aſſumptum pro ſecunda parte, quia ibi eſt infinitum etiam procedendo à partibus ad totum ſicut cum mobile continuè acquirit illam magnitudinem, prius enim acquirit medietatem quàm totũ, & prius dimidium medietatis, quam medietatem, & ſic in infinitum. Et ſimilitèr prius præceſſit dimidium horæ quã tota hora, & ſic in infinitum. Ad rationem dicitur, quòd negatiua eſt quia ſupponit vnum falſum ſcilicet quod in proceſſu qui fuit in præterito à parte ante, fuerit aliquod, & ſolum vnus terminus à quo ſimplicitèr, quod non eſt verum: nullus enim fuit terminus ſimplicitèr primo. Poſſet etiam dici, vt inquit Cõmentator 3. Phyſ. com. 58. quod in infinito

nito

Digitized by Google

nito ſufficit proceſſus ſecundum rationem, vel imaginationem, & talis eſt tàm in præterito, quàm in futuro. Argumentum etiam eſt ſophiſma, quia probaretur ſimilitèr quòd nullus motus ſit prę teritus, arguendo, vt ipſe arguit, proceſſus à termino à quo ad terminũ ad quẽ, repugnat præterito, ſed talis proceſſus eſt de ratione motus: ergo, &c. Ad improbationem reſponſionis, quæ ibi ponitur, dicitur, quòd omne præteritum aliquando fuit futurum, aut ſecundum ſe totum, aut ſecũdum quamlibet ſui partem, ideò poteſt apprehendi, vt futurum.

Tertiò, ratio infiniti eſt ratio incompleti, & imperfecti, & partis, vt dicit Philoſophus 3. phyſic. & Commentator cõment. 65. ſed illa non conuenit præterito, inquantum præteritum eſt, dicitur enim à grammaticis præteritum perfectum eſſe: ergo, &c.

Reſpondeo, negatur minor ex illa parte, qua eſt infinitum, ſcilicèt à parte ante, nam ex ea non habet complementũ, nec terminum. Improbat enim argumentum, quod tempus præteritum non ſit infinitum, quantum ad omnia eius extrema, non autem quantum ad vnum, ſcilicèt à parte ante. Ad probationem dicitur, quòd ſemper habet aliquod extra, quia nunquam eſt deuenire ad eius principium, dicitur autem à grammaticis prę teritum eſſe perfectum ſecundum modum ſignificandi.

Quartò, illi repugnat infinitas, cui repugnat eſſe id, extra quod nihil eſt 3. phyſic. † ſed hoc repugnat præterito: ergo, &c. minor probatur, & capio iſtam propoſitionem infiniti dies tranſierunt, impoſſibile, quòd aliqua dies illius præteriti temporis ſit extrà ipſum, alias non eſſet præterita. Ad hoc patet reſponſio per ſolutionem argumenti præcedentis.

† Tex. 63.

Quintum, implicat contradictionem, infinitum eſſe actu: ergo tempus præteritum non eſt actu infinitum, antecedẽs patet, conſequentia probatur, quia tunc pars eſſet æqualis toti, quod probatur, nam in illo eſſent infiniti dies, & infiniti menſes, & ſic æquales, quia vnum infinitum non eſt maius alio, dies autem eſt pars menſis: ergo, &c. Ex his rationibus concluditur, tempus non fuiſſe ab æterno, quia ſequitur tempus fuiſſe infinitum.

Reſpondeo, negatur conſequentia. Ad probationem dico, quod infinito ſimplicitèr repugnat eſſe aliquid maius, poteſt tamen eſſe aliquid maius infinito ſecũdum quid quod declaro, nam numeri pares ſunt infiniti, & numeri impares ſũt infiniti, & tamen numeri pares, & impares ſimul accepti ſunt plures quam pares ſolum, & ſic patet quod infinito ſecundum quid poteſt eſſe aliquid maius, ſed non in illo ordine in quo eſt infinitum. Similitèr dico, quòd ſi tempus prę teritum fuiſſet infinitum, in illo fuiſſent infiniti dies, & infiniti menſes, & ideò omnes dies præteriti reſpectu diei craſtinæ nõ eſſent plures quam omnes dies præteriti, reſpectu diei præſentis, quia illud totum non adderetur in aliqua proportione ad illam partem infinitam, pluſquàm aggregatum ex linea, & puncto non addit ad lineam ſolam ſumptã in aliqua proportione, veruntamen tota multitudo duorum eſſet maior quàm multitudo menſium, & aggregatum ex illis duabus multitudinibus eſſet maius vna illarum. Quid autem ſit illud quod prohibet infinitum eſſe in actu oſtendit S.D. in quolib. quia ſi poſita infinita magnitudine in actu, illa eſſet in genere corporis, & non in aliqua eius ſpecie, idem dicitur de multitudine, hoc autem argumentum non tenet de infinito in potentia, quia non oportet, id de cuius ratione eſt, eſſe partem alterius, & ens in potentia eſſe in aliqua ſpecie, cuiuſmodi eſt infinitum in potentia.

Sextò. Nulla productio menſurata inſtanti tranſeunte, poteſt eſſe æterna, ſed omnis productio creaturæ ex vi, quà eſt productio creaturæ, habet quòd mẽſuretur inſtanti tranſeunte: ergo, &c. maior nota ex terminis, minor probatur. Productio quæ ex vi ſua non durat niſi per inſtans, menſuratur inſtanti tranſeunte, quia oppoſitum: ergo menſurabitur alia menſura, igitur vi ſua habebit, quòd durabit per totam illam mẽſuram ſine conſeruante, ſed productio creaturæ ex vi ſua durat tantum per inſtans, quia omni tempore creatura indiget conſeruante.

Reſpondeo, negatur minor, cuius falſitas patet, primo de productione cuiuſlibet ſucceſſiui, nam talium productio menſuratur inſtanti, ſed tempore. Secundò de creatione, quæ cum in nullo dependeat à tempore, vel à motu cœli, non oportet quòd menſuretur tempore,

vel

Digitized by Google

vel inſtanti illius temporis tranſeuntis, ſed nunc ſtante, quod poteſt coexiſtere infinitis inſtantibus. Vnde Durandus benè dicit, quòd aliqua fiũt per motum, vt aqua calida, alia fiunt per mutationẽ ſequentem motum de neceſſitate, ſicut forma ſubſtantialis introducitur in materia. Alia fiunt per mutationem ſequentẽ motum, ſed non per ſe, nec de neceſſitate, ſicut illuminatur hemiſphæriũ noſtrum à ſole, quam mutationem præcedit motus localis ſol per quem fit nobis præſens, in primo autem inſtanti quo ſol fuit nobis præſens aer fuit illuminatus à ſole, ſed non per præcedentẽ motum. Alia fiunt non per motum, aut mutationem, ſed per ſimplicem emanationem, ſicut illa quæ creantur. Ad probationem minoris negatur maior: Ad probationem conceditur conſequentia, & conſequens, ſcilicet, quòd menſuratur alia menſura ſcilicèt nunc ſtante quòd coexiſtere paucis, vel multis nunc temporis fluentibus ſecundum quòd placet creanti, nec tamen ſequitur quod productio creaturæ habeat ex vi ſua quòd duret per quodcunque tempus, vel menſuram maiorem nunc, ſine conſeruante, quia eadem actione creatur, & conſeruatur, & creari, & conſeruari ſunt idem. Sed dato, quòd eſſent duo diſtincta, quid dicet iſte de motu, & de formis ſucceſſiuè productis de quibus conſtat quòd nõ in inſtanti, ſed in tempore producuntur? Quicquid dicat ego dico quòd talis productio licet habeat quòd duret per tempus, non tamen ſequitur quòd ſit independens à Deo, nec inannihilabilis, quia ſi durat neceſſariò per tempus illa neceſſitas eſt ex ſuppoſitione, ſicut ſi aliquid mouetur infinities adhuc mouebitur, ſed ille motus non durabit ſine manutenentia Dei.

Gregor. hic q.3.

Contra eandem arguunt alij, vt recitat Gregorius primo. Si Deus potuit ab æterno producere creaturam de nihilo: ergo etiam de materia, hoc eſt falſum: ergo, conſequentia patet, quia non implicat contradictionem, falſitas conſequentis probatur, quia aut produxiſſet per motum, aut per mutationem, non per motum, quia tunc non fuiſſet ab æterno, cum motus duratione præcedat terminum, non per mutationem, quia illa fuiſſet primum inſtans ſui eſſe.

Reſpondeo negatur falſitas conſequẽtis. Ad probationem dicitur quòd nec ſic, ſed produxiſſet influendo eſſe toti ex materia, & forma ſine initio durationis non in inſtanti fluente, ſed in nunc ſtante.

Secundò, Deus communicauit eſſe creaturæ per electionem: ergo prius intellexit, eam non habere eſſe: ergo prius habuit non eſſe, prima conſequentia tenet, quia electio eſt tantum de futuro 3. ethicorum. Secunda probatur quia nõ intelligit niſi verum. Cap. 6.

Reſpondeo dicit Gregorius quòd electio ſumitur dupliciter vno modo ſtrictè ſecundum quòd eſt concluſio conſilij, vt dicitur 3. ethicorum, & ſic negatur antecedens. Alio modo largè pro libera voluntate contingentèr volibili, & ſic negatur conſequentia, quia talis poteſt eſſe etiam reſpectu præſentis, huic concordat S. Doct. ſecũdo ſentent. diſtinctio vigeſimaquinta artic. primò ad primum.

Tertiò ſequitur quòd creatura tranſiſſet de non eſſe in eſſe, ſed quòd tranſit de non eſſe in eſſe non eſt æternum, quia prius habet non eſſe.

Reſpondeo, Gregorius negat conſequentiam, & ad probationem negat aſſumptum, ſi enim produxiſſet ab æterno, nunquam fuiſſet verum, ipſum non produxiſſe, & per conſequens non tranſiſſet à non produxiſſe in produxiſſe.

Quartò. Quicquid eſt in potentia ad duo oppoſita contradictoriè ſi acquirit vnum illorũ, neceſſariò relinquit reliquum, quoniam non eſt medium inter contradictoria, ſed ab æterno fuit verum dicere de qualibet creatura hæc creatura poteſt eſſe, ſimilitèr hæc res poteſt nõ eſſe: ergo ſi acquiſiuiſſet eſſe relinquiſſet non eſſe, nihil autem relinquit non eſſe niſi prius fuerit ſub non eſſe, & ſic ſi b. fuit ab æterno prius non fuit: ergo, &c.

Reſpondeo, quòd maior eſt falſa niſi intelligatur de potentia nouitèr acquirente, vel per ſui mutationem, in quo ſẽſu maiori conceſſa negatur minor de creatura, quam poneremus ab æterno productam.

Quintò. Quicquid potuit fuiſſe æternum fuit æternum, ſed creatura non fuit æterna: ergo, &c. minor patet, maior probatur. Potentia quæ neceſſariò coniũgitur actui infert actum, ſed potentia ad eſſe æternũ neceſſariò coniũgitur actui: ergo, &c. maior nota, minor probatur. Primò quia quando potentia non coniungitur actui, actus poteſt ſequi potẽ-

tiam

Digitized by Google

tiam ſecundum durationem, ſed eſſe æternum à parte ante non poteſt ſequi ſuam potẽtiam ſecundum durationem, quia tunc non fuiſſet æternum. Secundò, quia in perpetuis non differt eſſe, & poſſe.

Reſpondeo, quòd duplex eſt poſſibile, ſcilicèt poſſibile logicum, & poſſibile ſecundum potentiam paſſiuam, ſi loquamur de poſſibili primo, negatur maior, ſi de ſecundo, non eſt contra nos, quia nõ dicimus aliquam creaturam potuiſſe eſſe ab æterno niſi primo modo. Ad probationem maioris negatur minor, nam potentia logica ad poſſe eſſe ab æterno non coniungitur actui. Ad probationem huius negatur maior, nam Petrus potuit ab æterno non prædeſtinari, & tamen iſta potentia non potuit præcedere actũ ſuum. Ad ſecundam probationem dicitur, quòd Philoſophus in illa auctoritate loquitur de potentia paſſiua, & non de poſſibili abſoluto.

Sextò, ſi cauſa naturalitèr agens fuiſſet ab æterno, non potuiſſet producere effectum ſibi coæternum: ergo nec cauſa libera ſicut eſt Deus, patet conſequẽtia, & antecedens probatur, quia non produxiſſet de nihilo, alias creaſſet, nec de aliquo, quia non per motum, vt patet, nec mutationem, quia omnis mutatio menſuratur aliquo inſtanti, & per conſequens habuiſſet primum inſtans ſui eſſe.

Reſpondeo, quod maior eſt falſa. Ad probationem dicitur, quòd nullo illorũ modorum, ſed per ſimplicem emanationem. Et ſi dicatur, omnis reductio entis de potentia in actu eſt per motum, vel mutationem: ergo, &c. Reſpondetur quod ibi non eſſet propriè reductio de potentia in actum, ſed actuatio potentię per actum, quia ibi non eſſet potentia diſtans ab actu, quod eſt de ratione reductionis prædictæ.

Durandus arg. Contra eandem arguit Durandus primo. In quibuſcunque eſt dare primum, & vltimum, illa neceſſariò ſunt finita, ſed in reuolutionibus cœli, quæ eſſe potuere eſt huiuſmodi: ergo maior nota, minor probatur. Primò, quia inter ipſas fuit ordo durationis: ergo eſt dare aliquam, quæ fuit ante omnes. Secundo, quia inter reuolutiones præteritas fuit aliqua reuolutio, à qua hodierna reuolutio diſtat in infinitum, aut non, ſi ſic, illa fuit neceſſariò prima, quia non poteſt eſſe maior diſtantia, quàm infinita, ſi non: ergo præceſſerunt infinitæ reuolutiones.

Reſpondeo, negatur minor, quia ante quamlibet præceſſerunt infinitæ aliæ, poſita mundi æternitate. Ad probationem negatur conſequentia, quia licet acceptæ ſint ordine quodam, vna poſt aliam, & nunquam duæ ſimul, nulla tamen fuit ante omnes, aut includens omnes, & quod iſta conſequentia non valeat declaratur multis exẽmplis, primũ eſt de mutatis eſſe in motu continuo, dicit enim philoſophus 6. phyſic. † quod ante quodlibet moueri præceſſerunt infinita mutata eſſe, nec tamen fuit dare primum, & tamen conſtat quod talia mutata eſſe tranſeunt ordine quodam, & nunquam duo ſimul. Secundum exẽplum eſt de partibus proportionalibus horæ prædictæ, quarum omnes ordine quodam ſunt acceptæ, nec tamen fuit inter eas aliqua prima potiſſimè, diſtinguendo ſic illas partes, quòd minores ſint verſus principium horæ, & maioris verſus finem. † Tex. 41.

Contra infinitum non contingit pertranſire, vt dicitur 3. phyſic. † ergo ſi infiniti dies præceſſerunt non fuit poſſibile deuenire ad præſentem diem. † Tex. 63.

Reſpondeo, quod poſita æternitate mundi nullum infinitum eſt pertranſitũ totalitèr in actu, nec hoc ſequitur ex dicta poſitione loquendo de infinito cathegorematicè accepto, quia licèt à pręſenti die in ante fuerint infiniti dies, non tamen fuit aliquod infinitum cathegorematicè dictum, quia nihil fuit carens principio, & fine. ſed benè ſequitur, quod infinita ſunt multa pertranſita, & nullũ infinitum eſt maximum pertranſitum.

Dico ſecundò, quod nõ repugnat aliquod infinitum eſſe pertranſitum, quando talis infiniti nullum eſt primum pertranſitum, vt patet de infinitis mutatis eſſe, quæ habet quodcunque mobile quod continuè mouebatur, tale enim infinitũ poteſt eſſe pertranſitum, quia licèt ibi nõ ſit primum à parte qua infinitum eſt, habet tamen ex illa parte terminum extrinſecum, ſcilicèt carentiam, & non eſſe ſui. Sed ſi mundus fuiſſet ab æterno, caruiſſet non ſolum termino intrinſeco, quia daretur prima dies, ſed etiam extrinſeco, quia non incœpit pertranſiri, nec per poſitionem de præſenti, & remotionem de præterito, nec per remotionem

de

de præſenti, & poſitionem de futuro, cũ non ponatur incœpiſſe, ex quo ponitur fuiſſe ab æterno.

Secundò, omnis duratio incluſa inter duo nunc, neceſſariò eſt finita, ſed omnis duratio creaturę eſt huiuſmodi: ergo.

Reſpondeo, negatur maior, loquendo de nunc ſtantibus, in quo ſenſu conceditur minor, quia duratio creaturæ permanentis, non accipientis eſſe per motum, vel mutationem ſequentem motũ, non clauditur neceſſariò inter nunc fluẽtia, conceditur autem maior loquendo de nunc fluentibus, ſed tunc negatur minor.

Tertiò, ſi Deus ab æterno potuit producere mundum: ergo iſtum mundum, ſi iſtum mundum: ergo iſtum mundum nouitèr creatum, hoc autem eſt falſum, quia non poteſt eſſe nouitèr creatum, & eſſe ęternum.

Reſpondeo, conceditur prima conſequentia, ſed negatur ſecunda, eſt enim ſophiſtica, quod patet in alio exemplo, ſic iſta conuertuntur, vt nunc iſte Antichriſtus, & iſte Antechiſtus reprobatus, ſicut iſte mundus, & iſte mundus nouitèr creatus, & ità ſunt ſingulares, & tamen non ſequitur Deus ab æterno potuit prędeſtinare iſtum Antichriſtum: ergo potuit prædeſtinare iſtũ Antichriſtum reprobatum, nam antecedens eſt verum, & conſequens implicat contradictionem in ſenſu compoſito: ſicut iſta, Deus prędeſtinauit iſtum reprobatum.

Quartò, ſi Sol fuit ab æterno productus, neceſſariò illo inſtanti in quo creabatur illuminat hemiſpęrium noſtrum. aut antipodum, ſi noſtrum: ergo dies fuit nobis, & dies noſter præceſſit diem illorum: ergo eſt dare primum diem illorum, ſi dicatur, quod prius illuminauit hemiſphęrium eorum: ergo dies eorum præceſſit diem noſtrum, & ſic, vt prius.

Reſpondeo, & dico quod fundatur in falſa imaginatione, ſcilicèt quod in illo caſu fuiſſet dare primum nunc fluens creationis, aut primum ſitum ſibi æqualem in qua creabatur, ſed ante omne inſtans, & ante omnem ſitum fuiſſet creatus loquendo de ſitu determinato, negatur, ergo prima conſequentia, quia in illo ſitu determinato fuiſſet primo, ſed ab æterno, id eſt ante omne tempus ſcitum fuiſſet in iſto, & in illo ſitu.

## QVAESTIO. II.

*Diſt. 2. Sent.*

Qværitur ſecundò. Vtrum creatio actiua Dei ſit aliquid.

Pro deciſione huius quæſtionis hæc eſt prima concluſio. Creatio actiua Dei eſt Diuina eſſentia. Probatur, quicquid eſt in Deo, eſt diuina eſſentia, creatio actiua eſt in Deo: ergo, &c.

*Concluſio II.* Creatio actiua eſt diuinum velle, ſed ab eo diſtinguitur ſola ratione, probatur. Id quo Deus producit creaturas eſt velle Diuinum, quia Deus per imperium ſuę voluntatis omnia produxit, ſed creatio actiua eſt, qua Deus omnia produxit: ergo, &c. Quod verò diſtinguantur ratione probatur. Creatio dicit reſpectũ rationis ad creaturam, velle autem non dicit talem reſpectum, ergo ratione differunt.

Ex iſtis ſequitur corollariè, quòd actio interior in Deo ſicut eſt velle, & actio exterior ſicut eſt creatio ſola ratione differunt, iſtud patet ex dictis. Nam velle Diuinum, vt habet reſpectum importatum hoc nomine creatio dicitur actio exterior, & ſine tali reſpectu dicitur actio interior.

Sequitur ſecùndò corollariè, quòd in Deo non eſt aliqua actio, quæ ſit executio propter Diuinum velle, probatur ſi in Deo eſſet executio diſtincta à velle, ſiuè ab imperio voluntatis, maximè hoc eſſet creatio, qua Deus exequitur volũtatem ſuam, producendo creaturas, ſed creatio nõ diſtinguitur à velle Diuino: ergo, &c.

Contra concluſionem arguit Aureolus † 1. Cauſa in actu non eſt, niſi ſi effectus eſt in actu. ſed creatio eſt cauſa, qua Deus actu creat: ergo nunquam fuit niſi quando fuit creatura, ſed creatura nõ fuit ab æterno: ergo creatio non fuit ab æterno, ergo creatio non eſt Diuinum velle, conſequentia tenet, quia velle Diuinum ab æterno fuit. † Aureol. in 2. diſt. 1.

Reſpondeo, primo dico, quòd cauſa in actu eſt duplex. Aliqua enim cauſa dicitur eſſe in actu, quia habet omnem actualitatem, quam poteſt habere, & omne abſolutum ſignificatum hoc nomine cauſa. Secundò aliqua cauſa dicitur eſſe in actu, quia actu cauſat, & habet actu reſpectum ad effectum, loquendo de cauſa in actu primo, modo negatur maior, &

Digitized by Google

ior, & conceditur de cauſa in actu ſecundo.

¶ Dico ſecundò, quod creatio eſt, qua Deus actu creat, & habet reſpectum ad creaturam: vnde ſic nunquam fuit creatio niſi quando fuit creatura, & quia creatura non fuit ab ęterno, neque creatio fuit ab æterno.

Ad cuius euidentiam eſt ſciendum, quod ſicut copulatiua non poteſt eſſe vera, niſi vtraque pars ſit vera: ita aliquod coniunctum non poteſt verificari, niſi pro vtraque parte: ſed negari poteſt pro altera tantum, & quia temporale includit negationem cum affirmatione, ſcilicet aliquando eſſe, & aliquando non fuiſſe: ideo creatio dicitur temporalis, quia reſpectus eſt temporalis: æternum autem tantum importat affirmationem eſſentialem: ideo nō poteſt creatio dici æterna niſi, & diuinum velle, & ipſe reſpectus eſſet æternus. Aliqui tamen concederent iſtam. creatio eſt æterna. quia ad hoc quod propoſitio ſit vera: ſufficit quod prædicatum verificetur de eo, quod ſupponitur per ſubiectum, eſſe autem æternum verificatur de velle diuino, pro quo ſupponit ly creatio: non tamen concederetur iſta: ab æterno fuit creatio: quia prædicata ſtant formaliter, & appellant formam.

Ad argumentum igitur negatur vltima conſequentia, ſed eſt fallacia figuræ dictionis, quia mutatur quid, in aliquid. nam velle eſt abſolutum, & creatio eſt relatiuum.

Et ſi arguatur contra hoc Deus ab æterno fuit creans. ſi creatio eſt æterna: ergo res ſunt ab æterno creatæ, tenet conſequentia ab actiua ad paſſiuam.

Reſpondeo. negatur conſequentia. nec valet probatio. quia regula illa non valet: vt inquit Albertus ſuper 4. cap. cœleſtis hierarchiæ in illis in quibus patiens non recipit totum actum agentis. nulla autem creatura recipit diuinam actionem in toto.

Contra iterum arguitur, ſic creatio fuit ab æterno: ergo Deus ab eterno fuit agens, ergo ab æterno fuerunt res actæ ſiue factæ & productæ, tenet conſequentia, quia ad omne agere ſequitur agi.

Reſpondeo primò, quod Deus ab æterno fuit agens & magis propriè operans: quia ab æterno fuit intelligens, & volens, ſed negatur conſequentia, quia agere immanens non infert agi, ſed bene concedo quòd ad omne producere ſequitur produci, quia producere addit ſuper agere habitudinem ad aliquid terminans actionem, & ideò non conceditur, quòd fuerit ab æterno producens creaturam, vel eam faciens.

Reſpondeo etiam aliter ad maiorem principalis argumenti, quòd cauſa eſt duplex. Aliqua enim eſt cauſa naturalis, quæ agit ſecundum quòd eſt, id eſt, ſecundum modum ſui eſſe, & iſta ſemper eſt ſimul cum effectu, ſi ſit ſufficiens ad producendum effectum. Alia eſt cauſa libera, quæ agit, vt vult, & vt proponit, & de tali cauſa negatur maior. Nam ex voluntate antiqua, qua volo mouere digitum, procedit motus digiti in tempore determinato. Conſtat etiam, quod appetitus eſt cauſa immediata motus localis animæ, & tamen quandoq; actus appetitus præcedit illum motum membrorum. Et ſimilitèr dico, quod quando aliquis effectus à Deo nolitus, ponitur nouitèr in actu non interuenit alia actio præter eius velle, ſed noua habitudo actionis æternæ ad temporalem effectum. Ponitur enim effectus Diuinæ voluntatis in illa menſura, in qua diſpoſuit ipſum eſſe, fallitur itaque Aureolus exiſtimans, quod actiua creatio ſit quædam actio diſtincta realitèr à Deo, & recepta ſubiectiuè in creatura. Quid autem determinat voluntatem Diuinam, declaratum eſt in primo, diſtinctione quadrageſimaquinta.

¶ Dico vltimò, quòd in nobis aliud eſt velle, & imperare, aliud eſt executio, quia velle noſtrum eſt imperfectum, nec ſufficit ad ponendum eſſe in actu, nec poteſt mouere immediatè niſi potentias in eadem eſſentia animæ colligatas, velle autem Diuinum eſt perfectum, & ideò non requiritur ibi executio diſtincta ab ipſo velle, ſed executio eſt ipſum velle, & addit ad velle tantum reſpectum ad effectum temporalem in actu poſitum, & exiſtentem. Et quod velle Diuinum ſit ipſa executio naturalitèr patet, quia etiam in nobis actus appetitus ſenſitiui, vel actus voluntatis eſt etiam actiua executio, & motio interior membrorum, nec requiritur alia actio ad mouendum corpus coniunctum.

Et ſi dicatur contra hoc, quia requiritur etiam potentia motiua affixa organo corporali: ergo non ſufficit ipſe actus voluntatis.



Digitized by Google

Reſpondeo, quod potentia affixa organo dicitur motiua, non quia motum principalitèr efficiat, ſed quia reddit mēbra ad motum habilia, & obedientia appetitui, vt dicit S. D. prima parte qu. 78. artic. primo ad quartum, patet igitur ex prædictis, quod non repugnat volitioni eſſe productiuè tranſiens in aliud, immò etiam Philoſophus 4. de anima, & ibi Commentator commentis 48. 49. 50. & 51. & 9. meta. comment. 10. dicunt quod virtus motiua animalis eſt appetitus.

Secundò principalitèr arguit ſic, quæ ſunt inſeparabilia ſecūdum intelligi, sūt etiam inſeparabilia ſecundum eſſe, ſed productio actiua non poteſt ſeparari ſecundum intelligi à productione paſſiua, ergo nunquam fuit productio actiua Dei, niſi fuerit, quando fuit productio paſſiua, ſed paſſiua non fuit ab æterno: ergo nec actiua, & per conſequens non eſt Diuinum velle, quod eſt æternum.

Reſpondeo primò, patet reſponſio ex dictis ſupra ad hoc argumentum, vbi negatur iſta conſequentia, productio, ſiuè creatio eſt Diuinum velle: ergo eſt æterna, dictum eſt autem ab aliquibus iſtam concedi, creatio fuit æternalitèr in Deo, ſed iſta negatur: ergo in Deo fuit æternalitèr creatio: arguitur enim ibi à magis amplo ad minus amplum. Et licèt iſta ſuſtineri poſſint, ſcilicet quod creatio fuerit ab æterno, tamen magis mihi placet alia opinio, quæ tenet quod non eſt æterna. Vndè ad argumentum negatur maior, nam prius tempore, & poſterius tempore ſunt inſeparabilia ſecūdum intelligi, non tamen ſecundum eſſe minor conceditur, quod nunquam eſt productio actiua niſi quando eſt paſſiua, ſed vltima conſequētia negatur, quia infertur: ergo non eſt Diuinum velle.

Tertiò arguit ſic. Illud quo poſito adhuc effectus poteſt poni, & non poni, magis habet rationem potentiæ quam actionis, ſed poſito Diuino velle, effectus poteſt poni, & non poni: ergo velle Diuinum magis habet rationem potentiæ quàm actionis.

Reſpondeo, negatur maior de actione immanente, quia vt diximus ipſa poſita non eſt neceſſe effectum poni.

¶Dico ſecundò, quod poſito Diuino, velle cum reſpectu ad effectum, neceſſe eſt effectum poni neceſſitate infallibilitatis, & ſuppoſitionis.

¶Dico tertiò, quòd velle acceptum ſine tali reſpectu non habet rationem productionis, vt ſæpe dictum eſt.

Quartò arguit. Velle aliquid facere nō eſt ipſum facere, quia facio quia volo aliquid facere, & ſimilitèr id quod volo facere ſunt obiectum voluntatis, obiectum autem nunquam facit ſuum obiectum: ergo velle Diuinum non eſt productio rei.

Reſpondeo primò, negatur antecedēs de identitate reali, & conceditur de identitate rationis, ideò concedo, quod velle Diuinum diſtinguitur ratione ab eius facere, ſed non realitèr. Ad probationem negatur aſſumptum, imò etiam voluntas creata producit aliquando obiectum ſuum, quando obiectum eſt operabile à voluntate, maximè in tali volente, vbi ſupra diximus de motu animalis. Et licet velle creatum non produceret ſuū obiectum, hoc non eſt negandum à velle Diuino, loquendo de obiecto ſecundario, quia velle Dei eſt eius poſſe.

Alia omnia argumenta, quæ Aureolus contra hanc concluſionem adducit, peccant ſicut, & prædicta per hanc conſequentiam, velle Diuinum eſt æternum: ergo non eſt creatio vbi conſtat eſſe fallaciam figuræ dictionis.

Contra eandem ſic arguit Gregorius, †Potentia creatiua eſt principium creationis actiuæ: ergo creatio actiua non eſt Deus, conſequentia patet, quia Dei non eſt principium potentia creatiua, antecedens probatur. Omnis potentia actiua eſt principium ſui actus, ſed creatio actiua eſt actus potentiæ creatiuæ: ergo, &c. *Gregor. in 2. diſt. 1. q. 6.*

Reſpondeo, negatur antecedens. Ad probationem negatur maior, niſi talis potentia actiua ſit etiam receptiua motus, & realis relationis ad motum, iſta autem non conueniunt Diuinæ eſſentiæ.

*Concluſio III.* Creatio paſſiua eſt ens reale in creatura. Hanc ſic probat de potentia, quæſt. 3. artic. 3. In omni dependente eſt aliqua entitas conueniens ei, inquantum eſt dependens, ſed creatura inquantū creatura eſt depenens à Deo: ergo in creatura inquantum eſt creatura eſt aliqua realitas, ſed talis non eſt aliud quam creatio paſſiua: ergo creatio paſſiua eſt ens reale.

*Concluſio IV.* Creatio paſſiua eſt relatio. Hanc ſic probat prima parte q. 45 art. 3. Id quod remanet de paſſione, remoto motu, eſt relatio, ſed creatio paſſiua

ua

Digitized by Google

ua dicit paſſionem à qua remouetur mo tus cum creatio fiat in inſtāti: ergo creatio paſſiua eſt relatio.

¶Item omnis depēdentia eſt relatio, ſed creatio paſſiua eſt dependentia: ergo, &c.

Ex hoc ſequitur corollariè contra Scotum, quod creatio paſſiua non eſt ſubſtantia creaturæ, quia nulla ſubſtantia creata eſt relatio, ſed ſubſtantia creaturę eſt ſubſtantia creata: ergo non eſt relatio, & per conſequens, nec creatio.

Contra arguit Scotus primo. Creatio dicitur vniformitèr de omni re citra Deum: ergo non eſt res diſtincta à creaturis, antecedens patet, quia omnia ſunt vniformitèr creata, conſequentia probatur, quia ſi eſſet res diſtincta à creatura ipſa non eſſet creatura, & per conſequens creatio non diceretur de tali re, & per conſequens non diceretur vniformitèr de omni re.

Reſpondeo, negatur antecedens, quia illa propriè dicuntur creari quibus conuenit eſſe, aut etiam principalitèr conuenit rebus per ſe ſubſiſtentibus, & ideo ſubſiſtentia dicuntur propriè creata, alia verò dicuntur concreata, vt dicit S. Doct. prima par. quæſt. 44. Poteſt ſecundò negari conſequentia, ad probationem negatur prima conſequentia, & dico quod creatio paſſiua eſt creatura accipiendo creaturam, pro omni re, quę non eſt Deus. Et ſi dicatur contra: ergo refertur ad Deum alia creatione. negatur conſequentia, quia aliud eſt loqui de abſolutis, & aliud de relationibus quia abſolutum non eſt ſeipſo formaliter ad aliud ſicut relatio, & ideò indiget aliquo reſpectu à ſe diſtincto, quo referatur ad Deum, ac per hoc creatione diſtincta à ſe, quæ non eſt aliud quàm relatio dependentiæ ad Deum cum nouitate eſſendi, quæ nouitas eſſendi, non aliud quàm negatio præcedentis durationis.

Secundò. Si creatio eſt accidens, ſequitur quod creatura poſſit eſſe ſine creatione, hoc eſt falſum: ergo, &c. conſequentia probatur. Omne prius alio tempore, poteſt eſſe ſine poſteriori, ſed ſubſtantia eſt prior accidenti tempore, & natura, vt dicitur 7. met.† ergo, &c.

† Tex. c. 4.

Reſpondeo, negatur conſequentia, ad probationē dico primo, quòd licèt creatio, vt eſt accidens, ſit poſterior ſaltem ratione ipſa creatura tamen, vt eſt vna ſecundum modum ſignificandi ad eſſe creaturæ eſt ea prior.

¶Dico ſecundò, quod auctoritas philoſophi non eſt ſic intelligenda, quòd non repugnet ſubſtantiæ eſſe ſine quocunque accidente. Nulla enim res poteſt eſſe ſine eo quod ad eam neceſſariò conſequitur, multa autem accidentia ſicut ſunt propriè paſſiones conſequuntur neceſſariò ad ſubiectum ſuum, ſed mens Ariſtotelis, ut dicit Commeta. 7. metaph. comm. 4. eſt quod ſubiectum eſt prius tempore accidente ſeparabili, vel ſaltem materia ex qua generatur ſubiectum eſt prior accidente ſubiecti.

¶Dico tertiò, quòd etiam admiſſa minori de accidentibus abſolutis, negatur de relatiuis.

¶Dico quartò, quòd ratio quare creatura non poſſit eſſe ſine creatione non ideò eſt quia creatio cauſetur ex principijs eſſentialibus creaturæ, ſed quia nulla res poteſt eſſe formalitèr talis ſine cauſa formali, ſicut non poteſt eſſe album ſine albedine cum hoc implicat cõtradictionem, creatio autem eſt id quo formalitèr aliquid eſt creatura.

Contra eandem arguit Gregorius ſic ſi creatio eſt accidēs creaturæ ſequitur, quod creatura poſſit creari poſtquam eſt, hoc eſt falſum: ergo, &c. conſequētia probatur, ſemper creatur creatura quando in eo ponitur creatio paſſiua, ſed ſi creatio eſt accidens poteſt poni de nouo in creatura, poſtquam creatura eſt: ergo, &c. maior patet, minor probatur. Omne ens poteſt Deus annihilare, & idem numero reparare: ergo poteſt annihilare iſtud accidens, & idem ſeparare, & ponere de nouo in eo in quo ante fuerat.

Greg. in 2 diſt. 1. q. 6.

Reſpondeo primò, negatur conſequētia, quia illa entitas, quæ eſt creatio, nõ dicitur creatio, niſi quando eſt cum nouitate eſſendi, iſta autem nouitas eſſendi nõ eſt in ſubiecto, ſiuè in creatura, niſi in primo inſtanti ſui eſſe, quia quando creatura eſt in quolibet inſtanti ſequenti, verum eſt dicere, quod prius fuit & per conſequens non eſt noua, nec eſt poſſibile, quod in alio inſtanti ſequenti Deus conſeruaret talem negationem, niſi faceret præteritum non fuiſſe.

¶Dico ſecundò, quòd hoc argumentum eſt cõtra eos, quia ſi creatio eſt ſubſtantia creaturæ, Deus poteſt annihilare creaturam, & ipſam conſeruare: ergo

Aaa 2 tunc

Digitized by Google

tunc crearetur, quia poneretur in eſſe id, quod eſt creatio, & tamẽ antea ponitur fuiſſe.

Quæ diximus de creatione, dicenda ſunt de conſeruatione, quia iſta ſunt idẽ, licet ratione differant, vt infra dicetur.

*Conclusio V.* Quam incidentaliter pono hæc eſt, actio non eſt ſubiectiuè in agente, hanc ſic probo, ſi actio eſſet in agente ſequitur quòd agens in agendo aliquam in ſe entitatem cauſaret, & ſic agens inquantum agens, pateretur hoc eſt falſum: ergo &c.

Contra arguit Scotus † primo. Effectus formalis nunquam poteſt à forma ſeparari, nec ecõtra, ſed actio eſt qua agens eſt formaliter agens: ergo non poteſt ſeparari ab agente.

† Scotus in 2. diſt. 1.

Reſpondeo, primò dico, quòd effectus formalis accipitur dupliciter. Vno modo pro eſſe, quòd dat forma ſuo ſubiecto, & ſic concedo maiorem, & dico quòd eſſe, quòd dat actio ſuo ſubiecto, non eſt eſſe agens, ſed eſt mouere, & tale eſt in paſſo. Alio modo accipitur, effectus formalis pro omni eo, quod dicitur tale, vel tale ab aliqua forma, & ſic negatur maior, quia aliquid poteſt denominari tale, vel tale à forma extrinſeca: ſicut aliquid dicitur locatum à loco, & hoc modo agens denominatur denominatione extrinſeca ab actione, quæ eſt in paſſo ſubiectiuè.

Contra. Omnis forma denominans aliquid extrinſecè, denominat etiam aliquid intrinſecè, ſed actio denominat per te agẽs extrinſecè, ergo denominat aliud intrinſecè, hoc eſt falſum, quia tale non eſſet niſi paſſum, ſed patiens, vt ſic, non eſt agens: ergo oportet dicere, ꝙ actio denominat agens intrinſecè.

Reſpondeo, quòd actio dicit duo, ſignificat enim materialitèr, & in recto ipſum motũ formalitèr verò, & in obliquo dicit reſpectum ad agens, à quo eſt actio. Et ſimilitèr paſſio ſignificat in recto eundem motum, quem dicit actio, ſed in obliquo dicit reſpectum ad paſſum, in quo eſt, ità quod actio, paſſio differunt ſolum, quòad iſtos reſpectus, licèt ſint idem quòad rem principalitèr ſignificatam. Et quia motus eſt ſubiectiuè in mobili, ideò actio eſt in paſſo, quòad motum, quem ſignificat in recto, & eſt in agente quòad illum reſpectum, quem actio ſignificat in obliquo.

¶ Dico ſecundò, quòd actio quòad motum, quem ſignificat, denominat intrinſecè ipſum mobile, quod dicitur moueri, & denominat intrinſecè agens, ſed quòad reſpectũ denominat ipſum agens intrinſecè, & quantum ad hoc eſt etiam perfectio agentis.

Secundò. Eius eſt actio cuius eſt potentia, vt dicit Philoſophus in lib. de ſomno, & vigilia † ſed potentia agendi eſt in agente: ergo actio eſt in agente.

† Lec. 1.

Reſpõdeo, primò quod Philoſophus loquitur de actione immanente, nos autem de actione tranſeunte.

¶ Dico ſecundò, quòd ſi loquitur de actione tranſeunte ſic intelligit, quòd eius eſt agere cuius eſt poſſe agere, non autem intelligit, quòd actio ſit in eo ſubiectiuè.

Tertiò. Philoſophus dicit in 8. phyſ. † quod ſi Deus ageret de nouo, mutaretur, ſed hoc non eſſet niſi quia reciperet in ſe actionẽ: ergo actio eſt in agente.

† Tex. c. 15.

Reſpondeo, negatur minor, ſed philoſophus putauit Deum non poſſe de nouo agere, niſi per nouam diſpoſitionem, vel nouam voluntatem, quam ante non habuiſſet, vt dicit ibi Commentat. comm. 15.

Quartò. Si vnus ignis calefacit duo ligna, aut eſt vna actio, aut duæ, non duę quia vnius agentis eſt tãtum vna actio: ergo eſt tantum vna, vel igitur eſt in paſſo, quia vnum accidens non poteſt eſſe in duobus ſubſtantijs, ſubſtantia autẽ calefacta ponuntur eſſe duo: ergo eſt in agente.

Reſpondeo, quòd in illo caſu eſſent duæ actiones quantum ad materiale actionis, quia eſſent duo motus, ſicut & duo mobilia, ſed quòad formale actionis, ſcilicèt quòad reſpectum, in quo cõpletur ratio actionis, & per quem à paſſione diſtinguitur, eſſet tantum vna, & quantum adhoc eſſet in agente.

Quintò. ſequitur quòd blaſphematio Iudæorum fuiſſet in Chriſto, ſed hoc eſt falſum: ergo conſequentia patet, minor probatur, blaſphematio eſt peccatum, ſed in Chriſto non erat peccatum: ergo.

Reſpondeo, negatur minor. Ad probationem dico, quòd actio illa exterior, inquantum erat in paſſo, erat bona, ſed fuit mala ſecundum, quid inquantum procedebat ex interiori actione Iudęorum, & vt ſic erat peccatum, ſed vt ſic non erat in Chriſto, vndè illa actio non erat peccatum illius, in quo erat ſubiectiuè

ctiuè, ſed tantum illius à quo producebatur.

Sextò. Omnis propoſitio immediata eſt vera, eum ſit principium demonſtrationis, ſed iſta eſt immediata, actio non eſt paſſio, vt dicitur primo poſte: † ergo eſt vera.

†Tex. 6, 41.

Reſpondeo, concedo totũ, licet enim actio ſit illa res quæ eſt paſſio, iſta tamen propoſitio negatur, actio eſt paſſio, quia in ratione actionis importatur reſpectus ad agens, qui non importatur in ratione paſſionis.

Septimò. Quæcunque differunt genere, differunt etiam numero, vt dicitur 5. meteph. † ſed actio, & paſſio differunt genere: ergo, &c.

Tex. 6, 15.

Reſpondeo, negatur maior, accipiendo per differentiam numeralem differẽtiam, qua aliquæ res ſunt totaliter diuerſæ, ſi autem dicantur differre numero ea quæ importent diuerſas res in obliquo ſic concedo totũ, ſed non ſequitur quin actio, & paſſio dicant eundem motum.

¶Dico ſecundò, quòd licet ea, quæ differunt genere, differant numero illius generis, non tamen oportet quòd differant numero ſimpliciter, quia eadem res poteſt eſſe in diuerſis generibus.

*Concluſio VI.* Actio eſt realiter ipſe motus, probatur, quid eſt illa res, quæ eſt paſſio, eſt motus vt patet 3. phyſ. ſed actio eſt illa res, quæ eſt paſſio, vt patet ex præcedenti concluſione: ergo, &c. Et accipimus hic extẽsè motum prout extenditur etiam ad omnem mutationẽ, quia illuminatio actio eſt, & tamen non propriè motus, ſed mutatio, cum fiat in inſtanti, vt dicit Comm. 6. phy. com. 32.

Tex. 6.

Contra arguit Aureo. primo. Motus manet tranſeunte actione, & paſſione, vt patet in proijciente: ergo motus non eſt actio, aut paſſio.

Aureo.

Reſpondeo, negatur antecedens, quia proiectum ſemper mouetur à proijciente durante motu, & quia moueri eſt pati, & mouere eſt agere, ideò continuè eſt ibi actio, & paſſio. Et licet aliquandò proijciens deſinat eſſe poſt proiectionẽ, dicit tamen eum mouere mediante virtute impreſſa mobili.

Secundò. Motus poteſt mouere remota actione motoris: ergo motus non eſt actio, antecedens probatur. Nam approximato igne alicui combuſtibili Deus poteſt conſeruare illam combuſtionem, ſiuè motum, & ſuſpendere actionem ipſius ignis: ergo tunc erit motus non exiſtente actione.

Reſpondeo. Quod in illo caſu remaneret illa res, quam dicit actio in recto ſcilicèt motus, non tamen maneret id quod dicit in obliquo ſcilicèt reſpectus ad agẽs, nec eſt inconueniẽs, quòd vnũ non manet, alio ſublato in his, quæ ſunt idem, ſed non ſunt idem totalitèr, ſicut idem totalitèr, ſicut eſt de actione, & motu, & ideò poteſt eſſe quòd deſinente illa relatione, originis motus, quæ erat ſubiectiuè in actione, deſinat actio, non quòad illud in quo eſt idem motui, ſed quòad id in quo diſtinguitur à motu.

Tertiò. Ea, quæ ſunt idem ſubiecto, & differunt ſecundum quidditatem, nõ sũt idẽ realitèr, ſed actio, & motus ſunt huiuſmodi, vt dicit Comment. 3. phyſ. coment. 21. ergo, &c.

Reſpondeo. Quod quidditas accipitur dupliciter. Vno modo pro eſſentia rei, & ſic conceditur maior, ſed negatur minor, nec ſic intendit Comment. Alio modo accipitur quidditas pro conceptu diffinitiuo. Conceptus enim rei eſt quidditas rei in eſſe intelligibili, & ſic negatur maior, & conceditur minor. Comment. autem loquitur ad hunc ſenſum, vt patet 3. phyſ. comm. 18. 20. 21. & 22. vbi ſic dicit. Mouere, & moueri non ſunt idem ſecundum quidditatem, quia diffinitio eorum eſt diuerſa.

¶Dico ſecundò, quòd dicuntur eſſe idem ſubiecto, quia eandem rem ſignificant ſcilicèt motum, ſiuè pro eodem ſupponunt, licèt alium, & alium reſpectũ connotent, & quantum ad iſtum reſpectum, quem connotat actio, dicitur aliquando S. D. maximè lib. 2. contra gent. cap. 9. quòd actio eſt in agente.

¶Dico tertiò, quòd actio, & paſſio poſſunt etiam dici differre ſecundum quidditatem etiam primo modo, quia differunt eſſentialitèr, quòad diuerſos reſpectus connotatos.

*Concluſio VII.* Motus non diſtinguitur realitèr à forma, quæ per motũ acquiritur, hanc concluſionem videtur tenere S. D. 11. met. licet non eam probet.

Contra arguit Aureol. primo. Omnis motus diuiditur per mutata eſſe, vt dicitur 6. phyſ. † & eſt vna ad formam, vt dicit Comment. primo cœli comm. 1. 2. & 4. me. comm. 3. & definit eſſe poſtquã acquiſita eſt forma, vt dicitur in ſecundo de gener. ſed forma, quę eſt terminus motus.

Aureol.

Text. 16.

Digitized by Google

motus,nõ diuiditur per mutata eſſe, nec eſt via ad formã cum nulla res ſit acquiſitio ſui,nec deſinit eſſe, finito motu: ergo ipſa forma non eſt motus.

Reſpondeo, quòd actio, & paſſio,& motus, & forma per motum acquiſita ſunt eadem res, quòad abſolutum, quòd ſignificant, ſed cõnotant diuerſos reſpectus. De actione, & paſſione ſatis dictũ eſt ſupra. Quantum verò ad formam dico quòd forma, vt habet eſſe completum,& quietum in ſubiecto, dicitur forma, ſed eadem forma, vt eſt in quodam continuo fluxu dicitur motus. Tria enim ſunt de ratione motus. Primũ eſt quòd ſit actus, & forma imperfecta. Secundum eſt ordo, & tendentia ad actum vlteriorem, quæ non eſt aliud quam relatio quædam eiuſdem formæ ad ſeipsã ſub eſſe perfectiori. Tertium eſt ordo poſterioritatis actus imperfecti ad ſeipſum ſub eſſe pefectiori,ita quòd tempore ſequenti erit perfectior quam modo ſit, & tempore præterito erat imperfectior quam ſit nunc. Et licèt motus includat iſta tria, tamen primum dicit in recto, & alia duo in obliquo.

¶Dico ſecundò, quò iſta propoſitio non conceditur,forma eſt motus,quia aliquid includitur in præterito, quod nõ in ſubiecto ſcilicèt illi reſpectus.

¶Dico tertio ad minorem, quòd forma ſub eſſe imperfecto eſt via ad ſeipsã ſub eſſe perfecto, & eadem forma, vt eſt ſub eſſe perfecto deſinit eſſe ſub eſſe imperfecto.

¶Dico quartò,quòd id quod eſt materiale in motu puta actus imperfectus eſt in præterito qualitatis, aut quantitatis,aut huiuſmodi, inquantum verò habet reſpectum ad agens, & à quo eſt in prædicamento actionis, & inquantum habet habitudinem, & ad mobile, & ad agens quaſi forma in mobili ab agente recepta eſt in prædicamento paſſionis.

¶Dico quintò, quòd motus quòad ſuum materiale, quod eſt forma terminat motum, ſed quòad ſuum formale, quod eſt ordo, vel fluxus de potentia in actum diuiditur per mutata.

Ex his patet,quid dicendum ad illam minorem.

Secundò arguit. Mutatio indiuiſibilis non eſt ipſa forma,quæ acquiritur, vt puta generatio non eſt forma ſubſtãtialis:ergo nec motus eſt forma.

Reſpondeo.negatur antecedens,talis mutatio eſt, quòad ſuum materiale forma, quæ acquiritur,licet non quòad ſuum formale. Talis enim mutatio aliquid includit in ſua ratione, quod non includit forma ſcilicèt nouitatem eſſendi cum alteratione, vel alio motu præcedente.

¶Dico ſecundò, ſicut etiam ſupra dixi,quod non concedimus iſtam, forma eſt motus, quia licèt eadem res importatur per ſubiectum, & prædicatum in recto tamen vnum eorum connotat aliquid in obliquo, quòd aliud nõ connotat,propter quòdComm.in 5.phyſ.com. 5.negat iſtam, albedo eſt albefactio.

Tertiò. Nulla res eſt cauſa ſui ipſius maximè efficiens quocunque modo,ſed vt dicit Auguſt. libro primo de Trinitate, ſed motus habet cauſalitatem ſuper formam:ergo non eſt id,quod eſt forma, maior patet,minor probatur. Efficientia efficientis reducitur ad id genus cauſæ,ad quòd ipſum efficiens, ſed productio formæ eſt ipſa efficientia agentis,& ipſe motus: ergo,&c.

Confirmatur, iſta propoſitio eſt vera, lapis eſt,quia eſt à Deo:ergo exire à Deo eſt lapidi cauſa, quod ſit, & idem dico etiam de alijs rebus.

Reſpondeo, dico primo quod minor eſt falſa,quia cum dicitur forma acquiritur per motum,ly per, dicit habitudinem diſpoſitionis, & cauſæ materialis, quia motus eſt forma imperfecta, actus autem imperfectus eſt diſpoſitio ad perfectum actum, qui eſt magis à potentia deputatus.

¶ Dico ſecundò, quod ly per poteſt etiam dicere ordinem: & non cauſalitatem, vt ſit ſenſus, quòd poſt motum acquiritur forma quieta,& fixa.

¶Dico tertiò, quod poteſt dicere habitudinem cauſæ formalis, vt ſit ſenſus, forma acquiritur motu ideſt acquiritur acquiſitione continua,& ſucceſſiua,nunquam verò dicit habitudinem efficientis. Ad probationem dico, quod efficientia accipitur duplicitèr. Vno modo pro ipſa actione agentis, quæ recipitur in paſſo,& hic vt diximus eſt ipſe motus,& ipſa forma. Alio modo accipitur pro fundamento illius reſpectus, quem ponit actio in agente,quod quidem fundamentum eſt ipſa virtus agentis, & talis efficientia eſt quidem cauſa formæ, ſed illa efficientia non ipſe motus. Ex his elicio vnum aliud,quod cum dicitur

paſ-

Digitized by Google

paſſio eſt effectus actionis, non eſt ſenſus, quod illa entitas, quæ eſt actio cauſet paſſionẽ, ſed paſſio eſt effectus actionis, ideſt virtutis, qua agens agit.

Ad confirmationem concedo, quod actio Diuina, quæ eſt ipſe Deus, eſt cauſa rerum, actio autem creaturæ, cum ſit idem cum paſſione, & forma, & motu, non eſt eorum cauſa, niſi ad ſenſum quẽ prædiximus.

Dico tandem, quòd ea quæ de motu dicta ſunt, videtur eſſe de mente Philoſophi. Cum enim dicit motus eſt actus, deſignatur ordo eius ad anteriorem potentiam, cum vero additur exiſtentis in potentia, deſignatur ordo ad poſteriorem actum.

Contra eandem arguunt alij, primo ſic. Partibus motus repugnat eſſe ſimul, & eſſe in inſtanti, ſed partibus formæ nõ repugnat eſſe ſimul, nec inſtanti: ergo motus non eſt forma.

Reſpondeo, primò conceditur, quòd motus non eſt forma, vt dictum eſt ſæpe.

Dico ſecundò, quod forma accipitur dupliciter. Vno modo, vt eſt in eſſe quieto, & fixo, & ſic conceditur minor, nec vt ſic forma eſt motus. Alio modo, vt eſt in fieri, & ſic dico, quod partibus formæ repugnat eſſe ſimul, & in inſtanti.

Secundò. Omnis motus eſt velox, vel tardus, & eſt ſenſibile commune, ſed forma non eſt velox, vel tarda, nec eſt ſenſibile commune: ergo, &c.

Reſpondeo: Sicut ad præcedens, quod forma non eſt in fieri, ideſt in quadam ſucceſſione eſt velox, vel tarda, & ſenſibile commune, non autem, vt habet eſſe quietum.

Tertiò arguit, cum dico radius eſt in Sole, aut dico præciſè radium, aut dico radium, & Solem, aut aliquid aliud quod non eſt radius, nec Sol. non primum, quia tunc radius non magis eſſet à lapide quàm à Sole, non ſecundum, quia tunc non eſſet magis radius à Sole, quàm econtra: ergo tertium.

Reſpondeo, quod dicendo, radius eſt à Sole, dico radium, & ſolem, & habitudinem dependentiæ radij ad ſolem, illa autem habitudo non eſt motus, nec paſſio, ſed eſt de ratione paſſionis in obliquo.

Quartò. Si motus eſt forma, quæ acquiritur, ſequitur quod motus localis ſit ipſe locus, qui per localem motum acquiritur, ſed hoc eſt falſum: ergo, &c. maior patet, minor probatur tripliciter.

Primò. Omnis motus eſt in mobili, ſed locus non eſt in mobili, ſiuè in locato, ſed eſt in locante: ergo, &c.

Secundò. Motus Cœli eſt cauſa generationis rerum, vt dicit Comment. 12. metaph † & 2. de generatione, † ſed locus non eſt cauſa generationis cum nulla quantitas ſit forma actiua, locus autẽ eſt quantitas: ergo, &c. *Comm. 36.* †*Tex. 24.*

Tertiò. Poſſibile eſt eſſe motum localem nullo loco exiſtente: ergo motus nõ eſt locus, antecedens probatur, Deus poſſet creare vnum Cœlum totum ſolidum intrinſecus, & annihilari omne corpus, & tamen rotare ipſum, ſicut vertitur. Hoc caſu poſito tale cœlum moueretur, & tamen nullum locum acquireret, quia nullus eſſet: ergo, &c.

Reſpondeo, primò negatur conſequẽtia, quia per motum localem licet acquiratur locus extrinſecè, intrinſecè tamen acquiritur vbi quod eſt eadem entitas, quæ eſt motus localis, licet motus connotet aliquem reſpectum, quem non dicis vbi, vt ſuprà ſæpe eſt dictum.

Et ſic dicatur contra S. Thom. dicit in quæſt. 6. de potentia Dei artic. 3. & 1. par. quæſt. 100. artic. 3. quod per motum localem nullo modo variatur res intrinſecè: ergo non acquiritur tale vbi intrinſecum, ſed tantum locus.

Reſpondeo quod S. Doct. loquitur de eſſentialibus abſolutis, vbi autem dicit habitudinem derelictam in locato ex circumſcriptione loci, vnde motus localis eſt ipſum vbi vt eſt in fieri.

Concedo igitur primam rationẽ, qua probatur minor illius quarti argumenti.

Ad ſecundam dico, quod motus Cœli non eſt cauſa generationis, niſi ſicut ſine qua non, quia non eſſet generatio niſi Cœlum moueretur.

Ad tertiam dico, quod ſtante illo caſu, Cœlum non poſſit moueri actu circulariter.

*Concluſio* VIII. Licet eadem ſit actio qua Deus creat, & qua conſeruet res in eſſe, tamen creatio, & conſeruatio ratione diſtinguuntur. Primam partem huius concluſionis ponit Sãct. Doct. quæſt. 5. de potentia Dei artic. 1. ad 2. & probatur ſic. Omnis diſtinctio actionum, aut eſt ex parte principiorum, aut ex parte terminorum, aut ex interruptione temporis, aut ex pluralitate

ſup-

Digitized by Google

ſuppoſitorum agentium, ſed creatio & conſeruatio non diſtinguuntur ex parte principiorum cum idem ſit principium cuiuslibet diuinæ actionis, ſcilicet diuina eſſentia, nec ex parte terminorum, quia eadem eſt res, quæ creatur & conſeruatur, nec ex temporum interruptione, quia eadem res quæ creata eſt continuè conſeruatur, dum habet eſſe, nec ex parte ſuppoſitorum, quia opera diuinarum perſonarum ſunt indiuiſa: vt dicit Auguſt. ergo. &c. Secunda pars patet. Nam creatio in ſua ratione includit nouitatem eſſendi: conſeruatio autem nõ: & ſimiliter conſeruatio includit in ſua ratione continuationem actionis & influxus; creatio autem non. Præterea creatio actiua dicit diuinam actionem prout coexiſtit primo inſtanti durationis creaturæ: ſed eadẽ actio dicitur cõſeruatio prout coexiſtit cæteris inſtãtibus primi principij.

Aureol. Contra arguit Aureol. primo. Via in terminum & manutenentia in termino non ſunt eædem habitudines, ſed creatio eſt via in terminum: & conſeruatio eſt manutenentia in termino. ergo. &c. minor patet. maior probatur, ea quæ repugnant non ſunt idem, quia vnum excludit aliud. ſed manutenentia in termino excludit viam, manutenentia enim præſupponit rem eſſe, via autem dicit rẽ nondum eſſe. ergo. &c.

Reſpondeo. dico primò, quòd licet creatio & conſeruatio ſint eadem res, non tamen dicimus quod creatio ſit cõſeruatio, quia formaliter diſtinguuntur penes diuerſas habitudines quas connotant in obliquo, ſed bene dico, quòd creatio erit conſeruatio, & quòd conſeruatio fuit creatio, quia diuina actio in primo inſtanti, quo creatura incipit eſſe, dicitur creatio, in alijs vero dicitur conſeruatio, accipiendo creationem, vt importat nouitatem eſſendi.

Dico ſecundò, quod ſi creatio diceret ſolum influxum eſsendi, & nõ inceptionem: ſicut dicerent ponentes mundum ab æterno creatum: tunc eadem actio ſimul haberet rationem creationis & conſeruationis; & tamen adhuc differunt ratione.

Secundo. id quod ex natura ſui eſt tantum per inſtans, non eſt conſeruatio: quia cõſeruari importat, & continuationẽ, & durationem ipſiuseſſe. ſed creatio eſt ex natura ſui tantum per inſtans. ergo. &c. minor probatur. ſi neceſſe eſſet creationem durare pluſquam per inſtãs ſequitur quòd Deus non poſſet annihilare creaturam poſt primum inſtans ſui eſse. hoc eſt falſum. vt omnes concedunt. Item ſequitur, quod creatura eſſet neceſſe eſſe natura, id eſt neceſse quòd habet ex ſe quod duret etiam omni alio circunſcripto, ſed ſi repugnat creationi durare tantum per inſtans, creatura duraret, poſt primũ inſtans ſui eſſe per aliquam menſuram, omni alio ſublato. ergo. &c.

Reſpondeo. dico primo quod creatio actiua dicit tria. primum eſt eſſentia diuina. ſecũdum eſt reſpectus rationis ad creaturam. tertium eſt nouitas eſſendi. quantum ad primum eſt æterna. quantum ad ſecundum eſt temporalis, & tamdiu durat quandiu durat creatura. quãtum ad tertium durat tantum per iſtans.

Dico ſecundo, quod creatio paſſiua dicit duo. primum eſt relatio realis exiſtens in creatura. ſecundum nouitas eſſendi. quantum ad ſecundum durat tantum per iſtans. quantum ad primum poteſt dici dupliciter.

Primo, quod repugnat ei durare tantum per inſtans, quia non eſt dare vltimum inſtans eſſe permanentis: & ideo ſi Deus dat ei eſſe per inſtans neceſſario neceſſitate conſequentiæ dabit ei eſſe per tempus, nec poſſet in primo inſtanti eam annihilare, cum in illo creatura ponatur eſſe: nec in inſtanti immediatè ſequenti, quia vnum inſtans non eſt alteri immediatum. ſi ergo eam annihilat, hoc erit in inſtanti mediato, inter quelibet autem duo inſtantia eſt tempus, non eſt etiam talis creatura ens neceſſe eſſe, quia per nullum determinatum tempus neceſſe eſt eam durare, ſed dato quocunque tempore quantumcunque minimo, quo durauit Deus, poteſt eã annihilare centeties millies, & in infinitum ante dimidium illius temporis.

Dico ſecũdo, quod illa relatio, quæ eſt creatio poteſt dici durare quandiu creatura durat, non tamen neceſſe eſt eam durare per tempus aut per inſtans, ſed vtrunque poteſt ei accidere: ſicut Deo placuerit.

Tertio arguit. Deus cõmunicat creaturas agere: non communicat eis conſeruare ſubſtantiam. ergo creare & conſeruare non ſunt idem.

Reſ-

Digitized by Google

Reſpondeo, negatur conſequentia, quia etiam communicat aliquibus eſſe, quibus non cummunicat viuere, & tamẽ eſſe, & viuere non diſtinguntur in Deo.

*Concluſio VIIII.* Omne aliud à Deo eſt à Deo effectiuè, hanc ſic probat S. D. quæſt. 3. de potentia Dei art. 5. Id quod conuenit aliquibus per participationem eſt in eis effectiuè ab eo cui cõuenit per eſſentiam, ſed conuenit omnibus alijs à Deo per participationẽ, & Deus eſt ens per eſſentiam: ergo omnia alia à Deo habent eſſe à Deo effectiuè.

*Aureol.* Contra arguit Aureolus. Omne factũ poteſt aliquando non eſſe, ſed aliqua entia ſunt, quæ non poſſunt aliquando non eſſe: ergo non ſunt facta, maior patet, quia omne genitum eſt corruptibile ſicut etiam omne ingenitum eſt incorruptibile, minor probatur. Nullum perpetuum poteſt non eſſe, ſed aliqua entia ſunt perpetua: ergo, &c. minor patet, maior probatur duplicitèr.

¶Primo ſi perpetuum poteſt non eſſe, ponatur in eſſe: ergo iſta erit vera, perpetuum non eſt, hoc eſt falſum, quia ſimilitèr eſſet, quia ex quo eſt perpetuũ ſemper eſt, & per te ponitur non eſſe: ergo non eſt.

¶Secundò perpetuum poteſt ſemper eſſe: ergo non poteſt aliquando non eſſe, conſequentia patet, alioquin haberet potentiam ad oppoſita, & per conſequẽs ipſa poſſet ſimul eidem conuenire: ergo, &c.

Reſpondeo, dico, quòd aliquid poteſt dici duplicitèr poſſe non eſſe. Vno modo per potentiam intrinſecam, & ſic negatur maior, & conceditur minor. Alio modo per potentiam alicuius agẽtis extrinſeci, & ſic conceditur maior, & negatur minor ad probationem negatur maior.

¶Ad primam probationẽ dico, quod iſta propoſitio perpetuum poteſt non eſſe, eſt vera in ſenſu diuiſo, & non in ſenſu compoſito, vndè non ponitur ſic in eſſe, perpetuum non eſt, ſed ſic, hoc poteſt non eſſe, & hoc eſt perpetuum, ſicut etiam iſta, album poteſt eſſe nigrum, non ponitur ſic in eſſe album eſt nigrũ, ſed ſic, hoc poteſt eſſe nigrum, demonſtrato aliquo albo.

¶ Ad ſecũdam probationem negatur conſequentia. Et dico quod aliquid habet potentiam ad oppoſita diuiſim, & non coniunctim, & ideò non ſequitur, quod oppoſita ſimul conueniant eidem.

Secundò arguit. Nullum æternum eſt factum, quia omne quod fit prius habuit non eſſe quam eſſe, ſed omne perpetuum à parte poſt eſt æternum à parte ante: ergo illud non eſt factum, minor probatur, quia vnum infinitum non eſt maius alio, ergo infinitum à parte poſt, eſt infinitum à parte ante; tenet conſequentia, quia ex oppoſito ſequitur, quod infinitum à parte ante, & à parte poſt eſſet maius eo, quod eſt tantum infinitum à parte poſt.

Reſpondeo, primo negatur maior, ſufficit enim, quod res facta prius natura habuerit non eſſe quam eſſe, ſed non oportet, quod prius durent. Negatur etiam minor, nec eſt inconueniens vnũ infinitum eſſe maius alio infinito ſecundum quid, tempus autem præteritum, & ſimilitèr tempus futurum eſt infinitũ ſolum ſecundum quid.

¶Dico ſecundò, quòd nullum perpetuum excedit aliud, quòad poſſe durare, quia omne perpetuum poteſt infinito tempore durare, ſicut Deo placuerit. Prædicta argumenta ſunt commen. Nam primum habetur primo Cœl. com. 24. Et ſecundum habetur comm. 136. & 3. Cœl. comm. 53.

¶Alia argumenta facit quibus probat, quod materia prima, & Cœlum, & intelligentię nõ ſunt à Deo per motum, quod gratis ei conceditur.

¶ Arguit etiam, quod ánima rationalis non ſit à Deo per creationem, & ſimilitèr gratia, quia iſta præſupponunt ſubiectum.

¶ Ad quod reſpondeo, quod duplicitèr dicitur aliquid fieri ex alio. Vno modo, quia nihil præſupponit ex quo, vel in quo fuit ſicut materia prima, & Cœlum, & alia coæua, quæ à Deo primo creata ſunt. Alio modo, quia licet ſupponant ſubiectum, tamen illud ſubiectũ ſi eſt talis rei cauſa efficiens, nec materialis, ita quod poſſint ab agente naturali educi de potentia talis ſubiecti, & ſic anima, & gratia creantur.

*Concluſio* X. Deus produxit omne ens aliud à Deo per creationem.

Contra arguit Aureolus, quod creatio non poſſit eſſe. Primo de ratione cuiuslibet productionis eſt, quod ſit inter duos terminos, ſed creatio ſi ponatur non eſt inter duos terminos: ergo



Digitized by Google

creatio danda,maior patet, quia per omnem productionem acquiritur aliquis terminus,&aliquis obijcitur:ergo eſt inter duos terminos, minor probatur, ſi creatio haberet duos terminos, terminus eius à quo eſſet nihil, quia creatio dicitur eſſe ex nihilo, ſed nihil non eſt terminus à quo :ergo,&c. minor probatur. Aut creatio eſt ex nihilo tanquam ex termino per ſe,aut per accidens,non per ſe, quia illud ex quo fit aliquid, per ſe mutatur in illud, ſed nihil non mutatur in aliquid: ergo,&c. Item id quo ex quo fit aliquid, per ſe mouet in re facta, ſed nihil non mouet in re creata : ergo, &c. non fit etiam ex nihilo per accidẽs, quia omne per accidens reducitur ad per ſe: ergo oporteret, quod ipſum nihil coniũgeretur alicui ex quo per ſe fieret creatura.

Reſpondeo,negatur maior,ad probationẽ negatur minor,& dico quod creatio eſt ex nihilo per ſe, improbationes autem non ſunt ad propoſitum, quia ly ex non dicit habitudinem alicuius cauſalitatis, ſed dicit ordinem, & reſpectum poſterioris ad prius,& eſt ſenſus, fit ex nihilo,ideſt poſt nihil.

Contra. Vbi vnum fit ex alio, ideſt poſt aliud, sẽper oportet ponere aliquid ſubſtractum, ſicut patet, quod quia ex mane fit dies, tempus ſubſternitur vtrique, ſed nullum eſt ſubſtractum nihili,& enti: ergo,&c.

Reſpondeo, negatur maior, ſed ſufficit continuitas temporis realis,vel imaginarij, & ſic eſt in propoſito, imaginamur enim aliquod tempus in quo creatura non erat,& tempus poſtea reale, in quo habuit eſſe.

Contra. Quando ex vno fit aliud verum eſt dicere,hoc fit hoc, ſicut quia ex albo fit nigrum, verè dicitur album fit nigrum, ſed non eſt verum dicere nihil fit aliquid:ergo, &c.

Reſpondeo, negatur maior. Nam ex Martio fit Aprilis non tamen Martius fit Aprilis.

¶ Dico ſecundò,quòd iſta poteſt cõcedi nihil fit aliquid, non ad hunc ſenſum, quod nihilitas conuertatur in aliquid ſibi oppoſitum, ſed quia eſſentia, quæ prius erat nihil in genere exiſtentiũ eſt poſtea aliquid in tali genere.

Contra. Cum poſt nihil ſuccedit eſſe rei puta lapidis quæro à quo tollatur nihilitas, non à lapide, quia realitas lapidis nunquam fuit nihil, ſed ſemper fuit ens, cum iſta ſit neceſſaria lapis eſt ens, non etiam tollitur nihilitas abſoluta, quia id quod fit nihil, remanet nihil, ſicut chimera, & huiuſmodi entia prohibita:ergo illa reſponſio eſt falſa.

Confirmatur cum dicitur lapis creari, aut fit id quod prius erat, aut fit id quod erat nihil, aut id quod aliquo modo erat,& aliquo modo non erat, non primum, quia quod eſt non fit, non ſecundum,quia ſi id quod erat nihil fit aliquid nihil mutatur in aliquid: ergo relinquitur tertium,ſcilicèt quod omne quod fit aliquo modo erat, ſcilicet in potentia, & non erat in actu.

Reſpondeo primo, quòd cum ex nihilo fit aliquid, ibi nulla eſt ſucceſſio nisi imaginaria.

¶ Dico ſecundo,quòd cum ex nihilo fit lapis, nihilitas exiſtentis in propria natura tollitur à lapide. Ad cuius euidentiam eſt ſciendum, quod ante creationem Mundi quælibet quidditas, quæ poſt creata fuit habebat eſſe in intellectu Diuino per ſuam ideam, & tali quidditati competebat omne prædicatum per ſe conueniens ei, vt dictum eſt primo ſentent. diſtinct.8. lapis enim ſemper eſt lapis, & homo eſt homo, & ſubſtantia ens. Vnde antequam res crearentur,ipſe non erat nihil nihilitate oppoſita eſſentiæ, ſed erant nihil nihilitate oppoſita exiſtentiæ extra cauſam ſuam. Nec ſequitur, ergo ſi lapis creatur, quod nihil fit conuerſum in aliquid,ſed ſolum, quod quidditas,quæ prius non habebat eſſe extra Diuinum intellectum,poſtea habuit eſſe actu extra Deum, & eſt factus ex puro nihilo in genere exiſtentiũ.

Contra. Omne quod creatur, habet à Deo ex vi ſuæ productionis non ſolum eſſe exiſtentiæ, ſed etiam eſſe eſſentiæ : ergo prædicta reſponſio eſt inconueniẽs.

Reſpondeo negatur conſequentia,ſed dico quod creatura habet eſſe eſſentiæ à Deo, vt eſt cauſa exemplaris dans per ſuum intelligere eſſe quidditatiuum, & eſſe intelligibile cuilibet eſſentię eſſe autem exiſtentis habet à Deo, vt eſt cauſa efficiens. Quantum ad primum eſſe creaturæ non creatur, ſed quoad ſecundum.

Reſpondeo etiam aliter, & ſecurius ad præcedens argumentum, quod ante creationem lapidis iſta erat falſa, lapis eſt nihil, ſed iſta erat vera,nihil eſt lapis,

ideſt

Digitized by Google

ideſt nullum ens eſt lapis, & ſimiliter iſta lapis nihil eſt lapis nullum ens eſt, & ſi dicatur. Antequam lapis crearetur iſta fuit vera, lapis non eſt aliquid: ergo lapis eſt nihil, negatur conſequentia, quia aliud eſt affirmare lapidem eſſe nihil, & aliud eſt negare ipſum eſſe aliquid.

Secundò principaliter arguit. Annihilatio eſt impoſſibilis: ergo, & creatio, conſequentia patet, antecedens probatur. Annihilatio eſt ens in nihil reducẽdo, ſed ens non poteſt reduci in nihil: ergo, &c. maior patet, minor probatur. Vnum oppoſitum non poteſt reduci in aliud, vt patet in omnibus oppoſitis, ſed ens, & nihil ſunt oppoſita: ergo, &c.

Reſpondeo, negatur antecedens. Ad probationem negatur minor. Ad probationem dico, quòd eſſentia, quæ annihilatur, reducitur in non eſſe exiſtentiæ, quod non opponitur ipſi creaturæ, ipſum autem eſſe exiſtentiæ reducitur in non eſſe exiſtentiæ per accidens, ſcilicet ratione ſubſtracti, quod prius erat, & poſtea non eſt.

*Concluſio* XI. Nullum ens aliud à Deo, poteſt in eſſe conſeruari ſine Deo conſeruante. Hanc probat quæſt. 5. de potentia Dei artic. 1. quia ſi Deus ſubſtraheret manum ſuam, omnia redirent in nihilum, vt dicit Aug. & Gregor.

*Concluſio XII.* Deus eſt cauſa cuiuslibet actionis creaturæ. Hanc ſic probat quæſt. 3. de potentia Dei artic. 7. Cauſa conferens, & conſeruans virtutem cuiuslibet agentis ſecundi, & mouens illam ad operandum, & eam ſuo effectui coniungens, operatur in qualibet actione agentis ſecundi, ſed Deus eſt huiuſmodi: ergo, &c.

Contra arguitur. Primò, ſi Deus agit in omni effectu creaturæ, accipio vnum effectum, puta actum voluntatis, & arguo ſic. Aut actus voluntatis producitur à Deo, & à creatura ſecundum ſe totum, aut eſt partim à Deo, & partim à voluntate. Non primum, quia vnus numero effectus non poteſt eſſe in duobus totalibus agentibus, vt dicit Commen. 7. metaph. comm. Item ſi eſt totaliter à duobus agentibus vnum eorum ſuperflueret; cum ille effectus totus ſit ab vtraque cauſa, ſi datur ſecundum, ſequitur quòd aliqua entitas non eſt in Deo.

Reſpondeo, dico primò quòd dare eſſe eſt proprius effectus Dei, dare autẽ tale eſſe conuenit particularibus agentibus, quod non eſt ſic intelligendum: quia Deus operetur in rebus tantum illam perfectionem, quæ eſt eſſe, vt puta, quòd det homini eſſe, & non iuſtitiam, & quantitatem, & alia huiuſmodi. Nec ſimiliter eſt putandum, quòd nulla cauſa ſecunda det eſſe ſuo effectui, ſed dico quòd dare omne illud, quod pertinet ad quodcunq; eſſe rei, eſt proprius effectus Dei, & non alterius agentis. Significato enim aliquo effectu omnes cauſæ nõ poſſent ei dare quicquid pertinet ad eſſe eius, ſed ſupponunt, quòd prius habeat eſſe in actu, vel potentia ſibi à Deo collatum, ſicut ergo obiectum intellectus eſt ens inquantum huiuſmodi, non quia intellectus non poſſit intelligere ſubſtãtiam, & quantitatem, ſed quia quicquid continetur ſub ente eſt ei obijcibile, & ideo ens eſt ei obiectum adæquatum, ita ens, vel eſſe eſt proprius effectus adæquatus Dei, quia poteſt in omne participans rationem entis. Et ſimiliter ſicut prima, & propria ratio quare aliquid eſt obijcibile intellectui, eſt ratio entis, quia quicquid obijcitur, habet hoc ex ratione entis primo, & per ſe, ſicut prima, & propria ratio, quare aliquid eſt effectibile à Deo, eſt ratio eſſendi, ita quòd iſta ratio eſt formalis, aliæ verò sũt materiales. Per hunc autem modum nullius cauſæ ſecũdæ effectus eſt eſſe, ſed alicuius earum proprius effectus eſt eſſe ſenſibile, vt Cœli, nam omne ſenſibile eſt effectus Cœli, alicuius verò proprius effectus eſt eſſe lapidem, vel hominem, vel huiuſmodi, ita quod ſua cauſalitas non ſe extendit propria virtute vltra limites rationis illius effectus. Ex hoc ſequitur, quod nulla cauſa ſecunda dat alicui eſſe per ſe, ſed tãtum per accidẽs, quia dat ſibi aliquid quod accidit enti, puta eſſe lapidem, vel equum, nec efficit ens de non ente, ſed ens tale de non ente tali.

Dico ſecundò, quòd effectus cauſæ ſecundæ, & in propoſito, ille actus volũtatis eſt ſecundum ſe totum à prima cauſa, & à ſecunda, nec eſt hoc inconueniẽs, quando actio vnius agentis dependet ab alio, actio autem cauſæ ſecundæ dependet ab actione cauſæ primæ, ſed non econtrario.

Contra hoc vltimo dictum arguo ſic. Dum Deus, & ignis producunt ignem, actio Dei non dependet ab igne: ergo



Digitized by Google

ſubtracta actione ignis generantis, adhuc eſt ignis genitus.

Reſpondeo, negatur conſequentia ſicut non valet. Actio artificis non dependet ab actione martelli: ergo remoto martello, faber facit clauos.

Secundò arguitur, ſi nullus effectus poteſt eſſe, niſi ſit à Deo, ſequitur quòd quilibet effectus ſit infinitæ difficultatis, hoc eſt falſum, vt patet: ergo, &c. maior probatur. Omnis effectus requirens potentiam infinitam eſt infinitæ difficultatis, ſed ſi nullus poteſt eſſe niſi ſit à Deo quilibet requirit potentiam infinitam: ergo, &c. ſi dicatur quod maior eſt falſa, quando illa potentia infinita agit tantũ finite, potentia autem Dei non agit niſi finitè in productione rerum.

Contra, ſi Deus non agit niſi finitè: ergo talis actio finita poſſet fieri à potentia finita, creet igitur Deus talem potẽtiam finitam in aliqua creatura, quæ ſimul cooperetur voluntati reſpectu ſui actus, æqualiter ſicut Deus cooperabatur, igitur ſequitur, quod deducta omni actione Dei pro tunc ille actus eſt tãtum à creatura.

Reſpondeo, negatur maior, quia facilitas, & difficultas effectus attenditur penes cauſas proximas, & non penes cauſam primam, & ideò licet quilibet effectus requirat in ſua cauſa prima potentiam infinitam, non eſt tamen infinitæ difficultatis.

† Durandus hic q. 5. Contra eandem arguit Durandus † primo. Aut cauſa prima, & ſecunda producunt effectus eadem actione, aut duabus, non primum, quia duorum agẽtium non eſt eadem actio perfecta numero vna, niſi habeant eandem numero virtutem, quod non contingit de prima cauſa, & ſecunda, non ſecundum, quia actio eſt idem cum termino, qui acquiritur, ſed acquiritur tantum vnus terminus in effectu: ergo, &c.

Reſpõdeo, quod diſtinctis actionibus, ſcilicet actione interiori primæ cauſæ, quæ actio eſt velle, & actione exteriori creaturæ, actio autem interior non eſt idem realitèr cum producto, dato, et quod poneremus duas actiones tranſeũtes, ſicut accidit cum idem effectus producitur ab igne, & à ſole, dico quod tũc eſſet tantum vna actio, quòad abſolutũ, ſcilicèt quòad motum, vel mutationem, ſed eſſent duæ quoad reſpectum, quia ille motus originaretur à ſole, & ab igne.

Poſſet etiam dici, quod producunt eadem actione, nec eſt verum, quod eadem actio perfectè, & immediatè ſit à duobus ſolum, quando habent eãdem numero virtutem, ſed etiam, quando vnum agit in virtute alterius.

Secundo, vnius rei non poſſunt eſſe duo fines totales: ergo nec duæ cauſæ agentes totales, antecedens patet, & cõſequentia probatur, quia ordo finium eſt ſecundum ordinem agentium.

Reſpondeo, negatur antecedens. Ad cuius euidentiam eſt ſciendum, quod finis poteſt duplicitèr aſſignari alicui. Vno modo, vt res quædam. Alio modo, vt eſt quid operatur, creatura vt ẽ res quædam, non poteſt habere duos fines proximos, & perfectos, tamen vt quid operatum, poteſt eos habere. Nam Deus operatur ignem propter hunc finem immediatum, qui eſt ſua bonitas cauſa autem ſecunda operatur eum propter hunc finem immediatum, qui eſt communicatio ſuæ formæ, vel conſeruatio ſpeciei. Finis verò lapidis, vt eſt res quædam eſt ſua propria operatio.

## QVAESTIO III.

*prim. Diſt. 2. Sent.*

QVæritur tertiò. Vtrum potentia creandi poſſit communicari alicui creaturæ, ita quod poſſit creare.

Pro deciſione huius quæſtionis hæc eſt prima concluſio. Potentia creandi non poteſt communicari alicui creaturę tanquam cauſæ principali. Hanc ſic probat S.D. prima parte, quæſt. 45. artic. 5. & in lib. 2. contra Gent. cap. 21. multis rationibus, primo ſic. Productio effectus vniuerſaliſſimi nõ poteſt eſſe niſi à cauſa vniuerſaliſſima, quia effectus, & cauſæ proportionantur, vt dicitur 2. phyſic. † ſed creatio eſt productio effectus vniuerſaliſſimi, ſcilicet entis: ergo non reducitur niſi in cauſam vniuerſaliſſimam, quæ eſt Deus. † Tex. com. 38.

Contra hanc rationem arguit Scotus, † quòd peccat per fallaciam æquiuocationis, & arguit quod altera præmiſſarũ eſt falſa, ſi enim intelligatur, quòd effectus vniuerſaliſſimus ſecundum prædicationem eſt à cauſa vniuerſaliſſima, ſecundum prædicationem, minor eſt falſa quantum ad vnam eius partem, quia † Scotus in 4. diſt. 1.

Deus

Digitized by Google

Deus non eſt cauſa vniuerſalis ſecũdum prædicationem. Si verò intelligitur de vniuerſalitate perfectionis, ſic minor eſt falſa, quòad ſecundam eius partem, quia eſſe non eſt perfectius alijs cum recipiatur in multis. Si verò maior intelligitur de vniuerſalitate perfectionis, & minor de vniuerſalitate prædicationis, ſic eſt ibi æquiuocatio.

Reſpondeo primo, quod S. Doct. intẽdit ſic arguere, quod effectus vniuerſaliſſimus ſecundum perfectionem, & ſecundum prædicationem non eſt niſi à cauſa vniuerſali ſecundum perfectionem, eſſe autem eſt effectus vniuerſaliſſimus ſecũdum prædicationem, vt patet, & ſecundũ perfectionẽ, quia eſſe eſt actualitas omnium formarum, vt dicit S. Doct. prima parte quæſt. 3. artic. 3. Et ad improbationem huius reſpondeo quòd id quod recipitur in multis ſicut vniuerſale in particulari eſt imperfectum, ſed id quod recipitur in multis ſicut actus in potentia eſt perfectiſſimum, & hoc modo eſſe recipitur in multis.

Contra hanc reſponſionem arguit ſic. Eſſe actualis exiſtentiæ, eſt à generante naturali, cum non dicatur generare niſi quia dat eſſe, & quia facit formam eſſe in materia: ergo non eſt tantum à Deo.

Reſpondeo, quòd eſſe eſt ab agente creato non tamen agens creatum creat, quia ad hoc quòd aliquis creet oportet, quòd ab eo ſit eſſe primo, & per ſe, & ſic eſt tantum à Deo, nulla enim creatura dat eſſe primo accipiẽdo primo, vt diſtinguitur contra ſecundã partem, quia nulla creatura eſt cauſa omnium, quæ pertinent ad eſſe ſaltem cauſæ primæ. Non dat eẽ primo primitate durationis, quia antequam effectus habeat eſſe à creatura, prius duratione habet eſſe à Deo in potentia materiæ, vel ſubiecti. Item ſolus Deus dat eſſe per ſe, quòd intelligo dupliciter, nam *Deus* dat eſſe directè, vt eſt eſſe, alia verò agentia dant eſſe perſecutiuè. Nam aſinus dat directè eſſe aſinum, ex conſequenti verò dat eſſe. Deus etiam dat eſſe per ſe ideſt non per aliud alia verò agentia non dant eſſe niſi in virtute Dei. Non intelligimus ergo quòd eſſe ſit prius effectus Dei, ita quod nullum aliud agens det eſſe, ſed quia nõ dat primò, & per ſe. Et ſimilitèr eſſe dicitur terminus creationis adhuc ſenſum, quia nulla productio propriè dicitur creatio niſi illa qua producitur tota ſubſtantia rei, & quicquid pertinet ad eius eſſe ſubſtantiale.

Secunda ratio pro concluſione hæc eſt, ſuper diſtãtiam infinitam non poteſt niſi virtus infinita, ſed ipſum nihil quod eſt terminus à quo creationis diſtat in infinitum ab ente, quòd eſt terminus ad quem: ergo ſuper ea non poteſt niſi virtus Dei, quæ ſola eſt infinita.

Contra arguit Scotus, & Durandus, primò, quòd nihil nõ ſit terminus à quo creationis, & arguit ſic. Vbi ſunt termini alicuius productionis, ibi eſt ſubiectũ commune vtrique termino, & terminus à quo eſt prior natura termino ad quẽ: ſed in creatione non eſt ſubiectum, neque nihil eſt prius ente natura, cum nihil nullam habeat naturam: ergo, &c.

Reſpondeo primo, non oportet in omni productione habente terminos eſſe idem ſubiectum commune ſecundũ rem, ſed ſufficit in creatione eſſe idem tempus imaginarium. Imaginamur .n. quòd creatura prius in aliquo tempore imaginato fuiſſe nihil, & poſtea fuiſſe ens.

¶ Dico ſecundò, quòd ipſum nihil nõ eſt terminus per ſe, ſed per accidens, nec oportet ipſum attingi à producente.

¶ Dico tertiò, quòd ipſum nihil dicitur eſſe prius natura quam ens, non ꝙ in ſe ſit aliqua natura, ſed quia creaturæ ſecundum ſe conſideratæ prius cõuenit non eſſe quam eſſe, cum non habeant eſſe, niſi ab alio.

Secundò arguit, quòd nihil & ens nõ diſtent infinitè, inter extrema immediata non eſt maior diſtantia quam ſit exceſſus vnius extremi ſuper aliud, quia talis diſtantia non eſt maior quam exceſſus, ſed ens, & nihil ſunt immediata, cum ſint contradictoria, & exceſſus entis ad nihil eſt finitus: ergo inter ens, & nihil non eſt infinita diſtantia, maior patet, & minor probatur. Quando extrema ſunt immediata, quantitas exceſſus eſt ſecundum quantitatem excedentis, ſed ens creatum eſt finitum: ergo exceſſus eius eſt finitus.

Reſpondeo primo, quòd diſtantia nihil ad ens infinitum eſt infinita ex parte vtriuſque extremi. Diſtantia vero nihil ad ens finitum eſt infinita ex parte nihil, & eſt finita ex parte entis. Ex quo ſequitur, quòd in vna contradictione eſt

maior

Digitized by Google

maior diſtantia quam in alia. Plus enim diſtat Deus à non Deo quam anima à non anima, quia ex non Deo non poteſt fieri Deus, ſed ex non anima poteſt fieri anima.

¶ Dico ſecundò, quòd diſtantia nihil ad ens non eſt aliquid reale poſitiuum, quia talis eſt paſſio entis, ſed illa diſtantia eſt relatio rationis, vel negatio, vt puta incompoſſibilitas, vel non ſimultas.

¶ Dico tertiò quod diſtantia nihil ad ens nō eſt infinita ſimpliciter, ſed eſt infinitę proportionabilitatis, quia nulli determinatę diſtantiæ entis ad ens eſt proportionabile, ſicut etiam Philoſophus in quarto phyſic. dicit quod motus factus in vacuo nullam proportionem habeat ad motum factum in pleno, quia ſi proportionaretur ponatur, quod illa proportio ſit dupla, tunc ſumatur aliud plenum ſpacium in duplo ſubtilius priori ſpacio pleno dato, tunc motus factus per iſtud motum in duplo ſubtilius ſe habebit ad illum alium motum etiam in proportione dupla, & per conſequens erit æquè velox ſicut motus factus in vacuo quod ab omnibus dicitur eſſe impoſſibile, ſimiliter dicitur in propoſito ſi potentia producens ex nihilo proportionaretur potentiæ producenti ex aliqua materia ponamus quòd iſta proportio ſit dupla, tunc ſumatur alia potētia, quæ producat ex materia in duplo minus diſpoſitę quam producere, prior potentia: ergo etiam iſta ſe habebit ad eā in proportione dupla, & per conſequens erit æqualis illi, quæ ex nihilo producit.

*Tex. com. 72.*

Secunda ratio pro concluſione. Omnis actio creaturæ eſt motus, vel mutatio, ſed creatio non eſt motus, nec mutatio cum non habeat ſubiectum: ergo eſt actio creaturæ.

Contra arguit Durandus, † Deus poteſt ſeparare accidens à ſubiecto, poſtquam productum eſt ab agente naturali, vt patet in ſacramento altaris: ergo etiam quando producitur, & ſic illa productio non habebit ſubiectum.

*† Durandus in 2. diſt. 1. q. 4.*

Reſpondeo, negatur conſequentia, quia implicat contradictionem accidēs ſeparari à ſubiecto in primo inſtanti, in quo producitur, quia ex hoc, ſequitur quòd ſit in ſubiecto ex quo ſeparatur à ſubiecto, concedo tamē quod Deus poteſt producere accidens ſine ſubiecto.

¶ Dico ſecundo. Iſta eſt vera in ſenſu diuiſo, effectus creaturæ poteſt produci de nihilo, ſed eſt falſa in ſenſu cōpoſito.

Tertia ratio pro concluſione. Omne producens totam ſubſtantiam rei, agit ſe toto, ſed nulla creatura agit ſe tota, cum non ſit actus purus: ergo non poteſt producere totam ſubſtantiam rei, ſiue creari.

Pro euidentia huius rationis eſt notādum, quod productio paſſiua proportionatur productioni actiuæ, ſed agentis quod non eſt actus purus, productio actiua eſt cum motu, vel mutatione: ergo & ſui effectus productio paſſiua eſt cum motu, vel transmutatione, maior nota. minor probatur, quia agens quod non eſt actus purus, aut agit actione immanente, & ſic ipſummet transmutatur, quia in ſe talem actionem recipit, aut agit actione tranſeunte, cum ipſa ſit ſubiectiuè in producto, vel in ſubiecto producti per ipſam trāſmutatur ſubiectum, dum eſt in fieri, vel dum eſt in facto eſſe, vel ſaltem dum talis actio ceſſabit.

Quarta ratio pro concluſione. In quocunq; eſt determinatus modus actionis, eſt etiam id, per quod talis determinatio conſurgit, ſed in omni agente creato eſt determinatus modus agendi impoſitus ei à primo agente: ergo eſt etiam id ex quo conſurgit, ſed conſurgit ex materia: ergo omnis actio creaturæ præſupponit materiam. Quod autem modus actionis principaliter reſurgat ex materia, in quam agens agit, probatur, quia ſi actio eſſet ſubſiſtens, & non eſſet in ſubiecto, eſſet infinita.

Quinta ratio. Nullum perfectum participans aliquam materiam ſiuè perfectionem poteſt agere niſi illam perfectionem applicando ad aliquid, quod ab ipſo applicante non producitur, ſed omne agens creatum participat perfectionem eſſendi: ergo non poteſt agere ſibi ſimile, niſi applicando eſſe ad aliquid non productum ab eo ſecundum præſuppoſitum actioni, maior patet, quia ex quo participat illam perfectionem, & non eſt illa perfectio naturæ poteſt eam communicare nobiliori modo, quā habet eam, habet autem eam tantum participatiuè. Quod verò non poſſit producere id, cui communicat talem perfectionem probatur, quia id, cui perfectio communicatur, eſt potentiale ad aliquid ſimile oportet ei correſpondere in producente, nihil autem agit per id, quod eſt potentiale, ſed per id quod eſt

actuale,

Digitized by Google

actuale, & ideò tale potentiale non producitur, ſed ſupponitur, ſicut etiã ignis, quia non agit per materiam, ſed per formam tantum, non producit materiam ſui effectus, ſed tantum formam.

*Concluſio II.* Potentia creandi non poteſt communicari alicui creaturæ, etiam ſicut inſtrumento. Hanc ſic probat. Nulla operatio aliquid præſupponens poteſt eſſe creatio, cum creatio ſit ex nihilo, ſed quælibet operatio inſtrumenti aliquid præſupponit: ergo, &c. minor probatur. Omnis actio qua aliquid diſponitur, præſupponit id quod diſponitur, ſed actio inſtrumenti eſt diſpoſitio ad effectum principalis agentis: ergo, &c. Inſtrumentum enim inquantum mouetur à principali agente, inducit formã intentam à principali agente, ſed actio, quà inſtrumentum agit, virtute propriæ naturæ, eſt diſpoſitio ad principalem effectum ſicut patet, quòd ſigillum, vt mouetur à principali agente, inducit imaginem in cera, ſed in virtute propria, ſcilicèt rotunditatis diſponit ceram ad imaginem comprimendo, & extendendo ipſam ceram.

Contra. Aliquando inſtrumentum, & agens principale habent tantum vnũ, & eundem effectum, ſicut quando aliquis cum ſecuri ſcindit ligna, & nõ aliud intendit: ergo tunc inſtrumentum non diſponit ad effectũ principalis agentis.

Reſpondeo, quòd in illo caſu ſecuris non habet rationem inſtrumenti, ſed principalis, vel comprincipalis agentis, ex quo nullus effectus producitur, in quem non poſſit ſecuris ex ſua propria natura, ſed nos intelligimus, quòd quando agens principale per inſtrumentum inducit effectum excedentem virtutem naturalem inſtrumenti, oportet quòd inſtrumentum diſponat ad effectum principalis agentis, & ſic eſt in propoſito. Nam producere totam ſubſtantiã rei, ſiuè creare, excedit naturalem virtutem creaturæ: ergo ſi creat vt inſtrumentum, hoc non erit niſi diſponendo.

Contra concluſiones in ſe arguit prima. Forma ſubſtantialis, & accidentalis prius natura eſt aliquid in ſe, quam inhæreat materiæ, vel ſubiecto: ergo poteſt à Deo, mediante agente creato produci ſine ſubiecto, & per conſequens creari.

Reſpondeo, negatur conſequentia. Nam etiam ſubiectum eſt prius natura propria paſſione, & tamẽ implicat, quòd ſine ea producatur.

Dico ſecundò, quod ſicut materia eſt prior forma in genere cauſæ materialis, & forma eſt prior materia in genere cauſæ formalis, ſic eſt dicendum etiam de ſubiecto, & accidente, non oportet autem quòd prius natura poteſt abſolui à poſteriori per cauſam ſecundam, quãdo idem reſpectu eiuſdem eſt prius, & poſterius.

Secundò. Aut productio eſt reſpectus diſtinctus à re producta, aut eſt ipſa res producta, ſi primum, cum relatio ponatur poſitis fundamento, & termino, ſequitur, quòd ſublato omni receptiuo, poſſit haberi relatio, quia ſine omni receptiuo poteſt eſſe fundamentum, & terminus ſi eſt ipſa res producta, multominus non requiritur aliquod receptum.

Reſpondeo primò, quod productio, quæ eſt cum motu, vel mutatione eſt realiter ipſa forma, quæ per motum acquiritur, ſed addit duos reſpectus, vnum ad agens à quo eſt, & aliud ad paſſum, in quo eſt. Productio autem, quæ eſt. Productio autem, quæ eſt ſimplex emanatio, ſicut eſt creatio actiuè accepta, non habet aliquid paſſum, in quo recipiatur, & ideò habet tantum vnum reſpectum, ſcilicèt ad agens, ſiuè ad creãs, à quo eſt.

Dico ſecundò, quod actiuum creatũ non poteſt agere, niſi cõcurrat aliquod comprincipium, quod eſt ipſum paſſum ad quod terminatur reſpectus actionis. Idcircò, ſiuè productio ſit ipſa res producta, ſiuè aliquid ab ea diſtinctum, agẽs creatum non poteſt agere, ſinè paſſo terminante reſpectum ſignificatum per actionem, & in quo actio recipiatur.

Ex hac reſponſione habes, quòd eadem relatio poteſt reſpicere duos terminos, quia actio dicit reſpectũ ad agẽs, & ad paſſum, & filius eadem filiatione refertur ad patrem, & ad matrem, vt dicit S. Doct. 3. parte, quæſt. 35. artic. 5. Dico tamen, quod forma non refertur eodem reſpectu ad agens, & ad ſubiectũ in quo eſt, quia cauſalitas agẽtis differt ſpecie à cauſalitate paſſi.

Tertiò. Omne prius poteſt abſolui à poſteriori, ſed dependentia formæ ad agens eſt prior quàm dependentia ad ſubiectum: ergo poteſt dependere ab agente non dependendo à ſubiecto.

Reſpondeo, negatur minor, ſed dico, quod

Digitized by Google

quod forma quæ eſt ab agente creato ſimul dependet ad agens,& ad ſubiectũ, nec poteſt dependere ab vno,non depẽdendo ab alio, aut econtra in fieri,ſed in eſſendo bene poteſt dependere à ſubiecto, non dependendo ab agente creato,

Sed dubium eſt vtrum forma dependens ab agente creato,& increato, dependeat ab vtroque vnica depẽdentia.

Ad hoc videtur mihi dicendum,quod ſic,quia agens creatum, & increatum producunt formam eadem cauſalitate ſicut etiam agens principale, & inſtrumentum.

Contra,dependentia formæ ab agente increato eſt prior dependentia eius à ſubiecto, ſed dependentia ab agente creato, non eſt prior dependentia à ſubiecto, ergo non eſt eadem dependentia.

Reſpondeo, quod nõ eſt inconueniẽs aliquem reſpectum, vt reſpicit terminũ quem primo,& per ſe reſpicit,eſſe priorem ſeipſo,vt reſpicit terminum,quem ſecundario reſpicit, dependentia autem formæ ab agente creato,& ab increato, reſpicit primo,& per ſe agens increatũ, quia ſine eo eſſe non poſſet,ſecundario autem reſpicit agens creatum, & quaſi per accidens, quia non repugnat formam eſſe, dato quod ab agente creato non dependeat.

Quartò, agẽs naturale poteſt de ſpeciebus panis, & vini in Euchariſtia producere formam vermis,ſed talis productio non eſt ex materia, cum in Euchariſtia non ſit niſi materia coporis Chriſti,quæ non ſpoliatur ſua forma:ergo tale agens creat.

Reſpondeo, ſicut dicit S.Doct.3.parte,quæſt.77. artic.5. quod in conſecratione Euchariſtiæ datur miraculosè quãtitati dimenſiuæ,quod ſit ſubiectum omnium formarum ſubſequentiũ, hoc autem eſt propriũ materiæ,& ideò ex cõſequenti datur ipſi quantitati omne illud,quod ad materiam pertinet. Et ideò quicquid poſſet generari ex materia panis,ſi ibi eſſet totum, poteſt generari ex prædicta quantitate.

Quintò. Agens creatum poteſt annihilare,ergo poteſt creare, conſequentia ab omnibus conceditur, quia non eſt maius facere,aliquid de nihilo,quam reducere aliquid in nihilum antecedens probatur. Illud annihilatur quod totum deſtruitur, vt nihil eius remaneat, ſed agens naturale corrumpendo deſtruit totam formam. Item ſi minimum frigus eſſet ſeparatum,& poneretur in maximo igne, totalitèr ab eo deſtrueretur.

Reſpondeo negatur antecedens. Ad primam probationem dico,quòd ad annihilationem oportet rem ità deſtrui, quòd neque in actu nec in potentia remaneat,formæ autem remanent in potentia materiæ.

Contra,id quod eſt in potentia materiæ, poteſt educi per agens naturale,ſed poſt corruptionẽ non poteſt forma corrupta educi per agẽs naturale:ergo,&c.

Reſpondeo, negatur maior vniuerſaliter, nam anima rationalis eſt in potentia naturali materiæ,& tamẽ à ſolo Deo poteſt ad actum deduci, maximè poſt reſolutionem compoſiti.

Ad ſecundam probationem negatur aſſumptum,tale enim frigus nõ deſtrueretur ab igne,neque hoc ideò eſſet,quia illa qualitas ſeparata eſſet maioris virtutis quàm dum erat vnita, ſed quia ignis non poteſt aliquid agere niſi materia concomitante,vt dicitur primo lib. de generatione. Huius autem ratio eſt,nõ quòd materia aliquid agat,ſed quia nullum agens creatum eſt actus purus, & ideò oportet etiam eius effectum eſſe compoſitum ex actu,& potentia. & ſicut agens non agit ex parte ſui potentialis, ita non poteſt producere effectum, quo ad eius potentiale, ſed tale præſupponitur ex parte effectus,in quod agens poſſit agere.

Sextò. Effectus non adæquans virtutem ſuæ cauſę poteſt à minori virtute produci, ſed nulla creatura adæquat infinitam virtutem Dei, ergo poteſt produci à minore virtute quàm ab infinita.

Reſpondeo,negatur maior. Nam vniuerſitas omnium creaturarum non adæquat virtutem Dei, & tamen non poſſet eſſe niſi à Deo, ſimilitèr ſenſatio in homine non adæquat virtutem animæ intellectiuè, & tamen non poteſt eſſe à minori virtute, quàm ab anima intellectiua.

Septimò. Inſtrumentum plus poteſt, vt eſt inſtrumentum, quàm poſſit in virtute propria, ſed omnis creatura eſt inſtrumentum Dei:ergo plus poteſt,vt eſt inſtrumentum quàm poſſit in propria virtute, ſed aliquod actiuum creatum poteſt propria virtute producere omnem formam educibilem de materia:ergo vt

go, vt eſt inſtrumentum, plus poteſt, ſed non eſt, niſi non præſupponere materiã: ergo, vt eſt inſtrumentum poteſt agere, non præſuppoſita materia.

Reſpondeo, negatur minor vltimi proceſſus, ſed dico quòd omne inſtrumentum per ſe natum cauſare aliquem effectum, ſtante generali Dei influentia, poteſt alio coagente in aliquem effectũ, in quem non poſſet ex ſe, verbi gratia. Calor per ſe poteſt calefacere ſine alio actiuo creato, & tamẽ mediante actione intellectus poteſt in intellectu creare intellectionem, quàm ſolus facere non poſſet. Non ergo valet dicere, poteſt in plus: ergo in hoc, quòd eſt non præſupponere materiam.

Octauò. Sacramenta nouæ legis inſtrumentalitèr cauſant gratiam, vt dicit S. Doct. in 4. ſent. ſed gratia non eſt niſi per creationem: ergo creant gratiam.

Reſpondeo. Cum dicimus, quod nullum ens creatum poteſt eſſe, vt inſtrumentum, creare intelligimus, quod non poteſt, vt inſtrumentum attingere creaturam, ſiuè concreatam cum quo tamẽ ſtat, quòd poteſt diſponere, & aptare ſubiectum, vt in eo Deus aliquid creet, ſicut homo diſponit materiam ad animã rationalem, quæ in ea creatur, & ſic Sacramenta creant gratiam inſtrumentaliter.

Nonò, ſi ſol cauſaret b. lumen in vna parte aeris, & Deus cauſaret a. lumen in alia parte aeris per ſe ſolum, tunc a. eſſet creatum, quia eſſet tantum à Deo: ergo etiam b. productum à ſole eſſet creatum, tenet conſequentia, quia illa duo eſſent ſimilia in omnibus, & eiuſdem ſpeciei.

Reſpondeo, negatur antecedens, quia nulla res exiſtens in potentia materiæ poteſt creari, omnia autem illa lumina prius erant in potentia materiæ, & de illa educta ſunt, quia educi formam de potentia materię non aliud intelligo niſi, quod forma prius erat in potentia naturali paſſiua materiæ, & quod poſtea forma illa in ſui inceptione dependebat à materia, vel ſubiecto tam in fieri quã in eſſe, hoc eſt tam in primo inſtãti quã in ſequentibus. Vnde ſi Deus creat aliquam formam in materia, oportet, quod illa nullo modo ſit in potentia naturali materiæ, ſicut eſt anima intellectiua, & gratia, vel ſi eſt in potentia naturali paſſiua materiæ ſaltem, quod eſſe talis formæ non dependeat à materia, ſicut eſt de anima rationali. Prædictum autem lumen cauſatum tantum à Deo potuiſſet fieri per agens naturale, & erat in potentia naturali materiæ ſicut ſubiecti, & ideò non dicitur creatum.

*Concluſio III.* Creare eſt commune toti Trinitati. Hanc ſic probat prima parte, quæſt. 45. artic. 6. Id quod conuenit de ratione eſſentiæ eſt commune omnibus perſonis, ſed creare eſt cuiuſmodi: ergo, &c. maior patet, minor probatur. Productio eſſe conuenit Deo ratione eſſentiæ, quia principium actionis in agẽte eſt conſiderandum penes id ad quod terminatur, ſed creare eſt productio eſſe, ideſt quod res ideò creatur, quia accipit eſſe: ergo, &c.

*Concluſio* IV. Emanationes Diuinarum Perſonarum ſunt ratio productionis creaturarum. Hanc ſic probat vbi ſupra. Emanatio verbi, & amoris in artifice ſunt ratio, & principium producendi rem artificiatã, ſed Deus producit creaturas ſicut artifex artificiata: ergo, &c.

Contra arguit Scotus † primo. Omne agens accipit aliquid ab eo quo agit, quia ſaltem accipit agere aliquo modo, ſed Pater nihil accipit à Filio, aut à Spiritu ſancto: ergo eis non producit creaturas. † *Scot. in 2. diſt. 1. q. 1.*

Reſpondeo, negatur maior, quando id quo aliquis agit non eſt agenti ratio, ꝙ agat, ſed eſt tantum effectui ratio, quod ab agente procedat, & ſic eſt in propoſito. Non enim dicimus, quod Pater creet Verbo ſicut forma qua agit, ſed quod proceſſio perſonarum eſt exemplar proceſſionis creaturarum, & cauſa non quidem patri, quod producat, ſed creaturæ quod procedat.

¶Secundò, ratio agendi non agit, ſed Filius creat: ergo non eſt ratio creandi.

Reſpondeo, primo, negatur maior, quando talis ratio agendi eſt ſubſiſtens per ſe, ſicut eſt Verbum Diuinum, & Spiritus ſanctus non ſic eſt de Verbo, & amore noſtro.

¶Dico ſecundò, quod omnem cauſalitatem quàm habet Pater, habet etiam Filius, & Spiritus Sanctus, ſed cum alio, & alio reſpectu. Verbum enim importat reſpectum expreſſiui, & dictiui omnium creaturarum, quem reſpectum nõ importat Pater, vt Pater eſt, & creaturæ aſſimilantur Filio, & Spiritui ſancto, inquantum vtrumque eſt productum non



Digitized by Google

autem aſſimilatur, in hoc Patri. & per cõſequens oportet in Filio, & Spiritu ſancto intelligere reſpectum oppoſitum illi, qui eſt in creaturis, neque hoc eſt incõueniens, ſicut nec eſt inconueniens aliquem effectum communẽ toti Trinitati attribui ſpecialitèr alicui Perſonæ Diuinæ, ſicut patet de conceptione Chriſti, quæ attribuitur ſpecialitèr Spiritui ſancto, & ſicut communia attributa perſonis approprianrur.

*Addiſie quæ eſt ſolutio argumentorum recentiorum per M. Mauritium de Gregorio.*

*In hac prima diſt. 2. Sent. & tribus quæſtion. ſequentibus confutãtur hereſes dãnatæ, vt in noſtro Cõment. in text. Magiſtri, & confutantur etiam hæreſes, quæ ſunt in Abecedario, & in Ethimologijs hæreſum, & confutantur ſimilitèr Idolatria vt in Abecedario Idolorum in principio vide ibi lit. C. E. M. & P. ac ẽt cõfutãtur falſæ Theologiæ Fænicũ, Egyptiorũ, Græcorum, Atlanticorum, Frigiorum, Gentium, &c. ab Euſebio in primo, ſecundo, tertio, & quarto lib. de præparatione Euangelica contra Theologiam fabuloſam Poetarum antiquorum.*

*Loca ſolutiua argumẽta aduerſariorum Magiſtri Mauritij vltra commentaria textuũ & loca cõtra hæreſes, &c.*

*Ex cõcluſionibus, probationibus, & ſolutionibus argumẽtorũ Capræoli ſoluũtur argumenta Vulpes, & aliorum recentiorum facile, vt facit Ariſtot. ad argumenta Antiquorum quod veritatis cognitio dubiorum eſt ſolutio, & cum Cardinali Bellarmino dicente in libro de Scriptoribus Eccleſiaſticis de Ioanne Capræolo, quòd Io. Capreolus ſit defenſor Egregius Sancti Thomæ, & optimè diſſoluit omnia argumenta aduerſariorum: dicunt verba formalia Bellarmini, ergò ſi optimè diſſoluit per Bellarminum ſunt ſoluta argumenta cum his doctrinis hìc: Sicut ſoluit Ariſtotelis cõtra antiquos dicendo in 3. de Cœlo veritatis cognitio, dubiorum eſt reſolutio.*

*Reſpondetur ſecundo cum Cardinali Sarnano Franciſcano doctiſſimo, cum quadrageſimatertia cõcordantia, & ſimilitèr cum quadrageſimaſecunda cõcordantia Bonæberbæ.*

*Reſpondetur tertiò cũ Petro de Bergamo, & Bartholomæo Spina dicentibus in tabula S. Thomæ, quod qui ſcit totam Logicam S. Thomæ, Philoſophiã etiam moralem, totam Metaphyſicam S. Thomæ, & totam eiuſdem Theologiam, nullum poteſt facere argumẽtum contra Sanctum Thomã, & ideo ſubdit, quod iſti recentiores ſtudent tantummodò articulo, ſuper quem componunt, & non habent in mente omnia opera Sancti Thomæ loquentis præſuppoſitiuè, præſupponendo omnia ſupradicta, & dicendo qua propter prærumpunt in verba in tãtum Magnum Doctorem nullo modo applicãda, quòd Sanctus Thomas contradicat ſibi ipſi, & ideò Cardinal. Sarnanus, quia ſciebat totum Sanctum Thomam concordauit ſimilitèr, et Ioann. Capreolus ſoluit argumenta aduerſariorum, cum locis Sancti Thomæ quia totum in mente habebat Sanctum Thomam, & ideo Bellar. dicebat bene omnia ſoluere Capreolum.*

*Argumenta verò Vaſquez, Valentiæ, Molinæ, Suarez, &c. quia colliguntur, & ſoluuntur, clarè, diſtinctè, & breuitèr à Ripa, à Nazario, à Conſales, à Nauarretto, à Zenardo, & præcipuè à Montagnolo, in prima parte D. Thom. de creatione quæſt. 45. & quæſt. 46. de principio rerum creatarum.*

*Vide noſtram expoſitionem Petri Lombardi aperientem mentem huius materiæ, vt in folio 71. hic, & infra pro 3. reſponſione Vulpes. Ac etiam vide 1. 2. & 3. folium pro alijs reſponſionibus ad argumenta eiuſdem Vulpes.*

*Loca Sacræ Scriptræ hic, & infra à Salmerone, Emanuel Sa, à Toleto, à Prierio, Vegha, à Poſſeuino, à Salian, Torello in Annalibus à creatione Mũdi quæ videntur repugnare aliquo modo Thomiſtis, quia ſunt concordata à nobis in fine noſtræ expoſitionis totius Bibliæ, & in Anatomia Bibliæ impreſſa ideò vide ea illic.*

DIST.

Digitized by Google

DISTINCTIO II.

*Quæſtio.* I

IN ſecũda diſtinctione quęruntur duo. Primò quæritur. Vtrum Angelus ſit in loco. Secundo quæritur. Vtrum Angelus menſuretur tempore.

Quantum ad primum hæc eſt prima concluſio. Angelus non eſt in loco, niſi per applicationem ſuæ virtutis ad locũ, hanc ſic probat quolib. primo, quæſt. 3. artic. 1. & primo ſent. diſtinct. 37. quæſt. 1. artic. 1. & in prima parte quæſt. 52. art. 1. Illo ſolo modo dicitur Angelus eſſe in loco corporeo, quomodo locum illum attingit, & ei applicatur, ſed Angelus non poteſt attingere locum, nec ei applicari niſi per contactum virtutis: ergo, &c.

† Scot. hic. q. 6. Contra arguit Scotus. † Primo Deus eſt prius præſens rebus prioritate rationis, quàm operetur: ergo etiam Angelus, & per conſequens operatio non eſt ei ratio præſentis ad locum, conſequẽtia patet, antecedens probatur. Deus eſt prius ſecundum rationem immenſus quam operetur: ergo prius eſt præſens rebus, quàm operetur in eis, conſequentia tenet, quia ratione immenſitatis conuenit ei præſentia ad omnem rem.

Reſpondeo, negatur antecedens, ad probationem negatur conſequentia, ad cuius probationem negatur aſſumptũ, quia immenſitas nõ dicit actualem Dei præſentiam, ſed virtutem aſſiſtendi omnibus.

¶Dico ſecundò, quòd ſicut prius eſt corpus eſſe quam tangere, tamen poſterius eſt corpus eſſe in loco quam tangere locum, ità prius eſt Angelum eſſe quã operari, tamen poſterius eſt ipſum eſſe in loco, quàm operari in loco.

¶Dico tertiò, quod implicat contradictionem Deum prius eſſe in creatura quàm in ea operetur, quia antequam Deus operetur ad extra, nihil eſt extra, & ſi nihil eſt extra Deum, Deus nulli aſſiſtit, prius eſt ergo creaturam produci quàm Deum eſſe illi præſentem.

Secundò. Operatio qua Angelus attingit locum, aut exit ab Angelo immediatè, aut mediatè ſi immediatè: ergo Angelus eſt immediatè præ ſens loco, & nõ per operationem, ſi mediatè, fiet eadem quæſtio de illo medio, & procedetur in infinitum.

Reſpondeo, quod immediatè exit à virtute Angeli, quæ quidem immediatio non eſt per modum ſitus, ſed cauſalitatis, quia ſcilicèt illa operatio exit ab Angelo non per aliquam cauſam mediam, & ſimilem immediationem habet corpus motum ab Angelo ad eſſentiam Angeli, ſicut contenti ad continens, & mobilis ad mouens, non tamen ſequitur, ꝙ Angelus ſit præſens localitèr ſine operatione, quia operatio eſt ei ratio præſentiæ localis, licet eſſentia Angeli ſit immediata loco immediatione cauſalitatis.

Tertiò. Ex hoc ſequitur quòd Angelus non ſit in Cœlo Empyreo, hoc eſt cõtra omnes Theologos: ergo, &c. conſequentia probatur, ex hoc quod Angeli nihil operantur in Cœlo Empireo, ſequitur etiam, quod Angelus aliquando in nullo loco ſit, cum aliquando nullibi operetur.

Reſpondeo, negatur conſequentia. Ad probationem dico primo, quod Angelus dicitur eſſe in loco per contactum virtutis, ſiuè per applicationem operationis, contactus autem virtutis dicitur omne illud, quod ſe habet per modum operationis tranſeuntis in locum, aut corpus extrinſecum, ſiuè illud ſit motus localis, ſiuè miniſtratio, ſiuè præſidentia, ſuè continentia, ſiuè influxus in corpus locatum, ſiuè fortificatio virtutis eius, ſiuè quodcunquè aliud ſignificatum per modum actus ſecundi.

¶Dico ſecundò, quod Angelus eſt in Cęlo Empyreo per præſidentiã, & vnionem ad ipſum, iſta autem præſidentia non eſt influxus alicuius qualitatis, ſed eſt quædam exornatio corporis à ſpiritu, ſicut etiam locus Inferni dicitur habere aliquid nobilitatis ex præſentia ſpirituum, vt dicit S. Doct. 4. ſen. diſt. 48.

¶Dico tertiò, quod prædictus ornatus eſt quędam relatio inter corpus, & Angelum ſignificata per modum actus ſecundi, ſiuè operationis tranſeuntis, & ordo quidam congruentiæ vnius ad aliũ, vel ſuperioritatis, vel deputationis vnius ſuper alium.

Quartò. Operatio, quæ tranſit ab Angelo in locum, eſt in loco commenſuratiuè, licèt per accidens: ergo ſi Angelus eſt in loco per operationem, ſequitur quòd commenſuratur loco.

Reſpondeo, negatur conſequentia, ſicut etiam non ſequitur. Anima eſt in loco per corpus, ſed corpus eſt in loco



Digitized by Google

circumſcriptiuè: ergo,& anima.

¶Dico ſecundò,quòd operatio,qua Angelus mouet corpus,non eſt operatio intellectus, & voluntatis, quæ nunquam recipitur in ipſo corpore,cum ſit operatio immanens,dicitur tamē eſſe tranſiēs, quia per eam aliquid ad extra immutatur.

¶Dico tertiò,quòd ſi adhuc talis operatio reciperetur in corpore, adhuc negaretur prædicta conſequentia, quia eſſe in loco conuenit operationi, & Angelo æquiuocè. Angelus enim eſt in loco ſicut operans in operato, ſed operatio eſſet in loco ſicut accidens in ſubiecto.

Quintò. Si Angelus eſt vbi operatur, ſequitur, quod ſit in toto cœlo, quia totum Cœlum primo mouet, ſed hoc eſt falſum,quia cum Cœlum nũquam quieſcat, ſequitur quod Angelus ſit in continuo motu.

Reſpondeo,negatur maior, quia Angelus primo mouet vnam partem, & ibi eſt,& per motũ illius partis mouet alias partes pellendo, & trahendo eſt enim in Cœlo aliqua pars primo capax motus, ſicut etiam cor in animali,& pars dextra, & hoc potiſſimè verum eſt in orbe, cuius non omnes partes ſunt vniformes, ſi autem loquamur de orbe totaliter vniformi in ſuis partibus, adhuc Angelus poteſt ex Diuina ordinatione ſibi determinare vnam partem, quam primo moueat.

¶Dico ſecundò, quòd circa modum quo Angelus mouet Cœlum, eſt duplex opinio. Aliqui enim dicunt quòd mouet eo modo quo nauta mouet nauem, qui quidē quieſcit per ſe in naui, & mouetur per accidens ad motum nauis. Alij dicuntur,quòd mouet eo modo, quo figulus mouet Rotam, quoad motum rotæ nec per ſe,nec per accidens mouetur, & ſecundum hoc diceretur,quòd Angelus mouens orbem, nec mouetur, nec quieſcit propriè localitèr per ſe, ſicut corpus,nec per accidens ſicut anima,ſed tamē mouetur localitèr æquiuocè, quia diuerſas partes Cœli ſua virtute attingit ſucceſſiuè. Hanc viam videtur tenere S.D. prima parte,quæſtione quinquageſima ſecunda. Primam verò viam videtur tenuiſſe primo ſentent. diſtinctione trigeſima ſeptima,& ſecundum hoc diceretur quòd Angelus rotatur per accidēs ad motum Cœli.

*Durandus hic.* Contra eandem arguit Durandus.† Si Angelus eſt in loco,quia operatur, ſequitur quòd vnum corpus ſimul ſit in duobus locis in vno circumſcriptiuè,ſcilicèt in illo cuius ſuperficie ambitur, & in alio diffinitiuè, ſcilicèt in eo, quem mouet.

Reſpondeo primò, quod hoc non eſt incōueniens, dicimus enim quod Sol eſt in viſceribus terræ,quia ea mouet.

¶Dico ſecundò, quod poſſet negari conſequentia, quia contactus virtualis, quo Angelus tangit corpus eſt alterius rationis à cōtactu phyſico,quo vnũ corpus tangit aliud, vt dicit S. Doct. 2. contra gent. cap. 55.

Contra eandem arguit Aureolus vno medio, & Gregorius duobus quorum ſolutio patet ex prædictis. *Aureol.*

*Concluſio* II. Angelus poteſt eſſe indifferentèr in loco diuiſibili, & in loco indiuiſibili. Hanc ſic probat prima part. quæſt. 52. artic. 2. Angelus poteſt applicare virtutem ſuam indifferentèr loco diuiſibili, & in loco indiuiſibili: ergo poteſt eſſe in loco diuiſibili, & in loco indiuiſibili,tenet cōſequentia,quia Angelus non eſt in loco niſi per applicationem virtutis,antecedens patet, quia iſta eſt differentia inter contactum virtualē, & corporalem, quia contactus ſpiritualis poteſt eſſe ad indiuiſibile, contactus verò corporalis eſt tantum ad diuiſibile.

Contra arguit Gregor.† ſic. In rebus corporeis nulla eſt res indiuiſibilis: ergo Angelus non poteſt tangere indiuiſibile,conſequentia patet, antecedens probatur,primo auctoritate philoſophi in lib. de motibus animaliũ, vbi negat polos eſſe quædam indiuiſibilia in Cœlo. *Gregor. hic q. 2.*

Reſpondeo, quod Philoſophus arguit ibi contra dicentem,quod poli ſunt quędam indiuiſibilia de genere ſubſtantiæ, nec negat polos eſſe indiuiſibilia,ſed eſſe ſubſtantias.

Secundò,ſit a. magnitudo, aut in a. eſt tantum vnum punctum, & ſic aliæ partes erunt ſine punctis,& per conſequens habeo,quod eſt aliqua magnitudo ſine pũctis, nam illæ partes a. ſunt etiam ipſæ quædam magnitudines, aut ſunt plura puncta,in a. tunc ſic, aut præter illa omnia puncta eſt aliqua entitas in a. aut nō, ſi non: ergo,a. componitur ex punctis,ſi ſic,ergo habeo intentum, quia illa entitas eſt magnitudo quædam.

Reſpondeo,primo;quod eſt aliqua linea, ſiuè magnitudo, quæ nullum habet

pun-

punctum in actu, puta linea circularis.

¶ Dico ſecundò, quod in magnitudine qualibet ſunt plura puncta in potentia, & in qualibet magnitudine eſt aliqua entitas, quæ non eſt punctum, ipſa tamẽ non componitur ex punctis, nec eſt ſine eis, ſed includit ea, ſicut terminatum ſuũ terminatiuum, & continuum ſuum continuatiuum.

¶ Dico tertiò, quod Deus non poſſet ſeparare omnem punctum à magnitudine, quia punctus eſt de ratione lineæ, vt dicit Cõmẽtator. quinto phyſic. com. 26.

Tertiò. Si linea includit puncta, aut hoc ideò eſt, quia linea ſine punctis non eſſet finita, ſed protenderetur per totum mundum, quod videtur abſurdum, aut hoc ideò eſſet, quia partes lineæ ſine pũctis non continuarentur, ſed propter hoc non ſunt ponenda, quod probatur, aut enim ille punctus, qui continuat duas aquas eſt in vna, & non in alia, & hoc non, quia non eſt maior ratio de vna, quã de alia, aut eſt in vtraque, & hoc non, quia idem accidens non poteſt eſſe in duobus ſubiectis: ergo, &c.

Reſpondeo, dico primò, quod pũctus eſt de ratione lineæ, vt ſit finita, nõ quod ſine punctis extendatur per totum mundum, ſed quia linea carens punctis, non haberet aliquid in ſe, quo diceretur formalitèr finita, ſed ſolum negatiuè, ſicut punctus eſt infinitus, ſic eſſet infinita.

¶ Dico ſecundò, quod punctus eſt de ratione lineæ, vt eam continuet. Ad improbationem dico, quod id quod eſt primo ſubiectum quantitatis corporeæ, eſt ſecundariò ſubiectum lineæ, & puncti, vnde aqua compoſita ex illis duabus aquis eſt ſubiectum puncti: nec oportet quòd ei correſpondeat ſubiectum adequatum.

Quartò. Si aliquid indiuiſibile mouetur ſuper aliqua magnitudine, enumerabit omnia indiuiſibilia illius magnitudinis ſiue moueatur per ſe, ſiue per accidens, & per conſequens illa magnitudo componeretur ex indiuiſilibus, cuius oppoſitũ tenet philoſophus ſexto phy. † ſed ſi eſt in re quanta eſt: aliquod indiuiſibile, moto illo quanto: mouetur etiam illud indiuiſibile. ergo menſurabit magnitudinẽ ſuper qua mouetur: quòd eſt impoſſibile &c. † Tex. 88.

Reſpondeo conceditur maior de indiuiſibili, quod mouetur per ſe: & negatur de indiuiſibili, quod mouetur per accidens: cuiuſmodi eſt punctus: & ratio diuerſitatis eſt: quia indiuiſible, quod mouetur per accidens, nunquam eſt in loco in actu: nec per ſe nec per accidens ſed tantum in potentia, indiuiſibile autem, quod mouetur per ſe, habet locum in actu ſibi æqualem: commenſuraret omnia loca ſibi æqualia, dum moueretur: iſta autem ſunt infinita: hec reſpõſio eſt Comm. 4. phy. com. 9. Quod autem loca æqualia mobili dum mouetur, ſint infinita, patet: quia dum mobile mouetur, nunquam in duobus inſtantibus ſe habet eodem modo: ſed continuè aliter, & aliter, tot ergo ſunt loca, quæ mobile acquirit, quot ſunt inſtantia in tempore menſurante motum: ſed inſtantia ſunt infinita: & etiam ſunt infinita loca.

Contra hanc reſponſionem arguo ſic. Partes mobilis mouentur per accidens, & tamen menſurant magnitudinem: ergo licet punctus moueatur per accidens menſurat eandem.

Reſpõdeo, negatur cõſequentia, quia vt dicit Commen. 6. phyſ. com 86. pars mouetur in toto per accidens actu, licèt per ſe moueatur tantum in potentia, pũctus autem nec actu, nec potentia habet locum, aut motum per ſe.

¶ Dico tandem, quòd ipſum mobile nõ dicitur etiam mutatum eſſe, eo quòd acquirat aliquod punctum, quia nunquã acquiſiuit puncta per ſe, ſed tantum per accidens.

*Concluſio III.* Quam pono incidentalitèr hic eſt, locus eſt de genere quantitatis, probatur. Omnis ſuperficies eſt quantitas, ſed locus eſt ſuperficies, vt dicitur quarto phyſic. † ergo, &c. † Tex. 34.

Contra arguit Aureol. primo. Id cui conuenit conſeruare ſecundum ſuam propriam rationem non eſt quantitas, quia quantitas non eſt actiua, vt dicit Commentat. 4. phyſ. comm. 84. ſed loco conuenit conſeruare ſecundum propriã eius rationem: ergo, &c. Aureol.

Reſpondeo, negatur minor, ſed locus ideò dicitur conſeruare, quia eſt ſuperficies corporis conſeruantis per qualitates ei influxas à primo continente.

Secundò. Locus poteſt eſſe ſubiectiuè in tribus ſubſtantijs, vt patet quando aliquis baculus eſt ſimul in aere in aqua, & in terra: ergo locus nõ eſt vnum accidẽs.

Reſpondeo, negatur conſequentia, quia nõ oportet quòd locus habeat vnita-



Digitized by Google

tatem numeralem, ſed ad vnitatem eius ſufficit vnitas locati,& ordinis ad primũ continens.

Contra iſte ordo eſt ſubiectiuè in corpore locante:ergo variatur ad variationem eius, & per conſequens ſequitur quòd turris fundata in aqua currente, continuè mutet locum.

Præterea poli ſunt quædam puncta imaginata : ergo diſtantia ad polos non eſt quid reale, ſed imaginatum, ergo eſt ens rationis, locus autem eſt quid reale, ergo illa diſtantia, vel ille ordo non eſt de ratione loci.

Reſpondeo,dico primò,quòd ad vnitatem loci ſufficit quòd idem ordo diſtãtiæ ſit in omnibus ſuperficiebus aquæ, quæ ſibi ſuccedunt in ambiendo eandẽ turrim.

¶Dico ſecundò, quòd ſemper manet idem ordo ſecundum materiam in primo continente ad omnes iſtas ſuperficies ſibi ſuccedentes.

¶Dico tertiò,quod ſiuè poli ſint puncta,ſiuè non, tamen primum continens eſt quid reale manens idem numero. Non habeo tamen pro inconuenienti,ꝙ in polis ſint in potentia aliqua puncta realia.

Tertiò id, cuius ratio completur per relationem,non eſt formalitèr de genere quantitatis,ſed ratio loci completur per reſpectum ad primum continuum: ergo.

Reſpondeo,quod locus eſt de genere quantitatis ſolum quòad ſuum materiale,non autem quòad ſuum formale,ſicut etiam ex ſuo materiali habet,quod menſuret locatum, non autem ex ſuo formali.

Quartò. Locus ex ſua ratione formali locat locatum,ſed locare eſt actio,& nõ relatio:ergo,&c.

Reſpondeo,negatur maior,immo locare eſt relatio ſignificata per modum actionis.

Dico ſecundò,quod locus dicit non ſolum vnam, ſed plures habitudines in obliquo. Dicit enim habitudinem menſuræ inquantum æquatur locato,dicit habitudinem continentis ad contentum, inquãtum ambit locatum, dicit habitudinem actiui ad paſſiuum, inquantum conſeruat. Iſtarum verò habitudinum aliquæ conueniunt ei in primo non dicendi per ſe,& ſunt differentiæ conſtitutiuæ, aliquæ verò in ſecundo, quia ſunt propriæ paſſiones.

Quintò,locus eſt poſitio, ergo actu ẽ quantitas, conſequentia patet, antecedens probatur primo. Illud eſt locus quo poſito etiam omnibus alijs ſecluſis, res dicitur eſſe hic, vel ibi, ſed ex hoc ꝙ res habet determinatam poſitionem,remota omni ſuperficie dicitur eſſe hic,vel ibi: ergo,&c.

Reſpondeo, dico primo, quod locus non eſt vbi,neque poſitio, quia locus ſignificat rem abſolutam, quæ eſt ſuperficies,licet connotet reſpectum, vbi autẽ, & poſitio,& alia omnia ſex principia dicunt purum reſpectum, non tamen de genere relationis, vt declarabitur diſt. 6.

¶Dico ſecundò,quod minor eſt falſa, eſſe autem hic aut ibi, ſequuntur primo, & per ſe ad ſuperficiem continentis, & ea remota, non remanet vbi neque poſitio.

Secundò. Remota omni ſuperficie, adhuc terra moueretur ad centrum, ſed hoc non eſſet, niſi quia acquireret poſitionem, ergo locus, ad quem eſt motus localis,eſt poſitio.

Reſpõdeo,negatur maior,graue enim ideo mouetur ad centrum, quia appetit contineri in tali, vel tali corpore, quod eſt eius conſeruatio, vnde ſi nullum eſſet continens,non moueretur.

Tertiò, illa ſunt idem quorum per ſe differentiæ ſunt eædem, eædem ſunt differentiæ loci,& poſitionis ſcilicet ante, retro,dextra,ſiniſtra,ſurſum,& deorſum: ergo,&c.

Reſpondeo,negatur maior,ſi tales differentiæ non conueniant vtrique primo, & per ſe quod non contingit in propoſito. Nam iſtæ differentiæ primo conueniunt loco, ſecundario autem conueniunt vbi ſicut differentiæ cauſarum deriuantur ad ſuos effectus. Ad prædicamentum verò poſitionis nullo modo cõueniunt per ſe iſtæ differentiæ.

Quartò. Corpus glorioſum eſt in cælo Empyreo ſicut in loco, & tamen non circundatur aliqua ſuperficie: ergo,&c.

Reſpondeo,quòd corpus glorioſum non eſt ibi in loco,niſi in potẽtia,& ideo non oportet,quod actu ambiatur aliqua ſuperficie.

*Concluſio IV*. Plures Angeli nõ poſſunt ſimul eſſe in eodem loco. Hanc ſic probat S. Doct. prima parte queſt. 52. artic. 3. Impoſſibile eſt vnius effectus eſſe plures proximas cauſas perfectas in eodem genere cauſæ,ſed Angelus non eſt

eſt in loco, niſi vt perfecta, & proxima cauſa alicuius effectus: ergo, &c.

Ex hoc ſequitur, quod cum aliquis eſt obſeſſus à pluribus ſpiritibus, qui ſunt in diuerſis partibus corporis eius.

Gregor. hic q. 3. Contra arguit Gregor. † primo. Poſſibile eſt, duo corpora eſſe ſimul in eodẽ loco miraculosè: ergo, & duos Angelos.

Reſpondeo primò, quòd loquimur, naturalitèr. Dico ſecundò, quod conſequentia non tenet, quia primum non implicat contradictionem, ſicut ſecundũ, vt patet in probatione concluſionis.

Secundò. Materia, & forma, quorũ, vtrumque eſt in loco circumſcriptiuè, ſunt in eodem loco: ergo multo magis duo Angeli.

¶ Reſpondeo, negatur conſequentia ratione dicta ad præcedens argumentũ, & rurſus, quia materia, & forma ſunt in loco tantum per accidens, Angelus autem eſt in loco per ſe, ſicut operans in operato.

Tertiò. Cum Angelus libere agat, poſſunt duo Angeli mouere idem corpus, ita quod quilibet eorum agat intra vltimum ſuæ potentiæ: ergo tunc erant ambo in eodem loco.

Reſpondeo, quòd Angelo non conuenit eſſe in loco, niſi quando agit, vt agẽs perfectum, & ideò poſito illo caſu neuter illorum Angelorum eſſet ibi, vt in loco.

*Concluſio V.* Nullus Angelus poteſt eſſe naturalitèr in diuerſis locis. Hanc ſic probat prima parte, quæſt. 52. artic. 2. Id cui repugnat naturalitèr operari circa diuerſa, nullo modo vnita, & non eſt in loco, niſi quia contingit operatum, nõ poteſt eſſe ſimul in pluribus locis, ſed poteſt eſſe ſimul in pluribus locis, ſed Angelus eſt huiuſmodi: ergo, &c. hoc ſequitur, quod quando Angelus operatur in totam vnam Ciuitatem, ipſa tota vnitas correſpondet ei, vt locus adæquatus.

## QVAESTIO. II.

*2. Diſt. 2. Sent.*

Quæritur ſecundò. Vtrum Angelus menſuretur tempore.

Pro iſta quæſtione hæc eſt prima cõcluſio. Omnes motus corporum inferiorum mẽſurantur vno tempore quod eſt paſſio primi motus. Hanc ſi probat S. Doct. prima parte quæſt. 10. artic. 6. item 2. quolib. quæſt. 3. artic. primo. Et in tractatu de inſtantibus. Nulla forma naturalis naturalitèr multiplicatur per diuidua eiuſdem ſpeciei, niſi per multiplicationem materialem ſui ſubiecti primi, & per ſe, ſed ſubiectũ primum, & per ſe temporis, ſcilicèt primus motus non multiplicatur: ergo nec tempus.

Contra arguit Aureolus primo. Indiuidua eiuſdẽ ſpeciei habẽt paſſiones eiuſdem rationis, ſed omnes motus circulares ſunt eiuſdem rationis, ſaltem in hoc quòd eſt eſſe ſucceſſiuum: ergo in omnibus eſt tempus ſubiectiuè. Si negatur minor, quia primus eſt regularis, & alij non. Contra quia tempus nõ eſt in eo ratione regularitatis, ſed ratione prioris, & poſterioris, hoc autem eſt in omni motu: ergo. Aureol.

Reſpondeo, negatur minor, quia tempus eſt ſubiectiuè in motu ea ratione, quia ẽ primus prima parte, quæſt. 66. art. 4. ad tertium.

Ex quo elicitur, quòd tempus poteſt dupliciter accipi. Vno modo propriè, & ſtrictè, & ſic eſt tãtum vnum tempus, vel numerus motus primi mobilis. Alio modo impropriè, & ſic numerus cuiuſlibet ſucceſſionis poteſt dici tempus. Secundò patet quòd licèt omnes motus ſint eiuſdem rationis in hoc quòd eſt eſſe motum, non tamen in hoc quod eſt eſſe primum, & ſecundum, notiſſimum, & non notiſſimum.

Ad probationẽ minoris dicitur, quod licèt tempus impropriè dictum conſequatur motũ ratione prioris, & poſterioris, non tamen tempus propriè, ſed conſequitur motum, inquantum eſt primus. Vnde ceſſante motu primi mobilis, qui motus nunc eſt primus, remaneret alius motus, qui eſſet primus, & numerus illius eſſet tunc propriè tempus, numerus verò aliorum motuum eſſet tempus propriè.

Secundò, tempus eſt formalitèr ſucceſſio, ſed in quolibet motu eſt ſucceſſio: ergo in quolibet eſt tempus.

Reſpondeo, primò conceditur, quod in quolibet motu eſt tempus impropriè, ſecundò negatur maior, quia ſucceſſio non eſt niſi relatio prioris ad poſterius, vel eſt non ſimultas, tempus autem non eſt relatio, nec negatio, concedo tamen, quòd ſucceſſio, ſiuè ſit relatio, ſiuè negatio, concomitatur tempus, & eſt de-

ratio,

Digitized by Google

ratione eius tãquam differentia conſtitutiua.

Contra. Omnis quantitas, vel eſt permanens, vel ſucceſſiua, ſed quantitas permanens eſt ipſa partibilitas quanti permanſiui, ergo quantitas eſt ipſa ſucceſſio, ſed tempus eſt ſucceſſiuum: ergo.

Reſpondeo, primò dico, quòd prima diuiſio quantitatis eſt in continuum, & diſcretum, nec illa diuiſio alicubi à philoſopho ponitur, licet in præſenti dicat, quòd aliqua quantitas habet poſitionẽ, & aliqua nõ, habere autem poſitionem non eſt idem omnino, quod habere permanentiam, ſed habere poſitionem includit tria: primum eſt ſitus partium, ſecundum eſt permanẽtia vnius cum alia, tertium eſt copulatio vnius cum alia.

¶Secundò negatur conſequentia, quia arguit à continuo ad diſcretum, & ſi argumentum aliquid valet, concluderet, quòd quantitas permanens, non eſt niſi permanentia.

¶Tertiò negatur minor, quia eſt cõtra Philoſophum dicere, quòd quantitas ſit tantum partibilitas, & quòd ipſa non habet partes, & cõtra Theologiam, quæ ponit quantitatem ſeparatam in Eucha riſtia habentem partes alias à partibus qualitatum ſenſibilium, ibidem remanentium.

Tertiò. Tempus non eſt aliud quam prius, & poſterius, ſed illa ſunt in omni motu: ergo.

Reſpondeo, vt ſuprà de tempore impropriè dicto. Item negatur maior, ſed numerus prioris, & poſterioris concretiuè ſumptorum eſt tempus, & ſimilitèr eſt numerus ſucceſſionis in motu, nec inconueniens ponere duas ſucceſſiones quarum vna ſit inter partes motus, & alia inter partes temporis, quia reſpectus multiplicantur multiplicatis fũdamentis, & terminis, modo aliæ ſunt partes motus, & aliæ partes temporis.

Item dico, quòd motus, & tempus nõ ſunt duæ quantitates ſucceſſiuæ formalitèr, licèt ſint duo quanta ſucceſſiua, ſed neutrum eorũ propriè dicitur quãtum eſt ſucceſſiuũ, quia ſucceſſio poteſt eſſe inter non quanta, vt patet in cogitationibus Angelorum, ſed tempus, & motus dicuntur quanta, inquantum ſunt cõtinua, vel diſcreta, immo quia habent vtraque. Concedo tamen quòd tempus de per ſe eſt quantitas, non autem motus cuius cauſam aſſignat Dominus Albertus in tractatu de quantitate cap. 4.

Ex quo loco habentur quatuor. Primùm quòd motus non eſt per ſe in genere quantitatis, cuius ratio eſt, quia motus eſt per ſe de genere ſui termini ad quem; ille autem terminus aliquando vbi, &c. Secundum quòd tempus eſt per ſe quantitas menſurans protenſionem formæ fluentis, vel motus. Tertium, quod tempus eſt principalius cõtinuum quàm diſcretum, ſed in hoc diſcordat à S.Doct. quia vult quòd tempus eſt formalitèr numerans, & quod habet continuitatem non ex ſe, ſed ex motu. Quartum, quòd motus habet duplicem ſucceſſionem, vel partibilitatem vnam, quæ competit ſibi ratione ſpatij, vel vbi, vel formæ fluentis, & hæc eſt ſibi intinſeca. Aliam verò ratione temporis, hæc eſt ſibi extrinſeca, & quaſi ſuperueniens, & numerus huius ſecũdæ ſucceſſionis eſt tempus S. Doct. 4. Phyſic † in illo cap. accipiendum autem vbi ponit aliam prioritatem in motu, aliam in tempore, & vt dicit Albertus extenſio motus eſt cauſa extenſionis tẽporis. Lect. 18.

Quartò tempus eſt de genere ſucceſſiuorum, & non eſt concretum ex partibus ſuccedentibus: ergo eſt ipſa ſucceſſio, minor probatur, quia tunc tempus eſſet quantitas per accidens.

Reſpondeo negatur minor, ad probationem negatur conſequentia, quia tempus eſt formalitèr numerus compoſitus ex vnitatibus ſibi ſuccedentibus, nũmerus autem eſt formalitèr quantitas. Concedo tamen, quod tempus eſt continuum, vel ſucceſſiuum, vel extenſum per accidens, quia continuitas temporis eſt à motu.

Quintò: in motu nõ eſt ſucceſſio niſi ex tempore: ergo in quolibet motu eſt tempus.

Reſpondeo, negatur antecedens, quia Philoſophus 4. phyſic. particula 99. dicit quod prius, & poſterius prius ſunt in motu quàm in tempore, prius autem, & poſterius ſine ſucceſſione intelligi non poſſunt.

Sextò arguit Gregorius, † quòd tempus non ſit res diſtincta à corpore per corpus regulariter motum poſſumus metiri moras motuum, & quietum, ac eorum durationis: ergo non eſt ponendum tempus diſtinctum à corpore, tenet conſequentia, quia eſſet ſuperfluum. Greg. in 2. diſt. 2. q. 1.

Reſ-

Reſpondeo, iſta opinio improbata eſt à Philoſopho quarto Phyſic. particula 94. vbi ait. Quidam dixerunt tempus eſſe ſphæram totius, & iſte ſermo eſt va nus; item ſequitur, quòd omnia eſſent in eodem tempore adæquato. Ad argumentum negatur antecedens, loquendo de menſura proxima, & per ſe. Et licet tempus, & motus ſint minus nota quàm ipſum mobile, quantum ad quid eſt, nõ tamen quantum ad quia eſt, quia motus eſt q d ſenſibile commune, & talis cognitio ſufficit. Et ſic patet reſponſio ad obiecta contra primam concluſionem.

*Concluſio II.* In toto tempore continuo eſt idem nunc ſecundum ſubſtantiam, variatum tamen ſecundum rationem.

Sanctus Doctor in eodem tractatu de inſtantibus, vbi etiam ponit quòd aliud ē nunc æui quo menſuratur primũ mobile ſecundum eſſentiam, & hoc eſt in primo mobili, ſicut menſura, & non vt accidens in ſubiecto. Aliud eſt nunc quo mẽſuratur ipſum mobile, vt ſtat ſub forma motus, ſemper aliter, & aliter ſe habens, & hoc non eſt aliquid temporis, ſed eſt ipſa vnitas mobilis, & dico vnitas de genere quantitatis non abſolutè, ſed vt mobile eſt ſub forma motus, ſed hoc remanet idem in toto tempore, ſicut remanet idem mobile, & eadẽ vnitas eius, ſed variatur ſecundum eſſe ſiuè ſecundũ rationem ſecundum quòd coexiſtit alteri parti temporis. Et hoc nunc eſt cauſa temporis, eo modo quo geometræ imaginantur punctum ſuo fluxu cauſare lineam. Aliud eſt nunc quod eſt continuatiuum, vel terminatiuum temporis, & hoc nõ eſt idem in toto tempore, nec menſurat mobile, aut motum, ſed mutata eſſe, probatur autem ſic iſta concluſio. Eſſe primi mobilis vt eſt inuariabile, & eiuſdem eſſe vt eſt ſub motu, & mutatum eſſe quod eſt fluens, & labens ſunt alterius, & alterius rationis in ratione menſurabilium: ergo debent habere diuerſas menſuras.

Iſta concluſio eſt de mente philoſophi quarto phyſic. in illo capi. Sicut motus ſemper eſt alius. Et ibi Commentator comment. 103. 104. 105. & 106. Ratio etiam ſupradicta patet, nam primum eſſe eſt ſubſtantiale primi mobilis, ſecundum verò eſt eſſe accidentale, tertium autem eſt mutatum eſſe. Sicut enim aliud eſt mobile, aliud mutatũ eſſe, ita alia eſt vnitas mobilis, & hæc eſt ipſum nunc manens idem in toto tempore, alia eſt vnitas mutati eſſe, & hæc eſt ipſum nunc intrinſecum tempori, & continuans ipſum. Numerus verò motus eſt tempus, nec dico quod numerus, qui eſt tempus componatur ex vnitatibus, quę ſunt ipſa nunc, ſed ex vnitatibus partium motus, quia prima eſt vnitas rei indiuiſibilis, ſcilicèt mutati eſſe, ſecunda autem rei diuiſibilis, ſcilicèt motus.

Contra arguit Aureolus. Indiuiſibile non poteſt cauſare motum 6. phyſic. ergo nec tempus. *Aureol. tex. com. 32.*

Reſpondeo, quod cauſatio, qua nunc cauſat tempus eſt imaginaria, ſed mobile eſt id quod cauſat tempus in genere cauſæ materialis, & ipſum mouens in genere cauſæ efficientis, dico tamen, ꝙ mobile non cauſaret tempus niſi ſibi ineſſet aliquod nunc ſtans ſecundum ſubſtantiam, eſt ergo nunc quo cauſatur tẽpus non id quod cauſat.

¶ Alia argumenta facit tum ex ſe tum ex auctoritatibus philoſophi, quæ non concludunt niſi de inſtanti tertio modo dicto.

Contra eandem arguit Scotus. Omne indiuiſibile de genere quãtitatis, aut eſt terminus continui, aut pars diſcreti, ſed tale inſtans eſt indiuiſibile de genere quantitatis, ergo eſt, &c. ſi eſt pars diſcreti: ergo cauſat tempus diſcretum, ſi terminus continui: ergo eſt continuæ aliud, & aliud.

Reſpondeo, primò dico quòd tale nũc eſt ſubſtantia mobilis, ſicut putat Aegidius, & Gregorius, nec eſt mera negatio, vt ponit Durandus, ſed vnitas mobilis vt dictum eſt.

¶ Secundo, negatur maior, non enim oportet omnem vnitatem eſſe actu partem alicuius diſcreti, ſicut patet ſi eſſet tantum vnum corpus in vniuerſo, eius enim vnitas non eſſet terminus continui, nec actu pars alicuius diſcreti.

¶ Dico tertiò, quòd illud nũc eſt pars diſcreti, ſcilicèt numeri, quo numerantur omnia mobilia, vnumquodque enim mobile habet ſuam vnitatem, quæ vnitates conſtituunt numerum mobilium, & ad improbationẽ negatur conſequentia, vt patet. Variatur autem ſecundum diuerſa eſſe, inquantum diuerſis in ſtantibus coexiſtit, & hæc variatio non eſt propriè motus, ſed ſucceſſio diuerſarum

Ddd habi-

Digitized by Google

habitudinum rationis nũc ſtantis ad inſtantia fluentia, nec oportet quærere menſuram illius mutationis aliam ab inſtantibus fluentibus, vel ab ipſo tempore.

*Gregor. in 2 diſt. 2. q. 1.* Contra eandem arguit Gregorius, † quòd non detur inſtans fluens. Primo tale inſtans non eſt ſubiectiuè in mobili, nec in aliquo accidente eius: ergo in nullo eſt, conſequentia patet. Antecedens pro prima parte probatur. Si eſt in mobili: ergo mobile mutatur quando perdit ipſum, quia omne quod non habet aliquam entitatem quam ante habebat mutatur, hoc eſt falſum, quia aut in illo inſtanti in quo acquirit ipſum perdit eum, & ſic ſimul incipit, & deſinit contra Philoſophum, & Commentat. 8. phyſic. com. 83. & per hoc probat inter motus contrarios eſſe quietem, probatur idem antecedens pro ſecunda parte, aut eſt in accidente permanente, & hoc per argumentum nunc immediatè dictum, aut in non permanente, & tũc aut eſt in accidente diuiſibili, & hoc nõ, quia ipſum inſtans eſſet diuiſibile, nec in indiuiſibili puta in mutato eſſe, quia eodem modo quæretur, in quo ſit ſubiectiuè mutatum eſſe.

Reſpondeo, primò dico, quòd ad motum, nec tempus, nec ad inſtans eſt motus per ſe, ideò mobile quod perdit inſtans non propriè mutatur 5. phyſ. † *Text. com. 30.*

¶ Dico ſecundò, quòd illud inſtãs eſt ſubiectiuè immediatè in motu primi mobilis, & mediatè in ipſo primo mobili.

¶ Dico tertiò, quòd in eodem inſtanti in quo incipit deſinit, incipit quidem per poſitionem de præſenti, & negationem de præterito, deſinit vero per poſitionem de præſenti, & negationem de futuro, & ſic ſubiectum ſimul mutatur ab eo, & mutatum eſt, & adipſum mouetur, nec eſt inconueniens, quod aliquid ſimul incipiat, & deſinat in his rebus, quibus repugnat ſtare cuiuſmodi eſt inſtans, nec eſt ſimile de motibus contrarijs, quia per motus contrarios acquirũtur formæ contrariæ tanquàm per ſe terminum illorum quibus formalitèr repugnat durare per vnicum inſtans, vnde tota repugnantia illius immediatè, ſequelę eſt non ratione entium ſucceſſiuarum, ſed ratione rerum permanentium.

¶ Dico quartò, quòd illud inſtans eſt ſubiectiuè in mutato eſſe, vel in motu, ad improbationem negatur conſequentia, quia non oportet accidens diuidi ad diuiſionem ſubiecti niſi ſubiectum ſit ei adæquatum, & ſit primum, & per ſe ſubiectum, quod non eſt in propoſito. Sicut enim idem ſubiectum primo correſpondet corpori, ſecundò ſuperficiei, tertiò lineæ, & quartò ipſi puncto, ità idem mobile eſt obiectum primarium motus, ſecundò mutati eſſe, tertiò ipſius nunc.

¶ Poſſet quintò dici, quod tale inſtans nõ corrumpitur in ſeipſo, ideſt dum eſt, ſed in tempore ſequenti non ad hunc ſenſum, quod pars eius corrumpatur in parte temporis, & alia in alia parte, ſed quia ante illud tempus erat, & nihil ipſius eſt in tali tempore, nec in aliquo inſtanti eius, nec mirum, quia non deſinũt eſſe per ſe ſed per aliud, & conſecutiuè, vnde non oportet quod correſpondeat eis aliqua menſura adæquata.

Secundò nõ datur mutatum eſſe: ergo nec inſtãs, antecedens probatur, aut motus non includit aliam entitatem quàm mutata eſſe, & ſic ex eis componitur contra philoſophum 6. phyſ. † aut includit aliam entitatem, & ſi illa includit mutata eſſe componitur ex eis, ſi nõ illa ergo per illam poteſt mobile moueri ſine mutatis eſſe. *†Text. com. 76. & 88.*

Reſpondeo, quod motus includit mutatum eſſe intrinſecum ſibi non tanquã partem integralem, ſed formalem, & eodem modo quælibet pars motus includit mutatum eſſe, non tamen ex eis cõponitur, ſicut quælibet pars hominis includit animam, non tamen præcisè conſtat ex anima, ſed includit eo modo, quo continuum includit ſuum continuatiuũ intrinſecum, vel terminatiuum, & ſic linea includit punctum.

*Concluſio III.* Præter tempus continuum quod eſt paſſio primi motus, eſt diſcretum.

Ad euidentiam huius concluſionis præmitto aliqua. Primum eſt, quod tẽpus quoad ſuum formale eſt quid diſcretum, eſt enim numerus prioris, & poſterioris, ſed quoad ſuum materiale eſt cõtinuum, quia talis numerus, & applicatus rebus cõtinuis, ſcilicèt motui à quo tempus habet continuitatem.

Præmitto ſecundò, quòd Angelus nõ intelligit omnia ſimul, ſed vnũ poſt aliud & propter hoc in eius cogitationibus, & volitionibus eſt ſucceſſio.

Præmitto tertiò, quod iſta ſucceſſio nullam habet dependentiam ad tempus no-

Digitized by Google

noſtrum, quia ceſſante motu cœli eſſet adhuc prædicta ſucceſſio.

Præmitto quartò, quòd omnis menſura operationum ſibi ſuccedentium eſt tempus.

Præmitto quintò, quòd omnis intellectio, & omnis volitio Angeli eſt in inſtanti, ita quod licet Angelus poſſit cõtinuare volitionem ſuam, non tamen eſt neceſſe, quod eam continuet.

Ex his arguit ſic S. Doct. quolib. 9. q. 3 & prima part. quæſt. 53. artic. 3. Operationes nullum habentes continuitatem per ſe, nec per accidens, nec ſequentem continuum, nec ab aliquo continuo dependentes non ſunt menſurabiles tempore continuo, nec inſtanti temporis cõtinui, & quia habent aliquam menſuram menſurantur tempore diſcreto, ſed operationes Angelorum ſunt huiuſmodi: ergo, &c.

Sciendum eſt autem, quod in operatione interiori Angelorum non eſt neceſſe, quòd ſit continuitas, in operatione verò exteriori, qua mouetur in corpore aſsũpto, vel aliquouis modo oportet eſſe continuitatem, & propter hoc quandoque dicit S. Doct. quod Angelus poteſt moueri motu continuo, & motu non continuo, accipiendo per motum non continuum operationem immanẽtem.

Dico præterea, quòd motus continuus Angeli eſt alterius rationis à motũ Cœli, dico vltimo quod menſura vnius operationis Angelicæ dicitur vnum inſtans, & quia vna operatio poteſt alteri ſuccedere, ideò & vnum inſtans poteſt ſuccedere alteri. Ex iſtis autem inſtantibus componitur tempus diſcretum, quodlibet autem tale inſtans Angelicũ poteſt coexiſtere, non ſolum inſtanti noſtro, ſed etiam tempori, ſecundum quod Angelus poteſt continuare, vel non cõtinuare ſuam operationem.

Ex his ſequitur corollariè, quòd duo motus continui poſſunt eſſe ſimul, ſcilicèt motus continuus Angeli, & motus Cœli.

*Sco. in 2. di. 2. q. 3.* Contra cõcluſionem arguit Scotus,† primo. Sequitur quod quilibet Angelus habeat ſuum tempus diſcretũ, quod in eodem Angelo poſſint eſſe duo tempora diſcreta, & quod eadem quantitas componatur ex pluribus omninò diuerſarum rationum quod eſt contra philoſophum 7. metaph. † vbi dicit, quod ſex *†Tex. com. 19.* non ſunt bis tria, conſequentia probatur, quoad primum, quia in quolibet Angelo eſt ſucceſſio operationum, ergo, & proprium tempus, quoad ſecundum probatur in Angelo alia eſt ſucceſſio intellectionum, & alia volitionum: ergo aliud, & aliud tempus, quoad tertium probatur, menſuræ operationum ſpecie diſtinctarum ſunt alterius, & alterius rationis, ſed intellectiones Angelicæ ſibi ſuccedentes ſunt alterius, & alterius rationis: ergo inſtantia, quæ menſurant iſtas operationes, & ex quibus componitur tempus diſcretum, ſunt diuerſarũ rationum. maior patet, minor probatur. Obiectorum ſpecie diſtinctorum ſunt intellectiones ſpecie diſtinctæ, ſed Angelus poteſt ſucceſſiuè intelligere obiecta ſpecie diſtincta: ergo, &c.

Reſpondeo, dico primò, quòd primũ, & ſecundum quod infertur non eſt falſum; tempus enim habet rationem menſuræ. Menſura autem dicitur eſſe notior menſurato. Cum igitur cogitationes, & volitiones vnius Angeli non ſint naturalitèr notæ alteri non apparet quando per numerum cogitationum, vel volitionum vnius poſſint menſurari cogitationes alterius, & propter hoc quilibet Angelus habet proprium tempus, ſimilitèr poſſunt in eodem eſſe plura tempora diſcreta.

¶ Dico ſecundò, quòd conſequentia non tenet quòad tertium membrum, quia tempus diſcretum non eſt quantitas, ſed numerus tranſcendens compoſitus ex vnitatibus conuertibilibus cum ente.

Secundò intellectiones noſtræ ſunt in inſtanti, vt dicitur 10. ethic. † ergo ſi ſucceſſio intellectionum Angeli menſuratur tempore diſcreto, ſic erit dicendum etiam de intellectionibus noſtris, quod tamen eſt falſum: ergo, &c. *† Cap. 1. 4. & 5.*

Reſpondeo, primò negatur conſequẽtia, quia intellectiones noſtræ in ſtatu viæ ſunt ſubiectæ motui per accidens, quia dependent à phantaſiatione, quæ ſequitur motum. Vnde intellectus noſter non poteſt pro ſtatu viæ habere operationem, quæ ſolum, & præcisè duret per inſtans fluens, & raptim tranſiens.

¶ Dico ſecundò præcisè ſuſtineri, quod noſtræ intellectiones etiam pro ſtatu viæ poſſint menſurari tempore diſcreto, deſtructo enim, vel ceſſante mo-



Digitized by Google

tu Cœli, adhuc poſſet per Dei potentiã homo conſeruari, & habere intellectiones ſibi ſuccedentes, & quod oporteat ponere iſtud tempus diſcretum, patet auctoritate Auguſtini ſuper Geneſ. ad literam, & Henrici, & Goffredi, & Durandi, & Aegidij, & adhuc ratione. Nam Angelus poteſt habere duas intellectiones ſibi immediatè ſuccedentes, quarũ quælibet eſt indiuiſibilis, & inſtantanea producta. Nulla autem earum poteſt menſurari tempore communi, cum ipſa ſit tota ſimul neque inſtanti noſtro, quia cum vnum tale inſtans non ſit immediatum alteri, ſequitur quod ſecunda illarum operationum non haberet propriã menſuram ſicut prima.

Contra corollarium arguit † Aureolus. Impoſſibile eſt eſſe ſimul duo nũc: ergo duo tempora, conſequentia patet, quia omne tempus habet ſuum nunc, antecedens probatur. Nam in illo nũc in quo cœlum mouetur Angelus intelligit, & ego loquor: ergo, &c.

† Aureol.

Reſpondeo, negatur antecedens de illis nunc quæ ſunt tempore nullam habentia connexionem adinuicem, cuiuſmodi eſt motus continuus cœli, & motus continuus Angeli. Ad probationem dico, quòd cum dicitur quando Cœlum mouetur, Angelus intelligit per primũ importatum nunc temporis noſtri, & ſecundum importatur nunc temporis Angeli.

¶ Dico ſecundò, quòd etiam loquendo de noſtro tempore poſſunt eſſe ſimul plura tempora, quod tamen poteſt intelligi dupliciter. Vno modo, quod quodlibet eorum ex æquo ſit tempus, & ex æquo habeat rationem menſuræ, vtputa, quia vnum illorum eſt æquè motũ, ſicut aliud, & fundatur in motu æquè vniformi, & æquè regulari, & neuter eorum dependet ab alio, & ſic eſſe ſimul plura tempora continua non eſt poſſibile, ſaltem naturaliter, quia oportet in omni genere ponere aliquod primum, quod ſit aliorum menſura. Alio modo poteſt intelligi, quod ſint duo tempora continua, ſed quod vnum eorum ſit tẽpus ſimpliciter, & habens omnia quę sũt de ratione menſuræ, aliud verò ſit tempus ſecundum quid, quia non eſt ſimpliciſſimum, & maximè vniforme potẽs omnia ſui generis menſurare, & hoc modo poſſunt eſſe ſimul duo tempora.

¶ Huic conſentit Commentator 4. phyſic. comm. 130. & 132. & 133.

Secundò. Si multa corpora eſſent ſimul, haberent idem vbi: ergo omnia, quę ſunt ſimul, habent idem tempus.

Reſpondeo, negatur antecedens, quia vbi eſt ſubiectiuè in locato vnde tot ſunt vbi quot ſunt corpora locata etiam ſi eſſent in eodem loco.

¶ Dico ſecundò, quòd ſicut nõ eſt inconueniens, aliqua eſſe in eodem loco communi, & in diſtinctis locis proprijs, & ſic non inconuenit aliqua eſſe in eodẽ nunc communi [qu]od eſt nunc temporis menſurantis primum motum], & habere tamen diſtincta nunc propria.

Quæ diximus de nunc, dicenda ſunt præciſe de priori, & poſteriori.

*Concluſio IV*. Nullum tempus habet eſſe completum extra animam. Ad huius euidentiam eſt notandum, vt ſupra diximus, quod de motu non habemus niſi mutatum eſſe, ſed ratio motus conſiſtit in hoc, quod intellectus apprehendit priorem, & poſteriorem partem motus, ſimiliter dico, quod de tempore non habemus niſi inſtans, ſed anima apprehendit præteritum tempus, & futurũ, vnde ratio temporis conſiſtit in apprehenſione prioris, & poſterioris, & in motu, quæ apprehenſio, & prioritas, & poſterioritas ſunt ab anima, cum ſint reſpectus rationis. Non tamen dico, quod tempus ſit ens rationis, imò eſt ens reale, ſed non eſt actu niſi per apprehenſionem animæ, præteritum enim, & futurum nõ ſunt niſi ab intellectu apprehendantur, de præſenti verò habetur tantum inſtãs.

Contra arguit Gregor.† primo ſi tempus non habet eſſe completum extrà animam, hoc ideò eſſet quia ipſum tempus dum eſt fit, & dum fit eſt, ſed hoc eſt impoſſibile etiam in ſucceſſiuis: ergo, &c. maior communiter conceditur, minor probatur. Omne quod fit procedit de non eſſe ad eſſe, ſed id quod eſt non procedit de non eſſe ad eſſe, ergo non fit. Et per hanc rationem probat philoſophus 5. phyſic. † quod generatio non generatur.

† Greg. in 2. diſt. 2. q. 1.

Reſpondeo, dico primo, quod ratio quare in productione alicuius rei fieri præcedat eſſe, eſt, quia ſit per alterationem pręcedentem, & propter hoc ea quę inſtantaneè producuntur ſine alteratione præuia ſimul fiunt, & ſunt ſicut contingit in creatione, & in operationibus intellectus. In productione autem motus,

Tex. com. 10

tus,

Digitized by Google

tis, & temporis non præcedit alteratio, alioquin iretur in infinitum, & ideò ſimul eſt, & fit. Ad improbationem negatur maior, ſed ſufficit, quod id quod fit habeat eſſe ab alio. Philoſophus verò in loco allegato non intendit aliud niſi, quod generatio non eſt propriè id quod fit, ſed quod generatur alijs generatis, ſicut, & quælibet forma tàm ſubſtantialis, quàm accidentalis, fieri enim propriè eſt ſuppoſitorum.

Secundò ſequitur, quòd tempus eo modo quo generatur ſimul generetur primo, & corrumpatur, hoc eſt contrà philoſophum, & Commentatorẽ 8. phyſ. comment. 62. & 63. imò etiam impoſſibile eſt, aliquid ſimul creari, & annihilari: ergo, &c. minor patet, maior probatur. Accipio aliquod tempus, puta vnũ diem. Iſtud tempus eſt generatum in 24 horis, quia non habuit eſſe ante 24. horas, nec in aliqua parte diei primo, & adæquatè. Et ſimilitèr perdit eſſe in 24. horis primo, & adæquatè: ergo, &c.

Reſpondeo, negatur maior. Ad probationem dico: quod tale tempus in 24 horis generatur, ſed corrumpitur in vltimo inſtanti earum. Tempus enim, & motum primo corrumpi non eſt aliud quamipſum totalitèr terminari. Terminatur autem primo in vltimo inſtanti, nec ante erat terminatum.

¶Hæc reſponſio eſt Domini Alberti quarto phyſic. in tractatu de tempore. cap. 13.

Tertiò, ſi tempus eſt talis res ſucceſſiua, ſequitur quòd aliqua res eſſet compoſita ex partibus, quarũ nulla eſſet, ſed hoc eſt impoſſibile: ergo impoſſibile eſt tempus eſſe, maior patet, quia per te quælibet pars temporis eſt præterita, vel futura, præteritum autem, & futurum non ſunt.

Reſpondeo triplicitèr ad hoc argumentum.

¶Prima reſponſio eſt, quòd ad eſſe rerum ſucceſſiuorũ non requiritur, quod omnes partes ſint, nec quòd aliqua pars ſit tota ſimul, ſed ſufficit, & requiritur, quòd poſt quoſdam partes ſint aliæ, & quod actu ſit quoddam indiuiſibile cõtinuans partes adinuicem. Iſta reſponſio eſt Domini Alberti in præſenti tractatu de quantitate, capite 9. & in quarto phyſic. tractatu de tempore cap. 7.

¶Secunda reſponſio eſt iſta, quòd nõ quælibet pars temporis eſt præterita, vel futura, ſed aliqua eſt præſens.

¶Tertia reſponſio eſt Auicennæ in ſecundo ſuæ ſufficientiæ cap 13. quod tẽpus eſt præſens licèt non ſit præſens in hoc inſtanti.

¶Contra primam reſponſionem arguit primo. Sumo aliquod tempus, puta a. & ſit eius pars præterita b. & futura ſit c. & inſtans continuans eas ſit d. Cum igitur a. non ſit aliquid quam b. c. d. tunc arguitur ſic a. eſt ergo b. c. d. ſunt, tenet, quia à termino ſupponente pro toto ad terminos ſupponentes pro partibus reſpectu eſſe exiſtere, valet conſequentia, tunc vltra b. c. d. ſunt: ergo b. eſt, hoc autem eſt falſum, quia b. eſt præteritum.

Reſpondeo, conceditur prima conſequentia, ſed negatur iſta vltima qua dicitur b. c. d. ſunt ergo a. eſt & b. eſt, quia arguitur à copulato extremo ad copulatiuam, quæ ſæpe fallit, etiam quando arguitur à tertio adiacente ad ſecundum, non enim ſequitur materia, & forma aſini ſunt: ergo materia aſini eſt, quia eſſe exiſtentię debetur tantum rei ſubſiſtenti.

¶Dico ſecundò, quòd partes temporis ſunt quodammodo obſcuræ per aliquod ſui quod eſt inſtans cõtinuans vnã cum alia, & tale, obſcurum, & potentiale eſſe partium ſufficit ad eſſe obſcurum totius.

Contra, ſi b. præteritum, & c. futurum ſunt, aut b. eſt quando eſt præteritum, & hoc non quia iam deſijt eſſe, aut quando eſt futurum, & hoc non quia nondum incepit, aut quando eſt præſens, & hoc non quia de tempore non eſt præſens niſi inſtans.

Confirmatur, quia Auguſt. in lib. confeſſionum ſæpe dicit nullum tempus eſſe præſens

¶Reſpondeo, dico primò, quod aliquod tempus dicitur eſſe totum pręſens, accipiendo totum non vt tenetur ſyncathegorematicè, ſed cathegorematicè.

¶Dico ſecundò, quod pręteritum fuit, quando erat præſens, quia quandiu aliquod inſtans continuans eius partes erat præſens, tandiu tale tempus quod nunc dicitur præteritum erat pręſens, non quidem ſecundum ſe totum, ſed ſecundum ſuum continuatiuum.

¶Dico tertiò, quod præteritum erat præſens etiam in vltimo inſtanti ſui eſſe, puta aliqua hora eſt præſens etiam in vltimo ſuo inſtanti, & immediatè poſt nõ erit præſens.

¶Dico

Digitized by Google

¶Dico quartò, quòd præteritum erat pręſens quãdiù erat vltimo futurum hoc eſt quando primum inſtans ſui imitʼtatiuum actu erat. In illo enim inſtanti deſijt eſſe futurum,& incipit eſſe præſens.

Ad Auguſtin. dico, vt dicit Albertus, & Henricus, quod ipſe naturam temporis ignorat, vt ipſemet cõfitetur, vel quod intendit dicere nullum tempus eſſe præſens ſecundum ſe totum.

Quartò arguit, tempus non eſt ſubiectiuè in indiuiſibili motus nec in aliqua eius parte, nec in toto motu: ergo non eſt in motu ſubiectiuè, conſequentia patet, prima, & ſecunda pars antecedentis probatur, quia nõ eſt maior ratio de vno indiuiſibili, quã de alio, nec de vna parte, quam de alia, tertia pars probatur, quia motus eſt diuiſibilis in partes ſimul taneas, cum vna pars eius ſit in oriente alia in occidente, alia in meridie: ergo, & tempus dabebit partes ſimultaneas, & per conſequens non erit ſucceſſiuum.

¶Reſpondeo, quod tempus eſt ſubiectiuè in motu. Motus autem diuiditur
†Tex. cõ. 33 dupliciter, vt dicitur 6. phyſic. † Vno modo ſecundum partes mobilis. Alio modo ſecundum prius, & poſterius magnitudinis, ità dicitur de tempore conſimilitèr, partes primo modo ſumptæ ſunt ſimul, non autem partes ſumptæ, ſecundo modo. Patet igitur quod tempus eſt res compoſita ex partibus ſimultaneis ſimultate ſubiecti, non autem ſimultate durationis, & ſimilitèr dicẽdum eſt de motu.

*Concluſio V.* Eſſe, & ſubſtantia Angeli, & animæ intellectiuæ, & corporum cœleſtium menſurantur æuo. Hanc ſic probat prima parte quæſt. 10. artic. 5. & quolibet. 10. quæſt. 2. art. primo. Id quòd non habet intrinſecè prius, & poſterius, ſed illa compati poteſt, menſuratur ęuo, ſed prædicta ſunt huiuſmodi: ergo, &c.

¶Ad huius euidentiam eſt ſciendum, quod vbi eſt prius, & poſterius ibi de neceſſitate eſt ſucceſſio, ex quo ſequitur, quòd remota ſucceſſione remouetur prius, & poſterius, & per conſequens etiã tempus, eſſe autem Dei in ſe non habet ſucceſſionem, neque in operationibus ſuis, cum in eo ſit tantum vna operatio ſicut, & vna eſſentia, & propter hoc mẽſuratur æternitate, quæ eſt menſura eſſe eodem modo ſemper ſe habentis. Eſſe autem Angeli, & animæ, & cœli non habet in ſe ſucceſſionem, ſed eſt totum ſimul cum ſit incorruptibile, & inuariabile, habet tamen adiunctam ſucceſſionẽ, quia in Angelo, & in anima eſt ſucceſſio operationum, & in cœlo eſt motus, & ideò menſurantur æuo. Eſſe autem omnium generabilium, & ſimiliter omnis motus menſuratur tempore, quia vel in tranſmutatione conſiſtit, vel ſunt ſubiecta tranſmutationi.

Ex pręlictis ſequitur corollarie, quod in æuo non eſt ſucceſſio ſine innouatione, vt dixit Bonauentura, & arguit ſic, vbi eſt ſucceſſio ibi eſt prius, & poſterius, vbi eſt prius, & poſterius in durationibus ibi adueniente poſteriori parte, redit prior, vbi eſt aliquid adueniens quod ante nõ erat ibi eſt nouitas, ſiuè innouatio: ergo vbi eſt ſucceſſio ibi eſt innouatio.

Cõtra arguitur ab his qui tenent opinionem Bonauenturæ, primo ſi in æuo non eſt ſucceſſio, ſed eſſe æuiterni, habet in ſe quicquid eſt habiturum in poſterum, ſequitur quòd idem ſit æuiterno eſſe fuiſſe, & fore, ſed hoc eſt falſum: alioquin ſicut Deus non poteſt facere Angelum non fuiſſe, ità non poſſet facere ipſum non eſſe futurum, quod nullus dicit.

Reſpondeo, negatur minor. Ad probationem negatur conſequentia, quia dum dicimus Angelum fuiſſe, importatur coexiſtentia eius ad tempus præteritum verum, vel imaginatum iam tranſiſſe, per hoc quòd dico Angelum eſſe futurum non ponitur in actu talis coexiſtentia, & ideò Deus poſſet ei non influere ad coexiſtendum in futuro.

Secundò, duratio Angeli à parte poſterit infinita: ergo ſi eſt tota ſimul ſequitur, quòd ipſa ſit actu infinita.

Reſpondeo, quod talis duratio eſt infinita ſecundum quid, & negatiuè, quia non habet in ſe per quod limitetur ad durandum tantum, & non plus, non tamen eſt infinita ſimplicitèr, & poſitiuè cum non ſit entitas infinita.

Contra. Id in quo ſunt infinitæ negationes defectuum eſt infinitum ſimpliciter, quia negatio defectus eſt poſitio perfectionis. Vnde infinitæ negationes defectuum ponunt infinitas perfectiones, ſed ſi æuum eſt totum ſimul, habet infinitas negationes defectuum, quia negationem defectus pro craſtina die, & pro alia, & alia ætate in infinitum: ergo, &c.

¶Reſpondeo, negatur maior quando illæ perfectiones defectibus oppoſitæ ſolo numero diſtinguuntur, & tantum eſſẽ-

tialis

Digitized by Google

tialis perfectionis eſt in vna ſicut in omnibus, ſicut eſt in propoſito. Nam durare die craſtina, & durare die ſequenti eſt eiuſdem rationis, ſicut ſi diceretur albedo eſt perfectior b. nigredine, & nigredine in duplo intenſiori, & in triplo, & ſic in infinitū: ergo albedo eſt infinitę perfectionis intenſiuè, non valet argumentum.

Tertiò, ſi Deus vnum Angelum crearet, & poſtea annihilaret, & poſtea recrearet in eius eſſet menſura eſſet ſucceſſio: ergo in æuo eſt ſucceſſio, conſequentia patet, antecedens probatur, quia realitèr incideret non entitas Angeli inter primū eſſe, & ſecundum.

Reſpondeo, negatur antecedens, quia in illo caſu, non eſſet ſucceſſio vnius partis durationis Angeli ad aliam partem, ſed eſſet ibi ſucceſſio eiuſdem ad ſeipsū, ità quòd ſub vno reſpectu ſuccederet ſibi ipſi ſub alio reſpectu, ità quod primo coexiſtit, tempori, & non coexiſtit b. tēpori, & poſtea coexiſtit c. tēpori. Quartò. Omne finitum poteſt recipere additionem, ſed duratio Angeli eſt finita: ergo, &c.

Reſpondeo, negatur maior, de additione eſſentiali, & ideò durationi Angeli non poteſt addi aliquid eſſentiale, vel vnius rationis cū qui conſtituat aliquid maius quàm ipſum ſit, vera eſt tamen illa maior in omnibus mathematicis.

Dico ſecundò, quòd durationi ęuiternorum poteſt fieri additio accidentalis, puta aliquis reſpectus ad tempus, vel huiuſmodi.

Quintò. Circumſcripto omni tempore. Deus poteſt creare vnum Angelum ante alium, ergo in æuo poteſt eſſe ſucceſſio, conſequentia patet, antecedens patet, quia creatio vnius Angeli non dependet ab alio Angelo.

Reſpondeo, negatur antecedens, quia ſi non eſſet tempus continuum, aut diſcretum reale, vel imaginatiuum, Deus non poſſet creare vnum Angelum ante alium, poſſet tamen creare vnum, non exiſtente alio, cuius ratio eſt, quia ante, & poſt non poſſunt intelligi ſine menſura diuiſibili, quæ ſit numerus ſucceſſionis, huiuſmodi autem menſura eſt tempus, aut continuum, aut diſcretum.

Sextò, illud æuum eſt maius quod poteſt applicari maiori tempori, ſed æuum menſurans Angelum creatum à principio mundi poteſt applicari toto tempori tàm præterito quam futuro, & æuum menſurans Angelum hodie creatum poteſt applicari tantum tempori futuro: ergo illud eſt maius iſto.

Reſpondeo, negatur minor, quia omne æuiternum poteſt indifferenter applicari maiori tempori, & minori. Quod autem vnum non coexiſtat tanto tempori, ſicut aliud hoc eſt tantum per accidens, inquantum accidit ei produci in principio, vel in medio, vel in fine temporis.

Septimò, Deus poteſt annihilare Angelum, & non in illo inſtanti in quo Angelus eſt quia, tunc ſimul eſſet, & non eſſet, ergo in alio inſtanti: ergo eſt ibi ſucceſſio duorum inſtantium æui.

Reſpondeo, negatur vltima conſequētia, quia talia inſtantia non eſſent inſtantia æui, ſed temporis diſcreti, quibus inſtantibus menſuraretur tāquam propria menſura creatio, & annihilatio Angeli.

Octauò, Angelus poteſt deficere ab eſſe per Diuinam potentiam: ergo non habet totum eſſe, quod habere potuit, & per conſequens eius eſſe non eſt totum ſimul vnitiuè, conſequentia probatur, quia potuit plus eſſe quàm fuit.

Reſpondeo, negatur conſequentia. Ad probationem dico, & ſi potuit plus eſſe, tamen plus eſſendo non habuiſſet aliud eſſe in parte, nec in toto, ſed illud idem quod prius. Vnde eſt fallacia figuræ dictionis, quia mutatur quid in plus.

*Concluſio VI.* Omnium æuiternorum eſt tantum vnum æuum. Hanc probat S. Doct. prima parte quæſt. 10. artic. 6. Ex eo quòd ſicut omnes motus menſurantur eadem menſura, quæ eſt tempus, ſic & omnia æuiterna eodem æuo.

Contra arguit Ægidius primo, vbi eſt tantum vna menſura illa eſt ſimpliciſſima, ſed nullum æuiternum eſt ſimpliciſſimum cum quolibet dato poſſit Deus facere ſimpliciorem: ergo nullum eſt menſura omnium aliorum. *Aegidius.*

Reſpondeo, negatur maior. Nam primus motus, qui eſt menſura omnium motuum, non eſt ſimpliciſſimus abſolutè, ſed Deus poſſet facere alium eo ſimpliciorem. Dico tamen quòd eſt ſimpliciſſimus omnium motuum quo nunc ſunt licet non omnium, qui poſſunt eſſe, & ſimilitèr primum æuiternum eſt ſimpliciſſimum omnium, qui nunc ſunt, & ſi fieret aliud ſimplicius, tunc in eo eſſet æuum.

Secun-

Digitized by Google

Secundò. Id cuius eſſe menſuratur ab alio dependet ab eo quantum ad ſui durationem, ſed vnus Angelus non dependet ab alio, inquantum ad durationem. ergo vnus non menſuratur ab alio.

Reſpondeo, negatur maior, quia non oportet menſuram habere cauſalitatem effectiuam ſuper menſurata, ſicut patet quòd albedo non cauſat alios colores quorum tamen eſt menſura. Et motus planetarum non cauſantur à primo motu cum ſint ei contrarij, menſurantur tamen à primo motu, ſed ſufficit quòd mẽſura ſit aliquo modo cauſa formalis extrinſeca, vel exemplaris, & hoc modo ſe habet primum æuiternum ad alia, quia eſt eis mobilius, & propter hoc vnum poteſt eſſe ratio cognoſcendi aliud, quo ad ſuam ſimplicitatem inuariabilitatẽ, & perfectionem.

Contra eandem arguitur ab alijs primo. Si Deus feciſſet duos Angelos nobiliores omnibus alijs, & æquales inter ſe quantum ad omnia, non eſſet maior ratio, quia æuum eſſet in vno quàm in alio, nec poteſt idem æuum eſſe in vtroque, quia idem accidens non poteſt eſſe in diſtinctis ſubiectis, igitur eſſent plura æua.

Reſpondeo primò, quòd caſus eſt impoſſibilis, quia non poſſunt eſſe duo Angeli æque nobiles, ſed omnes differunt ſpecie.

Dico ſecundò, quod admiſſo caſu, eſſent duo æua ſecundum naturam, ſecundum quòd ſunt accidentia, ſed eſſet tantum vnum ſecundum rationem menſuræ, quia ſe haberent illa duo æua ſecundum rationem menſuræ, ac ſi eſſent tantum vnum.

Secundò. Non repugnat Angelo ſuperiori recipere in ſe menſuram ab alio à ſe differentem, quę menſura eſt ęuum: ergo non repugnat Angelo inferiori, & per conſequens etiã in inferiori eſt æuũ, & ſic ſunt plura æua, conſequentia patet, quia inferior Angelus eſt potentialior ſuperiore, ergo habet maiorem receptibilitatem.

Reſpondeo, negatur conſequentia, quia iſta receptibilitas æui conuenit Angelo ſuperiori non ratione potentialitatis, & maioris ſimplicitatis.

Contra eandem arguit Durandus † primò. Id cuius duratio eſt notior ex ſua propria ratione quàm ex comparatione ad alterum non menſuratur, quo ad ſuam durationem per alterum, quia non ponitur menſura niſi, vt notificet menſuratum. ſed quodlibet æuiternum eſt huiuſmodi: ergo, &c. maior probatur propria ratio cuiuslibet æuiterni eſt nõ poſſe deficere ſecundum ſuam naturam, ergo ex hoc notum eſt, quod eius duratio eſt perpetua, & non per comparationem ad alterum.

† Durandus in 2. diſt. q. 15. ar. 2.

Reſpondeo, negatur minor, & dico primò, quòd æuum non eſt menſura per modum numeri, ſed per modum vnitatis, & ideò magis cognoſcitur per æuum quod vniformius duret quàm quid plus duret.

¶Dico ſecundò, quod licèt ex ratione æuiterni, vt æuiternum eſt, cognoſcatur eius duratio quo ad aliqua generalia, puta quod durat perpetuo, non tamen, cognoſcitur in ſpeciali, conuenienter eius duratio aſſimilatur æternitati, quæ conſiſtit in ſumma vniformitate; vel quantum ab ea recedit.

Secundò, infinitum in duratione non habet menſuram durationi, ſed quodlibet æuiternum eſt infinitum in duratione, ſaltem à parte poſt: ergo, &c.

Reſpondeo, negatur maior de infinito formali, tale enim poteſt menſurari, quãtum ad hoc quod eſt magis, vel minus vniformitèr durare.

Tertiò. Omne quod menſuratur eſt quantum, ſed duratio æuiterni non eſt quanta cum non habeat partem, & partem, ſed ſit tota ſimul: ergo, &c.

Reſpondeo, negatur maior, ſed ſufficit ad hoc, quod duratio menſuretur, quòd ſe habeat ad modum vnitatis, & ſic eſt duratio æuiternorum, ſicut etiam in primo diſt. 9. dictum fuit de æternitate.

*Concluſio VII.* Aeuum eſt ipſum eſſe primi æuiterni. Hanc concluſionem non inueni poſitam à S. Doct. ſed eam tenet Ioann. Capræolus dicens, quòd illud eſſe poteſt conſiderari triplicitèr. Vno modo vt eſt actus eſſentiæ in ſe ſimplicitèr, & abſolutè. Secundò, prout induit rationem cuiuſdam vnitatis, vndè eſſe æuiterni eſt indiuiſum ſecundum ſubſtantiam. Tertiò vt eſt indiuiſum ſecundum durationem nõ habens prius, & poſterius, ſed totum ſimul exiſtens, & hoc tertiò modo eſſe priori æuiterni dicitur æuum. Ex hoc ſequitur quòd æuum non ſe habet ad eſſentiam Angeli ſicut accidens ad ſubiectum, ſed vt actus ad potentiam, & quòd nihil reale abſo-

lutum

lutum addit ad eſſe primi æuiterni, ſed tantum ſimultatem, & indiuiſionem ſecundum prius, & poſterius ſibi ſuccedentia, quæ quidem ſimultas, & indiuiſio non eſt aliud quàm negatio: vel reſpectus rationis, qui reſpectus conſequitur primum Angelum, non inquantum eſt a. vel b. ſed inquantum eſt primus, & ſimpliciſſimus, & ideò ſi ille deſtrueretur æuum, remaneret in olio, qui eſſet ſimplicior omnibus remanentibus, nec propter hoc adueniret ei aliquid reale. Ipſum etiam æuum eſt idem cum duratione, & cum menſura eſſe Angelici, eadem enim res dicitur eſſe in quantum eſt actus eſſentiæ. Dicitur autem duratio, inquantum non raptim tranſit, ſed duratum eſt. Dicitur verò menſura, vel æuum, inquantum induit rationem vnitatis, vel ſimultatis, ita quod poſſit certificare quantitatem aliorum eiuſdem generis.

Sed dubium eſt in quo æuiterno ſit æuum. Cum enim æuum non ſolum menſuret eſſe, ſed etiam operationem, videtur non poſſe eſſe niſi in eo quod habet ſimplicius eſſe, & ſimpliciorem operationem, propter hoc aliqui Thomiſtæ dicunt, quod ęuum eſt in Anima Chriſti, eo quod ipſa beatior ſit omnibus alijs, & ſimpliciori actu videat Deum. Ego autem arbitror Sanct. Doct. nunquam iſtud ſenſiſſe, nullibi enim, ſiuè in quuolibetis, ſiuè in alijs libris diſputans hanc quæſtionem facit vllam mentionem de anima Chriſti. Conſtat etiam ratione, diximus enim quod æuum eſt eſſe primi æuiterni, ſed eſſe Animæ Chriſti non eſt æuum: ergo, &c. minor probatur. Eſſe Diuinum non eſt æuum cum ſit æternitas, ſed eſſe Animę Chriſti eſt eſſe Diuinum cum Anima Chriſti non det ei aliquod eſſe, ſed ſubſiſtat per eſſe Diuinæ naturæ cui eſt vnita, vt dicit Sanct. Doctor 3. parte quæſt. 7.

Præterea æuum eſt in eo quod habet ſimpliciſſimam operationem menſuratam æuo, illa autem operatio qua Anima Chriſti excedit alia æuiterna, ſcilicèt actus viſionis Diuinæ naturæ non menſuratur æuo, ſed æternitate, vt ſenſit Sanct. Doct. 4. ſentent. diſt. 49. quæſt. 1. ergo, &c.

Alij dicunt, quod æuum eſt in Lucifero, quæ quidem opinio habet magnam euidentiam præſuppoſito, quod Lucifer fuerit ſupræmus omnium Angelorum. Et arguitur ſic, in eo eſt æuum quod habet ſimplicitèr eſſe, & ſimpliciorem operationem æuo menſuratam, ſed Lucifer eſt huiuſmodi: ergo, &c. maior eſt Sancti Doctoris quolib. 6 q. 7. minor probatur. Dicit Dionyſius 9. cap. de di. no. quod naturalia non ſunt ablata à Dæmonibus propter peccata, nec diminuta in Lucifero, cum ſit ei naturalis: ergo, &c. & quod per propriam operationem accipienda ſit illa qua ſeipſos intelligũt patet. Per propriam enim operationem non accipimus viſionem beatificam, tum quia ipſa non eſt in omnibus Angelis, tum quia ipſa non menſuratur æuo, ſed æternitate, vt dicetur in 4. diſtinct. ſupradicta. Non accipimus etiam operationem, qua mouetur in loco ſucceſſiuè, quia talis menſuratur tempore continuo. Aliæ verò operationes, ſiuè intellectiones aliorum à ſe, & ſimilitèr affectiones menſurantur tempore diſcreto, vt dicit Auguſtinus lib. 8. ſuper gent. & S. Doct. quolibet. 10. queſt. 2. artic. 1. Relinquitur ergo, quod per propriam operationem accipienda eſt illa, qua ſeipſos intelligunt.

Sed prædictis nõ obaſtantibus, dico quod æuum eſt ſubiectiuè in primo Angelo beato. Ad cuius euidentiam eſt ſciendum, quòd aliqua ſunt quorum tota perfectio eſt à natura, ſicut ſunt corpora cœleſtia. Alia verò ſunt quorum tota perfectio nõ eſt à natura, ſed per gratiam, & gloriam ſuperadditas, vt patet in omnibus creaturis intellectualibus, vbi tota perfectio menſuræ, & menſurati eſt à natura ibi menſura eſt merè naturalis vbi autem non tota perfectio eſt à natura, ſed per gratiam, & gloriam, & ex participatione ſupernaturalis perfectionis ibi menſura non eſt merè naturalis.

Ex hoc infero, quod æuum non eſt merè naturale.

Ad argumentum igitur pro prædicta opinione diceretur, quod ea quæ ſunt merè naturalia, non ſunt diminuta in Angelis, ea verò quorum perfectio eſt ex participatione ſupernaturalis perfectionis, & quæ non ſunt merè naturalia, ſunt diminuta, & ablata, huiuſmodi autem eſt æuum, & hoc magis declaratur. Aeuum enim conſequitur eſſe, & operationem ſimplicem eſſe autem Luciferi licèt in ſe ſit æquè ſuum, ſicut ante, eſt tamen coniunctum maiori compoſitioni quàm eſſe primi Angeli beati, eo quod Lucifer per peccatum receſſit à primo ſummè ſimplici ſcilicèt à Deo, & conuerſus eſt ad creaturam, Angelus autem beatus ſemper coniunctus eſt Deo, & habet aliquam operationem ſemper vniformem, ſcilicet viſionem beatam, & ideò ſuum eſſe eſt coniunctum maiori ſimplicitati, & ſimilitèr propria eius operatio.

Quod autem prædicta ſint de mente Sancti Doctoris patet ipſe enim ſic dicit 6. quo-



Digitized by Google

lib.q.7. ſubſtãtiæ ſpirituales menſurãtur ẹuo non ſolum quantum ad earum eſſentiam,ſed etiam quantum ad propria earum operationem, & ſic oportet,quod ille Angelus, qui eſt ſubiectum æui,ſit ſimpliciſſimus, non ſolũ quantũ ad eſſentiã, ſed ẽt quantũ ad operationem, talis aũt eſt ſupremus beatorum Angelorũ, cuius operatio maximè eſt in vno quod eſt Deus vnita, vnde ſupremus beatorum Angelorum eſt ſubiectum æui,non autẽ Lucifer,hæc ille. Et iſta ſufficiãt pro prẹſenti quæſtione.

*Additio quæ eſt ſolutio argumentorum recentiorum per M. Mauritium de Gregorio.*

*In hac ſecũda diſt.2.Sent.& duobus quæſtion. ſequentibus confutãtur hęreſes dãnatæ, vt in noſtro Cõment. in text. Magiſtri, & confutantur etiam hæreſes, quæ ſunt in Abecedario, & in Ethimologijs hæreſum, & confutantur ſimilitèr Idolatriæ,vt in Abecedario Idolorum in principio vide ibi lit. A M. & T. ac ẽt cõfutãtur falſæ Theologiæ Fenicũ,Egyptiorũ,Græcorum, Atlanticorum, Frigiorum, Gentium, &c. ab Euſebio in primo,ſecundo,tertio,& quarto lib. de præparatione Euangelica contra Theologiam fabuloſum Poetarum antiquorum.*

*Loca ſolutiõ argumẽta aduerſariorum Magiſtri Mauritij vltra comment etiã textuũ & loca cõtra hæreſes,&c.*

*Ex cõcluſionibus,probationibus, & ſolutionibus argumẽtorũ Capræoli ſoluũtur argumenta Vulpes, & aliorum recentiorum facile, vt facit Ariſtot. ad argumenta Antiquorum quod veritatis cognitio dubiorum eſt ſolutio, & cum Cardinali Bellarmino dicente in libro de Scriptoribus Eccleſiaſticis de Ioanne Capræolo, quòd Io. Capreolus ſit defenſor Egregius Sancti Thomæ, & optimè diſſoluit omnia argumenta aduerſariorum : dicunt verba formalia Bellarmini, ergò ſi optimè diſſoluit per Bellarminum ſunt ſoluta argumenta cum his doctrinis hic: Sicut ſoluit Ariſtotelis cõtra antiquos dicendo in 3.de Cœlo,& in 3. Met. veritatis cognitio, dubiorũ eſt reſolutio.*

*Reſpondetur ſecundo cum Cardinali Sarnano Franciſcano doctiſſimo, cum quadrageſimaquarta cõcordantia, & ſimilitèr cum quadrageſimatertia concordantia Bonæberbæ.*

*Reſpondetur tertiò cũ Petro de Bergamo, & Bartholomæo Spina dicẽtibus in tabula S.Thomæ, quod qui ſcit totam Logicam S.Thomæ, Philoſophiã etiam moralem, totam Metaphyſicam S.Thomæ, & totam eiuſdem Theologiam, nullum poteſt facere argumẽtum contra Sanctum Thomã, & ideo ſubdit, quod iſti recentiores ſtudent tantummodò articulo, ſuper quem componunt, & non habent in mente omnia opera Sancti Thomæ loquentis præſuppoſitiuè, præſupponendo omnia ſupradicta, & dicendo: quapropter prærumpunt in verba in tãtum Magnum Doctorem nullo modo applicãda, quòd Sanctus Thomas contradicat ſibi ipſi, & ideò Cardinal. Sarnanus, quia ſciebat totum Sanctum Thomam concordauit ſimilitèr, ẽt Ioann. Capreolus ſoluit argumenta aduerſariorum, cum locis Sancti Thomæ quia totum in mente habebat Sanctum Thomam, & ideo Bellar. dicebat bene omnia ſoluere Capreolum.*

*Argumenta verò Vaſquez, Valentiæ, Molinæ, Suarez, &c. quia colliguntur, & ſoluuntur, clarè, diſtinctè, & breuitèr à Ripa, à Nazario, à Conſales, à Nauarretto, à Zenardo, & præcipuè à Montagnolo, in prima parte D. Thom. de Angelis in comparatione ad locum quæſt. 52.*

*Vide noſtram expoſitionem Petri Lombardi aperientem mentem huius materiæ, vt in folio 71. hic, & infra pro 3. reſponſione Vulpes. Ac etiam vide 1.2. & 3. folium pro alijs reſponſionibus ad argumenta eiuſdem Vulpes.*

*Loca Sacræ Scriptræ hic, & infra à Salmerone, Emanuel Sa, à Toleto, à Prierio, Vegha, à Poſſeuino, à Salian, Torello in Annalibus à creatione Mũdi quæ videntur repugnare aliquo modo Thomiſtis, quia ſunt concordata à nobis in fine noſtræ expoſitionis totius Bibliẹ, & in Anatomia Bibliæ impræſſa ideò vide ea illic.*

DIST.

Digitized by Google

## DISTINCTIO III

### *Quæſtio.* I.

CIRCA diſtinctionem tertiam, primò quæritur. Vtrum Angeli indiuiduantur per materiam.

Pro quæſtione ſit prima concluſio. Nullus Angelus eſt compoſitus ex materia, & forma, propriè loquendo de materia. & forma. Hanc probat Sanct Thom. 1. parte, quæſt. 50. articul. 1. Item 2. diſtinct. 3. quæſt. 1. artic. 1. Item de ſpiritualibus creaturis quæſt. 1. Item ſecundo contrà gentil. capit. 40. Item primo quolibet.

Ratio huius eſt. Nulla ſubſtantia primò, & per ſe intellectualis, ſeù intelligentia, habet materiam partem ſui, ſed quælibet ſubſtantia ſeparata eſt huiuſmodi: ergo.

Contra arguit Aureolus, quod ſubſtantiæ intellectuales, ſiuè Angeli, ſiuè animæ rationales componantur ex materiali principio, & formali: primò, quidem ratione Philoſophi, & Cõmentatoris 2. de anima. Text. 3. cõment. 4 & 5. Omne recipiens oportet eſſe denudatum à natura recepti, & ſecundum ſpeciem, & ſecundum genus proximum, ſed in genere ſubſtantiarum, eſt dare aliquid, quòd poteſt recipere omnem entitatem actualem in genere intellectualium, quod cum non ſit nihil, neque ad actum trahibile, igitur erit potentia, maior probatur vniuerſalitèr, & reſpectu eſſe realis, & reſpectu eſſe intentionalis. Primò in oculo recipiente colorem intentionalitèr, ideò oportet, quod ſit omninò abſcolor. Secundò auctoritate Cõmentatoris 3. de anima comment. 7 contrà Auicennã vbi exponens propoſitionem, omne recipiens, &c. inquit Ariſtotelis vtitur hoc ſermone communitèr, & ad ſpiritualia, vt oculus recipit colorem, & ad corporalia, vt corpus recipit colorem, idem dicit comment. 17. minor verò patet, quia in natura intellectuali eſt aliquid, quod recipit omnem entitatem, inquantum eſt actu intelligibile.

Reſpondeo, Ariſtotelis mens nunquam fuit ſubſtantias intellectuales componi ex materia, & forma: de mente verò Aureoli non eſt multum in hac materia curandum, quia errauit exponendo Ariſtotelem ſicut Beat. Thom. oſtendit in prima parte quæſt. 76. artic. 1. item 2. ſentent. diſtinct. 17 quæſt. 2 articul. 1. item 2. contra gentil. cap. 56. item in quæſt. de anima, & de ſpiritu cre. & in multis alijs tract.

¶ Dico itidem reſpondendo rationi, eam pati duplicem calumniam, & duplex continere falſum. Prima calumnia eſt, quoniam minor eſt falſa pro qua nihil laborauit, maiorem autem gratis, ſine labore conceſſiſſemus. Non enim intellectus poſſibilis de quo loquitur Ariſtotelis eſt in potentia naturali ad recipiendum omnia intelligibilia, ſed ſolum omnia intelligibilia ſenſibilia, & ideò non habet in ſe naturam alicuius ſenſibilis in actu, cum quo ſtat, quod ſit aliquid actuale in genere entium, non in genere intelligibilium, vt Sanctus Thom. prima parte quæſt. 87. art. 1.

¶ Calumnia ſecunda eſt, quia in Angelis non eſt intellectus agens neque poſſibilis, vt probat S. Thom prima parte quæſt. 54. artic. 4.

Primum verò falſum quod aſſumit eſt, quod omnis entitas actualis ſit actu intelligibilis, vel quod omnis actualitas ſit intelligibilis per impreſſionem ſui intellectum, vt patet de eſſentia animæ, de eius potentijs, habitibus, actibus immanentibus, ac ſubſtantijs ſeparatis pro iſto ſtatu, quæ intelliguntur per ſpeciem obiecti ſenſibilis.

¶ Neque obliuiſcendum, quòd hic loquimur de potentia naturali animæ coniunctæ, & pro ſtatu coniunctionis ad corpus, ideò non eſt naturale animæ coniunctæ, vt recipiat ſpecies ſeparatorum, receptio verò Diuinę eſſentię in intellectu poſſibili, ęquiuoca valde eſt, & ſatis metaphorica ad propoſitum.

Secundum falſum, quod pręſupponitur eſt quod quęlibet ſubſtantia ſpiritualis intelligat nouitèr recipiẽdo ſpeciem ab obiecto, vt habet Sanctus Thom. in prima par. quęſt. 54. art 4.

Aduertendum quoniam arguens adducit nonnulla ex 3. de anima text. comm. 4. & 5. Ex quibus vult ſequi oppoſitum concluſionis, quod philoſophus ſolum ibidem loquitur de intellectu noſtro, & non de angelico, & de intellectu noſtro, non vult quod ſit denudatus ab omni actualitate, ſed tantum ab omni actualitate ſenſibilium naturarum, quia illas tantum directè, & perfectè intelligit pro ſtatu ſuo, nec ſeipſum, nec actus, nec habitus ſuos, nec eſſentiam animæ directè primò intelligit, ſed primo intelligit aliquam naturam ſenſibilem, & ſecundariò actum ſuum, & per actum cognoſcit ſeipſum. Vnde Ariſtotelis dicit in tertio de animo text. comm. 33. quod obiecta pręcognoſcuntur

 acti-

Digitized by Google

actibus, & actus potentijs.

Secundò, Auguſtinus 13. confeſſionum capit.8.dicit,fecit Deus informē materiam omnis creaturæ ſpiritualis, & corporalis.

Reſpondeo, primò fortè Auguſtinus accepit materiam pro aliquo potentiali, ſecundò fortè loquutus eſt ſequens Platonicos,tertio Sanct.Thom.de ſpiritu creat. quęſtione prima ad 4.dicit quod Auguſtinus per materiam inuiſibilium intelligit informitatem naturæ ſpiritualis ſecundum,quod nondum conuerſa eſt ad verbum, à quo illuminatur.

Tertiò. Incompoſitum ex materia,& forma adæquatur diuinæ ſimplicitati, nec patitur, nec eſt accidentium ſubiectum, dicente Boetio, pura forma non poteſt eſſe ſubiectum accidentium,ſed Angeli non adæquantur Diuinæ ſimplicitati, ac patiuntur paſſione realis ſupplicij:ergo.

Reſpondeo,negatur maior,quia in Angelo eſt compoſitio triplex, ſcilicèt ex ſubſtantia,& accidente,ex ſuppoſito,& natura,& ex eſſe,& eſſentia, quæ non eſt in Deo. Item Demones patiuntur ab igne corporeo per modum alligationis, & non per modum alterationis materialis, vt Auguſtinus dicit. Item ſubſtantia ſpiritualis agit, & patitur non ſecundum formam, vel materiam, ſed ſecundum, quòd eſt in actu, & inquantum eſt in potentia ſecundum intellectum,& voluntatem recipiunt aliqua accidentia, de his S.Thom.vbi ſupra ad 16 20.& 22.

Et per hoc patet, quòd dictum Boetij intelligitur de pura forma ab omni potentialitate abſtracta.

Contra probationem concluſionis arguit Durandus in 2. diſtinct.3. quæſt.1. articul.1. Maior aſſumpta eſt falſa, nam vera eſt de principio elicitiuo tantum, non autem operante,vt patet in homine,& idem dicam in Angelo, ſcilicèt quod Angelus non eſt principium elicitiuum intelligendi, ſed forma eius.

Reſpondeo. Inſtantia nihil valet, quia omnes Sancti, imò etiam philoſophi ponunt ſubſtantias ſeparatas eſſe intellectuales ſecundum ſe totas,non autem ſecundum partem. Probat enim Philoſophus primo de anima text. comment. 11. & tertio text. comm.52.quod intelligere non eſt operatio compoſiti, ità quod nulla pars materialis, ſiuè ſit quantitatiua, ſiuè eſſentialis eſt elicitiua tanquam agens principale, nec inſtrumentale actus intelligendi.

*Concluſio II.* In ſubſtantijs materialibus, & corporeis principium indiuiduationis eſt materia vno modo, & quantitas alio modo. Hanc ponit Sanctus Thom.3. par. quæſt.77.artic.2.Item 4. ſentent.diſtinct.12. quæſt. 1. artic. primo quæſtiuncula 3. ad 3. Item in tractatu de principio indiuiduationis. Item in prima parte quæſt.3.artic.3.& quæſt. 11. artic.3.& quæſt.13. art.9. Item 3. par.q.2.art.2.

Aduertendum, quòd duplex contradictio videtur eſſe in dictis Sancti Thomæ prima eſt quia in prima parte quæſt.29. art. 1.dicit,quod ſubſtantia indiuiduatur per ſeipſam,ſed accidentia indiuiduatur per ſubſtantiam.

Reſpondeo non eſt contradictio, vt patet in 2.articul.eiuſdem quæſtio ad 3. vbi dicit, quod hypoſtaſis, & perſona addunt ſuper rationem eſſentiæ principia indiuiduantia, indiuiduatur ergo ſubſtantia per ſubſtantiam, accidens verò non indiuiduatur per accidens.

Secunda contradictio videtur eſſe, quia in tractatu de principio indiuiduationis dicit quantitatem terminatam eſſe principium indiuiduationis, ſed in ſcripto ſuper Boetio de Trinit.dicit quod non, ſed eſt quantitas interminata.

Reſpondeo, dico primò,quòd non eſt cōtradictio, quia quantitas interminata eſt principium indiuiduationis quantum ad hoc, quod eſt reddere materiam indiuiſibilem in partes diuerſas, quantitas verò terminata, ad quam ſequitur ſecundum eſſe vnitas eſt principium indiuiduationis,quantum ad hoc, quod reddit materiam incommunicabilem pluribus pluribus formis ſecundum idem eſſe,& ſecundum eandem virtutem de genere quantitatis.

Dico ſecundò, quòd Sanct.Thom.in illo tractatu ſuper Boetio,& in multis alijs locis ſequutus eſt opinionem Aureoli de quantitate interminata præcedente formam ſubſtantialem in materia, quam negat in ſumma.

¶ Ad cuius intellectum ſequendo dicta in ſumma, formatur talis ratio pro concluſione,illud veriſſimè eſt principium indiuiduationis formarum, & naturarum, per quod forma, vel natura eſt verè indiuidua, & incommunicabilis,& indiuiſa in ſe,& diuiſa ab alijs,que ſunt, vel eſſe poſſunt in eadem ſpecie, ſed materia,& quantitas ſunt huiuſmodi reſpectu formarum materialium, vel materiam informantium igitur, &c. maior,& minor patent ex prædictis locis.

Contra arguunt multi, & multipliciter. Et primò Aureolus probando, quod non opor-

Digitized by Google

oporteat quærere aliquid, quo indiuiduetur, & contrahatur ſpecies ad hoc, vel illud ſingulare, quia eſt indifferens de ſe ad hoc, vel illud ſingulare, nulla res extra intellectum eſt indifferens, ſed principium indiuiduationis eſt huiuſmodi: ergo, ptima probatur. Nam ſi in Sorte eſt res indifferens puta res humanitatis, & res differens, quæ eſt res Sortis ſibi propria, ſequitur quod in Sorte extra intellectum ſit duplex humanitas, ſcilicet differens, & indifferens, & ſic eſt dare tertiū hominem communem Sorti, & Platoni.

Si dicatur, quòd humanitas indifferens indiuiduatur per additum principium indiuiduationis, & ſic humanitas Sortis, & Sorteitas includunt quidem duas res, ſed non duas humanitates.

Contra, ſequitur quòd humanitas Socratis ſit illius hypoſtatica proprietas, & ità ſequitur cum à Platone differat per propriam humanitatem, quod non differunt quidditatiuè, & ſubſtantialiter, ſed proprietate extrinſeca: quod eſt inconueniens, igitur erunt in Socrate duę humanitates.

Si dicatur, quod humanitas Socratis, differt ab humanitate Platonis tanquam quod non autem tanquam quo, ideò ſaluatur differentia ſubſtãtialis inter eos, reſpectu, quod & non quo.

Contra, forma adueniens alicui indifferenti ſubſtrato, totam indifferentiam, quæ eſt ſibi intrinſeca relinquit, ſed facit differre ſolummodo penes ſuum effectum formalem, ſed differentia indiuidualis eſt forma adueniens indifferenti, cuius effectus formalis non eſt eſſe hominem, ſed aliquid extrinſecum. Igitur Sortes, & Plato non diſtinguuntur humanitate, ſed aliquo extrinſeco accidentali quod eſt eſſe hypoſtaticum, maior declaratur exemplo, nam albedo adueniens ſuperficiei, non aufert ſibi indifferentiam quam habet ad alios colores.

Reſpondeo. Maior poteſt æquiuocè accipi, res enim nulla extra intellectum, vt eſt extrà intellectum eſt indifferens ad plura, ſed eſt determinata ad vnum indiuiduum. Et hoc modo maior eſt vera, ſi autem intelligatur quòd res, quæ eſt extra intellectum, vt præſcindit à tali eſſe, quod non eſt ipſa, nec pars eius, nec de ratione eius, nec eſſentialitèr concomitans rationem eius non eſt indifferens, falſa eſt maior, & eius oppoſita eſt vera, ſcilicet quod aliqua res exiſtens extra intellectum eſt de ſe indifferens ad plura indiuidua. Et ad hunc ſenſum non ſequitur, quod ſit dare tertium hominem communem Socrati, & Platoni.

Conceditur etiam, quòd humanitas, quæ eſt in Sorte ſit de ſe indifferens, ſit autem differens per aliud ab illa, & conceditur, quod humanitas Sortis, & Platonis differunt differentia, quæ eſt cauſa differentiæ eorum, non tamen prima cauſa diſtinctionis illarum humanitatum, aut illorum indiuiduorum eſt humanitas, ſed quòd hæcceizat primo naturam, deinde indiuiduum. Et ſic conceditur ſecunda reſponſio.

Ad tertiam replicam dicitur primo quòd ipſa concludit, quòd differentia indiuidualis facit naturam differentem ſecundum eſſe quod habet in hoc indiuiduo, non autem ſecundum eſſe quod habet in indiuiduo. Eſt ergo ſimul differens, & indifferens, communicabilis, & incommunicabilis ſecundum diuerſas ſui conſiderationes in re fundatas. Nec ſequitur quod Sortes, & Plato non differunt per ſuas humanitates proprias, licet non diſtinguantur in humanitate communi in ſe conſiderata.

¶Dico ſecundò, quod maior eſt vera, quando talis forma aduenit ſubſtracto prius ſubſiſtenti in eſſe reali, ſicut eius procedit probatio, non eſt autem vera, quando ſubſtractum nullum eſſe exiſtentiæ, vel ſubſiſtentiæ habet ante aduentum formæ diſtinctum, ſed ab ipſa accepit eſſe reale, & diſtinctum, ſicut eſt in propoſito, rationem habes à S. Thom. de poten. q. 1. artic. 1.

Nos etiam non dicimus, quòd natura extra intellectum habeat eſſe indifferens, quod tollitur per principium indiuiduationis, ſed dicimus ſolum quod natura non habet ex ſe eſſe indifferens, nec differens, ſed vtrumque accidit ſibi. Habet enim eſſe indifferens, vt eſt in intellectu, differens verò, vt eſt in ſuppoſito, ità quod arguens fallitur per ſophiſma conſequentis, ac ſi ſic argueret. Natura ex ſe non habet eſſe differens, igitur habet ex ſe eſſe indifferens.

Secundò arguit 4. metaph. text. 83. cōm. 3. dicitur eodem modo formalitèr aliquid eſt homo, & vnus homo, igitur Socrates humanitate eſt homo, & non tali propriætate.

Reſpondeo, dico primò, quòd per idem homo eſt homo, & vnus homo vnitate eſſentiali tranſcendenti, non quantitatiua.

¶Dico ſecundò, quod indiuiduatio plus requirit quàm eſſentialis vnitas, ad quam ſufficit indiuiſio in ſe. Ad indiuiduationem verò quatuor requiruntur, primum eſt indiuiſio in ſe, ſecundum diuiſio ab alijs indiuiduis eiuſdem ſpeciei tertium irreceptibilitas, ſiuè incommunicabilitas per modum vniuerſalis, quartum eſt determinatio ad hic & nunc.

Digitized by Google

& nunc. Horum verò principium non eſt natura pura: quæ ex ſe eſt indifferens negatiuè, licet non poſitiuè ideſt habens aliquid repugnans differentiæ.

Tertiò, arguit ſecundum Boetium. Omne quod eſt, vnum numero eſt, igitur ſingulare de ſe, nec oportet quærere aliam cauſam.

Reſpondeo, dico quod Dominus Albertus ſuper Porphyrium in ſecundo tractatu dupliciter Boetij propoſitionem exponit, primò quia eſt vera de his quæ vltimo in natura perfecta ſunt nõ autem de vniuerſalibus, ſecundò quia eſt vnum numero vltimi eſſe, non numero eſſentiæ.

Contra eandem arguit Scotus in 2.diſt.3. quæſt.4. probare volens, quod ſubſtantia materialis non ſit indiuidua per quantitatem formaliter, primò quidem prima ſubſtantia, vt diſtinguitur à ſecunda per ſe generatur 7.metaph. Text.3. & per ſe operatur, quia eſt vnum per ſe agens: ergo non eſt vnũ per accidens.

Reſpondeo, dico primo præmittẽdo quędam ſecundum mentem Sanct.Thom. ſuper Boetio de Trinitate quod nulla forma inquantum huiuſmodi eſt hæc ſeipſa ſit autem hæc per hoc quod recipitur in materia, non quidem indiſtincta ſed in materia diſtincta, & determinata ad hic, & nunc, materia autem non eſt diuiſibilis niſi per quantitatem. Efficitur enim hec ſecundum, quod eſt ſub dimenſionibus, dimentiones verò poſſunt dupliciter conſiderari. Vno modo ſecundum determinationem, puta quando terminantur ſecundum determinatam figuram, & ſic non ſunt principium indiuiduationis, quia talis terminatio variatur ſtante indiuiduo. Alio modo ſecundum indeterminationem, quamuis aliquando ſine aliqua terminatione eſſe non poſſit. His dimenſionibus in terminatis efficitur materia hæc ſignata, & ſic indiuiduat formam, ſic ex materia cauſatur diuerſitas ſecundum numerum in eadem ſpecie. Alia verò accidentia non ſunt principium indiuiduationis, ſed ſunt principium cognoſcendi diſtinctionem indiuiduorum, & per hunc modum etiam alijs accidentibus indiuiſio attribuitur.

¶ Præmitto ſecundò quod Sanct.Thomas ſuper Boetium de Trinitate & 4.ſentent.& in multis alijs locis ſequutus eſt opinionem Aureoli de dimenſionibus interminatis, ponens eas diſtinctas eſſentialitèr à terminatis, ſicut potentia diſtinguitur ab actu, & quòd nunquam ſeparantur à materia, & pręcedentes formam ſunt, vt medium inter formam, & materiam, & ſtant ſucceſſiuè cum diuerſis formis, & ſunt ingenerabiles, ac principium indiuiduationis, ſed in ſumma tenuit oppoſitum, & poſuit dimenſiones ſecundum diuerſas conſiderationes dici terminatas, & interminatas, vt dictum eſt.

¶ Dico tertiò reſpondendo ad argumentũ quod aliquid eſſe ens per ſe poteſt triplicitèr intelligi. Primò quia dicit naturam, vel rem naturæ vnius prædicamenti, & non dicit aliquid compoſitum ex rebus diuerſorum generum, nec ex duabus entitatibus, quarum vnio ſit mere per accidens, nec vna per ſe in ſit alteri quacunque perſeitate. Secundò quia non dicit tale compoſitum ex duobus, nec in recto, nec in obliquo in ſua ratione cõuocat res duorũ generũ, ſed tota ſua ratio completur per prædicamẽta vnius generis. Tertiò quia ſua entitas non dępẽdet in eſſe, nec in fieri à cauſa extrinſeca, vel intrinſeca à ſe realitèr diſtincta, primò autem modo tantum, prima ſubſtantia in genere naturalium poteſt dici ens per ſe, ſed ſecundò modo ſola entia Mathematica, & Metaphyſica ſunt entia per ſe, ſed tertio modo ſolus Deus eſt ens per ſe. Tunc dico quod prima ſubſtantia materialis inquantum huiuſmodi includit in ſua ratione dimenſionẽ in obliquo.

Secundò arguit, nullum accidens eſt cauſa huius ſingularitatis: ergo antecedens probatur, id quo variato, manet ſubſtantia hęc, non eſt cauſa ſingularitatis, ſed accidens, & præcipuè quantitas, variari poteſt, non variata ſubſtantia hac: ergo non eſt cauſa ſingularitatis, minor probatur. Tum quia nulla eſt contradictio, quod Deus ſubſtantiam quantam ſine iſta quantitate informet, & cõſeruet ſub alia. Tum quia incompoſſibile eſt vnam ſubſtantiam manentem, non mutatam eſſe ſimul, vel ſucceſſiuè hanc ſpeciem, & non hanc ſpeciem: ergo à ſimili in propoſito.

Reſpondeo, dico primo quod prima radix indiuiduationis ſubſtantiæ quantum ad eſſe incommunicabile eſt materia, ſed quantum ad eſſe diſtinctum ab alijs eiuſdem materiæ, & quantum ad eſſe hic, & nunc eſt quãtitas, poteſt itaque non mutata ſubſtantia per Diuinam potentiam hæc fieri non hæc ſecundo modo, non autem primo modo.

¶ Dico ſecundò, multos dubitare, vtrum Deus poſſet facere hominem ſine quantitate, rurſum poſito, quod ſubſtantia Sortis eſſet ſeparata ab omni quantitate vtrum eſſet idẽ numero, qui prius. Pro primò vide Henricum quolibet 2. quæſt.8. Pro ſecundò vide Godofredum in quolibetis ſuis Sanct. Tho. verò

Digitized by Google

verò 7. quolibet. artic. 10. Et cum ibi dicit Sanct. Thom. quod albedo ſeparata per diuinam potentiam, non eſſet induidua, intellige non quod nullo modo eſſet indidua, ſed quod non eſſet indiuidua ſenſibilis, demonſtrata, & determinata ad hic, & nunc, idem diceretur de homine ſubſiſtente ſine quantitate.

Tertiò arguit, duarum completarum productionum in eſſe ſubſtantiali non poteſt eſſe idem primus terminus, quia idem bis complete produceretur, ſtante autem poſitione, erit idem terminus naturalis productionis, & creationis: puta ſi creetur panis ſub quantitate panis prius geniti, & in Chriſti corpus conuerſi. Eſſet enim vnus numero panis genitus, & creatus, cum vnam numero ſingularitatem haberet. Ex quo vlterius ſequitur quòd iſte panis creatus ſit traſubſtantiatus, immò quod nullus ſit tranſubſtantiatus, quia non panis veriſimilis, nec ſingularis.

Reſpondeo, negatur maior, quia etiam ſecundum arguentem, Deus poteſt aliquid producere, & poſtea annihilare, & tertio idẽ numero reproducere.

Dicitur quoque quòd maiore conceſſa argumentum non procedit contra nos, quia eo caſu poſito, non eſſet vnus numero panis, licèt enim eandem ſingularitatem haberet quantum ad eſſe hic, & nunc, ſecus quãtum ad eſſe incommunicabile. Concludit enim ſolum quòd poſſibile eſt duos panes habere eandem indiuiduationem, quoad hoc, quod eſt eſſe idem ſenſibile demonſtratum, quoad hic, & nunc, non autem quo ad eſſe incommunicabile, quia non haberent eandem materiam.

Quartò arguit. Subſtantia eſt prior naturalitè omni accidente 7. metaph. Text. 4. & intelligitur de ſubſtantia ſecũdum totam coordinationem ſuam. Igitur nullum accidens poteſt eſſe cauſa, quod ſubſtantia ſit in hac coordinatione, cum ſit prius quam determinetur aliquo accidẽte, cõſequentia probatur, quia quando aliquid eſt maximè prius ad aliud, maximè primũ illius eſt prius ad illud aliud, maximè autem primum ſubſtantiæ in communi eſt prima ſubſtantia.

Reſpondeo. Subſtantia eſt prior naturalitèr omni accidente ad hunc ſenſum, quod ſubiecta inquantum ſubſtantia non includit in ſua ratione accidens, nec præſupponit illud, vt cauſam ſui ineſſe, vel cognoſci, quia non omnis ſubſtantia cauſatur ab accidente. Nec tamen quælibet ſubſtantia eſt naturalitèr prior accidente ſecundum ſuam ſpecialem rationem. Quia nullum ens phyſicum ſine materia ſenſibili poteſt diffiniri 2. phyſic. Tex. 26. & 6. metephyſ. Nec tota coordinatio præcedit ſecundum quodlibet ſui omne accidens. Prima quoque ſubſtantia naturali intelligentia prius eſt quanta, quam habeat omnia requiſita ad completã ſui indiuiduationem, puta ad eſſe hic, & nũc.

Contra arguit. Tum quia prima ſubſtantia ſecundum te naturalitèr eſt quid prius in eſſendo quàm ſit quantitas, ſed non poteſt prima ſubſtãtia intelligi eſſe niſi ſit hęc: ergo non eſt hæc per quantitatem. Tum quia ſubſtantia eſt prior omni accidente, quoniam eſt ſubiectum omnium accidentium: ergo.

Reſpondeo. Poteſt intelligi hæc ſine quãtitate, quantum ad eſſe incommunicabile, non quantum ad alia requiſita ad completã indiuiduationem.

¶Ad aliud dicitur, quod ſubiectum prius eſt ſuo accidente, & prius natura habet vnitatem, & ſingularitatem, quoad aliqua quæ ſunt de ratione indiuidui, ſed non quoad omnia potiſſimè, quæ ſecundario, & minus principalitèr ſunt de ratione indiuidui, vt ea quæ ei ex quantitate inſunt: ſine quibus poteſt prima ſubſtantia indiuidua inueni, vt patet in ſubſtantijs ſeparatis.

¶Scito, quod principium indiuiduationis ſubſtantiæ, non ſemper oportet ad genus ſubſtantiæ propriè pertinere 3 parte quæſt. 2. artic. 3. ad tertium. Cum autem prima ſubſtantia in eſſe primæ ſubſtantiæ præcedat accidentia Sanctus Thomas in tractatu de natura materiæ, patet quomodo non totum nec principale principium indidiuiduationis eſt dimenſio, ſed ſecundarium.

Quintò arguit. Prius natura, non repugnat poſſe eſſe prius duratione poſteriori, ex 5. metaphyſ. cap. de priori. Igitur poſſet quæcunque ſubſtantia eſſe prius duratione quantitate.

Reſpondeo, negatur antecedens de accidentibus relatiuis, ſine quibus ſubſtantia creata eſſe non poteſt per quamcunque potentiam, immò ſubſtantia naturalis in eſſe phyſico nequit eſſe ſine quantitate. Non etiam concluſio eſt contra nos, quia prima ſubſtantia non habet quòd ſit prima ab aliquo accidente.

Sextò arguit. Duæ coordinationes ſunt primo diuerſæ: ergo ſingulare eſt in qualibet coordinatione per nihil alicuius alterius coordinationis, & ſic ſubſtantia non indiuiduatur per quantitatem.

Reſ-

Digitized by Google

Reſpondeo, dico primò duas coordinationes eſſe primo diuerſas quantum ad naturas ſui generis,& ſpeciei,non autem quantum ad vltimam indiuiduationem.

¶ Dico ſecundò, argumentum concludere indiuiduum inquantum indiuiduum primæ ſubſtantiæ eſſe in prædicamento,& non dependere à quantitate, cum quo ſtat vltimatam indiuiduationem compleri per rem alterius generis.

Sciendum, quòd prima ſubſtantia non eſt ens per accidens, quia vt ſic neque in recto neque in obliquo dicit accidens tanquam aliquid ſui,licet dicat tanquam determinatiuum eſſentiæ ſuæ,indiuiduum enim vltimate,& materiale dicens.Non eſt enim proprie ens per accidens omnino diſtinctum contra ens per ſe,niſi quia includit duo nullum per ſe ordinem ad inuicem habentia, quia, ſcilicet vnum non ineſt alteri aliquo modo perſeitatis, vnde omne ens naturale importat ſenſibilem qualitatem,& non dicitur ens per accidens ab aliquo.

¶ Tertio,quòd nullum indiuiduum,quoad omnia, quæ ſunt de ratione indiuidui propriè pertinet ad coordinationẽ alicuius prædicamenti, quia ad eſſe ſingulare in tali genere requiruntur duo. Vnum quod reponat illud in tali coordinatione. Aliud quod faciat illud ſingulare,vide Diuum Albertum in commento ſuper Porphyrium, quibus ſoluuntur argumenta Scoti,quæ præmiſſa ſequuntur.

Septimò arguit, & eſt 11. argumentum apud eum. Si quantitas primo indiuiduat ſubſtantiam, oportet quòd ipſa in ſe primo ſit hæc de ſe diſtincta ab alia numeralitèr: ergo falſa eſt illa tua propoſitio. Omnis differentia formalis eſt ſpecifica.

Reſpondeo. Quantitas eſt principium indiuiduationis,non quidem primarium,ſed ſecundarium,& ſe primo,ideſt non per aliud prius alterius generis ab alia diſtinguitur, non autem ſeipſa primo excludendo partes eius quæ ſunt priores. Differt enim hæc linea ab alia propter diuerſitatem partium. Habet autem partes quantitas ex ſua propria ratione, item ex ratione quantitatis eſt portare ſecum diuiſionem, & plura indiuidua, & diſtincta, ideò negatur conſequentia,illa verò propoſitio vera eſt, ſi benè intelligatur,quæ ab antiquis Theologis, & Philoſophis intelligitur de formis ſimplicibus, de quarum ratione non eſt diuiſio in partes eiuſdem rationis,vt diuiditur quantitas.

Notandum, quòd ſitus,qui eſt differentia quantitatis differt ab alio ſitu ex propria oppoſitione, vel ordine, quem ſitum habet ex eo quòd eſt ante,vel retro reſpectu alterius. Ordo enim diſtinctionem requirit, quærere autẽ quare ſitus importet diſtinctionem eſt quærere quare ſitus eſt ſitus. Dico quoque quantitatem plus habere quòd de ſe ſit hæc quàm ſubſtantia materialis, cum ſecum portet diuiſionem diſtinctionem, & ordinem, licet autem ex ſua ratione habeat indifferentiam ad plura ſubiecta intrinſeca, vel extrinſeca, quæ ſunt partes materiæ, & non ſpeciei in quarum ſcilicet ratione ponitur quantitas non econuerſo,tamen ſemper portat differentiã adinuicem, & ità aliquid commune,& aliquid indiuiduum, & aliquid intelligibile,& aliquid ſenſibile, ideſt rationem totius,& partes materiæ, quibus cęteris ſatis ſit.

Arguit ad idem Scotus, quod quantitas non ſit ratio diuiſibilitatis in indiuiduo, primò quicquid eſt formalis ratio alicuius diuiſibilitatis ineſt formalitèr illi,quòd eſt diuiſibile illa diuiſione,ſed quantitas non ineſt formalitèr ſpeciei, inquantum eſt diuiſibilis in partes ſubiectiuas. Igitur non eſt ratio diuiſibilitatis in tales partes.

Reſpondeo,negatur minor, nam quantitas formaliter ineſt ſpeciei,quòad materiã, aliter non eſſet diuiſibilis in partes ſubiectiuas, aliter enim diuiditur natura generis, quia per intrinſeca, alitèr, natura ſpeciei, quia per extrinſeca, vide Albertum ſuper Porphyr.2.tract.cap.2.

Secundò generans,vt generans diſtinguitur à genito,vt ſic omni alio circumſcripto: ergo etiam circumſcripta quantitate.

Reſpondeo,negatur minor,tum quia nequimus imaginari duas materias eiuſdem rationis,ſine quantitate, tùm quia de ratione agentis phyſici eſt quantitas.

Tertiò. Si quantitas eſt ratio diuiſibilitatis,aut ſubſtantia materialis in ſe non diuiſa nec diſtincta, multis quantitatibus informatur,& hoc modo ſunt multa indiuidua ſub vna ſpecie, aut quod in ſe indiuiſa poſtpoſita quantitate,habet diuiſionem in ſe, & propria ſubiectiualitate,ſed primus ſenſus ẽ contra Philoſophiam,& Theologiam,ſecundus autem deſtruit ſeipſum,& includit contradictoria ergo probatur ſecũda pars, quia cui repugnat ex ſe diuidi in partes ſubiectiuas per nihil adueniens poteſt diuidi in eas, eſt autem contradictio dicere,hoc ex ſe eſſe tale,& poſſe eſſe non tale:ergo.

Reſpondeo,ſecundum ſenſum ſequimur. Cum hoc tamen additamento,quod materia non habet actu partes ſeparatas,ſemper tamen

Digitized by Google

tamen eſt in potentia ad habendum eas, quæ potentia ad actum reducitur formaliter per quantitatem. Idem dicitur de natura ſpecifica materiali. Ad improbationem dicitur, quòd cui repugnat ex ſe diuidi contrariè, per nihil aduenіens poteſt diuidi, non autem priuatiuè. ſic in propoſito materia ex ſe non habet actum diuiſionis, ſed habet potentiam. Eſt quoque contradictio, quod aliquid ex ſe ſit tale primo vel ſecundo perſeitatis: & poſſit non fieri tale. Non autem ſi tertio modo quomodo intelligimus quod quidditas rei materialis de ſe ſit indiſtincta.

Arguit quoque Durandus quæſt. 2. probãdo, quod quantitas non ſit principium indiuiduationis per ſubiectum compoſitum ex materia & forma: eſt prius hoc aliquid & vnum numero ſaltim ordine naturæ, quàm ſit quantum, ergo quantitas non eſt principium indiuiduationis eius.

Reſpondeo. argumentum concludit ꝙ quantitas non eſt totale, nec principale: nec primum indiuiduationis principium, quod conceditur.

¶ Secundò, ſi quantitas eſt principium indiuiduationis aut per ſe, & intrinſecè eſt aut concomitatiuè. Non primũ quia ſequeretur, quod nullum eſſet indiuiduũ per ſe, quodlibet enim includeret res diuerſorum prædicamentorum, & ſic nullum indiuiduum in materialibus eſſet per ſe. Non ſecundum, ſcilicet concomitatiuè, quia hoc intelligeretur de quantitate quæ manet cum ſubſtantia, quod non, quia omni accidenti præintelligitur ſubiectum aut quæ præcedit. quod non, quia adhuc exiſteret indiuiduum aliquod in illa natura, remota quantitate. Eſſet enim ſaltem vnum quod exiſteret, non vniuerſaliter, ſed ſingulariter.

Reſpondeo. quantitas eſt principium indiuiduationis intrinſecè, non concomitatiuè modo prius expoſito. Ad probationem negantur ſequelę. Omne enim ens Phyſicum includit in ſua ratione quantitatem & qualitatem. Neque tamen dicitur vnum per accidens, quia omnia ab eo incluſa habent ordinem materialem adinuicē, vt enim ait Albertus. 7. meta. primo tract. c. 6. Omne diffinibile oportet eſſe vnum ſecundum primum, vel ſecundum modum dicendi per ſe, & ideo accidens per accidens cum ſuo accidente compoſitum non eſt vna ratiõne diffinibile, niſi primò ad per ſe reducatur: & tunc vnum nomen ſuæ ſpeciei ponatur, vt hoc nomē ſimum vel aquilum.

¶ Dico ſecundò, quod quantitas indiuiduat ſubſtantiam quantum ad ea, quæ ſunt ſecundariò de ratione indiuidui.

¶ Dico tertiò, quod quantitas manens cũ re facta ſupponit ſubiectum ſubſiſtens, ſed non diſtinctum ſenſibile, demonſtrabile determinatũ ad hic & nunc. & ideo quo ad primum non indiuiduat, ſed quo ad ſecũdum. Plura enim ſunt de ratione indiuidui, quàm ſubſiſtere.

Contra eandem inquantum ponit materiam eſſe principium indiuiduationis arguit Scotus primo. Quod eſt in ſe indiſtinctum vel indiuiſum vel diuerſum: non poteſt eſſe principium indiſtinctionis alterius, ſed materia eſt huius: vt dicitur primo meta. tex. 17. ſecundum antiquam tranſlationem. ergo.

Reſpondeo argumentũ concludit quod materia nõ eſt principium indiuiduationis quo ad diſtinctionem ab alijs eiuſdem ſpeciei, quod conceditur. Eſt autem principium indiuiduationis quò ad eius incommunicabilitatem.

Secundò. philoſophus. 7. meta. tex. 39. & 12. eiuſdem cap. 4. concedit diſtinctionem formæ ſicut materiæ in particulari & ita vnitatem materiæ in communi, ſicut & formæ. Ideo oportet quærere, quomodo materia fiat vna.

Reſpondeo. materia ſecundum ſe conſiderata præſcindens ab omni forma & habitudine & analogia ad formam, & vt eſt primum ſubiectũ: nullo modo poteſt concipi, vt vniuerſalis, & ſic indiuiduat. Conſiderata vero cum eis, concipitur vt communis, & non indiuiduat.

Tertiò. compoſitum non eſt de ſe hoc: ergo nec materia, quæ eſt pars eius.

Reſpondeo. compoſitum, vt eſt in acceptione intellectus, eſt commune: & vt eſt non niſi fortè in potentia. Idem de materia dicitur a S. D. ſuper Boetio. de Tri.

Quartò. Materia eſt eiuſdem rationis in genito & corrupto: igitur habet eandem ſingularitatem.

Reſpondeo. materia in genito & corrupto eſt eadem ſecundum eſſentiam, non tamen eſt eiuſdem rationis, quia cum eiſdem dimenſionibus terminatis.

¶ Contra. ponatur quod in eadem materia ſub eiſdem dimenſionibus ſuccedant ſibi primo forma aquæ, ſecundò forma aeris tertiò forma aquæ. Conſtat autem quod prima, & ſecunda aqua differunt numero, & tamen ſunt cum eadem materia & quantitate.

Reſpondeo primo. caſus eſt impoſſibilis. quo admiſſo dicitur primo quod ad vnitatem, indiuidui tria requiruntur. primò vnitas ſpecifica, ſecundo vnitas materiæ & quantitatis, tertiò ſimultas exiſtentiæ. in caſu non concurrit tertium.

¶ Dico ſecundò, quod non eſt poſſibile, quod idem accidens quoad eſſe, & eſſentiam ſit ſimul, & ſucceſſiuè in diuerſis ſubiectis.



Digitized by Google

Arguitur ad idem ſecundum Durandum quæſt. 2. quod forma non indiuiduetur ex hoc quod recipitur in materia. Taliter dicentes falluntur per æquiuocationem. Nam eſſe in aliquo dicitur dupliciter, aut per inhærentiam, aut per identitatem, & eſſentialem prædicationem. Primo modo videtur procedere hæc opinio. Hæc vero inhærentia nihil facit ad conſtituendum vniuerſale, vel particulare. Secundo autem modo eſt de ratione vniuerſalis eſſe in pluribus, & indiuidui in vno ſolo, & iſto momdo materia poteſt eſſe in pluribus ſicut, & forma.

Reſpondeo, Sanctus Thomas non fallitur per æquiuocationem in hac materia. Scimus enim, quod aliud eſt eſſe aliquid in alio per inhærentiam, aliud eſſe per eſſentialem prædicationem. Verumtamen dicimus, quod in rebus materialibus compoſitis iſti duo modi ſe inſeparabiliter concomitantur. Nam homo eſt in Socrate, quia forma humana à qua principaliter ſumitur natura ſpecifica vniuerſalis, eſt in materia Socratis per informationem. Nulla enim natura materialis ſubſiſtit, ſed quęlibet eſt in alio non ſolum per eſſentialem idẽtitatem, immo eſt in aliquo à ſe realiter diſtincto, quia humanitas, nec eſt anima nec materia, nec vtrumque, ſed eſt quid reſultans ex illis S.D. in 4. diſt. 20 q. 1. art. 1.

Cum autem arguens dicit, quod eſſe in aliquo per realem identitatem ſicut vniuerſale in particulari, non plus conuenit, aut repugnat materiæ quam formæ. Dicitur, quod materia in ſe conſiderata, & vt eſt primum ſubiectum nullo modo habet rationem viuerſalis cum ſit primum ſubiectum in nullo receptibile, nec vt forma in materia, nec vt totum in partibus, vide Dominum Albertum in Comment. ſuper Porphyr. cap 7.

Contra hoc nomen materia eſt cõmune pluribus materijs: ergo videtur eſſe vniuerſale, ſicut dicimus de hoc nomine homo.

Reſpondeo, Communitas nominis hincinde æqualis eſt, ſed res nominis diſpar, & diſſimilis eſt, quia materia non eſt apta nata eſſe in multis, ſicut natura communis. Nominamus autem materiam nominibus concretorũ, quia non intelligimus eam niſi ad modum cõcretorum.

Contra eandem concluſionem, arguit Aureolus, probando quod natura ſpecifica non contrahatur ad indiuiduum per aliquod poſitiuum additum ad naturam primo. Illud additum non pertinet ad rationem ſpeciei per accidens. Omne etiam indiuiduum ſubſtantiæ eſt prius indiuiduo accidentis per Philoſophum, & Commentatorem 7. metaph. Text. 11. neque per ſe quia eſſet aliquid commune, & ſic quæritur per quod eſt indiuiduum: ergo.

Reſpondeo, illud additum per accidens ſe habet ad naturam ſpeciei, per ſe verò eſt de ratione indiuidui, vt indiuiduum eſt. Ad improbationem dicitur, quod indiuiduum accidentis præſupponit indiuiduationem ſubſtantiæ, quoad ea quæ ſunt primo, & per ſe de ratione indiuidui, non autem ea quæ ſecundario, immo quantitas ea cauſat.

¶ Dico ſecundò, quod primo indiuiduans ſubſtantiam, non eſt aliquod commune, ſed materia prima, vt eſt primum ſubiectum.

¶ Dico tertiò, quod indiuiduans ſecundario ſubſtantiam, habet aliquid in ſe commune, vt aliquid ex ſe indiuiduum, vt eſt quantitas, ex ſe enim ſola habet partes tertio modo perſeitatis, & formam totius.

Secundò. Illud additum eſt quid commune, ſtat enim cum communitate actus ſpecifici: ergo non indiuiduat.

Reſpondeo, negatur antecedens. Additur enim illud indiuiduo quod eſt extra intellectum, communitas verò actualis eſt in ſolo intellectu.

Tertiò. Illud additum non eſt eſſe exiſtentiæ, quia eſt quoddam commune prædicatum de me, & de te, neque eſt appropriatio materię cum forma, quia aut accipis materiam in ſpecie, aut indiuiduo.

Neutrum dici poteſt, forma enim in ſpecie appropriat ſibi materiam in ſpecie. In indiuiduo verò quærendum ſupereſt per quid illa materia ſit indiuidua, & ſi per aliam materiam, erit proceſſus in infinitum, neque illud additum erit quantitas. Illud etiam non eſt formaliter quo ſit indiuiduum, quo addito conceptui ſpecifico, non habetur eo ipſum indiuiduum, ſed ſic eſt quantitas, intelligimus enim hominem organizatum, neque illud additum poteſt eſſe ſitus. Tum quia manet ſitus variato indiuiduo. Tùm quia Diuina virtute duo indiuidua poſſunt eſſe in eodem ſitu: ergo.

Reſpondeo primò, quod ad indiuiduationem confert eſſe, quia de ratione indiuidui eſt habere in ſe indiuiſum. Ad improbationem dicitur, quod quid commune poteſt conferre ad indiuiduationem non ad diſtinctionem, vel ſignationem. Vnitas enim quæ eſt de ratione indiuidui eſt eſſe indiuiſum.

¶ Dicitur ſecundò, quod materia primà, vt eſt primum ſubiectum appropriatur indiuiduo ſubſtantiæ quantum ad primam radicem indiuiduationis, non autem vt concipitur communis per intellectum. Eſt quoque materia ſeipſa indiuidua, non tamen vltimatè, puta quantum ad ſignationem.

Dici-

Dicitur tertiò, quod quantitas eſt principiũ indiuiduationis ſecundariò. Ad improbationem dicitur quod quãtitas in ſe habet vnde concipiatur vniuerſaliter, & vnde indiuiduetur. Quod verò eſt in ea vniuerſalitatis eſt tantum de ratione conceptus ſpecifici.

Dicitur quartò, quod ſitus qui eſt quantitatis, eſt prima radix indiuiduationis, quoad ſignationem, & diſtinctionem, quæ ſecundario competunt indiuiduo. Ad improbationem dicitur, quod laborat in æquiuoco. Procedunt enim illa media de ſitu, qui eſt ordo partium in toto.

Ad idem arguit Durandus quæſt. 2. Vniuerſale, & ſingulare ſunt realiter idem: ergo habẽt realitèr eadem principia, ſola ratione diſtincta antecedens probatur. Idem enim quod dicit, ſpecies indeterminatè dicit indiuiduum determinatè.

Reſpondeo, negatur antecedens. Eſt enim contra mentem Philoſophi 7. metaphyſ. text. 39. Natura enim indiuidui, vt ſic addit aliquid ſupra naturam ſpeciei in rebus materialibus.

Sciendum quod cũ natura vniuerſalis prout præſcindit ab indiuiduantibus eſt ens reale actu, vel potentia, tamen vt ſic non eſt indiuidua, vide Dominum Albertum, vbi ſuprà, cap. 3. licèt autem hic videatur dicere, quod vniuerſalia ſint veriſſimè, tamen in commento prædicamentorum tractatu de prædicamento ſubſtantiæ capit. 4. quod eſſe perfectum vltima perfectione non habent niſi indiuidua. Item dicit quod eſſe ſingularium eſt eſſe ſimplicitèr, & omne aliud eſſe eſt eſſe ſecundum quid. Neque eſt hic contradictio quia eſſe vniuerſalium eſt eſſe veriſſimum, ideſt puriſſimum, quia nulli extraneo permixtum. Eſt autem imperfectum, quia ſecundum quid, & in potentia.

Ex dictis patet, quod nõ eſt vanum quærere principium indiuiduationis aliud à principio naturæ ſpecificæ, vnde probat Scotus quæſt. 4. ſuper 7. metaph. nouem rationibus, quod natura lapidis de ſe non eſt hæc.

*Concluſio III.* Indiuiduatio alitèr conuenit Angelo quam homini. Hanc ponit Sãctus Doct. 2. ſentent. diſtinct. 3. quæſt. 1. articul. 2 item prima parte quæſt. 13. artic. 9. Huius ratio eſt, natura cui competit incommunicabilitas per ſeipſam, non indiget indiuiduatiuo extrinſeco, ſed quælibet natura Angelica eſt huiuſmodi: ergo.

*Concluſio IV.* Angelus non ſolum eſt ſic immaterialis, quod non eſt ex materia, & forma compoſitus, verum etiam, quia non eſt informatiuus materiæ, nec poteſt vniri materiæ ſicut forma. Hanc ponit Sanct. Doct. 2. ſent. diſtinct. 3. quæſt. 1. articul. 6. item prima parte quæſt. 51. item contra gent. 3. capit. 89. item de ſpiritu creat. quæſt. 2. Huius ratio eſt. Nulla ſubſtantia habens in ſe integram materiam ſuæ ſpeciei: poteſt eſſe naturalitèr informatiua materiæ, ſed quilibet Angelus eſt huiuſmodi: ergo. Item remota cauſa, remouetur effectus, ſed in Angelis non eſt reperibilis cauſa vnibilitatis ad materiam, & ad corpus, ſcilicèt imperfectio, & indigentia acquirendi ſcientiam per organa materialia: ergo.

Contra prædicta arguitur: probando quod Angelus poſſit vniri materiæ, vt forma. Si enim hoc implicaret contradictionem, hoc ideò eſſet, quia ſubſiſtens fieret inhærens, quod non magis implicat, quàm quod inherens fiat ſubſiſtens, hoc autem non implicat, vt patet in accidentibus Euchariſtiæ: ergo.

Reſpondeo. Conſurgit quoque contradictio, quia nulla natura ſpecifica completa poteſt formalitèr alteri vniri ad conſtituendum aliam ſpeciem.

Secundò. Non magis forma dat eſſe materiæ quàm quidditas, ſiuè natura ſoppoſito, ſed virtute Dei, quidditas diuina quiddificat ſuppoſitum Chriſti hominis, & concurrit cum illo ad eſſe quid. Igitur, & Angelus poteſt dare eſſe corpori, maior patet, quia quod quid eſt, & id cuius eſt, idem ſonat 7. metaphiſ. Tex. comment. 11. non ſic autem materia, & forma, minor quoque patet dicente Alexandro Papa in decretali, quod Chriſtus eſt quidditatiuè duo, ſcilicet homo, & Deus.

Reſpondeo. Multæ ibi ſunt diſſimilitudines, nam in Chriſto natura, ſuppoſitum non concurrunt ad conſtitutionem vnius nouæ naturæ, ſicut forma, & materia. Item neutrum informat alterum, ſicut forma materiam, ſed ſolum trahit humanam naturam ad diuinum ſuppoſitum. Item Angeli eſſe finitum eſt, nec poteſt actuare ſimul duas naturas ſpecificas.

Tertio. Philoſophus, & Commentator poſuerunt intelligentias eſſe formas corporum cœleſtium, quæ mouent; & tamen poſuerunt eas eſſe ſubſiſtentes: ergo.

Reſpondeo, negatur antecedens loquendo propriè de forma cuiuſcunque materiæ, vndè philoſophus 8. phyſic. Text. 79. probare conatur, quòd prius motor non ſit virtus in corpore. Si qui verò poſuerunt cœlos eſſe animatos æquiuocè loquuti ſunt.

Sciendum implicare contradictionem formam ſubſtantialem informare materiam, quin conſurgat noua ſpecies loquendo propriè de informatione, ſi autem æquiuoces non contẽdo tecum, quia ſic poſſet dici, quod pes eſt forma ſotularis.



Digitized by Google

Arguit quoque Scotus 2.diſtinct. 1.quęſt.6. contra dictum in tertia concluſione, ſcilicèt quod diſtinctio ſpecifica animæ rationalis, & Angeli nòn ſumatur penes intelligere cum diſcurſu,& ſine diſcurſu, primo ſequeretur, quod in anima eſſent duæ intellectualitates diuerſæ ſpeciei, nam non diſcurrit circa principia, diſcurrit autem circa concluſiones.

Reſpondeo primò. Non eſt mens Sancti Thomæ in duobus dictis, quod ſit eſſentialis, & ſpecifica differentia Angeli, & animæ, ſed quod ſunt ſigna, vel effectus ex ea procedentes, & vnum Angelo aliud verò animæ eſt con naturale 2.ſentent. diſtinct.3. quæſt.1. artic.6. & 1. parte quuæſt.5 artic.2. Ad argumentum negatur ſequela, quia vtraque operatio ex æquo non conuenit Nam vna conuenit imperfectè,& participatiuè,neque ex hoc, quod habet duos actus ſpecies differentes, ſequitur quod habeat duas intellectualitates ſpecie differentes, quia vna perfectè, & plenè ſibi conuenit.

¶Dico ſecundò, Sanctus Thomas in quæſt. de anima quęſt.7.ad primum dicere,quod quia anima concluſiones,& principia intelligit per ſpecies à phantaſmatibus abſtractas, & ideò non eſt diuerſum intelligere ſecundum ſpeciem. Hoc autem eſt intelligendum de tali differentia ſpecifica, quàm oporteat reduci in differentiam ſpecificam potentiarum naturalium.

Secundò, ſequitur quòd anima beata habeat duas operationes ſpecie diſtinctas. Nam in obiecto beatifico non diſcurrit, diſcurrit autem circa obiectum naturalitèr cognitum: ergo.

Reſpondeo, Sanctus Thomas vbi ſupra reſpondet, quod ſecundum operationem rei naturalem tantum iudicatur de ſpecie, videre autem in verbo eſt operatio ſupra naturam Angeli, & animæ. Vtrique conueniens ſecũdum participationem ſuperioris naturæ: ideò illa duplex cognitio in anima non arguit duplicem potentiam naturalem intellectiuam in ea.

Tertiò, ſi intellectualitas Angeli, & animæ differunt ſpecie,omnia quæ dependent eſſentialitèr ab hac,& illa ſpecie,differunt. Quod patet eſſe falſum in viſione beata, quæ eſſentialitèr, & ſi non totalitèr ab vtraque dependet, & tamen ſpecie non diſtinguitur in Angelo, & anima alioquin omne indiuiduum vnius perfectionis ſpeciei perfectius eſſet in quolibet indiuiduo alterius.

Reſpondeo,ſequela non eſt vera niſi in proximè, & immediatè dependentibus. Viſionis verò beatæ proximum principium eſt lumen gloriæ ſe habens permodum potentiæ, & Diuina eſſentia Dei formans intellectum per modum ſpeciei intelligibilis. Vndè viſio beata in Angelo, & in anima ſunt eiuſdem rationis, quia prædicta in vtroque ſunt eiuſdem rationis.

Quartò. Si Angelus non diſcurrit,aut ideò eſt,quia cognitis principijs non habet potentiam cognoſcendi concluſiones ſi ei eſſent incognitæ,aut quia à principio ſunt ei actualitèr cognitæ omnes concluſiones, aut habitualitèr. Non primum, quia talis diſcurſus dicit perfectionem. Non ſecundum vt patet. Non tertium, quia non ponit eſſentialem differentiam inter animam,& Angelum. Neque enim anima diſcurreret,ſi ei notitiam concluſionum infunderet Deus cum notitia principiorum: ergo.

Reſpondeo primò. Ideò Angelus non diſcurrit,quia in eo eſt perfectio luminis intellectualis, & potentiæ intellectiuè, qua cognito principio, mox cognoſcit quicquid ſequitur naturalitèr.

Dico ſecundò,quòd Angelus neque omnes concluſiones neque omnia actu cognoſcit. tamen cognito actu aliquo principio, omnes concluſiones ex illo ſequentes conſiderat. Quod autem ſubdit de infuſione notitiæ factæ animæ noſtræ nihil valet,quia hoc anima non haberet ex proprietate ſuæ naturæ ſicut Angelus. Et hoc dato adhuc anima non eſſet tanti vigoris luminis, quod in principio videret omnes concluſiones.

¶Ex dictis patet reſponſio ad id,quod quinto loco obijcitur.

*Concluſio V.* Eſt. Nulla ſpecies Angelica eſt de ſe multiplicabilis in plura indiuidua. Hanc ponit, Sanctus Thomas de ſpiritu crea. quæſt.8. Item prima parte quæſtio.50. artic.4. Item ſecundo ſentent. diſtinct. 3. quæſtio.prima articulo quarto. Item ſecundo contra gentil. capitulo nonageſimotertio. Ratio eſt omnis natura ſpecifica plurificabilis ex ſe per multa indiuidua eſt materialis, ſeù habens materiam, ex qua vel in qua dimenſionibus ſubiectam,ſed natura Angelica non eſt huiuſmodi: ergo,& vbicunque Sanct.Thom. loquitur de hac materia fundat ſe ſuper hoc principio.

Contra concluſionem arguit Scotus primò quæſt.7. Omnis quidditas quantum eſt ex ſe eſt communicabilis, ſed Angelica ſpecies eſt quidditas: ergo de ſe communicabilis, prima probatur, quia ſi quidditas omnis non eſſet communicabilis, vel communicabilitas repugnaret ei ratione perfectionis quidditatiuæ, aut imperfectionis, non ratione perfectionis, quia communicabilitas ſecundum Fidem Catholi-

Digitized by Google

tholicam conuenit quidditati diuinæ, quæ ſummè perfecta eſt, nec ratione imperfectionis, quia communicabilitas conuenit quidditatibus compoſitis quæ ſunt imperfectæ, reſtat ergo maior vera.

Reſpondeo primò, quòd communicatio eſt triplex per modum vniuerſalis, quomodo vniuerſale, vel quidditas communicatur ſuis indiuiduis per modum eſſentiæ communis pluribus ſuppoſitis ſola relatione diſtinctis, & per modum aſſumptibilitatis.

¶ Dico ſecundò ſi maior accipiatur primo modo eſt error, quia probat Sanctus Thomas primo ſententiarum diſtinct. 19. quæſt. 4. arti. 2. quòd in diuinis non eſt totum vniuerſale. Similitèr ſecundo modo, quia ſola Diuina eſſentia illo modo eſt communicabilis. Si autem primo, vel ſecundo modo petit principium.

¶ Ad probationem dicitur quòd hoc repugnat ſibi ratione perfectionis, quia ex quo eſt natura immaterialis repugnat ſibi diuiſio in partes ſubiectiuas ſicut repugnat naturæ Diuinæ habere partes ſubiectiuas, & particularia, primo ſententiarum diſtinct. 20. quæſt. 4. articulo ſecundo. Item prima parte quæſtione 3. anticul. 5. item primo contra gentiles cap. 25.

¶ Dico tertiò, quòd ſi arguens loquatur de alia communicabilitate non eſt ad propoſitum, quia non quærimus vtrum natura ſpecifica Angeli poſſit eſſe eadem numero in multis ſuppoſitis. Sed vtrum natura ſpecifica eadem exiſtens ſecundum rationem, & diuerſificata ſecundum eſſe poſſit eſſe in diuerſis indiuiduis ſicut vniuerſale in particulari, ideò argumentum non eſt ad propoſitum.

Secundò. Nulla quidditas de ſe exiſtens hæc poteſt intelligi abſque contradictione ſub ratione vniuerſalis, ſed Angeli quidditas intelligitur, vt vniuerſalis: ergo non eſt de ſe, hæc prima patet: quia ratio intelligendi repugnaret ſuo obiecto.

Reſpondeo vera eſt maior, ſi intelligeretur, vt in ſe eſt, ſed quia tales formas non intelligit humanus intellectus niſi per modum ſubſtantiarum materialium, ideò intelligit eas ſub ratione vniuerſalis; & particularis abſtracti, & concreti.

Tertiò. Omnis quidditas de ſe hæc in ſui ratione includit ſingularitatem, ac principia ſingularia, ſed nulla creata eſt talis: ergo.

Reſpondeo, maior eſt vera quando intelligitur, vt in ſe eſt, vt à Deo, & ab Angelis, non autem prout à nobis concipitur.

Quartò. Deus poteſt hunc Angelum in hac ſpecie annihilare, iſto annihilato Deus poteſt hanc ſpeciem reparare in aliquo alio indiuiduo, non in eodem ſecundum iſtam opinionem, quia ſecundum iſtos homo non poſſet reſurgere idem numero, niſi anima intellectiua remanente eadem numero: ergo in eadem ſpecie erunt plura indiuidua ſaltem ſucceſſiuè.

Reſpondeo, negatur minor, nam ſecundum Sanctum Thomam in quolibet. 4. artic. 5. Deus poteſt annihilare omnem rem permanentem à ſe creatam, & annihilatam poteſt eadem numero reparare. Ex quo patet quòd Scotus non vidit totam Theologiam, ſed partem potiſſimè in 4. diſtinct. 44. quæſtio. prima articulo primo quæſt. 2. vbi videtur dicere oppoſitum huius quod nunc dictum eſt.

Quintò. Animę intellectiuę diſtinguuntur numero in eadem ſpecie, & tamen ſunt immateriales: ergo, &c.

Si dicatur, vt Sanct. Thom. de ſpiritualibus creat. quęſt. 9. ad tertium. Item in quæſtione de anima quæſt. 3. ad 15. Item contra gent. ſecundo cap. 75. & 81. quòd animæ habent inclinationem ad corpora, & ita habent aptitudinem perficiendi materiam, & ideò per diuerſas aptitudines diſtinguuntur.

Contra, iſta inclinatio non eſt entitas abſoluta, quia nihil poteſt inclinari ad ſe. Igitur præſupponit entitatem abſolutam, & diſtinctam, & ita in illo priori ſine huiuſmodi habitudinibus diſtinguetur hæc anima ab illa.

Reſpondeo, iſta inclinatio non eſt entitas abſoluta, ſed reſpectiua præſupponens diſtinctionem abſolutam animæ diſtinctam ab alijs ſpecifice, non autem ſolo numero ab alijs animalibus, ſed potius facit illam diſtinctionem numeralem.

Contra. Illa aptitudo non poteſt eſſe de formali ratione animæ cum ſit reſpectus, quia reſpectus non eſt de formali ratione abſoluti.

Reſpondeo, negatur antecedens. Ad probationem dicitur quòd hæc anima inquantum hæc anima non dicit purum abſolutum cum reſpectu, ſicut & anima inquantum anima, & forma inquantum forma dicit reſpectum ad ſuum formale.

Aduertendum, cum dico hanc animam dico tria. Primum eſt ſubſtantia eius. Secundum eſt vnitas eius in ſe. Tertium eſt diſtinctio eius ab alijs eiuſdem ſpeciei. Reſpectus eſt tantum principium indiuiduationis quoad tertium. Efficitur autem hic reſpectus per ſuum ſubiectum, & per ſuum terminum, aliter tamen, & alitèr, quòd enim ſit indiuiſus habet ex ſubiecto, quòd ſit diſtinctus habet ex termino.

Sextò. Auguſtinus in Euchiridion capit. 9. dicit

dicit quòd quia tota natura, ſeu ſpecies humana ruerat, ideò miſertus Deus ad eam ſaluandam venit, non autem venit ad ſaluandam naturam Angelicam, quia tota non ruit. Ecce quòd Auguſtinus dicit totam naturam Angelicam non lapſam eſſe per peccatum, quod nõ poteſt eſſe verum, ſi tot ſunt ſpecies quod ſunt indiuidua, ſic enim multæ naturæ Angelicæ totalitèr lapſæ eſſent, humana autem tantum vna, cum humana non ſit niſi vna.

Reſpondeo, vt Sanctus Thomas de ſpiritualibus creat. quæſt. 8. ad primum. Natura humana, & Angelica poſſunt duplicitèr accipi. Vno modo ſecundum eſſe naturæ, & ſic natura humana eſt vna, Angelica verò plures. Alio modo accipiuntur ſecundum eſſe viæ ſcilicet, vt viatrices ad beatitudinẽ ſupernaturalẽ, & ſic ſicut natura humana eſt vna tendens per liberum arbitrium flexibile remediabilitèr, ità omnes Angeli econtrario ſunt vna natura tendens ad patriam. Et ſecundum hanc conſiderationem loquutus eſt beatus Auguſtinus.

Secundò. Si Angelus ex ſola carentia materiæ habet totam perfectionem ſpeciei, quæ eſt nata eſſe in infinitis habet infinitam perfectionem: ergo talis ſpecies non eſt per differentiam limitata, quod eſt inconueniens.

Reſpondeo primo, quòd Angelus non habet in ſe perfectionem infinitorum indiuiduorum, quia non eſt natus eſſe in pluribus indiuiduis.

¶ Dico ſecundò, quòd non eſt inconueniẽs Angelum eſſe infinitum ſecundum quid, licet ſit finitus ſimplicitèr quòad, quòd eſt receptum in aliqua natura prima parte quæſt. 7. artic. 2.

Octauo. Si Angeli ſolo numero non diſtinguerentur, hoc ideò eſſet, quia diſtinctio eorum cum ſint formæ eſt formalis, & conſequenter ſpecifica, ſed hoc non valet, quia differentia formalis dicitur differentia formarum, & in forma vt in ratione diſtinguendi, prima non eſt ſpecifica, ſed ſecunda.

Reſpondeo primo, quòd in ſubſtantijs ſeparatis non poteſt eſſe diſtinctio formalis niſi ſecundo modo ſcilicèt ex ratione formæ, vt probat Bernardus de gannaco in impugnationibus Henrici quolibet. 2. quæſt. 8. quia non habent materiam in qua nec ex qua, nec quantitatem, nec proprietatibus abſolutis diſtingui poſſunt, quia ſupponunt ſuum ſubiectum indiuiduatum.

¶ Dico ſecundò, quòd dicere Angelos diſtingui per rationem ſuppoſiti, & ſubſiſtentiæ quam habent à Deo non à ſe, ſicut dicit Henricus nihil valet, vt probat Bernardus ibidem. Aut enim intelligit quòd ſi ſubſiſtentia, & ſuppoſitum ſunt idem, aut non ſi idem, ſuppoſitum non poteſt eſſe ratio diſtinctionis ſuppoſitorum ſub vna ſpecie, quia illud in quo conueniunt duo ſuppoſita non poteſt eſſe ratio diſtinctionis eorum. Tum quia oportet quærere aliud contrahens cum ratio ſuppoſiti ſit communis duobus ſuppoſitis. Tum quia in ſuppoſitis materialibus ſi eſſent plura in vna ſpecie non eſſet oppoſitio, cuius ratio exigitur ad diſtinctionem.

¶ Si vero dicatur, quòd illa duo ſint aliud, & aliud, ſicut in Deo dicimus plura ſuppoſita, & vnum ſubſiſtere, & vna ſubſiſtentia ſicut, & vnum eſſe quaſi ſubſiſtentia ſit eſſe ſuppoſiti, & per illam diſtinguatur. Contra ideò eſſe eſt aliud in hoc, & in illo ſuppoſito, quia illa ſuppoſita ſunt diſtincta, non ergo diſtinctionem facit, ſed ſupponit.

¶ Dico tertiò per eaſdem rationes probari poſſe, quod duo Angeli non poſſunt ſolo numero differre ſub eadem ſpecie per proprietates indiuiduales, & hæcceitates. Tum quia inter illas nulla eſt oppoſitio, nec ratio incompoſſibilitatis. Tum quia commune eſt omnibus habere hęcceitatem. Tum quia, aut illæ proprietates ſunt eiuſdem rationis, vel alterius. Si eiuſdem non eſt per ſe quid diſtinguuntur ipſę. Si alterius, ergo nam diuiſa potius habet rationem generis quàm ſpeciei.

Ad idem arguit Durandus hic 1. quęſt. 3. Omnis natura, quæ producitur ab agente actione iterabili eſt plurificabilis ſecundũ numerum. Sed omnis natura creata eſt huiuſmodi: ergo, prima patet, quia agens pluribus actionibus plura producit. Et hæc eſt cauſa, quare in diuinis non poſſit eſſe niſi vnicus filius, quia actio qua producitur non poteſt iterari, minor probatur, quia producitur voluntate Dei.

Reſpondeo primò, negando maiorem, vnde ſi Deus annihilaret Gabrielem, & iterum eum produceret, eundem numero produceret.

¶ Dico ſecundò, quòd non poteſt eadem actio iterari, niſi idem producatur.

¶ Dico tertiò argumentum fundari ſuper fundamento inſtabili, quod eſt. Actio Diuina eſt iterabilis, ita quod ſecunda eſſentialiter ſit diſtincta à prima. Eſt enim actio Diuina idem, quòd eſſentia Diuina.

Secundò arguit, negatur quod Deus non poſſet producere plures Angelos in eadem ſpecie, repugnat Diuinæ Omnipotentię. Ait enim Beatus Auguſtinus tertio de libero arbitrio. Deus potuit creare Angelos, quos in gradibus gratię eorum qui ceciderunt collocaret, & conſequentèr fuiſſent ęquales in natura-

turalibus, ſecundum, quę dantur eis gratuita. Et propter hoc illa opinio condemnata eſt Pariſijs in tribus articulis.

Reſpondeo primò, negando antecedens. Ad auctoritatem Beati Auguſtini dicitur quod non eſt ad propoſitum, quia nouitèr creati non neceſſariò eſſent eiuſdem ſpeciei, ſicut nec homines qui nunc aſſumuntur ad gradus gratiæ Angelorum. Ad probationem dicitur, quia licet vt nunc Angeli ſecundum gradum naturæ receperint gradum gratiæ, tamen Deus alitèr facere poteſt.

¶ Dico ſecundò, quòd articuli Pariſieñ. in quantum tangunt doctrinam Beati Thomæ ſunt reuocati. Poſſent etiam exponi, ſicut exponitur quoddam dictum Beati Auguſtini. Cum enim dicitur error eſt dicere Deum non poſſe producere duos Angelos eiuſdem ſpeciei, ideſt ſi hoc intelligatur ex impotentia Dei, non autem ex impoſſibilitate ſicut præteritum non fuiſſe.

¶ Dico tertiò, quòd cum dicit Sanct. Thom. duos Angelos eſſe eiuſdem ſpeciei eſt totalitèr impoſſibile, nec à Deo factibile, intelligit ſecundum ordinem vniuerſi nunc nobis cognitum, licèt poſſèt dare alium ordinem rebus, & ſecundum illum poſſet facere duos Angelos eiuſdem ſpeciei, videatur S. Thom. in tract. de vnitate intellectus.

*Ad* idem arguit Henricus in ſecundo quolibet. quæſt. 8. Omne quod ex natura ſua non habet eſſe in aliquo determinato, ſed quod ſit in hoc habet ab agente indifferentèr ſe habet ad eſſe in vno, vel in multis. Sed omnis eſſentia creata eſt huiuſmodi, ergo minor probatur. Omnis enim eſſentia creata eſt de ſe abſtracta, & conſiſtit in intellectu, nec habet rationem ſuppoſiti, & producitur ab agente.

Reſpondeo, relicta reſponſione Bernardi de Gannaco negantis minorem huius argumenti, diſtinguitur maior. nam eſſentiam non determinare ſibi ſuppoſitum certum poteſt intelligi duplicitèr, primo quia ex ſe non habet, quod actu ſit in aliquo deteterminato plus iſto quam illo, ſecundo quia non eſt plus habilis ad hoc quàm illud, nec plus ſibi repugnat hoc quàm illud, in primo ſenſu maior eſt falſa. minor verò vera, in ſecundo verò ſenſu maior eſt vera, & minor falſa, nam natura Gabrielis ex ſe determinata eſt ad illud ſuppoſitum, & inhabilis ad omne aliud creatum.

Secundò arguit, ſicut ſe habet forma materialis ad materiam, ſic forma immaterialis ad ſuppoſitum, ſed forma materialis eſt poſſibilis, quod ſit multa: ergo, & immaterialis poteſt eſſe in multis ſuppoſitis.

Reſpondeo, primò negatur ſimilitudo, nam forma immaterialis eſt tota eſſentia ſuppoſiti, forma autem materialis diſtinguitur eſſentialitèr à materia.

¶ Dico ſecundò, quòd admiſſa ſimilitudine, negatur conſequentia, nam licèt eſſentia immaterialis indiuiduetur per ſuppoſitum, ſicut forma materialis per materiam, tamen non ità multiplicatur, quia materia eſt multiplicabilis, non autem ſuppoſitum immateriale.

Tertiò. Deus poteſt facere tot animas extra corpus, quot facit in corpore: ergo paritèr ſubſtantias ſeparatas ſolo numero diſtinctas, conſequentia patet, quia ambæ ſunt formæ immateriales, antecedens probatur, quia ex corpore cauſalitas Dei non dependet.

Reſpondeo, negatur conſequẽtia, ad probationem dicitur, quod licet ambæ ſint formæ immateriales, tamen anima dicit habitudinem ad corpus, ſine qua ſi crearetur non eſſet eiuſdem ſpeciei, hanc verò habitudinem non habent ſubſtantiæ immateriales.

Quartò, hoc pertinet ad magnam Dei ſimplicitatem, quòd eius eſſentia ſit quædam ſingularitas non multiplicabilis: ergo multiplicari ſecundum numerum conueniet ſeparatis.

Reſpondeo. Bernardus negat conſequentiam, & benè, quia licet eſſentia Diuina diſtet in infinitum ab eſſentia creata, tamen in hoc, & in multis alijs conuenit.

Quintò. Cœlum, & intelligentiæ proportionantur 12. metaphyſ. text. 44. Sed Deus poteſt creare duos Orbes eiuſdem ſpeciei: ergo, & duas intelligentias. Aut dicendum, vt Ariſtot. eſſe quoſdam Deos, quod optimè improbat Auicen. 8 met.

Reſpondeo primò iuxtà Bernardum hoc argumentum eſt contextum ex lana, & lino, maior enim eſt Philoſophi, ſed minorem non concederet.

¶ Dico ſecundò, non oportet ſecundum veritatem, quod motor Orbis ità proportionetur mobili, quod omninò æquetur ei in virtute. Hoc enim Philoſophus ideò poſuit, quia opinatus eſt, quod Angeli mouent Orbes ex quadam naturali neceſſitate. Nos autem per liberum arbitrium, quia per intellectum, vndè arguere ex identitate mobilium in ſpecie, identitatem mouentium in ſpecie eſt ponere talẽ proportionem inter Orbes, & intelligentias, qualem poſuit Ariſtot. quam nullus rectè ſentiens poteſt ponere.

¶ Dico tertiò, nos non ponimus prædicta, quoniam Ariſtotelis vocet ſubſtantias immateriales Diuinas, ſed ex natura diſtinctionis indiuiduorum ſub vna ſpecie, Philoſophus de primo phyſic. omnem formam vocat: quid diuinum, quare, & ſubſtantias immateriales dixit diuinas.

Vlti-

Digitized by Google

Vltimò arguitur. Materia,& quantitas non ſunt præciſa ratio indiuiduationis, niſi in rebus materialibus: ergo, quia ſeparata non habent ea, non ideò multiplicantur numero, antecedens probatur, primò auctoritate Damaſceni libro primo de duplici natura, & vna hypoſtaſi Chriſti. Hypoſtaſes inquit diuiduntur caracheriſticis proprietatibus. Item Auicenna 1.& 3.metaphiſ.dicit quod æquinitas accipitur cum proprietatibus,& accidentibus ſignatis eſt ſingularis, accidens autem dicitur tripliciter. Primo modo pro omni eo quod eſt extra eſſentiam rei, & hoc modo ratio ſuppoſiti, vel exiſtentiæ in comparatione ad eſſentiam dicitur accidens. Secundò modo quando vnum ſe habet ex additione ad alterum, vt materia indiuiduat formam. Tertiò modo quo ſubtracto,non ſubtrahitur eſſe rei, & tamen accipit hoc eſſe ſignatum ab illo, ſicut corpora humana,quibus indiuiduantur animæ rationales.

Reſpondeo. Damaſcenus, & Auicenna per proprietates intelligit principia indiuiduantia, quæ ita ſunt propria vni quod non alteri, cum verò diſtinguit de triplici accidente, & quòd ratio ſuppoſiti ſit cauſa indiuiduationis eo admiſſo,non tamen eſt cauſa multitudinis indiuiduorum ſub vna ſpecie, & hæc tantum de hac quæſtione.

## QVAESTIO II.

*3.Diſtinct.2.Sent.*

QVæritur ſecundò. Vtrum intelligere Angeli,ſit eius ſubſtantia.

Pro hac quæſtione ſit prima concluſio. Intelligere Angeli non eſt ſua ſubſtantia. Hanc probat Sanct. Thom. prima parte. quæſt. 54. artic.1.

Huius ratio eſt, intelligere Angeli non eſt ſubſiſtens,ſed ſua ſubſtantia eſt ſubſiſtens: ergo intelligere non eſt eius ſubſtantia.

Contra, arguunt quidam, à Gregorio recitati 2. diſtinct. 7. quæſt. 7. volentes probare quòd intelligere non dicat aliquid abſolutum diſtinctum à potentia intellectiua, ſed ſolum reſpectum potentiæ ad obiectum, primo ſic, quæ ex oppoſito diſtinguuntur, non poſſunt eſſe vnum,& idem,ſed actus primus, & ſecundus ſunt huiuſmodi ſecundo de anima, actus autem primus eſt forma abſoluta,igitur operatio erit forma reſpectiua.

Reſpondeo. Iuxtà Gregorium argumentũ concludit propoſitum, ſcilicet quod intellectus,& intellectio diſtinguuntur. Neque vlterius ſequitur, quod ſit forma reſpectiua, aliàs ſequeretur,ſi albedo eſt qualitas, nigredo non ſit qualitas, cum ex oppoſito diſtinguantur.

Secundò. Omnis forma abſoluta habet operationem: ergo etiam intelligere eſſet intelligere,& ſic in infinitum eſſet proceſſus.

Reſpondeo primò, negatur antecedens,quia iuxtà Commentator.3. phyſicor.comment.84. quantitas non eſt actiua. Non enim vllo modo neceſſarium eſt quod omnis forma habet propriam operationem niſi ſint formæ de prima ſecunda,vel tertia ſpecie qualitatis habentes quoque eſſe reale,quietum & non intentionale fluens.

¶Dico ſecundò, quòd intentio habet realem effectum ſcilicèt verbum, de potentia quæſt. 8. articul. 1. item prima parte queſt. 27. artic. 1.

Tertiò. Sicut ſe habet lucere ad lucens, ita intelligere ad intelligens, ſed lucere non eſt aliquod abſolutum additum luci: ergo nec intelligere probatur ſimilitudo, quia vtrumque eſt actus immanens.

Reſpondeo, negatur ſimplicitèr ſimilitudo, lucere namque non ſe habet ad lucens,vt actus ſecundus, ſed eſt actus primus, lucere namque eſt ipſum eſſe lucis, quod dat ſuo ſubiecto, & ita dico de albere,calere,candere.

Quartò. Omne abſolutum poteſt Deus ſeparare à ſuo ſubiecto, ſed intelligere non poteſt ſeparari ab intellectu: ergo.

Reſpondeo, negatur minor. Et talis intellectio, quia licèt nullus per eam intelligeret actu,apta tamen nata eſt dare intelligere,ſi inhæret intellectui.

Quintò. Videre non eſt forma abſoluta, quia in eo adunantur contraria: ergo multo minus intelligere.

Reſpondeo. Argumentum deficit primo, quia in vno abſolutũ non plus adunari poſſunt duo contrária quam in vno reſpectiuo, ſecundò ſubſumptum virtualitèr ſcilicèt in actu intellectus adunari poſſunt contraria, non eſt verum prima parte quæſt.85.art.4. ad tertium, & quartum.

Sextò. Commentator. 3. de anima comm. 14. dicit quòd paſſio intellectus eſt paſſio tantum ſine translatione, hoc autem eſt pati obiectiuè,non ſubiectiuè.

Reſpondeo. Illa auctoritas eſt intelligenda de tranſmutatione propriè ſumpta, quæ eſt à contrariò,ſed non de tranſmutatione, quæ eſt exitus de potentia in actum, vt habetur 2. de anima text.& comment.57.& 58. item dicitur, quod illa vera dicitur præcipuè ad ſaluandum, quod intellectus eſt immaterialis, non obſtante quod intelligere ſit paſſio.

Septimò. Per exemplum philoſophi de pictura, & tabula habetur, quod ſicut non recipitur

Digitized by Google

pitur ſubiectiuè color in tabula, ſic nec intellectio in intellectu.

Reſpondeo. Illud exemplum ſecundum Commentatorem non eſt verum, ſed eſt via ad intelligendum, eſt autem ſecundum Commentatorem ſic ad propoſitum, quoniam quemadmodum tabula nullam picturam habet in actu neque potentia propinqua actui, ita in intellectu, non eſt aliqua formarum intellectarum quas recipit.

Octauò. Secundum philoſophum vna intelligentia intelligit aliam per eſſentiam, & non per ſpeciem inhærentem: ergo intelligere non eſt actio elicita neque ab intellectu Angelico, neque humano.

Reſpondeo, primo dicit Gregorius non eſt intentio Philoſophi, quod vna intelligentia per eſſentiam propriam tanquam per intellectionem intelligat aliam, ſed per eſſentiam intellectam.

Dico ſecundò, quòd Sanct. Thom. de verit. quæſt. 8. artic. 7. probat intentionem philoſophi eſſe, ac Commentatoris, quod intelligentia intelligens ſeipſam intelligit per eſſentiam ſuam, non autem alias, ad quem ſenſum exponit alia dicta quæ videntur ſonare oppoſitum.

¶ Dico tertiò, poſſe breuius dici, quod vna intelligentia in mente alterius ſupplet vicem ſpeciei, & actus primi, non autem vicem intellectionis, vel actus ſecundi 4. ſentent. diſtin. 49. quęſtio 2. artic. 1. & prima parte quæſt. 12. artic. 2. ſed qualitercunque intellexerit Commentator non eſt multum curandum.

Vltimò arguit ſic. Viſio beatifica creaturæ eſt intelligere, & tamen non eſt operatio intellectus: ergo, probatur ſecunda pars. Tum quia viſio beatifica eſt infinitorum, & perpetua, operatio verò intellectus neutrum eſt, cum ſit finitæ perfectionis. Tum quia ſequeretur quòd ſummè beatus repletus forma Diuina, non tot poſſet capere formas, quot beatus inferior par tamen in naturalibus, & ſic non ita perfectam habere cognitionem in genere proprio, quod eſt inconueniens. Tum quia videtur hæc eſſe opinio Auguſtini 8. ſuper geñ. ad literam dicentis de paruis, quod Deus loquitur ad intellectuales creaturas illuminandas per ſuam ſubſtantiam, cum iam poſſunt capere loquutionẽ eius qualis eſt in verbo eius. Item ex intentione Philoſophi eſt, & Commentatoris, qui dicunt. quod Deus ipſe intelligitur per ſeipſum abſque intellectione media ab alijs intelligentijs.

Reſpondeo, quòd viſio beatifica eſt actus ab intellectu creato elicitus, vt probat Sanctus Thomas 4. diſtinct. 49. quæſt. 1. artic. 2. quæſt. 2. & in prima ſecundæ quæſt. 3. artic. 2. Item prima parte quæſt. 12. articul. 4. Item quæſtio 62. articul. 9.

¶ Ad primam probationem dicitur, quod Gregorius refert tres modos cognoſcendi plura in verbo, quod nunc aliquis beatus videat, duo autem primi ſunt phantaſtici, & falſi, & nullo modo ad mentem Beati Thomæ, tertius autem modus pro nunc acceptatur, qui eſt quod quilibet beatus à principio ſuæ beatitudinis habet viſionem Dei, & omnium aliorum in verbo, quam Deo placet illi oſtendere, nec poſtea noua fit ei reuelatio, ſed ſemper ſimul, & vnico actu videt quæcunque in verbo viſurus eſt, & ſic illa viſio, vt eſt actus elicitus non eſt infinitæ perfectionis, & perpetuus.

Ad ſecundam relicta reſponſione Gregorij, dicentis hoc loco multa, quæ Beatus Thomas negaret, reſpondetur, vt idem reſpondet prima parte quæſt. 58. artic. 7. ad ſecundum, quod nihil prohibet in Angelis eſſe vtranque cognitionem. Ex quo patet quod viſio creata Diuinæ eſſentiæ compatitur ſecum viſionem creaturæ in proprio genere, quia ſecunda refertur à beatis ad primam, plures verò intellectiones adinuicem non ordinatę ſufficientèr, non concluduntur ineſſe eidem ſimul ex pluralitate ſpecierum in eadem parte animæ, aut ex pluralitate habituum in anima, de verit. quæſt. 8. articul. 14.

¶ Ad tertiam dico, quod ſic arguentes debent attendere, quod Auguſtinus, & ſi dicat, quòd Deus loquitur illis per ſuam ſubſtãtiam, non tamen dicit, quod illi audiant per ſubſtantiam Dei, vnde breuitèr ex illa auctoritate non plus poteſt haberi, niſi quod diuina eſſentia in cognitione beatifica tenet vicem actus primi, non autem actus ſecundi, de intentione Commentat. dictum eſt prius, patet ergo quod Diuina eſſentia non poteſt eſſe intelligere intellectus Angelici, quo formalitèr intelligit.

Arguitur etiam. quod intelligere non ſit agere, ſed pati, vel recipere actum intelligendi, qui ſolum eſt effectiuè ab obiecto. Huius mentis eſt Godofred. 5. quolibet. quæſt. 2. cuius hęc ſunt efficaciora medio, primo enim ſic arguit, Intellectus eſt potentia paſſiua: ergo intelligere quod eſt eius perfectio, eſt receptio.

Reſpondeo. Cum eadem potentia poſſit eſſe actiua, & paſſiua reſpectu diuerſorum, eius perfectio, vt actiua conſiſtit in exercendo actionem, ſed in patiendo, vt paſſiua, intelligere autem eſt perfectio intellectus, vt eſt potentia actiua.

Secundò, intelligere facere, & intelligere fieri, ideſt ſubiectum, & efficiens intelligere ſunt diuerſa principia, ſed ſubiectum intelligere eſt intellectus: ergo efficiens erit obiectum.



Digitized by Google

Reſpondeo, quòd vt dicit Bernardus prædicti termini, intelligere, facere, & intelligere fieri, ſunt de nouo inuenti ad fingendas nouitates. Relicta reſponſione eiuſdem dicitur, quod productio actus intelligendi, & eius receptio attribuuntur diuerſis principijs totalibus, quia principium actiuum totale proximum eſt intellectus ſub ſpecie, ſed principium receptiuum eſt intellectus ſolus, non ſpecies ſola, nec ſpecies cum intellectu, de hac materia eſt, Sãct. Thom. de verit. quæſt. 8. art. 14.

Cum autem dicit Sanct. Thom. quod intelligens non ſe habet, vt agens, intellige totale, non autem partiale, ſimilitèr cum dicit, quod intelligens non ſit patiens, ſicut patitur, quando recipit actum primum, vel non patitur ab aliquo extrinſeco alteratiuo ſui.

Tertiò, Contra rationem eſt potentiæ actiuæ, & paſſiuæ, & quod ſit principium alicuius in ſe manentis: ergo intellectus non poteſt eſſe cauſa paſſiua, & actiua intelligere antecedens probatur, quia potentia actiua eſt principium tranſmutandi aliud inquantum aliud, paſſiua verò eſt principium tranſmutandi ab alio inquantum aliud.

Reſpondeo, antecedens verum eſt tantum in cauſa totali, & ideo negatur conſequentia, quia intellectus eſt cauſa actiua, & paſſiua partialis intelligere. Ad diffinitionem dicitur, quod illæ diffinitiones ſunt veræ de potentia tranſmutatiua ſecundum motum, & mutationæm, cuiuſmodi non eſt ſenſus, intellectus, & voluntas.

¶Dico quoque ſuppoſito, quod illa diffinitio eſſet vniuerſalitèr de potentia actiua, non dicit quod eſt principium tranſmutandi ſemper alteram, ſed dicit ſic 5. metaphiſic. text. 17. Poteſtas dicitur quidem principium motus, & mutationis in alterum, aut inquantum alterum quo apertè demonſtratur nihil prohibere, idē eſſe ſui tranſmutatiuum, licèt alitèr, & alitèr hæc ex Gregorio ſic intellectus, vt eſt actu ſpecie intelligibili informatus, tranſmutat ſeipſum inquantum eſt potentia receptiua actus ſecundi.

Ad idem arguit Adam in prima quæſt. 3. ſi omne inelligere eſt actio elicita, ſequitur quod ſolus Deus ſine intellectu creato, non poſſet creare viſionem Dei, quod non eſt dicendum, tum quia intelligere non ſemper requirit effici ab eo, qui intelligit, vt patet ſecundum philoſophum de intelligentijs intelligentibus multa per ſuas ſubſtantias. Tum quia ſequeretur, quod Deus non poſſet beatificare creaturam ſin ea. Tum etiám, quia ſequeretur, quod anima, & Angelus eſſent infinitæ perfectionis, poſſent enim producere actionem omnem intellectus, quam Deus poteſt producere.

Reſpondeo, dico primò, quod licet Deus de ſe ſolo poſſet creare intellectionem, & ſeparare à quocunque ſubiecto, vel infundere cuilibet intellectui, & facere illi inhærere, tamen nullus intellectus intelligeret per eam niſi eam conficeret nihil enim agit actione à ſe diſtincta niſi ab eo fit 3. phyſic. text. 20.

¶Dico ſecundò, quòd beatificare poteſt accipi dupliciter, primo modo vt eſt producere totalitèr, vel partialitèr actum beatitudinis, ſic Deus non poteſt beatificare creaturam ſine ea, quia beatitudo eſt operatio rei, vt tangit Ariſtotelis primo ethic. cap. 9. item Sanctus Thomas prima ſecundæ quæſt. 3. art. 2. & 4. ſent. diſtinct. 49. quæſt. 1. artic. 2. Alio modo vt eſt producere beatitudinem obiectiue ſic ſolus Deus producit.

¶Dico tertiò, quod cauſa effectiua partialis, nō tot effectuum quin plurium ſpecie differentium, non eſt infinitæ perfectionis niſi ſecundum quid, ſed bene totalis, intellectum verò eſſe infinitæ perfectionis ſecundum quid non eſt inconueniens.

*Concluſio II.* Virtus intellectiua ipſius Angeli, non eſt eadem cum eius eſſentia. Hanc probat Sanct Thom. 1. parte quæſt. 54. artic. 3. Huius ratio eſt ſecundum diuerſitatem actuũ eſt diuerſitas propriarum potentiarum, per illas perfectibilium, ſed eſſe, & operari ſunt actus realitèr diuerſi in creaturis. Igitur requirunt potentias perfectibiles realitèr diuerſas, huiuſmodi ſunt eſſentia, & virtus vel potentia operatiua. Igitur illæ realitèr diſtinguuntur in omni creatura.

Contra hanc concluſionem arguit Durandus quæſt. 5. Nos pauca illa quæ de Angelis nouimus ex animæ noſtræ conditione coniecturæ oportet, & ſecundum hoc, quod potentia Angeli intellectiua ſit realiter idem quod eſſentia ſua ſic poteſt perſuaderi, ideò in anima potentiam ab eſſentia diſtinguimus, quia habet aliques actus in vnum principium non reducibile, vt videre, &, audire, aut quia cum ſit forma corporis, aliquæ potentiæ ſunt actus corporis aliquæ non, ſed in Angelis non eſt niſi vna cognitio intellectiua, item nullius corporis actus eſt Angeli eſſentia: ergo videtur quod potentia Angeli non differat realitèr ab eſſentia.

Reſpondeo. In Angelo ſunt actus plures non ſolum ſpecie, verum etiam genere differentes ad potentias genere diſtinctas reducibiles, dicitur enim 2. de anima text. 27. Genera potentiarum animæ ſunt vegetatiuum, ſenſitiuum, appetitiuum, motiuum ſecundum locum, & intellectiuum, de hoc Sanct. Thom. 1. parte quæſt. 78. artic. 1. Quod etiam additur, quod

Digitized by Google

quod anima eſt forma corporis, & quædam potentiæ animæ ſunt actus coniuncti, parum valet, quia etiam in anima ſeparata diſtinguũtur intellectus, & voluntas, multę etiam ſunt aliæ rationes ad hæc.

*Concluſio. III.* In Angelis non habet locum diſtinctio intellectus agentis, & poſſibilis, ſicut in nobis, niſi loquamur æquiuocè. Hanc ponit Sanctus Thomas prima parte, quæſtione quinquageſimaquarta, articulo quarto. Huius ratio eſt: ſublata cauſa pluralitatis, & diſtinctionis, tollitur, & ipſa pluralitas, & diſtinctio, ſed cauſa principalis diſtinctionis intellectus poſſibilis agentis non habet locum in Angelis: ergo.

Contra hanc concluſionem arguit Scotus hic quæſt. 11. probando, quod in Angelis non debet negari intellectus poſſibilis, quia non ſunt in potentia ad ſpecies, primo ſic. Superficies ſi eſſet producta ſub albedine, non minus eſſet receptiua eius, & poſſibilis reſpectu eius, quia potentiam receptiuam non oportet præcedere actum ſuum ad quem eſt duratione. Ergo, & intellectus creatus ſub ſpeciebus verè eſt poſſibilis in comparatione earum.

Reſpondeo. Intellectus poſſibilis dicitur ex potentia paſſiua indifferentèr ſe habente ad oppoſita, non autem ex hoc ſolo, quod eſt ſubiectum concreatum ſpeciebus, vnde argumentum non vadit ad mentem concluſionis. Negatur enim intellectus poſſibilis in Angelis, quia naturalitèr non poteſt eſſe ſine ſpeciebus, ideò negatur exemplum de ſuperficie, quoniã albedo eſt illi accidens per accidens.

Secundò. In nobis non negaretur intellectus poſſibilis ſi fuiſſet creatus ſub ſpeciebus: Ergo nec paritèr in Angelis negandus eſt.

Reſpondeo, negatur conſequentia, non enim negatur intellectus poſſibilis ex ſola aſſiſtentia ſpecierum, ſed ex hoc quod repugnat ſibi naturalitèr priuatio talium, prima parte, quæſt. 64. artic. 2. Ex quibus habetur, quod mẽs Sanct. Thom. eſt quod ſpecies Angelicæ naturalitèr conſequuntur tanquam accidentia propria naturam Angelicam.

Tertio. Quod eſt perfectionis in natura inferioris, non debet negari à natura ſuperiori, licet cauſa ſuperior præueniret actionem inferioris illius naturæ actiuæ, ſed intellectus agẽs eſt perfectio in anima noſtra: ergo non debet negari in Angelis, quamuis Deus indiderit ſpecies mentibus Angelicis.

Rſpondeo primò, quod intellectus Angelicus non propriè dicitur agens, ſicut in nobis, non ſolum quia non abſtrahit ſpecies, ſed quia non poteſt abſtrahere, prima parte. quæſt. 55. artic. 2. ad ſecundum de verit. quæſt. 8. artic. 9. Tunc ad maiorem dicitur, quod eſt falſa in propoſito, nam generare ſibi ſimile, eſt perfectionis in igne, non autem in Angelis, eſt autem vera in natura eiuſdem generis, & perfectionis.

¶ Dico ſecundò, quod licet Angelus nõ abſtrahat, eſt tamen perfectior, tum, quia abſtractio eſt compaſſiuè cauſata à re materiali, à qua longè eſt Angelus, tùm quia ordinatur ad perfectiores operationes.

Aduertendum, quod Angelus per ſpecies quaslibet apud ſe cognoſcit omnes veritates naturalitèr ab eo cognoſcibiles de indiuiduo tàm neceſſarias, quàm contingentes Sanctus Thomas vbi ſupra ad quintum, quare non intelligit componendo, & diuidendo prima parte, quæſt. 58. artic. 4. Ex quibus patet, quomodo Angelus non indiget intellectu agente ad acquirendum ſpecies quidditatum, aut ſingularium, neque ad acquirendum notitias intuitiuas, aut abſtractiuas, aut notitias veritatum neceſſariarum, aut contingentium, quia omnia talia poteſt per ſpecies innatas, quando verò hoc poſſit fieri per ſpecies finitas, inferius latius dicetur.

Sciendum quoque, quod ſpecies Angelicæ ex naturali ſequela concomitantur naturam Angelicam, fluitque à tali natura intellectus Angelicus talibus ſpeciebus completus, eo modo quo potentiæ animæ fluunt ab eius eſſentia poteſt dici, quod ille influxus eſt, ſicut à cauſa efficientem, prout effectus primarij poteſt dici effectus ſecundarij.

Contra eandem arguit Gregorius in 2. diſt. 7. quæſt. 5. artic. 1. Angelus aliquam notitiam intuitiuam accipit à rebus extra igitur in eo eſt intellectus poſſibilis, antecedens probatur, quia cuiuslibet notitiæ intuitiuæ Angeli obiectum eſt cauſa effectiua partialis, & immediata, probatur, ſi enim non ſit obiectum cauſa effectiua partiali: ergo aliquid aliud erit cauſa effectiua notitiæ intuitiuæ, ſed illud non erit principium receptiuum eiuſdem notitię, neque effectus notitiam conſequentes, ergo notitia hæc intuitiua poterit cauſari in intellectu ſine re exiſtente, poſito enim actiuo, & principio paſſiuo in opportunis diſpoſitionibus ſequitur effectus, ſi agens ſit naturale, vel poni poteſt ſi liberum ex 9. metaphiſ. text. 10. Patet etiam quod ſit cauſa immediata, ſi enim eſſet mediata, eſſet cauſa alicuius quòd eſſet cauſa immediata, & illud non poteſt eſſe niſi ſpecies, vel alia notitia, ſed non alia notitia, quod non abſtractiua, talis enim ſi ſit diſtincta, & naturalitèr habita, & præſupponit intuitiua eiuſdem rei, quæ ſi immediate cauſatur à re, eadem ratione, & quælibet, ſi mediatè itur in infinitum, neque habitus quia habitus naturalitèr acquiſitus præſupponit cauſalitèr actum, neque ſpe-



Digitized by Google

cies,quia non eſt oportuna niſi in abſentia obiecti: ergo per ſe non requiritur in notitia intuitiua: ergo non eſt eius per ſe cauſa.

Reſpondeo primò, diſtinctionem de notitia intuitiua,& abſtractiua nuſquam legi apud Sãctum Thomam ſub illis verbis, licet fortè æquiualentes diſtinctiones ponat 3.ſentent.diſtinct. 23.quæſt.1.artic.2.item de verit.quæſt.10.art.8 ſi itaque voces intuitiuam cognitionem, qua ſcitur de re an eſt, & abſtractiuam qua ſcitur, quid eſt, approbo diſtinctionem, vel intuitiua eſt ſimplex intuitus obiecti, vel apprehenſio, abſtractiua eſt diſcurſiua, compoſitiua, vel diuiſiua,vel intuitiua eſt rerum in particulari, ab ſtractiua in vniuerſali, & coincidit cum prima, vel cognitio intuitiua eſt cognitio ſimplicis intelligentiæ, verumtamen Gregor. videtur alitèr dicere ſcilicèt quod notitia intuitiua immediatè terminatur ad rem abſtractiua verò ad ſpeciem rei, Sanctus autem Thomas tenet omnem notitiam ſenſitiuam exteriorem terminari ad rem omnem intellectiuam non reflexam, & ſolam imaginationem terminari ad ſpeciem rei, de verit.quæſt.10. artic.8. ad.2.item prima parte quæſt.83.art.2.

Aduertendum verò cum dicit,quòd id quod primò à nobis intelligitur, eſt res extra non intendit dicere, quod talis actus intellectus nullo modo terminatur ad aliquam ſimilitudinem obiecti, terminatur enim ad verbum,rationẽ, & conceptum,prima parte quæſt.85. articul.2. ad tertium, primo contra gentil. cap.55. ſed licet talis actus aliqualitèr terminetur ad conceptum rei, non tamen ibi ſtat, ſed tendit in rem extra ſuper Boet.de Trinitate quæſt.5. artic.2.item 5.quolib.artic.9.

Sed quicquid ſit de Gregorio vtendo terminis, vt ipſe,reſpondetur ad argum. negando aſſumptum videlicet quod res intuitiuè cognita ab Angelo ſit cauſa totalis,vel partialis notitię Angelicæ, & ad probationem dicitur, quòd cauſa totalis creata eſt intellectus Angelicus cum ſpecie talis rei,nec ſequitur vt ipſe infert quòd talis notitia poſſit cauſari à re, cuius eſt ſpecies cauſa non exiſtente.

Ad probationem dicitur quod ibi non eſt opportuna diſpoſitio, quia ſpecies illa non cauſat talem notitiam,niſi aſſimilet rem intellectui, vnde re præſente ſpecies Angelica aſſimilatur ei,non autem re non exiſtente, reſpectus enim ſimilis nouitèr reſultans expoſitione noui termini ſui eſt diſpoſitio opportuna agentis ad agendum, falſum etiam eſt cum dicit,quòd ſpecies non eſt opportuna niſi in pręſentia obiecti,quia præſente ſenſibili,nunquam ſit ſenſatio niſi prius natura informetur ſpecie ſenſibili, vnde nec notitia præſentium ſit ſine ſpecie.

Patet quoque ex dictis, quare futura non poſſint diſtinctè cognoſci ab Angelo, non quia cognitio Angeli dependeat à futuris, ſed quia non ſunt capaces cognitionis propriæ de verit. quæſt.8.artic.12.ad primum,item prima parte quæſt.57.art.3.

Secundò arguitur ſic ſecundum eundem, ſi intellectus agens,& poſſibilis negaretur in Angelis, hoc ideò eſſet, quia Angelus à principio habet totam perfectionem naturalitèr ſibi poſſibilem concreatam,ſicut corpora cœleſtia,ſed hec ratio non debet mouere. Tum quia ſequeretur,quòd nunquam Angelus noua conſideratione perficeretur. Tum quia corpora cęleſtia non ſunt totalitèr perfecta perfectione, quæ ſola eſt in propoſito. Luna enim à ſole illuminatur: ergo talis intellectus ponendus eſt in Angelis.

Reſpondeo,negatur minor, quia ratio bona eſt. Ad inſtantiam dico quod comparatio eſt ſic intelligenda quòd ſicut corpora cœleſtia ſunt totalitèr creata perfecta ab initio, quod nullam formam ſtantem fixam, & quietam, & ſe habentem per modum actus primi, vel habitus ex poſt non receperunt licèt recipiant formas per modum actus ſecundi, vt ſunt motus,& illuminatio,ſic & Angeli.

¶Dico quoque quod ſimilitudo inter perfectionem corporum cœleſtium, & Angelos tenet quoad perfectionem ad quam attingere poſſunt virtute naturali, non autem quam participare poſſunt ex ſuperiorum actiuitate, prima parte,quæſt.58.art.1.

Arguit idem Gregorius vbi ſupra contra propoſitionem maximam quam aſſumit Beatus Thom. in quadam ratione probante concluſionem, eſt autem propoſitio, de extremo ad extremum non venitur niſi per medium, & ais quod hæc non eſt vera vniuerſalitèr. Nam capilli albi fiunt nigri,non tamen prius virides, item eundo intentionem arguentis dicam, quòd eſſe imaginabile non erit medium inter eſſe materiale,& intellectuale ipſius Angeli:ergo ratio non eſt efficax.

¶Reſpondeo. Illa ratio ſolida eſt,& maxima vera in omni genere motus, de medio tamen per ſe non, non de medio per accidens, dico autem medium per ſe aliquod commune,quod ſecundum ſuam rationem eſt ſimilius & propinquius cuilibet extremo, quam vnum extremum alteri, vt tepeditas inter frigiditatẽ, & caliditatem. Medium autem per accidens voco aliquod particulare ſub illo communi, quod non ſolum eſt vicinius,& ſimilius vtrique extremo quam ſint extrema adinuicem, ſed vltra hoc addit aliqua ſpecialem rationem ſub medio per ſe dicto, ſicut rubedo, & viriditas

inter

inter albedinem.& nigredinem,viriditas igitur oportet per medium ; ergo per aliquod mediũ eſt fallacia conſequentis, patet etiam qualiter eſſe imaginabili conuenit verè eſſe medium per ſe,quia eſt propinquius eſſentialitèr,& formalitèr vtrique extremorum quam extremum extremo.

*Concluſio.IV.* Angeli non omnia cognoſcunt per eſſentias ſuas, ſed per ſpecies connaturales, & concreatas. Hanc probat prima parte, quæſt.55.artic.1. vbi pro prima parte concluſionis talis ponitur ratio. Omnis intellectus aliquid intelligens habet in ſe aliquã formam per quam eſt in actu primo, & per quam elicit actum ſecundum, vel operationẽ intellectualem, ſed intellectus Angelicus eſt huiuſmodi,ergo habet talem formam, ſed illa forma non poteſt poni eſſentia Angeli reſpectu omnium intelligibilium, igitur oportet, quod ſit aliqua forma ſuperaddita, talem autẽ dicimus ſpeciem intelligibilem.

¶ Secundam partem concluſionis probat ibidem articul. 2. ſupremæ ſubſtantiæ ſpirituales proportionantur ſupremis ſubſtantijs corporalibus, quoad ſuas naturales perfectiones, & infimæ infimis ſimiliter,ſed ſuprema corpora ſuas naturales perfectiones ſimul cum ſua natura per creationem receperunt, igitur ſupremæ ſubſtantiæ ſimilitèr. Sed naturalis perfectio ſubſtantiarum ſpiritualium eſt in habendo actum primum reſpectu operationis ſecundæ intelligibilis,ille autem actus eſt ſpecies intelligibilis: ergo.

Contra arguit Henricus quolib.3.quæſt.14. probando, quòd nulla ſpecies ponenda eſt in intellectu humano,vel Angelico, quæ ſit principium intelligendi, primus intellectus ſeparatus non indiget ſpecie ad hoc, quòd exeat in actum intelligendi: ergo, nulla in eo ponenda eſt, probatur antecedens, illa indigentia neque eſt ex parte intellectus neq; ex parte intelligibilis: ergo nõ indiget,probatur prima pars antecedentis. Ex ſe enim ſufficit intellectus ſeparatus intelligere, ſicut non ſufficit ſubſtãtia ignis,vt calefaciat ſine calore: ergo non indiget alio, antecedens probatur quod de ſe eſt intellectiuum, & intelligibile ex ſe ſufficit, vt intelligat, ſed intellectus ſeparatus eſt huiuſmodi: ergo probatio mediæ eſt, quia vna communis ratio intellectiui, & intelligibilis eſt immaterialitas, probatur ſecunda pars antecedentis ſcilicet quòd illa indigentia non ſit ex parte intelligibilis, quia ideò eſſet propter preſentiam obiecti, ſed hoc non eſt,tum quia eſſentia Angeli eſt obiectum Angeli ſemper præſens intellectui, tum etiam quia ſpecies non poteſt eſſe obiectum intellectus, quia non poteſt repreſentare niſi ſingulare,ſic enim imprimit, ſicut ab alio imprimitur,ſed imprimitur à ſingulari, & non ab vniuerſali: ergo.

Reſpondeo, requiritur ſpecies ex parte intelligibilis tantum, quod alitèr non poteſt eſſe præſens intelligentiæ, vnde & illa quæ per ſe poſſunt eſſe præſentia intellectui, non intelliguntur per ſpeciem, vt patet in actu beatitudinis.

Ad probationem dicitur, quod eſſe in alio, vt in ſubiecto,& in cognoſcente, id eſt vt obiecto, poteſt eidem ſimul conuenire, nihilominus per hoc,quod ſpecies eſt in intellectu non eſt obiectum cognitum, ſed ad huc requiritur actus intellectus, & tunc fit ſpecies expreſſa, qui exprimitur ab intellectu formato ſpecie impreſſa.

Dicitur etiam,quod ſpecies impreſſa,quia in materialis, licèt ſit ſingularis, eſt ſufficiens principium intelligendi vniuerſale, falſum etiam eſt quod ſic imprimat ſemper aliquid, ſicut imprimitur, quia ſenſibile non exiſtit ſine materia in rerum natura, & tamen facit ſpeciẽ ſine materia in ſenſu.vt patet 2.dè anima, text. comment. 121. ſic reſpondet Bernardus de Gannaco, & bene.

Secundò. Species intelligibilis non facit intelligibile præſens: ergo ideo ſpecies non eſt ponenda,antecedens probatur, ſicut ſe habet ſpecies viſibilis ad viſibile extra,ità intelligibile ad viſibile intelligibile, ſed ſpecies viſibilis magis dependet à re quàm econuerſo. Si enim Deus imprimeret ſpeciem in oculo,& conſeruaret,præſentia ſpeciei non faceret rem præſentem,ſed per aliquid aliud ſit præſens,cum ergo ſpecies non ponatur niſi propter huiuſmodi præſentem præſentationem, vanum eſt ponere ſpeciem.

Reſpondeo, negatur antecedens, ad probationem negatur ſimilitudo,nam ſpecies viſibilis in oculo requirit realem preſentiam rei à qua cauſatur, non ſic autem ſpecies intelligibilis,quia intellectus poteſt intelligere abſentia ſecundum rem.

Admiſſa quoque ſimilitudine adhuc reſpondetur,quòd ſpecies magis dependere à re, poteſt intelligi duplicitèr. Primo ad eliciendum actum cognitionis,& ſic obiectum magis dependet à ſpecie, quia non oportet quòd obiectum alitèr ſit præſens, quàm per ſpeciem. Alio modo ad conſtituendam præſentiam rei: ſic dico non dependet, quia nec etiam illa exigitur, vnde ſi Deus cauſaret ſpeciem,& illam produceret in oculo, ſine præſentia rei actus cognitionis perfectè eſſet, & oculus iudicaret de re,ſicut de præſenti,ſicut etiam ſit in præſtigijs,

Digitized by Google

gijs. Hæc Bernardus,& bene,niſi quòd patenter non diſtinguit de duplici præſentia in eſſe obiectiuo, & reali, prima eſt neceſſaria ad intelligendum non ſecunda,& primam facit ſpeciem,non ſecundam.

Item dubium eſt vtrum oculus poſſit videre non præſentia per ſpeciem rei non præſentis.

Tertiò. Sequeretur quod in intellectu Angelico eſſent ſpecies omnium creabilium infinitorum, & ſic infinitæ ſpecies, quod eſt inconueniens: ergo, ſequela probatur, quia habens propriam operationem naturalem, habet etiã ea per quæ poteſt explere. Operatio verò naturalis Angeli eſt omnia naturaliter intelligibilia intelligere: quæ ſunt infinita creabilia, nam vt communitèr diciturſunt infinitæ ideæ rerum creabilium, in Deo ſunt quoque infinitæ ſpecies numerorum.

Reſpondeo,negatur conſequentia, ad probationem dicitur,quod Angelus habet ſpecies concreatas, homo verò habet principia quibus poteſt eas acquirere,ſicut & veſtes, & arma. Nec tamen oportet, quod Angelus habeat infinitas, quia ad naturalem eius cognitionem pertinent tantum creata,vel creanda, non autem creabilia,& ſicut Deus non ſimul poteſt creare omnia creabilia, & quorum habet ideas,quamuis poſſit creare ſingula,itá nõ poteſt facere ſimul infinitas ſpecies in Angelo, & licet Angelus poſſit intelligere ſingula habentia ideam in Deo, non tamen omnia, ſicut neque omnes numerorum ſpecies,ſed ſingula. hæc Bernard.

Ego puto, quod Angelus poteſt naturaliter cognoſcere infinitas ſpecies numerorum ſimul,& vnico actu.

Quartò. Sequeretur quod Angelus intelligeret actu omnia, quorum habet ſpecies apud ſe,& ſic infinita, item quod intelligere non eſſet pati, nec actus intellectus eſſet motus à re ad animam, ſed potius econuerſo:ergo,prima conſequentia probatur,quia omnis actio,quæ habet ſufficiens principium in agente,neceſſariò procedit ab agente diſpoſito, ſecunda probatur, quoniam recipere ſpeciem, ſicut ſubiectum eſt actus omninò abſolutus non terminatus in aliud, ſed ſtans in agente ſicut lucere.

Reſpondeo, negatur conſequentia, ad primam probationem dicitur, quòd ad hoc,quod actu intellectus intelligat, requiritur intentio, cum autem intellectus eſt indifferens ad plura actu intelligenda ſecundũ eundẽ intelligendi modũ, determinatur à voluntate,vel ab occurrente pura imaginatione, ideò Angelus non neceſſariò intelligit omnia,quorum habet ſpecies apud ſe,ſicut nec imaginatio non neceſſariò fertur ſuper omnes ſpecies ſuas.

Ad probationem ſecundam dicitur quòd intellectus eſt dupliciter patiens, ſcilicèt recipiendo ſpeciem,& actum intelligendi, intelligere etiam dicitur quoddam pati, inquantum non eſt quod intellectus, ſed quoddam receptum in eo.

¶Item dicitur quòd intelligere eſt motus à re ad animam, quia fit ab intelligibili mediãte ſpecie, quam imprimit, nec eſt motus ab anima ad rem niſi valde metaphoricus inquantum intellectus iudicat de re,& ſic ad eam terminatur.

Sciendum quòd non eſt poſſibile intellectũ intelligere per habitum, vt Henricus poſuit.

Quia aut iſte habitus eſt ſimilitudo rei aut non. Si non fieri cognitio nequit,quæ ſemper fit per ſimilitudinem. Si ſic,aut eſt ſimilitudo determinata,& ſic idem quòd ſpecies, aut indeterminata; & ſic eo nihil determinatè cognoſcetur. Si dicat quòd iſte habitus virtute continet omnia intelligibilia. Non ſufficit, quia diſtinctè continere nequit, & ſic non erit diſtincta notitia. Neque etiam per iſtum habitum poteſt obiectum eſſe præſens intellectui obiectiuè,quia reddi non poteſt ratio,quare potius ſit præſens nunc, quàm prius quando Angelus non intelligebat.

Nota etiam, quod Aegidius in quæſtionibus diſputatis ſoluit omnes rationes Henrici,oſtendens quoque eas militare contra habitum.

Arguit etiam Durandus vbi ſupra ad idem primò probando quòd nulla ſpecies ſit ponẽda in parte ſenſitiua,& per conſequens multominus in parte intellectiua. Omne illud eſt primò cognitum per quod tanquam per repræſentatiuum potentia cognita fertur ad alterũ. Sed nulla ſpecies coloris in oculo eſt viſa, ergo ſpecie nihil videt oculus,minor de ſe manifeſta eſt, maior probatur, quia ſe habet obiectiuè ad potentiã cognitiuam, vt cognitiua eſt, ſupplet enim vicem rei,quam repræſentat.

Confirmatur, quia abſurdum videtur, quod potentia cognitiua ducatur in cognitionem alterius per totalitèr incognitum medium. Species enim haberet rationes imaginis, quæ ſemper eſt potentia cognita.

Reſpondeo, negatur maior. Ad probationem pariter negatur,quòd repræſentans aliquid obiectiuè ſe habeat ad potentiam,aut ſuppleat vicem obiecti,ſupplet enim vicem obiecti in actuando potentiam ponendo eam in actu primo,non autem in terminando actum ſecundum potentiæ.

Ad confirmationem dico, quòd triplex eſt me-

medium, ſiuè imago, ſub quo, vt lux in viſu, quo, vt ſpecies impreſſa, & in quo, vt ſpeculũ, vel aliud obiectum extra videntem, ex cuius inſpectione ſẽlus ducitur in notitiam alterius. Medium in quo eſt primo cognitum, ſed non medium quo, ſpecies vero eſt medium quo. De hoc multiplici medio habetur prima parte quæſt. 12. articul. 5. & quæſt. 87. artic. 2. & 49. ſentent. diſtinct. 49. quæſt. 2. artic. 1. Et de verit. quæſt. 20. art. 2.

Secundò probat, quòd in parte intellectiua noſtra non ſit ponenda ſpecies, tum quia eſſet reſpectu omnium. Hoc vero non eſt, phantaſmata enim à quibus abſtrahatur ſunt tantum ſenſibilium.

Tum quia intellectus per certitudinem cognoſcere poteſt omnia, quæ ſunt in nobis. Hoc vero in nobis non cognoſcimus de ſpecie: ergo.

Reſpondeo, intellectus noſter non recipit ſpecies immediatè, niſi rerum quidditatum ſenſibilium, & per ſpecies rerum ſenſibilium, intelligit primò quidditatem rei ſenſibilis, & ex illa cognitione peruenit ad cognitionem actus ſui, deinde ad cognitionem actus ſui, & exinde ad cognitionem ſpeciei, & potentiæ, deinde in cognitionem animæ, quæ deinde venit in cognitionem ſubſtantiarum ſeparatarum.

Ad aliud dicitur, quòd intellectus noſter per viam reflexionis poteſt experiri ſe habere in ſe principia actus ſui ſecundi, qui ſunt potentiæ, & impræſſiones habituales quantum ad cognitionem, an eſt, & quid eſt, ſicut probat Sanct. Thom. de verit. quæſt. 10. art. 9.

Hoc idem patet per multas auctoritates. Beatus Auguſtinus prima eſt 10. confeſ. cap. 10. In memoria ſunt theſauri innumerabilium imaginum, de huiuſmodi rebus ſenſus inuentarũ.

Item 12. confeſ. cap. 10. Animo imagines intuemur corporales, item cap. 16. Cum aliquid intuemur, continuo fit imago eius in ſpiritu.

Item in epiſtola ad Paulinum, de videndo Deum Incorporeas inquit ſimilitudines incorporalitèr commedat memoriæ.

Ex prædictis infero quatuor corollaria. Primum falsè dicit Henricus, quòd magna ignorantia, vel incuria fecit credere quòd Auguſtinus poneret ſpecies.

¶Secundum, falſa eſt opinio Godofredi, qui negat ſpecies in intellectu, licèt concedat eas in ſenſu.

¶Tertium, ſalſa eſt opinio Durandi, qui negat ſpecies tàm in ſenſu, quàm in intellectu, licèt coactus ponat eas in organis ſenſu, vel in ſpiritibus cerebri.

¶Quartum, eſt falſa opinio quorundam terminiſtarum, ſicut Adam, & ſimilium negantium omninò ſpecies, & gloſſantes dicta philoſophi, & Commentat. & Augnſtinus contra mentem eorum dicendo, quòd per ſpecies intelligunt habitus, aut notitias abſtractiuas, vel res extra, vt phantaſiatas.

Sciendum, quòd cum triplicitèr formæ eſſe dicantur in ſubiecto. In potentia tantum, & ſic ſunt ſimul in actu imperfecto, vt cum ſunt in fieri, & ſic eſſe poſſunt ſimul, & in actu perfecto, cumquè omnes formæ intelligibiles ſint eiuſdem generis, quantumcumque res quarũ ſunt ſpecies ſint diuerſorum, omnes in potentia ſimul eſſe poſſunt, & in actu incompleto. Et hoc eſt ſpecies eſſe in habitu. Sed in actu perfecto plurium ſpecierum ſimul eſſe non poteſt, propter quod realitèr diſtinguitur ab intellectione.

*Concluſio V.* Quilibet Angelus intelligit ſeipſum per eſſentiam ſuam, & non per ſpeciẽ ſuperadditam. Hanc probat Sanctus Thom. prima parte quæſt. 56. artic 1. Huius ratio eſt forma actu intelligibilis per ſe præſens, & vnita intellectui, eſt ſufficiens principium intellectionis ſui ipſius, nec indiget intellectus aliquo accidente, vel aliquo actu primo ad intelligẽdum eam, ſed ſubſtantia, vel eſſentia Angeli eſt huiuſmodi: ergo.

Contra arguit Scotus hic, probando quod eſſentia Angeli non ſe habeat reſpectu intellectus eius in operatione qua Angelus intelligit ſe, ſicut calor reſpectu calefactionis ſe habet ad ignem calefacientem, ſicut dicit concluſio, prima. Nihil poteſt eſſe principium actionis immanentis alicuius agentis, niſi ſit in actu per illud. Sed intellectus Angeli non eſt in actu per eſſentiam ſuam: ergo, maior probatur, quia Philoſophus 2. de anima text. 24. probat quod anima eſt actus corporis, quia eſt, quo viuimus, & ſẽtimus, minor quoque probatur, quia eſt ſubſiſtens non enim informat illum, nec aliquam actiuitatem tribuit illi.

Confirmatur per exemplum tuum, quia ſi calere eſt actio immanens, impoſſibile eſt calere calore alieno.

Reſpondeo, negatur minor. Ad probationem dicitur, quod licèt eſſentia ſit ſubſiſtens, eſt tamen forma intellectus Angelici ſecundũ eſſe intellectuale, licèt ſecundum eſſe naturale ſit oppoſitum, quia intellectus eſt accidens eſſentiæ, de verit. quæſt. 8. artic. 6 ad ſecũdum, & ad ſextum, item quæſt. 10. artic. 11. item 4. ſentent. diſtinct. 49. quæſt. 1. artic. 1. & prima parte quæſt. 12. articit. 1. Aſſumit itaque primò Scotus minorem falſam. Secundò falſum eſt, quòd forma ſubſiſtens non poſſit eſſe ratio operandi. Tertiò falſum paritèr eſt quod ait, quod

quod nullo modo poteſt in illo ſuſcipi.

Ad confirmationem dicitur negando ſimilitudinem. Nam inter lignum, & calorem nulla eſſet vnio, ſecus eſt de ſubſtantia ſubſiſtente,& intellectu 4.ſentent.vbi ſupra.

Sciendum quoque, quòd Scotus hic arguẽs contra illam propoſitionem Sanctus Thomas, quod potentia nihil recipit ab obiecto, niſi quandoque ſit in potentia,quandoque in actu, deficit in duobus, primò enim falsè imaginatur,quod obiectum exterius ſit immediata cauſa intellectionis. Dicimus enim,quod obiectũ mouet ſenſum exteriorem immediatè, & ille interiorem,& ille intellectum,ſecundò falsè aſſumit, quod obiectum ſit cauſa tàm in eſſe, quàm in fieri omnium eorum quæ de ipſo ſunt in intellectu. Non enim ſpecies intelligibilis depẽdet ab obiecto in eſſe,ideò intellectus Angelicus,qui ſemper eſt in actu reſpectu ſuæ ſpeciei,nihil recipit ab obiecto,neque actum primum,neque ſecundum, à ſpecie tamen recipit actum ſecundum,ſed non ſemper,ab eſſentia verò ſemper,de verit.quæſt.8.art.6.ad 7.

Poteſt etiam dici, quod propoſitio Sancti Thomæ vera eſt de receptione cum motu, & illo modo intellectus Angeli nihil recipit ab intellectu, cum intelligit ſe.

*Concluſio VI.* Eſſentia Angeli eſt ſufficiẽs principium quo Angelus intelligit Deum naturali cognitione, nec indiget alia ſpecie ſuperaddita. Hanc ponit Beatus Thomas prima parte quæſt.56.artic.3. Huius ratio eſt, omnis forma intelligibilis actu,aliquid naturalitèr repreſentans eſt ſufficiens principium intellectionis illius repreſentati,ſed eſſentia Angeli ſic ſe habet reſpectu Dei:ergo.

Contra arguit Scotus quæſt. 9. probando quod eſſentia Angeli non ſit ei ratio cognoſcẽdi Deum cognitione naturali, ſi Angelus per eſſentiam ſuam cognoſceret ſic Deum, ſequeretur quod diſcurreret,quod eſt contra te: ergo, probatur antecedens, per differentiam, quæ eſt inter imaginem repræſentantem,vt cognita eſt,& illam, quæ non eſt cognita, ſicut eſt ſpecies, viſibilis in oculo, nam imago non cognita repræſentat obiectum immediatè abſque diſcurſu,vt cognita verò cum diſcurſu.

Confirmatur. Nihil poteſt eſſe ratio cognoſcendi aliquod obiectum, niſi illud includat virtualitèr,ſed eſſentia Angeli non includit ſic diuinam eſſentiam, ergo.

Reſpondeo,negatur antecedens, ad probationem negatur conſequentia, quia ad diſcurſum propriè dictum non ſufficit, quod vnum cognoſcibile cognoſcatur per aliud, ſed requiritur, quod prius duratione vnum cognoſcatur quàm aliud, & quod notitia vnius ſteterit cum neſcientia alterius,prima parte quæſt.58. artic.3.de verit.quæſt.8.artic.15.

Ad confirmationem, dico primò, quòd cognitio alicuius diſtincta ẽ, & ſic totũ conceditur,ſed non eſt contra nos, quia non dicimus, quod Angelus per eſſentiam ſuam cognoſcat diſtinctè eſſentiam Diuinam, ſecunda eſt notitia imperfecta,ſub aliqua tamen ratione propria diſtinctè indicante eſſentiam obiecti, & de hac notitia negatur maior.

¶Dico ſecundò, ſimpliciter negando maiorem,quia ſpeculum non continet virtualitèr hominem in ſpeculo apparentem, nec ſpecies in memoria reſeruata reſpectu auri continet virtualitèr aurum, quibus tamen illa cognoſcuntur.

Sciendum,quod impoſſibile eſt ponere aliquam ſpeciem creatam, perfectè diuinam eſſentiam repreſentantem,de verit.quæſt.8. art. 1.licèt autem raptus poſt Diuinam viſionem habeat penes ſe aliquas ſpecies,quibus recordari poteſt de obiecto viſo ſub aliqua ratione diſtincta, tamen illa notitia non eſt viſio Dei per eſſentiam, ſed cognitio eius quantum ad aliquas perfectiones attributales,& potius an eſt quàm quid eſt 1.par.quæſt.12.art.9.ad 2. & de verit.quæſt.8.art.4.ad 5.& 6.

Ex quibus patet,quòd Paulus potius,& diſtinctius recordabatur de rebus viſis in verbo, quàm de ipſo verbo, licet non negemus eſſe poſſibilem aliquam confuſam, vel imperfectã recordationem obiecti, qua potius recordatur,quia erat quàm quid erat.

*Concluſio VII.* Angeli per eandem ſpeciem intelligunt plures quidditates, & quanto Angelus eſt ſuperior,tanto per ſpecies pauciores,& vniuerſaliores intelligit. Hanc ponit Sanct.Thom.1.par.quæſt.55.art.3.

¶Huius ratio eſt. Omnis intellectus quãto eſt primo intellectui ſimilior,tãto eſt vnitior & ſimplicior, & per pauciora intelligit totum ens intelligibile, ſed Angeli quanto ſunt ſuperiores,tanto ſunt primo intellectui ſimiliores: igitur.

Contra primam partem concluſionis arguit Scotus quæſt. 10. Quicquid eſt ratio diſtinctè cognoſcendi plura,habet vnum obiectum,in quo perfectè includuntur illa plura. Sed illa vna ratio non eſt vnum obiectum includens virtualitèr omnes alias quidditates ſecundum ſuam cognoſcibilitatem:ergo,maior probatur. Tùm à ſimili, quia eſſentia Diuina ideò repreſentat infinita qui eſt vnius primi obiecti. Tũ quia obiectum eſt menſura cognitionis, & eſt ei adæquatum: ergo vnum omnia cognoſcibilia virtute continens.

Reſpondeo,negatur maior. Hoc enim non eſt

Digitized by Google

eſt neceſſarium niſi vbi talis ſpecies, vel ratio cognoſcendi cauſatur ab obiecto, ſicut cum ſpecies intelligibilis hominis repreſentat multa. Secus eſt de ratione, vel ſpecie, quæ nullo modo dependet ab obiecto, ſed eſt cauſa obiecti, vt patet in formis artis. Vel eſt cauſata à cauſa ſui obiecti, vt patet in propoſito, vel eſt conficta per intellectum, vel imaginationem, vt patet de ſpecie montis aurei.

¶ Ad primam probationem dicitur quòd eſſentia Diuina non includit omnia cognoſcibilia per eam virtualitèr, ſicut patet de negationibus, priuationibus, & defectibus. Et dato, quòd includeret, non eſt ratio cognoſcendi illa, quia continet, ſed accidit. Nam eadem ſpecies eſt ratio cognoſcendi habitum, & priuationem, nec correſpondet ſibi vnum obiectum primum, & adæquatum continens illa duo.

¶ Ad ſecundam negatur antecedens. Hoc enim non eſt verum niſi vbi talis ratio cauſatur ab obiecto, prima parte, quæſtione decima quarta, art. 8. ad tertium.

Secundò arguit. Angelus non poteſt habere vnum actum adæquatum repræſentantem plures quidditates, quarum vna eſt ratio: ergo nec vna ſpecie poteſt ſimul plures quidditates intelligere, conſequentia probatur, quia vna ratio habet vnam ſpeciem adæquatam, antecedens probatur, quia ille actus, nec intenſiuè erit adæquatus, quia ei contineret virtualitèr actus intelligendi aliarum quidditatum, quod eſſe non poteſt, nec extenſiuè, quia tunc poſſet ſimul actu intelligere omnes quidditates, quod non eſt verum.

Reſpondeo, negatur antecedens, & eius probatio. Nam Sanctus Thomas vbicunque loquitur de iſta materia tenet, quod Angelus poteſt ſimul intelligere omnia quæ per vnam ſpeciem poſſunt intelligi, de ver. quæſt. 8. art. 14. & prima parte quæſt. 58. art. 2.

His pariter reſpondetur ad tria obiecta Aureoli contra ſecundam partem concluſionis.

Sciendum pro reſponſione ad quandam replicam Durandi contra prædictũ, quod ſpecies intellectus Angelici quamuis ſit vna realitèr eſt de facto propria ratio plurium realitèr, & ſpecificè, vel numeralitèr diſtinctorum inadæquata cuilibet eorum, & excedens, eſt autem, vt vna re, & plures ratione non in actu, ſed in virtute inquantum æquipollet pluribus rationibus repreſentatiuis in repreſentando.

Sciendum quoque, quod magis proprie diceretur, quod Diuina eſſentia eſt magis ratio propriarum diuerſarum rerum, quàm dicatur eſſe propria ratio diuerſorum. Idem dico de ſpeciebus, quæ ſunt in intellectu Angelico.

Contra arguit quartò Aureolus. Si tua ratio valeret, ſequitur quòd eſſet factibilis vnus Angelus, qui per vnam ſpeciem omnia intelligeret, aut per eſſentiam ſuam, hoc eſt falſum: ergo ſecunda pars tuæ concluſionis eſt falſa, probatur antecedens. Nam ſi ſupremus Angelus intelligat per duas ſpecies, & fiat iterum alius intelliget per vnam, & ſi fiat iterum alius intelliget per vnam, & ſi fiat iterum alius intelliget per eſſentiam ſuam.

Reſpondeo, negatur antecedens, quia creato Angelo ſuperiore in duplo, vel in triplo non oportet, quod omnia à ſe naturalitèr intelligibilia intelligat per ſpeciem vnicam. Tum quia ſe per eſſentiam ſuam cognoſcet, reliqua per ſpeciem. Tum quia ſi ſit Angelus omnia intelligens naturalitèr per eſſentiam ſuam, & vnã ſpeciem, creatus ſuperior nõ intelliget ſine ſpecie, ſed intelliget plura ſub pluribus rationibus, vel plures quidditates creabiles à Deo, ſicut in viſione beatifica. Pluralitas enim cognoſcibilium eſt duplex. Quædam ſpecierum ſpecialiſſimarum. vel indiuiduorum. Alia eſt pluralitas rationum, & conceptuum de eadem quidditate cognoſcibilium, & per eandem ſpeciem intelligibilem de vert. quæſt. 8. artic. 10. ad ſecundum, item artic. 4. eiuſdem quæſt. ad primum.

*Concluſio VIII.* Intellectus Angelicus per eandem formam intelligibilem intelligit naturam communem ſpeciei, & omnia eius indiuidua, vel ſingularia. Hanc ponit Sanct. Thom. vbi ſupra, quæſt. 57. articul. ſecundo. Huius ratio eſt. Forma intelligibilis repreſentans actu perfectè ea, quę pertinent ad naturam ſpecificam rei, & ad indiuiduationis principia, eſt ſufficiens principiũ cognitionis rei in vniuerſali, & in ſingulari. Sed formæ, ſeu ſpecies intellectus Angeli ſunt huiuſmodi: ergo.

Contra arguit Scotus in 2. diſtinct. 9. quæſt. 2. Id quod addit aliquam entitatem ſuper vniuerſale, non eſt cognoſcibile per vniuerſale. Sed indiuiduum, vel ſingulare eſt huiuſmodi: ergo non eſt cognoſcibile per ſpeciem vniuerſalem, prima probatur, quia vnumquodque ita ſe habet ad eſſe ſicut ad cognoſci, ſecundo metaphy. Text. 4.

Reſpondeo, maior eſt vera de vniuerſali abſtracto à conditionibus indiuiduationibus, ſpecies autem Angelica repreſentat non ſolum naturam vniuerſalem, immò, & ea quæ accidunt ſpeciei, & indiuiduum, & ei accidentia, de veritat. quæſtione octaua, articulo vndecimo.

Secundò ſequitur, quòd ratio repreſentans menti Angelicæ ſit infinitè perfecta, quod eſt inconueniens: ergo probatur ſequela. Nam



Digitized by Google

poteſt repreſentare infinita. Vbi verò pluralitas numeralis concludit maiorem perfectionẽ, infinitas numeralis concludit infinitam perfectionem.

Reſpondeo. Non eſt inconueniens, quia non eſt infinita ſimplicitèr, ſed quodammodo in repreſentando, de veritat. quæſtione vigeſima, articulo quarto, item tertia parte, quæſt. 12.art.primo.

Tertiò, ratio repreſentans vniformis in ſe, in intellectu nihil repræſentat difformitèr, immò nec ideæ Diuinæ, quia naturalitèr repræſentant: ergo ratio Angelica, aut ſimul repræſentat oppoſita naturalitèr, quantum ad exiſtentiam ſingularis, vel alterum horum. Si primum: ergo ſemper vtrumque repræſentabit: ergo nunquam Angelus alterum eorum determinatè ſciet. Si ſecundum: ergo nunquam repræſentabit aliud oppoſitum, nec per illam cognoſcetur.

Reſpondeo, ſpecies Angelica quantum in ſe eſt repræſentat vniformitèr, ſed difformitèr in diuerſis temporibus, non autem ſimul, ſicut enim repræſentat ipſum ſingulare, dum eſt præſens, non autem futurum, ita oppoſitas conditiones ſingularis non ſimul, ſed ſucceſſiuè, de verit. quæſt. 8. articul. 12. ad octauum, & 9. ad quintum.

¶ Dico quoque, quod argumentum ſupponit, vel quod intellectus Angelicus intelligit componendo, & diuidendo, vel quòd ſpecies Angelica ſit per modum enunciationis repræſentatiua, quòd negamus, ſed per modum ſimplicis intuitionis admodum ſpeculi, in quo videtur Socrates modo ſedens, modo ſtans.

Quartò. Sequeretur quod ſtatim quodlibet ſingulare exiſtens eſſet notum naturalitèr Angelo, neque diſtãtia localis impediret, quod eſt contra multos, ac præſertim Auguſtin. de cura pro mortuis agenda.

Reſpondeo, conceditur conſequentia, neque diſtantia localis impedit, & dictum Auguſtinum de anima ſeparata intelligitur non de Angelo.

Vltimò arguit, ſequeretur quod Angelus actu ſimul intelligeret infinita, quod eſt inconueniens. Nam ſi maioris virtutis eſt ſimul intelligere plura diſparata diſtinctè: ergo infinitè infinita.

Reſpondeo, non oportet quòd Angelus ſimul intelligat omnia, quæ per eandem ſpeciẽ poſſunt intelligi, niſi ſint ſimul actu. Modò quamuis ſpecies Angelica extendat ſe ad infinita in potentia, illa tamen ſimul nunquam actu intelligeret, quia nec actu ſimul erunt. Si tamen infinita ſimul eſſent, non eſſet inconueniens, quòd ea ſimul vnico actu intelligeret, & vnica ſpecie cum finita tamen efficacia, & limpiditate, & ideò tàm actus, quàm ſpecies eſſent ſolum infinita ſecundum quid.

Contra eandem concluſionem arguit Aureolus probando quòd Angelus non intelligit ſingulare ſignatum, ſignando ipſum primò ſicut ſe habet intentio apprehenſa ad intentionem, ità potentia apprehenſiua ad potentiam. Sed intentiones vniuerſalis, & ſingularis differunt: ergo diuerſis potentijs apprehenduntur, ſcilicèt intellectu, & ſenſu quem Angelus non habet.

Hanc dicit eſſe rationem Auer. 3. de anima comment. 22. & 23. & dicit eam concludere de omni intellectu creato, & increato.

Reſpondeo, cum falſum ſit, quòd Deus non intelligit ſingularia, ratio eſt ſophiſtica, ideò negatur ſimilitudo, alias nulla potentia apprehenſiua cognoſcere poſſet duo realitèr diſtincta, ſed ſi maior intelligatur debite, ſcilicèt quòd diſtinctio obiectorum in ratione obiecti arguit diuerſitatem potentiarum, tunc dicitur, quòd vniuerſale, & particulare ad hominem relata exigunt diuerſas potentias cognitiuas, non autem relata ad cognitionem Angeli, vel Dei. Tum quia in comparatione ad hominem obiectum ſe habet, vt mouens, non autem in comparatione ad Angelum, & Deũ. Tum quia intellectus Angeli, & Dei eſt ſuperior potentia, ſicut ſenſus communis, quia ſuperior ad plura ſe extendit.

Secundò. Intellectui repugnat ſpecies ſingularis: ergo repugnat intellectio ſingularis, antecedens probatur. Species ſingulis repræſentat, vt hic & nunc, non autem vniuerſalis. conſequentia quoque patet, quia intellectio, aut eſt ſpecies, aut non ſine ſpecie.

Reſpondeo, negatur antecedens, nam licet habeat apparentiam in materialibus, non tamen in alijs. Sequeretur enim quòd neque Deus neque ſubſtantia ſeparata poſſet apprehendi in ſua ſingularitate.

Ad probationem dicitur, quòd ſpecies vniuerſalis Angelica repreſentat hic, & nũc. Si dicatur, quòd modus operandi ſequitur modum eſſendi, dicitur quòd verum eſt ex parte principij non autem ex parte obiecti, vel termini, alias ſequeretur quòd Deus nullum temporale, nullum compoſitum, ac variabile neque poſſet cognoſcere neque producere, de verit. quæſt. 8. artic. 11. ad tertium, quartum, & octauum, itam quæſt. 2. artic. 5. ad 17.

Sciendum quòd Angeli cognitione matutina cognoſcunt ſimul infinita ſingularia, puta infinitas partes continui, vel ſpecies numerorum. Cognitione autem veſpertina cognoſcunt infinita non ſimul, ſed ſucceſſiuè, nec eſt incon-

Digitized by Google

inconueniens aliquas perfectiones de nouo in eis aduenire, alias non eſſent nouæ illuminationes, & reuelationes, quòd eſt erroneum. Nec ſequitur, quòd ſit in eis pœna, ſed ſalus, & perfectio. Vel fortè cognitione veſpertina cognoſcunt ſimul, & vnico actu infinita materialia. Talis enim infinitas ſecundum quid eis non repugnat.

Item Arguit, Commentat. de ſomno, & vigilia dicit, Intellectus denudatus à materia intelligit naturas vniuerſales, & impoſſibile eſt quòd habeat intentionem indiuidualem omninò, cum non habeat naturam appræhendendi particularem intentionem.

Reſpondeo, ſi auctoritati Commentat. eſt ſtandum in hac parte, ſenſus eſt quòd ſpecies Angelica non eſt ſimilitudo indiuiduorum eo modo quo ſenſibilis, & imaginaria, quæ repræſentat indiuiduum præciſè, non autem naturã vniuerſalem.

Contra eandem arguit Durandus hic quæſt. 3. totalitèr in contrarium Aureoli probare volens, quòd iſta dubitatio quomodo Angelus intelligat ſingularia ſit omninò vana, quia vt dicit primum cognitum ab intellectu non eſt vniuerſale, ſed potius ſingulare, primo ſic. Primum obiectum, & omnis conditio obiecti præcedit actum potentiæ, cum potentia obiectum non faciat, ſed ſupponat. Sed neque vniuerſale, neque conditio vniuerſalitatis præcedit actum intelligendi. quia intellectus facit vniuerſale, quia vniuerſale eſt intelligi ſine conditionibus: ergo vniuerſale non eſt primum obiectum intellectus, neque vniuerſalitas eſt eius per ſe conditio.

Reſpondeo, negatur minor. Ad probationem cum dicitur quòd vniuerſale ſit ab intellectu, dicitur quod ſit ab intellectu agente faciẽte ſpecies repræſentatiuas naturæ ſine conditionibus indiuidualibus, cuius actio natura præcedit intellectionem.

Sed contra. omne reale naturalitèr repræſentatiuum repræſentat obiectum ſecundum conditionem realem, ſed ſi datur talis ſpecies repræſentat naturalitèr: ergo quantum ad conditionem realem, eſſe autem vniuerſale non eſt conditio realis, ſed rationis: ergo.

Reſpondeo, negatur maior vniuerſalitèr. Nõ enim oportet quòd ſpecies intelligibilis repræſentet omnes reales conditiones rei repræſentatæ, nec ea, quæ ſibi accidunt. Singularitas verò accidit naturæ, ideò non oportet quòd ſpecies repræſentet ſingularitatem, ſed tantum repræſentat materiam ſine conditionibus indiuiduantibus. ad quod ſequitur ipſam eſſe vniuerſalem.

Sciendum, quòd vniuerſalitatem eſſe in rebus poteſt dupliciter intelligi, primò modo ſubiectiuè in re extrà, & ſic falſum, ſecũdo modo quod intentio vniuerſalitatis ſit fundamentalitèr in rebus extrà, & ſic verum, quia ſpeciei vniuerſali correſpondet natura, quæ denominatur vniuerſalis ex hoc quòd ſic intelligitur. Poteſt etiam dici quòd vniuerſalitas eſt in re extra, non quo ad eſſe quod habet extra: ſed quoad eſſe, quod habet in intellectu.

Secundò. Actio intellectus incipit vbi terminatur actio ſenſus, ſed terminatur ad ſingulare: ergo incipit à ſingulari, prima probatur, quia in potentijs ordinatis, vbi terminatur actus prioris potentiæ incipit actus poſterioris.

Reſpondeo, actus ſenſus terminatur ad opus phantaſiæ, & ibi incipit actio intellectus agentis, & terminatur ad ſpeciem vniuerſalem: & ab illa incipit agere intellectus poſſibilis, & ſic primo intelligit directe vniuerſale, & non ſingulare.

Tertiò. Abſtractio fit à ſingularibus tanquã à termino à quo, ergo intellectus prius intelligit ſingularia, ideo inquit Ariſtotelis primo de anima, text. 8. quod vniuerſale, aut nihil eſt aut poſterius eſt.

Reſpondeo, ab illo termino à quo primo incipit abſtractio, non immediatè intelligitur ab intellectu poſſibili, ſed intellectus agens incipit prius agere in phantaſma, vel cum phantaſmate ad productionem ſpecie vniuerſalis.

Demum ſic arguit. Singulare magis habet de entitate: ergo eſt magis cognoſcibile: ergo Angeli virtus perfecta prius, & perfectius cognoſcit ſingulare quàm vniuerſale.

Reſpondeo, negatur antecedens, quia vniuerſale ſumitur à forma, ſingulare verò à materia, quæ minus habet entitatis quàm forma. Conceditur tamen quòd ſingulare plus extenſiuè habet de entitate quàm vniuerſale, ſed nõ plus de intelligibili, quia ſingulare non ſecundum totam ſuam entitatẽ mouet intellectum, ſic autem mouet vniuerſale, prima parte, quæſtione octuageſimaquinta, articulo ſecundo ad ſecundum, & quartum, item ſecundo contra gent. cap. 74.

Sciendum eſt quòd Sanct. Thom. in quæſtione de anima, quæſtione quarta, & in prima parte, quæſtione ſeptuageſimanona, artic. 3. probat quòd ſit neceſſarium ponere intellectum agentem. Durandus autem primo ſententiarum, diſtinct. 3. probare nititur quòd nulla ſit neceſſitas ponendi talem intellectum ſic arguendo. Si neceſſe eſt ponere intellectum agentem, hoc erit propter aliquam eis operationẽ neceſſariam ad actum intelligendi. Sed hoc



Digitized by Google

non eſt: ergo minor probatur. Intellectus agens neque in phantaſmata agit, neque in intellectum poſſibilem: ergo. Quòd non agat in phantaſmata, ſic probat. Si agit, hoc eſſet, vel imprimendo, vel aliquid abſtrahendo, ſed non imprimitur. Tum quia imprimeret tantum virtutem corpoream, cum recipiatur in corpore, quod eſt phantaſma. Sed illa nihil agere poteſt ad mouendum intellectum poſſibilem: ergo non imprimit. Tum quia Angelus non poteſt imprimere formam in materia corporali immediatè: ergo multo minus intellectus agens in phantaſmata.

¶ Quòd etiam non agat aliquid abſtrahendo probat illa abſtractio, aut eſſet realis, aut ſecundum rationem, non realis, quia neque eſt ſeparatio alicuius realis præexiſtentis actu: vel eductio alicuius de potentia ad actum, non enim eſt aliquid in phantaſmatibus, quod deſinat eſſe in eis ad præſentiam intellectus agentis forma quoque educta de potentia materiæ eſt in educto tanquam in ſubiecto, & ſic rediret primum membrum, ſed neque eſt abſtractio rationis tantum: quia omnis actio rationis, eſt cognoſcentis circa cognitum obiectiuè: intellectus vero agens non cognoſcit phantaſmata, nec ſua actio eſt cognitio.

Si dicatur quòd intellectus agens nullo illorum modorum agit in phantaſmata, ſed tantum aſſiſtendo, ſicut lumen dat colori virtutem mouendi viſum, & tamen nihil imprimit.

Contra hoc eſt mirabile, immò implicat contradictionem, quòd det virtutem nihil dando, exemplum autem procedit ex ignorantia, quia non requiritur lumen propter colorem, ſed propter medium.

Quòd verò non ſit neceſſe ponere intellectum agentem, quia agat in intellectum poſſibilem probat, iſta enim actio nequit intelligi niſi duobus modis, primò quòd intellectus agens ſolus agat, phantaſma verò nihil agat, aut coagat, ſed ſolum ſe habeat obiectiuè, ſecundò quod agens, & phantaſma ſe habeant, ſic duo agentia imperfecta tamen ſupplentia vicem vnius agentis perfecti. Primum dici non poteſt, quia idem manens, idem reſpectu eiuſdem ſemper natum eſt facere idem, vt patet ex 2. de generat. Text. 53. ſed intellectus agens eſt huiuſmodi: ergo ſemper fecit idem: ergo ſemper intellexit omnia ſibi repræſentata, præſertim cum nihil agant phantaſmata. Secundum quoque dici non poteſt, tum quia aſſumitur quod quæritur, ſcilicèt quòd ſit dare intellectum agentem, tùm quia eadem ratione ſequeretur dari ſenſus agens, qui tamen negatur, probatur ſequela, nam ſi non ponitur ſenſus agens, qui cum obiecto cauſet actum ſentiendi, ſic non oportet ponere intellectum agentem, qui cum phantaſmate moueat intellectum.

Confirmantur prædicta, quia Auguſtinus magnus Philoſophus nunquam legitur feciſſe mentionem de intellectu agente.

Reſpondeo, dico primò quòd intellectus agens habet actionem in phantaſmata, quæ non eſt ſecundum aliquem ex modis poſitis ab argüente, ſed hoc modo, quia eſt cauſa quodammodo efficiens, quòd phantaſmata recepta in potentijs in eadem eſſentia animæ radicata ſint virtuoſiora, & fortè alterius ſpeciei quam phantaſmata brutorum, in hoc quod ſint habilia ad mouendum intellectum, ſicut cauſa partialis, & inſtrumentalis, quòd non poſſent phantaſmata brutorum, prima parte, quæſt. 85. articul. 1. ad 4. & ſi Sanctus Thomas videtur alitèr dicere, illud ſit textus, & iſta gloſſa.

¶ Dico ſecundò ad aſſiſtentiam quòd intellectus agens non ſolum ſiſtit phantaſmatibus, ſed etiam eſt concauſa in eorum generatione quantum ad hoc, quòd habeant talem virtutem, qualis dicta eſt, quæ non eſt aliud ab ipſis, nihil etiam obſtat, quòd corporeum tanquam inſtrumentum, & concauſa concurrat ad productionem ſpeciei intelligibilis, eſt enim aliqualitèr eleuatum ad genus intelligibilium plusquam ſpecies in medio, vel in organo ſenſus exterioris. Exemplum autem de lumine verum eſt quantum ad hoc quòd ſicut eſt neceſſarium lumen ad videndum, ità intellectus agens ad intelligendum, prima parte, quæſt. 79. articul. 3. ad ſecundum 4. ſententiarum diſtinctio. prima, quæſt. 1. articul. 4. quæſtiuncula ſecunda. Item 3. parte, quæſt. 62. articul. 4. ad primum.

¶ Dico tertiò, quòd eandem forma ſecundum idem eſſe eiuſdem ſpeciei, non poteſt eſſe in corpore, & in ſpiritu, ſed ſecundum diuerſa nihil prohibet, nàm Sanctus Thomas in quodam quolib. 7. artic. 1. ad 7. dicit quod Diuino miraculo poteſt albedo ineſſe Angelo ſi ſeparetur à corpore, ſubſtantia etiam ſeparata, licèt non poſſit imprimere aliquam formam ſpiritualem habentem eſſe permanens in corpore, poteſt tamen imprimere virtutem ſpiritualem habentem eſſe intentionale.

¶ Dico quartò, quòd illa abſtractio eſt realis per eductionem ſpeciei intelligibilis de potentia phantaſmatis in actum. Ad improbationem dicitur, quod verum concludere de potentia paſſiua modo non oportet, quòd forma producta recipiatur in eodem ſubiecto,

in

Digitized by Google

in quo erat in potentia actiua illius, quòd autem phantaſma ſit in potentia actiua phantaſmatis, oſtendit Sanct. Thom. 2. contra gentil. cap. 77.

¶Dico quintò, quòd intellectus agens de ſolo non agit in poſſibilem, ſed cum phantaſmatibus, agens quidem intellectus tanquam principalis, phantaſmata tanquam inſtrumentalis cauſa.

¶Ad primam improbationem, dicitur quòd Ariſtot. & eius ſequaces ſufficientèr probant intellectum agentem, cuius demonſtrationem ponit Sanct. Thom. 2. contra gent. cap. 78. item 1. par. quæſt. 79. artic. 3.

¶ Ad ſecundam improbationem dicitur, negando ſimilitudinem, cuius oſtendit rationem S. Thom. de anima quæſt. 4. ad 5.

¶Dico ſextò ad vltimam ſequelam, negando eam, ratio eſt quia ſenſibile poteſt propria virtute cauſare ſpeciem ſenſibilem eiuſdem generis, phantaſma verò propria virtute non ſufficit cauſare formam alterius generis, ſcilicèt ſpeciem intelligibilem vbi ſupra ad 3.

¶ Dico vltimò ad confirmationem Beati Auguſtini feciſſe mentionem de intellectu agente, non ſub his verbis, ſed per æquiualentia, dum aſſerit, & probat, quòd non poſſumus intelligere aliqua vera, niſi participatione luminis Diuini. Participatio autem Diuini luminis eſt intellectus agens, ſicut oſtendit Sanctus Thomas 1. parte, quæſt. 12. artic. 11. ad 3. item quæſt. 84. articul. 5. & 6. item quæſt. 87. articul. 3. & de ſpiritualibus creaturis quæſt. 10. ad 8.

¶ Et hæc ſufficiant contra proteruam nouitatem Durandi, negantis intellectum agentem.

*Concluſio* IX. Non omnia illa intelligit Angelus ſimul, & inactu, quorum ſpecies apud ſe habet, ſed aliqua ſic, & aliqua non. Hanc ponit Sanctus Thomas prima parte, quæſt. 58. articul 2.

¶Huius ratio eſt, ea ſola conuenit ſimul intelligi, quæ eadem, & vnica operatione poſſunt intelligi, ſed ea ſola ſunt, quæ per eandem ſpeciem intelligibilem intelligi poſſunt, quia ſola talia concipi poſſunt, vt vnum intelligibile, igitur ſola talia conuenit ſimul intelligi, maior probatur, quia ab vnica potentia non exeunt ſimul omninò diſtinctæ operationes naturalitèr.

Contra arguit Aureolus, probando, quòd Angelus ſimul intelligit omnia, quorum habet ſpecies apud ſe: primò hæc fuit opinio Philoſophi, & Commentatoris eodem Auer. teſte 2. Cœli comment. 8.

Reſpondeo. De verbis Commentatoris, nihil eſt curandum, quia in materia intelligentiarum peſſimè ſcripſit ſuper 3. de anima, & 12. metaphiſ. ſi enim ſicut ſenſit Philoſophus ſic eſſet, vt opinatur arguens, multa in fide erronea ſequerentur, ſicut quod nihil de nouo cognoſcit Angelus, dictum verò Aureolus 2. Cœli nihil aliud ſonat, niſi quod intelligentiæ nunquam ceſſant ab actu ſecundo intelligendi.

Secundò. Plura ſimul intelligere, non repugnat potentiæ intellectiuæ neque intellectioni, vna enim intellectio non abijcit aliã niſi ratione phantaſiæ corporalis, quæ non poteſt ſimul plura actu phantaſiari, phantaſia autem non eſt in Angelis, ergo poteſt omnia ſimul intelligere Angelus.

Reſpondeo. Duæ intellectiones non ſimul ſe compatiuntur actu in eodem ſubiecto, quia ſunt duæ formæ perfectæ, & completæ eiuſdem generis, de veritat. quæſtione 8. artic. 14. & ad 14.

Contra endem arguit Gregorius in 2. diſt. 11. quæſt. 1. primò duplici auctoritate Beati Auguſtini, & prima eſt 4. ſuper gen. ad literam, capit. 34. de paruis, vbi dicit, potentia ſpiritualis cuncta, quæ voluerit ſimul notitia faciliima comprehendit, ſecunda ibidem capit. 36. Omnia inquit ſimul mens Angelica poteſt, quæ ſigillatim per ordinem connexarum cauſarum ſermo diſtinguit.

Reſpondeo, quòd ſenſus primæ auctoritatis eſt ſecundum Beatum Thomam de veritate quæſt. 8. artic. 14. quod Angelus conuertendo ſe ad vnam ſpeciem poteſt omnia, quæ per illam ſpeciem cognoſcit ſimul intelligere, ſenſus verò ſecundæ eſt, quod Angeli cognitione veſpertina omnia genera rerum cognouerunt, quæ ſex diebus creata ſunt, non autem quod ſimul in eodem inſtanti actualitèr cognouerint, nam de tali ſimultate ſi intelligatur, argumentum militat contra factorem ſuum.

Sciendum, quod Henricus primo quolibet. quæſt. 5. & Bernardus de Gannaco in impugnationibus dictorum locorum, mouet quæſtionem, vtrum omnem volitionem præcedit intellectus, vel econtra, & determinat, quod omnem volitionem præcedit intellectio confuſa, vel determinata, non autem oportet, quòd omnem intellectionẽ præcedat volitio, quia intellectus poteſt moueri occaſionalitèr à ſenſu exteriori Sanct. verò Thom. in quæſtione de malo quæſtio. 6. dicit quod Deus mouet intellectum, & voluntatem, quòad primũ extrinſecum ſuorum actuum.

Arguunt etiam alij, quòd ſit neceſſe Angelum intelligere omnia ea, quorum habet apud ſe ſpecies, ſic quælibet ſpecies cauſat intel-

Digitized by Google

intellectionem, ſi non adſit impedimentum: ergo neceſſe eſt Angelum ſemper intelligere ea quorum habet apud ſe ſpecies. conſequentia nota antecedens probatur, nam ſpecies eſt agens naturale, & intellectus paſſiuus naturalitèr, & illa eſt conditio agentis naturalis, vt patet nono mephyſic. text. 10. in Angelo quoque nullum eſt impedimentum.

Reſpondeo, licet ſpecies ſit agens naturalitèr, & intellectus ſit naturalitèr paſſiuus reſpectu intellectionis, tamen ſunt in poteſtate noſtra, quòad continuationem actus ſaltim. Sicut habitus intellectuales in nobis ſunt naturalitèr motiui, & tamen in poteſtate noſtra eſt, non ſemper vti talibus 1. parte, quæſt. 107. artic. 1. de verit. quæſt. 9. art. 4.

Hic apparet mihi bonum recitare quandam diſtinctionem Bernardi de Gannaco, quam facit in impugnatione 12. quæſtione, 1. quolibet. Henrici, vbi exponens dictum Beatum Auguſtinum 3. de libero arbitrio dicentem de voluntate noſtra, ait, Niſi extrinſecus per ſenſus corporis moueatur, aut occultis modis aliquid in neceſſitatem veniat, velle non poteſt, intellige quia ſenſus eſt occaſio, & cauſa quod occurrat aliquid intellectui. Eſt enim duplex cognitio intuitiua non diſcurſiua, quæ eſt complexorum primorum principiorum, & diſcurſiua, prima præcedere poteſt voluntatis actum in generali, & in ſpeciali, ſecunda ſequitur neceſſariò, hæc ex Bernardo.

*Concluſio* X. Et vltima, Angelus non intelligit cum diſcurſu. Hanc ponit S. Thomas 1. par. quæſt. 58. art. 3.

¶ Huius ratio eſt, intellectus qui non acquirit ſcientiam ignoti per aliquid prius cognitum non eſt proprie diſcurſiuus, ſed talis eſt quilibet intellectus Angelicus: ergo.

Contra arguit Gregorius in 2. diſtinctio 7. quæſt. 5. primò, Angelus intelligit vnum poſt aliud. ergo diſcurrit, antecedens probatur, multas veritates, nunc nō cognoſcit Angelus diſtinctè quos cognoſcet poſtea.

Reſpondeo, conceditur totum, ſed æquiuocat de diſcurſu. Nam ſecudum mentem Beati Thomæ intelligere cum diſcurſu, non eſt intelligere vnum poſt aliud, aut vnum per aliud, ſed eſt intelligere proprie aliquid prius ignotum per aliquid notum, prima parte, quæſtione 58. articul. 3. ad primum, de veritat. queſtione 8. articul. 15. & ad 6. & 7.

Per idem patet ad id quod ſecundo obijcit, quia cognoſcit vnum per aliud. Nam cum Deus omnes cognoſcit creaturas per ſuam eſſentiam diſcurreret, prima parte, queſt. 14. artic. 5.

Tertiò contra arguit. Nam per aliquid prius cognitum cognoſcit aliquid prius ignotum, quod probat, nam ſi non cognoſcit hoc modo, ſequitur quod poſita æternitate mundi quilibet Diabolus actu cognoſcet infinitas veritates, & ſic habet infinitas cognitiones ſpecie diſtinctas, aut vnum actum equiualentem infinitis notitijs, puta infinitas eclipſes futuras, & infinitas paſſiones figure angularis multiplicabilis in infinitum, hoc eſt inconueniens: ergo, ſequela probatur, nam eas poteſt cognoſcere, & non per diſcurſum per te: ergo ſimul.

Reſpondeo negatur ſequela. Nam quia Angelus omnes eclipſes intelligit in eodem principio, ſcilicèt in cauſa ſua, & per eandem ſpeciem intelligibilem, non ſequitur, quod habeat infinitas notitias ſpecie diſtinctas, aut vnam equiualentem infinitis, quia non ſpecificantur per intelligibile ſecundarium, ſed per principale.

Dico quoque, quod probabile mihi videtur, quod Angelus cognoſcat omnes partes proportionales alicuius continui, & conſequentèr infinitas ſpecies numerorum, & ſi obijciatur: ergo ſi vnico actu cognoſcuntur diſtinctè: ille actus æquiualet infinitis notitijs diſtinctis. Dicendum quod ille actus erit infinitus, non ſimplicitèr, ſed ſecundum quid, de ſpiritu creat. quæſtione decima, ad ſeptimum.

Item arguit contra rationem Sancti Thomæ ſic, non enim fundatur niſi in quadam perſuaſione comparationis corporum ſuperiorum ad inferiora, quæ ſuperius improbata eſt. Item in auctoritate Dioniſij 7. capit. de Diuin. nom. dicentis, quòd Angeli non congregant Diuinam cognitionem à ſermonibus diffuſis, neque ab aliquo communi ad iſta ſpecialia ſimul aguntur, quæ auctoritas non cogitat. quia non loquitur Dionyſius ſecundum ſtatum merè naturalem, ſed ſecundum ſtatum beatificum, vt dicit patere ex contextu: ergo.

Reſpondeo, ſupra probatum fuit, quòd perſuaſio Sancti Thomæ eſt bona, & ſufficientèr arguenti eidem contra reſponſum eſt ſupra, gloſſa verò, quæ adducit dictum Beati Dionyſij, eſt contra mentem eius, nam expoſitione autenticorum Doctorum Beatus Dionyſius loquitur de notitia naturali Angelorum, neque contextus eſt contra, cum ibi ſpecialitèr loquitur de Dæmonibus, fauent his ibidem dicta à Maximo Commentatore, & Gloſſa, & ſic eſt finis huius ſecundæ diſtinctionis

*In hac*

Digitized by Google

*Additio quæ eſtij ſolutio argumentorum recentiorum per M. Mauritium de Gregorio.*

*In hac tertia diſt. 2. Sent. & duobus quæſtion. ſequentibus confutãtur hęreſes dãnatæ, vt in noſtro Cõment. in text. Magiſtri, & confutantur etiam hæreſes, quæ ſunt in* Abecedario, *& in Ethimologijs hæreſum, & confutantur ſimilitèr Idolatriæ, vt in* Abecedario *Idolorum in principio vide ibi lit. A. B. M. & S. ac ẽt cõfutãtur falſæ Theologiæ Fanicũ, Egyptiorũ, Græcorum,* Atlanticorum, *Frigiorum, Gentium, &c. ab Euſebio in primo, ſecundo, tertio, & quarto lib. de præparatione Euangelica contra Theologiam fabuloſam* Poetarum *antiquorum.*

*Loca ſolutiua argumẽtu aduerſariorum Magiſtri Mauritij vltra commentaria textuũ & loca cõtra hæreſes, &c.*

*Ex cõcluſionibus, probationibus, & ſolutionibus argumẽtorũ Capræoli ſoluũtur argumenta Vulpes, & aliorum recentiorum facile, vt facit Ariſtot. ad argumenta Antiquorum quod veritatis cognitio dubiorum eſt ſolutio, & cum* Cardinali *Bellarmino dicente in libro de Scriptoribus Eccleſiaſticis de Ioanne Capræolo, quòd Io. Capreolus ſit defenſor Egregius Sancti Thomæ, & optimè diſſoluit omnia argumenta aduerſariorum: dicunt verba formalia Bellarmini, ergò ſi optimè diſſoluit per Bellarminum ſunt ſoluta argumenta cum his doctrinis hìc: Sicut ſoluit Ariſtotelis cõtra antiquos dicendo in 3. de Cœlo, & in 3. Met. veritatis cognitio, dubiorũ eſt reſolutio.*

*Reſpondetur ſecundo cum Cardinali Sarnano Franciſcano doctiſſimo, cum quadrageſimaquinta cõcordantia, & ſimilitèr cum quadrageſimaquarta concordantia Bonæherbæ.*

*Reſpondetur tertiò cũ Petro de Bergamo, &* Bartholomæo *Spina dicẽtibus in tabula S. Thomæ, quod qui ſcit totam Logicam* S. *Thomæ, Philoſophiã etiam moralem, totam Metaphyſicam S. Thomæ, & totam eiuſdem Theologiam, nullum poteſt facere argumẽtum contra Sanctum Thomã, & ideo ſubdit, quod iſti recentiores ſtudent tantummodò articulo, ſuper quem componunt, & non habent in mente omnia opera Sancti Thomæ loquentis præſuppoſitiuè, præſupponendo omnia ſupradicta, & dicendo: quæ propter prærumpunt in verba in tãtum Magnum Doctorem nullo modo applicãda, quòd Sanctus Thomas contradicat ſibi ipſi, & ideò Cardinal. Sarnanus, quia ſciebat totum Sanctum Thomam concordauit ſimilitèr, ẽt Ioann. Capreolus ſoluit argumenta aduerſariorum, cum locis Sancti Thomæ quia totum in mente habebat Sanctum Thomam, & ideo Bellar. dicebat bene omnia ſoluere Capreolum.*

*Argumenta verò Vaſquez, Valentiæ, Molinæ, Suarez, &c. quia colliguntur, & ſoluuntur, clarè, diſtinctè, & breuitèr à Ripa, à Nazario, à Conſales, à Nauarretto, à Zenardo, & præcipuè à Montagnolo, in prima parte D. Thom. quæſt. 50. de ſubſtantia Angelorum abſolutè, & q. 54. de uirtute cognoſcitiua Angeli.*

*Vide noſtram expoſitionem* Petri *Lombardi aperientem mentem huius materiæ, vt in folio 71. hic, & infra pro 3. reſponſione Vulpes. Ac etiam vide 1. 2. & 3. folium pro alijs reſponſionibus ad argumenta eiuſdem Vulpes.*

*Loca Sacræ Scriptræ hic, & infra à Salmerone, Emanuel Sa, à Toleto, à Prierio, Vegha, à Poſſeuino, à Salian, Torello in Annalibus à creatione Mũdi quæ videntur repugnare aliquo modo Thomiſtis, quia ſunt concordata à nobis in fine noſtræ expoſitionis totius Biblię, & in Anatomia Bibliæ impræſſa ideò vide ea illic.*

## DISTINCTIO IV.

### *Quæſtio. 1.*

CIRCA quartam diſtinction. Quæritur vtrum Angelus potuerit appetere æqualitatem Dei in primo inſtãti ſui eſſe, vel ſuæ creationis.

Pro quęſtione ſit prima concluſio, Angelus in ſolis naturalibus conſideratis poteſt, & potuit peccare.

Hanc

Digitized by Google

Hanc probat Sanctus Thomas 1.part.quęſt.63 art. 1. item 2.ſentent diſt.5.quęſt. 1.art. 1. item de malo. quæſt.16. art.2. ad primum, item 3. contra gent.cap.108.& 109. Ratio eſt, omnis voluntas potens non ſequi ordinem ſuæ regulæ in ſuis actibus,poteſt peccare, ſed voluntas Angeli ſuæ naturæ relicti eſt hæc: ergo poteſt peccare,quòd de facto peccauerit,teſtatur Io. 3.cap.ab initio diabolus peccat.

Contra arguit Aureolus probando, quòd inconſideratio intellectus non fuit cauſa primi peccati in voluntate Angeli. Primò aut iſta conſideratio fuit à cauſa, aut ex conditione naturæ,aut voluntate volentis conſiderare, vt alius non primum,quia peccatum eſt in agentibus à propoſito,non ſecundum,quia naturalia in eo erant ſplendidiſſima, non tertium quia prima radix peccati eſſet ex parte voluntatis, & ſic non eſſet inconſideratio.

Reſpondeo,dico primò, quòd nullum illorum fuit,ſed fuit intenſa conſideratio,vel dilectio ſuorum naturalium, vt dicit Sanct.Thom. 3.contra gent. cap. 109. cum quo ſtat, quod proxima cauſa peccati illius, fuerit inconſideratio.

¶Dico ſecundò,quòd neque inconſideratio neque illa intenſa conſideratio fuerunt primum peccatum Angeli, ſed cauſa peccati, vt habes à Sanct. Thom. de malo. quæſtione prima,articulo tertio. Ex quibus patet, quomodo próxima cauſa, & radix primi peccati Angelici,vel humani fuit defectus conſiderationis, & attentionis ad regulam rationis, vel Diuinæ Legis.

Secundò arguit, appetere bonum ſub ratione qua eſt appetibile,non eſt peccatum,ſed Angelus appetijt beatitudinem non conſiderando de gratia,quæ ſic eſt appetibilis, ſecundũ enim Auguſtinum omnes beati eſſe volumus:ergo.

Confirmatur. Habere actum circunſtantionatum priuatiuè,non eſt peccatum, ſed cõtrariè, vt velle beatitudinem, non conſiderando de gratia,nec de oppoſito, & velle beatitudinem ſine gratia contrariè. Sed actus Angeli fuit primo modo: ergo prima probatur, aut Angelus ſemper tenebatur cogitare de genere, aut non, ſi ſic: ergo omiſit, & eius fuit peccatum omiſſionis, ſi non:ergo intentum.

Reſpondeo,negatur maior,quia poteſt quis peccare appetendo ſic bonum,quando appetitur contra regulam, vel præter regulam rationis, & Legis Diuinæ naturalis quoque eſt inclinatio ad appetendum beatitudinem in communi, non in particulari,quod verò appetendo beatitudinem poſſit quis demereri,probat Sanct.Thom.de verit.quęſt.22.art.7.

¶Ad confirmationem, dico primò quòd electio Dęmonis fuit indebitè circunſtantionata priuatiuè,non autem contrariè, vt probat Sanctus Thomas de malo. quęſtione 16. art.2. ad ſeptimum.

¶Dico ſecundò,quòd maior eſt falſa, nam actus carens circunſtantijs Diuina Lege præceptis,cuiuſmodi eſt in propoſito,peccatum eſt,non enim licitum eſt alicui naturę intellectuali electiuè appetere beatitudinem,non appetendo eam ex gratia Dei tacita, vel expreſſa,vt habes à Sanct. Thom. prima parte quæſt. 63.artic 3.

Dico tertiò, quòd licet viator non ſemper teneatur conſiderare de gratia, vel de Lege Diuina,tenetur tamen de prædictis conſiderare, dum actualitèr eligit,& hoc non ſolum in habitu, ſed etiam in virtute, ſicut quilibet tenetur omnia in Deum referre virtualitèr,vide Sanct. Thom.de verit.quęſt.2.artic. 11.ad 2. Ex quibus patet, quod quilibet tenetur virtualitèr omnia in Deum referre, quod non poteſt facere, niſi aliquando ſeipſum, & omnia ſua actualitèr in Deum retulerit, & contraria intentio ex poſt non interuenerit.

Tertiò arguit. Eſt articulus Pariſienſ. intellectu exiſtente in apice rationis,voluntas poteſt in oppoſitum: ergo dato, quod Angelus ſummè conſideraſſet de gratia, potuit per voluntatem elicere actum conformẽ, vel difformem.

Reſpondeo, articuli Pariſienſ. inquantum tangunt doctrinam Beati Thomæ, ſunt reuocati,poteſt tamen iſte articulus gloſſari, quoniam intellectu exiſtente in apice rationis, quòad vniuerſalia principia, licet non quòad particularia,poteſt in oppoſitum,vel in apice rationis ſpeculatiuæ non practicæ, vel in apice rationis per modum conſilij, & iudicij, non imperij.

Conſiderato, quòd inconſideratio Angeli accepit rationem culpæ ex hoc, quod concomitatur electionem, non ex hoc, quod præcedit electionem.

*Concluſio II.* Diabolus peccando appetijt æqualitatem Dei, non ſimpliciter,ſed ſecũdum quid,de malo.quæſt. 16.art.3. item prima parte, quæſt.63.artic 3. & 4. Sanct. Doct. vbi ſuprà, ratio, quicunque appetitur habere finalem beatitudinem per virtutem ſuæ propriæ naturæ,licèt non tantam quantam habet Deus appetit eſſe ęqualis Deo, & eſſe vt Deus ſecundum quid, licet non ſimplicitèr, & in hoc peccat, ſed Diabolus fuit huiuſmodi:ergo.

Contra arguit, probans quod Diabolus potuit appetere æqualitatem Dei abſolutam. Tùm quia voluntas amore amicitiæ, & concupiſcentię poteſt in omne ens:ergo bonum Diuinum

ainum potuit ſimplicitèr ſibi appetere. Tum quia uoluntas poteſt eſſe impoſſibilium, tertio ethic. quod patet in damnatis, odientibus Deum,& appetentibus illum non eſſe.

Reſpondeo, dico primò, quod omninò falſum eſt,& contra Philoſophum, 8.ethicorum, & contra Theologiam, quod voluntas amore amicitiæ, & concupiſcentiæ poſſit in omne ens.

¶Dico ſecundò, quòd Angelus non poſſet appetere æqualitatem ſimplicitèr Dei, etiā ſi ſibi poſſibilis eſſet, niſi errore præcedente, voluntas verò non eſt impoſſibilium, niſi imperfecta, quæ vocatur velleitas, quæ eſt,quādo aliquis vult illud, quod æſtimet impoſſibile ſub hac conditione, ſi poſſibile eſſet, talis autem non eſt voluntas auerſionis, vel conuerſionis in peccatum, & in qua meritum conſiſtit, de malo,quęſt.16.artic.3.ad 9.

¶Dico tertiò, quòd non eſt ſimile in damnatis, & Angelo peccante, nam damnati ex perturbatione animi odiunt Deum, quæ perturbatio non fuit in Angelis ante peccatum.

Ad idem arguit Aureolus primò, quæ intellectus poteſt repreſentare, voluntas poteſt velle, ſed intellectus poteſt repreſentare ſimul tatem contradictionis,vt quod eſſe,& non eſſe ſint contradictoria:ergo.

Confirmatur. Tum quia intellectus poteſt velle, quod duo contradictoria ſint ſimul vera. Tum quia intellectus ſequens determinationem voluntatis poteſt ſimul componere contradictoria.

Reſpondeo ex Sancto Thoma vbi ſuprà, de malo, & eſt quod maior eſt vera in his, quæ intellectus poteſt repreſentare ſub ratione boni poſſibilis, ſed quia intellectus non poteſt repreſentare ſub ratione boni poſſibilis, quod contradictoria ſint ſimul vera, ideò nec voluntas poteſt illud velle.

Ad confirmationem dico primò, quòd voluntas non poteſt illud vlle niſi quadam vellei tate,vt paulò ante dictum fuit.

¶Dico ſecundò, quòd intellectus ſequens determinationem voluntatis,formac propoſitiones imperatiuas, vel optatiuas, quæ repreſentare nequeunt contradictoria ſub ratione boni,vel mali, quia non aſſerunt rem eſſe, ſed potius exprimunt uelleitatem, quam reſpectu impoſſibilium non negamus.

Secundò arguit, non minus potens eſt uoluntas deliberatiua quàm non deliberatiua, ſed uoluntas non deliberatiua non diſcreta eſt impoſſibilium:ergo.

Reſpondeo, dico primò quòd neutra uolūtas poteſt eſſe reſpectu eorum, quæ non poſſunt ſibi proponi ſub ratione entis, uel ueri, uel boni poſſibilis.

¶Dico ſecundò, quòd maior eſt contra Ariſtotelem dicentem in 3.ethicorum quòd uoluntas, ut nominat motum abſolutum, & ſimplicem uoluntatis in bonum, poteſt eſſe impoſſibilium, ſed electio non.

Demum arguit idem Aureolus,ita implicat contradictionem, quòd Angelus habeat gloriam à ſe, ſicut quod ſit Deus, igitur propter implicationem contradictionis non oportet ponere quòd Angelus non potuerit appetere ęqualitatem Dei, antecedens probatur, quia habere beatitudinem à ſe arguit infinitatem eſſentię,& omnipotentiam.

Reſpondeo, dico habere gloriam à ſe poſitiuè,ità implicat ſicut eſſe Deum, ſed non negatiuè, eſt autem habere gloriam à ſe poſitiuè propria uirtute,negatiuè, ideſt non ab aliquo alio beatificante, non conſiderando de modo acquirendi illam, quomodo appetijt Angelus beatitudinem,ex quo ſequitur,quòd non appetijt ſe facere impoſſibilia ſibi, non enim conſiderauit.

*Concluſio III.* Primum peccatum Diaboli fuit ſuperbia. Hanc probat Sanctus Thom. prima parte, quæſtione ſexageſimatertia, articulo ſecundo,item ſecundo diſtinctione quinta quęſtione prima,articulo primo, item contra gentil.3. capit. 108. Ratio eſt, omnis peccans in uolendo inordinatè pręeſſe,& non uolendo ordinatè ſubeſſe peccat peccato ſuperbię, ſed Angelus primo peccans, pręditto modo peccauit,igitur ſuperbię peccato peccauit.

Contra arguit Scotus in 2.diſtinctione 6. quęſtione ultima, primum peccatum Angeli fuit maximum,quia irremediabile, ſed ſuperbia non eſt maximum peccatum:ergo, probatio medie, humilitas ei oppoſita non eſt maxima virtus: ergo conſequentia nota, antecedens probatur, tùm quia charitas maior, tùm quia amicitia eſt perfectiſſima virtus ſub iuſtitia,octauo ethicorum.

Reſpondeo, dico primò quòd non oportuit primum peccatum Angeli eſſe maximum ſecundum ſuum genus, vel ſpeciem: quia poſt commiſit grauiora. vndè ad improbationem negatur conſequentia, quia quodlibet peccatum Diaboli eſt irremediabile,quia eſt extra terminum viæ, vide 22. quęſtione centeſimaſexageſimatertia, articulo tertio. Ex quibus à ſimili per omnia dicitur quòd primum peccatum Angeli non fuit grauiſſimum ſimplicitèr, ſed ſecundum quid,neque irreparabilitas, aut aliquid aliud malum inde ſequutum arguunt,illud fuiſſe grauiſſimum.

¶Dico ſecundò, quòd ſuperbia eſt maximum peccatorum,vt probat Sanctus Thomas



Digitized by Google

2.2. quæſt. 162. articul. 6. Ad improbationem dicitur, quod ex parte conuerſionis ſuperbia non eſt maximum peccatum, ſicut nec humilitas maxima virtus, ſed ex parte auerſionis, vtpotè alijs peccatis magnitudinem præſtans.

Secundò arguit, ſuperbia conſiſtit in iraſcibili, cuius actus non poteſt eſſe primus, cum iraſcibilis ſit propugnatrix concupiſcibilis. igitur non eſt primum peccatum.

Reſpondeo. Superbia ſicut, & omnis actus iraſcibilis præſupponit aliud actum non malum, ſed bonum, de malo quęſtione ſecunda, articulo primo, in Diabolo autem præceſſit aliquis actus amoris, nam in primo inſtanti Angelus dilexit ſe naturalitèr dilectione, quæ bona erat in ſe, vnde formalitèr reſpondendo negatur conſequentia.

Tertiò arguit. Superbia ſecundum Auguſtinum 14. de Ciuitate Dei, eſt peruerſè celſitudinis appetitus, quæ eſt reſpectu aliorum, ſed Angelus primo appetijt aliquid in ordine ad ſe, nihil enim eſt ad alterum, niſi quod prius eſt ad ſe: ergo, primum peccatum Angeli non fuit ſuperbia.

Reſpondeo, dico primo quod ſuperbia conſiſtit non ſolum in appetendo exceſſum ſuper alios, immò ſubducendo ſe à regula, vel obedientia ſui ſuperioris, & hoc vel per actualem contemptum regulæ, aut præcepti, vel interpretatiuum, quia operatur non attendendendo ad regulam ſuperioris, & hoc ſecundo modo peccauit Angelus, ſecunda ſecundæ, quæſt. 162. artic. 7.

¶ Dico ſecundò, quòd diabolus appetijt finalem beatitudinem per ſeipſum habere, quod eſt proprium Dei, ex quo ſequutum eſt quòd appetijt aliquem principatum ſuper alia habere.

Item arguit idem, quòd peccatum primum Angeli debeat magis reduci ad luxuriam quã ad ſuperbiam.

Primò, primus actus inordinatus voluntatis Dæmonis fuit velle amicitiæ reſpectu ſui, igitur non fuit ſuperbia, ſed magis ad luxuriam reducitur, antecedens probatur, non fuit nolle: ergo velle, probatur conſequentia, quia non eſt nolle niſi reſpectu velle, quod fuerit inordinatus probatur, quia aut fuit amor amicitię, aut concupiſcentiæ, quolibet autem horum ordinato, alius eſt ordinatus, quòd verò fuerit reſpectu ſui, probatur, non fui reſpectu Dei, quia non poteſt Deus inordinatè amari ex intentione amicitiæ, non reſpectu alicuius à ſe. Tum quia inclinatio naturalis magis inclinat in ſe. Tum quia non videtur aliquid aliud intenſius intellexiſſe: ergo, conſequentia verò prima probatur à ſimili. Nam peccatum quo quis inordinatè delectatur in ſpeculatione Geometriæ, reducitur ad luxuriam.

Reſpondeo. Primus actus Angeli fuit velle, qui ſimul fuit amor concupiſcentię reſpectu beatitudinis quam ſibi optauit indebito modo fuit etiam amor amicitię reſpectu ſui in quo, quia non ſe ſubiecit, vt debuit, ſuperbiuit, quod verò eodem actu poſſint prędicta duo diligi, oſtendit Sanctus Thomas prima ſecundæ quæſt. vigeſimaſexta, articulo quarto, item primo contra gentil. capitulo nonageſimoprimo.

¶ Dico item ad probationem conſequentię falſum eſſe quòd delectatio inordinata ſpeculationis Geometrię reducatur ad luxuriam, ſed eſt peccatum curioſitatis, ſicut docet Sanctus Thomas ſecunda ſecundę quęſtione 167. artic. 1. & 2.

Secundò arguit, eiuſdem rationis eſt amare alium inordinatè, & ſe, ſed amare alium inordinatè reducitur ad peccatum luxurię, & non ſuperbiæ: ergo.

Reſpondeo, dico primò quòd peccatum eſt ſuperbię, cum quis ſe ſubducit à regula ſuperioris inordinatè ſe amando, vel inordinatè appetendo, quę excedunt naturę ſuę facultatem, ſicut ſi ruſticus appetat Regnum, vel Papatum ſibi ſine alia diſpoſitione medij, vel meriti.

¶ Dicitur ſecundò, quòd amare proximum propter turpem contactum reducitur ad peccatum luxurię, ſed concupiſcere bona proximo excedentia naturam ſine meritis, ad ſuperbiam ſpectat.

Tertiò arguit, cum primum peccatum Angeli fuerit velle: aut ergo velle amicitiæ, vel velle concupiſcentiæ, ſi velle amicitię, probatum eſt, quòd ad luxuriam pertinet, ſi velle concupiſcentiæ, igitur concupiſcendo beatitudinem eodem modo peccauit, quòd probatur. Tùm primò, quia primum concupiſcere beatitudinis inordinatum, aut proceſſit ex affectione iuſtitiæ, aut commodi, primum eſſe non poteſt in nullo peccato, ſecundum autem ad luxuriam ſpectat. Tùm ſecundò, quia primum uelle beatitudinis, aut fuit amore honeſti, aut utilis, aut delectabilis, ſi primo modo, non peccaſſet, ſecundo modo non potuit eſſe primus amor, tertiò modo ad luxuriam reducitur. Tum tertio, quia potentia appetitiua conſequens in actu apprehenſiuæ, primo appetit delectabile conuenientiſſimum. Tùm quartò, quia illud appetitur à uoluntate non regulata, quòd ſi eſſet ſolum appeteretur, hoc autem eſt delectatio: ergo.

Reſpondeo, dico quòd primum uelle, ſiuè

ami-

Digitized by Google

amicitiæ ſuæ concupiſcentiæ nullo modo potuit ad luxuriam pertinere, neque inordinata concupiſcentia beatitudinis poteſt ad luxuriam pertinere, ſed inordinatus appetitus rei delectabilis ſecundum tactum tantum ad luxuriam ſpectat.

¶Dico paritèr, quòd ſicut ordinatus appetitus beatitudinis, pertinet ad virtutem ſpei, ſecunda ſecundæ quæſt. 17. artic. 2. ita inordinatus appetitus beatitudinis pertinet ad vitium præſumptionis: quæ oritur ex ſuperbia, vel inani gloria.

*Concluſio IV*. Angelus malus non peccauit, nec peccare potuit in primo inſtanti ſuæ creationis. Hanc probat Sanctus Thomas prima parte, quæſtione 63. articul. 5. Item 2. ſent. diſtinctione quinta, quæſtione prima, articulo primo. Item de malo. quæſt. 16. articul. 4. Et quia hanc concluſionem alitèr probat in ſumma, alitèr in ſcripto, alitèr in tract. de malo: videtur mihi, quod prima, & vltima probatio ſint potiores, ideò illa relicta: prima probatio poteſt ſic formari, nulla operatio Angelica cuius cauſa principalis eſt Deus, & naturalitèr indita à Deo habet rationem peccati, ſed prima operatio Angelica eſt naturalitèr indita à Deo, igitur maior nota eſt, ſed minor probatur, quia prima operatio Angelica eſt, qua ſe conuertit ad naturalem ſui cognitionem, & affectionem, vt deductum eſt, illa autem indita eſt à Deo, igitur, &c. & ſic tertia probatio declarat primam.

Contra hanc concluſionem diuerſimodè à diuerſis arguitur, & primo quidem contra illam Aureolus in quocunque inſtanti ſunt omnes cauſæ alicuius actus, poteſt elici, ſiuè circunſtantionatus, ſiuè carens debita circumſtantia, ſed in primo inſtanti fuerunt omnes cauſæ, quæ ſunt neceſſariæ ad actum circunſtantionatum: ergo potuit elici ſine circunſtantia debita: ergo peccare: probatio mediæ, quia in primo inſtanti habuit intellectum obiectum præſens, & voluntatem.

Reſpondeo, negatur maior, nam poſitis cauſis motus localis in aliquo inſtanti, non ſequitur quòd in eodem poſſit eſſe motus localis, ſed poſt: item poſita cauſa generationis ignis, in eodem inſtanti non ponitur ignis: immò nec immediatè poſt illud inſtans propter alterationem præuiam neceſſariò.

¶Dico vlterius, quòd licet in primo inſtanti Angelus habuerit cauſas meriti, vel demeriti, tamen ſecundum ſuam naturalem potentiam non poterat moueri in actum meriti, vel demeriti, niſi prius moueretur ad actum naturalem, in quo meritum, nec demeritum conſiſtit, de malo quæſt. 16. art. 4. ad 3.

Ad idem arguit ibidem ſi Angelus non potuit peccare in primo inſtanti, aut fuit quia primus actus naturæ imponitur producenti, aut quia termini duarum mutationũ ſcilicet creationis, & auerſionis non poſſunt eſſe ſimul, aut tertio, quia in primo inſtanti non potuit habere actum elicitum à deliberatione procedentem, aut quia actus, qui elicitur in primo inſtanti, non elicitur liberè, ſed contingenter, ſed propter nullum iſtorum eſt: ergo, maior patet ex communiter opinantibus circa iſtam materiam, quorum omnes aliquam dictarum rationum aſſignant: ergo, minor probatur, nam primo maxima illa eſt vera de actu neceſſariò, concomitante naturam non libero. Non etiam ſecundum obſtat quia termini duarum mutationum etiam inuicem ordinatarum poſſunt eſſe ſimul tempore, & ſi non natura, vt creatio, & illuminatio ſolis. Non tertium, quia non conſtat ſi ei fuiſſet reuelatum principium quin potuiſſet in eodem inſtanti inferre concluſionem circa ſupernaturalia, cum ſimul tempore principium, & concluſio cognoſcatur. Non quartum, quia ponere quòd potentia ſit ſimul tempore cum actu non aufert libertatem actus, quia æternalitèr prædeſtinauit.

Reſpondeo, propter primam rationem, & improbationem dicitur quòd illa eſt vera propoſitio non ſolum de actu, qui neceſſariò concomitatur naturam, ſed etiam de actu naturali, qui naturali ordine præcedit omnes alios actus naturæ vt Sanctus Thomas vbi ſuprà ad tertium.

¶Dico etiam, quòd cum in Angelis ſit dilectio naturalis, & electiua, naturalis neceſſariò præcedit electiuam, & eſt eius principium, quia quòd pertinet ad naturam, habet rationem principij, prima parte, quæſt. 60. artic. 2. & quia Angelus in primo inſtanti habuit actum naturalem, ideò non potuit eſſe malus, quia à Deo.

Sed contra arguit probans, quòd in primo inſtanti potuerit habere actum elicitum, quia pro quocunque inſtanti poteſt poni cauſa libera, poſt agere, ſed in primo inſtanti ponitur Angelus, qui eſt cauſa libera: ergo.

Reſpondeo, negatur maior, quia oportet actum electiuum præcedere naturalem.

Ad tria obiecta Gregorij patet ſolutio per dicta: ideo illa miſſa facimus.

Sciendum verò, quod licet Beatus Auguſtinus 11. de Ciuitate Dei cap. 14. dicat quod ponentes Diabolum peccaſſe in primo inſtanti ſuæ creationis, non incidant in hæreſim Manicheorũ, non tamen negat quin incidant in alios errores, puta quod bonus Deus ſit cauſa principalis actus peccati, & inclinet creaturam ad actũ vitioſum, & hæc hæreſis differt à prima

Arguit quoque hic Durandus contra rationem factam à Sanct.Thom.in 2.quòd deficiant. & quia nos in ſuperioribus diximus non eſſe perfectam: ideo decurrit ſed non offendit.

Arguit idem contra rationem Sanct. Thom. in prima parte. verum inquit eſt quòd actio quæ ſimul eſſe incipit cum eſſe rei, attribuitur agenti vel generanti:& eidem imputatur: in his quibus non eſt principium actiuum: ſed paſſiuum: non liberum, ſed naturale ſicut patet quòd actus ignis attribuitur igni vt illuminatio:quia ibi eſt principium actiuum: motus autem grauium,quia ibi eſt principium: paſſiuum attribuitur generanti. Item non eſt vera in principio libero paſſiuo.ergo.

Confirmatur. Si prima actio, quę incipit cum eſſe rei attribuitur generanti: ergo etiam omnis ſimilis. ergo angelus nunquam poterit peccare.

Reſpondeo. dico quod quælibet actio naturalis & competens naturæ retorquetur in auctorem naturæ: qui dedit talem inclinationem ſiue dederit principium actiuum:ſiue paſſiuum,& immo plus ſi dederit vtrumque.

Ad confirmationem negatur conſequentia. Tum quia aliqua volitio eſt naturalis & aliqua electiua. Tum quia vna volitio eſt reſpectu finis,& alia reſpectu mediorum: & ſic non ſequitur quòd ſint eiuſdem rationis.

CONCLVSIO. V. Angelus malus ſtatim poſt primum inſtans ſuę creationis peccare potuit,& peccauit de facto.Hanc probat prima parte q.63.art.6.dicit Ratio.angeli mali in tertio inſtanti vel morula dannati fuerunt propter aliquod peccatum præcedens: igitur peccauerunt in primo inſtanti vel ſecundo. ſed non in primo: igitur in ſecundo. antecedens probatur quò ad primam ſui partem: quia boni angeli in tertiò inſtanti beatificati ſunt propter meritum præcedens. Igitur mali in eandem miſeriam dannationis incurrerunt. Sed quo ad ſecundam partem patet ex concluſione.

¶ Contra arguit Scotus quòd mali angeli peccauerunt priuſquam fuerunt in termino: ita quòd ibi fuerunt tres vel quatuor morulæ. Omnes angeli creati ſunt vniformes, & in ſecunda morula aliqui meruerunt & aliqui demeruerunt, & in tertia omnes fuerunt in termino: igitur ibi oportet ponere tres moras. antecedens probatur ſupponendo aliquas pro poſitiones. Prima merentes vſque ad nunc præmiationis: in illo nunc fuerunt præmiati. Secunda in angelis meritum præceſſit duratione præmium. Tertia,tota mora via præfixa angelis erat æqualis in omnibus. Quarta, quando boni vltimatè meruerunt, tunc mali demeruerunt. Quinta,omnes creati ſunt vniformes.Sexta,omnes angeli aliquando fuerunt in gratia. His conceſſis ſequitur,quod ſit ponere tres morulas. prima in qua omnes fuerunt in gratia. ſecunda in qua meruerunt, vel demeruerunt. tertia, quando iſti & illi ſunt præmiati.

Reſpondeo, dico primò, quòd difficile eſt ſuſtinere, quod angeli in primo inſtanti proprie meruerint. Tum quia prima facie videtur, quòd non potuerint peccare per auerſionem à Deo. Tum quia videtur implicatio in dictis Sanct.Thom. Nam de malo. quæſt.16. art.4. ad 14. dicit, quòd angelus in primo inſtanti non ferebatur in Deum vt eſt auctor gratiæ.Idem ad 15.Item ibidem ad 22.innuere videtur, quòd angeli mali nunquam meruerunt.item in prima parte.q.63. art.6. innuit, quòd boni angeli cœperunt mereri in ſecundo inſtanti.Item in prima parte.q.64.art.2. dicit, quòd voluntas angeli cuicunque adhæret, immutabiliter adhæret, & ſic nunquam auerſus fuiſſet à Deo.

¶ Dico ſecundò propter præfata,quod prima facie videtur dicendum,quòd angeli ſolum dilectione naturali in primo inſtanti dilexerunt Deum:non autem dilectione electiua in qua conſiſtit meritum, & ad dictum Sanct.Thom. in prima parte,q.63.art.5. ad quartum dicitur, quòd angeli in primo inſtanti meruerunt merito potentiali,vel virtuali,vel habituali,,vel interpretatiuo,ſicut de paruulis nouiter baptizatis: non autem meruerunt merito actuali,vel elicitiuo:& ſecundum hoc diceretur,quod diabolus non eſt auerſus ab eo, quòd electiuè dilexit, quia in ſecundo inſtanti inordinatè ſe dilexit.

¶ Dico tertiò cum his, quòd difficile eſt Sanct.Thomam poſſe ſaluare, quod angelus in primo inſtanti Deum electiuè dilexerit: & quod in ſecundo inſtanti fuerit auerſus: forte poteſt dici, quòd duplex eſt dilectio electiua Dei, prima purè naturalis, alia per gratiam Dei,à prima nunquam poteſt auerti,à ſecunda vero poteſt auerti dum eſt in via.

¶ Dico quartò,reſpondendo obiecto, quòd omnes illæ propoſitiones ſunt probabiles.

Sciendum,quod ſi quis ad literam vellet ſuſtinere verba Sanct.Thom.in primaparte,quod diabolus meruerit beatitudinem in primo inſtanti. Et in ſecundo peccauit,& ſtatim miſer factus eſt, debet negare primam propoſitionē Scoti,concedendo, quod angelus ſimul erat in termino viæ & merebatur, vt dicit Sanct.Tho. in quolibetis. Itaq; inter creationem angelorum & confirmationem, vnica; tantum morula ponenda eſt.

Item

Item arguit Scotus, quod ſecunda mora non fuerit indiuiſibilis, tum quia peccauerunt mali angeli pluribus peccatis diuerſæ ſpeciei, tum quia vicerunt prælium boni. Apo. 20. Et hoc non niſi poſt peccatum malorum. Non enim tentauerunt bonos, niſi poſt peccatum.

Reſpondeo, dico primò, quod ſecunda mora fuit indiuiſibilis ad hunc ſenſum: quia non fuit in ea prius & poſterius, licet fortè coexiſteret alicui parti temporis diuiſibilis in infinitum: & potuit eſſe quod vnicus actus peccati fuerit ſuperbiæ, inuidiæ odij, & præſumptionis, ſicut etiam contingit in nobis, ſi autem diuerſos actus exigebant, non fuerunt in inſtanti, neque fuerunt demerita ſed pœnæ.

¶ Dico ſecundò, quod tentatio malorum & victoria bonorum, potuit eſſe in eodem inſtanti: & de hoc Sanct. Thom. prima parte, q. 63. art. 8 ad primum. Vnde patet, quòd in eodem inſtanti in bonis angelis iſta tria fuerunt ſimul, ſancta electio per conuerſionem in Deũ, tentationis auditio, ac eiuſdem reſpuitio. In malis vero tria proportionabilia, in quibus fuit proprietas & poſterioritas naturæ non temporis.

Contra eandem concluſionem arguit Gregor. quòd angelus non peccauit ſtatim poſt primum inſtans: primo. Angelus in primo inſtanti fuit in gratia, igitur & in ſecundo probatur conſequentia, quia non eſt dare vltimum inſtans, in quo fuerit gratia in eo.

Reſpondeo, negatur conſequentia. & ad probationem dicitur, quòd licet non ſit dare vltimum inſtans rei permanentis loquendo de inſtantibus temporis continui, eſt tamen dare vltimum inſtans temporis diſcreti.

Secundò, hæc propoſitio dicta à Sanc. Tho. Angelus malus in primo inſtanti habuit aliquem actum liberi arbitrij, eſt incompoſſibilis huic, Angelus fuit tunc beatus: ergo probatur incompoſſibilitas. Nam ille aut fuit meritorius, & ſic tunc beatus, aut demeritorius: & ſic non fuit in gratia. Et ita dictis eius repugnans.

Reſpondeo, negatur illa conſequentia, fuit meritorius: ergo beatus, quia via angelorum ex duobus inſtantibus conſtituitur & durabat per illa.

Secundò arguit. Angelus non peccauit in primo, ergo intercidit mora inter primum inſtans & peccatum eius, probatur conſequentia, quia inter quælibet duo inſtantia cadit tempus medium.

¶ Si dicatur, quod inter inſtantia temporis continui cadit tempus: non autem diſcreti.

Contra. Cum poſſibile fuerit, tunc fuiſſe tempus cœli continuum, aut ergo angelus peccans fuit in eodem tempore continuo: ſicut quando fuit creatus, aut in alio, ſi in eodem, ergo in eodem inſtanti fuit creatus, & fuit malus & non malus ſi in alio: ergo inter duo inſtantia temporis diſcreti cadit tempus medium.

¶ Item pariter poſſet dici, quòd ſi angelus habeat aliquam nouam notitiam modo: quod habet eam ſtatim poſt inſtans creationis ſuæ: quod nullus diceret.

Reſpondeo, dicitur quòd reſponſio data eſt bona, & eſt Sanct. Thom. in prima parte.

¶ Ad primam improbationem, dico primo, quòd inſtantia temporis diſcreti & continui ſunt improportionabilia: quia licet vtrunque inſtans pariter ſit indiuiſibile, inſtans tamen temporis diſcreti poteſt coexiſtere vni longo tempore, & vni inſtanti temporis continui.

¶ Dico ſecundò, quòd fuit in alio & alio inſtanti continui temporis: nec ſequitur, quòd ibi interciderit tempus medium: quia primum inſtans in quo fuit creatus correſpondere poterat alicui inſtanti temporis continui: inſtans vero in quo peccauit correſpondere poterat tempori communi ſequenti.

¶ Ad ſecundam dico, quòd multæ interciderunt operationes angelicæ poſt primam, quod illa notitia non poteſt dici eſſe ſtatim poſt inſtans creationis. Si tamen prima operatio angelica fuiſſet vſque ad illam continuata: non eſſet inconueniens illud concedere, & ſic eſt finis huius quartæ diſtinctionis.

*In hac quarta diſt. 2. Sent. & unica quæſtione ſequentibus confutãtur hereſes dãnatæ, vt in noſtro Cõment. in text. Magiſtri, & confutantur etiam hæreſes, quæ ſunt in Abecedario, & in Ethimologijs hæreſum, & confutantur ſimilitèr Idolatriæ, vt in Abecedario Idolorum in principio vide ibi lit. A. C. D. & I. ac ēt cõfutãtur falſæ Theologiæ Fænicũ, Egyptiorũ, Græcorum, Atlanticorum, Frigiorum, Gentium, &c. ab Euſebio in primo, ſecundo, tertio, & quarto lib. de præparatione Euangelica contra Theologiam fabuloſam Poetarum antiquorum.*

*Additio quæ eſt ſolutio argumentorum recentiorum per M. Mauritium de Gregorio.*

*Ex cõcluſionibus, probationibus, & ſolutionibus argumẽtorũ Capræoli ſoluũtur argumenta Vulpes, & aliorum recentiorum facile, vt facit Ariſtot. ad argumenta Antiquorum quod verita*

Digitized by Google

*Loca ſolutia argumẽta aduerſariorum Magiſtri Mauritij vltra commentaria textuũ & loca cõtra hæreſes, &c.*

*ritatis cognitio dubiorum eſt ſolutio, & cum* Cardinali *Bellarmino dicente in libro de Scriptoribus Eccleſiaſticis de Ioanne Capræolo, quòd Io. Capreolus ſit defenſor Egregius Sancti Thomæ, & optimè diſſoluit omnia argumenta aduerſariorum: dicunt verba formalia Bellarmini, ergò ſi optimè diſſoluit per Bellarminum ſunt ſoluta argumenta cum his doctrinis hìc: Sicut ſoluit Ariſtotelis cõtra antiquos dicendo in 3. de Cœlo, & in 3. Met. veritatis cognitio, dubiorũ eſt reſolutio.*

*Reſpondetur ſecundo cum Cardinali Sarnano Franciſcano doctiſſimo, cum quadrageſimaſexta cõcordantia, & ſimilitèr cum quadrageſimaquinta concordantia Bonæherbæ.*

*Reſpondetur tertiò cũ Petro de Bergamo, & Bartholomæo Spina dicẽtibus in tabula S. Thomæ, quod qui ſcit totam Logicam S. Thomæ, Philoſophiã etiam moralem totam Metaphyſicam S. Thomæ, & totam eiuſdem Theologiam, nullum poteſt facere argumẽtum contra Sanctum Thomã, & ideo ſubdit, quod iſti recentiores ſtudent tantummodò articulo, ſuper quem componunt, & non habent in mente omnia opera Sancti Thomæ loquentis præſuppoſitiuè, præſupponendo omnia ſupradicta, & dicendo: qua propter prærumpunt in verba in tãtum Magnum Doctorem nullo modo applicãda, quòd Sanctus Thomas contradicat ſibi ipſi, & ideò Cardinal. Sarnanus, quia ſciebat totum Sanctum Thomam concordauit ſimilitèr, & Ioann. Capreolus ſoluit argumenta aduerſariorum, cum locis Sancti Thomæ quia totum in mente habebat Sanctum Thomam, & ideo Bellar. dicebat bene omnia ſoluere Capreolum.*

*Argumenta verò Vaſquez, Valentiæ, Molinæ, Suarez, &c. quia colliguntur, & ſoluuntur, clarè, diſtinctè, & breuitèr à Ripa, à Nazario, à Conſales, à Nauarretto, à Zenardo, & præcipuè à Montagnolo, in prima parte D. Thom. quæſt. 66. de ordine creationis ad diſtinctionẽ, & q. 61. de productione Angelorum in eſſe naturæ.*

*Vide noſtram expoſitionem Petri Lombardi aperientem mentem huius materiæ, vt in folio 71. hic, & infra pro 3. reſponſione Vulpes. Ac etiam vide 1. 2. & 3. folium pro alijs reſponſionibus ad argumenta eiuſdem Vulpes.*

*Loca Sacræ Scriptræ hic, & infra à Salmerone, Emanuel Sa, à Toleto, à Prierio, Vegha, à Poſſeuino, à Salian, Torello in Annalibus à creatione Mũdi quæ videntur repugnare aliquo modo Thomiſtis, quia ſunt concordata à nobis in fine noſtræ expoſitionis totius Bibliæ, & in Anatomia Bibliæ impreſſa ideò vide ea illic.*

## DISTINCTIO V.

*Quæſtio.* 1.

CIrca diſtin. quintam. Quæritur, vtrum angeli in primo inſtanti ſuæ creationis fuerint beati.

*Concluſio* I. Angelus in primo inſtanti ſuæ creationis fuit beatus beatitudine naturali, non autem beatitudine ſupernaturali. Hanc probat Sanctus Thom. prima parte. quę. 62. articulo primo. item 2. ſent. diſtin. 4. q. 1. art. primo.

¶ Ratio huius eſt duplex pro duplici parte concluſionis. Primo prima poteſt ſic argui, corpora cœleſtia in ſua prima creatione ſuam naturalem perfectionẽ habuerunt, ad quam virtute ſuæ naturæ pertingere poſſunt, igitur & angeli, antecedens & conſequentia probantur per dicta in vltima quæſt. 3. diſt. huius ſecundi.

¶ Pro ſecunda parte poteſt ſic argui. Finis vltimus naturæ angelicæ non debuit angelis concreari, nec fuit eis concreatus. ſed beatitudo ſupernaturalis eſt vltimus finis naturæ angelicæ, igitur, &c. maior patet, quia ad talem finem natura rationalis peruenit: per meritũ & operationem gratuitam. minor eſt nota.

¶ *Concluſio* II. Angeli ſuam beatitudinem ſupernaturalem meruerunt, quod meritum præceſſit non ſolum natura: ſed etiam tempore. Hanc probat Sanct. Thom.

Digitized by Google

Thom. prima parte, quæſt. 62. art. 4. Ratio pro prima parte concluſionis eſt, quicunque per ſuam operationem eſt attingens finem excedentem virtutem operantis potius meretur, quam efficiat finem. Sed angelus eſt huiuſmodi: ergo. pro ſecunda parte concluſionis ratio eſt: quia meritum non ſequebatur præmium, nec fuit ſimul cum præmio duratione.

Sciendum, quod licet eandem concluſionem ponat in 2. diſtinct. 5. quæſt. 2. artic. 2. & in quodam quolibeto, tamen differt in modo ponendi, quia ibi ponit, quod in Angelis meritum non præceſſit præmium tempore, ſed natura, ſed quicquid dicat in ſecundo, & in illo quolib. probabilius videtur, quod dicitur in prima parte, quia mirabile videtur, quod aliquis mereatur id quod habet actu completo, & perfecto.

*Concluſio III.* Poſſibile fuit Angelum mereri ſuam beatitudinem in primo inſtanti ſuæ creationis, vel ſtatim poſt primum inſtans. Hãc probat Sanctus Thomas de verit. quæſt. 29. articulo 8. item in 3. ſentent. diſtinct. 18. quæſt. 1. articul. 3. Ratio huius eſt ſi Angelus bonus in primo inſtanti ſuæ creationis nulla perfectione ad agendum neceſſaria caruiſſet, & nullum impedimentum meriti habuiſſet, & actum dilectionis Dei ſuper omnia indiuiſiblem non ſucceſſiuum elicuiſſet, ipſe in primo inſtanti meruiſſet, ſed totum antecedens illius conditionalis fuit poſſibile, igitur & conſequens.

Pro ſecunda parte ſic ſpecialitèr arguitur. Angelus malus qui non peccauit in primo, peccauit in ſecundo igitur à ſimili. Si bonus Angelus non meruiſſet in primo inſtanti potuit mereri in ſecundo.

*Concluſio IV.* Angelus bonus poſt primum actum charitatis, quo beatitudinem meruit, beatus fuit beatitudine vltimata, & ſupernaturali. Hanc ponit Sanctus Thomas prima parte, quæſt. 62. articul. 5. Ratio huius, ſicut Angelus habet ex ſui natura ordinẽ ad perfectionẽ naturalẽ, ita ex merito habet ordinẽ ad gloriã, ſed ſtatim habita natura, habuit perfectionem naturalem, igitur poſt meritum habuit beatitudinem ſupernaturalem.

Verum contra tria fundamenta, quæ tenentur in præfatis concluſionibus multiplicitèr obijcitur. Primum fundamentum eſt, poſſibile eſt naturam rationalem, vel hominem poſſe elicere actum liberi arbitrij in inſtanti, & poſſe mereri in inſtanti.

Contra arguunt quidam Angelici quos recitant Adam, primo ſententiar. diſtinctione 10. & Gregorius 2. diſtinctione 5. primò ſi ſic: ergò aliquis poteſt peccare in primo inſtanti ſui eſſe, quod eſt falſum, quia iuſtitiam amittere non poteſt, quod enim eſt dum eſt neceſſe eſt eſſe.

Reſpondeo. Dico primò, quod illa propoſito, Nullus poteſt mereri in aliqua menſura, niſi poſſit in illa, & pro illa iuſtitiam amittere, eſt ſimplicitèr falſa, quia tunc nullus exiſtens in charitate pro menſura, qua eſt in charitate, poſſet mereri, quia non poteſt iuſtitiam perdere, quia omne, quod eſt, dum eſt, neceſſe eſt eſſe.

¶ Dico ſecundò, quod illa propoſitio, ſi quam habet apparentiam veritatis, oportet, quod intelligatur de impoſſibilitate oppoſita neceſſitati abſolutæ, vel neceſſitati coactionis, non autem de impoſſibilitate oppoſita neceſſitati ex ſuppoſitione. Hæc parifòrmitèr habentur ex dictis Sanctus Thomas in 3. diſt. 12. quæſt. 2. articulo 1. & de verit. quæſtione 29. articul. 6.

Secundò, quia ſi ſic, addito caſu poſſibili, ſequeretur, quod aliquis inuitus peccaret, puta tempore intermedio inter iſtans, quo non diligit Deum, & inſtans quo elicit actum dilectionis.

Reſpondeo, operationes Angelicæ menſurantur inſtanti temporis diſcreti, non autem temporis continui. Talis autem temporis diſcreti inſtãntia ſine quocunque medio tempore inuicem ſibi ſuccedere poſſunt.

Tertiò arguunt, ſi ſic, ſequeretur quod duo poſſent eſſe merita æqualia omninò, quorum vnum eſt in tempore, & aliud in inſtanti, hoc autem eſt inconueniens, quoniam nihil prodeſſet continuatio meriti, conſequentia probatur. Mereantur enim duo, vnum in inſtanti, & aliud in hora merito duplo ad meritum in inſtanti. Mereatur quoque tertius merito per dimidiam horam, & ita ſub duplo merito ſecundo: ergo æquali merito in inſtanti.

Reſpondeo, dico primo, quod applicando iſta ad intellectum Angelicum, erratur, quia operatio Angelica non menſuratur tempore continuo, nec illius inſtanti, vt alias dictum eſt.

¶ Dico ſecundò, negando illud eſſe inconueniens. Ad probationem dico, quod aliqua continuatio meriti prodeſt. Nam continuatio, quæ non eſt ex libertate, & ſcientia non prodeſt. Prodeſt inquam, quia non minus meretur continuans meritum ſic per horam, quia frequenter eliciens cœteris paribus, & interrumpendo exponeret ſe periculo non tam cito reſumendi.

Item arguunt, ſi ſic, ſequitur, quod ſecundum legem communem poſſet quis iuſtè puniri pro finitis peccatis venialibus pluſquã pro maximo mortali facto in eodem tempore, quia pro veniali vnius inſtantis debetur aliqua pœna, & illa

non

non exceditur infinitè à pœna debita mortali, igitur toties poterit peccare venialitèr, ſecundum multitudinem finitam æquè grauitèr.

Reſpondeo, dico primò, quod puniri grauius poteſt accipi dupliciter intenſiuè, & extenſiuè.

¶Dico ſecundò, & Sanctus Thomas in prima ſecundæ, quæſt. 88. artic. 4. quod pœna debita mortali intenſiuè proportionabilis eſt debitæ veniali, quia non excedit in infinitum. Poſſent ergo tot committi venialia, quod pœna ignis eis debita intenſior eſſet quàm debita mortali alicui, licet extenſiuè nunquam proportionetur, ſed in infinitum excedit extenſiua, quia ſe habet ſicut perpetuum ad temporale.

Secundum ſuppoſitum eſt. Poſſibile eſt formam, quæ non eſt in hoc inſtanti, ſecundum ſe tot, ſecundum partem, produci immediatè poſt hoc inſtãs, puta viſionem, vel volitionem. Angelus enim non peccauit in primo inſtanti, ſed immediatè poſt primum inſtans.

Contra hoc arguit Adam primo ſententiar. diſtinct. 10. quæſtione prima, primo. Si ſic, igitur aliquod inſtans eſſet immediatum inſtãti, quod eſt inconueniens: ergo.

Reſpondeo, dico primò, hæc argumenta tria ſupponere falſa, & contra doctrinam Sanctus Thomas. Primo enim ſupponunt, quod omnis volitio, ſecundum ſe tota ſimul producta, menſuretur inſtanti temporis continui.

Secundò, quod in nullo tempore inſtans inſtanti ſuccedit ſine medio.

¶Tertiò, quod nullius rei permanentis ſit dare, vel poſſit dari vltimum eſſe ſui eſſe, loquendo de quocunque inſtanti, & cuiuſcunque temporis.

¶Dico ſecundò ad hoc primum, antecedens eſſe verum, & conſequens quoque gratis ſibi concedi, licet conſequentiam ex fundamentis ſuis nunquam probauerit. Cum per inſtans non intelligat aliquod indiuiſibile in tempore, nec aliquam menſuram indiuiſibilem, ſed fieri in inſtanti intelligit, quod aliquid, ſit totum ſimul, & non per partem ante partem.

Secundò Ariſtotel. 8. phyſic. text. comm. 11. inquit. Non eſt dare vltimum inſtans rei permanentis in eſſe, igitur non eſt dare pari ratione vltimum indiuiſibile, in quo res aliqua, & quælibet eius pars non ſit.

Reſpondeo, propoſitio Philoſophi vera eſt vbi inceptio, vel deſinitio rei habent eſſentialem, & neceſſarium ordinem ad aliquem motum, vel mutationem ſucceſſiuam, & per conſequens in operationibus Angelorum, quę ſunt ſupra motum continuum, & tempus conſequẽs illud, talia locum non habet.

Tertium ſuppoſitum eſt, Angelus poteſt ſubito ceſſare ab actu ſuo, vel ſubito ſuſpendere actum ſuum, ſic quod modo habet aliquem actum voluntatis, & nunquam habebit poſt illum nec aliquid eius.

Contra arguit Adam primo ſententiar. diſt. 10. quæſt. 1. cuius argumentum prętermittimus, quia eorum ſolutio patet per prædicta. Fundantur enim in falſo, ſcilicet quod impoſſibile ſit indiuiſibile ſequi aliud indiuiſibile ſine medio, in quocunque tempore. Hoc enim non eſt impoſſibile in tempore diſcreto.

*In hac quinta diſtinctione, 2. Sententiar. & vnica quæſtione ſequenti confutantur hæreſes damnatæ, vt in noſtro Comment. in tex. Magiſtri, & confutantur etiam hæreſes, quæ ſunt in Abecedario, & in Ethimologijs hæreſum, & confutantur ſimilitèr Idolatriæ, vt in Abecedario idolorum in principio, vide ibi lit.* A. B. C. & I. *ac etiam confutantur falſæ Theologiæ Fænicum, Egyptiorum, Græcorũ, Atlanticorum, Frigiorum, Gentium, &c. ab Euſebio in primo, ſecundo, tertio, & quarto lib. de præparatione Euãgelica contra Theologiam fabuloſam Poetarum antiquorum.*

*Additio quæ eſt ſolutio argumentorum recentiorum per M. Mauritium de Gregorio*

*Ex concluſionibus, probationibus, & ſolutionibus argumentorum Capręoli ſoluuntur argumenta Vulpes, & aliorum recentiorum facile, vt facit Ariſtot. ad argumenta antiquorũ, quod veritatis cognitio dubiorum eſt ſolutio, & cum Cardinali Bellarmino dicente in libro de Scriptoribus Eccleſiaſticis de Ioanne Capræolo, quòd Io. Capręolus ſit deſenſor Egregius Sancti Thomæ, & optimè diſſoluit omnia argumenta aduerſariorum, dicunt verba formalia Bellarmini, ergo ſi optimè diſſoluit per Bellarminum ſunt ſoluta argumenta cum his doctrinis hic: Sicut ſoluit Ariſtotelis contra antiquos dicendo in 3. de Cœlo, & in 3. Metaphiſic. veritatis cognitio, dubiorum eſt reſolutio.*

*Loca ſolutia argumẽta aduerſariorum Magiſtri Mauritij vltra commentaria textuũ, et loca cõtra hæreſes, &c.*

*Reſpondetur ſecundò cum Cardinali Sarnaño Franciſcano doctiſſimo, cum quadrageſimaſeptima concordãtia, & ſimilitèr cum quadrageſimaſexta concordantia Bonæbebæ.*

Reſpon-

Digitized by Google

*Reſpondetur tertiò cum Petro de Bergamo, & Bartholomæo Spina dicẽtibus in tabula Sancti Thamæ, quod qui ſcit totam Logicam Sãcti Thomæ. Philoſophiam etiam moralem, totam Metaphyſicam S.Thomæ, & totam eiuſdem Theologiam, nullum poteſt facere argumentum contra Sanctum Thomam, & ideo ſubdit, quod iſti recentiores ſtudent tantummodò articulo ſuper quem componunt, & non habent in mente omnia opera Sãcti Thomæ loquentis præſuppoſitiuè, præſupponendo omnia ſupradicta, & dicendo, quapropter prærumpunt in verba in tantum Magnum Doctorem nullo modo applicanda, quòd Sanctus Thomas contradicat ſibi ipſi, & ideò Cardinal. Sannanus, quia ſciebat totum Sanctum Thomam concordauit ſimilitèr, etiam Ioann.Capræolus ſoluit argumenta aduerſariorum, cum locis Sancti Thomæ, quia totum in mente habebat Sanctum Thomam, & ideò Bellarm. dicebat bene omnia ſoluere Capræolum.*

*Argumenta verò Vaſquez, Valentiæ, Molinæ Suarez, &c. quia colligũtur, & ſoluuntur, clarè, diſtinctè, & breuitèr à Ripa, à Nazario, à Conſales, à Nauarretto, à Zenardo, & præcipuè à Montagnolo, in prima parte Diu.Thom.quæſt. 62. de productione Angeli in eſſe gratię, & glorię.*

*Vide noſtram expoſitionem Petri Lombardi aperientem mentem huius materię, vt folio 71. hic, & infra pro 3.reſponſione Vulpes. Ac etiam vide 1.2.& 3.folium pro quarta, quinta, & ſexta reſponſione ad argumenta eiuſdem Vulpes.*

*Loca Sacræ Scripturę hic, & infra à Salmerone, Emanuel Sa. à Toleto, à Prierio, Vegha, à Poſſeuino, à Salian, à Torello in Annalibus à creatione Mũdi quę videntur repugnare aliquo modo Thomiſtis, quia ſunt concordata à nobis in fine noſtrę expoſitionis totius Biblię, & in Anatomia Biblia impreſſa ideò vide ea illic.*

## DISTINCTIO VI.

*Quæſtio. 1.*

CIRCA ſextam Diſtinctionem quęritur. Vtrum Angelus poſſit moueri localitèr.

Pro quæſtione ſit hæc prima concluſio. Nec Angelus, nec aliquod corpus poteſt ſeipſum mouere localiter, vt propriè, & per ſe mouens, & per ſe motum localitèr. Hanc probat vniuerſalius Sanct.Thom. primo contra gent.cap.13. Item in prima parte, quæſt 2. artic. 3. huius ratio eſt. Nihil idem eſt ſimul actu, & potentia reſpectu eiuſdem. Sed omne quod mouetur, inquantum huiuſmodi, eſt in potentia, quia motus eſt actus entis in potentia, ſecundum quod huiuſmodi, omne autem quod mouet inquantum mouet, eſt in actu, quia nihil agit, niſi ſecundum, quod eſt in actu: ergo nihil eſt reſpectu eiuſdem mouens, & motum, & ſic nihil mouet ſeipſum.

Contra arguit Scotus, quod idem poſſit mouere ſeipſum primo, voluntas mouet ſeipſam, inquantum eſt libera, & mouetur à ſeipſa inquantum eſt receptiua: ergo.

Reſpondeo. Voluntas quòad primum actũ volendi mouetur ab extrinſeco motore, ſcilicet Deo, prima ſecundæ, quæſt. 9. artic. 4. Et ex hoc mouet ſe ad aliud. Vnde non ſecundum idem mouet, & mouetur.

Secundò, intellectus mouet informatus notitia ſimplici, & mouetur quoad notitiam declaratiuam: ergo.

Reſpondeo, intellectus ab extrinſeco habet, quod moueat, ex ſua vero potentialitate, quod moueatur, & ſic, ſecundum aliud mouet, & ſecundum aliud mouetur.

Tertiò, intellectus agens mouet poſſibile.

Reſpondeo, nihil infertur contra concluſionem.

Quartò, principia eſſentialia reſpectu propriæ paſſionis efficiunt, & recipiunt: ergo mouent, & mouentur.

Reſpondeo propria paſſio efflu[illegible]it à ſubiecto non per tranſmutationem propriè dictam, ſed per quandam naturalem conſequentiam, prima parte, quæſtione ſeptuageſimaſeptima, articulo ſexto.

Quintò, non neceſſe eſt mouens, & motum diſtingui loco, vel ſubiecto, ergo idem poteſt mouere ſeipſum, antecedens probatur. Quia alias ſi ponatur ignis inexiſtens aquæ, ſicut Angelus ponitur ſimul cum cęlo, non calefaceret.

Reſpondeo, negatur cõſequentia, quia oportet, quod mouens, & motũ diſtinguatur, quoad



Digitized by Google

principiũ quo motionis actiuæ, & quò ad principium quo motionis paſſiuæ, licet poſſit eſſe idem ſuppoſitum, quod mouet, & mouetur ſiuè illa duo ſint diuerſæ partes quidditatiuæ, ſiuè diuerſæ formæ accidentales, quarum vna ſit mouens, & alia mota.

Sextò, animatum mouet ſe motu augmenti: ergo.

Reſpondeo, non mouet ſe per ſe primo, quia vna pars eius eſt mouens, & alia mota, vel ſaltem anima eſt principium quo vt in vegetabilibus.

Vltimò, aqua calida frigefacit ſeipſam: ergo idem mouet ſeipſum.

Reſpondeo, eadem hæc eſt difficultas cum modo quo graue, & leue inanimatum mouetur ad locum ſibi connaturalem, ideo ſoluta vna, ſoluitur alia. Dicitur ergo, quod ſicut in motu naturali grauium, & leuium principium, quod eſt generans, ſed quo eſt forma ſpecifica, ita in propoſito, & de iſtis latiùs dicetur in ſequentibus.

Contra quoddam dictum poſitum ibi, ſcilicet quod grauia, & leuia non moueantur à ſeipſis, ſed à ſuo generante, arguit Gregorius primo. Si contingat aliquod graue generari in aere, tunc illud generans, aut erit cœlum, aut aer, ſed à neutro iſtorum mouetur: ergo non mouetur à generante. Quod non moueatur à cœlo probat. Tum quia ſequeretur, quod quãto graue eſſet magis elongatum à cœlo, tanto tardius deſcenderet quod eſt falſum, probatio ſequelæ, quia quanto magis diſtat motum à motore, tanto minus poteſt ſuper illud. Tum quia ſequeretur, quòd non velocius deſcenderet graue maius quam minus eiuſdem rationis & ſimilium diſpoſitionum. Probatio ſequelæ. Mobilibus enim ſe habentibus merè paſſiuè, & in eadem diſpoſitione, nunquam maius tranſmutatur ab eodem agente naturali citius quã minus.

Has duas rationes inquit Gregor. eſſe Auer. primo cœli comment.85. Item Philoſophi ibidem. Tum quia ſi grauia moueantur à Cœlo, aut per impulſionem, vel expulſionem, & leuia per attractionem, ſicut patet ex eorum deſcriptionibus 7. phyſic. text. 10. & ſi ſic, ſequeretur, quod quandocunque graue moueretur, & deſcenderet, Cœlum expelleret ignem ſibi proximum, & aerem conſequentem, & ita ſi lapillum habeo in manu mea, & dimittam illum cadere, mox tota regio ſuperior agitetur, quod videtur der iſibile, igitur graue ſuperius genitum non poteſt moueri à cœlo, quæ erat prima pars minor is primi argumenti.

¶Secunda pars eſt, quod non moueatur ab aer e, probatur. Tum, quia quod idem actiuum naturale moueret ad diuerſas differentias poſitionis, & ſecundum contrarios motus, quod eſt falſum, quia actiuum naturale eſt determinatum ad vnum, probatio ſequelæ. Nam per eandem partem medij per quam leue aſcendit, contingit graue deſcendere: ergo. Tum quia, aut eadem pars aeris eſt continuè mouens, aut alia poſt aliam, ſicut de proiectis dicunt medici. Primum non poteſt dici conuenienter, quia ſequeretur, quod deſcendente grandine, deſcenderet aliqua pars aeris ab illa ſuperiori regione vſque ad terram. Non etiam ſecundum dici poteſt, quia ſequitur, quod illud graue ſemper tardius deſcenderet, quia ſecundum mouens minus mouet quam primum: ergo.

Reſpondeo, admiſſo antecedente dicitur, quod poſt dici, quod mouetur ab vtroque, credo enim, vel opinor, quod cœlum ſit generans talia, vel pars Cœli puta planeta, & fortè etiam aer virtute cœleſti infrigidatus eſt generans proximum, & ideo ad vtraſque rationes reſpondendum eſt.

Ad primam probationem, quod non moueatur à Cœlo, dicitur negando ſequelam. Ad probationem dicitur quod aliquid mouet graue per modum efficientis motum, vt in motu violento, & per modum formalis principij, vt facit generator corporis grauis imprimendo formam naturalem grauitatis Sanct. Thomas ſuper ſecundo phyſic. in principio. Item ſuper 8. phyſic. exponens illud capitulum, ſed accidit. Item Commentat. 8. phyſic. comment. 31. Item Sanctus Thomas 2. ſentent. diſtinct. 15. quæſt. 1. Illa ergo propoſitio eſt vera in mouente per modum efficientis, non autem per modum formalis principij.

Sciendum ꝙ ex prædictis locis Sãcti Thomę patet quod ſecundum eum forma grauis non eſt motor grauis, ſed tamen eſt principium motus, paſſiuum quidem non actiuum. Oppoſitum hic videtur dicere de potentia Dei quæſtione 5. articul. 5. Item in ſecundo ſentent. diſtinct. 18. quæſt. 1. articul. 2. Concordantur prædicta, quia grauia non habent in ſeipſis principium actiuum ſui motus quod, ſed quo ab aliquo mouentur. Item habent in ſeipſis mouens inſtrumentale, licet non principale. Si verò quæratur, ex quo grauia habent in ſe principium actiuum ſui motus, cur non dicuntur mouere ſeipſa?

Reſpondeo, vt Sanct. Thom. ſecundo contra gent. cap. 24. quia formæ qua mouent non ſunt ab eis ſicut in agentibus liberis in prima parte q. 18. ar. 3. reſpõdet, quia nõ ẽ cauſa principalis ſui motus habens dominiũ ſui motus, vel ꝗ proprie determinet ſibi motum hunc, vel illum, ſed quod eſſentiæ, & naturæ ſuæ conueniat ſe mouere

Digitized by Google

nere per ſe. Talia enim non mouentur, dum ſunt in ſua propria, & naturali diſpoſitione, im mò tunc quieſcunt in locis ſuis, mouentur autem dum ſunt extra ſua loca naturalia 1.parte quæſt.18.artic 1.ad 2. Cum prædictis ſtat quod grauia, & leuia habent in ſe principium formale ſui motus, vnde inter Sanct.Thom. & arguẽtes magis eſt contradictio verbalis quàm realis. Nam alij omnè principium motus vocant motorem, Sanctus vero Thomas non, ſed vocat motorem, quod ex integritate ſuæ naturalis diſpoſitionis cauſat motũ, ita quod prius natura eſt in ſe completum, & eſt quid aliquo modo ſubſiſtens quàm cauſet motum, ſicut generans quod mouet grauia, & leuia, & ſicut cor mouens cętera membra Sanct. Thom. de verit. quæſtione vigeſimaquarta, articulo primo, item in tractatu de natura materiæ, capitulo quarto.

Ad ſecundam negatur ſequela. Ad probationem dicitur quòd ſe habent merè paſſiuè illa mobilia, quia non habent principium actiuum quod, habent tamen quo, quod eſt grauitas, vel forma ſubſtantialis eis intrinſeca, vnde poteſt aliquo modo concedi, quod mouentur ex ſe, ſed non à ſe.

Ad tertiam improbationem negatur quoque conſequentia. quia de ratione impulſionis vel attractionis eſt, quòd ſit motus violentus, & innaturalis, huius autem oppoſitum eſt in propoſito.

Ad primam probationem ſecundæ partis negatur ſequela, quia medium generat grauia, puta media pars aeris generat grandines, & niues, non autem leuia, & non mouet ad oppoſitum.

¶ Sed quia etiam argumentum poteſt fieri de Cœlo, dicitur quoque quod agens vniuocũ, ſiuè particulare naturalitèr, mouet motu determinato, ſed agens vniuerſale naturale, vt Cœlum, mouet etiam ad oppoſita, & motibus ſpecie differrentibus, ſed non ab eodem principio motus proximo.

¶ Sciendum autem, quod omnia argumenta hæc procedunt ex falſo intellectu concluſionis, quia non diſtinguunt inter motorem, & principium motus, nec inter principium quo, & quod, neque diſtinguunt de agente vniuerſali, & particulari, vniuoco, & ęquiuoco.

Ad aliam probationem dicitur, quod eadem pars cœli, vt medij generantis graue, mouet ipſum à principio vſque ad finem non eodem modo, qui ſomniatur in argumento, ſed imprimendo graui principium ſui motus, puta grauitatem, & ſuam formam ſubſtantialem, de potentia Dei, quæſt.3. artic.11. ad quintum, vbi concludit quod oportet mouens, & motũ eſſe ſimul, quantum ad motus principium, non autem quantum ad totum motum.

Secundò arguit, cum ignis apud nos generatur hic ex relatione radiorum ad ſpeculum, aut percuſſione ſilicis ad ferrum, nullum poteſt generans dari à quo moueatur ſurſum immediatè, ſicut patet volenti ſupra iſtas rationes, quodcunque fuerit aſſignatum generans applicare.

Reſpondeo, ignis à quocunque hic generatur ab eodem mouetur ſurſum ſicut à principio quod, licèt principium quo mouetur ſit ſua forma ſubſtantialis, quæ eſt ignis, & forma accidentalis, quæ eſt leuitas formalitèr.

¶ Neutra tamen harum formarum poteſt dici motor ignis triplici ratione. Tum quia mouere, & agere non conuenit niſi rei ſubſiſtenti, & completæ in ſpecie, graue autem quandiu eſt extra locum ſuum, eſt quid incompletum, vt dicit Commentar. 8. phyſic. comm. 31. Tum quia quaſi per accidens ab ea mouetur, transfertur enim de potentia accidentali, & violenta ad actum à generante verò, quia transfertur de potentia eſſentiali, mouetur per ſe. Tum quia locus non datur propriè à grauitate niſi per accidens, accidit enim grauitati ſeparari à loco deorſum.

Sic ergo patet, quòd per ſe mouetur à generante tanquam à principio quod, à grauitate verò tanquam à principio quo item à generãte per ſe, à grauitate verò quaſi per accidens.

Sciendum quòd mouens, & motum oportet eſſe ſimul, quòad principium motus tantum, non quòad totum motum, ſecundo quòad principium quo proximum, tertio in motu quo ſit tranſlatio de potentia eſſentiali ad actum.

Vltimo arguit, quia auctoritates quæ videntur facere pro concluſione non ſunt pro ea, nam nec Philoſophus nec Commentat. volunt quòd talia corpora moueantur immediatè à generante, ſed tantummodo mediatè imprimẽdo formam grauis, quæ eſt principium illius immediatum, ſicut 4. Cœli in prima parte, & Commentat. concluſione vigeſimaquinta, item tertio Cœli comment. vigeſimoctauo, item 8. phyſic. com. 32. ergo.

Reſpondeo, Illæ auctoritates bene intellectæ valde ſunt ad propoſitum noſtrum, nam vterque illorum vult quòd generans ſit mouẽs per ſe, quia transferens de potentia eſſentiali, forma verò intrinſeca eſt principium motus actiuum de per accidens, quia transferens de potentia accidentali, item vterque eorum vult quod grauia moueantur, non ſolum prima motione eſſentiali à generante, immo etiam ſecunda, licet in ſecunda non requiratur præſentia, & ſimultas generantis, nec idem ideò Comment. non dicit quòd in ſecunda motione non

 indi-

Digitized by Google

indigeat motore extrinſeco, ſed eſſentialitèr, ex quo enim genitum eſt vlterius moueri eſſentialitèr non poteſt.

Vnde Commentator nunquam dixit, quod grauia ſeipſa moueant, immò oppoſitum, vt 8. phyſic. Commentat. 29. idem Ariſtotel. in litera, item commento ſequenti expreſſius ſcilicèt 30. vbi manifeſtè habet, quòd ſit impoſſibile lapidem moueri ex ſe, item in comment. ſequēti 31. & 32.

Nec debet quis moueri ad credendum oppoſitum. Quia Commentat. in commento 32. dicat, quod cum ignis habeat duas potentias eſſentialem, & accidentalem, & de prima dicit, quod ad hoc quod exeat in actum indiget motore extrinſeco eſſentialitèr mouente, de ſecūda verò dicit, quod tali motore non eget, ſed tantum accidentalitèr remouendo prohibens, item ibidem dicit quòd eſſentia grauis, & leuis facit, quod talia ferantur ad ſua loca naturalia, primum dictum intelligitur, quod non indiget motore extrinſeco localitèr ſibi præſente, aliquod nouum ſibi imprimente, ſecundum verò intelligitur, quod eſſentia grauis, & leuis facit tanquam principium quo, nòn tanquam principium, quod.

Contra idem arguit Scotus in 2. diſtinct. 10. quæſtione 2. primò effectus in actu habet cauſam in actu, ſecundo phyſic. text. vigeſimoſeptimo, & 4. metaphyſic. text. 3. Sed generans non eſt actu, quando graue mouetur: ergo non mouetur à generante.

Si dicatur quòd generans virtute manet in graui. Contra non manet in virtute, niſi ſicut cauſa in ſuo effectu. Sed hoc non eſt ens in ſe: ergo, & ſic illa virtus erit principale efficiēs, vnde ſequitur propoſitum.

Reſpondeo, motus grauis actu deſcendentis: cauſa materialis in actu eſt ipſum graue, finalis eſſe deorſum, efficiens ipſum generans remanens in ſuo effectu, ſcilicet in forma grauis, in virtute, & ſic negatur minor, quia eſt ſufficienter in actu quantum ad cauſalitatem deſcenſus. Ad improbationem dicitur quod illa virtus erit principale mouēs quo, non quod.

¶ Sciendum quod quia ab eodem graue habet grauitatem, & motum deorſum, & quietem ſcilicèt à generante, vt ait Sanct. Thom. 1. 2. quæſtione 29. artic. 2. & de potentia Dei quæſt. 5. artic. 5. illius quietis principium quod eſt generans, quo grauitas, principium autem quod, non oportet eſſe coæuum ſuo effectui, neque illa virtus principium quod, aut cauſa efficiens quietis propriè loquendo.

Secundò arguit. Graui frangente prohibēs, eius motus cauſa non videtur eſſe niſi ipſum graue, ſed frangit vt in centro ſit: ergo graue ſeipſum in centrum mouebit.

Reſpondeo. Reſpectu illius obſtaculi à ſe diſtincti loco, & ſuppoſito, & eſſentialitèr graue poteſt habere rationem mouentis quod, nō autem reſpectu ſui ipſius, vnde negatur conſequentia, quia cauſa efficiens poſterioris non oportet, vt ſit cauſa prioris.

Tertiò. Ab eodem generatur grauius, & minus graue, & vnum eorum deſcendit velocius altero, exiſtentibus in eis eadem diſtantia ad centrum, & eadem influentia Cœli: ergo difformitas motuum in iſtis eſt ab aliquibus cauſis intrinſecis.

Reſpondeo. Illa dfformitas motuum eſt à cauſis intrinſecis, ſed illa non ſunt principalia mouentia, cauſa enim principalis eſt generans, quæ eſt eadem, inſtrumentalis verò grauitas, quæ diuerſa.

Quartò. Difficile eſſet aſſignare cauſam intentionis motus naturalis in fine: ergo.

Reſpondeo. Illa cauſa non eſt mouens principale, ſiuè ꝗ, ſed mouēs inſtrumētale, ſiuè quo.

Quintò. Ariſtot. 8. phyſic. text. 32. ſoluens dubitationem de grauibus ait, cum iam actu eſt leue mox operabitur, niſi prohibeatur. Hoc verò neceſſariò intelligitur de operatione ſecunda, quæ eſt motus: ergo.

Reſpondeo. Intellige, mox operabitur tanquam principium quo intrinſecum, non autem principale.

¶ Demum arguit auctoritatibus Ariſtotel. quarto phyſic. text. 85. & 86. dicit quòd graue, & leue ſunt actiua motus. Item Commentator tertio Cœli comment. vigeſimoſecundo dicit quòd lapis mouet ſe inquantum eſt grauis in actu, & mouetur inquantum eſt in potentia inferius: ergo.

Reſpondeo. Vult Ariſtotel. graue, & leue eſſe actiua motus tanquam quo, eodem ēt modo dixit ꝙ mouet ſe, licet impꝓprie dicatur motor.

*Concluſio II.* Angelus poteſt localitèr moueri à ſeipſo, & per accidens. Iſta poteſt probari ſic, illud quod poteſt eſſe ſucceſſiue in diuerſis locis diſtinctis per accidens, poſt moueri localitèr per accidens. Sed Angelus eſt huiuſmodi: ergo, maiorem, & minorem probat Sanct. Thom. prima parte quæſt. quinquageſimatertia, art. 1. & in 1. ſent. diſt. 37. q. 4. art. 1.

Sciendū primò, quòd eſſe in loco, vt in loco nō conuenit Angelo niſi per accidēs ratione ſ. aſſumpti corporis. Sed eſſe in loco, vt operās in operato conuenit Angelo per ſe, ſicut materia prima eſt in loco, vt pars, & punctum, ſicut terminus non autem ſicut locatur.

Sciendum ſecundò, quòd ex prædictis infertur, quòd licet Angelus moueatur localitèr ad ſenſum præexpoſitum, non tamen poteſt conce-

concedi propriè loquendo, quod moueatur ad vbi, ſeu ſecundum vbi: nec quod ſit vbicabilis: quia non eſt in loco circunſcriptiuè. Omnis autem res vbicabilis eſt circunſcriptibilis, & loco ſuo configurabilis, ſecundum ſuam ſuperficiem: vt patet ex diffinitione vbi, auctoris ſex principiorum. De quo dominus Albertus in commento ibidem, ex quibus patet ſecunda pars concluſionis.

Prima vero pars probatur. Quia, ipſum moueri eſt ipſum ſucceſſiuè circa corpus, vel locum operari: ſed ipſum eius operari ab ipſo angelo effectiuè procedit: ſicut à principio effectiuo proximo: licet procedat à Deo ſicut à principio primo. Igitur angelus eo modo, quo mouetur à ſeipſo mouetur, prima parte, quæſtione decimaoctaua, artic. 1.

Ex quo patet: quod angelus cum ſit viuens, poteſt ſeipſum mouere ad operationem immanentem & tranſeuntem: & ſic etiam Deus vt concedit, Sanct. Thom. eadem, quæſt. art. 3. ad primum.

Contra arguit Scotus & alij vt refert Greg. hic quæſt. 2. & quidam alij probantes, quod impoſſibile ſit angelum quacunque virtute moueri localiter, niſi ſolum per potentiam diuinam. Primò ſequeretur magnitudinem, motum & tempus componi ex indiuiſibilibus, contra demonſtrationem philoſophi. 6. phy. Tex. 1. ergo probatur conſequentia, quia ſi indiuiſibile vt angelus moueretur per ſe: indiuiſibilia in illo eſſent immediata.

Reſpondeo, negatur conſequentia. Ad probationem dicitur, quod duplex eſt indiuiſibile primum cui correſpondet neceſſariò locus ſiue indiuiſibile in ſpacio, quod ſi eſſet, non coexiſteret diuiſibili parti, aliud non. De primo intelligitur demonſtratio Ariſt. & ſi tale moueretur indiuiſibilia eſſent immediatè, angelus vero non eſt tale indiuiſibile: ſed coexiſtens diuiſibili ſpacio. Hæc eſt etiam reſponſio ipſius Gregorij & Sanct. Th. 1. parte, quæſt. 53. art. 1. ad primum.

Secundò. Sequeretur quod angelus in ſuo motu nullam haberet reſiſtentiam, & per conſequens nulla ibi eſſet ſucceſſio, cum omnis ſucceſſio ſit in motu propter reſiſtentiam, 4. phyſi. Tex. 70. & ibidem Commen. com. 3. ergo.

Reſpondeo, negatur conſequentia ſecunda. Quia agens liberum poteſt ſucceſſiuè mouere ſine reſiſtentia. Dictum ergo philoſophi eſt intelligendum de motu naturali, veruntamen non ſola nec tota cauſa ſucceſſionis in motu etiam merè naturali eſt reſiſtentia medij ad mobile, vt poſtea dicetur.

Tertiò. Sequeretur, quod angelus perfectior, & maioris virtutis, non poſſet ſe mouere velocius quàm angelus minoris virtutis: conſequens falſum, quia ſequeretur, quod virtus maior, & minor agunt actiones æquales inæquali tempore, quando agunt ſecundum vltimum ſui poſſe. Quod non eſt intelligibile, & contra Philoſophum, & Commen. 7. phyſic. Tex. 35. probatur conſequentia, quia neuter habet aliquam reſiſtentiam.

Reſpondeo. Relicta reſponſione Gregorij, quæ aduerſatur Sanct. Thom. dicitur concedendo conſequentiam, ſi ambo moueantur motu diſcreto, non tranſeundo per medium, & etiam motu continuo tranſeundo per mediũ, veruntamen neuter poteſt pertranſire in inſtanti quantumcunque ſpacium nec motu cõtinuo nec diſcreto, & hoc neque tranſeundo per medium, neque tranſeundo ſine medio, ſed tamen non eſt dare minimum tempus, in quo poſſit pertranſire, nec maximam velocitatem ſibi poſſibilem in mouendo ſe, & conſequenter nullus poteſt mouere ſeipſum ſumma velocitate ſibi poſſibili, vt argumentum ſupponit.

Sciendum quod Sanct. Thom. reputat Ariſt. ſufficienter demonſtraſſe in 7. phyſi. Tex. 2. & octauo tex. 27. quod nihil primo & per ſe mouetur à ſeipſo quacunque ſpecie motus, qui eſt actus imperfecti. Et cum motus angeli in loco non ſit actus imperfecti, ſed potius actus perfecti, ideo tali motu angelus mouet ſeipſum. Ille enim motus æquiuocè dicitur motus localis cum motu locali corporum, de quo demonſtrat Ariſtot. in phyſicis, & per hæc patet reſponſio ad tria argumenta facta ab alijs, procedunt enim de motu locali, qui eſt actus imperfecti, & propter indigentiam mobilis.

Contra quoddam incluſum in probatione concluſionis, quod illud quod propriè mouetur localiter, acquirat vbi, quod eſt quid diſtinctum ab ipſo loco, arguit Gregorius hic quæſt. 1. primo ſic. Si corpus ſic motum acquirit nouum vbi intelligendo per vbi aliquam rem ſibi formaliter inhærentem ſiue abſolutam, ſiue reſpectiuam, igitur per motum perdit aliquid vbi. Et ſi ſic, vel ergo mouetur ab aliquo vbi ad aliud vbi in tempore, vel in inſtanti, vel neutro modo: ergo. Non mouetur autem in tempore, quia ſi ſic ergo mouetur partibiliter & ſucceſſiuè, vel igitur ſecundum partes mobilis, vel ſecundum partes vbi: ſi ſecundum partes mobilis, ità quòd mobile prius ſecundum vnam partem mouetur ad vbi, quàm ſecũdum aliam, & quàm totum, quæro de alia parte mobilis. Quia ſequitur, quod ipſa quieſcet alia parte continui mota: quod eſt impoſſibile, aut quod habeat aliquam partem vbi, quam prius non habebat, quam habere non potuit, niſi

mi-

migrando de ſubiecto in ſubiectum, quod eſt impoſſibile naturaliter.

Si vero mouetur partibiliter ſecundum partes vbi, ita quod mouetur prius ab vna parte vbi, quàm ab alia. Quæro de illa alia parte vbi, in qua parte maneat ſubiectiuè per tempus, in quo mouetur ab alia, & ſequitur pariter vt prius quod parte continui mota quieſcat alia, aut quòd vbi tranſmigret de ſubiecto in ſubiectum.

Si detur tertium, puta quod totum mobile ſimul prius mouetur ab vna parte eſſentiali ipſius quàm ab alia. Contra, primò ſequitur, quod vbi ſuſcipiat magis & minus contra auctorem ſex principiorum: ſecundò ſequeretur, quod quælibet pars mobilis habeat aliquam eandem partem primi vbi, quam habuit prius, licet non omnem habeat: & per conſequens eſſet in eodem loco: & per conſequens, quod quælibet pars quieſcit: ergo mobile localiter motum non mouetur in tempore partibiliter ſiue ſucceſſiuè, de vno vbi in aliud.

Quod autem nec moueatur in inſtanti probando deducendo ad ſeptem inconuenientia, primum eſt ſequitur, quod ſit dare primum mutatum eſſe, quod nullum moueri præceſſit contra philoſophum 6.phyſ. tex.52. & 54. deducit autem hoc exemplo ſequelam. Sit primo corpus quieſcens in loco determinato, cuius vbi ſit a. & incipiat p. moueri continuè, ſi ergo p. in inſtanti mouetur ad a. ſit illud b. tunc ſic aut p. in inſtanti b. erit totum vbi prius erat, aut non, ſi ſic, ergo habet idem vbi a. in inſtanti, b. & per conſequens ſimul eſt mutatũ ab a. & non mutatum, ſi non: ergo eſt mutatum ad aliquid noui, ergo aut ad aliquod diuiſibile, vel indiuiſibile præciſè. Non primum, quia in motu continuo partis diuiſibilis prius acquiritur pars, & nulla tota ſimul acquiritur ex 6.phyſic. Tex.72. ſi ſecundum detur; ſequitur intentum.

Secundum inconueniens eſt, quia ſequitur quod tollatur motus continuus. Nam oportet dicere, quod ſemper mobile eſt totum in termino à quo, vel totum in termino ad quem.

Tertium inconueniens eſt, ſequitur quòd idem in eodem inſtanti ſit primo genitum, & corruptum, eſt & non eſt. Deducitur ſic in eodem inſtanti, p. eſt primo motum ad vbi c. & ipſum c. primo genitum, & in eodem inſtanti eſt, primo motum à c. & ipſum c. primo corruptum, ergo c. in eodem inſtanti primo genitum & corruptum, eſt & non eſt. Reliquorum inconuenientium ex his patebit ſolutio.

Reſpondeo primò, quòd mobile ſic motum localiter perdit nouum vbi, & acquirit aliud, & de vno vbi mouetur ad aliud.

Dicitur ſecundò, quòd mobile motu locali in tempore menſuratæ motum eius habet duplex vbi. Primum eſt vbi conſtitutum præciſè ex partibus ſimultaneis diſtinctis ſecundum diſtinctionem partium ipſius vbi, correſpondentibus diuerſis partibus loci ſui primi, & proprij & adæquati, & tale vbi eſt adæquatum mobili, quia correſpondet loco adæquato ipſius. Item tale vbi indiuiſibiliter perditur, & acquiritur, id eſt totum ſimul. Ratio eſt, quia tale vbi eſt reſpectus, vel habitudo corporis locati & partium eius ad locum. Reſpectus autem idem non manet, variato fundamento. Poteſt etiam dici tale vbi perdi in inſtanti; quia eſt dare vltimum inſtans ſui eſſe, & poteſt dici perdi in tempore, quia eſt dare primum inſtans ſui non eſſe, non autem primum inſtans ſui eſſe. Tale autem vbi habet mobile localiter motum motu recto in quolibet inſtanti temporis menſurantis motum eius, aliud & aliud totaliter diſtincta. Secundum vbi, quod habet mobile tale eſt conſtitutum ex partibus ſibi adinuicem ſuccedentibus cuius diuerſæ partes correſpondent diuerſis locis totalibus mobilis in toto motu Nec dico locis adæquatis mobili, quia ſicut mobile in qualibet parte temporis in loco maiori ſe non adæquato, ita habet vbi correſpondens maiori ſe. Et ſic non habet totum illud vbi ſimul; ſed prius vnam partem, & poſtea aliam. Hoc autem vbi ſe habet ad primum ſicut linea ad punctum, & ſicut terminatum ad terminatiuum. Item tale vbi, & quælibet pars eius acquiritur, & perditur in tempore, & tale vbi fluens eſt motus localis.

Dicitur tertiò reſpondendo obiectis, quod vbi ſucceſſiuum acquiritur, & perditur in tempore partibiliter, ſimultaneum in inſtanti. Ad primam improbationem, pro inſufficienti diuiſione arguit. Nam acquiritur, & perditur ſecundum partes ſibi ſuccedentes ſecundum prius, & poſterius, quarum quælibet informat totum mobile ſucceſſiuè, & quia hoc membrum non impugnatur ab eo; ideo adductas probationes non oportet diſſoluere, quia verum concludunt, ſed non contra nos.

Dicitur quartò. Ad probationes, quod nullum vbi acquiratur, aut perdatur totum ſimul, dicitur quòd procedunt ex falſa imaginatione, ſcilicet, quòd vbi ſimultaneum ſic perdatur in inſtanti, vel totum ſimul quaſi ſit dare primum inſtans ſui non eſſe, in quo mobile mutetur, & mutatum ſit ab illo. Nos autem non ſic imaginamur, ſed totum oppoſitum, ſcilicet quòd ſit dare vltimum inſtans eſſe talis reſpectus, & primum tempus ſui non eſſe.

¶ Nec hoc inconuenit in reſpectiuis, qui inci-

incipiunt, & deſinunt ac variantur tantum ad variationem, inceptionem vel deſitionem ſuorum abſolutorum, ſicut de duobus ſimilibus, quæ augentur vel minuunt, aucto vel minuto vno ſimili.

Ad ſecundum inconueniens negatur ſequela, quia continuitas in motu locali non attenditur penes talia vbi indiuiſibilia, ſecundum prius, & poſterius, ſed ſecundum diuiſionem loci vel ſpacij acquiſiti vel perditi.

Ad exemplum vero pro primo inconuenienti, dicitur quod, b. in inſtanti, b. perdit, a. vbi, ſuppoſito quod, b. inſtans ſit primum inſtans temporis menſurantis motum, & hoc accipiẽdo diuiſionem, & deſitionem per poſitionem de præſenti, & remotionem de futuro. Si autem talia exponantur econtra, ſcilicet per negationem de præſenti, & poſitionem de præterito: tale vbi perditur non inſtanti, b. ſed in tempore ſequenti modo dicto prius.

Dicitur quintò, quod in quolibet inſtanti temporis intrinſeco, mobile, p. perdit vnum vbi indiuiſibile, & acquirit aliud vbi diuiſibile. Ad inconueniens dicitur, quod in quolibet tali inſtanti verum eſt dicere, quod, p. mobile mutatur, & mutatum eſt diuerſimodè, exponendo vt dictum eſt. Magis tamen propriè dicitur, quod in inſtanti mutatur primum mobile ad vbi indiuiſibile, & mutatum eſt ad ipſum, ſed in tempore immediatè ſequenti mutatur, & mutatum eſt ad ipſum.

Dico vltimò ad vltimum inconueniens, quòd in talibus indiuiſibiliter durantibus non eſſe inconueniens generationem, & corruptionem immediatè ſibi ſuccedere: ſicut patet de mutatis eſſe, & de inſtantibus.

Secundò arguit, cœlum ſecundum philoſophum verè mouetur localiter, & tamen non acquirit vbi: ergo, antecedens eſt auctoris libri ſex principiorum, dicentis vltimam ſphæram non habere vbi.

Reſpondeo. Nos loquimur de motu locali corporis circumſcripti ab aliquo locante extrinſeco.

Tertiò arguit. Sequitur quòd localiter motum ſimul moueretur motibus diſtinctis, & quòd daretur aliud genus motuum prçter poſita à philoſopho: ergo. antecedens probatur. Nam mouetur, ſecundum locum, & ſecundum vbi, motus vero ad vbi non eſt motus, ſecundum locum, nec aliquod aliorum.

Reſpondeo. Licet mobile acquirat per motum locum, & vbi realiter diſtincta, non tamen acquirit duos terminos motus, quia vbi & locus ſunt vnus terminus completus motus, quia per vbi habetur locus, & eſt certus ordo inter ea: nec daret ei ſpeciem ſine alio, & ideo negatur prima conſequentia, negatur pariter ſecunda conſequentia quia locus pertinet ad prædicamentum vbi, non ſicut ſpecies, ſed ſicut proximum principium cõſtitutiuum eius, Sanct. Thom ſuper tertio phyſi. Lect. 4.

Arguit quoque, vbi non eſt res abſoluta neque reſpectiua: ergo non eſt prima pars antecedentis, patet, quia non ſubſtantia, &c. ſecunda probatur. Non enim eſt reſpectus loci ad locatum nec econtra. Nam ſi ſic, loci eſſet locus, item quia talis reſpectus eſt de genere relationis, vbi vero non eſt de prædicamento relationis.

Reſpondeo, negatur antecedens quò ad ſecundam partem. Ad probationem dicitur, quòd arguit ab inſufficienti diuiſione. Non enim vbi eſt reſpectus loci ad locatum, nec locati ad locum, nec vterque illorum, ſed eſt cõparatio fundata in circunſcriptione paſſiua locati ad locum circunſcribentem, de hoc eſt, Sanct. Thom. in tractatu de natura relationis.

Ad idem arguit, quæſtio facta per interrogatiua de prædicamento vbi, quæritur de loco. Idem enim eſt quærere vbi eſt Sortes, & in quo loco eſt Sortes, ſimiliter reſponſio eſt de loco: ergo vbi eſt locus, & econuerſò.

Reſpondeo, negatur conſequentia. Nam quia locus eſt notior, & ſenſibilior quàm vbi, & ſunt inſeparabilia, & vnum eſt de intellectu alterius, ideo de ambobus ſimul quæritur, & per ambo ſimul reſpondetur, non tamen ſequitur quòd ſint idem, ſed eſt fallacia conſequentis. Cum autem dicitur in ſchola, in foro: circumloquitur proprias differentias vel ſpecies, vel indiuidua ipſius vbi.

Item probat intentum auctoritatibus Commentatoris, 4. phy. com. 34. dicentis pluries, locum corporis locati eſſe vbi eius. Item Boetij in libro de trinitate dicentis, vbi vel de Deo vel de homine prædicari poteſt, quæ verba exponens Commentator ibidem dicit, vbi ideſt locus poteſt quidem prædicari, &c.

Reſpondeo. Mens Commenta. nunquam fuit, quòd locus eſſet vbi, ſed quod eſſet cauſa eius, vt patet quinto metaphy. com. 18. vbi dicit, quòd vbi eſt reſpectus.

Ad verba Boetij dicitur, quòd mens eius fuit vbi allegetur, quòd vbi non dicit aliquam entitatem abſolutam inhærentem illi, de quo dicitur ſine comparatione ad aliquid extrinſecum: eodem modo intelligendus eſt Commẽtator cum ibidem dicat, quòd in tali prædicatione forma inhærentium ſit, non tamen intelligitur inhærere.

Aduertendum, ſi quis vellet prædictam difficultatem de vbi euadere, poſſet dicere, quòd mobile localiter motum, nullam rem ſibi inhæren-

Digitized by Google

hærentem acquirit, ſed ſolum locum extrinſecum. Hoc enim dicit Sanct. Thom. 2. ſen. diſtinctione ſeptima, quæſtione tertia, articul. primo, ad tertium, item de potentia, quæſtione ſexta, artic. 3. item in prima parte, quæſtio. 9. articu. ſecundo. item, 4. ſen. diſt. 44. quæſtione ſecunda, artic. tertio, quæſtiun. 3. tamen quod dictum eſt probabilius videtur.

*Concluſio III.* Angelus eo modo, quo mouetur localiter, poteſt moueri de extremo ad extremum per medium ſi vult, & non per medium, ſi vult. Hanc ponit Sanct. Thom. prima parte, quæſtione quinquageſimatertia, articulo ſecundo, item in primo ſen. diſtinctione 37. quæſtione quarta, articul. ſecundo. Ratio eſt, omne quod ad libitum poteſt moueri de extremo ad extremum per motum continuum, & per motum non continuum, poteſt moueri pertranſeundo medium, & non pertranſeundo, ſed angelus eſt huiuſmodi: ergo.

Contra arguit corruptor veritatis, quod error ſit dicere, quòd poſſibile ſit angelum tranſire de extremo ad extremum, non tranſeundo per medium. Et primò quidem multiplici auctoritate. Prima eſt error condemnatus Pariſijs, quod angelus nuſquam ſit aliquãdo, quia Matth. 18. dicitur, angeli eorum, qui in cœlis ſunt.

¶ Secunda eſt Damaſceni, lib. 1 cap. 18. dicentis, ſolus Deus incircunſcriptibilis eſt.

¶ Tertia eſt Ariſtot. 2 cœli dicentis, omnes quidem conſentiunt in loco huius corporis primi motus, quod eſt locus ſpirituum.

¶ Quarta eſt Tullij in lib. de Tuſculanis quęſtioribus, loquentis de animabus miſerorum, ſi enim nuſquam ſunt: dum eos nuſquam pono, puto quidem non eſſe eos: ergo à ſimili de angelis.

¶ Quinta eſt Hieronymi in epiſtola ad Paulam de aſſumptione, b. virginis. Credendum eſt inquit militiam angelorum cum ſuis agminibus obuiam veniſſe beatæ virgini in ſua aſſumptione, etiam ipſum dominum noſtrum Ieſum Chriſtum. Obuiatio autem non eſt niſi in ſpacio medio.

¶ Sexta legitur de anima, B. Martini, quòd diabolus voluit eam detinere, ne ferreretur in cœlum, ſed hoc fieri nequiuiſſet, niſi pertranſiſſet medium.

¶ Septima eſt Officij commendationis mortuorum, ſplendidus angelorum chorus occurrat, & item ſubuenite ſancti Dei, occurrite angeli domini.

Reſpondeo. Ad primum negatur ſequela, angelus non tranſit medium in motu: ergo nũquam eſt aliquando, ſed ſic arguens fallitur, dum putat inter inſtans in quo angelus deſinit eſſe in priori loco, & inſtans quo incipit eſſe in vltimo loco cadere medium tempus de neceſſitate, ſicut inter duo loca cadit medium ſpacium. Hæc autem imaginatio falſa eſt.

Vtrum autem angelus poſſit eſſe nuſquam. Reſpondetur mirum eſſe primam partem vniuerſi, & nobiliſſimam dependere à loco, quæ eſt infima. Sed de hoc alias: auctoritas autem euangelij tantum concludit, quòd angeli non aliter in cœlis ſunt, quam Deus, quem conſtat ibi non eſſe per modum locati.

Ad dictum Damaſceni dicitur, quòd ſolum concludit, quòd angelus compræhenditur loco, quo ad hoc, quod non ſimul eſt in diuerſis locis, non autem quod de neceſſitate ſit in loco.

Ad dicta Ariſtot. dicitur, quod non ſunt ad propoſitum, quia ipſe vnam ſubſtantiam ſeparatam poſuit eſſe in loco, non niſi per modum quo operans eſt in operato, vel forma in materia, cum ipſe dicat. 4. phyſi. quod anima nuſquam eſt localiter.

Ad dicta Ciceronis dicitur, quod de eis parum curandum eſt. Tum quia conſequentia, quam facit, deriſibilis eſt. ſi hoc nuſquam eſt: igitur hoc non eſt, ſic patet, 4. phy. tex. 45. Tum quia alia conſequentia, quam facit, eſt contra fidem, ſcilicet miſeri non ſunt apud inferos localiter: ergo nuſquam ſunt. Quia dæmones ſunt miſeri, & non ſemper ſunt apud inferos: quia in hoc aere.

Ad dictum B. Hieronymi dicitur, quod non eſt ſimile de animabus ſanctorum, & angelis, & dato quod pari modo ſint in loco, & poſſint moueri localiter, dicitur quod alio modo eſt in motu earum, & in motu corporum, qui neceſſariò eſt continuus. Et ſi dicatur, ſi potuit, B. Virgi. ſine tranſitu medij peruenire ad thronum gloriæ, qua vtilitate tranſiſſet medium, dicitur vt aliqua ibi digna exercerentur, puta vt ibidem à filio honoraretur, & domina cœli, & terræ, & medij demonſtraretur, & propter multa alia, ſimiliter dicitur de anima, B. Martini, vt de hoſtibus ibidem degentibus triumpharet in medio, & ſimile eſt de animabus beatis aſcendentibus ad cœlum. Talium enim tranſitus, occurſus, & obuiatio volũtaria ſunt, & quandoque continua: quandoque non.

¶ Per hæc etiam patet reſponſio ad ſeptimum illius.

Octauò arguit. Sint duo extrema, a. d. ſit medium, b. c. Tranſeunte angelo: non eſt in a. nec in d. quia ibi quieſcit, neque nuſquam eſſe poteſt vt ait Augu. de immortalitate animæ: ergo tranſit per medium.

Reſpondeo, vt dicit Corruptor corruptoris, quòd innititur falſo, ſcilicet quòd inter inſtans.

ſtans, quo ponitur in vno extremo, & inſtans quo ponitur in alio requiratur neceſſariò tēpus medium. Hoc enim non requiritur, quando motus non eſt continuus.

Ad dictum Auguſtini dicitur, quòd debet ſic intelligi, quòd locus pertinet ad omnia entia, non tamen eodem modo, quædam enim loco continentur: quædam in loco operantur, ſi volunt: quædam ad omnia loca ſe extendunt, vt Deus.

Sciendum, quòd argumentum, petit dubiū, quod non ſoluit, vbi mouetur angelus, an in termino à quo an in termino ad quem, aut in medio.

Reſpondetur, quòd non mouetur neque in inſtanti termini à quo, neque in termino ad quem, neque in medio, ſed mouetur in toto tempore, quod conſtituitur ex primo, & vltimo inſtantibus, & non in aliqua eius parte, primo ſen. diſtinctione trigeſimaſeptima, quæſtione tertia, articulo ſecundo, ad ſecundum, item prima parte, quæſtione quinquageſimatertia, articu. ſecundo, ad tertium.

Vltimo arguit, angelus indiget loco, nam oppoſitum eſt condemnatum: ergo magis dum mouetur, quàm dum quieſcit, probatur conſequentia per id quod dicitur quarto phyſic. tex. 132. quòd non quæreretur locus, niſi motus eſſet aliquis, ſecundum locum.

Reſpondeo. Quoniam locus, & motus localis æquiuocè conueniunt corporibus, & angelis: angelus non indiget loco, ſed magis locus angelo, vt continente, dictum autem philoſophi nihil facit ad propoſitum, Sanct. Thom. ſexto quoli. articu. 3.

Contra eandem arguit Scotus in 2. diſtin. 2. quæſt. 9. primo. Nulla pars temporis poteſt tranſire à futuro in præteritum, niſi per tempus præſens. Sed ſimilis eſt ordo inter partes loci: ergo non poterit pertranſiri ab extremo in extremum, niſi per medium.

Reſpondeo. Negatur quòd ſit ſimilis ordo: quo conceſſo: magis noſtrum propoſitum conceditur. Nam ſicut Angelus poteſt alicubi operari in principio horæ, & in fine, non operando in medio, ita & tranſire de extremo ad extremum ſine medio. Vlterius dicitur, quod ſicut angelus non ſequitur leges temporis communis, ita nec leges loci corporalis.

Secundò arguit. Ordo præfixus à ſuperiori agente eſt neceſſarius cuilibet inferiori, quando præciſè circa talia ordinata operatur, vnde nullum agens creatum poteſt facere ſine vino acetum, propter ordinem inditum: ergo quando angelus mouetur per corpora ordinata à Deo, non poterit ſine tali ordine moueri.

Reſpondeo, negatur maior. Nam ea conceſſa, ſequeretur, quod intelligere non poſſet quatuor obiecta corporalia, niſi inciperet à primo, vt non poſſet intelligere Coloniam, & Pariſios, niſi intelligeret loca intermedia. Eſt autem vera in actionibus eſſentialiter adinuicem ordinatis, quales ſunt partes ſpacij adinuicem, Angelus vero talem ordinem eſſentialem non habet ad locum: propterea exemplū de aceto non ſufficit.

Sciendum, quod licet nulla diſtantia impediat intellectionem angeli, motum tamen impedit, quia operari non poteſt in diſtans, quamuis poſt motionem vnius poſſit mouere ſtatim quantumcunque diſtans à ſe mobile.

*Concluſio IIII.* Impoſſibile eſt, angelum moueri localiter in inſtanti Hanc ponit prima parte, quæſt. 53. artic. 3. item primo ſen. diſt. 37. quæſt. 4. artic. 3. Huius ratio eſt, in quocunque motu eſt aſſignare vltimum inſtans, quo mobile fuit in termino à quo, & primum inſtans in quo eſt in termino ad quem: talis motus eſt in tempore, & non in inſtanti. Sed in omni motu quo angelus dicitur moueri localiter eſt aſſignare vltimum inſtans, in quo eſt in priori loco, & primum inſtans, quo fuit in ſequenti loco, igitur quilibet motus, localis eius eſt ſucceſſiuus & in tempore.

Contra arguit Scot. in 2. diſtin. 2. quæſt. 8. Ratio non concludit, quia aſſumit quod quieſcens in toto aliquo tempore, in vltimo inſtanti eius ſit ſub eadem forma. Nam ſequitur primò, quod in vltimo inſtanti conſeruationis ſit ibi forma panis, ſecundò, quod in vltimo inſtanti illuminationis à ſole ſint tenebræ.

Si dicatur quod illuminatio eſt terminus motus localis ſolis.

Contra. Ponatur ſol creatus de nouo, medio exiſtente tenebroſo.

Reſpondeo, quod aliud eſt quieſcere, aliud eſſe ſub forma, vnde ad primam ſequelam reſpondebitur in ſequentibus. Ad ſecundam dicitur, quod nihil quieſcit ſub tenebra, licet poſſit eſſe ſub tenebra, quia aer continuè mouetur ad lucem, inquantum ei aufertur impedimentum per ablationem diſtantiæ ſolis.

Ad caſum ſimiliter dicitur, quod poſita creatione ſolis in medio tenebroſo, per totum tempus præcedens aer quodammodo moueretur à tenebra ad lucem per ablationem termini à quo, & appropinquationem termini ad quem, accipiendo largè motum pro ſublatione omnis indiſpoſitionis repugnantis termino inducendo, potiſſimè, quia aer habet ordinem ad tempus, & ad motum cœli.

Tertiò arguit, Si angelus quieſcens in tempore, in vltimo quoque inſtanti eius erit imLll muta-

Digitized by Google

mutatus in eodem, vbi igitur nunquam mutatur nec in tempore continuo nec diſcreto, probatur conſequentia: quia accipio aliquam partem, in qua quieſcit, & per conſequens in vltimo illius temporis non eſt mutatus. Si etiã in inſtanti temporis diſcreti moueatur localiter, aut illud inſtans eſt immediatum noſtro inſtanti terminanti tempus quietis, aut mediatum. Si mediatum, igitur inter inſtans noſtrũ, in quo fuit angelus mutatus, & angeli datur tempus medium, in quo quieſcit angelus: ergo in illo quieuit: ergo in inſtanti in quo ponebatur moueri, non mutatur. Si autem inſtans eſt immediatum, quæro quid ei reſpondeat in noſtro tempore ſi inſtans: ergo in noſtro tempore inſtans erit inſtanti immediatum, & ſic tempus diſcretum. Si tempus ergo in illo non mutatur angelus inſtantaneè, quia illud inſtans coexiſtit temporis noſtri parti, in qua vel cum qua poteſt continuè moueri.

Reſpondeo, negatur principalis conſequentia. Ad probationem dicitur, quod inſtans quo angelus fuit vltimo in loco præcedenti, & inſtans quo incipit eſſe in loco ſequenti ſunt immediata, loquendo de inſtantibus temporis diſcreti quo menſuratur motus eius diſcretus. Vlterius, quod illorum duorum inſtantium primo correſpondet inſtans temporis noſtri, quo ad ſimul deſinere, licet non fortè quo ad ſimul incipere, vel durare.

Secundum vero inſtans temporis angelici ſine medio ſequitur inſtans temporis noſtri ſicut & ſui. Et cum quæritur quid ei correſpondet in tempore noſtro: dico quòd tempus & non aliquod inſtans adæquatum: & tunc negatur conſequentia facta ad huius improbationem: licet enim tale inſtans correſpondeat vni parti temporis: tamen non habet in ſe prius & poſt, ideo in illo angelus non poteſt moueri ſicut poſſet in parte temporis ſibi correſpondente. Vnde argumentum fallitur, dum putat quòd angelus in ſecundo inſtanti ſui temporis moueatur. Non enim dicimus, quòd moueatur in primo vel in ſecundo inſtanti: ſed in toto tempore diſcreto compoſito ex duobus inſtantibus.

Contra eandem concluſionem arguit Gregorius hic, quæſt. 3. Angelus ſecundum tuam opinionem deſerit ſimul totum locum à quo diſcedit, ſit ergo locus à quo a. ad quem, b. inſtans deſeritionis, c. in inſtanti itaque, c. aut angelus eſt in a, vel in b, ſi in a, ergo in inſtanti c, totum non deſerit ſimul, ſi in b, igitur in inſtanti c, mutatur ex a, in b, ſicut materia prima ſimul vnam totam formam deſerit, & aliam acquirit.

Reſpondeo. Dicitur quòd in caſu argumenti angelus in inſtanti, c. eſt in b. Nec valet conſequentia: igitur in inſtanti mutatur ex, a, in b. ſed ſolum ſequitur, quòd in inſtanti, c. mutatum eſt ex a, in b. Motus enim & mutatio ex a, in b. non eſt in aliquo inſtanti: ſed in duobus inſtantibus conſtituentibus vnum tempus diſcretum. Et ſimiliter motus eius componitur ex mutatis eſſe: quorum quodlibet eſt pars motus: nullum tamen eſt motus vel mutatio.

Secundo arguit. Eſto quòd motus angeli non dependeat ex motu cœli: tamen ei coexiſtit vt verè dici poſſit: quòd dum ſol mouetur à tali loco, ad talem locum: quòd angelus cõtinuè moueatur: quicquid igitur ſit de tempore angelico, accipio tempus, in quo ſol mouebatur angelo quieſcente in a. & totum tempus in quo ſol pariter mouebatur, angelo exiſtente in b. Copulentur autem duo iſta tempora in inſtanti: cum non habeant tempus & ſit, c. tunc arguitur ſic. Aut angelus in c. eſt in a. tantum: aut in b. tantum: aut in vtroque: aut in neutro. Non tertium aut quartum, vt patet nec primum. Nam ſi eſt in a. in c. non eſt mutatus ex, a, & quia ſecundum te datur primum inſtans in quo eſt, b. Si tali inſtanti correſpondet in tempore communi, c. ſequitur, quòd ſit mutatus ad b. quando non eſt ab a. in b. contra poſitum. Si vero correſpondet ei aliquod inſtans ſequens, c. igitur in tempore medio erit in a. & conſequenter tempus quo erat in a, non erat præcisè illud quod præcedit c. contra poſitum: ergo relinquitur quod ſit in b. ergo, in c. eſt in b. & in toto tempore præcedente erat in a. ergo in inſtanti eſt mutatus. Cum autem communiter quæritur, vtrum angelus de loco ad locũ mutari poſſit in inſtanti: ſermo eſt de inſtanti temporis noſtri. Reſpondere autem de alio inſtanti non eſt ad communem intentionem.

Reſpondeo, & dico quòd angelus & eius motus coexiſtunt motui cœli: prout in æternitate communi eorum menſuræ includuntur: Menſura autem propria & adæquata motus angelici diſcreti nullo modo proportionabilis eſt menſuræ propriæ motus cœli: cum ſint alterius & alterius rationis: ideo non poteſt propriè dici quod dum ſol eſt in tali ſitu & quòd ſol mouebatur à tali loco quòd angelus ſimiliter ſe habeat, Sanct. Thom. primo ſent. diſtinct. decimanona, quæſt. ſecunda articul. 2. ad primum, item diſtinct. 37. quæſt. 4. artic. tertio. Ex quibus patet, quòd vnus non eorum eſt menſurabilis alterius menſura, licet vnus alterum concomitetur.

¶ Dico ſecundò, quòd licet inſtans angelicum ſit omnino indiuiſibile: poteſt tamen correſpondere vnico inſtanti noſtri temporis vel vni totali tempori & cuilibet inſtanti

eius

Digitized by Google

eius primo ſcilicet, & vltimo, & medijs, vel vni tempori totali præter primum inſtans eius.

¶ Dico tertiò ad argumentum. In caſu argumenti Angelus erit in primo loco in aliquo inſtanti correſpondente tempori præcedenti c. & etiam in c. erit autem in ſecũdo loco in alio in alio ſuo inſtanti correſpõdenti tempori noſtro ſequenti c. & ideò ſicut inter inſtans c. & tempus ſequens non eſt dare medium, ſic nec inter duo inſtantia temporis Angelici. Non enim ſecundum inſtans Angelicum alicui inſtanti temporis noſtri coexiſtet. Sicut iſte imaginatur, ſicut in ſuo ſimili dicit arguens, quod poſt præſens inſtans poteſt ſubito cauſari aliqua volitio, & tamen non cauſabitur in aliquo inſtanti primo.

Sciendum ex Sanct. Thom. nono quolibet. articul. nono, & primo ſentent. diſtinctione trigeſimaſeptima, quæſtione quarta, artic. tertio, quod impoſſibile eſt Angelum moueri de a. in b. ſic quod in inſtanti ſit in b. & in tempore præcedenti illud inſtans ſit in a. ſed oportet dare vltimum inſtans in quo quieuit in a. & cum hoc non poſſit eſſe in tempore continuo, oportet quod fiat in tempore diſcreto.

Item arguit Gregorius vbi ſupra, quod in omni quiete non ſit dare vltimum inſtans in quo quieuit in termino à quo. Nam ſequitur quod in tranſmutatione ſubſtantiali ſit dare vltimum inſtans formæ à qua tranſmutatur. Aut igitur in eodem inſtanti eſt ſub forma ad quã, & patet quod non, aut in altero ſequenti, & cum inſtans non ſequatur inſtans ſine medio, erit tempus in quo materia vtraque forma ſubſtantiali carebit.

Item ſequitur, quod erit dare vltimum inſtans rei permanentis, poſt quod nihil erit eis, contra Philoſophum 8. phyſic. text. 6.

Reſpondeo argumentum primum falſum ſupponit ſcilicet quod materia quieſcat ſub prima forma, immò propter alterationem præcedentem continuè mutatur à præcedenti forma ad ſecundam, & vna erat in fieri, alia in corrũpi, licet in vltimo inſtanti illius, vna ſcilicet præcedens ſit primo corrupta, & ſequens ſit primo producta Sanct. Thom. in primo diſtinctione 37. quæſt. 4.

Ad aliud negatur pari ratione conſequẽtia, materia enim non quieſcit in toto tempore præcedenti generationem, & per conſequens non eſt neceſſe, quod ſit in vltimo inſtanti illius temporis ſub illa.

Contra rationem Sancti Thomæ, ſic idem arguit Gregorius vbi ſupra. In hac ratione aſſumitur falſum, ſcilicet quod ſit dare vltimũ inſtans quietis in quo mobile, ità ſe habet, vt prius. Hoc enim eſt verum tantum de inſtanti de quo verè dicitur, quòd quieſcit, & non eſt verũ de inſtanti in quo verum eſt dicere, quod deſinit quieſcere remotione de præſenti, & poſitione de futuro, & illud inſtans terminat tale tempus. Nam ſecundum te ita eſt de ratione motus, quod motum alitèr ſe habeat quàm prius ſicut de ratione quietis, quod ſimilitèr ſe habeat. Sed non in quolibet inſtanti motus ſe habet mobile aliterquàm prius, vt patet de primo. Alitèr .n. daretur principiũ mutatũ eſſe, & ſi in illo inſtãti ſe haberet, alitèr quã prius, cum illud inſtans ſit terminus tẽporis menſurantis quietem præcedentem, & quando poſt quietẽ mouetur aliquid motu continuo, in illo habet vltimo quietum eſſe, & per conſequens non ſe habet, alitèr quàm prius ſequitur: ergo, quod in eodem inſtanti, alitèr ſe habet, quàm prius, & non ſe habet aliter, quæ duo contradicunt.

Reſpondeo, negatur antecedens. Eſt enim illud aſſumptum præciſe verum, quoniam omne quod quieſcit in aliquo tempore, primo ſe habet in eadem diſpoſitione in quolibet inſtãti illius temporis. Eſt enim hæc propoſitio de inſtantibus intrinſecis menſurantis motum, ſiue continuantibus, ſiue terminantibus illud, ſic enim vocamus hic inſtantia intrinſeca, quare non valet gloſſa èius.

Ad replicam de ſimilitudine motus ad alitèr ſe habere, dicitur quod non valet, quia non eſt mens Sancti Thomæ, quod mobile in quolibet inſtanti temporis menſurantis motum ſe habeat alitèr quam prius ſcilicet ante tempus menſurans motum, ſed quod ſe habeat in alia, & alia diſpoſitione, ad hunc ſenſum quia non eſt accipere duo inſtantia in tempore menſurante motum in quibus mobile eodem modo ſe habeat, & pari ratione in omni inſtanti quietis, mobilie ſemper eſt in eadem diſpoſitione. Et ſic intellecta propoſitio eſt vera, & per ſe manifeſta. Defectus ergo in argumento eſt, quia comparat inſtans temporis menſurantis motum ad inſtantia extrinſeca, cum nos loquamur ſolum de intrinſecis.

Arguit idem contra concluſionem directè, ſic graue deſcendens per vacuum deſcenderet in inſtanti: ergo Angelus poteſt moueri in inſtanti, antecedens habetur ex 4. phyſic. capit. de vacuo, & Commentator comment. ſeptuageſimoprimo, conſequentia probatur, quia ibi nulla eſt reſiſtentia, ſimilitèr Angelo nullũ corpus reſiſtit.

Reſpondeo, negatur antecedens. Non enim poſſibile eſt quacunque virtute aliquod corpus moueri per vacuum, nec per plenum in inſtanti, Sanctus Thomas 4. diſt. 44. quæſt. 2. artic. 3. quæſt. 3. ad 2.



Digitized by Google

Sed contra arguit, tota cauſa huius poteſt eſſe duplex reſiſtentia, vna medij ad mobile eſt diſtinctum à motore. Prima eſt in modo corporum ſimpliciũ, & in Angelis inuenitur propter corpus aſſumptum. Secunda eſt in motu corporum cœleſtium, & eſſet in motu animalium per medium plenum.

Contra hanc reſponſionem arguit. Sequeretur enim primò, quod Deus nil poſſet mutare in inſtanti, cum ſemper eſſet diſtinctus ab eo quod mutaret.

Secundò ſequeretur, quod quodlibet corpus æqualitèr reſiſteret omnibus Angelis, quando moueretur ab eis. Ad quod multa ſequeretur inconuenientia: vt puta, quod nullus Angelus poſſe mouere idem corpus per idem ſpacium in minori tempore.

Tertiò ſequeretur, quòd animal deſcendens per vacuum non deſcenderet in inſtanti.

Quartò ſequeretur, quòd pariter eſſet in alijs motibus, & per conſequens ſequeretur, quòd nullum alteratiuum poſſet alterabile quantũcumque diſpoſitum à ſe diſtinctum alterare in inſtanti, quod eſt contra te de illuminatione medij, &c.

Reſpondeo, Sanctus Thomas in nono quolibet. dicit quòd non reperitur tempus in motu Angeli propter diſtantiam ſpacij, ſed propter incontingentiam terminorum, quia ſcilicèt non contingit Angelum eſſe in duobus locis ſimul.

Ad primam ſequelam dicitur, quòd diuina omnipotentia non ſe extendit ad implicantia contradictionem. Vnde impoſſibile eſt, quòd corpus quacunque virtute poſſit moueri in inſtanti, & de hoc Sanctus Thomas in 4. vbi ſupra ad tertium. Per Dei tamen potentiam non apparet impoſſibile, quòd Angelus poſſit moueri in inſtanti, non tamen ſitualiter.

Ad ſecundam dicitur, quòd reſiſtentia mobilis ad motorem non conſurgit præciſè ex diſtinctione vnius ab alio, ſed potius ex oppoſitione diſpoſitionis, quam habet mobile de præſenti ad diſpoſitionem inducendam in futuro. Contingit autem illam eſſe maiorem, vel minorem, ideò negantur ambæ conſequentiæ.

Ad tertiam dictum eſt, quòd nulla virtute corpus poteſt moueri in inſtanti niſi perderet ſuam corporeitatem. Deus enim poſſet transferre ſubſtantiam illam, incorpoream factam de termino ad terminum in inſtanti, ſed non per motum propriè dictum, ſed alijs modis.

Ad quartam dicitur, quòd ſucceſſio non ſolum eſt propter diſtinctionem mobilis, & motoris, ſed etiam propter incompoſſibilitatem termini à quo ad terminum ad quem. Conceditur tamen quòd aliqua alteratio fiat in inſtanti, quia eſt terminus extrinſecus localis, ſed hoc locum non habet in motu Angeli.

Conceditur verò, quòd motus Angeli impropriè poſſit eſſe in inſtanti, ſi vnus ſubitus contactus virtutis eius ad locum, vel locatum diceretur motus, vel mutatio. Et multo plus diceretur motus, impropriè loquendo de motu Angeli in corpore aſſumpto.

Sciendum, quòd nec per vacuum, nec per medium glorificatum corpus graue, vel corpora glorificata mouebuntur in inſtanti, Sanctus Thomas vbi ſuprà. Et cum adducitur ad hoc ratio per dictum Auguſtini dicentis in quæſtione de reſurrectione Domini, quod corpus glorioſum vtraque interualla pari celeritate contingit, vt radius ſolis, reſpondet Sanctus Thomas ibidem ad quartum, quod celeritas in verbis Auguſtini ibidem intelligenda eſt quantum ad hoc quod eſt imperceptibilis exceſſus vnius reſpectu alterius, ſicut & tempus totius motus eſt imperceptibile.

Vltimò, contra probationem concluſionis arguit corruptor veritatis probando, quod ibi aſſumatur falſum cum dicitur, quod nõ eſt poſſibile, quod aliquid in toto tempore præcedenti quieſcat in vno termino, & poſtea in vltimo inſtanti illius temporis ſit in alio termino. Hoc enim falſum eſt in Sacramento Altari. Nam eſt dare primum inſtans, in quo fuit Corpus Chriſti ſub forma panis, & in toto tempore præcedenti fuit ſibi ſubſtantia panis.

Reſpondeo, etiam ſecundum ipſum corruptorem, quòd Sanctus Thomas nõ dicit, quod impoſſibile ſit, vt aliquid ſit ſub forma, &c. ſed impoſſibile eſt, vt aliquid quieſcat in aliquo tempore toto in vno termino, & in vltimo illius ſit in alio termino. Aliud enim quieſcere de cuius ratione eſt vniformitas atque aliud eſſe. Vnde conceditur, quod materia manet ſub forma panis ante inſtans tranſubſtantiationis, & in vltimo eſt ſub alia. Neque tamen ibi quieſcebat, & licet has tranſmutationes in inſtanti Deus operari poſſit, non tamen debet dici, quod materia, vel res tranſmutata ſub priori forma quieſceret.

Hæc corruptor, & benè, niſi quod videtur cõcedere, quod materia quæ prius fuit ſub forma panis, poſtea eſt ſub forma corporis Chriſti, quod eſt falſum. Quomodo autem in tali trãſſubſtatiatione fieri præcedat factum eſſe, vide 4. ſent. diſtinct. 11. quæſt. 1. artic. 3. quæſt. 2. ad 2. 3. & 4. item 3. parte. quæſt. 75. art. 7.

*In hac ſexta diſt. 2. Sent. & unica quæſtione ſequenti confutantur hereſes dãnatæ, vt in noſtro Cõment. in text. Magiſtri, & confutantur etiam here-*

Digitized by Google

*Additioque eſt ſolutio argumentorum recentiorum per M. Mauritium de Gregorio.*

*hæreſes, quæ ſunt in Abecedario, & in Ethimologijs hæreſum, & confutantur ſimilitèr Idolatriæ, vt in Abecedario Idolorum in principio vide ibi lit. A. L. & M. ac ēt cõſutātur falſæ Theologiæ Fænicū, Egyptiorū, Græcorum, Atlanticorum, Frigiorum, Gentium, &c. ab Euſebio in primo, ſecundo, tertio, & quarto lib. de præparatione Euangelica contra Theologiam fabuloſam Poetarum antiquorum.*

*Loca ſoluentia argumēta aduerſariorum Magiſtri Mauritii vltra commentaria textuū loca contra hæreſes, &c.*

*Ex cõcluſionibus, probationibus, & ſolutionibus argumētorū Capræoli ſoluūtur argumenta Vulpes, & aliorum recentiorum facile, vt facit Ariſtot. ad argumenta Antiquorum quod veritatis cognitio dubiorum eſt ſolutio, & cum Cardinali Bellarmino dicente in libro de Scriptoribus Eccleſiaſticis de Ioanne Capræolo, quòd Io. Capreolus ſit defenſor Egregius Sancti Thomæ, & optimè diſſoluit omnia argumenta aduerſariorum: dicunt verba formalia Bellarmini, ergò ſi optimè diſſoluit per Bellarminum ſunt ſoluta argumenta cum his doctrinis hìc? Sicut ſoluit Ariſtotelis cõtra antiquos dicendo in 3. de Cælo, & in 3. Met. veritatis cognitio, dubiorū eſt reſolutio.*

*Reſpondetur ſecundo cum Cardinali Sarnano Franciſcano doctiſſimo, cum quadrageſima octaua cõcordantia, & ſimilitèr cum quadrageſimaſeptima concordantia Bonæherbæ.*

*Reſpondetur tertiò cū Petro de Bergamo, & Bartholomæo Spina dicētibus in tabula S. Thomæ, quod qui ſcit totam Logicam S. Thomæ, Philoſophiā etiam moralem, totam Metaphyſicam S. Thomæ, & totam eiuſdem Theologiam, nullum poteſt facere argumētum contra Sanctum Thomā, & ideo ſubdit, quod iſti recentiores ſtudent tantummodò articulo, ſuper quem componunt, & non habent in mente omnia opera Sancti Thomæ loquentis præſuppoſitiuè, præſupponendo omnia ſupradicta, & dicendo: qua propter prærumpunt in verba in tātum Magnum Doctorem nullo modo applicāda, quòd Sanctus Thomas contradicat ſibi ipſi, & ideò Cardinal. Sarnanus, quia ſciebat totum Sanctum Thomàm concordauit ſimilitèr, ēt Ioann. Capreolus ſoluit argumenta aduerſariorum, cum locis Sancti Thomæ quia totum in mente habebat Sanctum Thomam, & ideo Bellar. dicebat bene omnia ſoluere Capreolum.*

*Argumenta verò Vaſquez, Valentiæ, Molinæ, Suarez, &c. quia colliguntur, & ſoluuntur, clarè, diſtinctè, & breuitèr à Ripa, à Nazario, à Conſales, à Nauarretto, à Zenardo, & præcipuè à Montagnolo, in prima parte D. Thom. quæſt. 55. de motu locali Angelorum.*

*Vide noſtram expoſitionem Petri Lombardi aperientem mentem huius materiæ, vt in folio 71. hic, & infra pro 3. reſponſione Vulpes. Ac etiam vide 1. 2. & 3. folium pro reſpontione ad quartum, quintum, & ſextum argumentum eiuſdem Vulpes.*

*Loca Sacræ Scriptræ hic, & infra à Salmerone, Emanuel Sa, à Toleto, à Prierio, Vegha, à Poſſeuino, à Salian, Torello in Annalibus à creatione Mūdi quæ videntur repugnare aliquo modo Thomiſtis, quia ſunt concordata à nobis in fine noſtræ expoſitionis totius Bibliæ, & in Anatomia Bibliæ impræſſa ideò vide ea illic.*

## DISTINCTIO VII.

*Quæſtio. 1.*

CIRCA Diſtinctionem ſeptimā quæritur, vtrum volūtas Dæmonis ſit obſtinata in malo.

Pro quæſtione ponitur prima concluſio. Angelus beatus peccare non poteſt, nec malè velle. Hanc probat prima parte, quæſt. 62. artic. 8. & de verit. quæſt. 24. articu. 8. Ratio eſt. Nulla mens ab omni errore remota, & in conſideratione circa volibilia

Digitized by Google

bilia, & agibilia purgata, & ipſi eſſentiæ bonitatis tanquam rationi agibilium inſeparabiliter coniuncta poteſt ſtanti tali diſpoſitione peccare, ſed mentes beatorum Angelorum ſunt huiuſmodi: ergo.

Eandem probat in 2. diſtinctione. 7. quæſt. 1. artic. primo, vbi aſſignat cauſam confirmationis beatorum duplicem. Prima eſt perfecta illuſtratio intellectus de agibilibus per lumen gloriæ, vel beatificam viſionem. Secunda eſt perfecta adhæſio voluntatis circa finem vltimum per beatificam fruitionem. Et vtramque horum reſoluit ad hoc principium, quod vbi potentia intellectiua, vel volitiua perfectè cõpletur, per actum ſuum tollitur defectibilitas, & peccabilitas.

Item in ſecunda ſecundæ quæſt. 24. artic. 11. probat, quòd mens beata nullo modo poſſit peccare arguendo ſic, in illo ſtatu mens nullo modo poteſt peccare, in quo actu ſemper fertur in Deum videndo, & amando ſuper omnia, & in quo defectus iudicij cadere non poteſt. Sed talis eſt ſtatus mentis beatæ: ergo.

Contra fundamentum concluſionis, ſcilicet, quod ſola viſio clara Diuinæ eſſentiæ reddit videntem impeccabilem arguit Adam in 1. ſent. diſtinct. 1. quæſtion. prima, voluntas clare videntis Deum poteſt ipſum non diligere, ergo odire, & ſic peccare, antecedens probatur. Conſtat enim teſtimonijs Sanctorum, & experientijs Martyrum, & Confeſſorum, voluntatẽ eſſe liberam mediante iudicio deliberatiuo reſpectu cuiuslibet obiecti alterius à Deo: ergo etiam reſpectu Dei clarè viſi.

Reſpondeo, dico primò. Adam vnica præuia diſtinctione reſpondere huic, & ſequẽtibus obiectis. Diſtinctio eſt, duplex eſt fruitio, vel dilectio Dei clarè viſi. Prima eſt naturalitèr elicita ſequens ſimplicem Dei viſionem. Secunda eſt liberè elicita ſequens apprehenſionẽ deliberatiuam compoſitiuam, & diuiſiuam, prima non eſt in poteſtate beati, ſecunda ſic: deinde ſuo modo reſpondet obiectis.

¶ Dico ſecundò, Adam in ſuis reſponſis, in nonnullis eſſe conformem dictis Sancti Thomę: primo namque concedit Sanctus Thomas quod aliquis eſt actus voluntatis naturalis, & aliquis electiuus, vt habetur in 3. parte quæſt. 18. artic. 3. & in prima parte, quæſt 83. articul. 4. & 3. ſentent. diſtinct. 17. quæſt. 1. Ex quibus locis habetur, quod voluntas, vt natura eſt reſpectu finis, & vt ratio eſt reſpectu eorum quæ ſunt ad finem. Nec obſtat, quod in tertio dicat, quod voluntas, vt natura eſt non ſolum de fine, ſed etiam de his, quæ ſunt ad finem. Nã in ſumma accipit finem largè, in ſcripto magis ſtrictè. Ex quibus deducitur, quod reſpectu vnius, & eiuſdem poteſt voluntas habere dilectionem electiuam, & odium naturale.

¶ An verò hæc diſtinctio actuum voluntatis locum habeat reſpectu Dei clarè viſi ſecundum Sanctum Thomam. Reſpondeo, quod ſic vt habetur prima parte, quæſt. 62. artic. 7. & in 4. ſentent. diſtinct. 49. quæſt. 1. arti. 3. quæſt. 3. ſecundum quem ſenſum poteſt ſuſtineri dictũ Sanctum Thomam de verit. quæſt. 22. artic. 6. quod voluntas in quolibet ſtatu naturæ, & reſpectu cuiuslibet obiecti poteſt habere velle, & nolle. Addendæ vero ſunt duæ gloſſæ, prima quia poteſt ſuſpendere aliquem actum, non autem omnem. Secunda eſt, quia voluntas pro quocunque ſtatu poteſt ſuſpendere actum, dũ tamen hoc quod eſt ſuſpendere actum poſſit ſibi per intellectum proponi ſub ratione boni.

¶ Dico tertiò, multa affirmare Adam quæ Sanctus Thomas negaret. Primum eſt, quòd aliquod particulare obiectum finitum, & ſub particulari ratione apprehẽſum, & non ſub ratione vltimi finis, nec ſub ratione neceſſariò, & euidenter requiſiti ad vltimum finem poſſit neceſſitate voluntatem viatoris ad ſui dilectionem, aut quod aliquod particulare ens non apprehenſum ſub ratione miſeriæ, aut alicuius cõditionis oppoſitæ incompoſſibilis vltimo fini poſſit neceſſitare voluntatem viatoris ad ſui odium, ſic intelligendo, quod voluntas neceſſitetur elicere dilectionem, vel odium circa talia, vel continuare dilectionem, vel odium circa prius elicita.

¶ Secundum eſt, clarè Deum videns poteſt odire Deum, ſtante illa clara viſione Diuinæ eſſentiæ, qualis promittitur ſanctis poſt hanc vitam.

¶ Tertium eſt, clarè videns Deũ poteſt motu proprio velle carere illa viſione de per ſe ad experiendum libertatem eius. Non nego tamen, quin clarè videns Deum de per accidens, & alieno motu poſſet ad tempus velle carere Diuina viſione, & fruitione, puta ad præceptum Dei.

¶ Dico quartò reſpondendo obiecto, ſecus eſt de alijs obiectis, & ſecus eſt de Deo clarè viſo, quia Deus clarè viſus habet neceſſariam connexionem cum vltimo fine naturalitèr, & neceſſariò volito à voluntate. Negatur quoque conſequentia.

Secũdò arguit Magiſter Paulus Sõcinnas ſic: Deus poteſt dare alicui fruitionem, & certificare eum qui poſt horam carebit ea: ergo talis poteſt velle carere, antecedens patet, quia non implicat, conſequentia patet, quia non eſt impoſſibile conformare ſe Deo in volito, alioquin videns Deum peccaret, non volendo, quod Deus vult.

Reſ-

Digitized by Google

¶ Reſpondeo. negatur conſequentia de delectatione naturali, ſed loquendo de electiua dicitur, quod in caſu, ſi poſſibilis eſt talis videns Deum, poſſet cum Dei auxilio ſpeciali, & non aliter velle carere ad tempus diuina fruitione de per accidens, ita quòd Deus qui daret præceptum, conferret etiam auxilium ad hoc volendum.

Vel vt ſupra dictum eſt, vellet alieno motu, & non proprio ea carere. De dilectione autem naturali non præciperet, quia Deus non poſſet præcipere videnti, quod conaretur vel ageret contra inclinationem naturalem, quam ipſe dedit. Poſſet tamen velle ſuſpendere eam, ſi poſſet.

Contra hanc reſponſionem arguit ſic. Talis fruitur Deo, & per reſponſionem in caſu non vult frui, ergo inuitus fruitur.

Reſpondeo, ſi loquamur de amore, licet neceſſario ſponte tamen, ſecundum conuenientiam naturæ ſuæ fert ſe in Deum clarè viſum: negatur conſequentia. Si vero loquamur de illo eodem vt operatur ad electionem qua eligit non habere ad horam conceditur totum, nec eſt inconueniens.

Tertiò. aliquis poteſt liberè velle miſeriam: ergo talis vult non eſſe beatus: conſequentia patet, antecedens probatur. Poſito quod Deus daret operationem diabolo an vellet annihilari, an eſſe. Si prout nunc eſt, ipſe eligeret ſemper eſſe vt nunc eſt, vt dicit Auguſt. tertio de lib. arbitrio, ſed eſt miſer: ergo.

Reſpondeo, negatur antecedens: quia habita notitia experimentali illius pœnæ cum firma credulitate, quod in æternum durabit, ipſa neceſſariò oditur. Ad probationem dico, quod & non eſſe, & miſeriam odiret, & nollet de per ſe, poſſet tamen velle per accidens.

¶ Dico præterea quod argumentum non eſt ad propoſitum, quia loquitur de his, qui clarè vident Deum.

Pro intellectu omnium prædictorum ſciendum, quod actus voluntatis poteſt dici naturalis dupliciter. Primò propriè, quia voluntas habet naturalem inclinationem ad talem actũ, & ad obiectum actus, & ad modum actus. Et hoc modo dilectio, finis eſt naturalis, & eorum quæ ſunt neceſſaria ad finem; vt euidenter proponuntur. Secundò minus propriè, quia. ſ. licèt voluntas non inclinet naturaliter ad talem actum, nec ad obiectum actus, tamen modus tendendi in actum eſt naturalis, vel conſimilis modo quo natura tendit in actum ſuum, quia ſcilicet ſine deliberatione, & ſic voluntas habet aliquos, actus naturales reſpectu aliquorum obiectorum, quorum nullus eſt finis, nec neceſſariò connexum fini, nec verè, nec apparenter. Primi actus ſunt neceſſarij ſimpliciter & quò ad ſpecificationem actus, & non quo ad exercitium in via.

*Concluſio II.* Voluntas dæmonis ſic eſt obſtinata in malo, quod non poteſt bene velle, nec peccato carere, nec deſinere à malo. Hanc probat S. Doc. ſecundo ſen. vbi ſupra artic. 2. & 1. parte. quæſt. 64. artic. 2. & de veri. quæſt. 24. artic. 14. Prima ratio eſt, quia talis voluntas eſt peccato ſubdita, & auxilio gratiæ penitus deſtituta, & rationum ad bonum perſuaſiuarum non capax.

Secunda ratio eſt, quia talis voluntas immobiliter adhæret malo; ſicut etiam eius intellectus apprehenditur immobiliter, cum apprehendat ſine diſcurſu.

Tertia ratio eſt; quia talis voluntas eſt extra ſtatum viæ.

Contra arguit Scotus primò. Naturalia ſũt integra in dæmonibus ſecundum Dionyſium; ergo eſt in eis naturalis inclinatio ad bonum; ergo, ſecundum illam inclinationem poſſunt velle bene.

Reſpondeo, ad antecedens, licet ſint integra quantum ad naturæ ordinem, ſunt tamen diminuta per comparationem ad capacitatem gratiæ vel gloriæ, vt dicitur de malo, quæſt. 16. artic. 5. ad primum. Sequitur ergo quod poſſunt in actum bonum bonitate naturali, ſed non bonitate gratiæ vel meriti, vel bonitate morali, quæ conſurgit ex bonitate obiecti, & circunſtantiarum, & maximè ſimul. Et idem habetur prima parte, quæſt. octuageſima quarta, art. ſecundo, ad quintum. Vnde dico, quò. d. in damnatis nunquam eſt actus perfectè bonus bonitate morali, quia ſemper ei deeſt aliqua dictarum circunſtantiarum, ſaltim circunſtantia finis debiti.

Secundò. Damnati habent remorſum de peccato; ergo eis diſplicet; ſed diſplicentia mali non eſt actus malus, ſed bonus, ergo, &c.

Reſpondeo ad conſequens, quod peccatum diſplicet eis non ratione turpitudinis peccati, ſed inquantum eſt illatiuum pœnæ. Talis autem diſplicentia non eſt bona, quia non eſt vt deberet, ſcilicet de peccato, vt eſt offenſa Dei.

Tertiò. Damnati odiunt pœnam, inquãtum eſt afflictiua naturæ, ſed tale nolle non eſt actus moraliter malus; ergo.

Reſpondeo ad minorem. Illa nolitio eſt actus naturalis; ideo eſt bonus naturaliter, nõ tamen perfectè moraliter; vt dicit Sanct. Tho. 4. ſent. diſtin. vlt. quæſt. 2. art. 1. quæſt. 1. Et ſecundo ſen. diſtin. 7. art. 2. ad 1. & 2. vbi dicit quod talis actus bonus naturaliter, deprauatur autem in eis per circunſtantias.

Quartò. Diabolus poteſt in actum, qui non exce-

Digitized by Google

excedit eius naturalem facultatem. Sed actus moraliter eſt huiuſmodi: ergo maior probatur, quia naturalia ſunt in eis integra, & ſplendidiſſima, minor vero eſt vera, quia conſideratus in natura ſua ſine obſtinatione, in malo poteſt bene operari moraliter.

Reſpondeo, negatur maior. Ad probationẽ dicitur, quod auctoritas Dionyſij, quod eſſentia, & naturales virtutes integræ ſunt quantum ad ſubſtantiam actus, & eorum inclinationes naturales in bonum, ſed cum hac integritate ſtat, quod quo ad alia ſunt debilitata, vnde ſubdit Dionyſius, quam ipſi non vident claudentes ipſorum boni inſpectiuas virtutes, & cum dicit quòd remanent ſplendidiſſima: intelligitur in cõparatione ad nos, non in comparatione ad eorum ſtatum ante peccatum, quaſi ſint in eadem ſubtilitate intelligentiæ, niſi fortè quantum ad notitiam ſpeculatiuarum rerum duntaxat. Nam in agendorum appetendorũque ſcientia deprauati maximos patiuntur errores, minor etiam negatur de ſtatu naturæ corruptæ, quia niſi damnatus adiuuaretur nec bonas circunſtantias agnoſcere, nec ſecundum eas poteſt velle.

Quintò. Intellectus dæmonis non errat circa principia practica, cum ſint nota ex terminis, ſicut etiam principia ſpeculatiua: ergo poteſt volitione recta, quia cuilibet rectæ rationi poteſt ſe conformare voluntas tam in nobis quàm in angelis.

Reſpondeo. primò negatur antecedens: quia malitia eſt corruptiua principij practici, & prudentis vt dicitur ſexto ethi. Cap. 6. negatur etiam conſequentia: quia etiam habita notitia concluſionis practicæ, non poteſt voluntas elicere bonum velle meritorium ſine gratia Dei. Item in diabolo eſt continuè actualis malitia, actuale odium, cui eſt incompoſſibile velle perfectum moraliter.

Sextò. diabolus poteſt naturaliter diligere Deum ſuper omnia, ſed ibi actus eſt bonus, cũ cadit ſuper debitam materiam: ergo, &c. maior patet, quia naturalia ſunt in eis integra.

Reſpondeo ad antecedens, etiam in ſtatu naturæ integræ non poterat illud ex ſolis naturalibus abſque alio gratuito Dei dono vel auxilio. In ſtatu vero naturæ damnatæ, poteſt quidem potentia remota, ſed non poteſt exire in actum, vt dicit Auguſt. de fide ad Petrum, & manet in eis continuè auerſio: cui eſt impoſſibilis conuerſio, vt dicit ibidem Auguſt. cap. tertio. Cauſa autem quare non poſſunt bene agere, nec velle, eſt duplex. Nam eſſe in malo conuenit eis ex propria voluntate, ſed quòd illi inhæreant immobiliter conuenit ei propria natura, Deus etiam eſt cauſa illius ſtatus non cauſando, ſed conſeruando malitiam licet non dando gratiam.

Contra aliam partem concluſionis arguit Scotus: probando quòd diabolus non neceſſariò vult malum. Primò voluntas ex ſua libertate poteſt ceſſare ab omni velle: ergo non habet neceſſariò malum velle, conſequentia patet: antecedens eſt Sanct. Auguſt. primo retractationum, cap. 22. dicentis, nihil ſic eſt in poteſtate voluntatis ſicut ipſa voluntas.

Reſpondeo. negatur conſequentia.

Ad probationem primo dico, quòd Auguſt. loquitur de voluntate noſtra in ſtatu viæ, ſecundo non loquitur de omni actu voluntatis, alioquin & beati poſſunt non frui Deo, item diabolus nullam potentiam ſuam poteſt omni actu priuare.

Secundò. Inclinatiuum ad actum peccati, inclinat ad actum vnum in ſpecie: ergo ille actus vel eſt odij vel ſuperbiæ, ſed nullus iſtorum eſt perpetuus, quod probatur, actus odij, & ſuperbiæ ſunt diuerſarum rationum: ergo non ſunt ſimul perfectè in voluntate: ergo dũ habet vnum ceſſat ab alio.

Reſpondeo, negatur minor. Ad probationẽ negatur conſequentia, quia licet ſint diſtincti, tamen vnus eſt ratio alterius, & vnus eſt effectus alterius, & habent ordinem adinuicem, ideo poſſunt eſſe ſimul, vel dicitur quòd ſemper habet illum vel illum ſine interuallo.

Tertiò. Si ſemper actu volunt malum: ergo continuè creſcit eorum malitia: ergo & pœna, & ſic creſcit in infinitum: patet conſequentia, quia ſecundum quantitatem culpę eſt quãtitas pœnæ.

Reſpondeo. Si intelligitur quod creſcat malitia intenſiuè, negatur conſequentia, ſi extenſiuè conceditur. Pœna etiam eſſentialis non creſcit, ſed accidentalis, vt dicit Sanct. Thom. 2. diſtinct. 7. quæſt. 1. artic. ſecundo ad 5.

¶ Reſpondet & D. S. 4. ſentent. diſtinctione quinquageſima, quæſtio. 2. artic. 1. quæſtion. 6. Vbi videtur dicere, quod angeli boni merentur vſque ad diem iudicij, & mali demerentur quo ad præmium, vel pœnam accidentalem, ſed prima parte, quæſt. 63. artic. 9. ad 3. videtur velle, quod nullus beatus aliquo modo poſſit mereri, niſi ſit ſimul viator vt Chriſtus & ideo ad argumentum negatur conſequentia, quia illa mala nolitio, non habet rationem culpæ poſt damnationem eorum, ſed tantum habet rationem pœnæ.

Quartò. Sicut ſe habet intellectus reſpectu principiorum, ita voluntas reſpectu vltimi finis, 2. phyſ. & 7. ethic. ſed in intellectu angelico non eſt error reſpectu primorum principiorum: ergo nec defectus reſpectu vltimi finis.

Re-

Digitized by Google

Reſpondeo. Negatur totum de dilectione naturali, quia etiam cognitio principiorum eſt naturalis, talis autem dilectio non aſcribitur eis, ſed naturæ, non tamen poteſt habere bonam voluntatem electiuam, quæ propriè eſt ipſius angeli.

Secundo loco arguit Scotus contra rationes. Fundantur enim in hoc quòd ſicut intellectus angeli intelligit ſine diſcurſu, ita voluntas immobiliter adhæret vnicuique.

Contra in hac ratione ſupponitur quod intellectus moueat voluntatem, hoc eſt falſum: ergo.

Reſpondeo. Si intelligit quòd intellectus aliquo modo moueat voluntatem conceditur maior, ſed minor negatur, ſi vero intelligit, quòd intellectus ſit talis moto, vel ex ſe ſolo ſufficiens voluntatem mouere maximè quò ad exercitium actus, negatur maior, prima ſecundæ, quæſtione 9. art. 1. Intellectus enim mouet voluntatem ſolum eo modo, quo finis mouet efficientem, ſed voluntas mouet intellectum, & alias virtutes per modum efficientis, 1. parte, quæſt. 82. artic. 4. de malo, quæſt. 6. art. 1.

Secundò ante peccatum intellectus rectè mouit voluntatem; ergo ipſa rectum habuit actum, ſed per te immobiliter agit; ergo non potuit poſtea peccare, hoc eſt falſum; ergo.

Reſpondeo, conceditur primum antecedens, & prima conſequentia. Et hoc quia vel in primo actu ſuo angelus intellexit, & dilexit ſe, & ſua naturalia bona, dilectione naturali, in qua nõ eſt meritum nec demeritum. Vel quia ſecundum aliam viam in primo inſtanti ex motione gratuita ſpiritus Sancti, intellexit & dilexit Deum ſuper omnia; ex primo actu primo modo dicto non ſunt facti impeccabiles, quia bonitas gratuita vel moralis eſt circa actus electiuos, & non circa naturales. Ex ſecundo modo ſimiliter, quia ſi primus actus fuit electiuus; hoc non fuit ex prima inclinatione naturę angelicæ, ſed ex ſupernaturali motione. Et cum dicitur, quod angelus habet liberum arbitrium inflexibile poſt electionem, hoc intelligitur altero duorum modorum. Vnus intelligitur de electione, ad quam merè ex ſuis naturalibus inclinatur. Alius eſt, quod ſi intelligitur de quacunque electione, tunc dicimus, quod immobilitatur poſt electionem, quando talis electio fuit completa, & perfecta, & ſimpliciter in actu, non autem ſi eſt incompleta, & in fieri, S. autem Doct. magis inclinatur, quod primus actus voluntatis diabolicæ fuerit dilectio ſui naturalis, & non electiua, prima parte quæſt. 63. artic. 6. ad 3. Ex quo videtur velle quod nec in primo inſtanti nec in ſecundo habuit electiuam dilectionem rectam erga Deum, ac per hoc nunquam, quia in inſtanti ſecundo peccauit.

Tertiò. Sicut intellectus angeli aliquid immobiliter opponit poſt primam electionem etiam ante: ergo etiam voluntas ante primam electionem immobilis eſt.

Reſpondeo, negatur conſequentia: quia intellectus angeli circa ſupernaturalia poteſt diuerſimodè apprehendere, & non eſt determinatus ante primam electionem, & primam ſententiam ſic aut ſic apprehendere, aut iudicare aut voluntati oſtendere, ſed ſolum quando cõpletè ſic, aut ſic æſtimauit, de malo, quæſt. 16. artic. 5.

Ex quibus patet quod ideo voluntas angeli eſt immutabilis quantum ad ea, quæ pertinent ad ordinem naturæ, quia intellectus angelicus circa talia immutabiliter ſe habet, vtpote in actu, & non in potentia taliter ſcibilium exiſtens, & quod econtra eſt de ſupernaturalibus tam reſpectu intellectus quàm voluntatis, vbi ſuprà, articulo ſexto, & ad 2. & ad 4.

Ex quibus patet primo, quod primum peccatum angeli non potuit eſſe, nec inordinatè ſe habendo circa ſupernaturalia vel circa ea, quæ ad ſupernaturalia ordinantur. Secundo, quod intellectus angelicus circa ſupernaturalia non ex natura determinatur ad ſic, vel aliter iudicandum vel mouendum voluntatem. Tertio, quòd non oportet quod voluntas primo actu ſuo fuerit obſtinata facta, quia ille primus actus fuit naturalis: vel ſi fuit electiuus, hoc non fuit eſſe proprio motu naturæ angelicæ, nec fuit plena electio, ſed ſtatim fuit impedita per peccatum: ergo per illum actum obſtinata in malo, quia actus erat bonus; nec cõfirmata in bono, quia non fuit perfecta electio. Quarto, quòd intellectus angelicus ante primam electionem malam deficienter iudicauit circa ſupernaturalia, & tamen potuit rectè circa illa iudicare, & ſic voluntas peruerſè elegit, poterat tamen rectè eligere, ſi rectum iudicium intellectus præceſſiſſet, & ſic patet quod, S.D. cum dicit quòd obſtinatio voluntatis angelicæ accidit propter immobilitatem apprehenſionis intellectus angelici, non repugnat ſuæ poſitioni. Nam ſicut intellectus angelicus antequam iudicet de ſupernaturalibus eſt indifferens ad rectè & non rectè iudicandum, ſed tamen cum primo tali iudicio ſi completum fuerit immobiliter ſe tenet poſtquam iudicauit, ita & voluntas intelligendo, dato etiam quod meruerit gratiam in primo inſtãti, non merebatur nec demerebatur, quia nullus obligatur ex neceſſitate præcepti ad vtendum gratia ſemper, de ma. quæſt. 16. artic. 4. ad

 22. Et

Digitized by Google

22. Et ſi quæritur de obſtinatione animæ humanæ, probabiliter dici poteſt, quod anima ſeparata ſi penitus ſit extra viam, & in termino, iudicium, & æſtimationem agibilium, & finis vltimi cum quo exiuit à corpore non poteſt, & conſequenter, nec voluntatem finis, nec dilectionem ordinatorum in finem, quibus adhęſit in corpore, & in hoc ſua obſtinatio ex ſimili cauſa qua obſtinatio Dæmonis procedit 4. contrà gent. cap. 95. Cauſatur igitur illa obſtinatio in anima ex habitu hic acquiſito, & ex natura ſua, quibus poſitis exit in actualem æſtimationem, & in actualem appetitum peruerſi finis, ad quem omnia refert, ſi dicatur, quòd anima Lazari non fuit obſtinata in malo, nec confirmata in bono, dicitur quòd non erat in vltimo termino, ſed adhuc reditura ad corpus. Ipſa tamen anima, dum eſt in corpore eſt cauſa ſuæ obſtinationis fieri, inquantum acquirit habitus vitioſus, ſed inſtanti ſeparationis reddit ſe obſtinatam in facto eſſe, quia tunc incipit immobilem appræhenſionem. & appetitum primo habere reſpectu finis peruerſi, nec ſequitur quòd in illo inſtanti demonſtratur, ſed quòd tunc primò punitur pro prioribus demeritis.

Quartò. Voluntas non eſt cauſa ſuæ voluntatis, niſi vt prior ea naturalitèr: ergo ſi non alitèr ſe habet, vt eſt cauſa eius, ſed vt eſt prior naturalitèr, non alitèr ſe habet, vt eſt ſub actu volendi: ergo per illum actum non alitèr ſe habet in cauſando: ergo, vt eſt ſub illo actu, non fit impeccabilis.

Reſpondeo, negatur maior, de cauſa quę eſt ſimul actu, & paſſiua, quia per vnum habitum poteſt trahi ad vnum effectum, & retrahi ab alio, ſic eſt voluntas Sanct. Doct. vbi ſupra ad tertium.

Contra. Ille actus, qui eſt cauſa obſtinationis non plus neceſſitat reſpectu alterius, quàm reſpectu ſui, ſed reſpectu ſui voluntas eſt libera, & contingenter cum elicit: ergo reſpectu aliorum, & ſic poteſt non elici, & peccare.

Reſpondeo, quod voluntas contingenter ſe habet reſpectu actus eliciendi, antequam eliciatur, ſed poſtquam illum elicuit, contrahit quandam neceſſitatem conſeruandi illum, vel eliciendi conſimilem, potiſſimè ſi habituetur in hoc, vnde negatur maior.

Contra. Cauſa ſecunda non determinat cauſam primam ad agendum contra modum ſuum naturalem. Sed habitus eſt cauſa ſecunda reſpectu actus voluntas eſt cauſa prima, & eius modus eſt agere libere: ergo.

Reſpondeo, negatur minor pro vltima parte, quia voluntas non eſt libera reſpectu cuiuſlibet obiecti. Nam ad finem naturalitèr inclinatur. Et ideò cum per habitum ſuperuenientem aliquid appareat ſibi vltimus finis, nõ ex habitu ſuperueniente tendit in aliquid non contingenter, ſed quaſi ex neceſſitate naturalis inclinationis, vbi ſupra art. 7. ad 14. & ad 18. & de malo, quæſt. 16. art. 5. ad octauum.

Poſſet etiam reſponderi, quod maximæ iſtarum trium confirmationum, vel replicarum ſunt veræ de voluntate in ſtatu viæ, non autem in ſtatu termini, & immutabilitatis. Patet igitur quòd omne quod Diabolus vult, ſimul plena, & efficaci voluntate ſemper vult actu, vel habitu, & maximè de his, quæ vult per modum finis, vel habētium neceſſariam connexionem ad finem. Sed poſſibile eſt quod primo velit incompletè, & voluntate antecedente, & poſtea velit oppoſitum voluntate, vel econtra, vel quod ordinet ad ſuum finem oppoſita ſucceſſiuè quaſi dubitatiuè maximè circa ſupernaturalia. Et iſto modo potuit eſſe dum ſubiecit oppoſita circa paſſionem Chriſti.

Contra eaſdem arguit Aureolus. Voluntas mouetur ab obiecto per intellectum appræhenſo, ſed intellectui diabolico poteſt occurrere, quòd eſt in ſtatu malo, ergo ab hac appræhenſione moueri poteſt, vt deſerat illum ſtatum.

Reſpondeo, negatur minor, quia cum intelligat diſcurrendo, nec moueatur perſuaſionibus, non poteſt ei occurrere, quòd deſerat illum ſtatum, quia nõ appræhendit culpam ſuã, vt malum, ſicut dicit D. S. de malo quæſt. 16. artic. 5. ad ſextum, & articul. 6. ad 3. & 8.

Secundò. In principio falſo poteſt quis ſine diſcurſu apprehendere concluſionem falſã, nec tamen immobilitèr: ergo Angelus non immobilitatur ex hoc quòd intelligit ſine diſcurſu.

Reſpondeo. Conceditur antecedens, ſi talis appræhendens videat vtrumque eſſe falſum, tamen vtrique aſſentiat putans vtrumque eſſe verum, & nullo modo ſit natus componere, vel diuidere, vel ſyllogizare, immobiliter falletur, ſic eſt de errore diaboli circa ſupernaturalia.

Contra ſecundam rationem Sancti Thomæ arguit Durandus. Diabolus peccauit adherẽdo bono ſcilicet fini vltimo, ſed indebitè. Tale autem eſt bonum, ſed ex voluntate boni finis, non eſt neceſſe pręcedere opus malũ: ergo.

Reſpondeo. Primo negatur maior, quia adhæſit ſibi ipſi tanquã fini, ideò adhæſit fini peruerſo. Tũ quia dato, quod conſtituiſſet vltimũ finẽ in Deo, diligens eũ amore concupiſcentiæ, & ſe ſũmè amore amicitiæ, & non ſic Deũ. adhuc nõ eſſet finis debitè deſideratus, vnde nulla natura intellectualis debite tendit in vltimum finem niſi diligat Deum amore duplici, ſcili-

Digitized by Google

ſcilicet amore amicitiæ tanquam ſummè amatum, & amore concupiſcentiæ, vt ſummè deſideratum, quod Diabolus non fecit, nec volebat fruitionem per gratiam adipiſci.

Secundò. Dæmon non peccauit ex paſſione, ſed ex inconſideratione: ergo, ceſſante inconſideratione, potuit pœnitere.

Reſpondeo, quòd peccauit ex forti adhæſione ad obiectum actus ſui, vnde dico ad antecedens, ſi intelligitur quòd non elegit obiectum ſui actus falſum eſt, ſi verò intelligitur quòd non elegit circumſtantias actus, & neſciuit eas, conceditur, ſed poſtea elegit eas vitioſas, intellectu obtenebrato circa ſupernaturalia, ideo ceſſatio in eo locum non habet.

Tertiò. Obſtinatio eſt vnus effectus communis Angelo, & homini: ergo habet cauſam communem, & non illud in quo differt Angelus ab homine.

Reſpondeo. Conceditur, quod habent cauſam communem, quæ ſupradicta fuit eſſe ſubtractionem gratiæ. Eſt tamen aliqua ſpecialis ratio in vno, quæ non eſt in alio. Nec mirum, quia differunt pluſquam ſpecie, ideò habent actus alterius rationis ex ſuis naturalibus, cuiuſmodi eſt obſtinatio, ſecus eſt in beatitudine quę vtrique à Deo ſupernaturaliter datur.

Quartò. Si Angeli mali ſunt obſtinati in malo, ex hoc ſolo, quod peccauerunt: ergo, boni ſunt confirmati in bono ex hoc ſolo, quòd meruerunt. Hoc eſt falſum, quia per meritum non ſunt confirmati, ſed per præmium: ergo, &c.

Reſpondeo, negatur conſequentia, quia confirmatio in bono eſt principalitèr à Deo efficientèr, & obſtinatio in malo non, & etiam facilior eſt auerſio à Deo, quam conuerſio ad eum, vt ad primum principium beatitudinis ſupernaturalis.

## QVAESTIO II.

*7. Diſtinct. 2. Sent.*

Circa eandem diſtinct. Quæritur, vtrum Angelus moueat Cœlum per ſolum intellectum, & voluntatem.

*Concluſio I.* Quidquid Angelus agit ad extrà, agit per intellectum, & voluntatem, & non per aliam potentiam mediam, quolibet. 7. quæſt. 2. item de malo quæſt. 16. artic. 1. ad 14.

¶Ratio eſt, quia in naturæ intellectuali non eſt niſi virtus intellectualis talis autem eſt intellectus, vel voluntas:

Contra arguit Aureolus primò. In angelo eſt potentia motiua, ſed huiuſmodi eſt alia ab intellectu, & voluntate: ergo, &c. maior nota, minor probatur, tum quia eſt in articulis Pariſienſibus, tum quia ſi motio qua Angelus mouet cœlum, eſſet volitio, aut eſſet volitio quę eſt imperium numero exequente, & hoc patet eſſe falſum, aut eſſet ipſa executio actus patet quod eſt alius ab actu voluntatis, aut eſſet imperium & executio, & hoc non, quia in duo diſtingueretur.

Reſpondeo, negatur maior, dico tamē quod Angelus non poteſt omnia agere, quæ poteſt velle, quolibet. 7. quæſt. 3. ad 2. Ad primam probationem dico, quod ille articulus eſt contra, eos ſolum, qui dicunt quòd voluntas Angelica poteſt agere quæcunque poteſt velle. Ad ſecundam negatur conſequentia, ſed bene dico, quod ille motus eſt à voluntate volente, & exequente ipſum motum.

¶Dico ſecundò, quòd imperium non eſt actus voluntatis, ſed intellectus, prima ſecundæ, quæſt. 18. art. 1.

¶Dico tertiò, quòd ipſa voluntas, quæ corpora mouet habet duos actus, quorum vnus dicitur immanens, ſcilicet ipſum velle, & alius tranſiens, ſcilicèt motio corporis, & ſecundus dependet à primo, & ſequitur ex eo, vnde non oportet inter voluntatem Angeli, & motum corporis eſſe executionem mediam diſtinctam ab vtroque motu, quia cum motus exterior ſit quædam executio, non indiget alia, & licèt Philoſoph. dicat quod intellectus, & voluntas non ſunt potentiæ productiuæ, primo ethic. & 9. metaph. text. 10. de voluntate, & intellectu humano, vel quod non eſt de ratione earum quòd relinquant effectum extra operantem, productiuę tamen ſunt ad intra, habitus intellectualis, & moralis.

Secundò. In nobis eſt virtus motiua diſtincta ab intellectu, & voluntate: ergo etiam in Angelis, tenet conſequentia, quia Sanct. Doct. vtitur illa ſimilitudine, antecedens probatur, motus palpebrarum, & cordis eſt à voluntate, & natura, ſed ceſſante voluntate adhuc mouetur: ergo ab alio quàm à voluntate.

Reſpondeo, negatur conſequentia, nec illa ſimilitudine vtitur Sanct. Doct. immò concedens prima parte quæſt. 78 articulo primo, ad quartum. Et licèt voluntas non moueat immediate membra, mouet tamen immediatè intellectionem, & eo mediante alias potentias.

¶Dico præterea, quòd motus cordis, & alij motus naturales cauſantur à generante ſicut motus grauium, & leuium, & conſequuntur formam animalis, ideò remanent ceſſante actu voluntatis, ſed alij motus, qui non ſic ſunt naturales, cauſantur ab appetitu mediante virtute executiua, quæ potius eſt paſſiua quàm actiua.



Digitized by Google

Tertiò. Mouere, & intelligere, & velle ſunt actus genere differentes: ergo reducuntur in potentias genere diſtinctas.

Reſpondeo, negatur conſequentia, quia una potentia poteſt ſe extendere ad actus, & ad obiecta genere diſtincta, quando reſpicit talia ſub aliqua ratione, quæ eſt communis ad duo genera, ſicut intellectus extendit ſe ad obiecta omnium potentiarum ſenſitiuarum, & ad actum apprehenſiuum, & diſcurſiuum, inquantum reducuntur in aliquid commune utrique, ita in propoſito, uoluntas Angeli ſe extendit ad uelle, & mouere, inquantum conueniunt in aliqua ratione communi, puta in pulſione, uel tendentia ad rem, uel largitione, uel communicatione, quia omnia pertinent ad officium uoluntatis.

Sequitur ex dictis ſuprà, quòd licet uoluntas Angeli, ut eſt uolitiua ſe habeat æqualitèr ad propinquum, & diſtans, nõ tamen, ut eſt motiua, ſicut ſi calor eſſet uolitiuus, & calefactiuus ad uolendum non requiratur approximatio, ſed ad calefaciendum.

*Additio quæ eſt ſolutio argumentorum recentiorum per M. Mauritium de Gregorio*

*In hac ſeptima diſtinctione, 2. Sent. & duabus quæſtionibus ſequentib. confutantur hæreſes dãnatæ, vt in noſtro Comment. in tex. Magiſtri, & confutantur etiam hæreſes, quæ ſunt in Abecedario, & in Ethimologijs hæreſum, & confutantur ſimilitèr Idolatriæ, vt in Abecedario idolorum in principio, vide ibi lit.* A. D. *M.* O. *& V. ac etiam confutantur falſæ Theologiæ Fœnicum, Egyptiorum, Græcorũ, Atlanticorum, Frigiorum, Gentium, &c. ab Euſebio in primo, ſecundo, tertio, & quarto lib. de præparatione Euãgelica contra Theologiam fabuloſam Poetarum antiquorum.*

*Loca ſoluẽtia argumẽta aduerſariorum Magiſtri Mauritij vltra commentaria textuũ, et loca cõtra hæreſes. &c.*

*Ex concluſionibus, probationibus, & ſolutionibus argumentorum Capręoli ſoluuntur argumenta Vulpes, & aliorum recentiorum facile, vt facit Ariſtot. ad argumenta antiquorũ, quod veritatis cognitio dubiorum eſt ſolutio, & cum Cardinali Bellarmino dicente in libro de Scriptoribus Eccleſiaſticis de Ioanne Capræolo, quòd Io. Capręolus ſit defenſor Egregius Sancti Thomæ, & optimè diſſoluit omnia argumenta aduerſariorum, dicunt verba formalia Bellarmini, ergo ſi optimè diſſoluit per Bellarminum ſunt ſoluta argumenta cum his doctrinis hic: Sicut ſoluit* Ariſtotelis *contra antiquos dicendo in 3. de Cœlo, & in 3. Metaphiſic. veritatis cognitio, dubiorum eſt reſolutio.*

*Reſpondetur ſecundò cum Cardinali Sarnano Franciſcano doctiſſimo, cum quadrageſimanona concordantia, & ſimilitèr cum quadrageſimaoctaua concordantia Bonæbebæ.*

*Reſpondetur tertiò cum Petro de Bergamo, & Bartholomæo Spina dicẽtibus in tabula Sancti Thomæ, quod qui ſcit totam Logicam Sãcti Thomæ. Philoſophiam etiam moralem, totam Metaphyſicam S. Thomæ, & totam eiuſdem Theologiam, nullum poteſt facere argumentum contra Sanctum Thomam, & ideo ſubdit, quod iſti recentiores ſtudent tantummodò articulo, ſuper quem componunt, & non habent in mente omnia opera Sãcti Thomæ loquentis præſuppoſitiuè, præſupponendo omnia ſupradicta, & dicendo, qua propter prærumpunt in verba in tantum Magnum Doctorem nullo modo applicanda, quòd Sanctus Thomas contradicat ſibi ipſi, & ideò Cardinal. Sarnanus, quia ſciebat totum Sanctum Thomam concordauit, ſimilitèr, etiam Ioann. Capræolus ſoluit argumenta aduerſariorum, cum locis Sancti Thomæ, quia totum in mente habebat Sanctum Thomam, & ideò Bellarm. dicebat bene omnia ſoluere Capræolum.*

*Argumenta verò Vaſquez, Valentiæ, Molinæ, Suarez, &c. quia colligũtur, & ſoluuntur, clarè, diſtinctè, & breuitèr à Ripa, à Nazario, à Conſales, à Nauarretto, à Zenardo, & præcipuè à Montagnolo, in prima parte Diu. Thom. quæſt. 63. de malitia Angelorum quo ad culpam.*

*Vide noſtram expoſitionem Petri Lombardi aperientem mentem huius materię, vt folio 71. hic, & inſra pro* 3. reſ-

Digitized by Google

*3.reſponſione Vulpes. Ac etiam vide 1.2.& 3. folium pro quarta, quinta, & ſexta reſponſione ad argumenta eiuſdem Vulpes.*

*Loca Sacræ Scripturę hic, & infra à Salmerone, Emanuel Sa. à Toleto, à Prierio, Vegha, à Poſſeuino, à Salian, à Torello in Annalibus à creatione Mũdi quę videntur repugnare aliquo modo Thomiſtis, quia ſunt concordata à nobis in fine noſtrę expoſitionis totius Bibliæ, & in Anatomia Bibliæ impręſſa ideò vide ea illic.*

## DISTINCTIO VIII.

### Quæſtio. 1.

CIRCA Diſtinctionem octauam quęritur. Vtrum Dæmones poſſint naturalitèr cognoſcere cogitationes cordis, & affectiones uoluntatis.

*Concluſio* I. Nullus Angelus, ſiuè bonus, ſiuè malus, ex ſola naturali uirtute ſua poteſt cognoſcere propriè, & diſtinctè cogitationes, aut affectiones cordis noſtri, prima parte, quæſtione 57. articul.4. & de malo quæſt. 16. artic. 8.

¶Ratio. Ille ſolus cognoſcere poteſt cogitationem cordis, qui poteſt cognoſcere motum uoluntatis, cum cogitatio à uoluntate dependeat, ſed ſolus Deus eſt huiuſmodi: ergo, minor probatur, motus ex ſummo rerum ordine immediate dependere, non poteſt percipi niſi à cauſa ſic mouente, & moto, ſed motus uoluntatis eſt huiuſmodi, & tale mouens eſt ſolus Deus, & motum, & ipſe homo, qui actu uult: ergo, &c.

Eandem ponit de uerit. quæſt. 8. articul. 13. Ratio, Angelus non habet naturalitèr actum primum reſpectu huius actus ſecundi, qui eſt cognitio propria, & diſtincta cogitationis humanæ: ergo tenet conſequentia, antecedens patet, quia ſpecies intelligibiles intellectus Angelici non ſunt naturalitèr repreſentatiuæ propriè, & directè motuum uoluntatis humanæ.

Contra arguit Scotus in 2. diſtinct. 9. quæſt. 1 primò. Vnus Angelus non poteſt alteri occultare eſſentiam ſuam: ergo nec cogitationem, aut volitionem: ergo nec nos, antecedens patet, conſequentia prima probatur, quia eſſentia Angeli eſt ſibi ipſi intimior quam ſua cogitatio ſecunda conſequentia patet.

Reſpondeo, dico primò, quòd cogitatio, & volitio non poteſt propriè, & diſtinctè cognoſci ab aliquo intellectu creato intellectiuè, niſi ſit ſubiectiuè, in illo, vel ſaltem ordinetur ad illum per voluntatem illius, in quo eſt ſubiectiuè.

¶Dico ſecundò, quòd cogitatio non habeat eam comparationem ad intellectum, qualem requirit adhoc, quòd intuitiuè cognoſcatur, eſſẽtia verò eam habet, de verit. quæſt. 9. articul. 4. ad 7. & 11. vbi dicit, quòd Angelus eadem ſpecie, qua cognoſcit eſſentiam alterius, cognoſcit, & volitionem, aut intellectionem eſſe, ſed cognitio volitionis per illam ſpeciem dependet à voluntate volentis, non autem cognitio eſſentiæ.

Ex his patet, quòd neganda eſt conſequẽtia. Ad idem vide de verit. quæſt. 8. articul. 13. ad ſecundum. Nec oportet, quòd naturalitèr cognoſcat, niſi illa intima, quæ conſequuntur naturam ſpecificam, cuiuſmodi eſt eſſentia Angeli, & potentiæ, & habitus naturales, non ſic eſt de cognitionibus, aut volitionibus.

Secundò. Angelus videt ſpeciem exiſtentem in intellectu alterius: ergo etiam cognitionem.

Reſpondeo, negatur conſequentia, tum quia ſtant, quod ſpecies actiua ſit in intellectu, & tamen per eam nihil actu intelligitur, tum quia incertum eſt quod per eam actu intelligitur propter diuerſitatem eorum, quæ per illam poſſunt diuiſim intelligi de verit. vbi ſuprà, immediatè, tum quia ſpecies non dependet à voluntate, ſicut cogitatio, tum quia ad cognitionem ipſius intellectionis oportet cognoſcere terminum, & principium eius, tum quia ſpecies intelligibilis eſt motiua intellectus, quem informat, non autem cogitatio, licet nec ſpecies, nec cogitatio poſſint mouere intellectum, quẽ non informant.

Tertiò. Si Angelus vel homo, occultat ſuã volitionem alteri Angelo, aut homo facit per illammet volitionem, aut per aliam, non per illam, quia illa poſita in eſſe eſt multiplicatiua ſui, & motiua potentiæ ſibi proportionatæ non per aliam, quia procederetur in infinitum.

Reſpondeo, quòd per illammet. Ad improbationem negatur antecedens, quia nulla cogitatio, vel volitio mouet intellectum ad ſui cognitionem, ſed quodlibet tale cognoſcitur per ſpeciem ſui obiecti in nobis, vel per ſpeciem ſui ſubiecti, ſicut eſt Angelo. Item intellectus Angeli intelligit per ſpecies concreata, & non mouetur ab alio obiecto. niſi fortè in viſione beatifica, vnde illa ſpecies, quæ in intellectu Angeli eſt principium intelligendi roſam, eſt etiam principium intelligendi reflexè intellectionem roſæ. Concedo tamen, quod Angelus poteſt naturalitèr cognoſcere cogitationes noſtras

Digitized by Google

noſtras, ſed non intuitiuè, ſicut & quædam ſunt à nobis intelligibilia, ſed non intuitiuè naturalitèr, vtpute habitus infuſi.

Quartò. Cogitatio intellectus eſt maximè intelligibilis, cum ſit maximè abſtracta à materia: ergo non poteſt ſubterfugere intellectum Angeli, quia non eſt impeditus.

Reſpondeo, negatur antecedens. Non enim intellectio Angeli eſt magis intelligibilis, quàm eius eſſentia, aut quam obiectum, quia non ſola abſtractio à materia eſt cauſa intelligibilitatis, ſed potius entitas, & actualitas non accidentalis, ſed ſubſtātialis, vnde huiuſmodi actiones non habent tantam intelligentiam quantam ſubſtantiæ, aut qualitates fixæ, & potiſſimè quia includunt reſpectum ad obiectum, & ſubiectum, qui quidem reſpectus ſunt modicæ entitatis.

Quintò. Vna intellectio poteſt eſſe cauſa partialis reſpectu actus reflexi in eodem Angelo, nam poteſt intelligere ſe intelligere: ergo. Illa intellectio poteſt eſſe cauſa partialis reſpectu intellectus alterius Angeli: tenet conſequētia, quia iſte intellectus, & ille ſunt eiuſdem rationis, & à ſimili intellectus noſter.

Reſpondeo, negatur conſequentia. Primò quia intellectus humanus, & Angelicus differunt ſpecie. Secundò quia etiam intellectus Angelici ſpecie differunt, vt videtur dicere S. Doct. quod poteſt ſpecies per quas intelligit vnus Angelus eſſe alterius rationis à ſpeciebus, per quas intelligit alius.

¶Dico prætere a, quod nullum obiectum cauſat immediatè intellectionem ſui, niſi illud obiectum ſit ſimul cum hoc etiam ſpecies intelligibilis, cuiuſmodi non eſt intellectio, ex quò patet falſum eſſe antecedens.

Secundò loco arguit Durandus hic quæſt. 5. contra fundamenta Sanct. Doct. Primò dato, quod voluntas ſoli Deo ſubiaceat, quòad cauſalitatem, non tamen ſequitur, quòd quoad cognitionem, alioquin non cognoſceremus ea, quæ à ſolo Deo creata ſunt.

Reſpondeo, dico primò, quòd poſitio Sanct. Doct. non innititur ſolum illi fundamento, ſed iſti. Motus voluntatis non eſt aliqua natura fixum eſſe habens in rebus eo modo ſubſtantiuæ, & accidentia fixa, & quieta, & ſtabile eſſe naturalitèr habentia, nec habet neceſſariam, aut determinatam connexionem, vel dependentiam ad aliquam cauſam naturalem, ſed ſolum ad cauſam Diuinam, nec poteſt ad ſui cognitionem mouere intellectum, quem non informat, imprimendo actum primum, qui eſt ſpecies intelligibilis, nec actum ſecundum, qui eſt conſideratio, nec Angelus habet concreatā ſibi ſpeciem naturalitèr repræſentatiuam volitionis alienæ.

¶Dico ſecundò, quod illa cōſequentia, Sanct. Doct. poteſt ſaluari eſſe bona de materia, quia nulla operatio voluntatis, aut intellectus poteſt propriè cognoſci, niſi cognito ſuo obiecto 3. de anima Text. 51. obiectum autem comparatur ad actum, vt principium, vel vt finis, non poteſt ergo cognoſci operatio niſi cognoſcatur eius obiectum, & finis. Voluntas autem reſpicit proprio obiecto tantum bonū in communi cuius radix eſt ipſe Deus, & non aliquod bonum particulare, quod autem tendat in hoc, vel illud particulare accidit voluntati, & actus eius nullam connexionem habet neceſſariò ad aliquod bonum particulare, ſed ſolum ad bonum vniuerſale, & ad Deum tanquam ad ſua motiua, & finem ſuum. Cognoſcere autem habitudinem actus ad obiectum vniuerſale, & non ad particulare non eſt cognoſcere actum propria, & ſpecifica, & determinata cognitione, quod autem terminetur ad aliquid in particulari procedit ex motione Dei inclinantis voluntatem magis ad hoc quam ad illud, prima enim motio voluntatis eſt à Deo, ſecundū Ariſtotelem in libro de bona fortuna, & Sanct Doct. prima ſecundæ, quæſt. 19. artic. 5. ad quem autem in particulari Deus velit eā inclinare, ſolus Deus nouit, & ille qui ab eo ſic inclinatur. Quod autem addit de his, quæ à ſolo Deo creata ſunt, vt eſt Cœlum, materia prima, & huiuſmodi, dico quod nihil valet, quia nullum eorum ad ſui cognitionem exigit cognitionem cauſæ efficientis, vel finalis, ſicut exigit omnis actus intellectus, & voluntatis. Et vlterius quia talia ſunt cognoſcibilia per proprias ſpecies, ab eis impreſſas, vel intellectui concreatas, non ſic eſt de motu voluntatis. Et ſi dicatur, ergo nec cognoſci poteſt motus exterior ipſius Angeli, negatur conſequentia, quia talis habet connexionem ad cauſas naturales, nam omnis motus exterior eſt ſubiectiuè in aliquo corpore. Item licet voluntas reſpectu earum, quæ actu vult ſit determinata, illa tamē determinatio non poteſt cognoſci niſi cognoſcatur ad quod obiectum determinatur, quod fieri non poteſt naturalitèr, vt dictum eſt.

*Concluſio II.* Dæmones poſſunt immutare phantaſiam, vel imaginatiuam hominis, prima parte, quæſt. 111. artic. 3. & prima ſecundæ, quæſt. 82. artic. 2. item de malo quæſt. 16. artic. 12. Ratio eſt, quia talis immutatio nata eſt conſequi motum localem, omne autem tale ſubeſt poteſtati naturali Angelorum, at autem dicta immutatio non per translationem phantaſmatis de ſubiecto in ſubiectum, ſed per motum localem ſpirituum, quibus phantaſmata ſicut ſuis ſubiectis inhærent, & licet qualitercunque ſpiritus moueantur ſemper ſint eis phātaſma-

Digitized by Google

taſmata, hoc non obſtat, quia ſicut lapis coloratus non eſt ſemper in debita potentia ad organum viſus, & per conſequens non ſemper uidetur, ita ſpiritus in quo eſt ſubiectiuè ſpecies roſæ non ſemper eſt debitè præſens organo phantaſiæ, aut aliarum uirium ſenſitiuarum interiorum, & per conſequens non ſemper phantaſia, aut cogitatiua phantaſiatur, vel cogitat de roſa.

¶Item dico, quòd phantaſma poteſt eſſe ſubiectiuè in puncto, in quolibet autem ſpiritu, ſicut & in quolibet corpore poſſunt eſſe infinita puncta, & ideò in qualibet parte ſpiritus poſſunt eſſe non tot, quin plures ſpecies ſiuè phātaſmata.

*Additio qua eſt ſolutio argumentorum recentiorum per M. Mauritium de Gregorio.*

*In hac octaua diſt. 2. Sent. & unica quæſtione ſequenti confutantur hereſes dānatæ, vt in noſtro Cōment. in text. Magiſtri, & confutantur etiam hæreſes, quæ ſunt in Abecedario, & in Ethimologÿs hæreſum, & confutantur ſimilitèr Idolatriæ vt in Abecedario Idolorum in principio vide ibi lit. A. C. D. & V. ac ēt cōfutātur falſæ Theologiæ Fænicū, Egyptiorū, Græcorum, Atlanticorum, Frigiorum, Gentium, &c. ab Euſebio in primo, ſecundo, tertio, & quarto lib. de præparatione Euangelica contra Theologiam fabuloſam Poetarum antiquorum.*

*Loca ſoluentia argumēta aduerſariorum Magiſtri Mauritii vltra commentaria textuū loca contra hæreſes, &c.*

*Ex cōcluſionibus, probationibus, & ſolutionibus argumētorū Capræoli ſoluūtur argumenta Vulpes, & aliorum recentiorum facile, vt facit Ariſtot. ad argumenta Antiquorum quod veritatis cognitio dubiorum eſt ſolutio, & cum Cardinali Bellarmino dicente in libro de Scriptoribus Eccleſiaſticis de Ioanne Capræolo, quòd Io. Capreolus ſit defenſor Egregius Sancti Thomæ, & optimè diſſoluit omnia argumenta aduerſariorum: dicunt verba formalia Bellarmini, ergò ſi optimè diſſoluit per Bellarminum ſunt ſoluta argumenta cum his doctrinis hìc: Sicut ſoluit Ariſtotelis cōtra antiquos dicendo in 3. de Cælo, & in 3. Met. veritatis cognitio, dubiorū eſt reſolutio.*

*Reſpondetur ſecundo cum Cardinali Sarnano Franciſcano doctiſſimo, cum quinquageſima concordantia, & ſimilitèr cum quadrageſima nona concordantia Bonæherbæ.*

*Reſpondetur tertiò cū Petro de Bergamo, & Bartholomæo Spina dicentibus in tabula S. Thomæ, quod qui ſcit totam Logicam S. Thomæ, Philoſophiā etiam moralem, totam Metaphyſicam S. Thomæ, & totam eiuſdem Theologiam, nullum poteſt facere argumētum contra Sanctum Thomā, & ideo ſubdit, quod iſti recentiores ſtudent tantummodò articulo, ſuper quem componunt, & non habent in mente omnia opera Sancti Thomæ loquentis præſuppoſitiuè, præſupponendo omnia ſupradicta, & dicendo: quapropter prærumpunt in verba in tātum Magnum Doctorem nullo modo applicāda, quòd Sanctus Thomas contradicat ſibi ipſi, & ideò Cardinal. Sarnanus, quia ſciebat totum Sanctum Thomam concordauit ſimilitèr, ēt Ioann. Capreolus ſoluit argumenta aduerſariorum, cum locis Sancti Thomæ quia totum in mente habebat Sanctum Thomam, & ideo Bellar. dicebat bene omnia ſoluere Capreolum.*

*Argumenta verò Vaſquez, Valentiæ, Molinæ, Suarez, &c. quia colliguntur, & ſoluuntur, clarè, diſtinctè, & breuitèr à Ripa, à Nazario, à Conſales, à Nauarretto, à Zenardo, & præcipuè à Montagnolo, in prima parte D. Thom. quæſt. 57. de cognitione Angelorum quo ad res materiales.*

*Vide noſtram expoſitionem Petri Lombardi aperientem mentem huius materiæ, vt in folio 71. hic, & infra pro 3. reſponſione Vulpes. Ac etiam vide 1. 2. & 3. folium pro reſpontione ad quartum, quintum, & ſextum argumentum eiuſdem Vulpes.*

*Loca Sacræ Scriptræ hic, & infra à Salmerone, Emanuel Sa, à Toleto, à Prierio, Vegha, à Poſſeuino, à Salian, Torello in Annalibus à creatione Mūdi quæ videntur repugnare aliquo modo Thomiſtis, quia ſunt concordata à no-*

*nobis in fine noſtræ expoſitionis totius Biblię, & in Anatomia Bibliæ impræſſa ideò vide ea illic.*

## DISTINCTIO IX. ET X.

*Quæſtio. 1.*

CIRCA nonam, & decimam Diſtinctionem quæritur. Vtrum Angelus poſſit vniri Cœlo, vt forma.

*Concluſio. I.* Nullus Angelus vnitur corpori cęleſti tanquam forma ſuæ materiæ, prima parte, quæſtione 70. artic. 2. vbi quæritur an corpora cœleſtia ſint animata, item de ſpiritualibus creaturis, artic. 6. Ratio eſt, nulla forma vnitur materiæ, niſi propter aliquam indigentiam materiæ, vel corporis ad ſuam propriam operationem, ſed ſubſtantia ſpiritualis non indiget materia, nec corpore ad ſuam operationem, ergo.

Item anima eſt in qualibet parte corporis tota: ergo, ſi Angelus eſt anima cœli, erit totus in qualibet parte illius Cœli, id continebit, ſicut anima continet totum corpus, hoc eſt contra Scripturam ſanctam, quin hoc conuenit ſoli Sapientiæ increatæ, Eccleſiaſt. 24. cap. Girum circuiui ſola.

Si dicatur, quòd Angelus eſt forma Cœli nõ dans actum primum, licèt perfectiones ſecundas, & ſic ſufficit, quod ſit in vna parte determinata.

Contra, quia ab eodem res habet actum primum, à quo habet proprias paſſiones.

Item quælibet pars Cœli per te eſt animata: ergo habet animam ſibi præſentem.

¶ Item omne animatum actuatur per animam, actus autem, & potentia ſunt ſimul: ergo.

Contra arguit Aureolus, quod Angelus ſit forma cœli non dans actum primum, ſed alias perfectiones. Primò, quia Commentator in de ſomno, & vigilia, dicit quod motus, & forma ſpecifica, & rarum, & denſum cõſequuntur Cœlum tanquam ſequelæ ſpirituum, eo modo quo caliditas, & leuitas conſequuntur formam ignis: ergo.

Reſpondeo, negatur antecedens, immò 3. de anima comment. 5. probare conatur, quod etiã intellectus poſſibilis, de quo magis videtur, non ſit forma corporis, ſed Commentat. intelligit quod Cœlum habet illas perfectiones non à motore proximo, ſed à primo, & ſeparato, qui eſt Deus, & ſi intelligit de Angelis, negatur eius auctoritas, de ſpiritualibus creat. artic. 6. ad 7. & 10. Duo enim requiruntur ad formam ſubſtantialem alicuius. Primò quod ſit in eo principium eſſendi ſubſtantiale principium dico formale. Secundò, quod talis forma, & eius materia conueniant in vno eſſe 3. contra gent. cap. 67.

Secundò, Commentat. dicit quod forma abſtracta non agit in corpus per contactum, ſed Angelus agit in Cœlum mouendo ipſum: ergo non eſt forma ab eo abſtracta.

Reſpondeo. Comment. intelligit de contactu mutuo, ſcilicèt vt tangit corpus, & tangatur ab illo, & ideò negatur conſequentia. Multa alia diffusè adducit ex dictis Commentat. & ex ſe. Ad quæ diſſoluenda, primò notandum eſt quod omnes virtutes, quæ apparent in cœlo poſſunt reduci tanquam in principium proximum in formam ſubſtantialem ipſius cœli. Nos enim ponimus corpus cœleſte eſſe compoſitum ex materia, & forma ſubſtantiali, quæ quidem forma non eſt anima, nec ſola corporeitas accipiendo corporeitatem pro aliqua forma de genere quantitatis, aut pro aliqua forma ſubſtantiali dante ſuæ materiæ ſolam perfectionem corporeitatis, ſed dat eſſe ſubſtãtiale, & eſſe corporeum hoc.

Secundò notandum, quod Cœlum naturalitèr inclinatur ad motum circularem, non ex ſola figura, aut quantitate, aut corporeitate, vt corporeitas eſt, ſed ex ſua forma ſubſtantiali, quæ eſt radix omnium prædictorum, & omnium perfectionum ſecundarum ipſius cœli. Dico tamen, quod ex tali forma non habet principium actiuum talis motus, ſed paſſiuum, & hoc ſufficit ad hoc, quod ille motus ſit ei naturalis, de potent. quæſt. 5. articul. 5. item de ſpiritualibus creaturis, vbi ſupra ad ſeptimum, dicitur quod eſt naturalis, quia ſubſtantia ſpiritualis habet virtutem naturalem determinatã ad corporis cœleſtis motum, nec oportet quod ille motus ſit tractus, aut pulſus propriè, quia mouetur à ſubſtantia ſeparata per imperium voluntatis.

Item dicta potentia Aureoli vilificat naturam Angelicam, dum vult quod eſſe Angelicũ poſſit particulari à materia. Et ſi dicatur, magnificatur, magnificat Diuinam potentiam, dico quod non eſt ponendum eſſe, quod eam magnificat, ſed ſolum illud quod ei attribuitur rationi conſonum, & dictis Sanctorum, alias poſitio Enclitiſtarum eſſet catholica, in hoc quod ponit vnam eſſentiam eſſe tres eſſentias, ſicut Diuina eſſentia eſt tres perſonæ.

Item ſequitur, quod Cœlum eſſet nobilius homine, quod falſum eſt 2. phyſic. text. 26. vbi dicitur, quod anima humana eſt vltimum, ad quod venit conſideratio philoſophiæ. Derogat etiam Theologiæ, quæ dicitur, quòd cœlum

factum

Digitized by Google

ſactum eſt ad complendum numerum electorum tanquam propter finem proximum, nunquam autem indignus poteſt eſſe finis proximus, vel remotus rei ſe dignioris, loquendo de fine naturali, de potentia, quæſtione quinta articulo quinto. Et ſic patet poſitionem Aureoli eſſe periculoſam.

*Additioqua eſt ſolutio argumentorum recentiorum per M. Mauritium de Gregorio.*

*In hac nona, & decima diſtinctione 2. Sententiar. & vnica quæſtione ſequenti confutantur hæreſes damnatæ, vt in noſtro Commentar. in text. Magiſtri, & confutantur etiam hæreſes, quæ ſunt in Abecedario, & in Ethimologijs hæreſum, & confutantur ſimilitèr Idolatriæ, vt in Abecedario Idolorum in principio, vide ibi litera A. C. F. & V. ac etiam confutãtur falſa Theologia Fenicum, Egyptiorum, Græcorum, Atlanticorum, Frigiorum, Gentium, &c. ab Euſebio in primo, ſecundo, tertio, & quarto libro de præparatione Euangelica contra Theologiam fabuloſam Poetarum antiquorum.*

*Loca ſolutia argumẽta aduerſariorum Magiſtri Mauritij vltra commentaria textuũ, et loca cõtra hæreſes, &c.*

*Ex concluſionibus, probationibus, & ſolutionibus argumentorum Capreoli ſoluuntur argumenta Vulpes, & aliorum recentiorum facile, vt facit Ariſtoteles ad argumenta Antiquorum, quod veritatis cognitio dubiorum eſt ſolutio, & cum Cardinali Bellarmino dicente in libro de Scriptoribus Eccleſiaſticis de Ioanne Capræolo, quòd Ioann. Capreolus ſit defenſor Egregius Sancti Thomæ, & optimè diſſoluit omnia argumenta aduerſariorum: dicunt verba formalia Bellarmini, ergò ſi optimè diſſoluit per Bellarminum ſunt ſoluta argumenta cum his doctrinis hic: Sicut ſoluit Ariſtotelis contra antiquos dicendo in 3. de Cœlo, & in 3. Metaphiſic. veritatis cagnitio, dubiorum eſt reſolutio.*

*Reſpondetur ſecundò cum Cardinali Sarnano Franciſcano doctiſſimo, cum quinquageſimaprima concordantia, et ſimilitèr cum quinquageſima concordantia Bonæberbæ.*

*Reſpondetur tertiò cum Petro de Bergamo, et Bartholomæo Spina dicentibus in tabula Sancti Thomæ, quod qui ſcit totam Logicam Sancti Thomæ, Philoſophiam etiam moralem, totam Metaphyſicam Sancti Thomæ, et totam eiuſdem Theologiam, nullum poteſt facere argumentum contra Sanctum Thomam, et ideò ſubdit, quod iſti recentiores ſtudẽt tantummodò articulo, ſuper quem componunt, et habent in mente omnia opera Sancti Thomæ loquentis præſuppoſitiuè, præſupponendo omnia ſupradicta, & dicendo, qua propter prærumpunt in verba in tantum Magnum Doctorem nullo modo applicanda, quòd Sanctus Thomas contradicat ſibi ipſi, et ideò Cardinal. Sarnanus, quia ſciebat totum Sanctum Thomam concordauit ſimilitèr, etiam Ioannes Capræolus ſoluit argumenta aduerſariorum, cum locis Sancti Thomæ quia totum in mente habebat Sanctum Thomam, et ideò Bellarmin. dicebat bene omnia ſoluere Capreolum.*

*Argumenta verò Vaſquez, Valentiæ, Molinæ, Suarez, etc. quia colliguntur, et ſoluuntur, clarè, diſtinctè, et breuitèr à Ripa, à Nazario, à Conſales, à Nauarretto, à Zenardo, et præcipuè à Montagnolo, in prima parte Sancti Thomæ quæſt. 51. de Angelis in comparatione ad corpus.*

*Vide noſtram expoſitionem* Petri Lõbardi *aperientem mentem huius materiæ vt in folio 71. hic, et infra pro 3. reſponſione Vulpes. Ac etiam vide 1. 2. et 3. folium pro reſponſione ad quartum, quintum, et ſextum argumentum eiuſdem Vulpes.*

Loca *Sacræ Scripturæ hic, et infra à Salmerone,* Emanuel *Sa, à Toleto, à* Prierio, *Vegha, à Poſſeuino, à Salian, Torello in annalibus à creatione* Mundi, *quæ videntur repugnare aliquo modo Thomiſtis, quia ſunt concordata à nobis in fine noſtræ expoſitionis totius Bibliæ, et in Anatomia Bibliæ impræſſa ideò vide ea illic.*

## DISTINCTIO XI.

### *Quæſtione* 1.

CIRCA vndecimam Diſtinctionẽ quæritur. Vtrum Angeli proficiant in cognitione per mutuam locutionem.

*Concluſio* I. Angelum loqui Angelo nihil aliud eſt quam Angelum ordinare conceptum mentis ſuæ ad aliũ, ad hoc quòd voluntas eius alteri innoteſcat, prima parte, quæſtione trigeſimaſeptima, articulo primo. Sicut forma materialis in ſuo genere ſic poteſt eſſe perfecta quòd non ſolum perficit proprium ſubiectum, ſed perfectionem ſuam communicat alteri ſubiecto, ita forma intellectualis ſic poteſt eſſe perfecta, vt ſic aliquo modo principium alienæ cognitionis, &



Digitized by Google

ad hoc ſufficit ordo ſupradictus, quia quod agit ſitus, & localis præſentia in corporibus, hoc agit ordo in ſpiritualibus.

Notantèr autem dico aliquo modo, quia talis principiatio, vel cauſalitas potius eſt cauſalitas obiecti, vel finis quam efficientis.

Idem ponit ſecundo ſetent. diſtin. 12. quæſt. 1 articul. 3. vbi dicit quod quando Angelus ordinat ſpeciem conceptam alicui eorum, quæ vnus Angelus in altero naturalitèr, videre poteſt illud naturalitèr cognoſcibile fit ſignum expreſſiuum interioris conceptus.

Contra arguit Durandus ſecundo ſententiarum, diſtinct. 11. quæſt. 2. Illa ſigna non ſunt ſignificatiua naturaliter, alias ſignificarent tantum naturales paſſiones ſicut gemitus infirmorum, naturales autem motus voluntatis Angeli quilibet Angelus cognoſcit ſine omni ſigno.

Item per ſigna naturalia non fit propriè locutio, non etiam ſignificant ad placitum. ergo per ea vnus non loquitur alteri.

Reſpondeo, quòd non ſignificant purè naturalitèr, hoc eſt ſine imperio voluntatis, nec purè ad placitum, ideſt ex inſtitutione, ſed vtrumque concurrit, ſcilicet natura, & voluntas. Talia enim ſigna non ſunt niſi ſpecies intelligibiles, de veritat. quæſt. 9. articul. 4. ad 13. Species autem aliquid repreſentat ex neceſſitate naturæ, ſcilicet obiectum, & aliud ex imperio voluntatis, ſcilicet actualem cogitationem, vel conceptum rei ſpecialem, & determinatum vbi ſupra 11. & 15. Ipſa enim ſpecies quantum eſt de ſe, ſemper repreſentat quicquid repreſentat, dum modo ſit debitè præſens intellectui audientis, hoc autem fit per imperium voluntatis ordinantis eam ſic, vel ſic.

¶ Ad primam improbationem negatur conſequentia, quia ſpecies intelligibilis eſt ſignum naturale eius, cuius eſt ſpecies, multa autem, quæ non ſunt paſſiones, habent ſui ſpeciem in intellectu, puta quidditates rerum.

¶ Ad aliam negatur antecedens, loquendo de ſignis naturalibus, quæ ſunt ſpecies.

Secundò, Angelus loquitur Deo ſine aliquo: ergo unus Angelus etiam alteri.

Reſpondeo, negatur conſequentia, quia auditiones Angeli, & Dei æquiuocè ſunt, quia Deus non intelligit unam creaturam per aliam nec per ſpecies ſupradditas, ſed omnia per eſſentiam ſuam, ubi ſupra, articul. 4. ad quartum, prima parte, quæſtio. 107. articulo tertio, ad primum.

*Concluſio II.* Angelus loquens nihil propriè cauſat in altero Angelo, ſed tantum in ſeipſo, de uerit. quæſtione nona, articulo quinto, ad ſecundum, tertium, & quintum. Ratio quoniam inferior loquitur ſuperiori, nihil tamen in eo cauſat.

Contra arguit Scotus in 2. diſtinctione 9. Primò ſequeretur quòd æqualitèr omnibus loqueretur.

Reſpondeo, negatur conſequentia, quia conceptus per Angelum loquentem expreſſus ita ordinatur ad hunc Angelum, quod non ad alium, & ſic præſentat ei obiectum. Angelus autem audiens cauſat in ſeipſo actualem intellectionem reſpectu illius obiecti.

Secundò. Deus illuminando primum Angelum aliquid in eo cauſat, & ille in alio: ergo, &c.

Reſpondeo, negatur conſequentia, quia illuminatio dicitur à locutione. Item quia illuminatio, quæ immediatè eſt à Deo, & illa quæ ab Angelo non ſunt æquales, quia Deus auctor eſt luminis naturalis, & gratuiti, & glorioſi, non ſic alius Angelus.

Tertiò. Omnis loquens intellectualiter cauſat immediatè in eo, cui loquitur conceptum illius, de quo loquitur, ſi poteſt, ſed Angelus hoc poteſt: ergo maior nota, minor probatur. Illud quod ſufficientèr eſt in actu primo reſpectu alicuius effectus, poteſt illum effectũ cauſare in paſſo proportionato, & approximato, ſed alius Angelus eſt huiuſmodi: ergo.

Reſpondeo, negatur minor. Ad probationem negatur maior, alitèr ſequeretur, quòd una creatura poſſet habere ſcientiam per infuſionem ab alia creatura.

Quartò. Angelus inferior cognoſcit ſeipſum intuitiuè per eſſentiam ſuam: ergo, & ſuperior cognoſcit illum inferiorem per eſſentiam ſuam intuitiuè: ergo illud quo in intellectu unius gignit aliquam notitiam intuitiuam poteſt etiam eã gignere in intellectu alterius.

Reſpondeo. negatur prima conſequentia, ſed ſuperior cognoſcit inferiorem per ſpeciem concreatam, & illa cognitio eſt æquè intuitiua ſicut illa qua inferior cognoſcit ſe per eſſentiam ſuam; immò perfectius intuitiua. Non enim cognitio dicitur abſtractiua, qua fit per ſpeciem, ſed quia terminatur ad ſpeciem. Nec dicitur intuitiua, quia immediatè cauſatur ab obiecto, ſed quia immediatè terminatur ad obiectum.

Et ſi dicatur, cognitio per ſpeciem, poteſt eſſe de re non exiſtente: ergo eſt abſtractiua.

¶ Dico, quod cognitio per ſpeciem quæ terminatur ad ſpeciem, poteſt eſſe de re non exiſtente, vt patet in notitia recordatiua, & notitia confuſa, & vniuerſali. Non autem eſt verum illud antecedens de notitia per ſpeciem, quæ non poteſt terminari ad ſpeciem, ſed terminatur neceſſariò ad rem in ſe. Negatur

Digitized by Google

gatur etiam vltima conſequentia.

Quæ ſequuntur pertinent ad ſecundam quæſtionem.

*Concluſio III.* Vnus Angelus illuminat alium prima parte queſt. 111. artic. 1. Ratio eſt, quia manifeſtat ei intelligibilem veritatem.

Contra arguit Durandus in 2. diſtinct. 11. Illuminatio pertinet ad cognitionem glorioſam: ergo non poteſt fieri niſi à Deo.

Reſpondeo negatur conſequentia: quia talia licet reducantur in ſolum Deum tanquam in principium primum, poſſunt tamen reduci in creaturam tanquam in principium proximum.

Item lumen gloriæ eſt quid creatum, & tamen facit ad viſionem beatificam.

*Concluſio IV.* Dicta illuminatio fit ſecundum duo. Primum eſt intellectus confortatio. Secundum eſt veritatis proportionatæ capacitati illuminandi propoſitio. S. D. vbi ſupra.

Contra primam partem concluſionis arguit Durandus. Primò vnus non illuminat alium imprimendo lumen, quia hoc eſt à ſolo Deo: nec intendo, quia non ſuſcipit magis, & & minus: ergo, &c.

Reſpondeo, negatur conſequentia, ſed fit alijs modis. Primus eſt, quia angelus ſuperior per ſuum lumen influit alteri angelo virtutem quandam eo modo, quò in nobis intellectus agens influit in phantaſmata, quæ quidem virtus habet in angelo recipiente eam eſſe imperfectum, & intentionale, ſicut virtus principalis agentis habet eſſe in inſtrumento: nec illud lumen fit intenſius, ſed vigoroſius, quia ex ambobus reſultat quid potentius extenſiuè licet non intenſiuè.

¶ Secundus modus eſt, quia proponit ei aliquod obiectum luminoſum participans lumen ſuperioris angeli. Quò obiecto hauſto lumen angeli inferioris fortificatior, ſicut fortificatur lumen diſcipuli hauſto à magiſtro aliquo principio de veri. queſt. 9. artic. 1. ad ſecundum, ſecunda ſecundæ. queſt. 15. artic. 1.

¶ Si dicatur, ergo angelus ſuperior cauſat aliquid in inferiori, negatur conſequentia, vt dicit de veri. quæſt. 9. artic. 1. ad 5. Et præter lumen naturale poſſunt poni alia tria lumina, ſcilicet habitus ſuperadditi, & obiectum cognitum vel medium cognoſcendi, & influxus virtutis. Et iſta explicatio veritatis, quam facit angelus ſuperior inferiori, fit ex parte actus intelligendi quò format conceptus particularizatos, & proportionatos capacitati intellectus angeli inferioris. Et cum illi conceptus ſint quædam intellligibilia ſigna veritatis, conceditur quòd illa particulatio fit per ſigna non exteriora, ſed interiora.

Ex his patet, quòd ad eandem intellectionem duo lumina concurrere poſſunt: vnum tanquam principium elicitiuum, aliud tãquam principium remotum influens alteri lumen intelligibile modo prædicto.

*Concluſio V.* Illuminatio non fit de deitate, nec de pertinentibus ad eam, vt de attributis, vel relationibus, ſed rationibus diuinorum operum vbi ſupra ad primũ, & 2. ſent. diſt. 11.

Sciendum eſt, quòd de his, quæ angelus inferior videt in verbo pro quanto videntur in verbo, non oportet eum illuminari à ſuperiori, ſed ſi inferior videt ibi aliquam creaturam quò ad aliquas eius habitudines aut rationes, & non quò ad omnes, tunc quòad eas quas non videt, poteſt illuminare, ſed hoc non eſt illuminari de viſis in verbo, ſed de non viſis ſolus enim Deus, & anima Chriſti ſciunt omnes habitudines, quas habet paſſio Chriſti: vt puta ad quot ſe extendit vt ſaluandos per illam: & ſic de ea poteſt vnus alium illuminare: & ſic de alijs multis.

*In hac vndecima diſtinctione 2. Sententiar. & vnica quæſtione ſequenti confutantur hæreſes damnatæ, vt in noſtro Commentar. in text. Magiſtri, & confutantur etiam hæreſes, quæ ſunt in Abecedario, & in Ethimologijs hæreſum, & confutantur ſimiliter Idolatriæ, vt in Abecedario Idolorum in principio, vide ibi litera A. C. I. &* L. *ac etiam confutãtur falſæ Theologiæ Fenicum, Egyptiorum, Græcorum, Atlanticorum, Frigiorum, Gentium, &c. ab Euſebio in primo, ſecundo, tertio, & quarto libro de præparatione Euangelica contra Theologiam fabuloſam Poetarum antiquorum.*

*Additio quæ eſt ſolutio argumentorum recentiorum per* M. *Mauritium de Gregorio*

*Ex concluſionibus, probationibus, & ſolutionibus argumentorum Capreoli ſoluuntur argumenta Vulpes, & aliorum recentiorum facile, vt facit Ariſtoteles ad argumenta Antiquorum, quod veritatis cognitio dubiorum eſt ſolutio, & cum Cardinali Bellarmino dicente in libro de Scriptoribus Eccleſiaſticis de Ioanne Capræolo, quòd Ioann. Capreolus ſit defenſor Egregius Sancti Thomæ, & optimè diſſoluit omnia argumenta aduerſariorum: dicunt verba formalia Bellarmini, ergò ſi optimè diſſoluit per Bellarminum ſunt ſoluta argumenta cum his doctrinis hic: Sicut ſoluit Ariſtotelis contra antiquos dicendo in 3. de Cælo, & in 3. Metaphiſic. veritatis cognitio, dubiorum eſt reſolutio.*

*Loca ſolũtia argumẽta aduerſariorum Magiſtri Mauritij vltra commentaria textuũ, et loca cõtra hæreſes &c.*

*Reſpondetur ſecundò cum Cardinali*

*Sarnano Franciſcano doctiſſimo, cum quinquageſimaſecunda concordantia, et ſimilitèr cum quinquageſimaprima concordantia Bonęherbę.*

*Reſpondetur tertiò cum Petro de Bergamo, et Bartholomęo Spina dicentibus in tabula Sancti Thomę, quod qui ſcit totam Logicam Sancti Thomæ, Philoſophiam etiam moralem, totam Metaphyſicam Sancti Thomę, et totam eiuſdem Theologiam, nullum poteſt facere argumentum contra Sanctum Thomam, et ideò ſubdit, quod iſti recentiores ſtudẽt tantummodò articulo, ſuper quem componunt, et habent in mente omnia opera Sancti Thomę loquentis pręſuppoſitiuè, præſupponendo omnia ſupradicta, & dicendo, qua propter prętumpunt in verba in tantum Magnum Doctorem nullo modo applicanda, quòd Sanctus Thomas contradicat ſibi ipſi, et ideò Cardinal. Sarnanus, quia ſciebat totum Sanctum Thomam concordauit ſimilitèr, etiam Ioannes Capræolus ſoluit argumenta aduerſariorum, cum locis Sancti Thomæ quia totum in mente habebat Sanctum Thomam, et ideò Bellarmin. dicebat benè omnia ſoluere Capreolum.*

*Argumenta verò Vaſquez, Valentię, Molinæ, Suarez, etc. quia colliguntur, et ſoluuntur, clarè, distinctè, et breuitèr à Ripa, à Nazario, à Conſales, à Nauarretto, à Zenardo, et pręcipuè à Montagnolo, in prima parte Sancti Thomæ quæſt. 110. de pręſidẽtia Angelorum ſuper corporalem creaturam.*

*Vide noſtram expoſitionem Petri Lõbardi aperientem mentem huius materiæ vt in folio 71. hic, et infra pro 3. reſponſione Vulpes. Ac etiam vide 1. 2. et 3. folium pro reſponſione ad quartum, quintum, et ſextum argumentum eiuſdem Vulpes.*

*Loca Sacræ Scripturæ hic, et infra à Salmerone, Emanuel Sa, à Toleto, à Prierio, Vegha, à Poſſeuino, à Salian, Torello in annalibus à creatione Mundi, quæ videntur repugnare aliquo modo Thomiſtis, quia ſunt concordata à nobis in fine noſtrę expoſitionis totius Bibliæ, et in Anatomia Biblię impræſſa ideò vide ea illic.*

## DISTINCTIO XII.

### Quæſtio. I.

CIRCA duodecimam Diſtinctionem quæritur. Vtrum omnium corporalium ſit vna materia.

*Concluſio* I. In cœlo eſt propriè materia, quæ eſt pars corporis cęleſtis, prima parte, quęſt. 66. articul. 2. Ratio, nullum corpus ſenſibile actu exiſtens eſt pura forma, nec pura materia, quia ex quo eſt ſenſibile non eſt pura forma, & ex quo eſt actu nõ eſt pura materia, ſed corpus cœleſte eſt huiuſmodi: ergo, &c.

Contra arguit Durandus in 2. diſtinct. 12. quæſt. 1. primò. In cœlo non ſunt partes diuerſarum rationum: ergo non materia. & forma.

Reſpondęo. Negatur antecedens. Quia vbi ſunt eiuſdem rationis, neceſſe eſt eſſe, & partes diuerſarum rationum, vbicunque enim ſunt partes eiuſdem rationis, ibi neceſſariò eſt quantitas, & vbi eſt quantitas, ibi eſt materia, & vbi eſt materia, & vbi materia, ibi forma ſubſtantialis.

Secundò. Quicquid habet materiam, quæ eſt in potentia ad eſſe, poteſt tranſmutari, ſed omnis materia eſt in potentia ad eſſe: ergo quod habet materiam poteſt tranſmutari, ſed cœlum non poteſt tranſmutari ergo, conſequentia nota cum minori, maior probatur. Tum quia quod eſt in potentia ad eſſe non habet actu eſſe quantum eſt de ſe: ergo poteſt eo carere. Tum quia eadem eſt potentia contrariorum 9. metaphiſ. ſed eſſe ſunt largo modo contraria: ergo quod eſt potentia ad eſſe eſt etiam ad non eſſe.

Reſpondeo, eſt duplex potentia ad eſſe, vna eſt ad eſſe, quod iam habet alia ad eſſe quod non habet. Loquendo in primo ſenſu, maior non eſt vniuerſalitèr vera, alioquin ſol poſſet priuari luce, & eſſentia Angeli ſuo eſſe, & ſic conceditur minor. Si loquamur de ſecunda potentia conceditur maior, ſed minor eſt falſa.

Ad primam probationem maioris, in ſenſu quo negatur, negatur conſequentia, quia nulla creatura habet de ſe eſſe, non tamen quilibet poteſt ex ſe carere eſſe, vt etiam ipſe concedit, & materia prima, vt ipſe concedit non habet ex ſe aliquam formam, & tamen non poteſt carere omni forma.

Ad ſecundam probationem dico primò, quòd eſſe, vel forma Cœli non habet contrarium, nec ſua materia eſt in potentia naturali ad duo contraria.

¶Dico ſecundò, illa propoſitio philoſophi non

Digitized by Google

non eſt vniuerſalitèr vera, quia ſubiectum non eſt in potentia ad oppoſitum ſuæ propriæ paſſionis, nec ſol ad tenebram, ſed loquitur Philoſophus de illa potentia, quæ ex natura ſua non plus determinatur ad vnum contrariorum quàm ad aliud ſicut ſuperficies ad albedinem, & nigredinem.

Sed contrà. Nulla potentia determinat ſibi aliquem actum.

Reſpondeo, quòd licet non determinet ſibi hunc, vel illum actum, determinat ſibi aliquem actum in genere, & materia prima determinat ſibi actum ſubſtantialem.

Item dico, quod materia prima ſi conſideretur in communi, & abſtractè, vt abſtrahi à materia ſuperiorum, & inferiorum, ſic eſt indifferens ad omnem actum ſubſtantialem. Si conſideretur inquantum eſt materia corruptibiliũ, ſic determinat ſibi actus ſeparabiles à ſuis potentijs. Si vt eſt materia incorruptibilium, ſic ęcontra. Quod autem in Cœlo ſit propriè materia, ponit Philoſophus primo Cœli in multis locis, & in 8. metaphiſ. 4. con. 12. Text. cap. 92. & ſequent.

Contra eandem arguit Aureolus dicens hoc eſſe de mente Commentatoris, & adducit multa commenta.

Ad quæ omnia dicitur quod Commentator primo cœli comment. 5. & 10. & 95. ſecundo cęli comment. 4. excludit à cœlo materiam, quæ ſit in potẽtia ad rem remotam à ſuo actu, vel dicendum quòd in illa materia non eſt curandum de verbis Commentatoris, quia contradicit ſibi, nam 6. metaphiſ. dicit comment. 7. quòd materia prima eſt ſubiectum omnium accidentium, conſtat autem in cęlo eſſe multa accidentia.

Contra eandem arguit Godofredus primo quolibet. quæſt. 2. conſimilitèr argumentis Durandi, quæ ſoluuntur ex reſponſionibus ad argumenta Durandi.

*Concluſio II.* Materia corporum cœleſtium eſt alterius rationis à materia corporum inferiorum. 1. parte. queſt. 66. artic. primo, & ſecundo ſententiarum diſtinct. 11. queſt. 1. Ratio eſt quia non poſſunt actuari formis eiuſdem rationis: quia cœleſtis non actuatur forma elementari nec contra.

Contra arguit Durandus in 2. diſt. 1. quęſt. 12 Primo ſequitur quoad materiã vnius corporis cœleſtis ſit alterius rationis à materia corporis alterius hoc eſt falſum: quia differunt plus quàm genere conſequentia patet, quia materia vnius non eſt in potentia ad formam alterius.

Reſpondeo negatur conſequentia, cuius ratio eſt: quia ratio materiæ conſiſtit penes actuationem eius per formam: cum tota ratio materiæ ſit in ordine ad formam. Materia autem omniũ corporum cœleſtium ita actuatur per illam formam, quàm habent, quod totus appetitus eius eſt terminatus: nec eſt in potentia ad aliam: & ex conſequenti nec ſub priuatione, cum priuatio non ſit niſi negatio in ſubiecto apto nato. Materia autem inferiorum ita actuatur, quòd tamen remanet, & priuatio ad aliquam aliam formam non quidem ad formam cœleſtem, ſed elementarem, vel mixtam. Licet ergo corpora cœleſtia adinuicem conueniant in materia: non tamen tranſmutatur: quia ſola conuenientia in materia non eſt ſufficiens principium tranſmutationis: niſi illa materia ſit ſubiecta priuationi. Si dicatur materia ſolis non habet formam lunę: ergo eſt in potentia ad eam, negatur conſequentia, quia materia ſolis totaliter completa eſt per formã, quam habet. Materia enim non eſt in potentia niſi ad illas formas, quæ per agens naturale induci poſſunt: vel diſpoſitiuè: ſicut anima rationalis vel effectiuè ſicut in alijs formis. Alioqui negant etiam falſitatem conſequentis, ſed hoc eſt contra S. Do. qui vult quòd aſtra differant ſpeci e, de ſpiritualibus creaturis.

Secundò, ea quæ ſunt diuerſarum rationum non poſſunt eſſe in æquali gradu propinquitatis ad Deum, ſed materia vtraque eſt in æquali gradu: ergo &c. maior nota: probatur minor. In pura potentia non ſunt gradus: ſicut nec in puro actu, ſed materia eſt pura potentia. ergo.

Reſpondeo negatur minor. Ad probationem dicitur. In pura potentia ex ſe non ſunt gradus, ſed poſſunt eſſe per habitudinem ad actus diuerſorum graduum, & ſic eſt in propoſito: quia vna reſpicit actum non ſeparabiliter à potentia: & alia reſpicit ſeparabilem.

Contrà, in abſolutis diuerſarum rationum oportet ponere diuerſitatem intrinſecè: ergo non tantum penes illos actus.

Reſpondeo, negatur antecedens, quia falſum eſt omnibus potentijs paſſiuis, quæ non poſſunt cognoſci niſi per actus ad quos ſunt vel penes ſua obiecta, vt patet de viſu, & auditu. In talibus enim, quorum ratio ſumitur ab extrinſeco, non poteſt aſſignari gradus per aliquid intrinſecum, ſed per extrinſecum, ſic quod actus ad quos tendunt ſunt ratio diſtinctionis graduum, ſed gradus diſtincti ſunt ipſæ potentiæ.

¶ Si dicatur omnis diſtinctio eſt per actum, Dico quòd eſt per actum, vel per comparationem ad aliquem actum ſcilicet ex diuerſo modo recipiendi actum, ſic .n. forma per eſſentiam ſuam, & nõ per aliquid ſuperadditum ſibi informat materiam, ſic materia per eſſentiam ſuam reci-

Digitized by Google

recipit formam, ideò ex diuerſo modo recipiendi formam accipitur diuerſa natura materiæ.

Si dicatur: ergo à ſimili diuerſa ratio formarum ſumetur ex diuerſo modo informandi materiam.

Reſpondeo, quòd non eſt ſimile, quia forma actus eſt cuius ratio, & diſtinctio non accipitur ab alio, materia autem eſt potentia.

Sed contra totam hanc reſponſionem arguitur.

¶ Reſpectus materiæ ad formam eſt poſterior materia: ergo non diſtinguit eam,

Reſpondeo, quòd reſpectus, vt reſpectus eſt poſterior, nec diſtinguit, nec ratio formalis diſtinctionis diuerſarum materiarum eſt reſpectus, nec aliquid intraneum materiæ, ſed ipſa diuerſitas formarum ad quas materiæ comparantur eſt cauſa, & ratio diuerſitatis, quia tales formæ neceſſariò requirunt materias diuerſarum naturarum. Et talis forma à qua accipitur diuiſio materiæ èddit aliquid, & eſt prior natura. Et ſecundum conſiderationem producentis materia eſt talis naturæ, qualem requirit forma.

Sed contra. Omnis diſtinctio eſt per aliquid formalitèr inhærens diſtincto.

Reſpondeo, quod hoc eſt verum in his quæ in natura ſua includunt actum, & quæ ex natura ſua aliquam rationem habent, quorum vtrũque deficit materiæ, cum ſit pura potentia.

Dico ſecundò, ad minorem principalis argumenti, quod ſimplicitèr eſt falſa. Si dicatur, materia eſt quid infinitum in tota vniuerſitate entium: ergo in ea non ſunt gradus.

Reſpondeo, quod licet pura potentia inquãtum huiuſmodi, & ſecundum hanc rationem communem ſit quid infinitum, tamen pura potentia in tali, vel tali genere, non eſt quid ſimplicitèr infinitum, vnde pura potentia in genere corporum cœleſtium non quid ſimplicitèr infinitum, ſed inter eam, & non ens eſt materia corporum inferiorum.

Contra eandem arguit Aureolus in ſecundo metaphiſ. dicit, quod in fundamento materiæ nihil eſt diſtinctum: ergo. Hæc & illa non ſunt diuerſæ materiæ.

Reſpondeo, quod illa propoſitio intelligitur tanquam quo, materia enim non diſtinguitur ab alia materia per aliquid intrinſecum, licet intrinſecum vnius ſit diſtinctum ab intrinſeco alterius. Materia etiàm ſecundum ſuam rationem communem non habet aliquam determinatam, ſecundum tamen quod eſt in tali, vel tali genere, habet propriam naturam, licèt imperfectè. Eſſentialis autem diffinitio materiæ eſt, quod ſit proprium ſubiectum formæ ſubſtantialis, & immediatum, & proximum, & quod eſt ſubiectum omnium formarum accidentalium mediatum, & remotum.

Alia argumenta Aureoli ſunt eadem cum argumentis Durandi, & ſimilitèr quinque argumenta Aegidij, quæ quærunt per quod iſta materia diſtinguatur ab illa. Et quod omnis materia æqualitèr diſtat à Deo, ad quæ dictum eſt. Quod licet materia ſecundum ſuam cõmunem rationem, ſcilicèt vt potentia, ſit quod infinitum, ſi tamen accipitur in tali, vel tali genere, puta cœleſtium, vel inferiorum, vna eſt inferior alia.

*Additio quæ eſt ſolutio argumentorum recentiorum per M. Mauritium de Gregorio.*

*In hac duodecima Diſtinctione, ſecundi Sententiarum, & vnica quæſtione ſequenti confutantur hæreſes damnatæ, vt in noſtro Commenntar. in text. Magiſtri, & confutantur etiam hæreſes, quæ ſunt in Abecedario, & in Ethimologijs hæreſum, & confutantur ſimilitèr Idolætriæ, vt in Abecedario Idolorum in principio, vide ibi litera C. & M. ac etiam confutantur falſæ Theologię Fænicum, Egyptiorum, Gręcorum, Atlanticorum, Frigiorum, Gentium, &c. ab Euſebio in primo, ſecundo, tertio, & quarto libro de præparatione Euangelica contra Theologiam fabuloſam* Poe*tarum antiquorum.*

*Loca ſoluentia argumẽta aduerſariorum Magiſtri Mauritii vltra commentaria textuũ loca contra hæreſes, &c.*

*Ex concluſionibus, probationibus, & ſolutionibus argumentorum Capræoli ſoluuntur argumenta Vulpes,* & *aliorum recentiorum facilè, vt facit* Ari*ſtotelis ad argumenta Antiquorum, quod veritatis cognitio dubiorum eſt ſolutio, & cum Cardinali Bellarmino dicente in libro de Scriptoribus Eccleſiaſticis de Ioanne Capræolo, quòd Ioannes Gapræolus ſit defenſor Egregius Sancti Thomę, & optimè diſſoluit omnia argumenta aduerſariorum: dicunt verba formalia Bellarmini, ergo ſi optimè diſſoluit per Bellarminum ſunt ſoluta argumenta cum his doctrinis hic: Sicut ſoluit Ariſtotelis contra antiquos dicendo in 3. de Cœlo, & in 3. Metaphiſic. veritatis cognitio, dubiorum eſt reſolutio.*

*Reſpondetur ſecundo cum Cardinali Sarnano Franciſcano doctiſſimo, cum quinquageſimatertia concordantia, & ſimilitèr cum quinquageſimaſecunda cõcordantia Bonæherbæ.*

*Reſpondetur tertio cum Petro de Bergamo, & Barthelomæo Spina dicentibus in tabula Sancti Thomę, quod qui*

Digitized by Google

*qui ſcit totam Logicam Sancti Thomę, Philoſophiam etiam moralem, totam Metaphyſicam Sancti Thomæ, & totam eiuſdem Theologiam, nullum poteſt facere argumentum contra Sanctum Thomam, & ideo ſubdit, quod iſti recentiores ſtudent tantummodo articulo, ſuper quem componunt, & non habent in mente omnia Opera Sancti Thomæ loquentis præſuppoſitiuè, præſupponendo omnia ſupradicta, & dicendo, quapropter prærumpunt in verba in tantum Magnum Doctorem nullo modo applicanda, quod Sanctus Thomas contradicat ſibi ipſi, & ideo Cardinal. Sarnanus, quia ſciebat totum Sanctum Thomam concordauit ſimilitèr, etiam Ioannes Caprȩolus ſoluit argumenta aduerſariorum, cum locis Sancti Thomæ, quia totum in mente habebat Sanctum Thomam, & ideo Bellarm. dicebat bene omnia ſoluere Caprȩolum.*

*Argumenta vero Vaſquez, Valentię, Molinæ, Suarez, &c quia colliguntur; & ſoluuntur, clarè, diſtinctè, & breuitèr à Ripa, à Nazario, à Conſales, à Nauarretto, à Zenardo, & præcipuè à Montagnolo, in prima parte Sancti Thomæ quæſt. 66. de ordine creationis ad diſtinctionem.*

*Vide noſtram expoſitionem Petri Lombardi aperiètem mentem huius materię, vt in folio 71. hic, & infra pro 3. reſponſione Vulpes. Ac etiam vide 1. 2. & 3 folium pro reſponſione ad quartum, quintum, & ſextum argumentum eiuſdem Vulpes.*

*Loca Sacræ Scripturæ hic, & infra à Salmerone, Emanuel Sa, à Toleto, à Prierio, Vegha, à Poſſeuino, à Salian, Torello in annalibus à creatione Mundi, quę videntur repugnare aliquomodo Thomiſtis. quia ſunt concordata à nobis in fine noſtrę expoſitionis totius Bibliæ, & in Anatomia Biblię impræſſa, ideo vide ea illic.*

## DISTINCTIO XIII.
### *Quæſtio. 1.*

CIRCA decimãtertiã Diſtinctionem, quæritur. Vtrum informitas materiæ præceſſerit tempore eius formationem.

*Concluſio I.* Deus non poteſt facere, quod materia prima ſit ſine forma, quolibet. 4. quæſt. prima. Item prima parte quæſt. 66. artic. 1. de potentia quæſt. 4. artic. 1.

Reſpondeo, quia ſi eſt actu ſine forma cum omnis actus ſit forma, 7. metaph. ſequitur, quod ſit actu ſine actu.

Contra arguit Scotus in 2. diſtinct. 12. quęſt. 2 Omne abſolutum prius alio, & realitèr ab eo diſtinctum poteſt ſine eo eſſe, ſed materia eſt huiuſmodi reſpectu formæ: ergo.

Ratio. negatur maior in his, quorum vnum eſt pura potentia, & aliud eſt actus, ſicut eſt in propoſito, falſa etiam eſt illa maior in his, quorum vnum habet cauſalitatem, & prioritatem ſuper alio, & econtra, ſicut in propoſito materia eſt vno modo prior forma quaſi ſubſtentans, & recipiens eam, & forma prior materia, quaſi dans ei eſſe, 4. ſentent. diſtinct. 17. quæſt. 1 artic. 4. quæſt. prima, & ſic materia eo modo, quo eſt prior forma, dicitur prius ab Auguſtin. concreari.

Secundò. Quicquid Deus cauſat per cauſam ſecundam, poteſt immediatè cauſare; ſed dat materiæ eſſe per formam: ergo poteſt ei dare eſſe ſine forma.

Reſpondeo, maior eſt vera de cauſis efficiẽtibus, ſed falſa eſt de cauſis formalibus. Forma autem dat formaliter eſſe ipſi materię, ideò, &c. ſicut etiam Deus non poſſet facere album ſine albedine. Et idem dico de conſeruatione, Deus immediatè, & ſi ſe ſolo conſeruat materiam in genere cauſæ efficientis, non autem in genere cauſæ formalis.

Tertiò. Illud quod nullam ſpeciem alicuius generis ſibi determinat poteſt eſſe ſine illo genere, ſed materia non determinat ſibi aliquã ſpeciem formarum, puta hominis, vel lapidis. alioquin nunquam poſſet ab his ſeparari: ergo.

Reſpondeo, negatur minor, nam quantitas determinat ſibi figuram, quia ſemper eſt ſub aliqua figura, & tamen nullam ſpeciem figuræ ſibi determinat. Idem eſt de viſu reſpectu colorum.

Dico ſecundò, quod materia determinat ſibi certam ſpeciem formæ largè ſumendo ſpeciem, quia nunquam poteſt eſſe ſine forma corporeitatis. Non oportet ergo, quod eſſentialitèr dependeat à formis niſi diſiunctiuè, ſcilicèt quòd neceſſariò habeat iſtam, vel illam.

Quartò. Partes poſſunt remanere, deſtructo toto, ſed materia eſt pars compoſiti: ergo.

Reſpondeo, quod remanet, ſed non niſi aliquo ſibi addito, ſcilicet forma.

Quintò. Incorruptibile poteſt eſſe ſine corruptibili, ſed materia eſt incorruptibilis: ergo.

Reſpondeo, negatur maior de incorruptibili quod eſt pura potentia.

Sextò.

Digitized by Google

Sextò. Principia non ſunt ex alterutris, primo phyſic.text.conſ.51.& 52. ergo vnum poteſt eſſe ſine alio.

Reſpondeo, negatur conſequentia, quia antecedens intelligitur ſolum, quod vnum non eſt pars alterius, nec de eſſentia alterius, non autem quòd vnum non ſit neceſſarium ad eſſe alterius.

Septimò, ſi Deus non poteſt dare eſſe materiæ, niſi mediante cauſa ſecunda, ſcilicet forma, ergo Deus cum cauſa ſecunda excedit ſeipſum præciſe ſumptum.

Reſpondeo, negatur conſequentia, ſed ſolum ſequitur, quòd Deus, & forma ſunt plura genera cauſarum quàm ſolus Deus, quia Deus non poteſt eſſe forma intrinſeca rei, vel eius informatiua.

Octauò. Materia dicit aliquem gradum actualitatis: ergo per illum poteſt eſſe actu ſine forma, conſequentia tenet antecedens probatur. Materia non eſt pura potentia obiectiua ſicut albedo generanda, licet ſit potentia ſubiectiua: ergo antecedens probatur. Tum quia talis potentia obiectiua non eſt terminus productionis ſicut eſt materia. Tum quia numeratur ad numerum actiuum: materia autem non. Tum quia materia eſt receptiua, ergo habet entitatem. Tum quia diuiditur realiter à forma, diuiſio autem eſt paſſio entis realis. Tum quia materia eſt pars compoſiti.

Reſpondeo, negatur antecedens, & illa diſtinctio de duplici potentia eſt extranea à tota philoſophia. Ad probationem dico, quod non eſt potentia obiectiua, quia non eſt facta propriè: ſed eſt confacta, & concreata alijs, prima parte. queſt 45. artic. 4. Conceſſo igitur illo antecedente ad bonum ſenſum, negatur conſequentia, ſcilicet, quod ſit ens actu, ſed eſt ens poſſibile, id eſt, eſt ens, quod eſt potentia, & ſic producitur, vt ens poſſibile de ſe, & actu non niſi per formam: & talis materia manet eadem ſub diuerſis formis, quãtum ad naturam ſuam: habet tamen diuerſa eſſe, & fundatur in actu, id eſt, nunquam eſt ſine actu. Materia igitur de ſe habet entitatem poſitiuam non actualem, ſed potentialem. Et per hoc reſpondetur ad omnes illas inſtantias.

¶ Et ſi quæratur, materia non poteſt eſſe ſine forma, ergo fuit creata ſub forma, ergo aut ſub pluribus: & ſic non fuit vna creatio: aut ſub vna, & ſic fuit ſignata.

Reſpondeo, dico, quod ſub pluribus ſaltem ſub formis elementorum, & fuit vna creatio tali vnitate, qualis erat vnitas termini, ad quẽ; puta vnitate ordinis: quam vnitatem vniuerſitas creaturarum habet.

¶ Sciendum, quod ſit in illa diuiſione de duplici potentia intelligant potentiam obiectiuam realiter eſſe quid diſtinctum a potentia ſubiectiua, eſt falſum, ſi per potentiam obiectiuam intelligant non repugnantiam ad fieri, eſt verum, ſed iſta non eſt aliquid poſitiuum reale.

Nonò. Materia eſt ſecundum ſe ens, ergo poteſt per ſe eſſe, antecedens probatur. Tum quia eſt principium per ſe, tum quia eſt ſubiectum mutationis.

Reſpõdeo. Ens ſumitur primo pro eo, quod ſubſiſtit, vt ſunt ſuppoſita. Secundò pro eo quod eſt ſubiectum actus eſſendi, vt eſt eſſentia completa in genere ſubſtantiæ. Tertiò pro eo, quod eſt formale principium rei ſubſiſtentis, & etiam ipſius eſſe quò res ſubſiſtit, & ſic eſt forma. Quartò pro eo, quod eſt quocunq; modo pars intrinſeca rei ſubſiſtentis, & ſic materia eſt ens. Quintò, pro omni quod aliquo modo actuat rem ſubſiſtentem, & ſic ſunt accidentia. Sextò, pro omni eo de quò patet formari vna propoſitio affirmatiua de ineſſe, ſiue ſit de ſecundo, ſiue de tertio adiacente, & ſic priuationes, & negationes ſunt entia. Illud autem, quod eſt ens quarto, vel ſexto modo tantum, non oportet quod poſſit per ſe eſſe cuiuſmodi eſt materia.

Contra eandem arguit Gregorius in 2. diſt. 12. queſt. 2. artic. 3 primo. Deus per ſe produxit materiam, ergo poteſt per ſe conſeruare.

Reſpondeo, negatur conſequentia in genere cauſæ formalis, vt ſuprà dictum eſt, quia forma eſt formalis entificatio materiæ, & eſt pars intrinſeca materiæ: non quidem abſolutè, ſed vt materia eſt actu ſicut albedo eſt pars intrinſeca hominis albi.

Secundò. Deus poteſt facere formas ſine materia: vt in Sacramento ergo, & econtra.

Reſpondeo, negatur conſequentia, quia forma eſt actus, ideo non repugnat ei eſſe actu ſine alio: materia autem eſt pura potentia.

Tertiò. De materia verificatur iſta propoſitio, materia eſt, ergo eſt.

Reſpondeò, primo, negatur conſequentia: quia de infinito, & de negationibus verificantur multæ propoſitiones, & tamen illa non ſunt actu.

Secundò. Si ly eſt dicat actum eſſendi, antecedens negatur. Concedit autem ſi dicat veritatem propoſitionis, ſcilicet, quod de materia poſſunt multa verè enunciari.

¶ Dicò tertiò, quod iſta eſt vera, materia eſt, ſed eſſe non habet niſi à forma, & adducit multa dicta Commentat. quæ habent exponi, ſicut nunc declaratum eſt.

*Concluſio II.* Materia generabilium, & corruptibilium, ſiue à qualibet forma ſubſtantiali

natu-

Digitized by Google

naturaliter ſeparari poteſt, ita & à qualibet accidentali, etiam à quantitate, prima parte, qu. 76. artic. 3. & 4. & artic. 6.

*R*atio eſt. Quia materia poteſt acquirere nouam formam, quà adueniente corrumpuntur omnia accidentia priora. Si enim prius exiſtentia accidentia remanerent cum forma de nouo adueniente: illa accidentia immediatius, & prius actuarent materiam, quam forma ſubſtantialis aduenieñs de nouo, quia prius ibi ſunt: hoc autem eſt falſum, quia prior actus præintelligitur in materia quàm poſterior, ſed eſſe ſimpliciter eſt actus prior, etiam eſt à forma ſubſtantiali, ergo.

Contra arguit Gregorius in 2. diſt. 12. queſt. 2. artic. 1. primò. Dum ex aere generatur ignis quantitas quæ erat cum forma aeris non corrumpitur in tempore nec in inſtanti: antecedēs pro prima parte conceditur ab omnibus: pro ſecunda probatur ſi corrumpitur in inſtanti, ergo vel in illo in quò introducitur forma ignis, vel in alio, non in alio vt conceditur: nec in eodem ad corruptionem formæ ſubſtantialis rei corrumpēdæ non prius corrumpitur quàm in eius materia ſint inductæ diſpoſitiones incompoſſibiles ſibi, neque etiam poſtquam inductæ ſunt, ſed tunc primo, ergo in inſtanti ſuę corruptionis ſunt in materia quantitas, & qualitas quæ præfuerunt.

Reſpondeo. Quod corrumpitur in eodem inſtanti in quò introducitur forma ſequens, ita quod diſpoſitiones quæ ſunt in materia in illo inſtanti, quod eſt primum non eſſe formæ corruptæ, & primum eſſe formæ generatæ, illæ eædem ſunt cauſa corruptionis prioris formę, & cum hoc ſunt ſequelæ formæ nouæ. Ad improbationem dico, quod expulſio præcedentis formæ, & inductio ſequentis ſe habent, vt cauſa & effectus adinuicem, & vna eſt prior alia, & econtra illa enim quæ abijcitur eſt prior, & ea quæ inducitur in genere cauſæ materialis, & econtra in genere cauſæ formalis, & finis. 4. ſent. diſtinct. 17. queſt. 1. artic. 4. quęſtio. 1. In inſtanti enim inductionis formæ ſequentis eſt talis ordo naturæ, quod primò inducitur noua forma, ſecundò ſequuntur diſpoſitiones ſibi conuenientes, tertiò expellitur forma antiqua, & primum eſt cauſa ſecūdi, & ſecundum cauſa tertij, ſecundum ordinem cauſæ formalis efficientis, & finalis, licet & omnia ſint ſimul tempore.

Secundò. Generans inducit in materia diſpoſitiones, quæ faciunt pro forma inducenda, & illæ remanent, ergo, & quantitas: conſequētia patet, antecedēs probatur, tum quia ſi corrumpuntur fruſtra eſſent inductæ, tum quia ipſum generans non deſtruit eas: nec alias.

Reſpōdeo, negatur antecedens. Ad primam improbationem negatur conſequentia, quia illis deſtructis ſequuntur potiores, & formæ cōgruentiores. Illæ namque violentæ ſunt in ſuo ſubiecto, ſcilicet formæ præcedentes, aliæ vero naturales, diſpoſitio namque remotior eſt via ad diſpoſitionem propinquiorem: ideo neceſſarium eſt illam prius induci: quia non eſt trāſitus de extremo ad extremum niſi per mediū agens enim principaliter intendit inductionem formæ, & illa eſt principalis intentio: ſecundaria eſt expulſio formæ præcedentis, & qualitatum ſibi connaturalium, contrariarum tamen formæ ſequenti: & quia hoc non poteſt fieri ſine inductione diſpoſitionum repugnantium primæ formæ, & congruentium ſecundæ, ideo agens illud inducit qualitates repugnantes primæ, & congruentes ſecūdæ, quod autem poſtea eas deſtruit contingit præter eius intentionem, propter corruptionem ſubiecti, concedo tamen, quia materia nudè ſumpta de ſe eſt capax formæ quò ad primum perfectionis gradum, qui eſt eſſe corporeum. Et ſi forma nullum alium gradum præter illum daret, non eſſet neceſſaria quęcunque accidentalis diſpoſitio, nec quæcunque materia ſic proxima cuilibet formæ, & ſic vult Philoſophus, & Commentator.

Tertiò. Si diſpoſitiones præcedentes non manent in inſtanti introductionis formæ, ſequitur quòd exiſtente materia ſummè diſpoſita ad vnam formam, poterit introduci alia forma, omninò diſparata, hoc eſt falſum, ergo probatur conſequentia, ſit materia ſummè diſpoſita ad formam terræ, puta materia ligni, & ponatur ignis diſtās qui continuè moueatur verſus hoc lignum, ita quòd in eodem inſtanti quò corrumpitur forma ſubſtantialis ligni ſit in debita diſtantia primò ad agendum in illam materiam, & ſit potentior hic ignis ad agendum quàm illud agens, quod diſponebat materiam ad formam terrę, tunc ſi materia denudatur à diſpoſitionibus præcedentibus cum in illo inſtanti non ſit magis diſpoſitio ad vnam formam quam ad aliam: recipiet formam ignis tanquam à potentiori agente.

Reſpondeo, negatur conſequentia. Ad caſum dicitur, quod ignis in illo inſtanti nō aget, ſed incipiet agere per negationem de præſenti, & poſitionem de futuro. Agens autem, quod diſponit ad formam terræ agit in illo inſtanti, inducendo formam terræ in materia, & hoc prius natura, quam corrumpat formam ligni.

Et ſi dicatur. Quare magis aget in inſtanti illo primum agens, quàm ſecundum, cum ſint æquè proxima.



Digitized by Google

¶ Reſpondeo. Quòd hoc erit actio ſubita, qualis eſt inductio formæ ſubſtantialis. Naturaliter eſſe non poteſt niſi ipſa ſit terminus alicuius actionis ſucceſſiuè, & ideo cum primum agens tempore præcedenti egerit in lignum motu alterationis, ideo in inſtanti terminante alterationem introduceret formam ſubſtantialem. Ignis autem non agit in materia eius, fallitur igitur arguens, quia exiſtimat opinionem S.D. fuiſſe quia in caſu illo in inſtanti corruptionis ligni prius natura ſit corruptio ligni quàm generatio terræ, & quia in illo inſtanti materia non habeat aliquam diſpoſitionem ad formam terræ, quæ omnia falſa ſunt.

Si dicatur, ſi in illo inſtanti non eſt aliqua diſpoſitio præcedens, quò modo in illo inſtanti produci poſſunt omnes diſpoſitiones conuenientes illi formæ?

¶ Reſpondet S. Do. 2. quoli. queſt. 5. ad 2. Quia in illo inſtanti inducta forma ſubſtantiali, & per eam expulſa forma præcedente cum omni reſiſtentia ad formam, & eius diſpoſitiones, poteſt eas in inſtanti inducere tanquam ſequelam formę, & alterationis præcedentis.

Quarto. Ariſt. & Commen. 2. de generatione tex. con. 25. dicunt, quod in habentibus ſymbolum facilior eſt tranſitus, & cauſa, quia non oportet niſi vnam qualitatem corrumpi, ſcilicet contrariam: alia vero remanet, puta cum ex aere generatur ignis, remanet caliditas in illa materia, & corrumpitur humiditas, ergo.

Reſpondeo. Quod facilior eſt tranſitus, quia ſoli vna qualitas reſiſtit, puta humiditas in caſu prædicto, vtraque tamen corrumpitur.

Contra eandem arguit Aureolus ſi non manet eadem quantitas in generato, & corrupto, aut quantitas quæ de nouo generatur, educitur tota de vno, & eodem, & ſic eſſet in eodem indiuiſibili, de quò educitur, & ſic materia non eſſet extenſa, aut educitur de alio, & alio ipſius materiæ, & ſic habetur propoſitum, quod eſt dare aliud, & aliud præcedens quantitatem.

Reſpondeo. Quod educitur de materia cõpoſiti corrupti tanquam de ſubiecto remoto, ſed tanquam de ſubiecto proximo, & immediato educitur de compoſito nouiter producto virtute præcedentis alterationis, quã terminatur primo ad inductionem formę ſubſtantialis, ſecũdò ad omnia accidentia, quæ eam ſequuntur.

¶ Dico ſecundò quia educitur de ſubiecto quodcunque ſit illud, quod eſt diuiſibile in potentia, ſed non in actu, ſit autem diuiſibile actu per quantitatem. Nec ſequitur, ergo quantitas recipitur in indiuiſibili, aut materia non extenditur ad extenſionem quantitatis, quia materia, vt præcedit quantitatem eſt indiuiſibilis actu, diuiſibilis tamen in potentia. Poteſt etiam dici, quia recipitur in diuerſis partibus materiæ, hoc eſt in partibus quæ fuerunt ſub priori quantitate.

Secundò. Terminus à quò, & ad quem non ſunt eiuſdem ſpeciei, ergo, vna quantitas non abijcitur, & alia acquiritur.

Reſpondeo. Negatur antecedens vniuerſaliter intellectus, vt patet inſtantia in motu argumenti.

*S*ciendum autem quòd in corruptione præcedentis compoſiti, & generatio de nouo, non eſt vna, & eadem alteratio à principio vſque ad finem, quia alia eſt alteratio, per quam diſpoſitiones præcedentes introducuntur, & acquiruntur, & alia per quam diſpoſitiones conſequentes inducuntur. Primæ enim corrumpuntur in inſtanti generationis ſecundæ formæ, aliæ vero incipiunt in illo inſtanti.

Et ſi dicatur nullum accidens corrumpitur in fine alterationis, per quam acquiritur.

Reſpondeo. Quod verum eſt loquendo de fine intrinſeco: non autem de extrinſeco. Verum eſt etiam quando alteratio ſiſtit in qualitate, non autem ſi ad alterationem ſequatur generatio ſubſtantiæ. Poteſt etiam dici, quòd accidentia ſequentia formam vltimam inducuntur potius per generationem ſubſtantialem tanquam terminus ſecundarius, quàm per alterationem præcedentem, vnde, & inducuntur in inſtanti, ſicut ipſa forma ſubſtantialis.

¶ Et ſi S. D. videtur aliquando dicere oppoſitum huius concluſionis, tenendum eſt tamen id quod vltimo dixit in ſumma, quia ipſa eſt quaſi liber retractationum. Vel dicendum quia intelligit eandem quantitatem manere in viuo, & mortuo non ſecundum numerum, ſed ſecundum ſpeciem.

*Concluſio III.* Nullum accidens abſolutum immediatè inhæret primæ materiæ, ſed compoſito aut formæ ſubſtantiali, prima parte, quæſtione ſeptuageſimaſeptima, artic. ſexto, item de anima, articulo nono, & 8. metaphy. cap. de materiali autem principio.

Contrà arguit Gregor. in 2. diſt. 12. quæſt. 2. artic. 2. primo. Tantum illud eſt ſubiectum omnium accidentium per quod compoſitum eſt in potentia, ſed ſola materia eſt huiuſmodi ergo.

Reſpõdeo. Si intelligitur per illud, per quod compoſitum eſt in potentia ſit prima radix, & prima ratio ſuſcipiendi, conceditur totum, ſed non ſequitur quod ſit primum recipiens, ſicut etiã materia eſt prima ratio quod aliquid moueatur

uea-

Digitized by Google

uetur,non tamen ipſa eſt ſubiectum motus 5. phyſic.& 2.meta.

Secundò. Nec forma ſubſtantialis, nec aliqua forma accidentalis eſt ſubiectum omnium formarum corporalium: ergo tantum materia.

Reſpondeo. Negatur antecedens, quia eſt compoſitum id quod eſt ſubiectum, & hoc eſt diſtinctum à materia, & forma Sanct. Doct. in tractatu de natura materiæ. Materia enim eſt in potentia proxima ſolum ad formam ſubſtantialẽ,ſed in potentia remota ad accidentia.

Contra eandem arguit Aureolus. Dum aqua calefit.illa alteratio non habet pro ſubiecto formam aquæ,nec compoſitum, ergo materiam, antecedens probatur. Nulla alteratio perimit ſuum ſubiectum,ſed per illam perimitur forma aque,& ipſa aqua, puta dum aqua fit ignis.

Reſpondet Sanct. Doct.vbi ſupra. [Ex quo patet, quod nullus motus per ſe, & directè perimit ſuum ſubiectum,quia quãdiu manet motus manet ſubiectum eius, ſed indirectè, & per accidens poteſt perimere ſuum ſubiectum,non quidem effectiuè, nec formalitèr, ſed tantum ratione ſui termini, qui eſt generatio. Generatio autem vnius eſt corruptio alterius. Et ſic eſt finis huius quæſtionis.

*In hac decimatertia diſtinctione 2. Sententiar. & vnica quæſtione ſequenti confutantur hæreſes damnatæ, vt in noſtro Commentar. in text. Magiſtri, & confutantur etiam hæreſes, quæ ſunt in Abecedario, & in Ethimologijs hæreſum, & confutantur ſimilitèr Idolatriæ, vt in Abecedario Idolorum in principio, vide ibi litera I.M.P. & T. ac etiam confutantur falſæ Theologiæ Fęnicum, Egyptiorum, Græcorum, Atlanticorum, Frigiorum, Gentium, &c. ab Euſebio in primo, ſecundo, tertio, & quarto libro de præparatione Euangelica contra Theologiam fabuloſam Poetarum antiquorum.*

*Ex concluſionibus, probationibus, & ſolutionibus argumentorum Capręoli ſoluuntur argumenta Vulpes, & aliorum recentiorum facile, vt facit Ariſtoteles ad argumenta Antiquorum, quod veritatis cognitio dubiorum eſt ſolutio, & cum Cardinali Bellarmino dicente in libro de Scriptoribus Eccleſiaſticis de Ioanne Capræolo, quòd Ioann. Capreolus ſit defenſor Egregius Sancti Thomæ, & optimè diſſoluit omnia argumenta aduerſariorum: dicunt verba formalia Bellarmini, ergò ſi optimè diſſoluit per Bellarminum ſunt ſoluta argumenta cum his doctrinis hic: Sicut ſoluit Ariſtotelis contra antiquos dicendo in 3. de Cœlo, & in 3. Metaphiſic. veritatis cognitio, dubiorum eſt reſolutio.*

*Reſpondetur ſecundò cum Cardinali Sarnano Franciſcano doctiſſimo, cum quinquageſimaquarta concordantia, et ſimilitèr cum quinquageſimatertia concordantia Bongberbę.*

*Reſpondetur tertiò cum Petro de Bergamo, et Bartholomęo Spina dicentibus in tabula Sancti Thomę, quod qui ſcit totam Logicam Sancti Thomæ, Philoſophiam etiam moralem, totam Metaphyſicam Sancti Thomę, et totam eiuſdem Theologiam, nullum poteſt facere argumentum contra Sanctum Thomam, et ideò ſubdit, quod iſti recentiores ſtudent tantummodò articulo, ſuper quem componunt, et habent in mente omnia opera Sancti Thomę loquentis pręſuppoſitiuè, præſupponendo omnia ſupradicta, & dicendo, qua propter pręrumpunt in verba in tantum Magnum Doctorem nullomodo applicanda, quòd Sanctus Thomas contradicat ſibi ipſi, et ideò Cardinal. Sarnanus, quia ſciebat totum Sanctum Thomam concordauit ſimilitèr, etiam Ioannes Capræolus ſoluit argumenta aduerſariorum, cum locis Sancti Thomæ, quia totum in mente habebat Sanctum Thomam, et ideò Bellarmin. dicebat bene omnia ſoluere Capreolum.*

*Argumenta verò Vaſquez, Valentię, Molinæ, Suarez, etc. quia colliguntur, et ſoluuntur, clarè, diſtinctè, et breuitèr à Ripa, à Nazario, à Conſales, à Nauarretto, à Zenardo, et pręcipuè à* Montagnolo, *in prima parte Sancti Thomæ quæſt.66. de ordine creationis ad diſtinctionem.*

*Vide noſtram expoſitionem Petri Lombardi aperientem mentem huius materiæ, vt in folio 71. hic, et infra pro 3. reſponſione Vulpes. Ac etiam vide 1. 2. et 3. folium pro reſponſione quarta, quinta, et ſexta ad argumentum eiuſdem Vulpes. Reſp. 7. cum concordãtia Scoti, & D.Thom. per Radam Franciſcanum hic*

*Loca Sacræ Scripturæ hic, et infra à Salmerone,* Emanuel Sa, *à Toleto, à Prierio, Vegha, à Poſſeuino, à Salian, Torello in annalibus à creatione Mundi, quæ videntur repugnare aliquo modo Thomiſtis, quia ſunt concordata à nobis in fine noſtrę expoſitionis totius Bibliæ, et in Anatomia Bibliæ impræſſa ideò vide ea illic.*

## DISTINCTIO XIV.

*Quæſtio* 1.

CIRCA decimamquartam Diſtinctionem quæritur. Vtrum Cęlum agat in iſta inferiora per motum.

*Concluſio* I. Nullum corpus agit, niſi per motum 2. contra gent.cap.20. 2.ſent.diſt.2.quæſt.1.artic.3. prima parte, quæſt.3.artic.1.



Digitized by Google

¶ Oppoſitum dicit, prima parte, quæſtione 66.artic.3.ad ſecundum, ſed non agit, niſi per motum proprium loquendo de actione ſibi propria,& connaturali,vt corpus eſt, poteſt tamen agere non motum,loquendo de actione, quæ ſibi competit ex participatione ſuperioris naturæ.

Contra arguit Durandus in 2. diſtinct. 15. quæſt.3. Primo motus Cœli non eſt ei ratio agendi, quia motus non poteſt in eo in quo eſt aliquid abſolutum niſi ratione termini. Motus autem localis non poteſt eſſe quid abſolutum ét ratio termini.Tum quia non facit aliud nec alterū. Tū quia illud eſſet locus,ſed locus non eſt in locato. Motus etiam Cœli non eſt actio,per quam ipſum Cœlum agat,quia actio non eſt in agente, ſed in paſſo:ergo nullo modo Cœlum agit motu.

Reſpondeo. Primò quod omnis motus corporalis eſt cum aliqua actione,licèt non omnis actio ſit cum motu, aut mutatione propriè dicta, tertio phyſico. tex.com.23.

¶Dico ſecundò,quòd omne illud quo Agēs agit,vel eſt actio,vel eſt ei ratio agendi, omnis enim diſpoſitio agentis ad hoc quod agat reducitur ad cauſam efficientem cuiuſmodi ſunt inſtrumenta, & omnis diſpoſitio materiæ ad recipiendum reducitur ad genus cauſæ materialis.

Ad argumentum negatur antecedens pro prima parte, quia ille motus eſt ei ratio agendi. Eſt enim diſpoſitio eius ad hoc quod agat. Vbi nota,quod ſex modis aliquid dicitur alteri ratio agendi. Primò forma eius ſubſtantialis. Secundò ſua naturalis potentia actiua. Tertiò qualitates actiuæ. Quartò virtus influxa à ſuperiori agente. Quintò quantitas,quæ etiam aliud confert, alitèr nunquam agit magnus ignis quam paruus. Sextò habitudines reſpectiuæ puta diſtantia, approximatio, proportio agentis ad paſſum, & cætera, & omnia quæ aliquo modo conferunt, aut quòad ſubſtantiam actus, aut quòad modum. Motus localis eſt ratio agendi cęlo quarto modo,quia corpus mouens aliud proportionatur ei per hoc quod mouetur, prima parte, quæſt.25. art. 2. ad 3.

¶Ad improbationem dico, quod motus localis ratione ſui termini extrinſeci ponit abſolutum,ſcilicet locum,licet non ratione termini intrinſeci,ſcilicèt vbi, item reſpectus talis qualis eſt vbi,poteſt eſſe ratio agendi,licet non primaria. Et ſimilitèr poteſt eſſe terminus motus, quia non eſt reſpectus de genere ad aliquid.

Secundò. Motus non eſt neceſſarius ad hoc, quod corpora inferiora agant, quia magnes non motus alterat:ergo nec in Cœlo.

Reſpondeo. Primò poteſt negari antecedēs; quia omnem actionem magnetis præcedit localio,approximatio ſui,vel alterius, tamen quia non agit niſi ex influxu Cœli. Receptio autem talis influxus motio quædam eſt. Tum quia multi dicunt, quod magnes non trahit ferrum,niſi motione finis, efficientèr autem mouetur à generante.

¶Dico ſecundò,quod motio Cœli, quæ eſt tranſmutatiua naturæ ad formam ſubſtantialem actu, vel potentia proxima, non eſt, niſi per motum.

Actio autem ſimilis actioni ſubiectæ ſeparatæ cuiuſmodi eſt illuminatio nō requirit motum,verùm eſt tamen quòd motus liberi arbitrij non hominis non ſunt à cœlo, ſed concluſio intelligitur de motu merè naturali.

Tertiò. Cœlum Empyreum agit, & non per motum: ergo.

Reſpondeo. Quod non agit actione tranſmutatiua materiæ,de qua ſola hic loquitur.

*Concluſio. II.* Omnes motus naturales corporum inferiorum conuenientes corpori, vt corpus eſt, reducuntur, ſicut in cauſam in motum corporum Cęleſtium, prima parte, quæſtione centeſimadecimaquinta,articulo tertio, ſecundo ſentent.diſtinctione decimaquinta, quæſtione prima,articulo ſecundo, de potentia,quęſtione quinta,articulo octauo, contra gent.3.cap.81. Ratio,quia talis motus eſt primus in genere motuum prioritate temporis naturæ,& perfectionis: ergo eſt cauſa aliorum.

Contra arguit Durandus in 2. diſtinctio. 15. quæſtio.3.primo. Ille motus in nullo genere cauſarum eſt cauſa aliorum,nec eſt in eodem genere prædicamentali cum omnibus alijs: ergo ratio S.D.non tenet.

Reſpondeo, negatur antecedens, quia in genere cauſæ efficientis, nec illa propoſitio primum in vnoquoque genere eſt,intelligitur de genere prædicamentali, ſed ibi largè accipitur genus commune eo modo quo dicimus omnia vera eſſe eiuſdem generis,& ſic motus eſt genus ad omnes ſpecies motus ratione eius, quod eſt formale in eis, ſcilicet eſſe actum in potentia.

Secundo. Albedo eſt primum inter colores, non tamen eſt cauſa aliorum: ergo.

Reſpondeo, negatur minor. Quia albedo quantum ad ſuum formale, quæ eſt lux, quæ primo ineſt albedini eſt cauſa quaſi formalis, & conſtitutiua aliorum.

Tertiò. Alteratio & generatio plus ponunt, vel producunt quàm motus localis: ergo ſunt perfectiores.

Reſpondeo, negatur conſequentia. Quia licet illa plus ponant in ſuo ſubiecto, tamen

motus

Digitized by Google

motus localis plus ponit in alieno ſubiecto, cum ſit cauſa generationis, & alterationis, & præcedat eas neceſſariò. Ideò quicquid cauſat generatio, vel alteratio, cauſat etiam motus localis.

Item illi ordinantur ad motum localem ſicut ad finem, ideò ſunt imperfectiores.

Sciendum quòd agens continet totam perfectionem ſui effectus. Motus aut ſe habet ad terminum non effectiuè, ſed vt potentia ad actum, vnde excluditur ſuperueniente termino ſuo, vndè quanto terminus ad quem eſt perfectior, tanto mutatio, vel motus ad illum eſt imperfectior, vtputa priuatio minoris non eſt ita imperfecta ſicut priuatio maioris, & hoc eſt verum comparando vnum genus motus ad aliud puta motum localem ad alterationem, non autem vnam ſpeciem motus ad aliam eiuſdem generis, vt generationem hominis ad generationem aſini.

Quartò. Si ageret per motum hoc eſſet ratione virtutis ſibi influxæ ab intelligentia dum mouet Cœlum, hoc eſt falſum, quia intelligentia non immediatè influit Cœlo illam virtutẽ cum non immediatè agat ad formam, nec influit mediatè, quia mediante motu locali nihil Cœlo acquirit.

Reſpondeo. Quod immediatè influit Cęlo, & mediante Cęlo influit motui Cęli. Et licet non immediatè influat rei corporali aliquã formam ſe habentem per modum habitus, poteſt tamen influere formam ſe habentem per modum paſſionis intentionalis. Et ſic eſt virtus cœlo influxa.

Contra eandem arguit Henricus, primò. Dato quòd Cœlum non moueatur, ſi graue eſſet ſurſum, deſcenderet. Alioquin violentia eſſet perpetua: ergo.

Reſpondeo. Negatur antecedens. Quia motus grauis habet eſſentialem ordinem ad motum Cœli. Ad probationem negatur cõſequentia: quia graue non eſt ferri deorſum niſi præſuppoſito motu Cœli, licet autem eſſet contra naturam grauis ſtare ſurſum vt particularis eſt, non tamen eſſet contra materiam, vt comparatur ad cauſam vniuerſalem. Impediretur autem ne deſcenderet ab eo, qui ſubtraheret motum Cœli.

Et ſi dicatur tempore Ioſuæ Cœlũ non mouebantur, tamen erant ibi multi motus.

Reſpondeo. quod ſicut miraculoſè illa ſtatio facta fuit, ſic miraculoſè factũ eſt, quòd eo ſtante, corpora inferiora exercerent ſuos motus.

Sciendum autem, quod poſt primum motum Cœli elementa remanebunt, quia ſunt vltimi termini reſolutionis ad quæ habent mixta reſolui. Et quia nullus motus naturalis erit vltra, ideò ſemper remanebunt incorrupta, non tamen debent dici de ſe incorruptibilia, quia licèt non habeant in ſe principium ſuæ corruptionis ſicut mixta, tamen ab extrinſeco corrumpi poſſunt, ſicut etiam corpus inanimatum non dicitur per ſe immobile, licet tantum ab extrinſeco moueatur.

*In hac decimaquarta Diſtinctione, ſecundi Sententiarum, & vnica quæſtione ſequenti confutantur hæreſes damnatæ, vt in noſtro Cõmenntar. in text. Magiſtri, & confutantur etiam hæreſes, quæ ſunt in Abecedario, & in Ethimologijs hæreſum, & confutantur ſimilitèr Idolatriæ, vt in Abecedario Idolorum in principio, vide ibi litera* A. C. & M. *ac etiam confutantur falſæ Theologię Fanicum, Egyptiorum, Gręcorum, Atlanticorum, Frigiorum, Gentium, &c. ab Euſebio in primo, ſecundo, tertio, & quarto libro de præparatione Euangelica contra Theologiam fabuloſam* Poetarum *antiquorum.*

*Ex concluſionibus, probationibus, & ſolutionibus argumentorum Capræoli ſoluuntur argumenta Vulpes, & aliorum recentiorum facilè, vt facit* Ariſtotelis *ad argumenta Antiquorum, quod veritatis cognitio dubiorum eſt ſolutio, & cum Cardinali Bellarmino dicente in libro de Scriptoribus Eccleſiaſticis de Ioanne Capræolo, quòd Ioannes Capræolus ſit defenſor Egregius Sancti Thomę, & optimè diſſoluit omnia argumenta aduerſariorum: dicunt verba formalia Bellarmini, ergo ſi optimè diſſoluit per Bellarminum ſunt ſoluta argumenta cum his doctrinis hic: Sicut ſoluit Ariſtotelis contra antiquos dicendo in 3. de Cœlo, & in 3.* Metaphiſic. *veritatis cognitio, dubiorum eſt reſolutio.*

*Reſpondetur ſecundo cum Cardinali Sarnano Franciſcano doctiſſimo, cum quinquageſimaquinta concordantia, & ſimilitèr cum quinquageſimaquarta concordantia Bonæberbæ.*

*Reſpondetur tertio cum Petro de Bergamo, & Bartholomæo Spina dicentibus in tabula Sancti Thomæ, quod qui ſcit totam Logicam Sancti Thomę, Philoſophiam etiam moralem, totam* Metaphyſicam *Sancti Thomæ, & totam eiuſdem Theologiam, nullum poteſt facere argumentum contra Sanctum Thomam, & ideo ſubdit, quod iſti recentiores ſtudent tantummodo articulo, ſuper quem componunt, & non habent in mente omnia Opera Sancti Thomæ loquentis præſuppoſitiuè, pręſupponendo omnia ſupradicta, & dicendo, quapropter prærumpunt in verba in tantum Magnum Doctorem nullo modo applicanda, quod*

San-

Digitized by Google

*Sanctus Thomas contradicat ſibi ipſi, & ideo Cardinal. Sarnanus, quia ſciebat totum Sanctum Thomam concordauit ſimilitèr, etiam Ioannes Capręolus ſoluit argumenta aduerſariorum, cum locis Sancti Thomæ, quia totum in mente habebat Sanctum Thomam, & ideo Bellarm. dicebat bene omnia ſoluere Capręolum.*

*Argumenta vero Vaſquez, Valentię, Molinæ, Suarez, &c. quia colliguntur; & ſoluuntur, clarè, diſtinctè, & breuitèr à Ripa, à Nazario, à Conſales, à Nauarretto, à Lenardo, & præcipuè à* Montagnolo, *in prima parte Sancti Thomæ quæſt. 115. de actione corporalis creaturę.*

*Vide noſtram expoſitionem Petri Lombardi aperientem mentem huius materię, vt in folio 71. hic, & infra pro 3. reſponſione Vulpes. Ae etiam vide 1. 2. & 3. folium pro reſponſione quarta, quinta, & ſexta ad argumentum eiuſdem Vulpes.*

*Reſpõdet. 7. cum concordantia Scoti, & Sancti Thomę per Radam Franciſcanum hic*

Loca *Sacræ Scripturæ hic, & infra à Salmerone, Emanuel Sa, à Toleto, à Prierio, Vergha, à Poſſeuino, à Salian, Torello in annalibus à creatione Mundi, quę videntur repugnare aliquomodo Thomiſtis. quia ſunt concordata à nobis in fine noſtrę expoſitionis totius Bibliæ, & in Anatomia Biblię impraſſa, ideo vide ea illic.*

## DISTINCTIO XV.

*Quæſtio. 1.*

CIRCA decimamquintam Diſtinctionem quæritur. Vtrũ in homine præter animam intellectiuam ſit alia forma ſubſtantialis.

*Concluſio* I. In homine non eſt alia anima quàm anima rationalis. Hanc ſic probat Sanct. Doct. prima parte, quæſt. 76. articul. 3. de potentia quæſt. 3. artic. 9. Operationes ſe mutuo impedientes sũt ab eodem principio, ſed in homine operationes vegetatiuæ impediunt ſenſitiuas: ergo.

Contra arguunt quidam, vt Ockam quolib. 3. 10. moderni primò. Actus appetendi aliquid, & actus renuendi illud ſunt ſimul in homine: ergo habent diſtincta ſubiecta, ſed non niſi animas: ergo ſunt in homine diſtinctæ animæ.

Reſpondeo. Negatur minor, quia licet ſubiectum remotum ſit anima: tamen immediatè fundantur in diuerſis animæ potentijs, ſcilicet in appetitu ſenſitiuo, & intellectiuo.

Secundò ſenſationes ſunt ſubiectiuè in anima ſenſitiua, & non intellectiua: ergo ſenſitiua, & intellectiua ſunt diſtinctè.

Reſpondeo. Negatur antecedens. quia proximum, & totale ſubiectum ſenſationis eſt illa pars coniuncta, quæ eſt ſubiectum potentiæ ſenſitiuæ. Item non ſequitur niſi quòd eadem anima habeat diuerſas potentias.

Tertiò, homo generando hominem, producit animam ſenſitiuam. Anima autem intellectiua creatur: ergo ſenſitiua intellectiua non ſunt eadem anima.

Reſpondeo. Negatur conſequentia. Quia licet ſenſitiua primo inducatur in materia: tamen facta vlteriori diſpoſitione ſimul corrumpitur ſenſitiua, & inducitur intellectiua: prima parte. quęſt. 76. artic. 3. ad tertium, de potentia. quæſt. 3. ad 9.

Contra hanc ſolutionem arguitur multipliciter. Primo anima ſenſitiua generatur naturaliter, ergo ſi corrumpitur, corrũpitur naturaliter: ſed agens naturale non corrumpit vnam formam niſi inducendo aliam, ergo inducet intellectiuam: hoc eſt falſum, ergo reſponſio falſa.

Reſpondeo. Vt dicit S. Do. de potent. quæſt. 3. articul. 9. ad 6. quando forma eſt per ſe ſubſiſtens, & eſſe ſuum non dependet totaliter ex vnione ad materiam: ſicut eſt anima rationalis: tunc ſufficit, quòd generans ſit cauſa vnionis talis formæ ad materiam, per hoc quòd diſponit materiam. Ad argumentum igitur dico quod agens naturale inducit intellectiuam inſtrumentaliter, & diſpoſitiuè: quia eſt cauſa vnionis eius ad materiã. Deus autem deſtruit ſenſitiuam, & inducit intellectiuam tanquam principale agens.

Secundò. Non poteſt eſſe idem terminus generationis, & creationis: ſed anima intellectiua eſt terminus generationis, ergo diſtinguuntur.

Reſpondeò, quòd totum compoſitum eſt terminus creationis: quò ad vnam ſui partem ſcilicet animam intellectiuam quò ad diſpoſitiones eſt terminus generationis. Et anima quò ad ſuum eſſe eſt terminus creationis: quò ad ſui vnionem cum materia eſt terminus generationis. Nec propter hoc ſequitur quòd homo concreet, vt dicit S. Do. vbi ſuprà, de po. ad 21. vbi ſuprà. Anima enim eſt terminus creationis intrinſecus, & eſt terminus creationis intrinſecus, & eſt terminus generationis extrinſecus.

Tertiò. Senſitiua ſe habet ad intellectiuam vt imperfectum ad perfectum, nec eſt ei repugnans, ergo non corrumpitur ea adueniente.

Reſpondeo. Negatur conſequentia. Quia ſunt duo actus eiuſdem generis perficientes ean-

eandem potentiam proximam. Item ſenſitiua eſt diſpoſitio ad intellectiuam quò ad fieri:non quò ad factum eſſe:ideo non oportet, quòd cũ ea remaneat. Nec eſt inconueniens,quòd ſenſitiua ſtatim cũ fuerit introducta,inciperet corrumpi:quia non fuit introducta ad hoc,vt quieſceret in materia:ſed, vt eſſet via ad vlteriorem perfectionem. Et licet generans intendat conſeruare ſuum effectum quem principaliter intendit inducere: tamen effectus non principaliter intentos: & qui ſunt diſpoſitiones ad principalem, quò ad fieri incompoſſibiles illi ſæpe deſtruit, ſicut natura deſtruit formam herbæ,vt inducat formam bladi.

Quartò. Si ſenſitiua corrumpitur,ergo fruſtra eſt introducta.

¶ Si dicatur quòd non: quia oportet materiam tranſire per eam ad animam intellectiuam.

Contra, quia per te diſpoſitio ad intellectiuam eſt denudatio materię ab omni forma:ſed illa denudatio poterat fieri, etiam antequam induceretur anima ſenſitiua,ergo.

Reſpondeo. Negatur conſequentia. Quia licet denudatio ſit diſpoſitio: non tamen eſt totalis:quia inter formas quibus materia ſpoliatur eſt certus ordo:ſic quòd poſt expulſionem vnius oportet aduenire aliam in certo gradu excedentem eam,& poſtea aliam magis excedentem: & ſic paulatiuè procedere ab imperfecto ad perfectum.

Quintò. Leproſus generat leproſum ergo non ſit reſolutio vſque ad materiam primam.

Reſpondeo. Negatur conſequentia quia generat ſibi ſimile etiam quò ad accidentia, conſequentia indiuiduum generans, ſi virtus ſit fortis. Et licet impreſſio facta embrioni deſtruatur adueniente anima rationali: tamen ſimilis imprimitur, quia virtus formatiua non ſolum cauſat diſpoſitiones præcedentes animam intellectiuam:immò etiam diſpoſitiones eam concomitantes. Et filius habet animam à patre, quia virtute patris facta eſt vnio animæ ad materiam. Et ſic intelligitur,quòd totus homo egreditur de femore patris.

Sextò. Si nulla forma remanet, ſequitur, quod filius non contrahat à patre peccatum originale.

Reſpondeo. Negatur conſequentia. Quia illud peccatũ cõſequitur naturam humanam non abſolutè, ſed naturam acceptam à primo parente per generationem factam virtute ſeminis ab illo mediatè, vel immediatè deciſi,& ideo ab illo cauſatur tale peccatum effectiuè à quò communicatur natura,vt dicit S. Do. 1. 2. quęſt. 81. artic. 1. ad 2. 3. & 4. & de po. quæſt. vbi ſupra ad 3. & 4. Ex quibus patet, quia ad ſaluandum,quod peccatum originale traducitur à parentibus, ſufficit dicere, quod præter animam rationalem quæ eſt forma partis eſt in homine forma totius, ſcilicet natura reſultans ex materia,& anima rationali,ad quam ſequitur peccatum originale, dum communicatur filio à patre. Et ſic cauſa efficiens proxima illius peccati eſt ſemen, vel generatio ſeminalis. Prima vero Adam, vel eius voluntas.

Contra vnum dictum in his reſponſionibus, ſcilicet quia ſemen cauſat diſpoſitiones concomitantes animam rationalem, arguitur. Primò ſemen non cauſat animam: ergo nec accidentia eam neceſſario concomittantia.

Reſpondeo. Negatur conſequentia. Quando agens licet non ſit cauſa formæ,eſt tamen cauſa vnionis eius, cum materia tanquam approprians naturam tali formæ per diſpoſitiones poſitiuas, & priuatiuas, ſicut eſt in propoſito. Poteſt ergo eſſe cauſa accidentium, quæ ſunt ſubiectiuè in toto compoſito, licet non eorum quæ ſunt in ſola forma, ſicut eſt intellectus, & voluntas.

Secundò. Agens non agit poſtquam repoſuit totum in ſpecie, ſed reponit per animam rationalem, ergo non producit diſpoſitiones eam conſequentes.

Reſpondeo. Quod inducit eas in illo inſtanti, quò inducit animam,& aliquæ diſpoſitiones vt calidum, & frigidum præcedunt animam, vt dat eſſe viuens, ſed ſequuntur eam, vt dat eſſe corporeum: quia materia nuda de ſe eſt ſufficiẽter diſpoſita ad omnem formam, vt dat eſſe corporeum; & illæ diſpoſitiones, quæ intelliguntur ſic præcedere, non fundantur ſuper aliam formam, ſed ſuper eandem, vt dat primas perfectiones, puta eſſe corporeum,vel viuens: non autem ſuper eſſentiam animæ, vt eſt anima,& vt dat poſtremas perfectiones. Et illæ diſpoſitiones ſunt priores ordine naturæ, ſecundum genus cauſæ materialis, ipſa anima vt anima eſt dans poſtremas perfectiones. ſunt vero poſteriores anima ſecundum genus cauſę efficientis,tanquam effectus eius. Et ideo nimirum, ſi eis ablatis anima ſeparatur à corpore, quia eis ablatis non remanet in ſufficienti diſpoſitione ad animam,vt anima eſt.

Tertiò. Si ſequantur animam:ergo poteſt illas diſpoſitiones ad plenum reſtaurare,hoc eſt ſalſum; vt patet de radicali:ergo.

Reſpondeo,negatur conſequentia. Loquendo de accidentibus conſequentibus animam non immediatè:ſed compoſitum ex materia, & anima,alias homo poſſet recuperare viſum. Et vna talium diſpoſitionum aliquando ab alio corrumpitur non tanquam ab agente: ſed tanquam à ratione agendi, ſicut humiditas cerebri

Digitized by Google

bri poteſt deſtrui à calore cordis: & tale corrumpens non eſt ſola anima, nec ſolus calor, ſed ipſum cor.

Quarto. In inſtanti infuſionis animæ vnus puer habet aptitudinem ad longiorem vitam, quàm alius: ergo propter aliquas diſpoſitiones præexiſtentes in materia.

Reſpondeo, negatur conſequentia. Sed eſt propter complexionem, quæ cauſatur in inſtanti infuſionis animæ tota ſimul, nec hoc eſt inconueniens. quia ſicut anima infunditur in inſtanti: quia illa infuſio eſt terminus præcedentis alterationis, licet extrinſecus, ita, & inductio omnium qualitatum animam conſequentium, maximè cum omnis reſiſtentia ſublata ſit in illo inſtanti.

Solet etiam contra concluſionem fieri argumentum de eo monſtro, quod habet duo capita, & eſt totum duplex vſque ad pedem, tunc in illis duobus capitibus erunt duæ animæ. Quæritur autem pes, aut à nulla animabitur, & hoc non, quia viuit, aut ab vna, & non ab alia, & hoc non, quia non eſt maior ratio de vna quã de alia, aut ab vtroq; & ſic habere propoſitum.

Reſpondeo. Quod in caſu illo pes non eſt ſimpliciter vnus niſi coniunctione: & apparet ſemper vna linea in loco coniunctionis, in quò vtraque pars materiæ quæ debebat ſequi diſtinctionem illorum capitum coniungitur. Et ſic, cum ſint duo pedes, ſunt duæ animæ, non tamen ita quod vtraquè viuificet totum pedem, ſed vna viuificet totum pedem, ſed vna viuificat vnam partem illius pedis, & alia aliam.

*Concluſio II.* In homine non ſunt formæ elementorum dantes eſſe materiæ, prima parte. queſt. 76. art. 4. ad quartum.

Contra arguit Aureolus in 2. diſt. 5. queſt. 1. & 2. primo. Mixtum reſoluitur in elementa: ergo elementa erant in mixto. Si dicatur, quod erant virtualiter, & non realiter. Contra, quia pari ratione intellectiuum reſolueretur in ſenſitiuum, quia virtualiter continet ipſum.

¶ Item quia ſequitur quod ignis corrumpẽs lignum generet aquam, & aerem. Item quia reſolutio differt à corruptione in hoc quòd reſoluere eſt rem ſoluere, in præexiſtentia realiter.

Reſpondeo. Negatur conſequentia, propter rationem ibi datam. Sicut enim docet Herueus, mixtio fit propter hoc quòd ex elementis adinuicem coniunctis, & per mutuam actionẽ corruptis reſultat virtute alterius agentis ab elementis per ſe intendentis generationem mixti aliquod mixtum, & aliqua qualitas media inter extrema differens ab eis non ſicut remiſſum ab intenſo, ſed ſpecificè, vbi gratia. Mollities reſultat ex humido, & ſicco commixtis, quæ differunt ſpecificè ab vtroque, & ipſa humiditas, & ſiccitas dicantur manere virtute in mollitie non ſecundum eſſentias ſuas, ſed quia aliquid conuenit mollitiæ ex humiditate, ſicut facere id cuius eſt cedere tangenti, & aliquid ratione ſicci, ſcilicet, quod illud cedit abſque diuiſione ſuperficiei, ita quòd in tali qualitate non eſt compoſitio ſecundum rem, ſed ſecundum rationem, in quantum aliquid habet, vt conuenit cum vno extremo, & aliquid, vt conuenit cum vno extremo, & aliquid vt conuenit cum altero. Et talis qualitas media, eſt propria diſpoſitio mixti. Fit autem reſolutio ex eo, quòd quodlibet elementum poteſt immediatè generari ex tali mixto: quia eſt in potentia proxima actui tali mixto potius quàm aliquod mixtum in alio. Et ideo talis generatio non videtur ad ſenſum noua generatio, ſed quaſi extractio rei exiſtentis de occulto ad publicum, cum tamen in rei veritate ſit generatio elementi.

Ad primam improbationem negatur conſequentia: quia intellectiuus non continet ſenſitiuum in potentia paſſiua: ſed ſolum actiua, quia, ſcilicet poteſt omnia, quæ poteſt ſenſitiuum. Mixtum autem continet elementa in potentia paſſiua proxima actui.

Ad ſecundam dico primò, quod inter mixtum, & elementa eſt plus quàm ſymbolum, quia qualitas mixti continet in virtute totam virtutem elementi, & non tantum alteram qualitatem.

¶ Dico ſecundò, non eſſe inconueniens ignem generare aquam de per accidens.

Ad tertiam dico primò, quod corruptio, & reſolutio differunt, ſicut ſuperius, & inferius quia omnis reſolutio eſt corruptio, ſed non econtra. Et illa corruptio dicitur reſolutio, quia elementa ſunt in mixto in potentia proxima, non autem vnum mixtum in alio, loquendo de mixto, quod natum eſt generari ex aliquo per viam alterationis præcedentis, quod dico ad excludendum ea quæ generantur per ſolam diuiſionem totius continui in partes. Item intelligo de mixtis habentibus completam ſpeciem, & non ſe habentibus per modum viæ ad aliud, quod dico ad excludendum formas embrionum, & cadauerum.

Secũdò. Philoſophus dicit primo de generatione Text. cont. 84. quod mixtio non eſt corruptio ſimpliciter ipſorum miſcibilium: ergo remaneant.

Reſpondeo. Mixtio ſumitur tripliciter. Primo pro congregatione, & iuxta poſitionem partium miſcibilium. Secundò pro alteratione miſcibilium, & vnione eorum, & iſtis modis nõ eſt

Digitized by Google

eſt generatio.Tertiò pro generatione ſequenti prædictas mixtiones:& ſic propriè eſt generatio. Differt tamen à generatione in communi: quia non omnis generatio ſupponit has mixtiones, Philoſophus loquitur de primis mixtionibus, & non de tertia. Non dicuntur etiã corrumpi, quia manent ſecundum qualitates ſuas.

Contra:ergo.Dum ex aere generatur ignis, aliter dicetur non corrumpi, quia manet ſua qualitas ſymbola.

Reſpondeo.Negatur conſequentia. Quia forma aeris non manet in igne in potẽtia proxima,quomodo elementa ſunt in mixto, licet non ſint in potentia propinquiſſima.

Tertiò dicit Philoſophus 2.de generat. tex. com.98 ſi gutta aquę apponatur mille amphoris vini non ſit mixtio.& ſubdit cauſam, quia mutat ſpeciem,ergo vbi eſt vera mixtio,miſcibilia non mutant ſpeciem.

Reſpondeo.Negatur conſequentia. Quia philoſophus intelligit, quod ibi non eſt mixtio quia aqua conuertitur in vinum. Non ſufficit ergo hoc quod eſt mutare ſpeciem, ſed oportet quod in vera mixtione vnum non conuertatur in aliud,ſed omnia corrumpantur,& cõuertantur in quoddam medium cõmune. Et quando dicitur quod mixtio eſt vnio elementorum, illa prædicatio non eſt per eſſentiam, ſed per concomitantiam, id eſt, quod præſupponitur elementa primò vniri, vel dic quod intelligitur de mixtione primo, & ſecundo modo accepta.

Quartò. Elementum eſt ex quò res componitur,& remanet:ergo.

Reſpondeo. Quod ſufficit quia remaneat virtualiter.

Quintò.Philoſophus 7.metat.inueſtigat formam mixti per ſimilitudinem huius ſyllabæ.b.a.ſed in illa ſyllaba remanent.a. & b. realiter remotis ſuis terminationibus proprijs: ergo elementa in mixto.

Reſpondeo. Negatur antecedens. Sed intẽdit ibi ex principali propoſito probare quod in compoſitis eſt alia cauſa præter materiam ſcilicet forma. Gratia tamen exempli loquitur de forma mixti, vtrũ autem illa ſyllaba ſit forma ſimplex. Credo quia non ſit vna qualitas per ſe,& quia non inſtanti,ſed in tempore proferatur. In mixtione etiam eſt aliquod extrinſecum agens præter elementa corrumpens ea, & inducens formam mixti ſiue hoc ſit aliqua virtus exiſtẽs in continente,ſiue calor aliquis, ſiue quid aliud,& hoc patet in mixtione thiriacæ,nã præter illa miſcibilia neceſſaria eſt actio ignis vel immediatè calidi continentis.

Sextò.Ex ſola materia,& forma ſubſtantiali non ſit mixtio:ergo elementa,&c.

Reſpondeo,negatur conſequentia,ſed ſufficit, quod ibi ſit, & remaneat illa qualitas media,quæ reſultat ex elementis corruptis, & ratione huius qualitatis dicuntur compoſitio magis eſſe mixta quam elementa, & ſic ipſa elementa pertinent ad principium materiale, inquantum talis qualitas eſt diſpoſitio materiæ ad formam mixti.

Iſte ſunt reſponſiones Heruei, in quibus videtur concordare cum S.D.vno excepto,quia S.D.videtur dicere, quod illa qualitas media, in quã dicuntur elementa remanere eſt realiter compoſita ex partibus diuerſarum rationem, & habet aliquid in ſe formaliter de calore,& aliquid de frigiditate, & ſic de alijs, ita quod aliquando intenditur aliqua eius pars, & alia remittitur, & ſecundum hoc mixtum magis appropinquat ad hoc elementum vel illud, vt patet in tractatu de natura materiæ.

*Concluſio III.* In homine non eſt aliqua forma ſubſtantialis pręter animam intellectiuam,prima parte q.76.ar.4.

Nota in eo, quod dicit non eſſe plures formas ſubſtantiales in eodem dantes eſſe actu ſimpliciter,& vltimum videtur innuere, quod nõ eſt inconueniens eſſe plures in eodem, dum tamen ſola vna ex illis det eſſe actu ſimpliciter, & aliæ dent tale,vel tale eſſe.

Contra concluſionem arguitur. Greg. 1.2. diſtinct.16. quæſt.2.contra primam ſi per eandem formam homo eſt homo,& anima: ergo quicquid conuenit homini per illam formam, conuenit ei inquantum eſt animal. hoc eſt falſum:ergo.

Reſpondeo,negatur conſequentia,ſicut per eandem formam,Sortes eſt albus,&coloratus, & qualis,nec tamen eſt albus,inquantum qualis,quia omne quale eſſet album.nam ly inquãtum denotat quia forma reduplicata ſit cauſa inhærentiæ prædicati ad ſubiectum ſub ratione illa,quã reduplicatur, & non ſub ratione communiori vel minus communi. Non etiam quicquid conuenit ei per illam formam conuenit ei, inquantum eſt homo eadem ratione.

Secundò.Eadem accidentia numero manẽt in viuo,& mortuo:ergo eadem forma ſubſtantialis: antecedens probatur,primo, agens violentum non eſt fortius ad agendum, quam agens naturale, ſed agens naturale non potuit inducere in inſtanti illam qualitatem, quæ eſt in viuo: ergo dum tale moritur violenter non poteſt tanta quantitas induci in eodem in inſtanti, quò abijcitur anima: ergo illa numero quantitas,quæ erat in viuo, manet in mortuo.

Secundò, quia nõ poteſt aſſignari quid de-



Digitized by Google

terminet cadauer ad talia accidentia ſimilia prioribus.

Tertiò, ſi bos viuens deſcendat, vel cadat de alta turri, & moriatur in medio ſpacio, idem motus erit ſubiectiuè in viuo, & mortuo: ergo.

Reſpondeo negatur antecedens. Ad primam probationem dico, quod tale agẽs non eſt virtuoſius agente naturali, quia dato, quod quantum, ad quantitatẽ molis plus faceret, tamen quantum ad quantitatem virtutis plus facit virtus generatiua animalis. Cauſa autem quia ita cito induci poteſt tanta quantitas in cadauere, eſt, tum quia animal generatur ex multo minori materia, quã cadauer, & ideo fieri oportet multas tranſmutationes antequam deueniat ad debitam quantitatem, non ſic eſt de cadauere. Tum etiam quia imperfecta citius generantur quàm perfecta.

¶ Ad ſecundã dicitur, quod animæ determinat materiam ad formam cadaueris non quidem effectiuè, ſed ordinabiliter. Nec oportet quod in illo inſtanti quò forma cadaueris inducitur, anima ſit, quia determinans ordinabiliter determinat ad formam, cum quã non eſt, & vnum natum eſt formaliter excludere aliud. Idem dico de accidentibus ſimilibus, & licet accidentia omninò ſimilia non ſint nata conſequi formas oppoſitas, tamen accidentia parum diſcrepantia poſſunt eas conſequi, quarum vna nata eſt immediatè conſequi aliam, vt eſt in propoſito. Corpus etiam cœli determinat vna cum prædictis, ſed effectiuè. Item agens particulare, puta calor intenſus exiſtens in ſpiritibus, & in humoribus corporis, quia non ſunt adhuc partes corporis, & tale agens contra patitur, nec fit ita cito abſciſſio quin fiat in tempore quantumcunq; paruo in quò poteſt eſſe alteratio diſponens ad aliam formã.

¶ Et ſi argumentatur contra tale agens aſſimilatur paſſo, ſecundum quod contra patitur ab eo ſecundum qualitates actiuas: ergo illud generans aſſimilaretur cadaueri viuo præcedenti.

¶ Reſpondeo. Qualitas actiua poteſt eſſe cauſa paſſiua ſicut calor eſt cauſa ſiccitatis, vnde non oportet, quod magis aſſimiletur ſecundum actiuas quàm paſſiuas: maximè quia actiuæ ſe tenent ex parte formę, & paſſiuæ ex parte materiæ, & ideo in viuo, & mortuo magis manet ſimilitudo in paſſiuis cum diuerſitate formarum, & identitate materiæ. Vel hoc ideo quia effectiuè non ſolum dependet ex agente particulari, ſed etiam ex diſpoſitione, quæ pręceſſit in materia, & ex multis alijs quæ magis determinata ſunt ad qualitates paſſiuas, quam actiuas.

Sciendum tamen, quod corpus mortuum aſſimilatur viuo etiam in qualitatibus actiuis, quia carnes mortui ſunt complexionis caldæ, & humidæ, & ſiccæ, licet non ſint ita calidæ, & humidæ ſicut viuæ.

Ad tertiã dico, quod in illo caſu eſſent duo motus, ſicut enim duo corpora poſſunt eſſe diſcontinua, dato quod nullum ſpacium ſit inter ea, ſed quia tãgunt ſe in ſuperficie, ita duo motus poſſunt eſſe diſcontinui, dato, quod ibi non ſit quies media. Vnde philoſophus dicit 5. phyſic. tex. comm. 40. tex. com. 64. quod febris quæ eſt alteratio, poteſt conſequenter ſe habere ad motum localem, & 8. phyſicor. dicit, quod motus reflexus nõ eſſet vnus, dato, quod ibi non eſſet quies media. Quia in eodem inſtanti poteſt eſſe finis vnius, & principium alterius. Et ſic fieret ſi lapis molaris obuiaret lapillo ſurſum proiecto.

Contra. Vbi ſunt duo motus conſequenter ſe habentes, ibi aſſignantur inſtantia in actu in quò vnus finitur, & alius incipit.

Reſpondeò licet in motu primi mobilis non poſſint aſſignari inſtantia in actu, quia continuus eſt, in motu, tamẽ corporum inferiorum vtimur aliquò inſtanti in actu, in quantum aliquis motus finitur, vel incipit in illo nunc. Ita in propoſito in illo inſtanti in quò bos fuit primo non bos finitur primus motus per remotionem de præſenti, & poſitionẽ de præterito.

Contra. Idem nunc non poteſt bis accipi, quarto Phyſicorum: ergo non vtimur eodem principio, & fine.

Reſpondeo, negatur conſequentia. Quia bis accipi eſt accipi duabus vicibus: Viciſſitudo autem non poteſt eſſe ſine ſucceſſione, ſed ibi eſt applicatio eiuſdẽ nunc ad diuerſa indiuiſibilia, ad qualia exiſtentia diuerſorum motuum.

¶ Notandum autem, quòd motus qui fuit in boue viuente, non dicitur terminari per ſe ad adeptionẽ alicuius termini poſitiui, ſed dicitur tunc terminari, quia tunc primo non eſt, & hoc eſt quia terminatur per accidens: quia ſuum primum non eſſe ſui ſequitur ad primum non eſſe ſui ſubiecti.

Tertiò principaliter. Partes diffinitionis ſignificant partes rei, ſeptimo meta. tex. com. 33. ergo alia eſt forma, quàm ſignificat genus, ab illa quam ſignificat differentia.

Reſpondeo. Primò illa propoſitio intelligitur de diffinitione data per terminos in obliquo, vt cum dicitur homo eſt quid compoſitũ ex anima rationali, & materia prima.

Secundò dicitur, quòd eſt vera vniuerſaliter de partibus ſecundum rationem, & ſic genus dicit partem ſecundum rationem. quia indeterminatè, & confuſè.

Quartò. Ordini prædicabilium in eodem prædi-

Digitized by Google

prædicamento correſpondet aliud in re, ſed non niſi plures formæ: ergo.

Reſpondeo. Negatur minor, ſed eadem forma, vt dat diuerſos gradus perfectionis. Eadẽ enim res fundat immediatè conceptum hominis, & animalis, &c. Et intellectus ponit inter hos conceptus ordinem realem. Natura autẽ intellecta ſub iſtis conceptibus, & ſecundum eſſe quod per illos habet in intellectu: diſtinguitur à ſeipſa ſecundum rationem, & habet ordinem rationis ad ſeipſam, ſed quod concipitur alio, & alio conceptu. Et iſte ordo non immediatè fundatur in re extrà, quia ordo eſt poſterior ſuis extremis, vna autem res nõ poteſt habere vicem duorum extremorum, niſi plurificetur per intellectum habet autem illa res, quòd poſſit immediatè fundare plures cõceptus, quia continet in ſe vnite, & eminenter perfectiones alibi realiter diſperſas, puta eſſe, viuere, ſentire.

Quintò. Item non eſt principium ſimilitudinis, & diſſimilitudinis, ſed homo eſt ſimilis aſino in animali, & diſſimilis in rationali: ergo.

Reſpondeo. Negatur minor. Quia ſimilitudo non eſt ſecundum genus, aliàs albedo, & nigredo eſſent ſimiles. Negatur etiam maior de ſimilitudine diuerſimode accepta. Illa etiã forma quæ eſt tantum vna in compoſito, ſi intelligitur, vt in ſe eſt intelligitur totaliter quãtum ad totalitatem rei: ſed quò ad totalitatem rationis non oportet, quia poteſt habere plures partes ſecundum rationem, & quantum ad hoc poteſt in ſimplicibus eſſe quæſtio.

Sextò. Homo eſt corpus, & non per animam intellectiuam, cum ſit forma ſpiritualis: ergo.

Reſpondeo negatur minor. Ad probationẽ dicitur, quod licet illud ſpirituale, quod non poteſt eſſe actus materiæ non poſſit dare eſſe corporeum: illa tamen forma ſpiritualis, quæ poteſt eſſe actus materiæ poteſt dare eſſe corporeum: anima autem eſt actus corporis, & corporeum hominis quod eſt actuale exiſtere, eſt indiuiſibile: cum principaliter ſit actus animæ intellectiuæ, & conſequenter totius compoſiti. Eſſe autem corporeum, quod dicit eſſentiam corpoream hominis, eſt quantum per ſe, vel per accidens, per ſe quidem loquendo de corporeitate ſubſtantiali, per accidens vero loquendo de corporeitate, quę eſt de genere quantitatis.

Septimò. Nullus effectus vnus ſecundum ſpeciem producitur indifferenter à quolibet: ſed cadauer ſemper eſt eiuſdem rationis, quocunque modo animal moriatur: ergo talis forma de nouo non producitur.

Reſpondeo. Primò negatur minor quia interdum tam diuerſæ complexiones generantur, quod eas etiam diuerſæ formę cadaueris ſecundum ſpeciem conſequuntur. Non tamen nego quia etiam à diuerſis cauſis poſſit ſequi forma cadaueris eiuſdem rationis ſicut etiam eundem calorem ſecundum ſpeciem cauſat ſol, & ignis.

Octauò. Homo componitur ex anima, & corpore, ergo ẽ corpus ꝑ aliud quã per animã.

Reſpondeo. Negatur conſequentia, dicitur tamẽ magis homo componi ex anima, & corpore quàm lapis ex forma, & corpore, quia compoſitum habens animam per eam mouet ſeipſum.

Nono. Corpus Chriſti fuit idem viuum, & mortuũ, ſed nõ per animã, ergo per aliã formã.

Reſpondeo. Primò, quia fuit idem ratione materiæ. Secundò ratione eiuſdem ſuppoſiti diuini. Tertiò ratione eiuſdem eſſe. ſ. eſſe diuini ſuppoſiti, quò exiſtebat viuens, & mortuus, & eodem modo fuit eadem caro.

Contra: ergo fuit noua aſſumptio ſcilicet forma cadaueris.

Reſpondeò negetur conſequentia, ſed fuit ibi aduentus nouæ formæ ex antiqua aſſumptione, ſicut etiam, quando conuertebatur in ſubſtantiam eius materia nutrimenti, quæ non fuerat à principio aſſumpta.

¶ Nota, quòd vnio naturæ humanæ in Chriſto ad diuinũ ſuppoſitum poteſt dici fuiſſe vna in actu, & duę in potentia, quæ potentia reducta fuit in actũ, Chriſto moriente, & ſic tã anima, quã materia prima remanſerunt vnitæ diuino ſuppoſito prima vnione, quia illa vnio remãſit in ſe, vel in ſuo effectu, vel in ſuo æquiualẽti. Poteſt ẽt dici quod vnio, quæ dicit relationẽ, fuit alia prius quã ante, nõ aũt vnio, q̃ dicit indiuiſionẽ actualis exiſtẽtiæ, qua exiſtebat diuinũ ſuppoſitũ, & natura aſſũpta, & eius partes, quia in Chriſto non fuit niſi vnum eſſe.

Decimò. Anima non eſt in Sacramẽto, vi Sacramenti, ſed forma corporeitatis: ergo.

Reſp. negatur antecedẽs, quia aĩa licet non ſit terminus cõuerſionis, inquantũ dat eſſe animatũ, ẽ tñ terminat' in eo, ꝙ dat eſſe corporeũ, quia dato, ꝙ illa eſſentia nõ ẽet aĩa, & eſſet forma corporeitatis, adhuc ẽet terminus, ſecundũ aũt, ꝙ anima eſt ibi cõcomitatiuè. Et ſi Hoſtia, quæ fuit conſecrata in Cœna Domini, dũ Chriſtus viuebat, fuiſſet conſeruata vſque ad diem Sabbati, quando erat in ſepulchro, tunc in illa Hoſtia fuiſſet in die Cœnæ anima Chriſti, & in die Sabbati in eadem et Hoſtia fuiſſet forma cadaueris concomitatiuè, licèt non virtute Sacramenti. Quia omnia abſoluta accidentia, & omnes abſolutas formas, quas habet materia Chriſti extra Sacramentum, habet ſub Sacramento, ſecus de reſpectiuis, & quantam

vnitatem habebat Corpus Chriſti mortuum ad viuum, tantam habuiſſet terminus conuerſionis in Sacramento nunc,& prius. Et illa forma cadaueris, quæ naturalitèr fuit introducta in materia dum Chriſtus moriebatur, miraculosè corrupta fuit in reſurrectione.

Contra eaſdem concluſiones arguitur. Cor & cerebrum habent contrarias operationes, quia cor deſiccat,& cerebrum humectat: ergo diſtinctas formas.

Reſpondeo, quia idem numero membrum in virtute poteſt cauſare contraria, nec diuerſitas accidentium conſequentium illud, cui nõ conuenit eſſe, per ſe concludunt diuerſitatem formarum, quia proprietas actiua per ſe conſequitur formam aliquam, inquantum eſt illud, quod habet ſimplicitèr eſſe. Partes autem nõ habent ſimplicitèr eſſe ſecundum totum. Et eadem forma, vt eſt in vna parte poteſt ſeipſam corrumpere, vt eſt in alia parte, & ſic cor corrumpit cerebrum. Vel dicendum, quod aliquod agens extrinſecum facit hoc, quia facit motum cordis habere vehementiorem quàm natura ſua requirit. Et quia pars abſcinditur à toto, puta manus ab homine,& reunitur, non accipit eandem formam, ſed eſt toto cõtingua, vnitur tamen facilitèr propter vicinitatem diſpoſitionum.

Si dicatur, quòd aliquando pars vnita habet operationes vitæ: ergo tunc accipit eandem formam,& ſic à priuatione ad habitum eſt regreſſus.

Reſpondeo concedo primam conſequentiam. Ad ſecundam dicitur, quòd non fit regreſſus quantum ad id, cui primo, & per ſe conuenit priuari vita,& habere vitam: quia hoc eſt totum,& partes pricipaliores.

Secundò. In ſanguine non eſt anima: ergo.

¶Reſpõdeo, negatur conſequẽtia, quia ſanguis non eſt pars hominis in actu, & ideò nec forma hominis eſt in ſanguine. Nutritur autem animal per hoc, quòd materia nutrimenti ſpoliatur forma ſua, & efficitur ſub forma nutriti. Nec propter hoc ſequitur, quòd illud quod plus habet de materia plus nutriat: quia illud quod nutritur requirit ad reſtaurationem deperditi materiam ſecundum determinatam quantitatem, nec ſimiliter ſequitur, quod illud melius nutriat quod citius ſpoliatur forma ſua, niſi forma ſua ſit talis, quod habeat immediatum ordinem, vt ab ea fiat immediate tranſitus ad formam nutriti.

Contra eaſdem arguit Scotus in 4. diſtinct. 11. quæſt. 3. artic. 2. cuius argumenta coincidunt cum prædictis.

¶ Sciendum igitur quòd terminus conuerſionis ex vi Sacramenti ſufficit, quòd ſit materia cum forma ſubſtantiali,& nõ ſolum in materia cum forma ſubſtantiali, & non ſolum in materiam, & quantitatem. Veruntamen qualitas, & quantitas ſunt de ratione per ſe termini conuerſionis illo modo, quo ſunt de ratione corporis phyſici,& non alitèr.

¶Nota ſecundò, quod cauſa quare cadauer aſſimilatur animali viuo, eſt, quia ſicut materia per multas tranſmutationes perducta eſt ad actum animalis, ſic non per vnam ſtatim, ſed per multas recedit ab organizatione ſimili animalis.

Contra arguit Aureolus: caro hominis eſt per traductionem,& non anima: ergo in carne eſt alia forma.

Reſpondeo, negatur conſequentia, ſed caro potius quam anima dicitur traduci: quia caro accipit eſſe ſubſtantiale per actionem humani ſeminis, non autem anima. Nam animam vniri materię eſt per actionem virtutis ſeminis, & ſimilitèr communicare ſuum eſſe materiæ, ad quæ ſequitur iſte effectus formalis, qui eſt eſſe animatum eſſe hominẽ, eſſe carnem: quid autem ſit traductio habetur ſecundò ſent. diſt. 18. quæſt. 2. art. 1.

Secundò, anima eſt actus corporis: ergo eſt corpus per aliam formam.

Reſpondeo, negatur conſequentia, quia in illa diffinitione ponitur ſubiectum formatum, prima parte, quæſt. 76. artic. 1. ad quartum. Ipſum etiam corpus poteſt dici materia animæ, quia anima, vt dat vltimas perfectiones, ſe habet ad corpus, cuius ipſa eſt pars per modum formæ,& quantum ad hoc anima dicitur actus entis in actu, ſed vt dat eſſe corporeum, eſt actus entis in potentia. Et ipſa anima per potentiam mouet corpus, cuius actus ſupponit iã corpus effectum in actu per ipſam animam. Mouetur autem ipſa anima, vt eſt forma corporis, vnde idem poteſt eſſe mouens per ſe, & pars moti per ſe, licet non motum per ſe, de aĩa art. 9. ad ſextum.

Tertiò. Oculus,& pes differunt ſubſtantialitèr: ergo habent diuerſas formas.

Reſpondeo, negatur conſequentia, quia non differunt ſecundum formam, ſed per materiã. Secundò differunt in quantitate. Tertiò in cõplexione. Dico tamen, quod differunt per formam, quia anima eſt talis forma, quæ requirit talem diuerſitatem partiũ in ſuo adæquato ſuſceptibili. Et idem eſſe actualis exiſtentiæ eſt eſſe carnium, & oſſium, non autẽ idem eſſe eſſentiæ, ſed ſunt aliud,& aliud eo modo, qui dictus eſt.

Quartò. Sola materia non eſt ſubiectum quantitatis, nec anima: ergo materia cum forma ſubſtantiali.

Reſ-

Digitized by Google

Reſpondeo, negatur conſequentia, quia diuiſio eſt inſufficiens, ſubiectum quantitatis eſt compoſitum ex anima, & materia, non tamen propter hoc anima eſt extenſa.

Contra, id quod eſt ſubiectum formæ recipit effectum formalem, ſed effectus formalis quantitatis eſt eſſe quantum, igitur ſi totum compoſitum ratione cuiuslibet partis eſt ſubiectum eius, ſequitur quòd anima ſit quanta.

Reſpondeo, negatur illa conſequentia. Totum compoſitum eſt ſubiectum: ergo quælibet pars, quia compoſitum non eſt ſuæ partes, ſed tertium reſultans ex eis.

Quintò. In nutritione acquiritur noua forma, vel pars formæ, & non anima: ergo antecedens probatur. Nutritio non terminatur ad ſolam materiam, vt patet, nec ad ſolam vnionem materiæ nutrimenti, cum forma præcedenti, tum quia generatio non terminatur per ſe ad relationem, tum quia copulatio quæ ponitur relatio, non cadit inter formam, & materiam, tum quia agens educit de potentia materiæ, illa autem copulatio non educitur.

Reſpondeo, negatur antecedens. Ad primam probationem dico, quòd illa actio primo termina tur ad corruptionem formæ alimenti. Secundò ad inductionem aliquarum formarum ſubſtantialium mediarum inter formam alimẽti, & formam aliti, vel animæ humanæ. Tertiò ad diſpoſitiones præuias animæ, vel eam concomitantes. Quartò ad vnionem animæ cũ materia. Et licet terminatio non terminetur ad relationem ſolitariè, & præciſè ſumptam, tamen poteſt terminari ad eam ratione alicuius abſoluti fundantis relationem, & ſic terminatur ad relationem per aliud.

¶ Ad ſecundam, licet relatio non dicatur media inter materiam, & formam ad hunc ſenſum, quòd ipſa priùs informet materiam quam forma abſoluta, eſt tamen media ad hunc ſenſum, quòd ipſa relatio fundatur in vno, & terminatur ad aliud.

¶ Ad tertiam ſufficit, quod æducantur de potentia in actum formæ intermediæ.

Dico ſecundò, quod nutritio terminatur ad formam præexiſtentem tanquam ad terminum extrinſecũ actionis nutritiuæ, & talis terminus non poteſt præcedere actionem ſicut locus, qui terminat motum localem præcedit motum. Verũ eſt tamen quia in nutritione bruti acquiritur noua pars formæ bruti: quia eius forma eſt extenſa, & non poteſt eſſe tota in toto, & tota in qualibet parte, ſecus de anima rationali, quæ quia eſt per ſe ſubſiſtens poteſt naturalitèr ſimul informare duas materias ſaltem partiales, & illa materia cui primo imprimitur forma, eſt cauſa diſtractionis formarum, non eſt de ſequentibus materijs partialibus aduenientibus formæ iam indiuiduatæ, & ideò non oportet, propter eas, vt animę multiplicẽtur, vel formæ.

*In hac decimaquinta diſtinctione 2. Sententiar. & vnica quæſtione ſequenti confutantur hæreſes damnatæ, vt in noſtro Commentar. in text. Magiſtri, & confutantur etiam hæreſes, quæ ſunt in Abecedario, & in Ethimologijs hæreſum, & confutantur ſimilitèr Idolatriæ, vt in Abecedario Idolorum in principio, vide ibi litera A. F. H. & I. ac etiam confutantur falſæ Theologiæ Fenicum, Egyptiorum, Græcorum, Atlanticorum, Frigiorum, Gentium, &c. ab Euſebio in primo, ſecundo, tertio, & quarto libro de præparatione Euangelica contra Theologiam fabuloſam Poetarum antiquorum.*

☞ *Ex concluſionibus, probationibus, & ſolutionibus argumentorum Caprẹoli ſoluuntur argumenta Vulpes, & aliorum recentiorum facile, vt facit Ariſtotelis ad argumenta Antiquorum, quod veritatis cognitio dubiorum eſt ſolutio, & cum Cardinali Bellarmino dicente in libro de Scriptoribus Eccleſiaſticis de Ioanne Capræolo, quòd Ioann. Capreolus ſit defenſor Egregius Sancti Thomæ, & optimè diſſoluit omnia argumenta aduerſariorum: dicunt verba formalia Bellarmini, ergò ſi optimè diſſoluit per Bellarminum ſunt ſoluta argumenta cum his doſtrinis hic: Sicut ſoluit Ariſtotelis contra antiquos dicendo in 3. de Cœlo, & in 3. Metaphiſic. veritatis cagnitio, dubiorum eſt reſolutio.*

*Reſpondetur ſecundò cum Cardinali Sarnano Franciſcano doctiſſimo, cum quinquageſimaquinta concordantia, et ſimilitèr cum quinquageſimaquarta concordantia Bonęberbę.*

*Reſpondetur tertiò cum Petro de Bergamo, et Bartholomęo Spina dicentibus in tabula Sancti Thomę, quod qui ſcit totam Logicam Sancti Thomę, Philoſophiam etiam moralem, totam Metaphyſicam Sancti Thomę, et totam eiuſdem Theologiam, nullum poteſt facere argumentum contra Sanctum Thomam, et ideò ſubdit, quod iſti recentiores ſtudent tantummodò articulo, ſuper quem componunt, et non habent in mente omnia opera Sancti Thomę loquentis pręſuppoſitiuè, præſupponendo omnia ſupradicta, & dicendo, qua propter pręrumpunt in verba in tantum Magnum Doctorem nullo modo applicanda, quòd Sanctus Thomas contradicat ſibi ipſi, et ideò Cardinal. Sarnanus, quia ſciebat totum Sanctum Thomam concordauit ſimilitèr, etiam Ioannes Capræolus ſoluit argumenta aduerſariorum, cum locis Sancti Thomæ, quia totum in mente habebat San-*

ctum

Digitized by Google

*ctum Thomam, et ideò Bellarmin. dicebat bene omnia ſoluere Capreolum.*

*Argumenta verò Vaſquez, Valentię, Molinæ, Suarez, etc. quia colliguntur, et ſoluuntur, clarè, diſtinctè, et breuitèr à Ripa, à Nazario, à Conſales, à Nauarretto, à Zenardo, et præcipuè à Montagnolo, in prima parte Sancti Thomæ quæſt. 76. de vnione animæ ad corpus.*

*Vide noſtram expoſitionem Petri Lombardi aperientem mentem huius materiæ, vt in folio 71. hic, et infra pro 3. reſponſione Vulpes. Ac etiam vide 1. 2. et 3. folium pro reſponſione quarta, quinta, et ſexta ad argumentum eiuſdem Vulpes.*

*Reſp. 7. cum concordãtia Scoti, & D. Thom. per Radam Franciſcanum hic.*

*Loca Sacræ Scripturæ hic, et infra à Salmerone, Emanuel Sa, à Toleto, à Prierio, Vegha, à Poſſeuino, à Salian, Torello in annalibus à creatione Mundi, quæ videntur repugnare aliquo modo Thomiſtis, quia ſunt concordata à nobis in fine noſtrę expoſitionis totius Bibliæ, et in Anatomia Bibliç impraſſa ideò vide ea illic.*

## DISTINCTIO XVI.

### Quæſtio. 1.

CIRCA decimamſextã Diſtinctionem, quæritur. Vtrum forma ſit præcisè diſtincta à materia.

*Concluſio I.* Materia eſt entitas diſtincta à forma, per quam actuatur, probatur. Tum quia materia poteſt ſtare cum formis eſſentialitèr diſtinctis. Tum quia poteſt ſtare ſub priuatione cuiuslibet formæ licet ſemper aliquam habeat. Tum quia materia eſt pura potentia, & forma eſt actus. Tum quia ſubijcitur formæ. Tum quia materia eſt ingenerabilis, forma autem non.

Contra arguit Aureolus in 2. diſtinct. 12. ſi ſunt diſtinctæ, ergo eſſe quòd dat forma materiæ eſt relatio, vel abſolutum, non relatio, vt patet, nec abſolutum, tum quia in compoſito eſſent tres entitates, tum quia cauſalitas formæ eſſet cauſalitas efficientiæ reſpectu illius eſſe, quod dat materiæ.

Reſpondeo, quòd illud eſſe, quod dat forma materiæ eſt ens abſolutum diſtinctum realitèr à materia, à forma, & à compoſito ſecundo, cõtra gent. cap. 53 & eſt primò actus compoſiti, ſecundò formæ, tertiò materiæ, & ſic in compoſito ſunt tres entitates. Sed tamen eſſe non diffinit compoſitum, quia eſt extra rationem eius, & ipſum eſſe præſupponit formam in genere cauſæ materialis, vel ſubiecti, licet naturalitèr ſit prius forma in genere cauſæ formalis, vel actus, ideo non poteſt alicui dari eſſe ſine forma.

Ad ſecundam probationem negatur conſequentia, quia forma ſe habet ad illud eſſe non vt efficiens, ſed vt ſuſceptiuum, vel pars ſuſceptiui, eo modo quo diceretur, quòd diaphaneitas dat lucere, quia eſt vltima diſpoſitio ad ſuſcipiendum actum illum poteſt tamen concedi quòd forma eſt ratio cauſandi eſſe, quia efficiens non dat eſſe niſi dando formam, ad quã neceſſariò ſequitur eſſe naturali ſequela, ſicut effectus ad cauſam ſuam formalem, ad quam ſemper ſequitur, niſi forte impediatur per hoc quòd forma continetur in alio ſicut pars in toto, vel in ſuppoſito ſuperiori, tunc enim à forma non flueret eſſe, ſed tãm forma quàm materia eſſent per eſſe totius, vel ſuppoſiti in quo ſunt, cuius exemplum eſt duplex, primum de anima humana in Chriſto, ſecundum de forma partis nondum diuiſæ à toto.

Sciendum, quòd eſſe eſſentiæ eſt à forma ſicut totum à ſua parte eſſe autem exiſtentiæ eſt à forma, ſicut à diſpoſitione prærequiſita, & ſicut à naturali antecedente, & ſicut à ratione eſſendi, & hoc ſecundum eſſe dat forma materiæ, non autem primum.

Secundo. Ex duobus dicentibus naturam determinatam non poteſt fieri vnum per ſe, ſed ex materia, & forma fit per ſe vnum: ergo, &c. & ſic non ſunt diuerſæ entitates, maior eſt Philoſophi 7. metaphiſ. text. comm. 11. & ibi comment. 13.

Reſpondeo, maior intelligitur de his, quæ dicunt naturam perfectam, & ſpecificam, & quæ habent perfectam diffinitionem cuiuſmodi non eſt materia nec forma. Vel dicendum, quòd omnia dicta Philoſophi, & Commentatoris ad hoc propoſitum intelliguntur de his, quæ ſunt diſtincta ſecundum eſſe actualis exiſtentiæ, non autem de his quæ habet diſtinctas entitates naturæ, materia autem, & forma non ſunt diſtincta primo, ſed ſecundo modo.

Tertiò. Id quod ſecundum ſe totum eſt nunc & ante non erat creatura, ſed forma eſt diſtincta à materia, quando fit primo, ante non erat ergo creatur, hoc eſt falſum.

Reſpondeo, maior eſt falſa, de his quæ non per ſe ſubſiſtunt, quia fieri, & creari conuenit tantum ſubſiſtentibus.

Contra, forma per ſe non fit, ſed tantum cõpoſitum: ergo tantum compoſitum dicit naturam determinatam.

Reſpondeo, negatur conſequentia, quia eſt fallacia, licet in cauſam. Non enim cauſa quare

Digitized by Google

quare compoſitum fiat, & non ſuæ partes eſt tantum illa, ſcilicet quia compoſitum dicat naturam terminatam, & pręciſam, partes autem non, ſed ratio eſt quia ſoli compoſito debetur propriè eſſe. Et ſic vna productio poteſt terminari ad vnum compoſitum includens multas entitates, dum tamen habeant vnum eſſe, habeant alium, & alium ordinem ad aliud eſſe.

Quartò. Subſtantia corporalis eſt vna entitas per ſe in actu: ergo eius materia non eſt actu diſtincta à forma, conſequentia probatur. 7. metaphiſ. text. comment. 17. vbi dicitur, quod impoſſibile eſt ſubſtantiam eſſe ex ſubſtantijs inexiſtentibus ſicut actu. Duo namque in actu nunquam ſunt vnum actu, & ſubdit rationem, quia actus eſt, qui ſeparat.

Reſpondeo, negatur conſequentia. Ad probationem dicitur, quod duo eſſe diſtincta actu, intelligitur dupliciter. Primò, quia ſunt diſtinctæ actualitates, vt ſunt duæ formæ, & duo cõpoſita habentia diuerſas formas, & ſimilitèr duæ materię, & talia diſtincta nunquam conſtituunt vnum per ſe. Secundò dicuntur duo diſtincta, quia habent actualem diuerſitatem ſicut contingit de potentia, & actu, & de qualibet materia reſpectu ſuæ formæ, talia enim sũt duo in actu, non quod ſint duo actus, vel habeant duos actus, ſed quia eorum qualitas eſt in actu, quia vnum eſt actu, puta forma, aliud eſt actu, quia habens actum puta materia, & ſic negatur maior.

¶Poteſt etiam dici, quòd qualitas entitatum non repugnat conſtituentibus vnum per ſe, ſed ſolum qualitas exiſtentiarum materia autem, & forma habent idem eſſe.

*In hac decimaſexta Diſtinctione, ſecundi Sententiarum, & vnica quaſtione ſequenti confutantur hæreſes damnatæ, vt in noſtro Cõmenntar. in text. Magiſtri, & confutantur etiam hæreſes, quæ ſunt in Abecedario, & in Ethimologijs hæreſum, & confutantur ſimilitèr Idolatriæ, vt in Abecedario Idolorum in principio, vide ibi litera C.F.G. & S. ac etiam confutantur falſæ Theologię Fænicum, Egyptiorum, Gręcorum, Atlanticorum, Frigiorum, Gentium, &c. ab Euſebio in primo, ſecundo, tertio, & quarto libro de præparatione Euangelica contra Theologiam fabuloſam Poetarum antiquorum.*

*Ex concluſionibus, probationibus, & ſolutionibus argumentorum Capræoli ſoluuntur argumenta Vulpes, & aliorum recentiorum facilè, vt facit Ariſtotelis ad argumenta Antiquorum, quod veritatis cognitio dubiorum eſt ſolutio, & cum Cardinali Bellarmino dicente in libro de Scriptoribus Eccleſiaſticis de Ioanne Capræolo, quòd Ioannes Capræolus ſit defenſor Egregius Sancti Thomę, & optimè diſſoluit omnia argumenta aduerſariorum: dicunt verba formalia Bellarmini, ergo ſi optimè diſſoluit per Bellarminum ſunt ſoluta argumenta cum his doctrinis hic: Sicut ſoluit Ariſtotelis contra antiquos dicendo in 3. de Cœlo, & in 3. Metaphiſic. veritatis cognitio, dubiorum eſt reſolutio.*

*Reſpondetur ſecundo cum Cardinali Sarnano Franciſcano doctiſſimo, cum quinquageſimaſexta concordantia, & ſimilitèr cum quinquageſimaquinta concordantia Bonæberbæ.*

*Reſpondetur tertio cum Petro de Bergamo, & Bartholomæo Spina dicentibus in tabula Sancti Thomæ, quod qui ſcit totam Logicam Sancti Thomę, Philoſophiam etiam moralem, totam Metaphyſicam Sancti Thomæ, & totam eiuſdem Theologiam, nullum poteſt facere argumentum contra Sanctum Thomam, & ideo ſubdit, quod iſti recentiores ſtudent tantùmmodo articulo, ſuper quem componunt, & non habent in mente omnia Opera Sancti Thomæ loquentis præſuppoſitiuè, pręſupponendo omnia ſupradicta, & dicendo, quapropter prærumpunt in verba in tantum Magnum Doctorem nullo modo applicanda, quod Sanctus Thomas contradicat ſibi ipſi, & ideo Cardinal. Sarnanus, quia ſciebat totum Sanctum Thomam concordauit ſimilitèr, etiam Ioannes Caprẽolus ſoluit argumenta aduerſariorum, cum locis Sancti Thomæ, quia totum in mente habebat Sanctum Thomam, & ideo Bellarm. dicebat bene omnia ſoluere Caprẽolum.*

*Argumenta vero Vaſquez, Valentię, Molinæ, Suarez, &c. quia colliguntur; & ſoluuntur, clarè, diſtinctè, & breuitèr à Ripa, à Nazario, à Conſales, à Nauarretto, à Zenardo, & præcipuè à Montagnolo, in prima parte Sancti Thomæ quaſt. 65. de opere creationis corporalis creaturę.*

*Vide noſtram expoſitionem Petri Lombardi aperiètem mentem huius materię, vt in folio 71. hic, & infra pro 3. reſponſione Vulpes. Ac etiam vide 1.2. & 3. folium pro reſponſione quarta, quinta, & ſexta ad argumentum eiuſdem Vulpes.*

*Reſpõdet. 7. cum concordantia Scoti, & Sancti Thomę per Radam Franciſcanum hic*

*Loca Sacræ Scripturæ hic, & infra à Salmerone, Emanuel Sa, à Toleto, à Prierio, Vegha, à Poſſeuino, à Salian, Torello in annalibus à creatione Mundi, quę videntur repugnare aliquomodo Thomiſtis. quia ſunt concordata à nobis in fine noſtrę expoſitionis totius Bibliæ, & in Anatomia Biblię impræſſa, ideo vide ea illic.* DI-

Digitized by Google

## DISTINCTIO XVII.

### Quæſtio 1.

CIRCA decimamſeptimam Diſtinctionem quæritur. Vtrum ante generationem compoſiti ſubſtãtialis pręcedat aliquid formę per generationem inducendæ.

*Concluſio I.* Formæ ſubſtãtiales non præexiſtunt in materia actu ſecundũ ſe totas, nec ſecundum aliquam ſui partem ante productionem compoſiti. Hanc ſic probat prima parte, quæſt. 45. artic. 8. Item de potentia, quæſt. 3. art. 8. Item ſecundo ſentent. diſtin. 18. quæſt. 1. artic. 2. Primò id quod generatur non præexiſtit generationi, ſed formæ generãtur ſaltem per accidens 7. metaphiſ. text. comment. 26. ergo.

¶Secundò, ſi in materia aquæ eſt inchoatio formæ ignis, ſequitur quod in eodem ſint plures formæ ſubſtantiales, quod eſt falſum.

*Concluſio II.* Non eſt inconueniens eſſentiam alicuius formæ ſubſtantialis prius duratione fuiſſe in materia, quàm daret eſſe compoſito, vel materiæ. Hanc concluſionem pono probabilitèr, & non aſſertiuè, quia continetur in quodam tractatu quem dubito non eſſe Sanct. Doct. & intitulatur de natura materiæ, vbi ſic arguitur, partes nouiter ab inuicem ſeparatæ habent nouum eſſe ſubſtantiale per aliquam, vel aliquas formas ſubſtantiales, ſed nullius talium eſſentia eſt nouiter in materia intro ducta: ergo præceſſit, maior nota, quia ante diuiſionem mixti pars non habebat eſſe per ſe, ſed in toto, minor probatur, quia nunquam noua eſſentia formæ introducitur in materia ſine alteratione, diuiſionem autem partium non oportet, quòd præcedat alteratio.

Contra arguit Scotus, primò. Non eſt dicendum, quòd omnibus formis correſpondeat eadem inchoatio numero, quia ſic idem numero eſſet pars diuerſarum formarum ſpecificè diſtinctarum, quæ debent in materia induci, cum per te inchoatio dicatur pars formæ inducendæ, nec eſt dicendum, quod ſingulis correſpondeant ſingulæ, quia omnes informarent materiam, cum non ſit maior ratio de vna quàm de alia, hoc eſt autem falſum.

Reſpondeo. Primò dico, quod forma quæ inducitur per generationẽ, non præcedit actu, ſed tantum potentia, & ipſa potentia materiæ maximè ſi ſint diſpoſitiones proximæ ad formam, poteſt dici inchoatio formæ, & ſic non præcedit eſſentia formæ in actu, nec in aliqua pars eius.

¶ Dico ſecundò, quòd forma quæ per ſolã diuiſionem efficitur in actu præcedit talem actuationem noui ſuppoſiti, & hoc in potentia non in actu eo modo quo pars exiſtens in toto & per eſſe totius præcedit ſeipſam ſeparatam à toto, & ſub eſſe proprio exiſtente, tamen talis forma partis à toto diuiſæ, licet non præceſſit ſuũ ſuppoſitum in eſſe actuali proprio pluſquam forma per generationẽ inducta, præceſſit tamen per ſui realem præſentiam cum materia.

Argumentum autem probat, quod non præcedant, ſed eſſe actuale, quod conceditur gratis. Et in iſtis quæ conſtituuntur per ſolam diuiſionem nihil acquiritur de eſſentia formæ, ſed benè acquiritur nouum eſſe exiſtẽtiæ, quod ſe habet ad formam, vt actus ad potentiam, nec tamen ſequitur. quod illud eſſe ſit per ſe productum de nouo, quia eſſe non ſit ſe ens, ſecundũ quòd nouum ſuppoſitum eſt productum non ſimplicitèr, ſed in eſſe ſuppoſiti, & illa forma, quæ dat nouitèr eſſe, licet prius nõ daret actuale, erat tamen in potentia maximè proxima ad eſſe, & ideo per ſolam diuiſionem dat eſſe, & talis eſſentia formæ ſub eſſe totius poteſt dici inchoatio ſui prout eſt ſub eſſe proprio, vel potius, vt dat eſſe proprium ſub ſuppoſito, & ſic præexiſtebat in toto per eſſentiam ſuam priuatam proprio eſſe.

Ccontra arguit Aureolus primò. Illa potentia, de qua educitur forma, non eſt reſpectus: ergo eſt eſſentia materiæ, & tunc formam educi de materia non eſt aliud, niſi materiam trahi ad formam.

Reſpondeo. Primò, quod illa potentia dicit abſolutum in recto, ſcilicet eſſentiam materiæ, & reſpectum in obliquo, eſt enim relatiuum ſecundum dici.

¶Dico ſecundò, quòd tria ſunt de ratione eius quod eſt formam educi de potentia materiæ. Primum eſt quod materia ante inceptionem formæ poſſet cauſare formam, quoad ſuũ eſſe vel ſuum fieri. Secundum quod materia actu cauſet eſſe vel fieri formæ. Tertium eſt, quod materia trahatur ad participandum actũ formæ. Ex quo patet, quod forma potius dicitur educi de potentia materiæ, quàm agentis propter tertiam conditionem. Secundò, quod anima intellectiua non educitur propter defectum primæ, & ſecundæ conditionis. Tertiò, quod materia non dicitur educi de forma, ſed econtra propter defectum primæ ſecundæ, & tertiæ conditionis, verum eſt tamen, quod materia propriè loquendo eſt inchoatio magis compoſiti quàm formæ dicitur enim inchoatio compoſiti, tanquam prima pars eius, dicitur autem inchoatio formæ tanquam fundamentum ſui eſſe.



Digitized by Google

Sciendum autem, quod ipſa materia licet non eſt forma, nec habeat formam partem ſui, quia tamen eſt ſubiectum formæ, habet propriam rationem in ordine tamen ad formam.

¶ Sciendum etiam, quod diſtinctio ſuprà poſita, ſcilicet, quod eſſentia formæ cõpoſiti conſtituti per ſolam diuiſionem præerat in toto, licet non daret eſſe, & ſic erat ibi aliqua forma dans eſſe, & aliqua non, iſta inquam diſtinctio non habet concedi in homine, quia nulla talis eſt in homine per ſui eſſentiam, aut realẽ pręſentiam ſimul cum anima intellectiua, ſed quando diuiditur aliqua pars ab homine puta manus, materia illius partis ſpoliatur omni forma ſubſtantiali prius habita, & acquirit nouã formam ſubſtantialem, & ipſa quantitas hominis non ſequitur aliam formam ſubſtantialem niſi animam intellectiuam, quę ſicut dat eſſe ſimplicitèr, ita & dat accidentia conſequentia ad tale eſſe, non per modum cauſæ efficientis, ſed formalis, nec oportet omnem formã ſubſtantialem à qua fluit eſſentia quantitatis, vt à principio originali, eſſe extenſam per ſe, vel per accidens, aut terminare talem dimenſionem per modum ſubiecti per illam extenſi. Et licet Sanct. Doct. aliunde videatur ſibi in hac materia contradicere, non tamen niſi apparenter, & illum librum de natura materię non credo eſſe ab eo editum.

*In hac decimaſeptima diſtinctione 2. Sententiar. & vnica quæſtione ſequenti confutantur hæreſes damnatæ, vt in noſtro Commentar. in text. Magiſtri, & confutantur etiam hæreſes, quæ ſunt in Abecedario, & in Ethimologijs hæreſum, & confutantur ſimilitèr Idolatriæ, vt in Abecedario Idolorum in principio, vide ibi litera C.G.P.& S. ac etiam confutantur falſa Theologiæ Fęnicum, Egyptiorum, Græcorum, Atlanticorum, Frigiorum, Gentium, &c. ab Euſebio in primo, ſecundo, tertio, & quarto libro de præparatione Euangelica contra Theologiam fabuloſam Poetarum antiquorum.*

☞ *Ex concluſionibus, probationibus, & ſolutionibus argumentorum Capręoli ſoluuntur argumenta Vulpes, & aliorum recentiorum facile, vt facit Ariſtotelis ad argumenta Antiquorum, quod veritatis cognitio dubiorum eſt ſolutio, & cum Cardinali Bellarmino dicente in libro de Scriptoribus Eccleſiaſticis de Ioanne Capræolo, quòd Ioann. Capreolus ſit defenſor Egregius Sancti Thomæ, & optimè diſſoluit omnia argumenta aduerſariorum: dicunt verba formalia Bellarmini, ergò ſi optimè diſſoluit per Bellarminum ſunt ſoluta argumenta cum his doctrinis hic: Sicut ſoluit Ariſtotelis contra antiquos dicendo in 3. de Cælo, & in 3. Metaphiſic. veritatis cognitio, dubiorum eſt reſolutio.*

*Reſpondetur ſecundò cum Cardinali Sarnano Franciſcano doctiſſimo, cum quinquageſimaſeptima concordantia, et ſimilitèr cum quinquageſimaſexta concordantia Bongberbę.*

*Reſpondetur tertiò cum Petro de Bergamo, et Bartholomęo Spina dicentibus in tabula Sancti Thomę, quod qui ſcit totam Logicam Sancti Thomæ, Philoſophiam etiam moralem, totam Metaphyſicam Sancti Thomę, et totam eiuſdem Theologiam, nullum poteſt facere argumentum contra Sanctum Thomam, et ideò ſubdit, quod iſti recentiores ſtudent tantummodò articulo, ſuper quem componunt, et non habent in mente omnia opera Sancti Thomę loquentis pręſuppoſitiuè, præſupponendo omnia ſupradicta, & dicendo, qua propter pręrumpunt in verba in tantum Magnum Doctorem nullo modo applicanda, quòd Sanctus Thomas contradicat ſibi ipſi, et ideò Cardinal. Sarnanus, quia ſciebat totum Sanctum Thomam concordauit ſimilitèr, etiam Ioannes Capræolus ſoluit argumenta aduerſariorum, cum locis Sancti Thomæ, quia totum in mente habebat Sanctum Thomam, et ideò Bellarmin. dicebat bene omnia ſoluere Capreolum.*

*Argumenta verò Vaſquez, Valentię, Molinæ, Suarez, etc. quia colliguntur, et ſoluuntur, clarè, diſtinctè, et breuitèr à Ripa, à Nazario, à Conſales, à Nauarretto, à Zenardo, et pręcipuè à Montagnolo, in prima parte Sancti Thomæ quæſt. 45. de creatione.*

*Vide noſtram expoſitionem Petri Lombardi aperientem mentem huius materiæ, vt in folio 71. hic, et infra pro 3. reſponſione Vulpes. Ac etiam vide 1. 2. et 3. folium pro reſponſione quarta, quinta, et ſexta ad argumentum eiuſdem Vulpes.*

*Reſpondetur ſeptimo cum concordantia Scoti, & Sancti Thomæ per Radam Franciſcanum hic.*

*Loca Sacræ Scripturæ hic, et infra à Salmerone, Emanuel Sa, à Toleto, à Prierio, Vegha, à Poſſeuino, à Salian, Torello in annalibus à creatione Mundi, quæ videntur repugnare aliquo modo Thomiſtis, quia ſunt concordata à nobis in fine noſtrę expoſitionis totius Bibliæ, et in Anatomia Biblię impræſſa ideò vide ea illic.*



Digitized by Google

## DISTINCTIO XVIII.

*Quæſtio. I.*

CIRCA decimamoctauam, Diſtinctionem quæritur. Vtrum quantitas ſit ſubſtantia.

*Concluſio I.* Quantitas qua ſubſtantia dicitur formaliter quanta eſt accidens 4. ſentent. diſtinct.12.quæſt.1. articul.primo, quæſtion.3. prima parte, quæſt.77.artic.2. item 3.metaph. in primo cap. his autem habita dubitatio:& ibi Commentat.com.9.& primo phyſic.com.63.& cõm.66.& 4.phyſic.commen.31.& 6.

Contra arguit Ocham. primò. Quantitas eſt ſuſceptiua contrariorum: ergo eſt ſubſtãtia.

Reſpondeo. Si intelligatur antecedens de ſuſceptibili, quod negatur, & conceditur conſequentia ſi de ſuſceptibili quo conceditur antecedens, & negatur conſequentia, vide de virtutibus in communi, quæſt.3. vbi quæritur an potentiæ animæ ſint ſubiectum accidentis.

Secundò. Dum aer rarefit, aut manet eadẽ numero quantitas, quæ prius, aut non, ſi ſic ergo eadem quantitas eſt nunc maior quam ante, quia partes magis diſtant, ſed etiam partes ſubſtantiæ magis diſtant: ergo ſuperflua eſt quantitas, ſi non, hoc eſt contra phyloſophum, 4.phyſic.text.comm.84.

Reſpondeo, quòd manet eadem. Et vna quantitas poteſt eſſe nunc magis nunc minus extenſa ſine additione, vel ſubtractione quantitatis, ſicut etiam eadem albedo poteſt eſſe intenſior, & remiſſior nullo ſibi addito, vel ſubtracto, quod ſit eius pars, prima ſecundæ quæſt. 52.artic.ad tertium. Nec eſt ſimile de ſubſtantia, & ratio eſt quia quantitati conuenit habere ex ſe partes extra inuicem poſitas in diuerſis ſitibus, non autem conuenit ei habere tantam, vel tantam extenſionem, ſubſtantiæ autem non conuenit ex ſe primum, nec ſecundum, ſed tantum per quantitatem.

Tertiò. Punctus non eſt alia res à linea: ergo nec linea à ſuperficie, nec hæc à corpore, nec corpus à ſubſtantia, antecedens probatur. Omne accidens eſt in ſubiecto ſibi adæquato, ſed nullum eſt ſubiectum adæquatum puncto: ergo non eſt in ſubiecto: ergo nõ eſt accidens, ergo ſubſtantia. Minor probatur, punctus eſt indiuiſibilis, ſed nullum ſubiectum eſt indiuiſibile, materia enim, & forma compoſitum, & linea, & cætera ſunt diuiſibilia.

Reſpondeo. Negatur antecedens. Ad probationem negatur maior niſi ſit accidens completum cuiuſmodi non eſt punctus. Illud enim quod primæ ſubijcitur perfectæ dimenſioni, & adæquatæ, ſcilicet corpori, ſubijcitur ſecundariò, & ſecundum quid alijs ſcilicet ſuperficiei, lineæ, & puncto, nec oportet, quod omne accidens habens ſubiectum diuiſibile, & extenſum diuidatur ad diuiſionem ſubiecti, vt patet de paternitate, & filiatione, quæ ſunt ſubiectiuè in toto, & non tamen in aliqua parte, vt dicit Dominus Albertus ſuper ſex principia, inaſcuntur enim ab actu generandi, qui toti debetur, ſunt autem non ſicut in ſubiecto, ſed ſicut in cauſa in complexione generantis.

Quartò. Si ſubſtantia, & quantitas ſunt res diuerſæ: ergo Deus poteſt conſeruare ſubſtãtiam ſine motu locali remota quantitate, hoc eſt falſum: ergo, probatur, in caſu autem ſubſtantia haberet partem diſtantem à parte, aut non, ſi ſic: ergo eſt quanta ſine quantitate, ſi nõ ergo partes ſunt motæ localiter, quia ante diſtabant, & nunc non diſtant.

Reſpondeo, quod in caſu partes non diſtarent, immò talis ſubſtantia nullam partem integralem actu haberet. Ad probationem negetur conſequentia, ſed eſt fallacia conſequentis ab antecedente habente plures cauſas veritatis ad vnam earum partes enim diſtare deſinunt non per approximationem vnius ad aliam, ſed quia deſinunt eſſe partes, conſeruarentur igitur partes ſubſtantie, ſed non in eſſe partis, nihil enim poteſt conſeruari ſine eo, quòd eſt de ratione eius, ſua quantitas autem eſt de ratione partium, vt partes ſunt, & licèt illę partes, vt ſunt ſubſtantia, ſint priores quantitate, tamen, vt partes ſunt poſteriores quantitate.

Quintò, ſubſtantia materialis per ſeipſam, & per partes ſuas eſt præſens quantitati: ergo habet de ſe partem diſtantem à parte.

Reſpondeo. Negatur antecedens, quia ſicut non habet partes ex ſe, ita nec præſentialitatem ad locum, vel ad quantum, ſed hoc habet à quantitate loquendo de præſentia locali, licet materia per ſeipſam ſit præſens quantitati loquendo de pręſentia quam habet ſubiectum ad ſuum accidens.

Notandum autem, quod duo attribuuntur quantitati. Primum eſt quod quantitas eſt illud quo ſubſtantia formalitèr habet partes vnius rationis, & hęc nulla virtute poteſt à quantitate ſeparari, nec ſine quantitate fieri. ſecundum eſt, quod quantitas eſt illud quo vna pars ſubſtantię diſtat ſitualitèr ab alia, & hoc poteſt diuino miraculo ab ea ſeparari, vt patet in Euchariſtia.

Contra eandem arguit Adam 4. ſententiar. quòd extenſio non ſit quid additum rei extenſę, primo quantitas poteſt eſſe non extenſa, vt patet in Sacramento: ergo ſi debet extendi, requiri-

quiritur alia extenſio, & eadem ratione arguit de illa,& ſic in infinitum hoc eſt falſum: ergo, & primum.

Reſpondeo. Extenſio accipitur tripliciter. Vno modo pro ipſa quantitate. Alio modo pro eſſe,quòd dat ſubiecto ſuo,accidentibus ſibi inhærentibus ſcilicèt eſſe extenſo. Tertiò pro reſpectu conſequente ſubſtantiam, vt eſt ſub quantitate,qui reſpectus eſt in prædicamẽto ſitus, quia eſt ordo partium in toto, vel in loco ſimul, vel ſaltem in toto, & ſic non in loco. Extenſio primo modo eſt quid abſolutum de genere quantitatis, ſecundo modo etiã reducitur ad genus quantitatis, & eſt actualis diſtantia partium adinuicem, tertio modo eſt reſpectus,qui ſequitur ad extenſionem. Secundo modo dictum ex quo enim partes diſtant habent ordinem in toto.

Ad argumentum conceditur prima conſequentia,ſed negatur ſecunda,quia illa extenſio qua aliquid dicitur extenſum, non eſt extenſa, ſicut albedo non eſt alba:ſed eſt qua aliquid dicitur album,& licet illa extenſio ſit accidens diuiſibile,non tamen ſequitur quòd ſit extenſa ſicut quod,ſed ſicut quo.

Secundò. Subſtantia eſt principium merè naturale intrinſecum faciendi partes plus diſtare quam ante: ergo eſt quantitas, tenet cõſequentia, antecedens probatur, condenſetur aer per violentiam plus quàm ſibi competat, poſtea ſibi relictus rareſit, & partes magis diſtabunt, & non per quantitatem, quia ipſa eſt indifferens ad tantam, vel tantam extenſionem: ergo per formam ſubſtantialem: quæ requirit determinatam quantitatem.

Reſpondeo. Si antecedens intelligatur de principio formali, negatur, & conceditur conſequentia,ſi de principio actiuo conceditur antecedens, & negatur conſequentia, probatio autem concludit de principio actiuo.

Tertiò, remota quantitate Deus poteſt tenere partes ſubſtantię in ſitibus in quibus erãt: ergo diſtarent, ſed non per quantitatem.

Reſpondeo. Negatur antecedens, quia ſicut non poteſt facere album ſine albedine, ita nec partibile ſine partibilitate,vel ſine formali principio partibilitatis, hoc autem eſt quantitas, nec quantitatem, ſine figura, quæ naturalitèr ſequitur ad eam.

Quartò. Si quantitas eſt aliud à corpore, quod eſt ſubſtantia:ergo poteſt intelligi, & eſſe ſubſtantia, quæ eſt corpus ſine qualitate, hoc eſt falſum,quia tunc corpus haberet eſſe ſpirituale, & non corporeum.

Reſpondeo. Admiſſa prima conſequentia, negatur falſitas conſequentis. Ad probationem dico quòd haberet eſſe ſpirituale ideſt non extenſum,nec diuiſibile, non tamen eſſe ſpirituale,ideſt immateriale.

Contra eandem arguit Aureolus, quod quãtitas non habeat alias partes à partibus materiæ. Primò ſi materia habet partibilitatem diſtinctam à partibilitate quantitatis, aut illa partibilitas eſt in materia cauſata à quantitate, aut non: ergo quantitas eſt ſuperflua,ſi ſic. aut efficienter,aut formalitèr, non primam, quia quantitas non eſt forma actiua, vt dicit Commentat.4.phyſic.non ſecundam,quia effectus formalis non eſt aliud à forma, partibilitas autem materiæ per te non eſt ipſa quantitas:ergo.

Reſpondeo. Primò dico, antecedens eſſe verum. Nam in Sacramento deſinit eſſe ſubſtantia panis, & omnes partes eius remanent tamen partes quantitatis,eſt igitur alias,& alia partibilitas. Ad improbationem dico, quòd partibilitas ſubſtantię eſt à quantitate formalitèr. Ad improbationem negatur antecedens, aliud enim eſt albedo,& aliud enim eſt albedo, & aliud eſſe,quod dat ſuo ſubiecto, ita dico de quantitate, 3.parte, quęſt.77. artic.1. ad 3. Et tale eſſe eſt à dante formam efficientèr,& à forma formalitèr,vel per quandam naturalem ſequelam,de ma.q.5.artic.5. ad.16.

Secundo. Sequitur quod in eodem eſſet multipliciter quantitas,hoc eſt falſum, probatur conſequentia, per te alia eſt partibilitas quantitatis,alia materiæ,alia formæ, ſed partibilitas eſt quantitas: ergo probatur minor. Primo poſita tali partibilitate in ſubſtantia, ipſa eſt quanta:ergo partibilitas eſt quantitas. Secundò quia remota partibilitate, corpus reſoluetur in non corpus:ergo ab eo habet quòd ſit corpus:ergo ea eſt quantitas. Tertiò quia ex partibilitate conuenit rei,quòd ſit finita,vel infinita: ergo.

Reſpondeo. Quod partibilitas accipitur triplicitèr. Vno modo pro eſſentia quantitatis, quę eſt radix,quod aliquid habeat partes vnius rationis. Secundo pro eſſe, quod dat ſubiecto ſcilicet eſſe partibile in tales partes. Tertiò pro relatione totius ad partes,& econtra, qua ſcilicèt ſubſtantia dicitur tota,& partes dicuntur partes,

¶Ad argumentũ negatur conſequentia. Ad probationem dico, quod licet partibilitas primo, & ſecundò modo ſit quantitas,non tamen tertio modo dicta, & de tali conceditur, quod alia ſit partibilitas materiæ, & alia quantitatis. Ad primam probationem dico, quod poſita tali partibilitate, illud cuius eſt neceſſariò habet partes,non tamen extra ſeinuicem poſitas, ſiuè extenſas, vt patet in Sacramento, quia illa quantitas nulli dat eſſe extenſum, Ad ar-



Digitized by Google

gument. negatur conſequentia, ſed ſequitur, quod talis partibilitas ſit quantitas, vel effectus quantitatis. Ad ſecundum negatur conſequentia, ſed ſufficit, quòd ſit effectus inſeparabilis à quantitate à qua res habet quòd ſit corpus. Ad tertium negatur antecedens, ſed eſt effectus eius à quo res habet quòd ſit finita, vel infinita.

¶ Et ſic patet primo, quod aliud eſt quantitas aliud partibilitas reſpectiua: quia hæc relatio partis ad totum, & econtra, & eſt de genere ad aliquid aliud eſt extenſio reſpectiua, quia hæc eſt ordo partium in toto, & de genere poſitionis.

¶ Secundò patet, quod eſt tantum vna partibilitas abſoluta ſcilicèt vna quantitas in eodem ſubiecto; quæ dat diuerſas partibilitates reſpectiuas ſecundum diuerſa accidentia exiſtentia in tali ſubiecto, aliam partibilitatem dat ſubſtantiæ, aliam albedini, aliam dulcedini, quia alia eſt relatio totius ſubſtantiæ ad ſuas partes, alia albedinis ad ſuas, &c.

Tertiò dico, quòd quantitas dat tantum vnum eſſe quantum omnibus per eam quantificatis, quia ab vna forma non procedit immediatè duplex eſſe vnius rationis, & hoc eſſe quod dat quantitas, eſt principalitèr ſubſtantia, & ſecundario accidentium eius.

*In hac decimaoctaua diſtinctione 2. Sententiar. & vnica quaſtione ſequenti confutantur hæreſes damnatæ, vt in noſtro Commentar. in text. Magiſtri, & confutantur etiam hæreſes, quæ ſunt in Abecedario, & in Ethimologijs hæreſum, & confutantur ſimilitèr Idolatriæ, vt in Abecedario Idolorum in principio, vide ibi litera A. Q. & S. ac etiam confutantur falſæ Theologiæ Fenicum, Egyptiorum, Græcorum, Atlanticorum, Frigiorum, Gentium, &c. ab Euſebio in primo, ſecundo, tertio, & quarto libro de præparatione Euangelica contra Theologiam fabuloſam Poetarum antiquorum.*

*Ex concluſionibus, probationibus, & ſolutionibus argumentorum Capręoli ſoluuntur argumenta Vulpes, & aliorum recentiorum facile, vt facit Ariſtotelis ad argumenta Antiquorum, quod veritatis cognitio dubiorum eſt ſolutio, & cum Cardinali Bellarmino dicente in libro de Scriptoribus Eccleſiaſticis de Ioanne Capræolo, quòd Ioann. Capreolus ſit defenſor Egregius Sancti Thomæ, & optimè diſſoluit omnia argumenta aduerſariorum: dicunt verba formalia Bellarmini, ergò ſi optimè diſſoluit per Bellarminum ſunt ſoluta argumenta cum his doſtrinis hic: Sicut ſoluit Ariſtotelis contra antiquos dicendo in 3. de Cœlo, & in 3. Metaphiſic. veritatis cognitio, dubiorum eſt reſolutio.*

*Reſpondetur ſecundò cum Cardinali Sarnano Franciſcano doctiſſimo, cum quinquageſimaoctaua concordantia, et ſimilitèr cum quinquageſimaſeptima concordantia Bongberbę.*

*Reſpondetur tertiò cum Petro de Bergamo, et Bartholomęo Spina dicentibus in tabula Sancti Thomę, quod qui ſcit totam Logicam Sancti Thomæ, Philoſophiam etiam moralem, totam Metaphyſicam Sancti Thomę, et totam eiuſdem Theologiam, nullum poteſt facere argumentum contra Sanctum Thomam, et ideò ſubdit, quod iſti recentiores ſtudent tantummodò articulo, ſuper quem componunt, et non habent in mente omnia opera Sancti Thomę loquentis prę ſuppoſitiuè, præſupponendo omnia ſupradicta, & dicendo, quæ propter prærumpunt in verba in tantum Magnum Doctorem nullo modo applicanda, quòd Sanctus Thomas contradicat ſibi ipſi, et ideò Cardinal. Sarnanus, quia ſciebat totum Sanctum Thomam concordauit ſimilitèr, etiam Ioannes Capræolus ſoluit argumenta aduerſariorum, cum locis Sancti Thomæ, quia totum in mente habebat Sanctum Thomam, et ideò Bellarmin. dicebat bene omnia ſoluere Capreolum.*

*Argumenta verò Vaſquez, Valentię, Molinæ, Suarez, etc. quia colliguntur, et ſoluuntur, clarè, diſtinctè, et breuitèr à Ripa, à Nazario, à Conſales, à Nauarretto, à Zenardo, et prę cipuè à Montagnolo, in prima parte Sancti Thomæ quaſt. 77. de pertinentibus ad potentiã animæ in generali.*

*Vide noſtram expoſitionem Petri Lombardi aperientem mentem huius materiæ, vt in folio 71. hic, et infra pro 3. reſponſione Vulpes. Ac etiam vide 1. 2. et 3. folium pro reſponſione quarta, quinta, et ſexta ad argumentum eiuſdem Vulpes.*

*Reſpondetur ſeptimo cum concordantia Scoti, & Sancti Thomæ per Radam Franciſcanum hic.*

*Loca Sacræ Scripturæ hic, et infra à Salmerone, Emanuel Sa, à Toleto, à Prierio, Vegha, à Poſſeuino, à Salian, Torello in annalibus à creatione Mundi, quæ videntur repugnare aliquo modo Thomiſtis, quia ſunt concordata à nobis in fine noſtrę expoſitionis totius Bibliæ, et in Anatomia Biblię impræſſa ideò vide ea illic.*

DIS-

Digitized by Google

## DISTINCTIO XIX.

### *Quaeſtio.* 1.

CIRCA decimamnonam Diſtinctionem, quaeritur. Vtrum ex minima parte carnis Adae potuerit formari corpus Euę ſine additione alterius materiae.

*Concluſio 1.* Eſt deuenire ad tam paruam carnem quã non poteſt naturaliter eſſe minor: ſaltem ſeparabilis,& per ſe exiſtens.S.D.primo phy.In propoſitione tex.conſil.36. item prima parte,quaeſt.7.artic.3.item 2.ſent.diſt.30.q.2.art.2. Huius ratio eſt, ad determinatã formã ſequitur determinata quantitas, ſed omne corpus naturale habet determinatã formã:ergo,& determinatam quantitatẽ.

Contra arguit Scotus. primo.Philoſophus in libro de ſenſu,& ſenſato Lec.15.dicit formas ſenſibiles diuidi ſecundum diuiſionem continui,ſed continuum eſt diuiſibile in infinitum: ergo.Et ipſe formae ſenſibiles.

Reſpõdeo.Quod mens Philoſophi eſt quòd ſicut continuum eſt vnum in actu, & plures in potentia: ita,& forma exiſtens in continuo.

¶ Vnde ſciendũ quod aliquid eſſe in potentia contingit dupliciter.Vno modo quia non habet proprium,& ſeparatum eſſe, ſed poteſt habere illud,ſecundo quia non eſt per propriũ, & ſeparatum eſſe,ſed per eſſe totius, ſi loquatur de eſſe in potentia. Secundo modo quaelibet pars formae naturalis dicitur eſſe in potentia,non autem accipiendo eſſe in potentia primo modo: quia nec caput nec cor animalis eſt illo modo in potentia.Non autem intendit ibi Philoſophus, quod ſicut quantitati non repugnat diuiſio in infinitum:ita nec formę naturali repugnat.

Secundò arguit, diuidi in partes integrales eiuſdem rationis extenſas nulli conuenit formaliter niſi per quantitatem: ergo conuenit cuilibet habenti quantitatem, antecedens patet, conſequentia probatur,quia nunquam effectus formalis ſeparatur à ſua forma.

Reſpondeo. Dicitur, quod duplex eſt diuiſio,quaedam eſt actualis ſeparatio partis à parte,& loquendo de tali negatur conſequentia. Alia eſt diuiſio,quae non importat niſi negationem vnius ab alio,& talis diuiſio non eſt realis ſeparatio partium,ſed actio interior negãs hoc ab illo. Quantitas enim neceſſariò dat vtramque diuiſionem cuilibet formae extenſe per eam, ſed tantummodo ſecundam.

Tertiò. Diuiſio in partes eiuſdem rationis conſequitur per te quantitatem: ergo conuenit cuilibet quanto, ſed minimum naturale eſt quantum:ergo.

Reſpondeo. Quòd diuiſio conſequitur quantitatem quò ad ſe, non autem quò ad ſibi coniuncta, quia de ratione quantitatis eſt, quod poſſit illo modo diuidi,non autem eſt de ratione quanti,vt quantum eſt,ſicut per oppoſitum de ratione animae rationalis eſt, quod ſit indiuiſibilis,non autem de ratione animati per eã. Quod igitur minimum naturale non poſſit diuidi in infinitum, hoc non prouenit ex natura quantitatis,ſed ex natura formae naturalis quae requirit determinata accidentia: ſecundum ſpeciem:& numerum,& materiam,& figuram.

Quartò. Omne quantum eſt diuiſibile: ſed minimum eſt quantum,ergo.

Reſpondeo quod aliquid eſſe diuiſibile,contingit dupliciter. Vno modo in partes per ſe exiſtentes, & ſic negatur maior. Alio modo in partes quae in aliud reſoluuntur, & ſic conceditur quòd minimũ naturale eſt diuiſibilè, ſed facta diuiſione partes diuiſionis reſoluerentur in continentes.

Contra iſtam rationem arguitur,primo ſingulum eorum,in quae diuiditur minimum:poteſt eſſe hoc aliquid: ergo nulli eorum repugnat per ſe eſſe.

¶ Secundò ſic partes ſunt eiuſdem rationis quò ad materiam, & formam cum ipſo minimo,ergo poſſunt per ſe eſſe,ſicut,& ipſum minimum.

¶ Tertiò ſic partes minimi ſunt priores ipſo toto naturaliter:ergo non repugnat eis poſſe eſſe per ſe ſine toto.

¶ Quartò ſic remoto omni continente, & omni corruptiuo:adhuc minimum eſſet diuiſibile in partes ergo tunc non reſoluerentur in continens,ſed eſſent per ſe.

¶ Reſpondeò ad primum negando conſequentiã, quia per ſe exiſtentia nõ eſt paſſio cõſequens de per ſe naturam qualitercunque ſe habentem,ſed ſpeciali, & determinato modo: ideo non oportet ſi vnum indiuiduum per ſe exiſtit,& aliud per ſe exiſtat.

Ad ſecundum negatur conſequentia, quia plus requiritur ad per ſe exiſtere quàm ad eſſe indiuiduum alicuius naturae: nam humana natura in Chriſto erat indiuiduum, non tamen per ſe exiſtebat.

¶ Negatur etiam conſequentia: quia licet minimum,& pars minimi ſunt eiuſdem rationis:tamẽ pars non habet illum determinatum modum, quem conſequitur per ſe exiſtentia.

Ad tertium negatur conſequentia.Nam caput licet ſit pars hominis, non tamen poteſt eſſe per ſe ante hominem, nec poſt hominem: nec ſine homine,non enim omne prius poteſt eſſe ſine poſteriori, niſi loquamur de priori prio-

Digitized by Google

prioritate cauſæ efficientis, vel formæ non edu ctæ de potentia materiæ, vel materiæ indifferenter ad diuerſas formas.

Ad quartum negatur caſus. Simpliciter ſcilicet remoueri omne corruptiuum, & poni aliquid diuiſiuum carnis. Nam omne diuiſiuum talis minimi eſſet eius corruptiuum.

Quintò principaliter non repugnat formæ naturali eſſe commune minori minimo in ipſo toto: ergo nec ſeparatim.

*R*eſpondeo. Negatur conſequentia. Quia aliquam diſpoſitionem requirit forma naturalis in ſuo ſubiecto primo, & adæquato, & totali, quam non requirit in qualibet parte illius ſubiecti, & hæc diſpoſitio eſt figura, & quantitas, & ideo quia pars ſeparata non habet illam diſpoſitionem, ideo non poteſt eſſe ſubiectum talis formæ, dum autem erat in toto non erat primum, & adæquatum ſubiectum, cuiuſmodi eſſet dum ſeparatur.

Sextò. Motus eſt forma naturalis, & tamen in eo non eſt minimum, cum ſit indiuiſibilis in infinitum: ergo.

Reſpondeo. Si loquamur de motu locali, cōceditur totum, cuius ratio eſt, quia motus non diſtinguitur à termino, niſi ſecundum perfectũ, & imperfectum, per motum autem localem nōn acquiritur in mobili niſi reſpectus de genere vbi. Talis autem reſpectus diuiſibilis eſt in infinitum, quia ita benè fũdari poteſt in paruo, ſicut in magno, cum ſit modicæ entitatis. Similiter locus exterior, qui acquiritur per talem motum diuiſibilis eſt in infinitum tali diuiſione, quæ ſufficiat motui ſcilicet ſecundum ſignificationem partium ſine actuali ſeparatione illarum. Si autem loquamur de alijs motibus, negatur minor, quia nullus alius motus præter localem eſt propriè continuus, vt dictũ fuit primo ſententiarum. Et hoc tenet S.Do. ſecunda ſecundę, q.24.artic.6.

*Concluſio II.* Corpus Euæ tantum quantum fuit in ſua formatione fieri de coſta Adæ abſque additione materiæ, non fuit poſſibile. S.Doct. prima parte. quæſt. nonageſima ſecunda. artic.3. ad primum, & quæſt.119. artic. primo, & 2. ſentent. diſtinct.18. quęſt. prima artic. primo. Huius ratio eſt, quandocunque corpus magnum fit ex paruo hoc contingit per rarefactionem, vel per additionem, ſed corpus mulieris magnum factũ fuit ex coſta paruæ quantitatis, & non per rarefactionem, quia corpus mulieris non erat rarius coſta in tanta proportione, in quanta erat maius, igitur hoc fuit per additionem.

Contra arguunt quidam, quod naturaliter de paruo poteſt fieri magnum abſque rarefactione, & additione materię. Hic ſupponuntur tria. Primum, quod datur minimum naturale. Secundum, quod elementa generantur ex inuicem. Tertium, quod ſuperiora generantur ex inferioribus ſecundum multiplicatam analogiam, puta ex vno pugillo terræ fiunt decem pugilli aquæ, vt dicitur ſecundo de generatione, Tex.com.37. tunc arguitur ſic. Minimum aeris conuertitur in aquam, & non in minimo, minus cum elemento non datur per primam ſuppoſitionem: ergo in minimum aquæ, ſed ex minimo poſſunt fieri decem minima aeris, per tertium ſuppoſitum: ergo ex minimo aeris fiũt decem minima aeris.

Reſpondeo primò Conceduntur ſuppoſita.

¶ Secundò dico, quod quocunque paruo dato, ſemper eſt accipere minus, cum enim forma naturalis ſit extenſa, qualibet data cum ſit continua, & diuiſibilis, eſt dare minorem inexiſtentem toti.

Tertiò dicò, quod eſt dare minimum ſeparatum, & per ſe exiſtens, & ita quod in minore non ſaluaretur ſpecies.

Ad argumentum dico, quod minimum aeris conuertitur in aquam, & in minus ſecundum decuplum minimo ſeparabili, illud tamen minus eſt cōiunctum, & non ſeparatum, & ſi iſtud coniunctum minus minimo ſeparato conuerteretur iterum in aerem, conuerteretur in decem parua aeris coniuncta, quę non efficerent niſi vnum minimum aeris ſeparati.

Secundò arguit Durandus in 2. diſt.18.q.1. quod hoc poſſit fieri diuina virtute. Multiplicatio eſt diſtincta à rarefactione, & additione: ergo poteſt fieri ſine eis, conſequentia nota, quia illa quæ ſunt diuerſa per eſſentiã poſſunt diuina virtute ſeparari, antecedens probatur, tum quia multiplicatio terminatur ad quantitatem, & rarefactio ad qualitatem: ergo ſunt diſtincta, cũ actiones diſtinguantur ex terminis 5.phy.Tex.com.18. tum quia rarefactio poteſt eſſe in accidentibus, quæ remanent in Sacramento, & tamen illa non eſt multiplicatio materiæ cum non ſit ibi materia: ergo, &c.

Reſpondeo. Conceditur antecedens, ſed negatur conſequentia, quia impoſſibile eſt eandem qualitatem, vel ſubſtantiã accipere maiores dimenſiones, quin eo facto efficiatur rarior, & ideo raritas ſequitur ad talem multiplicationem naturali ſequela, & hoc modo non poſſunt per quamcunque.

¶ Dico ſecundò, quod rarefactio eſt cauſa augmenti quantitatis quodammodo in genere cauſæ efficientis, & augmentatio eſt cauſa rarefactionis in genere cauſæ materialis, & ideo diffinitur rarefactio per hoc quod eſt materiam accipere maiores dimenſiones tanquã cauſam per effectum notiorem quò ad nos, & natu-

Digitized by Google

naturalitèr conſequentem, & inſeparabilē,hoc elicitur ex D.S.primo ſententiarum diſt. 17. q. 2.artic.1.

¶ Dico tertiò, quod in rarefactione ſubiectū ipſius qualitatis, vel ſaltem aliqua qualitas inhærens ipſi quantitati accipit maiores dimenſiones quam prius, & ideò in Euchariſtia poteſt eſſe rarefactio ratione qualitatum inhærentium quantitati. Philoſophi autem diffiniebant rarefactionem per hoc, quod eſt materiā accipere maiores dimenſiones, quia putabant quantitatem non poſſe ſeparari à materia. Ad talem autem raritatem in Euchariſtia ſequuntur duo, primum eſt intenſio dimenſionum, ſecundum eſt, qualitatum inhærentium dimenſionibus maior extenſio quàm prius.

Tertiò arguitur. Quilibet materia quantum eſt de ſe eſt in potentia ad magnum, & paruū: ergo Deus poteſt facere de paruo magnum ſine rarefactione, & additione conſequentia patet, antecedens probatur, quia materia de ſe non eſt quanta,& ideò omnis materia æqualitèr ſe habet ad ſuſceptionem magnitudinis,& paruitatis.

Reſpondeo,negatur antecedēs,ſcilicèt,quod materia quælibet æquè indifferentèr eſt in potentia ad quantitatem paruam, & magnam, quia etiam loquendo de potentia obediētiali, quia nulla creatura eſt indefinitæ capacitatis S.D.3.ſent.diſt.30.

Quartò. Deus poteſt facere quantum ſine raro,& denſo,& ſine materia, & poſſet mutare illud de magno in paruum.

Reſpondeo,negatur antecedēs,pro prima parte, quia ſi quantitas eſſet ſeparata ab omni ſubiecto,& omni forma non poſſet augeri per modum intenſionis, ſed ſolum per modum additionis,cum intenſio fiat per hoc, quod modus quantitatis, vel eius effectus formalis perfectiùs participatur à formis ſuperuenientibus quantitati, vel per hoc quod quantitas magis participatur à ſubiecto, primo autem modus ſemper coniunctus eſt rarefactioni.

Quintò. Parua quantitas, vel materia habet in ſe infinitas partes ſicut, & magna:ergo, quicquid poteſt fieri ex magna, poteſt etiam fieri ex parua.

Reſpondeo, negatur conſequentia,quia in parua materia licet ſint infinitæ partes, non tamen tot,ſicut in magna.

Sextò arguit Henricus 7. quolibet. quæſt. 8. Deus quia non præſupponit materiam poteſt agere ſine materia:ergo etiam ex quacunque materia nudè conſiderata poteſt agere quicquid voluerit.

Reſpondeo, negatur argumentū, quia eſt fallacia figuræ diſtinctionis,mutando quid inquantum,cum enim dico materia abſolutè ſumpta, intelligitur ipſa nuda eſſentia materię,cum verò dicimus materiæ coſtæ,vel huiuſmodi rei intelligitur ſub dimenſionibus,& quantitate.

Septimò. Materia eſt indiuidualis:ergo additio materiæ ad materiam non facit maius ſi ergo ante additionem materiæ ad coſtam,non potuit ex ipſa formari corpus Euæ: ergo non poteſt additionem.

Reſpondeo. Negatur conſequentia, quia materia,quæ fuit addita, coſtæ,erat ſub dimenſionibus,per quas extendebatur, & erat diuiſibilis,& ideò additio materiæ ad materiam cōſtituebat aliquid maius poſt additionem quā prius. Conceditur tamen, quod ſi duæ materiæ ſeparentur à quantitate quacunque, additio vnius aliam non efficeret aliquid maius, ſed caſus eſt impoſſibilis, quia tunc, non eſſent duæ materiæ adinuicem diſtinctæ,quarum vna alteri poſſet addi.

*In hac decimanona Diſtinctione, ſecundi Sententiarum, & vnica quaſtione ſequenti confutantur hæreſes damnatæ,vt in noſtro Cōmenntar. in text. Magiſtri, & confutantur etiam hæreſes, quæ ſunt in Abecedario, & in Ethimologijs hæreſum, & confutantur ſimilitèr Idolatria, vt in Abecedario Idolorum in principio, vide ibi litera A.C.E.M.& P. ac etiā confutantur falſa Theologię Fænicum, Egyptiorum, Grecorum, Atlanticorum, Frigiorum, Gentium, &c. ab Euſebio in primo, ſecundo, tertio, & quarto libro de præparatione Euangelica contra Theologiam fabuloſam Poetarum antiquorum.*

*Ex concluſionibus, probationibus, & ſolutionibus argumentorum Capræoli ſoluuntur argumenta Vulpes,& aliorum recentiorum facilè,vt facit Ariſtotelis ad argumenta Antiquorum, quod veritatis cognitio dubiorum eſt ſolutio, & cum Cardinali Bellarmino dicente in libro de Scriptoribus Eccleſiaſticis de Ioanne Capræolo, quòd Ioannes Capræolus ſit defenſor Egregius Sancti Thomę, & optimè diſſoluit omnia argumenta aduerſariorum: dicunt verba formalia Bellarmini, ergo ſi optimè diſſoluit per Bellarminum ſunt ſoluta argumenta cum his doctrinis hic: Sicut ſoluit Ariſtotelis contra antiquos dicendo in 3. de Cœlo, & in 3. Metaphiſic. veritatis cognitio, dubiorum eſt reſolutio.*

*Reſpondetur ſecundo cum Cardinali Sarnano Franciſcano doctiſſimo, cum quinquageſimanona concordantia, & ſimilitèr cum quinquageſimaoctaua concordantia Bonaberbæ.*

*Reſpondetur tertio cum Petro de Bergamo,& Bartholomæo Spina dicentibus in tabula*

Digitized by Google

*la Sancti Thomæ, quod qui ſcit totam Logicam Sancti Thomȩ, Philoſophiam etiam moralem, totam Metaphyſicam Sancti Thomæ, & totam eiuſdem Theologiam, nullum poteſt facere argumentum contra Sanctum Thomam, & ideo ſubdit, quod iſti recentiores ſtudent tantummodo articulo, ſuper quem componunt, & non habent in mente omnia Opera Sancti Thomæ loquentis præſuppoſitiuè, prȩſupponendo omnia ſupradicta, & dicendo, quæ propter prærumpunt in verba in tantum Magnum Doctorem nullo modo applicanda, quod Sanctus Thomas contradicat ſibi ipſi, & ideo Cardinal. Sarnanus, quia ſciebat totum Sanctum Thomam concordauit ſimilitèr, etiam Ioannes Caprȩolus ſoluit argumenta aduerſariorum, cum locis Sancti Thomæ, quia totum in mente habebat Sanctum Thomam, & ideo Bellarm. dicebat bene omnia ſoluere Caprȩolum.*

*Argumenta vero Vaſquez, Valentiȩ, Molinæ, Suarez, &c. quia colliguntur; & ſoluuntur, clarè, diſtinctè, & breuitèr à Ripa, à Nazario, à Conſales, à Nauarretto, à Zenardo, & præcipuè à Montagnolo, in prima parte Sancti Thomæ quæſt. 75. de potentia Dei.*

*Vide noſtram expoſitionem Petri Lombardi aperiẽtem mentem huius materiȩ, vt in folio 71. hic, & infra pro 3. reſponſione Vulpes. Ac etiam vide 1. 2. & 3. folium pro reſponſione quarta, quinta, & ſexta ad argumentum eiuſdem Vulpes.*

*Reſpõdet. 7. cum concordantia Scoti, & Sancti Thomȩ per Radam Franciſcanum hic*

*Loca Sacræ Scripturæ hic, & infra à Salmerone, Emanuel Sa, à Toleto, à Prierio, Vegha, à Poſſeuino, à Salian, Torello in annalibus à creatione Mundi, quȩ videntur repugnare aliquomodo Thomiſtis. quia ſunt concordata à nobis in fine noſtrȩ expoſitionis totius Bibliæ, & in Anatomia Bibliȩ impræſſa, ideo vide ea illic.*

## DISTINCTIO XX.

### *Quæſtio. 1.*

CIRCA vigeſimam Diſtinctionem, quæritur. Vtrum in ſtatu innocentiæ virgines peperiſſent tantum prædeſtinatos.

*Concluſio* I. In ſtatu innocẽtiæ fuit generatio per coitũ, 1. p. quæſt. 98. art. 2. Ratio eſt quia generare ſimile in ſpecie, & per coitum pertinet ad perfectionem hominis ſecundum ſtatum animalis vitæ: ergo non defuiſſet homini in ſtatu innocentiæ.

*Concluſio II.* In ſtatu innocentiæ coitus coniugalis non ſoluiſſet totaliter virginitatem, ſed quò ad aliquid 2. ſent. diſt. 20. quæſt. 1. art. 2. prima ſecundȩ. quæſt. 98. ad quartum, ſecunda ſecundæ. quæſt. 152. artic. 1. Ratio huius eſt, quia principale in virginitate eſt propoſitum abſtinendi ab experimento delectationis venereæ contra rectam rationẽ, vel integritas carnis, ſed in ſtatu innocentiæ alterum, vel vtrumque illorum permanſiſſet cum coitu coniugali.

Notandum, quod virginitas poteſt quintupliciter accipi. Primo pro integritate mentis, & corporis cum firmo propoſito conſeruandi talem integritatem, quantum in ſe eſt: & vlterius cum voto firmante tale propoſitum. Secundo, prout includit duo prima: non autem tertium. Tertiò, prout includit ſolum primum, ſecundum integritatem mentis, & corporis. Quartò pro ſola integritate mentis. Quintò pro ſola integritate corporis, horum autem modorum primus eſt ſtrictiſſimus, & illo ſolo virginitas eſt virtus, ſecunda ſecundæ, qu. 152. artic, 3.

Secundò notandum quod integritas mentis poteſt eſſe quadrupliciter. Quandoque enim importat rectitudinem rationis, & appetitus, & cum hoc immunitatem à conſenſu in delectationem veneream pro præſenti, & præterito, & futuro. Quandoq; importat diſſenſum in talem delectationem in futurum: non autem delectationem conſenſus pro præterito, Quandoq; verò importet ſolum actualem perſiſtentiam mentis in bono caſtitatis, licet non in hoc particulare bonum quod eſt abſtinere à delectatione in caſtitate coniugali. Quandoque vero importat ſolam priuationem peruerſæ rationis, & peruerſi appetitus.

Tertiò notandum, quòd integritas corporis poteſt eſſe triplex. Prima eſt inexperientia venereæ voluntatis, & integritatis membri corporaliter. Secunda importat primum non ſecundum, Tertia econtrario.

Quartò notandum, quòd propoſitum ſeruandi tales integritates poteſt eſſe triplex. Primum eſt propoſitum ſeruandi talia in futurum in omnem euentum. Ita quòd pro nullo bono temporali, vel ſpirituali æquè bono, vel meliori talia dimittantur. Secundum eſt quò quis proponit talia ſeruare: paratus tamẽ relinquere pro meliori bono, ſi occurreret caſus. Tertium eſt quò quis paratus eſt talia ſeruare, ſi poſſet, vel ſi Deus iuberet, aut recta ratione dictaret: dato, quod non ſeruet talia quia non poteſt, vel quia Deus vel ratio dictat ſibi oppoſitum pro nunc puta quod nubat, vel reddat debitum vxori.

¶Dico

Digitized by Google

¶ Dico igitur, quod in quocunque ſtatu per coitum voluntarium coniugalem amittitur virginitas ſtrictè ſumpta: tamen in ſtatu innocentiæ cum tali coitu ſtetiſſet virginitas ſecundo, vel tertio, & quarto modo dicta, quia cum tali coitu ſtaret integritas mentis tertio, & quarto modo dicta, ſtaret etiam integritas corporis tertio modo dicta. Et propoſitum ſeruandi tales integritates, & illa actualis abſorptio rationis, quę commitatur talem actum in ſtatu iſto, non fuiſſet in ſtatu innocentiæ. Et per hoc patet reſponſio ad argumenta Durandi, quæ procedunt ſolum de virginitate ſtrictiſſimè accepta.

*Concluſio. III.* In ſtatu innocentiæ nõ omnes, qui nunc ſunt electi, nati fuiſſent, & multi qui nunc ſunt damnandi nati eſſent licet tunc non damnarentur S.D. quolibet 6.q.8.

Ratio huius eſt, quia variatis parentibus variantur filij, ſed in ſtatu innocentiæ alij fuiſſent parentes, quam modo ſint ſaluandorum, tum quia vnus vir non coiſſet cum multis mulieribus, tum quia nulla mulier coiſſet cum pluribus viris. Cuius oppoſitum modo contingit, & ex tali concubitu naſcuntur modo filij, qui ſaluantur tunc damnati nec ſaluati eſſent.

Contra arguit Scotus in præſenti diſtinctione, probando quod ſolum tunc electi fuiſſent in ſtatu innocentiæ. Primò Deus vult primus bonitatem ſuam, & poſtea gloriam creaturę rationalis, & poſtea gratiam, & poſtea iſtũ beatificabilem eſſe naſciturum à tali parente, ergo parentes cum ſint poſteriores non poterunt variare determinatos beatificandos à diuina voluntate.

Reſpondeo, primo poſſet negari antecedẽs, quia licet gloria, & gratia ſint ſecundum vnum ordinem ſimiliorem Deo, & eius bonitati quã ſubſtantiæ, tamen ſecundum conſiderationem ſunt poſteriora, vno modo enim accidens eſt perfectius ſubiecto, alio modo econtra.

¶ Dico ſecundò, quod licet Deus ab æterno determinauerit numerum electorũ, tamen hoc fecit cum præſcientia futuri caſus. Vnde ſi nullus vnquam peccaſſet, multi eſſent nunc electi, qui non ſunt electi nunc, nec valet conſequentia, parentes non poſſunt variare determinationem numeri prædeſtinatorum, igitur non alij ſunt nunc, & alij eſſent tunc. Cuius ratio, quia variatio importat ſucceſſionem, quà aliquid prius exiſtens deſtructum ſit, hoc autẽ non infertur ex hoc quod dicitur quod in tali caſu ſic fuiſſet, & in præſenti aliter eſt, quia iſti duo caſus non ſibi ſuccedunt cum vnus eorum nunquam fuerit.

Secundò arguitur, quia hoc dicit Gregorius in quarto moralium.

Reſpondeo, quod illa auctoritas intelligitur, quod nullus natus ex Adam ex tali origine haberet obſtaculum ſuę ſalutis, ſicut nunc multi habent.

Tertiò arguitur ſic. Idem effectus numero poteſt eſſe à diuerſis cauſis, ergo idẽ filius numero potuiſſet eſſe à diuerſis cauſis, ergo idem filius numero potuiſſet eſſe à diuerſis parentibus, & ſic illi electi qui nunc naſcuntur ex parentibus reprobis, nati fuiſſent ex alijs parentibus electis, ergo, &c. antecedens probatur. Nam ignis à talis quantitatis, & virtutis produceret eundem ignem numero, quem produceret ignis b. eiuſdem virtutis, & quantitatis, ſi in eandem materiam agerent.

Reſpondeo, negatur antecedens ad probationem ſimiliter, quia ille idem numero ignis qui generatur ex a. agente naturali non poteſt naturaliter generari ab alio agente naturali: licet ſit eiuſdem ſpeciei cum a. & eiuſdem virtutis, & omninò ſimilis diſpoſitionis ad agẽdum. Quia cauſa, & effectus ſibi proportionabiliter correſpondent, vt ſicut à calido ſit calidum: ita ab hoc calido ſit hoc calidum. Aliter inter cauſam efficientem, & ſuum effectum non eſſet ordo per ſe, ſed à caſu: nec effectus particularis haberet cauſam ſignatam, ſed indifferentem. Item ex illa maxima Scoti ſequeretur, quod in caſu quò multa luminaria æqualis virtutis, & ęqualiter approximata eidem diaphano eſſent: non intenſius lumen cauſarẽt, quàm vnum ſolum, cum ſecundum Scotum illum, & eundem effectum, quem cauſaret vnum illorum luminarium, cauſaret quodlibet illorum, & non alium, hoc autem eſt manifeſtè falſum.

Contra hanc reſponſionem arguit Scotus, & OKam. Approximentur duo ignes ſtruppæ, ita quod quodlibet illorum incendetur, alio amoto, tunc in ſtuppa cauſabitur vnus ignis, & ille idem numero cauſaretur à quolibet illorum per ſe, ergo, &c.

Reſpondeo, negatur minor. Quia variato efficiente qualitercunque in numero, eſt alius, & alius effectus ſecundum numerum.

Quartò arguunt alij. Idem effectus numero eſt corruptibilis naturaliter ab hoc agente, & ab alio naturaliter diſtincto, ergo eſt producibilis, tenet conſequentia à ſimili, antecedens patet. Quia ille calor, qui corrumpitur ab vna aqua, ita benè potuit corrumpi ab alia.

Reſpondeo. Negatur conſequentia, alias poſſet probari, quod à pluribus ſecundum ſpeciem equus ſit naturaliter producibilis, quod conſtat eſſe falſum. Nam equus eſt corruptibilis ab aqua, & ab igne.



Digitized by Google

Quintò. Eiuſdem effectus poſſunt eſſe duo fines totales, ergo duæ cauſæ agentes.

Reſpondeo negatur conſequentia. Inſtatur enim ſicut, & præcedenti argumento.

Sextò. Si ille numero calor qui producitur ab a. igne, non poſſet produci ab alio igne: tunc inter indiuidua eiuſdem ſpeciei eſſet ordo eſſentialis dependentiæ.

Reſpondeo eſſet inconueniens, quod vnum indiuiduum depẽdeat ab alio eiuſdem ſpeciei, tanquam à per ſe cauſa extrinſeca. Et ſi dicatur in indiuiduis eſt proceſſus in infinitum: ergo non eſt inter ea ordo per ſe. Dico, quod reſpectu vnius effectus non ſunt infinitæ cauſæ eſſentialiter ordinatæ, & hunc ſenſum habet Philoſophus. Tex.com.6.& ſeq. poteſt tamen eſſe quod ab aliquo tanquam a. per ſe dependeat aliud, vt ab a. dependeat b. ſic quod b. nõ poſſit naturaliter produci niſi ab a. & a. b. dependeat c. & ſic in infinitum, ſic enim non ponitur vnus effectus numero dependere à cauſis infinitis eſſentialiter ordinatis. Nam cauſę eſſentiales ordinatæ omnes ſimul cauſant, quod non contingit in propoſito.

Septimò. Illa numero ſenſationem, quam cauſat vnum ouum: poſſum cauſare aliud, ſi Deus poneret ouum aliud ouum, totaliter ſimile in eodem ſitu ſubtrahendo cauſalitatem prioris, ergo, &c. Antecedens probatur, quia alias poſſet ſenſus percipere differentiam inter vnum ouum, & aliud, quod eſt falſum.

Reſpondeo, negatur antecedens. Ad probationem negatur conſequentia, quia homo nõ poteſt naturaliter percipere omnem obiectorum alietatem, & differentiam.

*In hac vigeſima diſtinctione, ſecundo Sẽtentiar. & vnica quæſtione ſequenti confutantur hæreſes damnatæ, vt in noſtro Commentar. in text. Magiſtri, & confutantur etiam hæreſes, quæ ſunt in Abecedario, & in Ethimologijs hæreſum, & confutantur ſimilitèr Idolatriæ, vt in Abecedario Idolorum in principio, vide ibi littera I. P. S. & V. ac etiam confutantur falſæ Theologiæ Fęnicum, Egyptiorum, Græcorum, Atlanticorum, Frigiorum, Gentium, &c. ab Euſebio in primo, ſecundo, tertio, & quarto libro de præparatione Euangelica contra Theologiam fabuloſam Poetarum antiquorum.*

*Ex concluſionibus, probationibus, & ſolutionibus argumentorum Caprǫoli ſoluuntur argumenta Vulpes, & aliorum recentiorum facile, vt facit Ariſtotelis ad argumenta Antiquorum, quod veritatis cognitio dubiorum eſt ſolutio, & cum Cardinali Bellarmino dicente in libro de Scriptoribus Eccleſiaſticis de Ioanne Capræolo, quòd Ioann. Capreolus ſit defenſor Egregius Sancti Thomæ, & optimè diſſoluit omnia argumenta aduerſariorum: dicunt verba formalia Bellarmini, ergò ſi optimè diſſoluit per Bellarminum ſunt ſoluta argumenta cum his doctrinis hic: Sicut ſoluit Ariſtotelis contra antiquos dicendo in 3. de Cœlo, & in 3. Metaphiſic. veritatis cognitio, dubiorum eſt reſolutio.*

*Reſpondetur ſecundò cum Cardinali Sarnano Franciſcano doctiſſimo, cum ſexageſima concordantia, et ſimilitèr cum quinquageſimanona concordantia Bonęherbę.*

*Reſpondetur tertiò cum Petro de Bergamo, et Bartholomęo Spina dicentibus in tabula Sancti Thomę, quod qui ſcit totam Logicam Sancti Thomæ, Philoſophiam etiam moralem, totam Metaphyſicam Sancti Thomę, et totam eiuſdem Theologiam, nullum poteſt facere argumentum contra Sanctum Thomam, et ideò ſubdit, quod iſti recentiores ſtudent tantummodò articulo, ſuper quem componunt, et non habent in mente omnia opera Sancti Thomę loquentis præſuppoſitiuè, præſupponendo omnia ſupradicta, & dicendo, qua propter prærumpunt in verba in tantum Magnam Doctorem nullo modo applicanda, quòd Sanctus Thomas contradicat ſibi ipſi, et ideò Cardinal. Sarnanus, quia ſciebat totum Sanctum Thomam concordauit ſimilitèr, etiam Ioannes Capræolus ſoluit argumenta aduerſariorum, cum locis Sancti Thomæ, quia totum in mente habebat Sanctum Thomam, et ideò Bellarmin. dicebat bene omnia ſoluere Capreolum.*

*Argumenta verò Vaſquez, Valentię, Molinæ, Suarez, etc. quia colliguntur, et ſoluuntur, clarè, diſtinctè, et breuitèr à Ripa, à Nazario, à Conſales, à Nauarretto, à Zenardo, et prægcipuè à Montagnolo, in prima parte Sancti Thomæ quæſt. 98. de his quæ pertinent ad conſeruationem ſpeciei per generationem.*

*Vide noſtram expoſitionem Petri Lombardi aperientem mentem huius materiæ, vt in folio 71. hic, et infra pro 3. reſponſione Vulpes. Ac etiam vide 1. 2. et 3. folium pro reſponſione quarta, quinta, et ſexta ad argumentum eiuſdem Vulpes.*

*Reſpondetur ſeptimo cum concordantia Scoti, & Sancti Thomæ per Radam Franciſcanum hic.*

*Loca Sacræ Scripturæ hic, et infra à Salmerone, Emanuel Sa, à Toleto, à Prierio, Vegha, à Poſſeuino, à Salian, Torello in annalibus à creatione Mundi, quæ videntur repugnare aliquo modo Thomiſtis, quia ſunt concordata à nobis in fine noſtrę expoſitionis totius Bibliæ, et in Anatomia Biblię impræſſa ideò vide ea illic.*

DISTIN-

Digitized by Google

## DISTINCTIO XXI.

### Quæſtio 1.

CIRCA diſtinctionem vigeſimam primam quæritur. Vtrum homo in ſtatu innocentiæ potuerit peccare venialiter.

PRO quæſtione ſit hæc concluſio. Non fuit poſſibile hominem durante ſtatu primo innocentię peccare venialiter. Hanc ponit S. Tho. prima ſecundæ. q. 89. artic. 3. Item ſecundo ſent. diſt. 21. quæſt. 2. artic. 3. Item de malo. q. 7. & in alijs locis.

Huius ratio eſt. In illum non cadit peccatum veniale primo, & præciſè, in quò non poteſt eſſe motus ſubitus in id quod eſt charitati contrarium: nec inordinatio circa ea, quæ ſunt ad finem, ſeruato recto ordine circa finem, Sed homo primus quamdiu fuit in primo ſtatu innocentiæ, erat huiuſmodi: igitur in tali ſtatu non potuit peccare venialitèr præciſè id eſt non committere peccatum veniale ex ſe, & nullo modo mortale, maior, & minor patent ex prædictis.

Contra concluſionem arguit Aureolus primo. Cum quacunque gratia poteſt nunc ſtare veniale in perfectiſſimis, ergo etiam tunc, probatur conſequentia, quia donum innocentiæ non coniungebat perfectius vltimo fini, antecedens probatur 1. Ioan. 1. dicit. Si dixerimus, quia peccatum non habemus, ipſi nos ſeducimus.

¶ Reſpondeo. Argumentum hoc peccat per fallaciam ſecundum non cauſam, vt cauſā. Non enim ideò illud eſt quia donum illud magis coniugeret vltimo fini quàm gratia Ioann. Baptiſtæ, vel Hieremiæ, vel Apoſtolis in eorum vltima ſanctificatione collata, ſed potius, ideo, quia donum illud non ſolum ſubdit mentem Deo, verum etiam corpus animæ, & omnes potentias inferiores rationi, immò generalitèr omnia inferiora, quæ ſunt in homine ſuis ſuperioribus, intantum, quod ordines inferiores violari non poterant, niſi prius natura, vel tempore ſublato ſuperiori, de malo quæſt. 7. artic. 2.

Ex quibus patet, quod conſequentia primi argumenti non valet, quia ſumit pro cauſa, quod non eſt cauſa. Et quomodo imperfectè concipit virtutem iuſtitiæ originalis, & quomodo non tangit omnes ordines illius ſtatus, ſed tantum primum. Item quomodo imperfectè concipit cauſam peccati venialis. Hoc enim non contingit ex coniunctione, vel ſeparatione ad vltimum finem, ſed potius ex peruerſitate inferiorum ordinum, vtputa, quia ſenſualitas non perfectè ſubditur rationi, vel quia ea, quæ ſunt ad finem non perfectè ſubduntur ordini finis, vel quia concluſiones non ſtant ſub ordine primorum principiorum.

Secundò arguit ſupponendo, quod aliquis actus ex genere ſit peccatum veniale, puta verbum ocioſum, ſed Adam potuit ocioſè loqui: ergo aut Adam peccaſſet venialitèr, aut mortalitèr. Non mortalitèr, quia nimis difficile Deus obligaſſet viatorem ſi in illo ſtatu teneretur ad mortale, ad faciendum melius, aut expedientius, vt ad vitandum retardationem ad melius: ergo peccaſſet venialitèr.

Reſpondeo. Negatur minor. Quia quod, quis venialia committat, non poteſt eſſe niſi ex duobus, vel quia mens auerſa eſt ab vltimo fine, vel quia inferiora non perfectè ſubduntur ſuperioribus, vt dictum eſt, de malo quæſt. 7. articul. 7.

*In hac vigeſima prima Diſtinctione, ſecundi Sententiarum, & vnica quæſtione ſequenti confutantur hæreſes damnatæ, vt in noſtro Cōmenntar. in text. Magiſtri, & confutantur etiam hæreſes, quæ ſunt in Abecedario, & in Ethimologijs hæreſum, & confutantur ſimilitèr Idolatria, vt in Abecedario Idolorum in principio, vide ibi litera H. I. P. & V. ac etiam confutantur falſa Theologię Fænicum, Egyptiorum, Grecorum, Atlanticorum, Frigiorum, Gentium, &c. ab Euſebio in primo, ſecundo, tertio, & quarto libro de præparatione Euangelica contra Theologiam fabuloſam Poetarum antiquorum.*

*Ex concluſionibus, probationibus, & ſolutionibus argumentorum Capræoli ſoluuntur argumenta Vulpes, & aliorum recentiorum facilè, vt facit Ariſtotelis ad argumenta Antiquorum, quod veritatis cognitio dubiorum eſt ſolutio, & cum Cardinali Bellarmino dicente in libro de Scriptoribus Eccleſiaſticis de Ioanne Capraolo, quòd Ioannes Capraolus ſit defenſor Egregius Sancti Thomę, & optimè diſſoluit omnia argumenta aduerſariorum: dicunt verba formalia Bellarmini, ergo ſi optimè diſſoluit per Bellarminum ſunt ſoluta argumenta cum his doctrinis hic: Sicut ſoluit Ariſtotelis contra antiquos dicendo in 3. de Cœlo, & in 3. Metaphiſic. veritatis cognitio, dubiorum eſt reſolutio.*

*Reſpondetur ſecundo cum Cardinali Sarnano Franciſcano doctiſſimo, cum ſexageſima prima concordantia, & ſimilitèr cum ſexageſima concordantia Bonaberba.*

*Reſpondetur tertio cum Petro de Bergamo, & Bartholomæo Spina dicentibus in tabu-*



Digitized by Google

*la Sancti Thomæ, quod qui ſcit totam Logicam Sancti Thomę, Philoſophiam etiam moralem, totam Metaphyſicam Sancti Thomæ, & totam eiuſdem Theologiam, nullum poteſt facere argumentum contra Sanctum Thomam, & ideo ſubdit, quod iſti recentiores ſtudent tantummodo articulo, ſuper quem componunt, & non habent in mente omnia Opera Sancti Thomæ loquentis præſuppoſitiuè, præſupponendo omnia ſupradicta, & dicendo, qua propter prærumpunt in verba in tantum Magnum Doctorem nullo modo applicanda, quod Sanctus Thomas contradicat ſibi ipſi, & ideo Cardinal. Sarnanus, quia ſciebat totum Sanctum Thomam concordauit ſimilitèr, etiam Ioannes Capręolus ſoluit argumenta aduerſariorum, cum locis Sancti Thomæ, quia totum in mente habebat Sanctum Thomam, & ideo Bellarm. dicebat bene omnia ſoluere Capręolum.*

*Argumenta vero Vaſquez, Valentię, Molinæ, Suarez, &c. quia colliguntur, & ſoluuntur, clarè, diſtinctè, & breuitèr à Ripa, à Nazario, à Conſales, à Nauarretto, à Zenardo, & præcipuè à Montagnolo, in prima ſecundæ Sancti Thomæ quæſt. 89. de veniali peccato ſecundum ſe.*

*Vide noſtram expoſitionem Petri Lombardi aperièntem mentem huius materię, vt in folio 71. hic, & infra pro 3. reſponſione Vulpes. Ac etiam vide 1. 2. & 3. folium pro reſponſione quarta, quinta, & ſexta ad argumentum eiuſdem Vulpes.*

*Reſpõdet. 7. cum concordantia Scoti, & Sancti Thomę per Radam Franciſcanum hic*

*Loca Sacræ Scripturæ hic, & infra à Salmerone, Emanuel Sa, à Toleto, à Prierio, Vegha, à Poſſeuino, à Salian, Torello in annalibus à creatione Mundi, quę videntur repugnare aliquomodo Thomiſtis. quia ſunt concordata à nobis in fine noſtrę expoſitionis totius Bibliæ, & in Anatomia Biblię impreſſa; ideo vide ea, illic.*

## DISTINCTIO. XXII.

*Quęſtio.* 1.

CIRCA vigeſimamſecundam Diſtinctionem, quæritur. Vtrum alicui creaturæ poſſit conferri, quòd ſit impeccabilis per naturam.

*Concluſio I.* Impoſſibile eſt aliquam rationalem naturam factam, vel factibilem eſſe impeccabilem per naturam, prima parte quæſt. 64. articul. 1. & 2. ſentent. diſtin. 23. quæſt. 1. artic. 1. Et de veritate quæſt. 24. artic. 7. Huius ratio eſt, quia quælibet talis poteſt in ſuo actu à rectitudine declinare, & adhærere cauſæ, & non adhærere.

Sed notandum eſt mentem Sanct. Doct. eſſe quod aliqua creatura rationalis, vel intellectiualis potuit eſſe impeccabilis, hoc modo quod non poteſt tranſgredi legem naturalem, cum quo ſtat, quod nulla creatura rationalis poteſt eſſe impeccabilis per naturam, habito reſpectu ad legem ſupernaturalem, quia in omni tali poteſt eſſe inconſideratio, vel error circunſtantiarum rei eligibilis. Circunſtantiarum dico, quæ ſumuntur ex lege ſupernaturali fidei, vel diſciplinæ. Has enim nulla creatura poteſt ſecundum ſe noſſe cum dependeant ex mera Dei voluntate, & reuelata ſemel non ſemper conſiderantur. Ex quo patet, quod poſſibile eſt dare creaturam, quæ per naturam ſit impeccabilis quo ad legem naturalem. Sanct. Doct. de malo quæſtione 16. articulo tertio, & articul. 2.

Contra arguunt quidam primò eſſe impeccabile per naturam, non arguit infinitam perfectionem: ergo eſt communicabile creaturæ.

Reſpondeo, negatur antecedens, quia nihil poteſt eſſe impeccabile per naturam, niſi non habeat ſuperiorem regulam à qua dirigi debet, & hoc eſt Deus.

Secundò ſic poteſt fieri aliqua creatura, quæ naturalitèr videat diuinam eſſentiam: ergo talis erit impeccabilis per naturam, conſequentia nota, probatur antecedens, lumen gloriæ non excedit in infinitum lumen naturalem: ergo aliqua creatura poteſt fieri, cuius lumen naturale æquabitur lumini gloriæ: ergo per tale lumen naturale videbit Deum.

Reſpondeo, negatur antecedens. Ad probationem negatur conſequentia. Cuius rationem aſſignat Sanct. Doct. 2. ſentent. diſtinctione vigeſimatertia, quęſtione prima, articulo primo, ad quintum, Quia illa duo lumina ſunt diuerſarum ſpecierum, ſicut non valet cõſequentia homo non excedit in infinitum brutorum genus: ergo poteſt dari brutum æqualem homini. Item quia lumen gloriæ ineſt creaturæ tantum ex influentia Dei: ergo non poteſt illud habere per naturam, niſi efficeretur natura Diuina.

Contra hoc arguit Durandus in 2. diſtinct. 23. quæſt. 1. hanc regulam, vel conſequentiam non tenere, niſi illud ſit vnius rationis in vtroque. Quia cum effectus æquiuocus nunquam æquetur ſuæ cauſæ, ſed gratia, & gloria ſunt effectus Dei æquiuoci, ergo per iſtos effectus nunquam creatura æquaretur Deo, etiam ſi haberet eam naturalitèr.

Reſpon-

Digitized by Google

Reſpondeo primò. Negatur antecedens, quia enim lumen gloriæ eſt neceſſaria, & ſufficiens diſpoſitio ad hoc; quod Diuina eſſentia vniatur intellectui creato tanquam forma intelligibilis, ita quod teneat locum virtutis actiuæ in hoc quod fortificat lumen intellectus creati, & paſſiuè in hoc quod diſponit intellectum creatum, & ideò ſicut eſt impoſſibile habere naturalitèr virtutem inſeparabilem à forma ignis, & non habere formam ignis naturalitèr ſibi vnitam, ita impoſſibile eſt quod alicui ſit naturale lumen gloriæ, & quod Diuina eſſentia non ſit ei naturaliter vnita, & ſic tenet tàm in his quæ ſunt diuerſarum rationum, quàm in his, quæ ſunt vnius, ſcilicet quod inferior natura non poteſt habere naturaliter id quod eſt neceſſaria diſpoſitio ad ſuperiorem naturam, niſi etiam habeat talem ſuperiorem naturam ſibi naturalitèr vnitam. Et licet creatura habens etiam per impoſſibile naturalitèr gratiam, & gloriam, non æquaretur Deo ſimplicitur, ſequitur tamen, quod illa creatura naturalitèr eſſet Deus per participationem vltimam, quòd eſt impoſſibile.

Tertiò. Deus poſſet facere viſum corporalem: qui videret omnia viſibilia ſuo lumine naturali: ergo, & intelligibilia ſuo lumine naturali.

Reſpondeo. Negatur conſequentia, quia lumen corporale poteſt eſſe connaturale oculo creato, non autem lumen gloriæ alicui creaturæ, vt dictum eſt.

Quartò arguit Aureolus contra quoddam factum in probatione concluſionis, ſcilicet quod nulla voluntas creata eſt impeccabilis, quia eſt ex nihilo. Contra, creatura ex gratia poteſt eſſe impeccabilis, & tamen ex gratia eſt, de nihilo: ergo, &c.

Reſpondeo. Negatur conſequentia, quia gratia cõſumata, quæ eſt lumen gloriæ eſt vltimata participatio Diuinitatis, ita quod anima per tale lumen ſi ſit inhærens non ſolum per modum paſſionis, ſed per modum habitus fixi, trahit animam ad Deũm, qui non eſt ex nihilo, & ideò ſimilitudo non tenet.

Quintò, Deus poteſt creare vnam intelligentiam, quæ ſit eſſentialitèr viſio Dei, ſed talis erit naturalitèr impeccabilis: ergo.

Reſpondeo. Negatur antecedens, quia implicat aliquid naturalitèr ſubſiſtens eſſe viſionem Dei, & non eſſe infinitam.

¶ *In hac vigeſimaſecunda diſtinctione 2. Sẽtentiar. & vnica quaeſtione ſequenti confutantur hæreſes damnatæ, vt in noſtro Commentar. in text. Magiſtri, & confutantur etiam hæreſes, quæ ſunt in Abecedario, & in Ethimologijs hæreſum, & confutantur ſimilitèr Idolatriæ, vt in Abecedario Idolorum in principio; vide ibi litera C. N. & P. ac etiam confutantur falſæ Theologiæ Fenicum, Egyptiorum, Græcorum, Atlanticorum, Frigiorum, Gentium, &c. ab Euſebio in primo, ſecundo, tertio, & quarto libro de præparatione Euangelica contra Theologiam fabuloſam Poetarum antiquorum.*

*Ex concluſionibus, probationibus, & ſolutionibus argumentorum Capreoli ſoluuntur argumenta Vulpes, & aliorum recentiorum facile, vt facit Ariſtotelis ad argumenta Antiquorum, quod veritatis cognitio dubiorum eſt ſolutio, & cum Cardinali Bellarmino dicente in libro de Scriptoribus Eccleſiaſticis de Ioanne Capræolo, quòd Ioann. Capreolus ſit defenſor Egregius Sancti Thomæ, & optimè diſſoluit omnia argumenta aduerſariorum: dicunt verba formalia Bellarmini, ergò ſi optimè diſſoluit per Bellarminum ſunt ſoluta argumenta cum his doctrinis hic: Sicut ſoluit Ariſtotelis contra antiquos dicendo in 3. de Cœlo, & in 3. Metaphiſic. veritatis cognitio, dubiorum eſt reſolutio.*

*Reſpondetur ſecundò cum Cardinali Sarnano Franciſcano doctiſſimo, cum ſexageſimaſecunda concordantia, et ſimilitèr cum ſexageſimaprima concordantia Bongherbę.*

*Reſpondetur tertiò cum Petro de Bergamo, et Bartholomęo Spina dicentibus in tabula Sancti Thomę, quod qui ſcit totam Logicam Sancti Thomæ, Philoſophiam etiam moralem, totam Metaphyſicam Sancti Thomę, et totam eiuſdem Theologiam, nullum poteſt facere argumentum contra Sanctum Thomam, et ideò ſubdit, quod iſti recentiores ſtudent tantummodò articulo, ſuper quem componunt, et non habent in mente omnia opera Sancti Thomę loquentis pręſuppoſitiuè, præſupponendo omnia ſupradicta, & dicendo, qua propter prerumpunt in verba in tantum Magnum Doctorem nullo modo applicanda; quòd Sanctus Thomas contradicat ſibi ipſi, et ideò Cardinal. Sarnanus, quia ſciebat totum Sanctum Thomam concordauit ſimilitèr, etiam Ioannes Capræolus ſoluit argumenta aduerſariorum, cum locis Sancti Thomæ, quia totum in mente habebat Sanctum Thomam, et ideò Bellarmin. dicebat bene omnia ſoluere Capreolum.*

*Argumenta verò Vaſquez, Valentię, Molinæ, Suarez, etc. quia colliguntur, et ſoluuntur, clarè, diſtinctè, et breuitèr à Ripa, à Nazario, à Conſales, à Nauarretto, à Zenardo, et precipuè à Montagnolo, in prima parte Sancti Thomæ quaeſt. 64. de pœna Dęmonum.*

*Vide noſtram expoſitionem Petri Lombardi aperientem mentem huius materiæ, vt in folio* 71.

*71. hic, et infra pro 3. reſponſione Vulpes. Ac etiam vide 1. 2. et 3. folium pro reſponſione quarta, quinta, et ſexta ad argumentum eiuſdem Vulpes.*

*Reſpondetur ſeptimo cum concordantia Scoti, & Sancti Thomæ per Radam Franciſcanum hic.*

*Loca Sacræ Scripturæ hic, et infra à Salmerone, Emanuel Sa, à Toleto, à Prierio, Vegha, à Poſſeuino, à Salian, Torello in annalibus à creatione Mundi, quæ videntur repugnare aliquo modo Thomiſtis, quia ſunt concordata à nobis in fine noſtrę expoſitionis totius Bibliæ, et in Anatomia Bibliȩ impraſſa ideò vide ea illic.*

## DISTINCTIO. XXIII.

### *Quæſtio I.*

CIrca vigeſimamtertiam diſtinctionem quæritur. Vtrum in ſtatu innocentiæ Adam viderit Deum per eſſentiam.

*Concluſio I.* Primus homo Deum per eſſentiam nõ vidit ſecundum communem ſtatum huius viæ, prima parte q. 94. artic. 1. & de veri. q. 18. art. 1. Huius ratio eſt, quia in illo ſtatu erat potens peccare, ergo ex conditione ſtatus non videbat Deũ per eſſentiam, tum quia nullus viator nondum beatus Deum per eſſentiam vidit, ſed Adam ex conditione ſtatus erat viator, nondum beatus: ergo.

*Concluſio II.* Adam in primo ſtatu cognouit Deum quadam altiori cognitione quam aliquis vnus viator poſt peccatum communiter. prima parte. vbi ſupra, & de veri. vbi ſuprà, ad primum, & 2. ſent. diſt. 23. q. 2. artic. 1. Huius ratio eſt, quia cognoſcebat Deum per ſpeciẽ, non à phantaſmatibus abſtractam, ſed ex irradiatione diuini luminis impreſſam.

Contra arguit Duran. 1. in 2. diſt. 23. quęſt. 2. Primò illa cognitio non fuit intuitiua, quia tunc fuiſſet beatifica, nec abſtractiua, quia vel per illam cognouiſſet Deum eſſe trinum, & vnum euidenter: non ſecundum, quia non fuiſſet altior cognitione naturali, cum nulla ſit altior niſi illa quæ eſt per fidem. Non primum, quia abſtractiua præſupponit priorem cognitionem ex quà deducitur, ſed in primo viatore non poteſt eſſe aliqua cognitio ex quà euidens cognitio abſtractiua de Deo poſſit deduci: ergo, &c. maior patet, tum quia Deus non cognoſcit alia abſtractiuè, niſi cognoſcendo ſe intuitiuè. Similiter Angelus: ſimiliter in nobis abſtractiua intellectiuam præcedit intuitiua ſenſitiua. Cum intellectus non habeat immediatè ordinem ad res exteriores, ſed ſolum mediante cognitione ſenſitiua exteriori.

Reſpondeo, negatur antecedens pro ſecunda parte fuit enim abſtractiua nec cognouit Deum eſſe trinum, & vnum euidenter, ſed fide tenuit. S.D. de veri. quæſtione decimaoctaua. articulo tertio. Ad improbationem negatur conſequentia, quia fides Adæ fuit altior noſtra, vt ponit S.D. ibidem, quia fuit per loquutionem inferiorem.

¶ Sed quia in eo argumento, quod ex hoc ſolutum eſt, multa falſa implicat: ideo notandum eſt primo, non eſſe verum, quòd omnis notitia abſtractiua præſupponat intuitiuam ex quà deducatur.

¶ In Deo quidem non eſt, niſi vnica cognitio quà prius ſecundum modum noſtrum intelligendi intelligit eſſentiam ſuam intuitiuè, & creaturas abſtractiuè, & non hoc ex aliquo eſſentiali ordine inter abſtractiuam, & intuitiuam: ſed quia per eandem intelligibilem formam intelligit principale obiectum, ſcilicet eſſentiam ſuam, & ſecundum, ſcilicet creaturas Similiter cognitio quà angelus intelligit alia à ſe, non deducitur cauſaliter à notitia intuitiua, quà ſeipſum cognoſcit. Quia per aliud intelligit ſe, & per aliud alia à ſe, verum eſt tamen, quod in nobis intuitiua pręcedit abſtractiuam, quia intelligimus per ſpecies à phantaſmatibus abſtractas, quod non eſſet ſi intelligeremus per ſpecies à Deo influxas. Cauſa autem, quod intellectus, & ſenſus interiores non poſſunt exire in actum, niſi præſuppoſita ſenſatione exteriori: eſt quia ſecundum communem curſum intellectus, & vires ſenſitiuæ interiores non acquirũt ſpeciem ſenſibilem, aut intelligibilem niſi miniſterio virium ſenſitiuarum exteriorum: huius autem oppoſitum fuit in Adam, & poſſet fieri in nobis virtute diuina, & ſic per accidens eſt, quòd intellectio abſtractiua pręſupponat ſenſationem intuitiuam. Cauſa autem quare ſenſus exteriores ſint intuitiui, non autẽ interiores, nec intellectus eſt non propter immediatum ordinem ad res ad extra. Quia ſcilicet ſenſus exterioris cauſetur ab obiecto ſiue ſpecie media, aut quia non ſequatur aliam cognitionem, ſed quia intellectus, & ſenſus interior pro ſtatu iſto non directè, & immediatè cognoſcuntur ſingulare ſenſibile, & materiale extrinſeci, inquantum huiuſmodi quò ad ſuum exiſtere, & alias conditiones indiuiduales, cuius ſignum eſt, quia cognoſcũt rem ſiue ſit exiſtens, ſiue non. Talia autem poſſunt certitudinaliter iudicari per ſenſum exteriorem, quia ſpecies quà ſenſus exterior fit in actu, repreſen-

tat

Digitized by Google

tat huiuſmodi conditiones particulares obiecti. Et quia ſpecies quæ eſt in intellectu angelico repreſentat res quantum ad iſtas conditiones particulares, ideo angelus per eam cognoſcit res intuitiuè. Dico tamen, quod etiam intellectus cognoſcit intuitiuè actum ſuum, & ſeipſum, & eſſentiam animę, & phantaſia intuetur phantaſmata, licet non res exteriores. Diſtinguitur ergo intuitiua cognitio ab abſtractiua, quia intuitiua habet immediatum ordinem ad obiectum in ratione termini, id eſt, quæ immediatè terminatur ad obiectum, & ad indiuiduales conditiones obiecti neceſſarias, aut contingentes, ſiue cauſetur ab obiecto ſiue nō. ex natura autem notitiæ abſtractiuè non eſt quod per illam talia certitudinaliter cognoſcantur, ſed terminatur ad quidditatem obiecti nudam, aut quidditatem ſub conditionibus præſentibus, aut præteritis, aut confictis per ipſum cognoſcentem, ſicut patet de phantaſia.

Secundò. Prima cognitio eſt entis in actu, ſed talis eſt intuitiua: ergo omnis alia cognitio præſupponit intuitiuam, ſed in puro viatore non poteſt præcedere aliqua cognitio, ex quà deducatur illa abſtractiua, quam tu ponis: ergo in eo non eſt illa abſtractiua.

Reſpondeo. Negatur maior, quia prima cognitio animæ poteſt eſſe alicuius futuri, non exiſtentis in actu, vt patet ſi in primo inſtanti ſuæ creationis infunderetur ei talis cognitio, & ſuſpenderetur omnis alia cognitio reſpectu cuiuſlibet alterius ſubiecti. Et cum dicitur. 9. meta. vnumquodque cognoſci inquantum eſt ens actu, hoc non intelligitur de actuali exiſtētia, ſed de actualitate eſſentiæ, vt puta, quia nec materia nec compoſitum cognoſcitur à nobis, niſi per formam quæ ſemper eſt actus in genere eſſentiarum, imo primum quod intelligitur à nobis in iſto ſtatu eſt quid confuſum, & vniuerſale abſtrahens ab eſſe, & non eſſe. Negatur etiam minor, quia ens in actu etiam ſecundum arguentem poteſt cognoſci abſtractiuè. Negatur etiam vltima conſequentia, quia dato quod prima cognitio animæ ſit intuitiua non ſequitur, quod omnis abſtractiua ſequens ſit cauſata ab illa, quia non ſemper prioritas temporis arguit prioritatem cauſalitatis.

Sciendum etiam, quod non omnis, notitia habita per ſpeciem immediatè ſumptam ab obiecto eſt intuitiua, quia vltra hoc requiritur, quod ipſum obiectum repreſentet potentiæ cognoſcitiuæ, aut per eſſentiam obiecti vnitam potentiæ per modum formæ intellectualis, aut ſenſibilis, vel per aliquam ſpeciem obiecti perfectè repreſentantem ipſum quantum ad eſſe, vel non eſſe, & alias conditiones indiuiduales contingentes, aut neceſſarias, ſecundum quas exiſtit in rerum natura ſecundum ſe. Non omnis autem ſpecies repreſentat Deum quantum ad iſta neceſſario, & ideo non omnis cognitio Dei per ſpeciem eſt intuitiua.

Tertiò. Cognitio intuitiua de Deo non poteſt communicari valori, cum ſit beatifica: ergo non abſtractiua, conſequentia patet, quia abſtractiua non eſt imperfectior intuitiua, cum Deus ab æterno habuerit de rebus cognitionē abſtractiuam, & nunc intuitiuam, & ſic in cognitione profeciſſe. Ex his vult Durandus quòd notitia abſtractiua nulla communicari poſſit puro viatori per ſpeciem infuſam altiorem communi cognitione, quà Deus cognoſcitur naturaliter ex creaturis, vel per lumen fidei.

Reſpondeo. Negatur conſequentia. Ad probationem negatur antecedens, quia Deus cōgnoſcit præſentia, & futura, & præterita intuitiuè, & poſito, quod de talibus non habeat notitiam intuitiuam, ſed abſtractiuam, tantum nō ſequitur notitia intuitiua Dei de antichriſto nō eſt perfectior abſtractiua: ergo ita eſt in nobis. Tum quia eadem notitia Dei quandoque eſt abſtractiua, quandoque intuitiua per ſolam mutationem obiecti, ſecus eſt in nobis. Tum quia nobilitas diuinæ notitiæ menſuratur tantum ex parte obiecti increati, quod eſt primarium, & non ex parte obiecti creati, quod eſt ſecundarium, ſecus autem eſt in nobis, in quibus tales notitiæ habent diuerſa obiecta principaliora.

Quartò. Contra eandem arguit Scotus oppoſito modo, probando quod virtute diuina poſſit communicari puro viatori cognitio certa, & expreſſa de articulis fidei, puta quòd Deus ſit trinus, & vnus. Primo talis cognitio non ponit viatorem extra terminos vię ſi ſit abſtractiua, ergo pòteſt ei communicari, antecedens probatur. Quia ſola intuitiua ponit extra terminos: ergo non abſtractiua, tunc vltra poteſt communicari, ergo communicata fuit Adæ.

Reſpondeo, primò negatur vltima conſequentia, quia non omne poſſibile communicari viatori fuit Adæ communicatum. Dico ſecundò non repugnare quin virtute intuitiuæ qua beatus intuetur Deum, poſſit in eo cauſare abſtractiua talis, qua euidenter appareat Deum eſſe trinum, & vnum. Et ſic haberet vnam cognitionem beatificam, & aliam non beatificam, quicquid tamen ſit de viatore, negata eſt vltima conſequentia.

Secundò arguit. Cognitio abſtractiua quātumcumque perfecta, eſt prior intuitiua, quæ ſola eſt beatifica, ergo poteſt haberi ab homine

ne ſine cauſa, conſequentia patet, antecedens probatur. Cognitio intuitiua cum reſpiciat rem ſecundum eſſe præſentialis exiſtentiæ ſe habet per additionem ad abſtractiuam, quæ reſpicit rem ſecundum eius quidditatem abſolutè: ergo eſt poſterior abſtractiua.

Reſpondeo. Primò negatur vltima conſequentia, quæ deberet inferri, quia dato, quòd ſit poſſibilis illa cognitio, non tamen ſequitur, fuerit communicata Adę. Secundò negatur quòd abſtractiua ſe habeat ex additione ad intuitiuam, ſiuè additio intelligatur ſecundum præſuppoſitionem, ſiuè intelligatur, quòd quicquid cognoſcitur per iniuſtitiam, cognoſcitur per abſtractiuam, & vltra.

Tertiò ſi eſſentia Diuina eſſet præſens intellectui noſtro in ratione obiecti naturalitèr mouentis, cauſaret talem expreſſam cognitionem: ſed illa cognitio eſſet abſtractiua: ergo voluntas diuina poteſt hoc facere ſine tali præſentia.

Reſpondeo, negatur conſequentia, immò ſequitur oppoſitum eius, quia illo caſu eſſentia cauſaret cognitionem intuitiuam, & non abſtractiuam: ergo ſequitur, quòd voluntas ſine tali pręſentia poſſet cauſare cognitionem intuitiuam, quòd eſt contra Scotum.

Quartò. Paulus poſt raptum cognouit Deũ eſſe Trinum, & Vnum, ſed illa cognitio fuit abſtractiua: ergo talis cognitio eſt poſſibilis viatori.

Reſpondeo ad antecedens, quòd illa cognitio poſt raptum non fuit expreſſa cognitio Diuinę eſſentię nec viſionis beatæ, ſed ſolum in quodam confuſo recordabatur, ſe Deum vidiſſe, quia omnis cognitio memoratiua fit per aliquam impreſſionem repræſentantem rem memoratam per modum obiecti medij.

Ex iſtis patet primum hominem deueniſſe in cognitionem Dei non per demonſtrationẽ ſumptam ab aliquo effectu, ſicut nobis eſt neceſſarium, ſed ſimul in ipſis effectibus pręcipuè intelligibilibus Deũ ſimul cognoſcebat, & ſpecies primo homini impreſſa, & tale medium erat expreſſa Dei ſimilitudo reprętentans expreſſè Diuinam eſſentiam quoad rationem alicuius attributi, puta eſſentię, non tamen omnium, & ideò per talem ſpeciem non habebatur viſio propria Diuinę eſſentię, aut cognitio abſtractiua qualem ponit Scotus.

*In hac vigeſimatertia Diſtinctione, ſecundi Sententiarum, & vnica quæſtione ſequenti confutantur hæreſes damnatæ, vt in noſtro Cõmenntar. in text. Magiſtri, & confutantur etiam hæreſes, quæ ſunt in Abecedario, & in Ethimologijs hæreſum, & confutantur ſimilitèr Idolatriæ, vt in Abecedario Idolorum in principio, vide ibi litera A. D. E. & V. ac etiam confutantur falſæ Theologię Fænicum, Egyptiorum, Gręcorum, Atlanticorum, Frigiorum, Gentium, &c. ab Euſebio in primo, ſecundo, tertio, & quarto libro de præparatione Euangelica contra Theologiam fabuloſam Poetarum antiquorum.*

*Ex concluſionibus, probationibus, & ſolutionibus argumentorum Capræoli ſoluuntur argumenta Vulpes, & aliorum recentiorum facilè, vt facit Ariſtotelis ad argumenta Antiquorum, quod veritatis cognitio dubiorum eſt ſolutio, & cum Cardinali Bellarmino dicente in libro de Scriptoribus Eccleſiaſticis de Ioanne Capræolo, quòd Ioannes Gapræolus ſit defenſor Egregius Sancti Thomę, & optimè diſſoluit omnia argumenta aduerſariorum: dicunt verba formalia Bellarmini, ergo ſi optimè diſſoluit per Bellarminum ſunt ſoluta argumenta cum his doctrinis hic: Sicut ſoluit Ariſtotelis contra antiquos dicendo in 3. de Cœlo, & in 3. Metaphiſic. veritatis cognitio, dubiorum eſt reſolutio.*

*Reſpondetur ſecundo cum Cardinali Sarnano Franciſcano doctiſſimo, cum ſexageſimatertia concordantia, & ſimilitèr cum ſexageſimaſecunda concordantia Bonæberbæ.*

*Reſpondetur tertio cum Petro de Bergamo, & Bartholomæo Spina dicentibus in tabula Sancti Thomæ, quod qui ſcit totam Logicam Sancti Thomę, Philoſophiam etiam moralem, totam Metaphyſicam Sancti Thomæ, & totam eiuſdem Theologiam, nullum poteſt facere argumentum contra Sanctum Thomam, & ideo ſubdit, quod iſti recentiores ſtudent tantummodo articulo, ſuper quem componunt, & non habent in mente omnia Opera Sancti Thomæ loquentis præſuppoſitiuè, pręſupponendo omnia ſupradicta, & dicendo, quæ propter prærumpunt in verba in tantum Magnum Doctorem nullo modo applicanda, quod Sanctus Thomas contradicat ſibi ipſi, & ideo Cardinal. Sarnanus, quia ſciebat totum Sanctum Thomam concordauit ſimilitèr, etiam Ioannes Capręolus ſoluit argumenta aduerſariorum, cum locis Sancti Thomæ, quia totum in mente habebat Sanctum Thomam, & ideo Bellarm. dicebat bene omnia ſoluere Capręolum.*

*Argumenta vero Vaſquez, Valentię, Molinæ, Suarez, &c. quia colliguntur; & ſoluuntur, clarè, diſtinctè, & breuitèr à Ripa, à Nazario, à Conſales, à Nauarretto, à Zenardo, & præcipuè à Montagnolo, in prima ſecundæ Sancti Thomæ quæſt. 94. de ſtatu, & conditione primi hominis quoad intellectum.*

*Vide*

*Vide noſtram expoſitionem Petri Lombardi aperiẽtem mentem huius materię, vt in folio 71. hic, & infra pro 3. reſponſione Vulpes. Ac etiam vide 1. 2. & 3. folium pro reſponſione quarta, quinta, & ſexta ad argumentum eiuſdem Vulpes.*

*Reſpõdet. 7. cum concordantia Scoti, & Sancti Thomę per Radam Franciſcanum hic*

*Loca Sacræ Scripturæ hic, & infra à Salmerone, Emanuel Sa, à Toleto, à Prierio, Vegba, à Poſſeuino, à Salian, Torello in annalibus à creatione Mundi, quę videntur repugnare aliquomodo Thomiſtis. quia ſunt concordata à nobis in fine noſtrę expoſitionis totius Bibliæ, & in Anatomia Biblię impræſſa, ideo vide ea illic.*

## DISTINCTIO XXIV.
### *Quæſtio.* 1.

CIRCA vigeſimamquartam Diſtinctionem, quæritur. Vtrum liberum arbitrium ſit potentia pure paſſiua.

*Concluſio I.* Liberum arbitrium eſt quædam potentia animæ in nobis, & non actus, neque habitus, prima parte, quæſt. 82. artic. 2. & ſecundo ſentent. diſtinct. 24. articul. 4. Huius ratio eſt, quia eſt principium naturale actiuum indifferens ad benè, & malè eligendum: ergo eſt potentia.

Contra arguunt quidem primo, pura potentia non eſt principium actuum liberorum: ergo liberum arbitrium non eſt pura potentia, conſequentia patet, antecedens probatur. Primus actus liber eſt deliberatio, vel concluſio deliberationis, ſed neuter iſtorum eſt in poteſtate noſtra, niſi mediante actu elicito à voluntate, & alio elicito à ratione.

Reſpondeo, negatur antecedens, quia licet nuda potentia non ſit totale, nec proximum principium actus arbitrij, ſufficit tamen quòd ſit primum, & partiale, quia etiam nec intellectus, nec ſenſus eſt totale, nec proximum principium ſui actus, cum concurrat ibi ſpecies intelligibilis, vel ſenſibilis, per quam potentia elicit actum ſuum.

¶Ad probationem negatur maior; & dico primò quòd deliberatio non eſt primus actus liber, quia omnem deliberationem præcedit voluntas finis: qui quidem actus volendi eſt liber, cum non ſit ex coactione: licet non pertineat ad liberum arbitrium, de veritate, vbi ſuſupra art. 1. ad. 2.

¶Dicitur ſecundò, quòd electio eſt actus, qui primò, & immediatè ſubeſt libero arbitrio.

¶Dicitur tertiò, quòd nullus actus humanus præcedens electionem actualem voluntatis dicitur propriè eſſe in potentia, niſi pro quãto ſequitur electionem actualem, vel interpretatiuam de illo, hoc eſt dictu, quia voluntas eligit talem actum actualitèr, vel ſi non actualitèr eligit illum actum, tamen per ſuam electionem potuit impedire paſſionẽ illius actus, & non impediuit. Multi etiam actus qui non ſunt actualitèr deliberati ſunt in poteſtate noſtra, ſicut dum ſcriptio format litteram, & intẽperatus non deliberat, an velle debeat delectabilia, vnde Sanct. Doct. dicit quòd voluntariũ poteſt eſſe ſine actu, prima ſecundæ, quæſtione ſexta, artic. tertio.

Dico quartò, quòd conceſſo quòd actus qui propriè eſt liberi, ſcilicèt electio procedat à potentia mediante aliquo priori actu intellectus, aut voluntatis, puta ex deliberatione, quo ad intellectum, & volitionem finis quoad voluntatem, tamen illi actus precedẽtes electionem non ſunt liberum arbitrium, quia liberum arbitrium dicit primum principium electionis, licet non proximum, vel principium, quod & nõ quo, vel agens, & non rationem agendi, tale autem agens eſt potentia, licet ratio agendi ſit actus præuius electioni.

Secundò arguit Durandus. Omnes actus liberi arbitrij ſunt liberi, ſed nullius potentiæ omnes actus ſunt liberi: ergo nulla potentia, & liberum arbitrium, maior patet, minor probatur: quia hoc eſſet maximè de actibus voluntatis, ſed aliquis talis non eſt liber ſcilicet ille, qui eſt reſpectu boni ſecundum ſe: ergo, &c.

Reſpondeo. Conceditur totum, quia liberum arbitrium non dicit abſolutè potentiam aliquam, licet cum reſpectu ad aliam. Eſt enim voluntas cum habitudine ad rationem, quod patet, quia eligere qui eſt primus actus liberi arbitrij non eſt abſolutè actus voluntatis, ſed ſecundum quòd manet in ea virtus rationis cõſiliantis, vnde voluntas ſic conſiderata, & non abſolute dicitur liberum arbitrium, Sanct. Do. 8. ſentent. vbi ſupra quæſt. prima art. tertio. Ex quo patet, quòd liberum arbitrium quantum ad quid nominis dicit voluntatem, & vltra hoc habitudinem ad hunc actum, qui eſt eligere.

*Concluſio II.* Liberum arbitrium eſt vnica potentia, & non multæ, de veritat. qæſt. 24. artic. 5.

*Concluſio III.* Liberum arbitrium non eſt potẽtia cognoſcitiua, ſed appetitiua, prima parte, quæſt. 82. artic. 3. liberum arbitrium eſt potentia electionis elicitiua: ergo eſt tantum appetitiua, tenet conſequentia, quia electio eſt actus appetitiuæ, vt dicitur, 3. ethicorum.

*Concluſio IV.* Liberum arbitrium non



Digitized by Google

eſt potentia à voluntate realiter diſtincta. Hanc ſic probat D.S.vbi ſuprà artic.4.potentia volitiua finis, & electiua eorum quæ ſunt ad finem ſunt vna, & eadem: ſed voluntas,& liberum arbitrium ſic ſe habent:ergo,&c.

Contra arguit Durandus in præſente diſ. q. 3. quod intellectus ſit æque liber ſicut voluntas,& ſic quòd liberum arbitriũ includat iſtas duas potentias. Primò ſic omne intelligere eſt ſecundum inclinationem naturalem intellectus,ergo nullum intelligere eſt coactum, vel violentũ,antecedens eſt in prohemio metaph. conſequentia patet, quia coactio eſt contra inclinationem naturalem,vt dicitur 3.ethi.

Reſpondeo.Primo dicitur,quod radix libertatis eſt in intellectu vt patet de veri.quęſt.24. art.2.Et huius ratio eſt: quia ad operationem noſtram tria concurrunt, ſcilicet cognitio appetitus,& ipſa operatio.Operatio conſequitur appetitum niſi impediatur: appetitus autem ſequitur cognitionem, & iudicium in particulari,nã quæ appetit furtum indicat ſibi,vt tunc bonum eſſe futuri, ſi ergo iudicium non ſit in poteſtate alicuius,ſed ſit ei ab alio determinatum,nec appetitus erit in eius poteſtate,& per conſequens nec operatio:in eo autem tantum iudicium eſt in eius poteſtate,qui poteſt de ſuo iudicio iudicare:id eſt iudicare an bene vel male iudicet,hoc autem eſt per rationem,quæ ſuper actum ſuum reflecti poteſt.

¶ Dicitur ſecundò, quod libertas arbitrij formaliter reſidet in voluntate, liberum enim arbitrium dicitur id quod eſt principium non quidem actus iudicandi, ſed quod tale iudicium ſit liberum. Hæc autem eſt voluntas quæ eſſentialiter eſt libera his dictis, negatur conſequentia,ſi intelligatur de inclinatione rei quocunque modo vocetur,oportet enim ſi debet valere conſequentia,quod inclinatio in antecedente,reſtringatur ad rem quæ eſt ſuppoſitum: vel ſaltem ad rem cui competit intelligere tanquam quod,non ſolum,vt quos, & ſic eſt falſum antecedens: quia intellectus non eſt qui intelligit,licet enim intelligere non ſit contra inclinationem intellectus, ſæpè tamen eſt contra inclinationem hominis, & voluntatis, de veri.quæſt. 54.artic.5.ad 28.& quęſt.22.art. 5.ad 3. Poteſt etiam abſolutè negari antecedens,quia intellectus non inclinatur naturaliter ad aſſenſum falſarum cognitionum: cum nulla res naturaliter inclinetur ad ſuum malum:falſum autem eſt malum intellectus.6.metaph.tex.com. 8.

Secundò.Quicquid poteſt cogi eſt determinatum: ſicut quia graue habet inclinationem determinatam deorſum,ideo cogitur,dum impellitur deorſum velocius, quam requirat ſua grauitas,vnde ſi inclinaretur ad omnem locũ, & ad omnem modum motus, non poſſet violentari,ſed intus non habet determinatam inclinationem ad vnum intelligere,ſed ad omne, & ſecundum modum: ergo,&c.

Reſpõdeo,negatur maior,niſi addatur,quod tale habet determinatam inclinationem,& determinatum modum,vel mouetur,vel agit,aut patitur contra inclinationem ſuppoſiti, in quò vel cuius eſt, & ſic conceſſa maiore: negatur minor,quia homo vel angelus intelligens, poteſt actualiter per voluntatem inclinari ad oppoſitum illius cui intellectus neceſſariò aſſentit.

¶ Dicitur ſecundò,quod argumentum nihil concludit,niſi quòd intellectus eſt liber à coactione,ſicut voluntas, ſed in hac ſola voluntate non conſiſtit liberum arbitrium. Quod quatuor includit. Primum eſt negatio coactionis. Secundum eſt negatio abſolutæ neceſſitatis. Tertium eſt negatio cauſæ mouentis eiuſdem ordinis, quò ad exercitium actus, vel ex parte ſubiecti actionis. Quartum eſt motiuitas aliarum potentiarum,quò ad actus exercitium,& ex parte ſubiecti actionis earum, hæc autem quatuor in potentijs animę ſoli voluntati conueniunt formaliter,licet radix aliquarum ſit in intellectu,ſcilicet duarum primarum. Nam ſecundum ſe inſunt voluntati ex natura ſua formaliter,& radicaliter, quia voluntas ex natura ſua habet, & pro obiecto vltimum finem ex quò ſibi competit mouere alias potentias.

Tertiò intellectus per prius habet facultatem ad oppoſita,quàm voluntas: ergo per prius eſt liber, conſequentia patet, antecedens probatur,facultas ad oppoſita contingit ex notitia,quam habemus de contingenti connexione aliquorum volibilium ad per ſe, & neceſſariè volibilia, ſed hæc conueniunt intellectui: ergo.

Reſpondeo,negatur antecedens. Ad probationem, negatur, quod ex ſola tali notitia actus noſtri ſint in noſtra poteſtate,ſed vltra hoc requiritur, tanquam formale completum, libertatis arbitrij motiuitas effectiua ſui,& potentiarum libero arbitrio ſubiectarum, quò ad exercitium actus, vnde licet intus principaliter moueat per modum finis, tamen voluntas principalior eſt in mouendo ſe,& alias potentias per modum efficientis,ideo magis libera eſt tanquam quod eſt principalius cauſa ſui in mouendo.

Quartò. Primus actus,qui eſt in noſtra poteſtate,eſt iudicium concluſiuum alicuius eligendi,ſed hoc pertinet ad intellectum: ergo.

Reſpondeo,negatur conſequentia,quia imme-

me-

Digitized by Google

mediatius eſt in poteſtate noſtra electio, quàm iudicium, cum iudicium non ſit in noſtra poteſtate niſi pro quanto eſt eligibile, & dato, quòd reſpectu eiuſdem obiecti iudicium præcedat electionem, tamen omne iudicium liberum conſequitur aliquam electionem veram, vel interpretatiuam: aut ſaltem cauſatur effectiuè à voluntate, volente aliquem finem, qui eſt principium conſilij, & totius deliberationis.

Quintò. Arguitur ab alijs. Id quod eſt principium libertatis, eſt principium cognoſcendi, ſicut id quod eſt principium cognoſcendi eſt principium viuendi, ſed intellectus eſt principium cognoſcendi ergo, & libertatis.

Reſpondeo, negatur maior, ſed ſufficit, quod ſupponat cognitionẽ, ſicut, & id quod eſt principium cognoſcendi non debet eſſe principium viuendi, licet ſupponat vitam, vt patet de potentijs ſenſitiuis.

Sextò. Intellectus eſt magis indifferens ad oppoſita quam voluntas, ergo magis liber, conſequentia tenet, antecedens probatur, potentiæ rationales ſunt ad oppoſita. nono metaph. Text. comm. 10 ſed intellectus eſt magis rationalis, quia per eſſentiam, & voluntas tantum per participationem, primo ethicorum: ergo.

Reſpondeo, negatur conſequentia, niſi loquamur de differentia pertinente ad cauſam efficientem, & quò ad exercitium actus. & in hoc ſenſu negatur antecedens, quia intellectus habet iſta à volũtate, nec valet ſi dicatur, quod motiuitas voluntatis ſupponit motiuitatem rationis, tum quia motiones illæ ſunt æquiuocæ: tum quia data quod eſſent vniuocæ intus eſſet mouens inſtrumentale, voluntas autem principale.

Septimò. Illud eſt magis liberum, quod eſt magis gratia ſui, ſed intellectus eſt huiuſmodi. Quia minus dependet à voluntate quàm econtrario: ergo.

Reſpondeo, negatur minor. Ad probationem dico, quod voluntas minus dependet ab intellectu in genere cauſæ efficientis, & impellentis, & hæc independentia eſt quæ pertinet ad libertatem. Dico tamen, quod voluntas, & ratio pertinent ad liberum arbitrium: ſed ratio tanquam radix libertatis, & vt quò voluntas autem vt ſubiectum, & vt quod.

Octauò arguit. Godofredus, nono quodlibe. qu. 1. Intellectus eſt in eadem eſſentia animæ, in qua eſt voluntas, & ita ad imaginem Dei, ſicut voluntas, ergo ita liber.

Reſpondeo, negatur conſequentia, quia eodem modo ſequeretur, quod ſicut intellectus eſt cognitiuus, ita, & voluntas, & ſimiliter ſequeretur, quod quicquid eſt in anima eſſet cognitum: ſicut Deus ſe totum eſt intellectiuum, & ſecundũ ſe totum volitum, & ſimiliter quod anima eſſet actus purus, quia tota eſt ad imaginem Dei.

Nonò. Potentia non habet libertatem ab obiecto: ergo voluntas non habet libertatem à forma apprehenſa.

Reſpondeo. Conceditur totum nec S. Doct. dicit, voluntatem eſſe liberam à tali forma, vel aliquo actu ſecundo, vel habitu, vel accidente intellectus: ſed dicit quod radix libertatis eſt in intellectu, licet actus liberi arbitrij præſupponat apprehenſionem formæ ſubiecti, & aliquos actus primos intellectus, & voluntatis, &c.

Decimò, Si ante apprehenſionem furti, vt mali, quia inordinati, & vt boni, quia actualis, voluntas non per ſe determinat, ergo, &c. conſequentia patet, quia liberum determinat ſe, & non determinatur ab altero, antecedens probatur, voluntas reſpectu iſtarum conſiderationum eſt indeterminata: ergo ſi determinaret ſe ſequitur, quod indeterminatum poſſit ſe determinare, hoc falſum eſt: ergo.

Reſpondeo. Quod ſtante illa apprehenſione, bifuſcata voluntas determinat intellectum ad ſiſtendum in hac vel in illa. Quia ſi voluntas mala eſt, & negligens permittit intellectum ſiſtere in conſideratione furti ſub ratione vtilis, vel eſt negligens in reprimendo paſſionem, quæ obfuſcat iudicium rationis, ideo voluntati imputatur, licet intellectus ex ſui natura, vel ex habitu ad quædã determinetur, vt ſunt prima principia: quibus oblatis intellectui, ipſe aſſentit velit nolit voluntas, ſed non ſiſtit diu, niſi voluntas velit.

Contra hanc rationem. Iudicium rationis pręcedit vt iudicetur melius eſſe conſiſtere in hac conſiderarione quam in illa, ergo voluntas non determinat, ſed determinatur ex illo iudicio rationis.

Reſpondeo. Quod in multis ſiſtit intellectus ſine imperio voluntatis, ſicut cum imaginatio offert memorię aliquid delectabile, & intus conſiderat eſſe illud aliquid inhoneſtum, hoc frequenter eſt ſine imperio voluntatis, imputatur tamen ei, quia poſſet diuertere intellectum & ſic illud iudicium per quod intellectus ſiſtit in huiuſmodi conſideratione vel in illa eſt liberum, & quodammodo electum interpretatum. Conſequenter ſicuti intellectus eſt indeterminatus ad ſiſtendum in hac conſideratione vel in illa, ita voluntas ad eligendum hoc vel illud, ergo nihil facit intellectum determinatè ſiſtere in alteram conſiderationem.



Digitized by Google

Reſpondeo,negatur conſequentia,quia hoc facit voluntas indirectè cũ non reprimat oblationem illam,per quam offertur intellectui occaſio talis conſiderationis, vel quia non diuertit intellectum ad aliud, nec ſequitur,quod indeterminatum determinet indeterminatum, nam illud offerens intellectui occaſionem prædictæ conſiderationis,eſt determinatum ad offerendum:voluntas autem manet ſua indeterminatione non intromittens ſe de intellectu cum tamen deberet, & ſic facit,quod intellectus ſiſtat in mala conſideratione, ſed poſtea his duabus conſiderationibus præcedentibus voluntas determinatur ab intellectu oſtendente furtum eſſe bonum pro illa hora, ſed illa determinatio non neceſſitat voluntatem.cum intellectus non oſtendat ei futurum eſſe vltimum finem.

Vndecimò. Voluntas non actuat ſe ergo non determinat ſe,ergo.

¶ Reſpondeo,negatur antecedens: quia voluntas eſt cauſa ſui actus vt in ſequenti concluſione dicetur.

¶ Ex iſtis patere poteſt, quomodo voluntas, ſine actu volendi determinet intellectum, quando eſt ſub duplici conſideratione, vt ſiſtat in altera: quia hoc non facit per actum volendi,ſed per priuationem actus,quià,ſcilicet non auferens occaſionem alterius conſiderationis,vel non imperat intellectui,quod præſentet aliud.

Duodecimò.Voluntas directè,& per ſe non habet velle ſuum actum,ſed directè,& per ſe actum aliarum potentiarum,igitur non poteſt ſe determinare prius, quàm intellectus,& poſtea intellectus determinat eam.

Reſpondeo.Quod aliquando intellectus determinatur non per actum volendi,ſed per naturam intellectus, qui recipit id quod ſibi offertur per imaginem imputatur etiam voluntati, quæ negligit illud reprimere cum poſſit. Ad formam argumenti, negatur antecedens, quia, vt dictum eſt voluntas eſt cauſa ſui actus.

Decimotertiò.Cauſa libertatis eſt obiectum vniuerſale,& indifferentia obiectorum ad particularia,vel ad multa.& immaterialitas potentiæ,ſed iſta æquè conueniunt intellectui, ſicut, & voluntati,ergo intellectus eſt æquè liber.

Reſpondeo. Negatur conſequentia, quia præter illa tria requiritur, quod ad perfectam libertatem, potentia quæ dicitur formaliter libera,moueatur ab intrinſeco quò ad exercitiũ. nec de neceſſitate exeat in actum ad præſentiã phantaſmatum,ergo, & intellectus poſſibilis ſibi coniuncti:ſimiliter intellectus poſſibilis neceſſario mouetur à phantaſmate, & intellectu agente,vel ab obiecto ſuo, quò ad actum primum, & quandoque ad actum ſecundum.Mouere etiam à voluntate neceſſaria motione quò ad actualem conſiderationem.In poteſtate autem voluntatis eſt ceſſare ab omni actu reſpectu cuiuſcunq;obiecti mediatè,vel immediatè.S.Doct.de malo. quæſt.6. artic. 1. ad 10. Quomodo autem voluntas interdum neceſſario moueatur ab aliquo obiecto declarat in eodem articulo. Nam voluntas à ſolo Deo neceſſitari poteſt, quantum ad exercitium actus. Intellectus autem neceſſitari poteſt ab obiecto ſuo,& à volũtate quò ad exercitium actus, & quò ad intendendum, & remittendum actũ ſuum: & ſic voluntas eſt ſemper liberior intellectu, & voluntas non ſolum habet indeterminationem ex parte obiecti, immo ex parte ſubiecti. Intellectus autem eſt indeterminatus tantum ex parte obiecti,& non ex parte ſubiecti: quia poteſt neceſſitari à voluntate, quæ mouet ipſum per modum cauſæ efficientis, & motione neceſſitante ſuum mobile, licet intellectus determinet voluntatem per modum finis, ſed eam non neceſſitat reſpectu intellectus,nec ſe,nec voluntatem determinat,neque tanquam cauſa prima: nequè tanquam cauſa ſecunda determinatione ſufficiente ad liberum arbitrium,cuius eſt ponere actum,quò ad eius eſſe actuale, & tollere ab eſſe actuali in rerum natura, intellectus enim dat actui voluntatis rationem ſpecificam, non autem eſſe actualis exiſtentiæ, ſed actus voluntatis habet tale eſſe tantummodo à Deo, & ab ipſa voluntate.

Decimoquartò arguit Aureolus, liberum arbitrium continet in virtute actum potentiæ deliberatiuæ, ſed deliberatiua eſt intellectus: ergo continet actum intellectus, ſed cum liberum arbitrium non ſit actus,ſed principium actus, ergo intelligitur, quod continet actus intellectus, id eſt principium actus intellectus, ſed hoc principium eſt ipſa potentia intellectiua:ergo.

Reſpondeo. Quod antecedens intelligitur ſic, quod potentia voluntatis procedit ab eſſentia animæ mediante potentia intellectiua, & ſic quaſi effectus à cauſa,omnis autem effectus continet in ſe participatiuè ſimilitudinem ſuæ cauſæ, vel in eſſentia, vel in modo aſſentiæ, vel operandi: & ideo voluntas inquantum habet in ſe, quod poſſit elicere actum electionis proportionabilis actui intus deliberantis, dicitur, & eſt liberum arbitrium.

Decimoquintò. Dempto ratiocinante ſiue actu deliberatiuo,& actu voluntatis non eſt in poteſtate noſtri arbitrij, vt patet in pueris: ergo

go liberum arbitrium includit vtrumque.

Reſpondeo. Negatur conſequentia, quia actus liberi arbitrij, qui eſt eligere, licet importet in recto actum voluntatis, & in obliquo actum rationis, nam electio eſt appetitus præconſiliati, eſt tamen eſſentia formalitèr actus ſolius voluntatis, ſed præſuppoſito actu intellectus, ſicut etiam non ſequitur actus voluntatis non poteſt eſſe niſi præſuppoſito actu intellectus: ergo pertinet ad intellectum.

Decimoſextò. Non ſolum habemus libertatem reſpectu actuum voluntatis, vt & etiam aliarum potentiarum, & maximè intellectus: ergo liberum arbitrium includit vtrumque.

Reſpondeo. Aliquid eſt duplicitèr in noſtra libertate, vno modo immediatè, & ſic eſt ſolus actus electionis, vnde negatur antecedens. Alio modo immediatè, & non elicitiuè, ſed imperatiuè, & ſic conceditur antecedens, ſed negatur conſequentia.

*Concluſio V.* Liberum arbitrium non eſt potentia purè paſſiua, ſed actiua, & motiua 1. parte, quæſt. 81. artic. 4. & prima ſecundæ, quæſt. 9. articul. 1. Huius ratio eſt, tùm quia mouet alias potentias, & ſeipſam: ergo.

Contra arguit Aureolus. Potentia actiua eſt principium tranſmutandi aliud: ergo volũtas non agit in ſe ſuum actum.

Reſpondeo. Quod illa diffinitio potentiæ non eſt niſi de ea, quæ eſt tranſmutatiua materiæ, vt dicit Commenta. 9. metaph. coment. 2. Talis enim nunquam tranſmutat ſe quamuis principium actiuum, & paſſiuum aliquando concurrant in eodem compoſito, vt patet de aqua, quæ per ſe abſque extrinſeco agente redit ad frigitatem, cuius frigiditatis principium quo actiuum eſt forma aquæ, & paſſiuum eſt materia eius.

¶ Secundò dicitur, quòd ſufficit potentiam actiuam eſſe principium tranſmutandi alterũ, vel quaſi alterum, vt patet 5. metaphiſ. text. cõment. 17. & ſic voluntas inquantum continet virtualitèr actum ſuum, tranſmutat ſeipſam, in quantum eſt eius formalitèr receptiua.

Secundò, efficiens. & materia non ſunt idem numero, ſed voluntas eſt materia reſpectu ſui actus: ergo non eſt efficiens.

Reſpondeo. *S*i maior intelligatur de materia ex qua, conceditur, ſed negatur minor, ſi de materia in qua, negatur maior, & conceditur minor.

Tertiò. Mouens, & motum referuntur realitèr, ſed eiuſdem ad ſeipſum non eſt realis relatio: ergo non voluntas mouet ſe.

Reſpondeo. Ad minorem, quod idem eodem modo acceptum non refertur ad ſe realitèr, ſed diuerſimodè, & ſic relatio mouentis ſũdatur in voluntate, vt eſt ſub volitione finis actuali, vel habituali, terminat autem dictam relationem per ſui nudam eſſentiam.

Quartò. Forma non producitur, ſed compoſitum, 7. metphiſ. ergo voluntas produceret ſeipſam ſub actu, hoc eſt falſum, tum quia nihil eſt ſibi cauſa eſſendi, tùm quia voluntas eſſet nobilior voluntate ſub actu, cum reſpectu eius ſit cauſa æquiuoca: ergo.

Reſpondeo. Negatur falſitas conſequentis. Ad primam probationem dicitur, quod licet nihil abſolutè cõſideratum ſeipſum producat, facit tamen ſe eſſe ſub aliqua forma.

¶ Ad ſecundam dicitur, quod in caſu, quo voluntas mouet ſe, producens totale non eſt ſola, & nuda eſſentia voluntatis, ſed eſt compoſitum ex voluntate, & volitione finis. Iſtud autem compoſitum nobilius eſt quàm compoſitum ex voluntate, & volitione eorum, quæ ſunt ad finem.

Quintò. Contingens æqualitèr non inuenitur in potentijs agentibus per ſe 2. phyſic. cõment. 48. ſed voluntas eſt contingens æqualitèr reſpectu ſuorum actuum: ergo non eſt actiua.

Reſpondeo. Negatur maior, quia dictum Commentat. eſt verum ſolum de potentijs agẽtibus naturalitèr, inquantum huiuſmodi, vt patet ex verbis, quæ ibi ponit, dicens materiam eſſe paratam ad recipiendum duo contraria æqualitèr, non autem loquitur de potentijs liberis, inquantum ſunt liberæ.

Sextò. Bonum appetibile mouet voluntatem ad actum ſuum: ergo voluntas non cauſat in ſe actum, ſed cauſatur ab obiecto.

Reſpondeo. Negatur conſequentia: quia obiectum mouet voluntatem tantum per modum finis, ipſa aut efficientèr producit actum.

Septimò. Voluntas non mouet ſe ad actum per ſuam eſſentiam nudam, nec per diſpoſitionem ſibi additam: ergo nullo modo, conſequentia nota, antecedens etiam patet pro prima parte, ſecunda probatur, tum quia id quod mouetur per ſe eſt in potentia reſpectu illius motus ſecundum omne, quod eſt in eo: ergo ſi voluntas ſub diſpoſitione mouetur ad actũ, ergo ſecundum illam diſpoſitionem erit in potentia, ſed illa diſpoſitio eſt ei ratio agendi: ergo ſecundum idem erit in actu, & in potentia.

Reſpondeo. Negatur antecedens pro ſecunda parte, non enim voluntas ſecundum ſuam nudam eſſentiam ſe mouet ad actum ſuum, oportet quod actuetur prius natura aliquo primo, vel ſecundo ab extrinſeco potiſſimè à Deo, quia ea quæ ſunt ad finem, nõ vult inquãtum

tum huiuſmodi, niſi inquantum actuatur volitione finis. Ad hoc autem quod velit finem vltimum, oportet quod moueatur à Deo, ita quod ad volitionem finis nullo modo ſe habet actiuè, vel ſi ſe habet aliquo modo actiuè ad illam hoc eſt inquantum motio Dei, vel aliquid à Deo influxum quicquid illud ſit ponit eam in actu primo ſufficientèr ad eliciendum volitionem reſpectu finis. Ad primam improbationem dicitur, quod mouens eſt compoſitum ex voluntate, & ex volitione finis, ſed per ſe motum eſt ipſa eſſentia nuda voluntatis, & ſecundum hoc tota eſt in potentia, Ex quo patet, conſequentiam non valere, & ſic voluntas in tali motione perficit ſe quia perfectius eſt velle finem, & ea, quæ ſunt ad finem actualitèr, quam finem tantum.

Si dicatur. Contra, ſi ſufficeret diuerſitas rerum concurrentium in idem ſubiectum, quarum vna ſit ratio agendi, & alia patiendi ſequitur, quod graui mouerent ſe, hoc eſt falſum: vt patet in 8. phyſic. tex. comment. 82. ergo volitio finis, & ipſa voluntas non ſufficiunt ad hoc quòd ipſo ſe moueant.

Reſpondeo. Negatur conſequentia, quia maior diuerſitas requiritur inter mouens, & mobile motu locali, vel alterationis, per quam acquiritur forma ſubſtantialis, vel accidentalis, fixa etiam, quàm in motu animæ per intellectũ, aut voluntatem, quia primus motus eſt actus imperfecti, corpus vero eſt actus perfecti concedo tamen, quod anima mouet ſeipſam etiã localiter, ſed per accidens ad motum corporis.

Octauò. Actus volendi non eſt quid mediũ ſecundum rem inter voluntatem, vt eſt cauſa effectiua, & voluntatem, vt ſubiectum ſui actus: ergo ille actus non eſt ratio quòd voluntas referatur ad ſe, tanquam mouens ad motum.

Reſpondeo. Primò nos non dicimus voluntatem referri ad ſe talitèr mediante actu, ſed quòd compóſitum ex voluntate, & volitione finis, refertur realitèr ad voluntatem præcisè ſumptam, & ad actum volitionis eorum, quæ ſunt ad finem præcisè ſumptum, & ad compoſitum ex voluntate, & ex illa ſecunda volitione, nam prima relatio eſt mouentis ad motum, aliæ duæ ſunt producentis ad productum.

Nonò. Si voluntas eſt effectiua actus: ergo actus non dependet ab obiecto, hoc eſt falſum: ergo.

Reſpondeo. Negatur conſequentia, quia obiectum eſt cauſa determinatiua, & ſpecificatiua actus, licet non quantum ad eſſe, ideò voluntas non poteſt ſine obiecto producere actũ, cum nulla res poſſit eſſe ſine eo, à quo habet ſpeciem.

Decimò. Si voluntas producit actum, mediante aliqua forma ſibi inhærente: ergo illa forma eſt efficiens reſpectu actus, & formalis reſpectu voluntatis.

Reſpondeo. Negatur conſequentia, quia cum aliquid mouet ſe per fomam ſibi inhærentem, illa forma non eſt efficiens, ſeù mouens, ſed ratio mouendi, & informans ſubiectum, ipſum autem ſubiectum eſt id quod agit.

Vndecimò. Voluntas recipit actum: ergo nõ producit eum.

Reſpondeo. Negatur conſequentia, quia paſſum ponit eſſe eius quo perficitur accidentalitèr, non autem eius quo perficitur eſſentialitèr, cum nulla res deducat ſe de non eſſe ad eſſe, ſed ad eſſe tale ad tale, nec oportet quòd ſit aliquid medium inter voluntatem, & actum, ſed ipſe actus ponitur immediatè profluere ab agente. Ipſa tamen potentia eſt medium inter producens, & actum, & in aliquibus mediat aliquod accidens intentionale, ſicut eſt ſpecies ſẽſibilis, vel intelligibilis inter ſentire, & intelligere, & ſubſtantiam ſentientem, & intelligentem, quando autem producitur aliquid ſubſiſtens in creaturis, mediat ipſa operatio inter producens, & productum.

Duodecimò. Omne agens aliquẽ effectũ eſſe tum in aliquo paſſo in quocunque paſſo ſimili, & ſimilitèr diſpoſitio poteſt, niſi impediatur, cõ ſimilem effectum agere, ſed voluntas cauſat in ſe volitionem, & alia voluntas ſibi ſimilis eſt ſufficientèr ei præſens: ergo poſſet cauſare actum in alia voluntate, hoc falſum.

Reſpondeo. Negatur antecedens de actionibus immanentibus, quia tales non recipiuntur in alio ſubiecto à ſuo agente proximo diſtinctio, vt excludatur Deus. Et ideò voluntas nullum actum elicit liberi arbitrij, niſi quem ſubiectiua recipit, ſed loquendo de actu merè naturali, & nullo modo electiuè poteſt concedi, quod actum recipit, quem non propriè elicit effectiuè, talis enim actus attribuitur creatori voluntatis, ſicut motus grauium, & leuium attribuitur generanti.

Decimotertiò. Intellectus non eſt cauſa ſui actus: ergo nec voluntas ſui, conſequentia patet antecedens probatur, ſi intellectus eſt cauſa ſui actus: ergo, vel per aliquem actum intelligendi, & hoc non, quia duo actus non poſſunt eſſe ſimul, cauſa autem, & effectus ſunt ſimul, nec per aliquid præuium omni actui, puta per nudam potentiam, vel ſpeciẽ, quia quicquid agitur à cognoſcente, antequam ſit cognoſcens neceſſariò agitur, & ſic non libere.

Reſpondeo. Negatur antecedens, tàm de actu ſpeculatiuo, quàm practico. Ad improbationem dico, quod illam actiuitatem aliquando

Digitized by Google

quando habet ab aliquo præcedente, vtputa, cum ex vna cognitione mouet ſe ad aliam, nec eſt inconueniens duos actus eſſe ſimul in vno intellectu, quorum vnus eſt ratio alterius, quãdoque habet talem actiuitatem per aliquid præuium actui, vtputa per ſpeciem, nec tamen eſt neceſſarius quoad exercitium actus, quia ſpeciebus, & habitibus vtimur cum volumus.

Decimoquartò. Libertas competit alicui nihil agenti, ſcilicèt Deo ab æterno: ergo poteſt competere potentiæ purè paſſiuè, & nihil habenti,

Reſpondeo, quod poteſt competere alicui nihil agenti, non tamen poteſt competere non agenti, non enim omne agens aliquid agit, niſi loquamur de actione tranſeunte, & idem dico, quod ſufficit agens liberè poſſe agere, licet non actu agat.

Decimoquintò arguit Durandus in præſenti diſtinct. quæſt. 4. Excluſa actiuitate, reſpectu actus à voluntate, adhuc ipſa eſt libera: ergo non conſiſtit eius libertas in hoc, quod eſt producere, vel non producere actum, conſequentia patet, antecedens probatur. Quia poſito, quod actus cauſaretur in voluntate ab alia cauſa, adhuc ipſa per talem actum poſſet tendere, vel non tendere in obiectum.

Reſpondeo. Dicitur primò, quod illa libertas, quam habemus reſpectu electionis, & iudicij concluſiui talis eſt, quod poſſumus habere illos actus.

Secundò dicitur, quod non eſt poſſibile in ſenſu compoſito voluntatem habere talem actum, & non tendere in tale obiectum, nam impoſſibile eſt volitionem, qua volo roſam eſſe formalitèr in voluntate, quin per talem actũ tendam in illud obiectum, non enim poteſt eſſe actus in voluntate, quin per illum aliquid velim, & tale volitum eſt illud obiectum, cuius eſt, vel prius fuit volitio.

Ad argumentum ergo negatur antecedens. Ad probationem ſimilitèr, ex nunc immediatè dictis patet reſponſio.

¶ Dico tamen, quod talis tendentia in obiectum per talem actum non eſt coacta, ſed eſt ibi neceſſaria connexio actuum ad obiecta.

Et ſi dicatur, quod Deus ab æterno liberè voluit aliqua fieri in tempore, quia ſua voluntas non habebat neceſſariam habitudinem ad volita.

Reſpondeo. Negatur conſequentia. Quia volitio humana recipit ſpeciem ab obiecto creato, non autem volitio diuina, & ideò diuina volitio poteſt indifferentèr terminari ad roſam, & non terminari ad illam non mutata ſpecie actus, ſed volitio qua volo roſam, non poteſt non terminari ad roſam, niſi mutaret ſpeciem, quod eſt impoſſibile. Item dico, quod cauſa velle ſit actio immanens, ipſum velle eſt agere. Agere autem non eſt ſine actiuitate, & ſic videtur quod impoſſibile ſit voluntatem velle aliquod obiectum per actum quin habeat ſe actiuè ad a. actum, vel niſi idem cum a. actu.

Decimoſextò. Volitio finis, aut eſt idem cum volitione eorum, quæ ſunt ad finem, & ſic non eſt cauſa eius, cum nihil cauſet ſe, aut eſt actus diſtinctus ad ea, & ſic non poſſunt eſſe ſimul: ergo volitio finis non eſt cauſa volitionis eorum, quæ ſunt ad finem, cum cauſa, & effectus ſint ſimul.

Reſpondeo. Quòd quandoque ſunt vnus actus, & quandoque duo, prima ſecundæ, quæſt. 8. artic. 3. ex quibus patet quod quomodo voluntas primò habet actum circa finem abſolute, ſecundò quomodo ex illo actu deuenit in alium actum, quo ſimul vult finem, & ea quæ ſunt ad finem, & ſecundus actus cauſatur mediante primo. Sciendum enim, quod voluntas, & omnis alia virtus actiua inclinatur in aliquod bonum naturali neceſſitate, & nullo modo ad oppoſitum. Et iſtud bonum eſt ſuus finis naturalis, non tamen repugnat potentiæ, quod ſe habeat indifferenter reſpectu aliquorum oppoſitorum, ſcilicèt eorum quæ ſunt ad finem.

*In hac vigeſimaquarta diſtinctione, 2. Sententiar. & vnica quæſtione ſequenti confutantur hæreſes damnatæ, vt in noſtro Commentar. in text. Magiſtri, & confutantur etiam hæreſes, quæ ſunt in Abecedario, & in Ethimologijs hæreſum, & confutantur ſimilitèr Idolatria, vt in Abecedario Idolorum in principio, vide ibi littera A. L. & P. ac etiam confutantur falſa Theologia Fenicum, Egyptiorum, Græcorum, Atlanticorum, Frigiorum, Gentium, &c. ab Euſebio in primo, ſecundo, tertio, & quarto libro de præparatione Euangelica contra Theologiam fabuloſam Poetarum antiquorum.*

*Ex concluſionibus, probationibus, & ſolutionibus argumentorum Capreoli ſoluuntur argumenta Vulpes, & aliorum recentiorum facile, vt facit Ariſtotelis ad argumenta Antiquorum, quod veritatis cognitio dubiorum eſt ſolutio, & cum Cardinali Bellarmino dicente in libro de Scriptoribus Eccleſiaſticis de Ioanne Capreolo, quòd Ioann. Capreolus ſit defenſor Egregius Sancti Thomæ, & optimè diſſoluit omnia argumenta aduerſariorum: dicunt verba formalia Bellarmini, ergò ſi optimè diſſoluit per Bellarminum ſunt ſoluta argumenta cum his doctrinis hic: Sicut ſoluit Ariſtotelis contra antiquos dicendo in 3. de Cælo, & in*

Digitized by Google

*in 3. Metaphiſic. veritatis cognitio, dubiorum eſt reſolutio.*

*Reſpondetur ſecundò cum Cardinali Sarnano Franciſcano doctiſſimo, cum ſexageſimaquarta concordantia, et ſimilitèr cum ſexageſimatertia concordantia Bongherbę.*

*Reſpondetur tertiò cum Petro de Bergamo, et Bartholomęo Spina dicentibus in tabula Sancti Thomę, quod qui ſcit totam Logicam Sancti Thomæ, Philoſophiam etiam moralem, totam Metaphyſicam Sancti Thomę, et totam eiuſdem Theologiam, nullum poteſt facere argumentum contra Sanctum Thomam, et ideò ſubdit, quod iſti recentiores ſtudent tantummodò articulo, ſuper quem componunt, et non habent in mente omnia opera Sancti Thomę loquentis pręſuppoſitiuè, præſupponendo omnia ſupradicta, & dicendo, qua propter pręrumpunt in verba in tantum Magnum Doctorem nullo modo applicanda, quòd Sanctus Thomas contradicat ſibi ipſi, et ideò Cardinal. Sarnanus, quia ſciebat totum Sanctum Thomam concordauit ſimilitèr, etiam Ioannes Capræolus ſoluit argumenta aduerſariorum, cum locis Sancti Thomæ, quia totum in mente habebat Sanctum Thomam, et ideò Bellarmin. dicebat bene omnia ſoluere Capreolum.*

*Argumenta verò Vaſquez, Valentię, Molinæ, Suarez, etc. quia colliguntur, et ſoluuntur, clarè, diſtinctè, et breuitèr à Ripa, à Nazario, à Conſales, à Nauarretto, à Zenardo, et pręcipuè à Montagnolo, in prima parte Sancti Thomæ quæſt. 82. de voluntate, & quæſt. 83. de libero arbitrio.*

*Vide noſtram expoſitionem Petri Lombardi aperientem mentem huius materiæ, vt in folio 71. hic, et infra pro 3. reſponſione Vulpes. Ac etiam vide 1. 2. et 3. folium pro reſponſione quarta, quinta, et ſexta ad argumentum eiuſdem Vulpes.*

*Reſpondetur ſeptimo cum concordantia Scoti, & Sancti Thomæ per Radam Franciſcanum hic.*

*Loca Sacræ Scripturæ hic, et infra à Salmerone, Emanuel Sa, à Toleto, à Prierio, Vegha, à Poſſeuino, à Salian, Torello in annalibus à creatione Mundi, quæ videntur repugnare aliquo modo Thomiſtis, quia ſunt concordata à nobis in fine noſtrę expoſitionis totius Bibliæ, et in Anatomia Biblię impreſſa ideò vide ea illic.*

## DISTINCTIO. XXV.

### *Quæſtio.* I.

CIRCA vigeſimamquintam Diſtinctionem, quæritur. Vtrum voluntas ab aliquo exteriori moueatur ad ſuum actum.

*Concluſio I.* Voluntas mouetur, vel moueri poteſt ab intellectu, prima ſecundæ, quæſt. 9. artic. 1. Ratio eſt, quia voluntas eſt de ſe indifferens ad tendendum in oppoſita obiecta, ſed ab hac indifferentia reducitur per intellectum, ad aliquod determinatum: ergo ab eo mouetur.

*Concluſio II.* Voluntas poteſt moueri ab aliquo exteriori Sanct. Doct. vbi ſupra artic. 4. Huius ratio eſt, tùm quia aliquid extrinſecum ſpecificat actum voluntatis: ergo mouet eam tum quia aliqua res exterior, ſcilicet Deus facit voluntatem de non actu volente actu volentem.

Contra arguit Scotus in præſenti diſtinct. quæſt. 5. quod voluntas non moueatur à quocunque naturalitèr agente diſtincto ab ea. Primò velle, & non velle ſunt contraria reſpectu vnius obiecti: ergo non poſſunt fieri in voluntate ab agente naturalitèr, ſed obiectum eſt agens naturalitèr: ergo non poſſunt fieri ab obiecto.

Reſpondeo. Conceditur totum, quia intellectus, & obiectum non ſunt cauſa productiua actus voluntatis, ſed ſolum mouent voluntatē, quòad ſpecificationem actus per modum cauſæ finalis, vel formalis, de verit. quæſt. 22. artic. 12. Ex quo patet quòd intellectus, & obiectum mouet tantum per modum finis, ipſe autem finis non eſt agens, ſed ratio agendi habens eſſe intentionale, & non naturale, & dicitur ratio agendi, quia dat ſpeciem actui, & non ex eo, quod aliquo modo eliciat actum, & in hoc differt à ratione agendi, quæ habet eſſe naturale, ſicut calor in igne, qui & eſt ratio agendi, quia ſpecificat actum, & quodammodo elicit ipſum.

Secundò obiectum naturalitèr agit ergo volitio non eſt ab obiecto, tenet conſequentia, quia volitio eſt in mea poteſtate, ſi dicatur eā eſſe in poteſtate, quia poteſt deducere intellectum ad hoc conſiderandum, vel non. Contra, prima volitio ſcilicet finis eſt merè naturalis, & ſic non eſt in poteſtate noſtra: ergo per illam nō determinatur intellectus, nec per aliā, quia aut ipſa eſſet à voluntate, & ſic habetur propoſitum, nec ab obiecto, quia ſic eſſet naturalis.

¶Si dicatur, actum voluntatis eſſe in noſtra

pote-

Digitized by Google

poteſtate, quia occurrente obiecto ſub duplici conſideratione ſcilicet illiciti, & delectabilis ipſa voluntas poteſt ſiſtere intellectum in vna parte dimittendo aliam.

Cõtra. Illæ duæ rationes non æqualiter mouent: quia carent velle, & nolle reſpectu eiuſdem obiecti, quod eſt impoſſibile: ergo vna mouet fortius ex conſequenti naturaliter voluntatem, & ſic volitio non erit in poteſtate voluntatis, ſed neceſſario, & ſic ſecundum illam mouebit intellectum.

Reſpondeo, primò conceditur prima conſequentia. Quia obiectum non efficit velle, vt dictum eſt. Dicitur tamen ad ea, quæ ſequuntur quod licet volitio finis ſit naturalis, eſt tamen in poteſtate voluntatis, quò ad eius exercitiũ, & quò ad eius ſuſpenſionem, quia licet voluntas habeat naturalem ordinem ad finem, non tamen ad actum, qui eſt circa finem: & ideo poteſt eum ſuſpendere.

¶ Dicitur ſecũdò quod impoſſibile eſt duas rationes obiecti æqualiter mouere voluntatem: immo à neutra illarum mouetur, donec intellectus plenius conſideraret, & proponeret voluntati hoc eſſe eligibilius ſuo oppoſito, nec tamen tunc uoluntatis neceſſitaretur ab illa ratione, quæ fortius mouet, cum moueat tantum per modum finis, & ideo poſſet actum ſuſpendere, niſi intellectus oſtenderet voluntati eſſe purum; & perfectum bonum, aut eſſet neceſſarium ad finem.

Tertiò. Aliquis effectus eſt contingens, ergo eſt cauſa indeterminata, uel igitur illa cauſa determinaret ſe, & cum nihil determinet ſe niſi uoluntas: ergo uoluntas determinando ſe producit actum ſuum. Si cauſa determinaretur ab alio, ergo uel neceſſariò, & hoc non, quia effectus non eſſet contingens uel contingentis: & tale determinans non poteſt eſſe niſi uoluntas.

Si dicatur, quòd nullo modo determinat, quia repræſentat obiectum uoluntati fore uel non fore. Contra, tum quia intellectus non determinat uolũtatem ad alterum oppoſitorum, niſi de uno demonſtrando, & de altero paralogizando: ergo à uoluntate Dei nihil contingenter eueniret, cum ipſa non paralogizat, quia intellectus agit modo naturali: ergo non eſt cauſa indeterminata, tum quia poteſt eſſe aliquis appetitus intellectiuus, & non eſſe liber, ut dicit Anſelmus, ergo &c.

Reſpondeo primò, quod argumentum non concludit, niſi actum uoluntatis eſſe effectiuè à uoluntate quæ de ſe eſt indeterminata, & poteſt ſeipſam determinare, quod conceſſum eſt, gratia tamen doctrinæ negatur prima conſequentia, quia à cauſa determinata licet poſſit eſſe effectus neceſſarius neceſſitate ſuppoſitionis abſolutè, tamen poteſt ab ea eſſe effectus contingens, quia ad contingentiam actus vel effectus ſufficit, quod cauſa non habeat naturalem ordinem ad eum, ſed contingenter ſicut dum Sor. ſedet, ſeſſio abſolutè eſt contingens, ſed neceſſaria ex ſuppoſitione, & tamen ipſe eſt cauſa determinata reſpectu ſeſſionis dum ſedet.

Ad primam improbationem reſponſionis ibi datæ primò negatur antecedens, quia intellectus poteſt voluntati oſtendere obiectum per ſimplicem apprehenſionem ſine ſyllogiſmo, ſicut oculus ſimplici apprehenſione poteſt videre duo alba ſimul quorum vnum eſt albius alio, & intueri exceſſum vnius ad aliud, tum quia ſufficit, quod arguat dialecticè, & non demonſtratiuè nec ſophiſticè: tum quia ſufficit quod ſillogizet tantum pro altera parte contradictorum.

Ad ſecundam improbationem negatur antecedens vniuerſaliter, quia licet intellectus ſit maximè determinatus quò ad primarias cõceptiones, & primarias principia, & concluſiones habentes neceſſariam, & euidentem connexionem, cum primis principijs, non tamen quò ad alia.

Ad tertiam negatur antecedens. Quia impoſſibile adeſſe appetitum intellectum non liberum, niſi eſſet talis creatura, cuius omne iudicium intellectus eſſet ſibi à natura inditum ſicut æſtimatiua bruti, quia cauſa quòd appetitus ſit indifferens ad appetere vel non appetere, & ad oppoſita obiecta radicaliliter eſt in virtute cognitiua quæ appetitui obiecta proponit.

Contra eandem concluſionem arguit Gregorius in præſenti diſtinct. quod volitio poſſit eſſe ſine actuali intellectione. Primò voluntas poteſt velle intellectum habere nullam notitiam, ſed intellectus obedit voluntati: ergo tunc ſtante iſta volitione nulla erit intellectio, & ſimiliter cum volumus ſcire quæ neſcimus.

Reſpondeo, quod licet intellectus obediat voluntati, tamen ſi debet ſibi obedire in hoc, quod nullam habeat intellectionem: oportet, & voluntatem obedire ſibimet, ſcilicet quod ipſa ſe ab omni volitione ſuſpendat, dum enim vult intellectum nullam habere intellectionem, oportet quod ipſe cognoſcat quid ſit nullam intellectionem habere. Præterea multos actus habet intellectus, ſed ſubitos contra vel præter imperium voluntatis, qui inſurgunt ex ſenſatione interiori vel exteriori, quomodo autem intellectus obediat voluntati, pulchrè ponit Sanct. Doct. prima ſecundæ. quæſtione



Digitized by Google

17.art.6. Similiter cum volumus ſcire incognita, oportet cognoſcere quid ſit hoc, quod dico ſcire ea.

Secundò. Non oportet effectum productum à voluntate eſſe præcognitum: ergo non oportet obiectum eius eſſe præcognitum.

Reſpondeo, negatur conſequentia. Quia non omnem actum, quem voluntas producit, vult, & ideo non omnem cognoſcit, quamuis cognoſcat illud, quod per illud vult.

Tertio. Dum voluntas pręcipit intellectui, quod conſideret de a.aut.a.tunc eſt actu conſiderandum, & ſic voluntas ſuperfluè præcipit: aut non, & ſic habetur propoſitum.

Reſpondeo, quod ſi voluntas indiſtinctè vult. a. etiam intellectus indiſtinctè cognoſcit, & voluntas imperat, quòd a. diſtinctus cognoſcatur, & illa cognitio quæ præcipitur, cognoſcitur in communi. Si autem voluntas diſtinctè vult a. tunc non pręcipit eius diſtinctam cognitionem primò cauſari, quia habet eam, ſed continuari, vel aliam eius cognitionem cauſari: puta diffinitiuam, ſi prima fuit tantum apprehenſiua.

Quartò. Species rei ſenſibilis poteſt ſeruari in organo remoto obiecto: ergo, & actus voluntatis remota actuali intellectione.

Reſpondeo. Conceditur antecedens pro aliquo ſpacio, vt patet in his, qui viderunt ſolem, & poſtea claudunt oculos: non poteſt tamen conſeruari in medio, ſed negatur conſequentia, quia actus voluntatis requirit in ſuo fieri, & in ſuo conſeruari intellectionem, ſicut radius in medio requirit præſentiam ſolis, ſpecies autem ſenſibilis in organo exiſtens, licet requirat dicta quò ad ſuum fieri, non tamen quò ad permanere.

Quintò. Poſſum velle cogitationem alicuius obiecti, volito obiecto, ergo volitio eſt reſpectu illius cogitatione cuius non eſt alia cogitatio.

Reſpondeo, negatur conſequentia, quia non poteſt eſſe illa volitio ſine apprehenſione iſtius cogitationis conuenientis.

Contra eandem arguit Henricus 9. quolibet quæſtione 5. Intellectus neceſſariò mouetur à vero, ergo ſi voluntas mouetur à bono mouebitur neceſſariò, & ſic peribit liberum arbitrium.

Reſpondeo, primo negatur antecedens, quia non omne verum neceſſariò mouet intellectũ. Item dato, quod intellectus, & voluntas ab aliquibus neceſſariò moueantur quò ad ſpecificationem actus à nullo tamen neceſſariò mouetur quò ad exercitium.

¶ Secundo, ſi obiectum ſpecificat actum uoluntatis, aut ergo illa ſpecificatio eſt pura oſtenſio obiecti, aut aliqua impreſſio facta ab obiecto in uoluntate.

Reſpondeo, negatur cõſequentia, licet enim intellectio, & obiectum nihil imprimant in uoluntate, & illa oſtenſio non ſit ipſa ſpecificatio actus uoluntatis, eſt tamen cauſa ſpecificationis cauſalitate finis, uel formæ quæ eſt ratio agendi. Non enim eſt de ratione motiui motione finis, & rationis agendi intentionale eſſe habentis, quod aliquid imprimat.

Tertiò. Si voluntas mouetur ab intellectu, ergo non poteſt illud obiectum repellere, ſed neceſſe eſt illud exequi, quod oſtenſum eſt, hoc eſt falſum, quia periret liberum arbitrium, probatur conſequentia, quia quod ſemel paſſiuum eſt ab aliquo ſemper ab eodem paſſiuum eſt.

Reſpondeo negatur conſequentia, quia nullum iudicium intellectus neceſſitat voluntatẽ, quò ad exercitium actus potiſſimè quò ad cõtinendum actum iam inceptum, quicquid ſit de inceptione noui ipſius actus, quia fortè illa quandoque eſt neceſſaria, non autem continuatio. Negatur etiam conſequentia. Ad probationem negatur antecedens, de eo, quid mouet tamen per modum finis.

Quartò. *Iſta* poſitio fundantur in propoſitione Philoſophi comparantis appetitum ſenſitiuum ad apprehenſionem ſenſitiuam, & intellectum ad intellectiuam, ſed hoc eſt falſum, cum aliter, & aliter ſe habeant iſti appetitus.

Reſpondeo. Quod appetitus ſenſitiuus, & intellectiuus conueniunt in hoc quod vterquè mouetur ab obiecto, quantum ad ſpecificationem actus, & ſic eos comparat Philoſophus ſed in hoc diſtinguuntur, quod appetitus intellectiuus à nullo obiecto mouetur neceſſariò, quò ad exercitium actus, ſenſitiuus autem inquantum huiuſmodi neceſſariò mouetur à quolibet obiecto ſuo quò ad exercitium actus, vel ſaltem quò ad ſpecificationem, intellectus autẽ licet ab aliquo moueatur neceſſario quò ad ſpecificationem actus, non tamen ab omni.

Quintò. Si voluntas moueretur ab alio, non eſſet domina ſuorum actuum, hoc eſt falſum: ergo.

Reſpondeo. Negatur conſequentia. De eo, quod mouet per modum finis in eo ſenſu, quẽ ponit Doct. Sanct. prima ſecundę quæſt. 10. art. 2. Ex quo elicitur quòd actus voluntatis eſt effectiuè tantum à voluntate, vel à Deo. Secundo, quod obiectum eſt cauſa actus quaſi formalis, & finalis, inquantum tamen ſpecificant.

*Conclusio. III.* Solus Deus poteſt mouere vo-

Digitized by Google

voluntatem ad exercitium actus, ſicut principium exterius, prima ſecundæ, quæſt. 9. artic. 6. prima parte, quæſt. 3. articul. 2. de verit. quæſt. 22. articul. 9. & de malo, quæſt. 3. artic. 3. Huius autem ratio eſt, quia ſicut motus naturalis corporis ſecundum locum eſt tantum à forma intrinſeca, & à generante, ita actus voluntatis eſt tantum ab ea, & à cauſa voluntatis.

Contra arguit Herueus, quòd obiectum efficiat volitionem. Actus volendi ſemper, & de neceſſitate dependet ab obiecto: ergo obiectum eſt eius cauſa per ſe, conſequentia patet, & antecedens probatur, quia nunquam poteſt eſſe actus niſi ad aliquod obiectum terminet.

Reſpondeo. Quod eſt cauſa, ſed non effectiua, immò ſpecificatiua, ſed cũ dicitur, quod actus voluntatis ſpecificatur ab obiecto, non intelligitur, niſi quod diſtinctio obiectorum in eſſe cognito aliquo modo eſt cauſa diſtinctionum volitionum, licet non per modum cauſæ efficientis, quia ſicut permanentia ſpecificatur per formam inhærentem, ſucceſſiuè autem per terminum, vt patet de motu.

Sciendum tamen, quod actus voluntatis magis aſſimilatur motui, quàm actus intellectus, & ideò licèt actus intellectus ſortiatur ſpeciem à ſimilitudine obiecti informante intellectum, & eliciente actum, actus tamen voluntatis, quia elicitur ſine ſpecie informante voluntatẽ, ſortitur ſpeciem ab obiecto.

Secundò. Si actus eſt tantum à voluntate: ergo vnus actus eſt nobilior altero, non ex eo quòd ſit nobilioris obiecti, ſed quia intenſius elicitur à voluntate, & ſic dilectio Dei non eſt dignior dilectione muſcæ.

Reſpondeo. Negatur conſequentia, nobilitas actus non ſolum dependet à cauſa efficiẽte, ſed etiam à formali. Concedo tamen quod obiectum mediatè tranſit ad actum volendi, cauſando, ſcilicèt notitiam, quæ eſt cauſa dilectionis per modum finis.

Contra eandem arguit Scotus, quod voluntas ſit cauſa totalis ſui actus, non autem Deus, primo actus voluntatis eſt perfectè in poteſtate eius: ergo non poteſt ab alio cauſari.

Reſpondeo. Negatur conſequentia, ad hoc enim quòd actus ſit in poteſtate voluntatis ſufficit, quod poſſit illam producere. Sed ſola, id eſt non concurrente alia cauſa proxima, & eiuſdem ordinis cum ea, vel quòd habeat in poteſtate ſua cauſationem cuiuslibet cauſæ proximè concurrentis cum ea, ſic autem eſt voluntas reſpectu ſui actus. Negatur etiam conſequentia, niſi antecedens intelligatur de cauſa, quæ vniuerſalitèr, & primariè, & independentèr habet in ſua poteſtate, quod nec voluntati, nec alicui creaturæ conuenit.

Secundò. Omnis effectus procedens à cauſa determinata, eſt neceſſarius ſed Deus eſt cauſa determinata: ergo ſi actus volendi eſt à Deo, erit neceſſarius, & non liber.

Reſpondeo, negatur maior, ſit talis cauſa merè liberè ſine quacunque neceſſitate abſoluta eſt determinata ad effectum, cuiuſmodi eſt Deus.

Tertiò. Si Deus eſt cauſa actus: ergo eſt cauſa prior noſtra voluntate: ergo in illo priori, aut Deus cauſat in actu rectitudinem, & ſic voluntas non poteſt peccare, aut non cauſat rectitudinem, & ſic uoluntas in ſecundo ſigno nõ peccat, quia nihil poteſt in ſecundò ſigno, niſi quod cauſa prior in primo ſigno produxit.

Reſpondeo, quòd cõceſſis ſignis tantum, quantum ad modum noſtrum intelligendi, Deus in primo ſigno cauſat per rectitudinem in actu in comparatione ad uoluntatem creatam. Et ad improbationem negatur conſequentia. Quia in ſecundo ſigno poteſt uoluntas in rectum uelle poſſibilitate abſoluta, licet non cõditionata, ſcilicet ſuppoſito quòd Deus in primo ſigno non cauſet talem rectitudinem. Et cum dicitur. quòd uoluntas nihil poteſt in ſecundo ſigno, niſi quòd cauſa prior produxit in primo, dicitur, quòd iſta propoſitio eſt uera in ſenſu diuiſo. Et ipſa uoluntas Diuina non eſt cauſa talis ipſius uelle noſtri, quia non ipſa ſola cauſat, ſed concurrit uoluntas.

Quartò. Aliqua creatura poteſt eſſe cauſa totalis ſui effectus: ergo, & uoluntas reſpectu ſui actus, & ſic Deus non concurrit, conſequẽtia patet antecedens probatur, tùm quia hoc non repugnat creaturæ, tùm quia circumſcripto quocunque alio, ſubiectum cauſaret propriam paſſionem: ergo eſt eius cauſa totalis.

Reſpondeo, negatur antecedens, loquendo de cauſa efficiente, uel formali, uel finali, licet ſit uerum de materiali. Et ad primam probationem negatur antecedens, quia omne ens per participationem prouenit ab ente per eſſentiã, quod eſt neceſſariò infinitum. Si dicatur quod non oportet cauſam uniuocam, nec æquiuocam excedere in infinitum ſuum effectum, negatur hoc de cauſa, non ſupponente priorem actionem. Ad ſecundum negatur antecedens.

Contra eandem arguit Henricus 9. quolib. quæſt. 5. quod primus motus uoluntatis non ſit à Deo primo, omnis motus creaturæ eſt à Deo tantum ut à cauſa uniuerſali: ergo non ut à cauſa propria.

Reſpondeo, quòd prima motio uoluntatis eſt à Deo ad uolendum bonum in uniuerſali, & ſi quæratur, an ad illum primum actum uoluntas habeat ſe aliquo modo actiuè, uel ſolũ



Digitized by Google

purè paſſiuè, dicendum uidetur, quod omnis actus uoluntatis, qui propriè eſt actus ſecundus, eſt ab ipſa uoluntate effectiuè, aliter non eſſet actio immanens, ſi nullo modo procederet à ſuo ſubiecto, ſed illa prima motio uoluntatis à Deo ad uniuerſale bonum magis habet rationem actus primi, quàm actus ſecundi, & ideò quantum ad illam uoluntas poteſt ſe habere purè paſſiuè. Veruntamen ille actus primus eſt ſine aliquo actu ſecundo, qui eſt effectiua à uoluntate, quia ſemper illam generalẽ affectionem concomitatur affectio ad aliquod particulare bonum, 4. ſentent. diſtinct. 49. quæſt. 1. articul. 3. quæſt. 3. Ad argumentum negatur conſequentia, quia aliter primus motus uoluntatis eſt à Deo quàm alij.

*In hac vigeſimaquinta Diſtinctione, ſecundi Sententiarum, & vnica quæſtione ſequenti confutantur hæreſes damnatæ, vt in noſtro Cõmenntar. in text. Magiſtri, & confutantur etiam hæreſes, quæ ſunt in Abecedario, & in Ethimologijs hæreſum, & confutantur ſimilitèr Idolatriæ, vt in Abecedario Idolorum in principio, vide ibi litera A. E. M. & V. ac etiam confutantur falſæ Theologię Fænicum, Egyptiorum, Grȩcorum, Atlanticorum, Frigiorum, Gentium, &c. ab Euſebio in primo, ſecundo, tertio, & quarto libro de præparatione Euangelica contra Theologiam fabuloſam Poetarum antiquorum.*

*Ex concluſionibus, probationibus, & ſolutionibus argumentorum Capræoli ſoluuntur argumenta Vulpes, & aliorum recentiorum facilè, vt facit Ariſtotelis ad argumenta Antiquorum, quod veritatis cognitio dubiorum eſt ſolutio, & cum Cardinali Bellarmino dicente in libro de Scriptoribus Eccleſiaſticis de Ioanne Capræolo, quòd Ioannes Gapræolus ſit defenſor Egregius Sancti Thomę, & optimè diſſoluit omnia argumenta aduerſariorum: dicunt verba formalia Bellarmini, ergo ſi optimè diſſoluit per Bellarminum, ſunt ſoluta argumenta cum his doctrinis hic: Sicut ſoluit Ariſtotelis contra antiquos dicendo in 3. de Cælo, & in 3. Metaphiſic. veritatis cognitio, dubiorum eſt reſolutio.*

*Reſpondetur ſecundo cum Cardinali Sarnano Franciſcano doctiſſimo, cum ſexageſimaquinta concordantia, & ſimilitèr cum ſexageſimaquarta concordantia Bonæberba.*

*Reſpondetur tertio cum Petro de Bergamo, & Bartholomæo Spina dicentibus in tabula Sancti Thomæ, quod qui ſcit totam Logicam Sancti Thomę, Philoſophiam etiam moralem, totam Metaphyſicam Sancti Thomæ, & totam eiuſdem Theologiam, nullum poteſt facere argumentum contra Sanctum Thomam, & ideo ſubdit, quod iſti recentiores ſtudent tantummodo articulo, ſuper quem componunt, & non habent in mente omnia Opera Sancti Thomæ loquentis præſuppoſitiuè, prȩſupponendo omnia ſupradicta, & dicendo, quæ propter prærumpunt in verba in tantum Magnum Doctorem nullo modo applicanda, quod Sanctus Thomas contradicat ſibi ipſi, & ideo Cardinal. Sarnanus, quia ſciebat totum Sanctum Thomam concordauit ſimilitèr, etiam Ioannes Caprȩolus ſoluit argumenta aduerſariorum, cum locis Sancti Thomæ, quia totum in mente habebat Sanctum Thomam, & ideo Bellarm. dicebat bene omnia ſoluere Caprȩolum.*

*Argumenta vero Vaſquez, Valentię, Molinæ, Suarez, &c. quia colliguntur; & ſoluuntur, clarè, diſtinctè, & breuitèr à Ripa, à Nazario, à Conſales, à Nauarretto, à Zenardo, & præcipuè à Montagnolo, in prima ſecundæ Sancti Thomæ quæſt. 9. de motiuo voluntatis.*

*Vide noſtram expoſitionem Petri Lombardi aperiẽtem mentem huius materię, vt in folio 71. hic, & infra pro 3. reſponſione Vulpes. Ac etiam vide 1. 2. & 3. folium pro reſponſione quarta, quinta, & ſexta ad argumentum eiuſdem Vulpes.*

*Reſpõdet. 7. cum concordantia Scoti, & Sancti Thomę per Radam Franciſcanum hic*

*Loca Sacræ Scripturæ hic, & infra à Salmerone, Emanuel Sa, à Toleto, à Prierio, Vegha, à Poſſeuino, à Salian, Torello in annalibus à creatione Mundi, quę videntur repugnare aliquomodo Thomiſtis. quia ſunt concordata à nobis in fine noſtrę expoſitionis totius Bibliæ, & in Anatomia Biblię impræſſa, ideo vide ea illic.*

## DISTINCTIO XXVI.

### Quæſtio. 1.

CIRCA vigeſimamſextam diſtinctionem, quæritur. Vtrum, gratia ſit virtus.

*Concluſio I.* Gratia differt realiter à virtute 2. ſentent. diſtinct. 26. quæſt. 1. art. 4. prima ſecundæ, quæſt. 109. artic. 3. de verit. quæſt. 27. artic. 2. Huius ratio.

¶ Tum quia ſicut ſe habet anima ad potentias, & lumen naturale ad virtutes acquiſitas, ſic gratia ad virtutes, ſed prima diſtinguuntur inter ſe realitèr: ergo, & gratia, & virtus.

¶ Tum quia ſicut aliud eſt natura, per quam ſup-

Digitized by Google

ſuppoſitũ proportionatur fini naturali, & aliud inclinatio in finem, & aliud id per quod operatur ad finem, ita aliud eſt gratia per quam bonum proportionatur fini ſupernaturali, & aliud inclinatio in illum, ſcilicet charitas, & aliæ virtutes, per quas homo agit ad illum finem.

¶ Tum quia gratia ſemper eſt in actu ſuo, quia ſemper facit hominem gratum Deo, charitas autem non, quia non ſemper actu diligimus.

Contra arguit Scotus 2. diſtinct. 27. primò. Potentiæ non poſſunt manere ſine anima, nec virtus acquiſita ſine lumine naturali: ergo ſequitur, quod virtus infuſa non poſſet remanere ſine gratia, hoc eſt falsũ, vt patet de fide, & ſpe.

Reſpondeo, primò negatur conſequentia. Quia licet aſſimilentur in hoc, quod eſt diſtingui, non tamen in omnibus eſſentia animæ eſt cauſa effectiua potentiarum, non autem gratia reſpectu virtutum, ſed in hoc aſſimilantur, quod ſicut anima eſt immediatum principium eſſendi, potentia autem immediatum principiũ operandi, ſic gratia eſt immediatum principiũ ſupernaturalitèr eſſendi, & virtus infuſa operãdi, de veritate, quæſt. 27. artic. 5. ad 17. Et ſicut nullus habitus acquiſitus habet rationem virtutis niſi pro quanto formatur ordine ſibi impreſſo ex lumine naturali, ſic nulla virtus infuſa eſt perfectè virtus, niſi formetur per gratiam, vbi ſupra ad quintum, vbi ponit quod gratia eſt forma virtutum, eo quod dat efficaciam merendi.

Secundò, dicitur quod gratia poteſt dici cauſa efficiens virtutum in fieri, & non in facto eſſe, partialis non totalis, ideò non ſemper oportet, quod adſit ſuo effectui ſicut luminoſum lumini. Dicitur etiam cauſa diſpoſitiua de virtutibus, quæſt. 2. artic. 3. ad ſecundum. Et licet Sanct. Doct. tertio contra gent. cap. 152. dicat quod gratia cauſat Fidem, Spem, & Charitatem ibi loquendo de gratuita Dei voluntate, & non de gratia, quæ eſt accidens infuſum.

¶ Tertiò. Negatur falſitas conſequentis, quia Fides, & Spes aliquo modo remanent, ſine gratia, de veritate, quæſtione vigeſimaſeptima, articulo 1. ad 7.

Secundò, omnis effectus qui attribuitur gratiæ, attribuitur etiam Charitati: ergo non ſunt diſtincta, antecedens patet, quia ſicut Charitas vnit Deo, ita & gratia, & ſimilitèr eſt forma virtutum, & eſt principium meriti.

Reſpondeo: negatur antecedens, quod eodem modo licet effectus, qui attribuitur vni illarum, mediatè poſſit alteri attribui immediatè, vel contrariò, de verit. quæſt. 27. artic. 2. ad 6. quia per gratiam homo eſt primò, immediatè Filius Dei, & per Charitatem ſecundò. Item gratia eſt forma virtutum eo quod eſt principium merendi, & Charitas eo quod inclinat alias virtutes in vltimum finem. Item gratia coniungit Deo per aſſimilationem, & Dei formitatem, Charitas verò per modum obiecti operationis. Item Charitas non ſufficeret ad merendum bonum æternum, niſi ſuppoſita gratia, vbi ſuprà ad quartum.

Tertiò arguit Aureolus. Omne illud eſt gratia, quo aliquis eſt formaliter Deo acceptus, ſed aliæ virtutes ſunt huiuſmodi, vt patet de Fide, ad Hebræos 11. & dempta Charitate homo non eſt acceptus Deo: ergo.

Reſpondeo, negatur minor. Ad primam probationem negatur conſequentia, quia ibi loquitur Apoſtolus ſolum ad hunc ſenſum, quod Fides facit hominem gratum, ſed non formalitèr.

Ad ſecundam negatur conſequentia, ſicut in ſimili nullus viuere ſine calore, & humido naturali, non tamen ſequitur, quod calor, aut humidum ſit quo formalitèr viuimus. Ad hoc enim, quod aliquid ſit Deo gratum gratitudine, de qua loquimur, non ſufficit quælibet acceptatio, ſed ſolum illa, qua quis acceptatur ad vitam æternam, huius autem acceptationis primus, & proprius effectus eſt collatio non alicuius virtutis, ſed gratiæ. Nam per habitus virtutum nullus eſt dignus vita æterna, ſicut ex principio formali, cum nulla virtus faciat hominem conformem Deo conformitate quaſi ſpecifica, per quandam participationem diuinę naturæ, ſed ſola gratia quæ eſt quædam participatio diuinarum. Nam per charitatem, ſapientiam, & alias virtutes fit homo ſimilis Deo, quantum ad perfectiones attributales.

Quartò. In ſacra Scriptura nullibi præcipitur, quòd habeamus gratiam, ſed charitatem, & alias virtutes: ergo non eſt diſtincta à virtutibus.

Reſpondeo, negatur antecedens, vt patet ad Epheſios, ſcilicet vbi hortatur Paulus, vt ſimus filij Lucis, ideſt gratiæ, negatur etiam conſequentia. Quia præcepta non dantur de habitibus, ſed de actibus virtutum, & pręſertim quia gratia non ordinatur immediatè ad eliciendũ actum ſecundum, ſed dandum actum primum.

Tertiò arguit Durandus in præſenti diſtinct. quæſt. 1. Deſtructo principio eſſendi, deſtruitur principium operandi: ergo deſtructa gratia, deſtruentur virtutes, hoc eſt falſum, vt patet de Spe, & Fide.

Reſpondeo, negatur falſitas conſequentis, quia deſtructa gratia, deſtruũtur virtutes Theologicæ quantum ad hoc, quòd eſt eſſe principium operandi ſupernaturalitèr, in quo dependebant à gratia, non tamen deſtruuntur, quòad ſub-

Digitized by Google

ſubſtantiam actus, & quòad hoc non dependêt à gratia, quòad eſſe, quicquid ſit quòad fieri. Tollitur autem Charitas, recedente gratia, cuius cauſa dicetur poſt.

Sextò. Id quod eſt principium operandi poteſt eſſe principium eſſendi accidentalitèr, vt patet de calore: ergo propter hoc non oportet ponere gratiam diſtingui à virtutibus. Item per virtutes morales conſtituit quis in eſſe morali, & per eaſdem perficitur ad opera moralia: ergo per idem conſtituitur quis in eſſe ſupernaturali, & per idem ordinantur ad opus ſupernaturale.

Reſpondeo, negatur antecedens, de primo principio eſſendi. Ad probationem primam dicitur, quòd licet calor ſit principium eſſendi in igne, non tamen eſt primum principium eſſendi in aliquo genere ipſius, nec quo ad eſſe ſubſtantiale, vt patet, nec quoad accidentale, quia calor, & alia accidentia profluũt à forma ſubſtantiali, non ſic eſt de gratia, quæ non cauſatur ex principijs ſuis ſubſtantiæ, negatur etiam conſequentia, quia calor non agit ad finem cui ignis ex natura ſua ſit in proprio natus, ideò non oportet quod præſupponat in igne aliud accidens quod ſit principium eſſendi, quo ignis proportionetur ſuo fini, ad quem inclinatur per calorem, ſecus eſt de fine ad quẽ producitur homo per virtutes infuſas. Ad ſecundam negatur antecedens, quia homo conſtituitur primo in eſſe morali non per virtutes, ſed per intellectum, & voluntatem, quia virtutes non dicuntur morales, niſi ex eo quòd pullulant ex intellectu, & voluntate. Nec oppoſitum dicit Philoſophus, prima ſecundæ, quæſt. 56. artic. 1.

Septimò. Gratia, & Charitas non poſſunt ſeparari: ergo non ſunt diſtincta, probatur antecedens, quia ſequitur, quod idem homo ſaluaretur, & non ſaluaretur, ſi decederet cum gratia, & ſine Charitate.

Reſpondeo primò, negatur conſequentia, vt ſæpe dictum eſt negatur etiam antecedens: quia gratia, & Charitas, & aliæ virtutes ſunt effectus eſſentialitèr ordinati in genere effectuũ ſupernaturalium meritoriorum, ità quod reſpectus ſupponit primum ad hoc quod ſit in tali genere, licet non ad hoc quod ſit ſimplicitèr. Vnde etiam hoc modo poteſt gratia dici eſſe cauſa virtutum ſicut duorum effectuum eſſentialiter ordinatorum, primus dicitur eſſe cauſa efficiens. Secundò ordinabilitèr. Tertiò dicitur quòd ſi quis decederet in gratia ſine Charitate, nec ſaluaretur nec damnaretur, ſed de tali ſpeciali ordinaret Deus, ſicut vellet.

Octauò. Si gratia, & charitas differunt: ergo aut gratia eſt nobilior, & hoc non, quia nullum donum eſt excellentius charitate ſecundũ Auguſtinum 15. de Trinitate, nec charitas eſt nobilior, vt tu concedis, nec ſunt ęquales, quũ ſpecie differant.

Reſpondeo, quòd gratia eſt nobilior Charitate ſicut forma materia, & cauſa cauſato, 3. ſentent. diſtinctione vigeſimaſeptima, quæſtione ſecunda, articulo quarto, quęſtione tertia, ad ſecundum. Ad actoritatem loquitur Auguſtinus de donis viæ ordinatis ad actum ſecundum meritorium immediatè eliciendum, cuiuſmodi non eſt gratia, & licet gratia imponatur à charis, tamen aliud eſt à quo nomen imponitur quàm ad quod nomen imponitur.

Sciendum autem, quod charitas, & gratia dant actum primum, & ſecundum ſupernaturalem, ſed gratia dat immediatè actum primũ eſſentiæ animæ, charitas verò potentiæ. Nec illud dat potentiæ in propria virtute, ſed in virtute gratiæ. Et eſſe quod dat gratia alio modo eſt ſupernaturale quàm id, quòd dat charitas, ſicut aliud eſt eſſe quod dat eſſentia animæ, & aliud quod dat potentia.

Nono. Virtutes non profluunt à gratia liberè, cum ipſa ſit qualitas naturalis, nec naturalitèr, cum non omnis habens gratiam habeat omnes uirtutes puta uirginitatem.

Reſpondeo, profluunt naturalitèr. Ad improbationem reſpondet Sanct. Doct. ſecunda ſecundæ, quæſt. 152. artic. 3. ad ſecundum. Quia omnis habens gratiam, habet id quod eſt formale in uirginitate, ſcilicet propoſitum conſeruandæ integritatis, ſi hoc ſibi competeret.

*Concluſio* II. Gratia non eſt ſubiectiuè in aliqua potentia animæ, ſed tantum in eſſentia, prima ſecundæ, quæſt. 109. artic. 4. ſecundò ſẽtent. ubi ſupra, articul. 3. de uerit. quæſt. 27. art. 6 Huius ratio eſt, quia omnis perfectio inhærens ſubiectiuè potentiæ habet rationem uirtutis, ſed gratia non eſt uirtus: ergo.

Contra arguit Scotus in præſenti diſtinct. gratia, & gloria ſunt idem realitèr, ſed gloria non eſt in eſſentia immò in potentia: ergo, & gratia.

Reſpondeo. Gloria accipitur primò pro cognitione, quam habet Deus de beatitudine hominis. Secundò pro uiſione qua intellectus beatus uidet Deum. Tertiò pro principijs dicti actus. Quartò pro omnibus pertinentibus ad beatitudinem, ſiuè ſint actus ſecundi, ſiuè ſint principia actum ſecundorum, ſiuè ſint formæ Dei formatiuæ ordinatæ ad dandum immediatè actum primum, ſcilicet eſſe ſupernaturale, & tantum hoc quarto modo gratia dicitur gloria.

Ad argumentum negatur antecedens uniuerſaliter, ſcilicet quod omnis gloria ſit gratia, ad

Digitized by Google

ad minorem ſimiliter, quia non omnis gloria eſt in potentia animæ, ſcilicèt gloria accepta quartò modo. Hæc reſponſio elicitur, de verit. quæſtio. 27. artic. 5. ad ſextum, & prima ſecundæ, quæſt. 2. artic. 3.

Secundò. Oppoſita fiunt circa idem, licet gratia, & peccatum ſunt oppoſita, peccatum eſt tantum in voluntate: ergo, & gratia. Item gratia perficit animam tantum ad actum meritorium, ſed actus meritorius eſt ſolius voluntatis: ergo gratia eſt tantum in voluntate. Itẽ ſi gratia eſſet in eſſentia, poſſet redundare in actum intellectus, cum ſit pura potentia.

Reſpondeo, quod actus intellectus poteſt eſſe peccatum, & meritum, prima ſecundæ, quęſt. 2. artic. 3. & 4. non tamen actus intellectus eſt meritorius, vt præcedat actum voluntatis, prima ſecundæ. quæſt. 114. artic. 4. tum, quia licet intellectus ſit prima potentia in oſtendendo non tamen in mouendo, tùm quia non oportet, quod ſi gratia reddit aliquem actum intellectus meritorium, quod reddat omnes actus voluntatis habentis gratiam ſunt meritorij, dato quod ſint boni bonitate naturali.

Tertiò arguit Durandus in præſenti diſtinct. quæſt. 2. Gratia habet maiorem colligationem cum charitate, quæ perficit voluntatem, quàm cum fide, quæ perficit intellectum: ergo non eſt in eſſentia animæ, tenet conſequentia, cum voluntas non magis conueniat cum anima quàm intellectus.

Reſpondeo. Negatur conſequentia, tum quia habitus voluntatis, qui eſt charitas, cum ſit perfectior quam fides plura requirit ad ſui eſſe, & fieri, & facilius deſtruitur: tùm quia charitas, & gratia non ita dependent in ſui conſeruatione à ſuo ſubiecto, ſicut fides, dependent enim ex influxu Dei tam in ſuo fieri quam in conſeruari tantum, ſicut lumen in aere à corpore lucido, fides autem non ſolum à Deo, ſed à ſuo ſubiecto conſeruatur tum quia eadem ſunt contraria gratiæ, & charitati, non ſic fidei, vel ſpei, ſcilicet peccatum mortale. ſecunda ſecundæ, quæſt. vigeſimaquarta. art. 12. & 3. ſententiar. diſtinct. 27. quæſt. 3. artic. 4. quæſt. 4. & ſic patet, quod argumentum peccat per fallaciam conſequentis, quia cauſa non eſt maior conuenientia voluntatis quàm intellectus cum anima, ſed iſta quæ dicta ſunt.

Quartò. Nullus habitus eſt in eſſentia animæ, ſed gratia eſt habitus: ergo.

Reſpondeo. Primò negatur maior de eo habitu, qui diſponit eſſentiam animæ, ad naturam ſuperiorem, licet ſit vera de habitu, qui immediatè ordinatur ad opus, & de eo qui diſponit vnam partem in ordine ad aliam: gratia etiam nõ eſt habitus de quo Philoſophi loquuti ſunt.

*In hac vigeſimaſexta diſtinctione, 2. Sententiar. & vnica quæſtione ſequenti confutantur hæreſes damnatæ, vt in noſtro Commentar. in text. Magiſtri, & confutantur etiam hæreſes, quæ ſunt in Abecedario, & in Ethimologijs hæreſum, & confutantur ſimilitèr Idolatria, vt in Abecedario Idolorum in principio, vide ibi littera G. & V. ac etiam confutantur falſa Theologia Fęnicum, Egyptiorum, Græcorum, Atlanticorum, Frigiorum, Gentium, &c. ab Euſebio in primo, ſecundo, tertio, & quarto libro de præparatione Euangelica contra Theologiam fabuloſam Poetarum antiquorum.*

*Ex concluſionibus, probationibus, & ſolutionibus argumentorum Caprẹoli ſoluuntur argumenta Vulpes, & aliorum recentiorum facile, vt facit Ariſtotelis ad argumenta Antiquorum, quod veritatis cognitio dubiorum eſt ſolutio, & cum Cardinali Bellarmino dicente in libro de Scriptoribus Eccleſiaſticis de Ioanne Capræolo, quòd Ioann. Capreolus ſit defenſor Egregius Sancti Thomæ, & optimè diſſoluit omnia argumenta aduerſariorum: dicunt verba formalia Bellarmini, ergò ſi optimè diſſoluit per Bellarminum ſunt ſoluta argumenta cum his doctrinis hic: Sicut ſoluit Ariſtotelis contra antiquos dicendo in 3. de Cœlo, & in 3. Metaphiſic. veritatis cognitio, dubiorum eſt reſolutio.*

*Reſpondetur ſecundò cum Cardinali Sarnano Franciſcano doctiſſimo, cum ſexageſimaſexta concordantia, et ſimilitèr cum ſexageſimaquinta concordantia Bonẹherbẹ.*

*Reſpondetur tertiò cum Petro de Bergamo, et Bartholomęo Spina dicentibus in tabula Sancti Thomę, quod qui ſcit totam Logicam Sancti Thomæ, Philoſophiam etiam moralem, totam Metaphyſicam Sancti Thomę, et totam eiuſdem Theologiam, nullum poteſt facere argumentum contra Sanctum Thomam, et ideò ſubdit, quod iſti recentiores ſtudent tantummodò articulo, ſuper quem componunt, et non habent in mente omnia opera Sancti Thomę loquentis pręſuppoſitiuè, præſupponendo omnia ſupradicta, & dicendo, qua propter pręrumpunt in verba in tantum Magnum Doctorem nullo modo applicanda, quòd Sanctus Thomas contradicat ſibi ipſi, et ideò Cardinal. Sarnanus, quia ſciebat totum Sanctum Thomam concordauit ſimilitèr, etiam Ioannes Capræolus ſoluit argumenta aduerſariorum, cum locis Sancti Thomæ, quia totum in mente habebat Sanctum Thomam, et ideò Bellarmin. dicebat bene omnia ſoluere Capreolum.*

*Argumenta verò Vaſquez, Valentię, Molinæ, Suarez, etc. quia colliguntur, et ſoluuntur,* clarè

Digitized by Google

*clarè, diſtinctè, et breuitèr à Ripa, à Nazario, à Conſales, à Nauarretto, à Zenardo, et precipuè à* Montagnolo, *in prima parte Sancti Thomæ quæſt.* 109. *de principio exteriori humanorum actuum per quod iuuamur ad rectè agendum ſcilicet de gratia quantum ad eius neceſſitatem.*

*Vide noſtram expoſitionem* Petri Lombardi *aperientem mentem huius materiæ, vt in folio 71. hic, et infra pro 3. reſponſione Vulpes. Ac etiam vide 1. 2. et 3. folium pro reſponſione quarta, quinta, et ſexta ad argumentum eiuſdem Vulpes.*

R*eſpondetur ſeptimo cum concordantia Scoti, & Sancti Thomæ per Radam Franciſcanum hic.*

*Loca Sacræ* Scripturæ *hic, et infra à* Salmerone, Emanuel Sa, *à Toleto, à* Prierio, *Vegha, à Poſſeuino, à* Salian, *Torello in annalibus à creatione* Mundi, *quæ videntur repugnare aliquo modo Thomiſtis, quia ſunt concordata à nobis in fine noſtrę expoſitionis totius Bibliæ, et in Anatomia Biblię impræſſa ideò vide ea illic.*

## DISTINCTIO. XXVII.

### *Queſtio.* 1.

CIRCA vigeſimamſeptimam Diſtinctionem, quæritur. Vtrum habens gratiam poſſit de condigno mereri gloriam.

*Concluſio I.* Exiſtens in gratia poteſt per illam mereri gloriam de condigno, prima ſecundæ, quæſt. 14. articulo 3. Huius ratio eſt, quia opus meritoriũ in habente gratiam procedit à Spiritu Sancto, & à gratia, & ordinatur ad gloriam: ergo eſt condignum ipſi gloriæ, 2. ſentent. diſtinct. 27. quæſt. 1. artic. 3. Ratio eſt, quia inter opus informatum gratia, & gloriã eſt æqualitas proportionis: igitur eſt ibi meritum de condigno.

¶ Et quia in hoc loco dicit Sãct. Doct. quod redditio præmij pro merito pertinet ad iuſtitiam diſtribuitiuam.

Contra hoc arguit Durandus in præſenti diſtinct. quæſt. 2. primo. Vbi eſt iuſtitia diſtributiua, ibi eſt principaliter reſpectus perſonæ ad perſonam, & non actionis ad actionem, nec rei ad rem, ſed in redditione præmij non eſt huiuſmodi: ergo.

Reſpondeo. Quod actus meritorius poteſt duplicitèr conſiderari. Vno modo ſecundum ſubſtantiam ſuam, & ſic non eſt æqualis præmio ſecundum quantitatem abſolutam. Alio modo, vt eſt ex motione Spiritus Sancti, & ex gratia, & ex hac parte æquatur præmio etiam ſecundum æqualitatem quantitatis abſolutæ.

Secundò. Dicitur quod iuſtitia diſtributiua, & commutatiua in hoc conueniunt, quod vtraque reſpicit habitudinem rei ad rem, vel actionis ad actionem, vel paſſionem, ſed diuerſimodè, quia iuſtitia diſtributiua comparat actiones à diuerſis ſuppoſitis præcedentes, & ſecundum proportionem paſſionum, vt ſcilicet ei qui notabilius operatus eſt detur nobilior paſſio, ſiuè retributio boni, vel mali. Iuſtitia verò commutatiua non comparat duas actiones diuerſorum ſuppoſitorum, ſed conſiderat operationes alicuius abſolutè, & reddit paſſionem, vel in bono, vel in malo correſpondentẽ, vt patet in iniurijs, & beneficijs, idem dico de re, quia reddit rem æquiualentem rei receptæ, ſecunda ſecundæ, quæſtione ſexageſima prima, artic. 3. & 4. & ibi ad ſecundum. item 4. ſentent. diſtinct. 6. quæſt. 1. artic. 1. Et in iuſtitia commutatiua propriè dicta non ſufficit qualiſcunque redditio rei pro re, vel paſſionis pro actione niſi inter talia ſit æqualitas ſecundum quantitatem, & non ſolum ſecundum proportionẽ, ſed iſta ſecundum proportionem æqualitas eſt in iuſtitia diſtributiua, quia in retributione qua Deus reddit pœnas, & præmia; attenditur iſta proportio, vt ei qui magis operatus eſt, maius præmium, vel pœna detur, ideò eſt ibi iuſtitia diſtributiua, eſt tamen aliquis modus commutatiuæ eo quod operatio procedens à Spiritu Sancto, & à gratia æquatur prĕmio etiam abſolutè, vt ſupra dictum eſt. Ad formam argumenti negatur maior, quia vt dictum eſt, iuſtitia diſtributiua reſpicit habitudinem rei ad rẽ, & actionis ad paſſionem, ſed aliter quam commutatiua.

Secundò arguit contra concluſionem. Valor actus nunquam eſt à motore niſi ratione alicuius exiſtentis formaliter in actu, vel in potentia elicitiua: ergo, meritum noſtri actus non ex eo quod ſit à Spiritu Sancto, maximè cum moueat etiam ad actus non meritorios.

Reſpondeo. Negatur antecedens de motore immediate cauſante motum mobilis, actus autem meritorius procedit ex infinita charitate, & bonitate Dei, negatur etiam conſequentia, quia Spiritus ſanctus imprimit gratiam animæ, & charitatem voluntati, & licet mouet ad actus non meritorios, tamen aliter quàm ad meritorios, quia non meritorios non ordinant in finem ad beatitudinem pro eis redendam, tamen, quia non imprimit aliquid gratificans animam, ideò tales actus non ſunt digni vna æterna.

Tertiò. Falſum eſt id quod ponit S. D. in loco præallegato dicens, quòd gratia eſt ſeminarium

Digitized by Google

narium gloriæ, cum ſemen non ſit niſi eorum, quæ educuntur de potentia creaturæ.

Reſpondeo. Negatur antecedens. Nam aliquid eſt ſeminarium dupliciter. Alicuius primò, quia eſt eius cauſa materialis, vel effectiua coniuncta. Secundò quia eſt eius inchoatio, ſicut eſt forma remiſſa formæ, & gratia eſt ſeminarium gloriæ.

Quartò. Id non cadit ſub merito de condigno, quod nullo modo redditur ex debito operis, ſed gloria eſt huiuſmodi: ergo prima patet, minor probatur, tum quia Deus dat nobis libere gratiam: ergo ex hoc non eſt nobis debitor, vt det gloriam.

¶ Tum quia ſi decedenti in gratia Deus nõ daret gloriam, nihil iniuſtum faceret.

¶ Tum quia Deus non eſt nobis debitor ex noſtro opere, vt patet, nec ex ſua promiſſione, quia quod datur ex promiſſione, non datur ex merito operis de condigno, vt tu dicis.

Reſpondeo. Negatur minor: loquendo de opere meritorio, vt elicitur ex gratia, & ex ſpeciali influxu Spiritu Sancti, & cum tali ordine eius ad vitam æternam.

¶ Ad primam probationem dicitur quod licet Deus non ſit nobis debitor, tamen ipſe mouens voluntatem ad opus meritorium, & volens, quod tali actui reddatur vita ęterna, eſt debitor ſibimet, vt compleat, quod voluit.

¶ Ad ſecundam dicitur, negatur antecedẽs, quia illo caſu licet Deus non faceret iniuſtum creaturæ, faceret tamen voluntati, & bonitati ſuæ denegando ſibi, quod decet eam, prima parte, quæſtione ſecunda, articulo primò, & tertiò.

Ad tertiam dicitur, quod nullo modo nobis debitor eſt, ſecundò dicitur, quod ſi præmium nullo modo daretur nobis ex valore operis, ſed tantum ex permiſſione Dei, quod tunc opus nullo modo eſſet meritorium præmij, quod redditur de condigno: habet enim noſter actus valorem, tum, ex circunſtantijs, tum ex gratia, tum ex motionem Spiritus ſancti, qua diuina volitio licet non ſit meritoria: eſt tamen quaſi ratio merendi omnibus operibus meritorijs.

Quinto. Tale meritum de condigno eſt homini impoſſibile, ergo propter ipſum non debet poni in homine gratia.

Reſpondeo. Negatur antecedens quartò ſentẽtiar. diſtinctione quadrageſimaſexta quæſtione prima articulo ſecundò quæſtione prima. Nã condignum ſtrictè ſumendo nihil aliud eſt, niſi quia eſt dignum diuinam ordinationem impleri, & voluntatem eius, conſtat autem meritis noſtris reddi præmium ex diuina ordinatione, & voluntate, & ſic per dona Dei gratuita aliquid nobis efficitur debitum haberi à nobis, quòd prius non erat debitum, licet Deus non efficiatur nobis debitor, & ad meritum de condigno ſufficit, quod actio noſtra ſit æqualis vitę æternæ quantum ad valorem, quem habet ab extrinſeco, ſcilicet à cauſa ſua efficiente primaria, ſcilicet Deo, & quod ſecundum ſubſtantiam, & gratiam, & charitatem ſit proportionata vitæ eternæ, & ſic intelligitur tertio ſententiar. diſtinctione decimaoctaua, quæſt. 1. artic. ſecundò.

*In hac vigeſimaſeptima Diſtinctione, ſecũdi Sententiarum, & vnica quæſtione ſequenti confutantur hæreſes damnatæ, vt in noſtro Cõmentar. in text. Magiſtri, & confutantur etiam hæreſes, quæ ſunt in Abecedario, & in Ethimologijs hæreſum, & confutantur ſimilitèr Idolatriã, vt in Abecedario Idolorum in principio, vide ibi litera C. G. & P. ac etiam confutantur falſæ Theologię Fenicum, Egyptiorum, Gręcorum, Atlanticorum, Frigiorum, Gentium, &c. ab Euſebio in primo, ſecundo, tertio, & quarto libro de præparatione Euangelica contra Theologiam fabuloſam* Poetarum *antiquorum.*

*Ex concluſionibus, probationibus, & ſolutionibus argumentorum Capræoli ſoluuntur argumenta Vulpes,* & *aliorum recentiorum facilè, vt facit* Ariſtotelis *ad argumenta Antiquorum, quod veritatis cognitio dubiorum eſt ſolutio, & cum Cardinali Bellarmino dicente in libro de Scriptoribus Eccleſiaſticis de Ioanne Capræolo, quòd Ioannes Capræolus ſit defenſor Egregius Sancti Thomę, & optimè diſſoluit omnia argumenta aduerſariorum: dicunt verba formalia Bellarmini, ergo ſi optimè diſſoluit per Bellarminum, ſunt ſoluta argumenta cum his doctrinis hic: Sicut ſoluit Ariſtotelis contra antiquos dicendo in 3.* de Cœlo, *& in 3.* Metaphiſic. *veritatis cognitio, dubiorum eſt reſolutio.*

*Reſpondetur ſecundo cum Cardinali Sarnano Franciſcano doctiſſimo, cum ſexageſimaſeptima concordantia, & ſimilitèr cum ſexageſimaſexta concordantia Bonaherbæ.*

*Reſpondetur tertio cum Petro de Bergamo, & Bartholomæo Spina dicentibus in tabula Sancti Thomæ, quod qui ſcit totam Logicam Sancti Thomę, Philoſophiam etiam moralem, totam* Metaphyſicam *Sancti Thomæ, & totam eiuſdem Theologiam, nullum poteſt facere argumentum contra Sanctum* Thomam, *& ideo ſubdit, quod iſti recentiores ſtudent tantummodo articulo, ſuper quem componunt, & non habent in mente omnia Opera Sancti Thomæ loquentis præſuppoſitiuè, præſupponendo omnia ſupradicta, & dicendo, quæ*



Digitized by Google

*propter prarumpunt in verba in tantum Magnum Doctorem nullo modo applicanda, quod Sanctus Thomas contradicat ſibi ipſi, & ideo Cardinal. Sarnanus, quia ſciebat totum Sanctum Thomam concordauit ſimilitèr, etiam Ioannes Capreolus ſoluit argumenta aduerſariorum, cum locis Sancti Thomæ, quia totum in mente habebat Sanctum Thomam, & ideo Bellarm. dicebat bene omnia ſoluere Capreolum.*

*Argumenta vero Vaſquez, Valentiæ, Molinæ, Suarez, &c. quia colliguntur; & ſoluuntur, clarè, diſtinctè, & breuitèr à Ripa, à Nazario, à Conſales, à Nauarretto, à Zenenda, & præcipuè à Montagnolo, in prima ſecundæ Sancti Thomæ de merito quod eſt effectus gratiæ cooperantis.*

*Vide noſtram expoſitionem Petri Lombardi aperiẽtem mentem huius materiæ, vt in folio 71. hic, & infra pro 3. reſponſione Vulpes. ac etiam vide 1. 2. & 3. folium pro reſponſione quarta, quinta, & ſexta ad argumentum eiuſdem Vulpes.*

*Reſpõdet. 7. cum concordantia Scoti, & Sancti Thomæ per Radam Franciſcanum hic.*

*Loca Sacræ Scripturæ hic, & infra à Salmerone, Emanuel Sa, à Toleto, à Prierio, Vegba, à Poſſeuino, à Salian, Torello in annalibus à creatione Mundi, quæ videntur repugnare aliquomodo Thomiſtis, quia ſunt concordata à nobis in fine noſtræ expoſitionis totius Bibliæ, & in Anatomia Bibliæ impreſſa, ideo vide ea illic.*

## DISTINCTIO. XXVIII.

### *Quæſtio* 1.

CIRCA vigeſimamoctauam diſtinctionem quæritur, Vtrum homo ſine gratia poſſit præcepta legis implere.

*Conclusio I.* Homo poteſt multas veritates cognoſcere ſine gratia gratum faciente, prima ſecundæ. qu. 109. artic. primo, ſecundo ſenten. diſt. 28. quæſt. 1. art. 5. Huius ratio: quia in cognitione veritatum naturaliter cognoſcibilium poteſt homo per lumen naturale intellectus ſuppoſita generali motione Dei, ergo &c. Quod autem non poſſit in omnes, probatur. Nullus agens poteſt perfectè in effectum excedentem facultatem naturalem ſuam, niſi per formam ſibi ſuperadditam: ſed multæ veritates ſunt huiuſmodi ſcilicet illæ quæ non poſſunt educi ex ſenſibilibus: ergo ad eas indiget gratia ſuperaddita.

Sciendum autem quod nullus habitus eſt neceſſarius ad hoc quod intellectus articulis fidei aſſentiat abſolutè qualicunque aſſenſu, quia ſine tali habitu poteſt talibus aſſentire, & tamen neceſſarius ad hoc, vt aſſentiat faciliter & diſcretè, & hoc probant quatuor argumenta, quæ facit Durandus Doct. Sanct. in 3. ſentent. diſt. 24. quæſt. 3. articul. 3. quæſtiuncula ſecunda.

Secundò ſciendum eſt, quòd ad perfectionẽ cognoſcendi in materia morali, quid uolendum aut agendum ſit, requiritur poſt peccatum in ſtatu viæ ſpecialis illuſtratio rationis à Deo; non tamen habitualis, ſed actualis. prima ſecundæ, quæſtione centeſimanona articulo nono Ratio eſt: quia habens gratiam habitualem indiget ſpeciali motione diuina ad bene moraliter cogitandum: ergo multo magis carens gratia, & illa gratia motio non eſt ſola generalis influentia, ſed ſpecialis Dei directio ad rectè cogitandum. Maximè cum Apoſtolus dicat, non ſumus ſufficientes cogitare aliquid ex nobis, & hoc confirmat Gregorius in 2. diſtinctione 27. quæſtione prima quatuor rationibus.

*Conclusio II.* Licet homo abſq; gratia habituali poſſit in aliquas bonas uolitiones & actiones naturæ ſuæ proportionatas: non tamẽ in omnes: nec poteſt ſine gratia habituali in aliquod bonum meritorium, nec poteſt ſine ſpeciali auxilio Dei in aliquod bonum uelle aut agere ſiue ſit naturale, ſiue ſupernaturale, prima ſecundæ, quæſt. centeſimanona, articul. ſecundo, ratio primi eſt, natura infirma non poteſt in omnia opera ſani, ſed in præſenti ſtatu quolibet ante gratiam eſt ſpecialiter infirmus; ergo non poteſt in aliqua, quia natura non totaliter corrupta eſt.

¶ Secunda pars probatur, opus meritorium excedit proportionem naturæ hominis, ergo ad hoc neceſſaria eſt ſibi forma ſuperaddita, & hanc dicimus gratiam: ergo.

¶ Tertia pars probatur, ſic uoluntas creata ſe habet ad Deum, ſicut agens ſecundum ad primum: ergo præſupponit motionem Dei.

Cõtra arguunt multi, quod abſquè Dei auxilio viator in præſenti ſtatu poteſt recte moraliter velle, & agere. Primo exiſtens in peccato poteſt ex puris naturalibus habere attributionem cum debitis circumſtantijs, ſed illa erit moraliter bona: ergo, maior probatur, tum quia ſi non, ſequitur quod Deus eſſet acceptor perſonarum, quia unum iuſtificaretur, & non alium abſque diſpoſitione præuia, uel oportet dicere quod attritio non moraliter bona ſuffi-

ceret

Digitized by Google

cerret ad iuſtificationem.

¶Reſpondeo. Negatur maior, tùm quia contraria Auguſtino in hyponoſticon reſponſione tertia, & Ambroſio ſuper Lucam. Ad primam probationem dicitur, quòd acceptio perſonarum eſt duplex. Vna quæ in dando præmio attenditur genus, vel natio, vel alia prærogatiua perſonalis, & de hac negatur conſequentia. Alia eſt quæ ſimpliciter importat dilectionem, qua vnum alteri omninò ſimili præeligitur, aut prædiligitur ei, cui dona cōferuntur, & de hac negatur conſequentia.

Secundò. Voluntas ex ſe poteſt in actum demeritorium: ergo & in meritorium, tenet cōſequentia, quia oppoſita circa idem fieri habent.

Reſpondeo. Negatur conſequentia, ſicut non ſequitur, homo poteſt ex ſe errare circa articulos Fidei: ergo, & ea naturalitèr cognoſcere. Ad probationem non aliud concluditur niſi, quòd neutrum contrarium eſt ſubiecto repugnans, non tamen ſequitur, ſi vnum poteſt habere ex ſe, ita & reliquum.

Tertiò. Voluntas mediante charitate poteſt in actum meritorium: ergo, & ſine charitate, iã ex actibus elicitis mediante charitate poteſt generari vnus habitus naturaliter inclinans ad actus ſimiles: ergo moralitèr bonos.

¶Reſpondeo. Primò quòd hoc conceſſo, ſcilicet conſequenti, tamen neceſſaria eſt ſpecialis Dei motio ad illum actum meritorium, negatur tamen conſequentia. Ad aliud negatur antecedens, ſed per actum ſecundum augetur habitus præexiſtens, de ver.q.1.ar.10. ad 9.

Quartò. Homo ex puris naturalibus poteſt honorare parentes, & ſimiles actus præmio dignos ſaltem temporali: ergo, & actum moralitèr bonum, antecedens patet de Romanis, & obſtetricibus Hebræorum.

Reſpondeo, negatur antecedens, quia licet opera non exiſtentis in charitate poſſint eſſe moralitèr bona: & alicuius temporalis præmij meritoria, hoc tamen non habent ex voluntate à qua eliciuntur, ſed ex diuina motione, ſine qua non poſſent ad talia moueri. Quomodo autem actus infidelium non relati in Deum ſint peccata, vel non? ponit Sanct. Doct. ſecundo ſẽtentiar. diſtinct. 41. quæſt. 1 artic. ſecundo. Dicens, quod licet ſint boni bonitate eſſentiali, & ex genere ſuo: quia poſſunt cadere ſuper debitam materiam, & ex circunſtantia, & ita ſint boni moralitèr nunquam tamen meritorij, & quomodo actus infidelium poſſint eſſe vera virtus, non tamen meritorij, vel digni aliquo præmio? prima ſecundæ, quæſt. 65. articulo 2. ſecunda ſecundæ, quæſt. 23. artic. 7. & prima ſecundæ, quæſt. vlt. art. vlt. & ad ſecundum.

Contra arguit Gregorius in 2. diſtinct. 26. quæſt. ſecunda. Ille actus non eſt bonus moralitèr, qui non eſt factus propter id propter quod fieri debet, dicit Auguſtinus de moribus Eccleſiæ, capitulo octauo. Sed actus infidelium ſunt huiuſmodi, quia non fiunt propter Deum: ergo non ſunt boni moralitèr.

Reſpondeo. Ad hoc dicit S. Doct. 2. ſent. vbi ſupra ad quartum. Negando maiorem, quia actus infidelium non relati in Deum non ſunt ſemper peccatum, ſed ſolum pro illo tempore, in quo tenentur actum ſuum in finem vltimum referre. Ad auctoritatem Auguſtini, dum dicit omnes virtutes, quæ non operantur propter Deum, ſunt vitia, dicitur quod hoc poteſt exponi tripliciter. Primò quòd tales habitus ſunt vitioſi, ideſt, non habent perfectam rationem virtutis, hoc elicitur à Sãct. Doct. vbi ſupra ad ſecundum.

¶Secũdò dicitur, quod tales habitus ſunt vitia, ideſt cum vitio, & ſic gloſſat Sanct. Doct. vbi ſupra ad primum, Gloſſa, Ioann. 14. in qua dicitur, quòd omnis vita infidelium peccatum eſt.

¶Tertiò dicitur, quòd tales habitus ſunt vitia, quando non referuntur in Deum: non ſolũ negatiuè, ſed contrariè, quia, ſcilicet referuntur in finem contrariorum rectæ rationis, vbi ſupra ad quintum, ſecunda ſecundæ, quæſt. 10. art. 4.

Quintò, ex hoc ſequitur, quod homo non poſſet ex ſe vti libero arbitrio niſi male, hoc eſt contra Auguſtinum ſecundo de libero arbitrio, c. 15. ergo.

Reſpondeo. Conceditur conſequentia, & negatur falſitas conſequentis, quia primò Auguſtinus rettractationum cap. nono, dicit quod bonus vſus liberæ voluntatis neceſſariò eſt à Deo.

Sextò. Homo in ſolis naturalibus conſtitutus tenetur benè velle. Igitur poteſt ex ſe benè velle, probatur conſequentia, quia nullus tenetur ad id quod pro tunc eſt ſibi impoſſibile.

Reſpondeo, negatur conſequentia. Ad probationem dicitur, quod non eſt impoſſibile homini benè velle, licet ad hoc requiratur ſpecialis motio Dei. Poteſt etiam dici, ad antecedens, quod licet homo in ſolis naturalibus conſtitutus pro ipſo ſtatu teneatur benè agere, non tamen tenetur ex ſolis naturalibus benè agere, & ſic elicitur prima ſecundæ, quæſt. 109. art. 4 ad ſecundum.

Septimò. Illa ſpecialis motio non eſt gratia, nec eſt in hoc, quod tantum Deus efficiat actum volendi, & non voluntas, quia tũc actus non eſſet in poteſtate noſtra, nec ex hoc, quod Deus partialitèr efficiat ipſum, quia hoc modo concurrit omni actui per ſuam generalem



Digitized by Google

influentiam:ergo præter hanc non debet poni ſpeciales motio.

Reſpondeo. Quod illa motio ſpecialis, & in hoc quod immediatè efficit actum meritorium, licet non ipſe ſolus, ſed etiam voluntas quo efficit, ita quod Deus quodã ſpeciali modo operatur, ſcilicet faciendo ipſam voluntatem partialiter concurrere, ita quod ipſa voluntas partialitèr concauſat applicata, & quaſi inſtrumentalitèr mota à Deo ad particularitèr concauſandum, ita tamen quòd neceſſitatur, & non ſic adiuta nequaquam agere poſſet ad actum bonum. Ad actum verò malum ſolum primo modo concurrit Deus, quia non facit voluntatem agere actum malum ſicut bonum, & hoc eſt illud adiutorium Dei ſpeciale, de quo dicebatur, vt elicitur prima ſecundæ, quæſt. 109. art. 9. & 10.

Octauò. Hoc dicit Auguſtinus in de ſpiritu, & litera, & contra Manichæum lib. 2. & alibi.

Reſpondeo. Quod Auguſtinus intendit, quod infideles, & alij non habentes gratiam poſſint facere aliqua bona opera triplici bonitate, de qua ſupradictum eſt, illa tamen non fiũt ſine ſpeciali Dei auxilio nõ quidẽ habituali, ſed ſe habente per modum cuiuſdam paſſionis, & cuiuſdam motionis, & licet ibi dicat, quod iſta poſſumus per naturam, non tamen per ſolam naturam.

Nonò. Si homo non poteſt ex ſe bona agere: ergo ea non agendo non peccat. Si dicatur, quod homo poteſt benè agere, ſed non ſine auxilio Dei. Contra non eſt in hominis poteſtate, vt cum Deus iuuet: ergo ſi homo nõ poteſt bonum agere, non adiutus, ſequitur, quod non eſt in hominis poteſtate facere bonum.

Reſponſio data bona eſt. Ad improbationem dicitur, quod non omnis impotentia benè agendi excuſat hominem à peccato, ſi non benè agat, quia non illa quæ eſt pœna peccati, ſicut nec ignorantia, quæ eſt pœna peccati excuſat hominem à peccato, ſi non agit quod debet, homo autem in præſenti ſtatu eſt impotẽs ad benè agendum ex ſe propter culpam originalem, niſi enim illa fuiſſet cuilibet eſſet collatum auxilium, quo bene agere poſſet ſine alio ſpeciali auxilio, ſicut poterat primus homo ante peccatum, quod autem nunc non poteſt, nec tale auxilium habet, hoc eſt pœna peccati, & ideo ſi alicui Deus non auxiliatur illo ſpeciali ad benè agendum, non propter hoc excuſatur à peccato, quòd benè non agit, quòd agere debet, ſecus autem fuiſſet ſi primo antequam peccaſſet ideò auxilium ei de fuiſſet, tertio contra gent. cap. 148. & 109.

*Concluſio III.* Homo pro iſto ſtatu non poteſt ſine gratia habituali implere omnia præcepta legis diuinæ perfectè, poteſt tamen ſine ea implere aliqua imperfectè licet ſemper requiratur auxilium Dei Sanct. Doct. prima ſecundæ quæſt. 109. art. 4.

*Concluſio IV.* Nullus homo in præſenti ſtatu poteſt ſine habituali gratia vitare omnia, & ſingula peccata mortalia Sanct. Doct. vbi ſupra art. 8.

¶ Prima pars probatur, nullus culpandus eſt pro actu, quem vitare non poteſt, ſed homo ſine gratia exiſtens inculpatur pro ſuo peccato mortali: ergo illum poteſt vitare.

Secunda pars probatur, nulla voluntas adhærens peruerſo fini, vel peruerſè habituata, vel non ſubdita rectæ regulæ poteſt diù carere electione peruerſa, ſed quælibet voluntas in præſenti ſtatu carens gratia eſt huiuſmodi: ergo.

Contra arguit Durandus in 2. diſt. 28. quæſt. 3 primo. Quòd pertinet ad naturam, non amittitur per peccatum, ſed in ſtatu naturæ integræ homo poterat vitare omne peccatum mortale: ergo nunc, & ſimilitèr venialia ex genere ſuo vitare poſſumus cum ſequantur deliberationem.

Reſpondeo, primò negatur minor, quia etiam in ſtatu naturæ integræ homo non poterat omnia vitare peccata ſine ſpeciali auxilio Dei, licet non indigeret in illo ſtatu aliquo habitu infuſo, nec poſſet vitare omne mortale, eſt naturale homini abſolutè, licet pertineat ad naturam, vt integra. Idem dico de veniali, quod nõ poteſt vitare omne veniale, collectiue ſumptum 3. contra gent. cap. 159.

Secundò exiſtens in peccato mortali ſi non ſumit Euchariſtiam in die Paſchæ peccat, quia facit contra præceptum, ſi ſumit peccat: ergo nullo modo poteſt vitare peccatum mortale.

Reſpondeo. Præcepta ſunt in triplici differentia. Aliqua ſunt præcepta charitatis, ſcilicet de diligendo Deum, & proximum, & peccatum oppoſitum huic præcepto non poteſt vitare exiſtens in peccato mortali, cum non diligat Deum ſupra omnia, licet hoc poſſit in ſẽſu diuiſo, ideſt habeat potentiam, ſcilicet volũtatem, cui non repugnat talis dilectio quamuis ei repugnat talis dilectio quamuis ei repugnat in ſenſu cõpoſito, vt ſtat ſub mortali. Alia ſunt præcepta in lege, & Euangelio per Apoſtolos, & eorum ſucceſſores introducta, vt patet de ſumendis Sacramentis, & peccata iſtis oppoſita eodem modo vitare non poteſt ille, qui eſt in mortali, & de his procedit argumentum. Alia ſunt præcepta præter hæc vtputa alia, quæ ſunt in decalogo, ſcilicèt honorare parentes, & cætera. Et peccata iſtis oppoſita poteſt vitare ille, qui eſt in mortali diuiſim, ideſt, poteſt vitare hoc, & illud, non tamen copulatiuè, quia nõ poteſt ſtare per longũ tẽpus quin in aliquod incurrat.

¶ Ali-

Digitized by Google

¶Elicitur hoc prima ſecundæ quæſt. 100. artic. 10. & 3. ſentent. diſtinct. 36. quæſt. 1. art. 6.

¶Et ſi quæratur vnde prouenit iſta impotētia? dicit quod ex infirmitate contracta per peccatum originale, & etiam ex diſpoſitionibus derelictis ex peccato mortali præcedenti, quia non ſolum ex vno peccato neceſſitatur homo ad aliud quando actualiter afficitur ad peccatum præcedens, ſed etiam alijs modis nã vnum peccatum poteſt eſſe cauſa alterius multipliciter, prima ſecundæ, quæſt. 15. artic. 4. Ex quo patet in propoſito, quod peccatum præcedens efficit peccatum ſequens dupliciter. Primò per accidens inquantum tollit gratiam, & alia quibus retrahitur à peccato, potiſſimè adhæſionem hominis ad Deum, vt ad vltimum finem. Secundò per ſe inquantum ex peccato præcedenti non adhæret actu, vel habitu peruerſo fini. Ex iſtis enim duobus neceſſitatur homo, vt non diu ſtet ſine commiſſione, vel omiſſione damnabili. Et licet carens gratia gratum faciente poſſit in ſingula opera bona bonitate morali, non tamen in omnia.

Tertiò. Ille qui eſt in peccato mortali, habet præceptum à Deo, vt vitet ſingula peccata: ergo hoc non eſt impoſſibile, cum Deus impoſſibilia non præcipiat.

Reſpondeo. Quod licet non ſit ei impoſſibile abſolute, eſt tamen impoſſibile, quod ſe ſolo vitet ſingula ſine Diuino auxilio Dei. Itē eſt ei impoſſibile, vt eſt in peccato mortali, licet non ſimpliciter.

Contra hoc arguit, ponatur quod aliquis nō diſponat ſe ad gratiam, ſi tunc ſtat culpa, non poteſt ſe ſubleuare à culpa, ſi non ſtat, redit argumentum prius.

Reſpondeo. Quod in illo caſu non poteſt vitare culpam, non tamen eſt excuſatus, tum quia illa impotentia eſt voluntaria ratione præcedentis actus peccati, tum quia eſt pœna peccati præcedentis, tum quia non eſt impoſſibilitas abſoluta, ſed conditionata.

Quartò. Gratia relinquit voluntatem liberam ad bonum, & ad malum, ſed dat efficaciã mereri: ergo priuatio gratiæ, ſcilicet peccatum relinquit eandem libertatem ad bonum, & malum moraliter, & remouet tantum efficaciam merendi:

Reſpondeo. Primò dicitur ad antecedens, quod voluntas non poteſt benè agere moraliter ſine ſpeciali Dei auxilio. Item negatur idē antecedens, quia gratia datur non ſolum ad merendum, ſed etiam ad ſanandum liberum arbitrium in ſtatu poſt peccatum. Item negatur conſequentia, quia pauciora ſufficiunt tàm ad malum actum quàm ad bonum.

Quintò, peccator in quolibet tempore poteſt vitare quodlibet peccatum: ergo ſemper tenet conſequentia, quia vitando ſit fortior ad vitandum aliud.

Reſpondeo. Negatur antecedens copulatiuè accipiendo: quia non valet, in hoc tempore cauere poteſt peccatum, & ſimiliter in tempore ſequenti: ergo poteſt in omni, vt ly omni ſtat copulatiuè.

¶Ad improbationem dicitur, quod licet vitando vnum ſine gratia efficiatur fortior ad vitandum aliud eiuſdem ſpeciei, non tamen ad peccata diſparata, quia vitando vnum, non cauet aliud, quod primo ſubripit. Multa alia argumenta facit Gregor. quæ tantum probant, quod homo ſine ſpeciali auxilio Dei non poteſt vitare peccatum etiam ſingulum, & hoc cōceditur, nam ſpeciale auxilium multis datur, qui non habent gratiam, ideò non ſequitur, quod gratia ſemper ſit neceſſaria ad vitandum quodlibet peccatum, licet non copulatim.

*Concluſio V.* Nullus exiſtens in peccato mortali poteſt ſe ad gratiam habitualem ſufficienter præparare ſine Dei auxilio, prima ſecundę, quæſt. 109. art. 6. Huius ratio eſt, quia nullus conuertitur ad Deum, ſicut ad vltimum finem ſine motione Dei gratuita, ſed quicunq; ſe præparat ad gratiam conuertitur ad Deum hoc modo: ergo, &c.

Contra arguit Durandus in præſenti diſtinctione quæſt. 1. primo. In introductione animæ rationalis, licet ſolus Deus eàm infundat, tamen natura propria virtute diſponit materiam ergo in infuſione gratiæ, licet ſit à ſolo Deo, poteſt ſe voluntas propria virtute diſponere.

Reſpondeo. Negatur antecedens pro vltima parte, quia natura non diſponit materiam, niſi mota à Deo. Item quia vltima diſpoſitio ad animam rationalem, & remanens cum ea immediatè à Deo cauſatur ſicut ab agēte principali, licet ſit à creatura ſicut à cauſa inſtrumētali mota à principali. Negatur etiam conſequentia, quia anima rationalis non eſt finis excedens præparationem naturæ creatæ, ſicut eſt per quam Spiritus Sanctus habitat in nobis, & coniungit nos fini, qui totius creatæ naturæ proportionem excedit.

*In hac vigeſimaoctaua diſtinctione, 2. Sententiar. & vnica quæſtione ſequenti confutantur hæreſes damnatæ, vt in noſtro Commentar. in text. Magiſtri, & confutantur etiam hæreſes, quæ ſunt in Abecedario, & in Ethimologijs hæreſum, & confutantur ſimilitèr Idolatriæ, vt in Abecedario Idolorum in principio, vide ibi litteraG. H. L. & P. ac etiam confutantur falſa Theologia Fenicum, Egyptiorum, Græcorum, Atlanticorum, Frigiorum, Gentium, &c. ab Euſebio in primo, ſecundo, tertio, & quarto libro*

Digitized by Google

*libro de præparatione Euangelica contra Theologiam fabuloſam Poetarum antiquorum.*

*Ex concluſionibus, probationibus, & ſolutionibus argumentorum Caprçoli ſoluuntur argumenta Vulpes, & aliorum recentiorum facilè, vt facit Ariſtotelis ad argumenta Antiquorum, quod veritatis cognitio dubiorum eſt ſolutio, & cum Cardinali Bellarmino dicente in libro de Scriptoribus Eccleſiaſticis de Ioanne Capreolo, quòd Ioann. Capreolus ſit defenſor Egregius Sancti Thomæ, & optimè diſſoluit omnia argumenta aduerſariorum: dicunt verba formalia Bellarmini, ergò ſi optimè diſſoluit per Bellarminum ſunt ſoluta argumenta cum his doctrinis hic: Sicut ſoluit Ariſtotelis contra antiquos dicendo in 3. de Cœlo, & in 3. Metaphiſic. veritatis cognitio, dubiorum eſt reſolutio.*

*Reſpondetur ſecundò cum Cardinali Sarnano Franciſcano doctiſſimo, cum ſexageſimaoctaua concordantia, et ſimilitèr cum ſexageſimaſeptima concordantia Bonçberbç.*

*Reſpondetur tertiò cum Petro de Bergamo, et Bartholomço Spina dicentibus in tabula Sancti Thomç, quod qui ſcit totam Logicam Sancti Thomæ, Philoſophiam etiam moralem, totam Metaphyſicam Sancti Thomç, et totam eiuſdem Theologiam, nullum poteſt facere argumentum contra Sanctum Thomam, et ideò ſubdit, quod iſti recentiores ſtudent tantummodò articulo, ſuper quem componunt, et non habent in mente omnia opera Sancti Thomç loquentis prçſuppoſitiuè, præſupponendo omnia ſupradicta, & dicendo, quæ propter prçrumpunt in verba in tantum Magnum Doctorem nullo modo applicanda, quòd Sanctus Thomas contradicat ſibi ipſi, et ideò Cardinal. Sarnanus, quia ſciebat totum Sanctum Thomam concordauit ſimilitèr, etiam Ioannes Capreolus ſoluit argumenta aduerſariorum, cum locis Sancti Thomæ, quia totum in mente habebat Sanctum Thomam, et ideò Bellarmin. dicebat benè omnia ſoluere Capreolum.*

*Argumenta verò Vaſquez, Valentiç, Molina, Suarez, etc. quia colliguntur, et ſoluuntur, clarè, diſtinctè, et breuitèr à Ripa, à Nazario, à Conſales, à Nauarretto, à Zenardo, et prçcipuè à Montagnolo, in prima ſecudç Sācti Thomæ quæſt. 103. de gratia quantum ad eius effectum.*

*Vide noſtram expoſitionem Petri Lombardi aperientem mentem huius materiæ, vt in folio 71. hic, et infra pro 3. reſponſione Vulpes. Ac etiam vide 1. 2. et 3. folium pro reſponſione quarta, quinta, et ſexta ad argumentum eiuſdem Vulpes.*

*Reſpondetur ſeptimo cum concordantia Scoti, & Sancti Thomæ per Radam Franciſcanum hic.*

*Loca Sacræ Scripturæ hic, et infra à Salmerone, Emanuel Sà, à Toleto, à Prierio, Vegha, à Poſſeuino, à Salian, Torello in annalibus à creatione Mundi, quæ videntur repugnare aliquo modo Thomiſtis, quia ſunt concordata à nobis in fine noſtrç expoſitionis totius Bibliæ, et in Anatomia Bibliç impreſſa ideò vide ea illic.*

## DISTINCTIO. XXIX.

### *Quçſtio. I.*

CIRCA vigeſimamnonam Diſtinctionem, quæritur. Vtrum homo in ſtatu innocentiæ abſque ſpeciali Dei auxilio fuerit ſufficiens ad agendum aliquem actū moraliter bonum.

*Concluſio I.* Primus homo fuit creatus in gratia gratum faciente 1. parte, quæſt. 95. art. 1.

*Concluſio II.* Primo homo in ſtatu innocentiæ non potuit ſine ſpeciali Dei auxilio agere actum moraliter bonum, ſecundum omnem circunſtantiam neceſſariam tali actui, prima ſecundæ, quæſt. 109. artic. 2. 3. & 4. & 6. & de verit. quæſt. 24. artic. 14. Et cum dicitur ibi, quod non indigebat gratia habituali ad benè moraliter agendum, ſed tantum ſpeciali auxilio Dei, hoc intelligitur de gratia habituali diſtincta à iuſtitia originali, & nuda non eis ſufficeret ad talia.

Contra ſecundam concluſionem arguitur ſic à Gregor. Primò hoc eſt contra Auguſtinum in hypognoſticon reſponſione tertia.

Reſpondeo. Ibi intendit Auguſtinus, quòd alij homines indigent duplici auxilio, ſcilicet, motione Dei ſpeciali, & gratia habituali, non autem primus homo, quia non indigebat alio dono habituali, vltra id quod habebat à ſui creatione, cœteri verò homines poſt ſui creationem indigent duobus nunc dictis.

*Secundò.* Adam, ſtante generali influentia Dei, aut potuit ſeruare mandatum, & ſic habetur propoſitum, aut non, & ſic non peccauit.

Reſpondeo. Quod non, ſine ſpeciali auxilio. Ad probationem dicitur eſt duplex impotentia, vna ex imperfectione potentiæ operatiuæ, & talis excuſat, alia ex non concurſu cauſæ ſuperioris cum ſecunda, & talis non excuſat, quando cauſa ſecunda præſtat impedimentum concurſui cauſæ primæ, & ita fecit Adam, & Angelus malus.

Tertiò homo poteſt habere perfectā cognitio-

tionem, & volitionē ſine ſpeciali Dei auxilio: ergo, &c. probatur antecedens, poteſt cognoſcere Deum eſſe ſummè honorandum: ergo, aut ſine auxilio, & ſic habemus propoſitum, aut non ſine auxilio, & ſic de ſe habebit ignorantiā inuincibilem reſpectu huius, & non peccabit hoc omittendo. Item ſi homo non poſſet ſine auxilio, ſequitur quod homo non eſſet conſiliarius, cum conſilium non ſit de impoſſibili: ſecunda pars principalis antecedētis probatur, ſi homo non poſſet ſine ſpeciali auxilio elicere circa Deum actum dilectionis bonum moraliter, talis actus eſſet ſupra facultatem humanæ naturæ, cuius oppoſitum habetur Deuteronom. 30 cap.

Item. Habita notitia quòd Deus eſt ſummè amandus, aut voluntas elicit actum bonum, & ſic habetur propoſitum, aut malum, & ſic omittere illum actum amandi eſſet bonum, quia ceſſare à malo habet rationem boni.

Reſpondeo. Negatur antecedens. Ad probationem dico, quod non poteſt de ſe. Ad improbationem dico, quod ignorantia, ſi dicatur inuincibilis ſine adiutorio ſpeciali Dei, ſicut negatur falſitas conſequentis.

¶ Ad improbationem quæ dicitur, quod talis ignorantia non imputatur homini, dico quòd hoc eſt intelligendum de ignorantia, quę non eſt peccatum, aut pœna peccati, talis autem eſt iſta.

¶ Ad aliam probationem negatur conſequētia, quia homo, licet nō habeat ex ſe, ſed à Deo animum, & alia per quæ poteſt conſiliari, eſt tamen in potentia ad conſilium quid, & quemadmodum ſecundum omnes circunſtantias requiſitas ad bonitatem actus moralem agendum eſt.

¶ Ad probationem ſecundæ partis antecedentis conceditur, quod non ſufficit facultas humanæ naturæ ex ſe, nec oppoſitum dicit ſcriptura, ſed non excedit facultatem, ideſt non repugnat, non quod cum auxilio Dei eliciat talem actum.

¶ Ad ſecundam eiuſdem dico, quod voluntas nō adiuta ſpeciali auxilio Dei, eliceret actū malum moraliter, quia ſcilicet non diligeret eū propter Deum, vel ſuper omnia, ſed propter ſeipſum. Ad probationem negatur conſequētia, ſicut non valet, quando quis dat eleemoſynam indigenti propter vanam gloriam, ille actus eſt culpabilis, ergo ceſſare ab illo actu, eſt laudabile, nec hoc fauet Manicheo, quia ipſe volebat quod natura humana pro omni ſtatu ſuo ſemper fuit determinata ad malum, ita vt non poſſet vitare peccatum, & quod hoc poſſet ſibi non ex vitio contracto, ſed ex ipſa natura quadam, & ſubſtantia materiali ex qua dicebat naturam humanam eſſentialiter eſſe cōpoſitam.

Quartò. Ad faciendum bonum actum moraliter, ſufficit potentia finita, cum ipſe actus non ſit infinitus: ergo non requiritur ſpeciale adiutorium Dei.

Reſpondeo. Quod ſufficit potentia finita in cauſa proxima eliciua illius actus, ſed requiritur motio à priori cauſa infinita.

*In hac vigeſima nona diſtinctione, 2. Sententiar. & vnica quæſtione ſequenti confutantur hæreſes damnatæ, vt in noſtro Commentar. in text. Magiſtri, & confutantur etiam hæreſes, quæ ſunt in Abecedario, & in Ethimologijs hæreſum, & confutantur ſimiliter Idolatriæ, vt in Abecedario Idolorum in principio, vide ibi litteram B. H. I. & M. ac etiam confutantur falſa Theologia Fenicum, Egyptiorum, Græcorum, Atlanticorum, Frigiorum, Gentium, &c. ab Euſebio in primo, ſecundo, tertio, & quarto libro de præparatione Euangelica contra Theologiam fabuloſam Poetarum antiquorum.*

*Ex concluſionibus, probationibus, & ſolutionibus argumentorum Capręoli ſoluuntur argumenta Vulpes, & aliorum recentiorum facile, vt facit Ariſtotelis ad argumenta Antiquorum, quod veritatis cognitio dubiorum eſt ſolutio, & cum Cardinali Bellarmino dicente in libro de Scriptoribus Eccleſiaſticis de Ioanne Capreolo, quòd Ioann. Capreolus ſit defenſor Egregius Sancti Thomæ, & optimè diſſoluit omnia argumenta aduerſariorum: dicunt verba formalia Bellarmini, ergò ſi optimè diſſoluit per Bellarminum ſunt ſoluta argumenta cum his doctrinis hic: Sicut ſoluit Ariſtotelis contra antiquos dicendo in 3. de Cœlo, & in 3. Metaphiſic. veritatis cognitio, dubiorum eſt reſolutio.*

*Reſpondetur ſecundò cum Cardinali Sarnano Franciſcano doctiſſimo, cum ſexageſimanona concordantia, et ſimilitercum ſexageſimaoctaua concordantia Bonęherbę.*

*Reſpondetur tertiò cum Petro de Bergamo, et Bartholomęo Spina dicentibus in tabula Sancti Thomę, quod qui ſcit totam Logicam Sancti Thomę, Philoſophiam etiam moralem, totam Metaphyſicam Sancti Thomę, et totam eiuſdem Theologiam, nullum poteſt facere argumentum contra Sanctum Thomam, et ideò ſubdit, quod iſti recentiores ſtudent tantummodò articulo, ſuper quem componunt, et non habent in mente omnia opera Sancti Thomę loquentis pręſuppoſitiuè, præſupponendo omnia ſupradicta, & dicendo, quæ propter prærumpunt in verba in tantum Magnum Doctorem nullomodo applicanda, quòd Sanctus Thomas con-*

*contradicat ſibi ipſi, et ideò Cardinal. Sarnanus, quia ſciebat totum Sanctum Thomam concordauit ſimilitèr, etiam Ioannes Capreolus ſoluit argumenta aduerſariorum, cum locis Sancti Thomæ, quia totum in mente habebat Sanctum Thomam, et ideò Bellarmin. dicebat bene omnia ſoluere Capreolum.*

*Argumenta verò Vaſquez, Valentiæ, Molinæ,* Suarez, *etc. quia colliguntur, et ſoluuntur, clarè, diſtinctè, et breuitèr à Ripa, à Nazario, à Conſales, à Nauarretto, à Zenardo, et præcipuè à Montagnolo, in prima parte Sancti Thomæ quæſt. 95. de pertinentibus ad voluntatem primi hominis, ſcilicet de gratia, & virtute, & iuſtia.*

*Vide noſtram expoſitionem Petri Lombardi aperientem mentem huius materiæ, vt in folio 71. hic, et infra pro 3. reſponſione Vulpes. Ac etiam vide 1. 2. et 3. folium pro reſponſione quarta, quinta, et ſexta ad argumentum eiuſdem Vulpes.*

R*eſpondetur ſeptimo cum concordantia Scoti, & Sancti Thomæ per Radam Franciſcanum hic.*

*Loca Sacræ Scripturæ hic, et infra à* S*almerone,* Emanuel Sa, *à Toleto, à* P*rierio, Vergha, à Poſſeuino, à Salian, Torello in annalibus à creatione* Mundi, *quæ videntur repugnare aliquo modo Thomiſtis, quia ſunt concordata à nobis in fine noſtræ expoſitionis totius Bibliæ, et in Anatomia Bibliæ impreſſa ideò vide ea illic.*

## DISTINCTIO XXX.

### *Quæſtio.* 1.

CIRCA trigeſimam Diſtinctionē, quæritur. Vtrum defectus, quos ſentimus in nobis ſint pœna pro peccato Adæ.

*Concluſio I.* Mors, & alij defectus corporales, & ſpirituales vno modo ſunt pœna, & effectus peccati, & alio modo ſunt naturales homini. Prima pars probatur, prima ſecundæ quæſt. 85. artic. 5. Quia primum peccatum Adæ remouit iuſtitiam originalem prohibentem omnes defectus conſequentes naturam humanam tàm ex parte animæ, quàm ex parte corporis: ergo, &c. Secunda pars probatur vbi ſupra artic. 6. & ſecunda ſecundæ, quæſt. 163. artic. 1. ad primum, & 2. ſententiar. diſtinct. 30. quæſt. 1. artic. 1. Cuius ratio eſt, quia illud eſt naturale alicui in ſe conſiderato, quod ex principijs naturæ ſuæ non impeditis cauſatur, ſed mors, & huiuſmodi defectus nati ſunt cauſari ex principijs humanæ naturæ non impeditis: ergo, &c.

Contra ſecundam partem arguit Durandus in 30. diſtinct. 2. quæſt. 1. quod homo non ſit corruptibilis naturalitèr, eo quod elementa agant adinuicem. Primò actio elementorum non eſt ratione ſuarum qualitatum contrariarum, cum tales non remaneant in mixto, cum contraria non ſint in eodem, nec vna qualitas agit in aliam: ergo non contrariam. Puta calidum in humidum, quia aut ageret in ipſum, vt in contrarium, & hoc non, quia non ſunt cōtraria. Aut vt in ſubiectum, & hoc non. Tum quia humidum non eſt ſubiectum calidi. Tum quia idem non eſt ratio agendi actione vniuoca ſuo ſubiecto, quia ſubiectum eſſet in actu, ex eo, quòd habet talem formam, & in potentia ex eo quòd forma illi ſimilis in eo cauſaretur. Tùm, quia nullum agens corrumpit ſubiectum, in quod agit niſi per accidens corrūpatur aliquid, quid requirebatur ad ſubiectam exiſtentiam, ſed calidum non corrumpit aliquid, ſine quo non poſſit eſſe humidum.

Reſpondeo, quod in mixto remanent elementa virtualitèr, ſcilicet quantum ad qualitates ſuas, & ſic vna qualitas agit in aliam ſibi contrariam, & etiam in non contrariam. Ad probationem negatur antecedens, quia duæ qualitates contrariæ poſſunt eſſe in eodem ſubiecto adæquato, vt patet de malo, quæſt. 5. articul. 5. ad ſextum, & 4. ſentent. diſtinct. 44. q. 1. artic. 1. quæſt. 1. ad quartum. De veritate, quęſtione octaua, artic. 14. & hoc intelligitur, quòd remanent in eſſe remiſſo, & ſic in mixto ſunt qualitates contrariæ, ex quarum actione poteſt ſequi corruptio mixti, ſed ex regulatione per formam ſubſtantialem impeditur per tempus corruptio mixti.

Ad primam probationem, quò vna qualitas non agat in aliam ſibi non contrariam, dicitur quod agit in eam tanquam in ſubiectum, non ſic intelligitur, quod caliditas ſit ſubiectiuè in humiditate, ſed quòd idem ſubiectum eſt calidum, & humidum.

Ad ſecundum negatur conſequentia, quia calor non ſolum agit actione vniuoca, ſcilicet cauſando calorem, ſed etiam æquiuocè, vtputa rarefaciendo, & ideò non eſt inconueniens, ſi agit in proprium ſubiectum, vt inſtrumentum alicuius formæ ſubſtantialis extrinſecæ, vel etiā intrinſecæ ipſi mixto, vt patet in mixtis viuentibus, in quibus calor, vt inſtrumentum animæ vegetatiuæ agit per totum corpus.

Ad tertiam negatur minor, quia calor conſumit humiditatem proprij ſubiecti inquantū corripit denſitatem, quam requirit humiditas, & cauſat in eo raritatem illi incompoſſibilem. Ad quam raritatem ſequitur exhalatio humi-

di in

Digitized by Google

di in toto vel in parte extra mixtum, & ex cōſequenti corruptio.

Secundò. in mixto non eſt principium actiuum ſuæ corruptionis: ergo non corrumpitur ex actione qualitatis elementaris, antecedens probatur, quia corrumpitur tantum à continente.

Reſpondeo, negatur antecedens. Quia in omni, quod corrumpitur, eſt principium actiuum, tanquam quod, aut tanquam quo, licet concurrat agens extrinſecum, ſiuè ſit cœlum, ſiuè locus continens, vel aliquid aliud, quod intendit vnam qualitatem mixti, & remittit aliam, & qualitas illa intenta eſt principium actiuum, quo deſtructionis alterius qualitatis, & ex conſequenti ſubſtantia, vt dicit Albertus quarto meteororum, tractatu primo, cap. 4. dicens quod calor inquantum calor alterat, diſſoluit, & congregat homogenea, & diſgregat heterogenea, & calor inquantum eſt naturalis habet virtutem formatiuam naturæ cuius eſt naturalis inquantum in eo eſt virtus cœli, & motorum cęleſtium, & formæ illius naturę quàm forma, vt patet in calore ſeminis, qui figurat organa, & ordinat membra. Et calor, vt calor, & naturalis ſimul digerit humidum, & commiſcet ſicco, vt ſit proportionatum formæ mixti huius, vel illius, non enim hoc facit ſolum, vt calor, quia ſic reſolueret totum humidum, ſed inquantum eſt etiam naturalis.

*Concluſio* II. Aliqui defectus in nos per originem venientes habent rationem culpæ 2. ſententiar. diſtinct. 30. artic. 1. quęſt. 1. prima ſecundæ, quęſt. 81. art. 1. de malo quęſt. quarta articulo primo.

Contra arguit Durandus hic quæſt. 2. art. 2. Id quod habet propriè rationem culpæ eſt directè voluntarium, ſed id quod contrahimus per originem non eſt directè à nobis voluntarium: ergo.

Reſpondeo, quod peccatum originale non habet & ſtrictè rationem culpæ, quia non eſt voluntarium voluntate aliena, ſed ſolum indirectè, de malo, quæſt. 4. art. 1. 2. ſen. diſt. 33. quæ. 2. art. 1 ad ſecundum. Ex quibus patet, quod peccatum originale minimum habet de voluntario. Secundò quod peccatum dicitur æquiuocè de originali, & actuali. Tum, quia alia peccata conſiſtunt in deordinatione actus vel omiſſionis, hoc autem in deordinatione naturæ. Tum quia alia peccata ſunt voluntaria voluntate proprij ſuppoſiti, in quo ſunt: hoc autē voluntate naturæ, & alieni ſuppoſiti. Tum quia alia habent rationem culpæ ex relatione ordinationis in eis repertæ ad proprium ſubiectum: hoc autem non habet rationem culpę, niſi ex relatione ad naturam, vel ad ſuppoſitum extrinſecum, ſcilicet Adam.

Secundò. Id quod eſt propriè culpa eſt commiſſio vel omiſſio voluntaria, 3. de libero arbitrio, cap. 4. ſed originale non eſt huiuſmodi: ergo.

Reſpondeo. Maior eſt vera de alijs peccatis, ſed non de originali, cum peccatum dicatur æquiuocè de eis, & ſic argumentum non ſequitur.

*Concluſio. III.* Peccatum originale non poteſt dici propriè habitus poſitiuus per modum qualitatis aut alicuius formæ abſolutæ inclinatiuus ad malos actus, prima ſecundæ, quæſtione octuageſimaſecunda, articulo primo. Huius ratio: quia peccatum originale eſt quædam habitudo, aut ordo ad voluntatem primi parentis cum negatione habitus poſitiui, ſcilicet iuſtitiæ originalis: ergo non eſt propriè actus.

Contra arguit Gregorius hic art. 2. primò. Originale eſt concupiſcentia qua homo inclinatur ad actualiter concupiſcendum: ergo eſt habitus: antecedens eſt Auguſtini in libro de nuptijs, & contra Iulianum, lib. 6. cap. 28. & primo retractationum, cap. 15. & in multis alijs locis: ergo, &c.

Reſpondeo, quòd Auguſtinus ſumit concupiſcentiam non pro potentia concupiſcibili, nec pro aliquo actu eius: nec pro aliquo habitu poſitiuo de genere qualitatis, ſed pro quadam habitudine ad inordinatè concupiſcendum, de malo, quæſt. 4. artic. 2. Ex quo patet, quòd concupiſcentia non dicit id quòd eſt formale in peccato originali, ſed id quod eſt materiale: & quòd talis concupiſcentia non eſt aliud quàm pronitas inferiorum virium ad rebellandum rationi, vbi ſupra ad. 8.

Et ſi dicatur quòd Auguſt. dicit peccatum originale eſſe concupiſcentiam, quæ eſt qualitas: reſpondetur quòd Auguſt. accipit qualitatem pro omni eo quod denominat aliud ſiue ſit poſitiuum ſiue ſit priuatiuum, habet enim & multa alia nomina: vt patet, 2. ſent. diſt. 30. in expoſitione litterę.

Ex his patet quòd cum originale non ſit habitus diſpoſitiuus, non oportet quęrere cauſam productiuam talis qualitatis, & ſi quando Auguſt. dicat quòd eſt cauſata à diabolo, dicitur quod intendit diabolum fuiſſe cauſam infectionis carnis peccatorum parentum per modum remouentis prohibens: inquantum conſuluit eis peccatum quòd abſtulit iuſtitiam originalem, prohibentem huiuſmodi concupiſcentiam.

*Concluſio IV.* In peccato originali eſt aliquid quaſi materiale, ſcilicet concupiſcentia habitualis: & aliquid quaſi formale, ſcilicet priuatio



Digitized by Google

natio iuſtitiæ originalis, prima ſecundæ, quæſt. 82. artic. 3. & 2. ſentent. diſt. 30. articul. 3. Et talis concupiſcentia non dicit niſi habilitatem ab actus inordinatos virium inferiorum, & quendam reſpectum vel habitudinem vel fortè negationem, & non aliquid poſitiuum abſolutum, ſecundo ſentent. vbi ſuprà ad primum; & ad hanc concupiſcentiam pertinet etiam inordinatio virtutis cogitatiuæ, & etiam intellectus, prima ſecundæ, quæſt. 83. artic. 3. ad 3. Et ſic inordinatio voluntatis eſt quaſi formale in iſto peccato, & inordinatio aliarum virium, quarum eſt extendere in ea, quæ ſunt ad finem, eſt quaſi materiale.

Contra arguit Durandus hic peccatum originale fuit voluntarium, ſed non niſi ex eo, quod incurrit indignitatem habendi iuſtitiam originalem: ergo talis indignitas ſiue debitum, quo debet ea carere, eſt formale in hoc peccato.

Reſpondeo. Primo dicitur quod peccatum originale non eſt ſolum carentia, ſed priuatio iuſtitiæ, quam homo debebat habere in ſe, & Adam debebat eam transfundere in poſteros.

¶ Secundò dicitur, quòd illud peccatum fuit voluntarium ex eo, quòd Adam elegit aliquid, cui erat incompoſſibilis iuſtitia originalis: & ex hoc incurrit indignitatem habendi eam.

¶ Dicitur tertiò, quod in peccato originali: primo eſt ratio defectus. Secundò eſt ratio mali, quia eſt ibi defectus boni debiti & apti ineſſe. Tertio ratio peccati: quia ille defectus deordinat à fine effectiuè, & formaliter. Quarto ratio culpę: quia talis defectus eſt voluntarius eo modo quo dictum eſt. Quinto ratio meriti & demeriti dignitatis & indignitatis; & ſic patet minorem eſſe falſam, carentia autem talis iuſtitiæ originalis eſt à Deo tanquã à non influente eam: & anima humana tanquam à ponente obſtaculum vel ſaltim à principio naturæ, ſcilicet Adam: & ſi dicatur quòd intelligimus pueros primo eſſe indignos habere iuſtitiam originalem quam quod ea careant: ergo talis indignitas præcedit.

Reſpondetur quòd duplex eſt indignitas: quædam eſt negatiua, id eſt non dignitas: & talis præcedit: ſed non eſt meritum nec demeritum: quia etiam lapis hoc modo non eſt dignus, alia eſt indignitas priuatiua: & talis non præcedit in paruulo nec in natura prout eſt in illo, ſed præceſſit in principio naturæ ſcilicet in Adam, qui meruit ea priuari in ſe & in poſteris ſuis: & illa carentia cum relatione ad cauſam proximam ſcilicet peccatum Adę eſt peccatum id eſt prout eſt volita ab Adam.

Poſſet etiam dici quòd de ratione peccati originalis ſunt tria. Primum eſt habitualis concupiſcentia. Secundum eſt carentia originalis iuſtitiæ debitæ ineſſe. Tertium eſt quod iſta duo cauſata ſint ex indignitate primi parentis per motionem generationis ſimul cum natura transfuſa.

Secundo peccatum originale non eſt actus transfuſus ab Adam in nos, cum hoc ſit impoſſibile: ergo eſt pœna cum reatu: quia tantum hoc transfuſum eſt in nos.

Reſpondeo. Quod non ſolum actus voluntatis inordinatus: nec ſolum pœna cum reatu fuerunt peccatum in Adam: ſed etiam pęna cum relatione ad actum inordinatum, vt effectus ad cauſam; ita quòd reatus non ſufficit ad conſtituendum peccatum originale: nec pœna cum reatu niſi ex relatione ſeorum ad peccatum actuale Adę; & ideo ſimiliter peccatum originale in paruulo eſt pœna cum relatione ad illud peccatum, prima ſecundæ, quæſt. 81. art. 4. & 2. ſenten. diſt. 31. q. 1. articul. primo.

*In hac trigeſima diſtinctione, 2. Sententiar. & vnica quæſtione ſequenti confutantur hæreſes damnatæ, vt in noſtro Commentar. in text. Magiſtri, & confutantur etiam hæreſes, quæ ſunt in Abecedario, & in Ethimologijs hæreſum, & confutantur ſimilitèr Idolatriæ, vt in Abecedario Idolorum in principio, vide ibi littera D. P. & S. ac etiam confutantur falſa Theologia Fenicum, Egyptiorum, Græcorum, Atlanticorum, Frigiorum, Gentium, &c. ab Euſebio in primo, ſecundo, tertio, & quarto libro de præparatione Euangelica contra Theologiam fabuloſam Poetarum antiquorum.*

*Ex concluſionibus, probationibus, & ſolutionibus argumentorum Capręoli ſoluuntur argumenta Vulpes, & aliorum recentiorum facile, vt facit Ariſtotelis ad argumenta Antiquorum, quod veritatis cognitio dubiorum eſt ſolutio, & cum Cardinali Bellarmino dicente in libro de Scriptoribus Eccleſiaſticis de Ioanne Capreolo, quòd Ioann. Capreolus ſit defenſor Egregius Sancti Thomæ, & optimè diſſoluit omnia argumenta aduerſariorum: dicunt verba formalia Bellarmini, ergò ſi optimè diſſoluit per Bellarminum ſunt ſoluta argumenta cum his doctrinis hic: Sicut ſoluit Ariſtotelis contra antiquos dicendo in 3. de Cœlo, & in 3. Metaphiſic. veritatis cognitio, dubiorum eſt reſolutio.*

*Reſpondetur ſecundò cum Cardinali Sarnano Franciſcano doctiſſimo, cum ſeptuageſima concordantia, et ſimilitèr cum ſexageſima nona concordantia Bonęherbę.*

*Reſpondetur tertiò cum Petro de Bergamo, et*

*et Bartholomęo Spina dicentibus in tabula Sancti Thomę, quod qui ſcit totam Logicam Sancti Thomæ, Philoſophiam etiam moralem, totam Metaphyſicam Sancti Thomę, et totam eiuſdem Theologiam, nullum poteſt facere argumentum contra Sanctum Thomam, et ideò ſubdit, quod iſti recentiores ſtudent tantummodò articulo, ſuper quem componunt, et non habent in mente omnia opera Sancti Thomę loquentis pręſuppoſitiuè, præſupponendo omnia ſupradicta, & dicendo, quæ propter prærumpunt in verba in tantum Magnum Doctorem nullo modo applicanda, quòd Sanctus Thomas contradicat ſibi ipſi, et ideò Cardinal. Sarnanus, quia ſciebat totum Sanctum Thomam concordauit ſimilitèr, etiam Ioannes Capreolus ſoluit argumenta aduerſariorum, cum locis Sancti Thomæ, quia totum in mente habebat Sanctum Thomam, et ideò Bellarmin. dicebat bene omnia ſoluere Capreolum.*

*Argumenta verò Vaſquez, Valentię, Molinæ, Suarez, etc. quia colliguntur, et ſoluuntur, clarè, diſtinctè, et breuitèr à Ripa, à Nazario, à Conſales, à Nauarretto, à Zenardo, et pręcipuè à Montagnolo, in prima ſecūdæ Sancti Thomæ quæſt. 85. de effectibus peccati quantum ad corruptionem bona naturæ.*

*Vide noſtram expoſitionem Petri Lombardi aperientem mentem huius materiæ, vt in folio 71. hic, et infra pro 3. reſponſione Vulpes. Ac etiam vide 1. 2. et 3. folium, pro reſponſione quarta, quinta, et ſexta ad argumentum eiuſdem Vulpes.*

*Reſpondetur ſeptimo cum concordantia Scoti, & Sancti Thomæ per Radam Franciſcanum hic.*

*Loca Sacræ Scripturæ hic, et infra à Salmerone, Emanuel Sa, à Toleto, à Prierio, Vegha, à Poſſeuino, à Salian, Torello in annalibus à creatione Mundi, quæ videntur repugnare aliquo modo Thomiſtis, quia ſunt concordata à nobis in fine noſtrę expoſitionis totius Bibliæ, et in Anatomia Biblię impraſſa ideò vide ea illic.*

## DISTINCTIO XXXI.

### *Quæſtio.* 1.

CIRCA Diſtinctionem trigeſimam primam, quæritur. Vtrum peccatum originale ſit ſubiectiuè in carne.

Pro quæſtione ſit prima concluſio. Caro non eſt ſubiectum peccati originalis, ſed anima. Hanc probat Sāctus Thomas prima ſecundæ, quæſt. 83. artic. 1. Huius ratio eſt. Id eſt ſubiectum peccati originalis, quod poteſt eſſe ſubiectum culpæ. Sed caro non poteſt eſſe ſubiectum culpæ, ſed anima: ergo.

*Concluſio II.* Peccatum originale prius eſt ſubiectiuè in eſſentia animæ quàm in eius potentijs. Hanc ponit Sanct. Thom. vbi ſupra, artic. 2. Ratio eſt. Anima ſecundum illud ſui eſt primum ſubiectum peccati originalis, quod primo attingitur per originem vitiatam. Sed eſſentia animæ eſt huiuſmodi: ergo, ſecundum ſuam, & non ſecundum ſui potentias: ergo.

Contra hanc ſecundam arguit Durandus in 2. diſtinct. 31. quæſt. 3. primo, Iuſtitia originalis fuiſſet in voluntate principalitèr, vel in viribus ſenſitiuis, vel in vtroque: ergo, & peccatū originale, quod eſt eius priuatio, patet conſequentia quia priuatio, & habitus habent fieri circa idem, antecedens probatur. Rectificatio eſt in rectificatis. Iuſtitia verò originalis eſt rectitudo voluntatis ad Deum, & ad debitam ſubiectionem virium ſēſitiuarum ad rationem. Et ſic largè accipitur. Vel eſt ſola ſubiectio virium ſenſitiuarum ad rationem, & ſic ſtrictè accipitur: ergo.

Reſpondeo. Iuſtitia originalis ſemper includebat gratiam gratum facientem, quæ ſubiectiuè eſt in eſſentia animæ, vt ponit Sanctus Thomas de malo, quæſt. 4. artic. ſecundo, ad ſecundum.

¶ Dico quoque quòd iuſtitia originalis magis importabat rectitudinem voluntatis quàm virium ſenſitiuarum, vt prima parte, quæſt. 95. artic. 1.

Secundò arguit contra rationem. Originale peccatum contrahitur ex vnione animæ ad corpus: ergo non oportet quòd prius ſit in eſſentia vnita, ſed potius in voluntate, vel potētijs ſenſitiuis, quæ vnionem ſequuntur.

Reſpondeo, negatur conſequentia, quia potentiæ animæ non vniuntur carni, ſed eſſentia. Vnde ſi peccatum originale nullo modo eſſet in eſſentia, ſed in potentia, non contraheretur ex vnione ad carnem, de malo, quæſt. 4. art. 4. inde peccatum originale dicitur peccatum naturæ, quia inficit primo illud quod pertinet ad naturā quàm id quod pertinet ad perſonam, & prius naturam quàm accidentia naturæ de malo vbi ſupra. Quibus tertia inſtantia ſoluitur Durandi.

Tertiò arguit, quod inclinat ad actum immediatius reſpicit potentiam quàm naturam, ſed originale eſt huiuſmodi. Ex hoc enim ſenſus, & cogitatio hominis prona ſunt ad malum, Gen. octauo: ergo.

Reſponſio. Natura inclinat ad actum principalius tanquam quod, potentia tāquam quo,

Sanct.Thom.vbi ſupra ad tertium. ideò falſa eſt maior.

*Concluſio III.* Peccatum originale cauſatur in anima virtute ſeminis infecti, vel à carne infecta, de malo, vbi ſupra, ad ſextum, ſeptimũ, nonum, decimũ, & duodecimum. Item prima ſecundæ, quæſt 81. artic.primo; item in ſecundo ſentent. diſtinct. 30. quæſt. prima artic. 2. ad tertium, quartũ, & quintum. Ratio eſt peccatum contractum per originem cauſatur in anima eius virtute, quod trahitur per originem. Sed ſemen, vel caro infecta eſt huiuſmodi: ergo.

Contra arguit Durandus vbi ſupra quæſt 1. Quæcunque ſunt ſimul ordine naturæ: vnum non eſt prius infectum quàm aliud. Sed anima ordine naturæ ſimul eſt vnita materiæ, & caro eſt caro: ergo caro non eſt prius infecta, & per conſequens animam inficere non poteſt. Reſpondeo, dico primo, quòd anima ſimul tẽpore vnitur materiæ, & caro, eſt caro, non tamen ſimul natura, quia dat prius eſſe ſubſtantiam quàm corporeum, & eſſe animal quàm hominem. Vnde nihil prohibet carnem in eſſe carnis præcedere animam rationalem, vt rationalis eſt, & ſic prius inficí animam rationalem, vt rationalis eſt.

¶Dicitur ſecundò, quòd illa infectio non eſt per inductionem alicuius abſoluti poſitiui in anima, ſed per priuationem illius originalis iuſtitiæ, quæ debeat eſſe in anima, ſicut imperfectio materiæ eſt cauſa imperfectionis formæ. Et hæc infectio debet potius dici corporalis, quàm ſpiritualis. Cum quo ſtat, quòd in carne etiam ſit virtus ſpiritualis habens eſſe intentionale cauſatiua peccati orginalis in anima, ſicut in terra eſt forma artis. Subiectiuè verò talis virtus erit in ſemine patris non matris, neque in carne filij.

¶Et licet aliquando Sanct.Thom.aliter ſenſerit oppoſitum, tamen tenuit in ſumma tanquam probabilius, ſcilicet quòd anima contrahit originale peccatum à ſemine tanquam à cauſa efficiente inſtrumentali, & non carne, quam informat niſi reſultatiuè, & per modum ſequelæ.

Secundò arguit. Proprietates materiæ nunquam redundant in formam non eductam de potentia materiæ, vt eſt anima rationalis niſi quòad operationem in qua communicat cum corpore ſubiectiuè, vel obiectiuè: ergo.

Reſpondeo. Proprietates materiæ non redundant in animam poſitiuè, ſed benè per quãdam neceſſariam ſequelam, non ſolum quantum ad operationem, ſed etiam quantum ad multa alia, vt Sanct. Thom. dicit prima ſecundæ, quæſt.85 artic.7. & primo ſentent. diſtinct. 8. quæſt.5 .art.2.

Contra eandem arguit Scotus in 2. diſtinct. 32. quæſt. 1. probando, quòd caro quæ ſeminatur non inficiatur in ſeminatione ex libidine, vel feruore primo. Semen nunquam fuit animatum anima patris, igitur nunquam contraxit ab ea.

Confirmatur. Tum quia Anſelmus, de conceptu Virginis capitulis 6.& 7. dicit, quod non magis eſt ſemen infectum, quam ſputum, vel ſanguis. Tum quia ſemen tranſmutatur ſecundum diuerſas formas ſubſtantiales antequàm fiat ex eo corpus organicum. Tùm quia miraculoſe formatus de carne digiti tantum, contraheret peccatum originale, quod eſt contra Anſelmum vbi ſuprà cap.19.

Reſpondeo, negatur conſequentia. Quia ſemen dicitur infectum non poſitiuè, quia, ſcilicèt in eo eſt aliqua qualitas poſitiua cauſata ab anima ſeminantis, ſed priuatiuè, quia, ſcilicet in eo eſt virtus generatiua productiua naturæ humanæ cum defectu originalis iuſtitiæ. Eſt autem illa priuatio virtus in ſemine exiſtẽs qualitas intentionalis, non habens eſſe ratum, fixum, & reale.

Dico pariter, quod non plus valet iſta conſequentia quam iſta. Semen nunquam fuit animatum: ergo nunquam habuit, vel accepit ab anima ſeminantis virtutem traducendi materiam humanam, quia ſufficit, quod cauſa inſtrumentalis contineat in quadam virtute intentionali ſimilitudinem formæ, non autem actu.

Ad confirmationem dicitur, quòd ſemen non eſſe magis infectum, intelligit Anſelmus infectione peccati actualis, non autem originalis. Cum in eo ſit peccatum originale in virtute ſicut in cauſa inſtrumentali, quomodo intelligo S.Thom. de malo, quæſt.4.art.3.

Ad confirmationem primam dicitur, quod procedit ex falſa imaginatione Scoti, ſcilicèt, quod infectio peccati originalis ſit in ſemine, de quo formatur prolis corpus, quod formatur ex ſemine materno, ſed dicimus, quòd eſt in ſemine paterno, quod non tranſmutatur per diuerſas formas ſubſtantiales ad hoc, quòd formentur corpus prolis. Poſſet tamen dici, quòd talis eſt in ſemine paterno ſicut in cauſa inſtrumentali, in materno verò ſicut in potentia paſſiua, vel cauſa materiali. Et in tali materia non in ordine ad quamcumque formam indifferenter, ſed in ordine ad animam rationalem tantum.

Ad confirmationem ſecundam dicitur, quod formatus de carne digiti non contraheret originale, quia defectus reperti in tali homine nõ haberent rationem culpæ. Talis enim non acciperet naturam ab Adam effectiuè, & ita nec illos defectus. De hoc Sanct.Thom. prima ſecundæ

cundæ, quæſt. 81. art. 4. & in præſenti diſtinct. & de malo q 4. ar. 7.

Sciendum, quòd ſi quis purgatus ab originali moreretur, & reſurgeret vt Lazarus, fomes in eo repertus non haberet rationem originalis, quia quantum ad id quod abſolutè fomes ex principijs naturæ conſequitur, ſed quantum ad id quod dicit priuatiue pertinens ad culpam originalem, cauſatur inſtrumentalitèr à ſemine patris, vt S. Thom. in præſenti diſtinct.

Arguit Scotus vbi ſuprà quoque idem probando, quòd caro pueri non maculet animam in inſtanti infuſionis. Primò enim ſequitur vnum difficile ad ſaluandum, ſcilicet, quòd in cauſis totalibus æquiuocis eſſet circulatio. Nã anima infecit carnem, & caro animam.

Secundò ſequitur, quòd intellectus ſit immaterialior quàm voluntas, quæ ſecundum te immediatè tranſmutatur à corpore. Intellectus enim non poteſt moueri à phantaſmate corporeo, niſi mediante intellectu agente.

Tertio ſequitur, quod originale prius eſſet in eſſentia, quòd eſt falſum, quia in eſſentia, vt ſit non eſt natum eſſe peccatum.

Reſpondeo, negantur ſequelæ. Ad probationem primam dicitur, quod caro non maculat animam effectiue aliquid imprimendo, ſed defectiue, ſicut ſubiectum in diſpoſitum dicitur maculare formam, quia non recipitur ſecundũ ſuam puritatem, & virtutem, & quòd vtraque non eſt cauſa totaliter, nec eodem modo cauſans. Nam anima Adæ fuit cauſa principalis infectionis carnis. Caro verò non eſt cauſa principalis, ſed inſtrumentalis mota ab Adam. Item anima Adæ in propriæ carnis infectione fuit cauſa totalis, in reliquorum carne partialis. Quare circulatio ibi non eſt, quam inaniter pertinuit arguens.

Ad probationem ſecũdæ ſequelæ dicit, quod potentia purè corporalis poteſt immutare tã voluntatem, quàm eſſentiam animæ defectiuè, & partialitèr, & inſtrumentaliter, quomodo phantaſma immutat poſſibilem intellectum.

Ad probationem tertiæ dicitur, quòd in eſſentia animæ non poteſt eſſe culpa actualis, ſed culpa originalis, dicens priuationem perfectionis perficientis eſſentiam, & potentias animæ, item poteſt eſſe in potentijs.

Arguit ad idem ſecundò, quia non videtur quare primus homo potuit actu ſuæ voluntatis inficere carnem ſuam, quin etiam ſecundus, & tertius poſt eum poſſit.

Reſpondeo. Caro Adæ habebat aliquam virtutem ſupernaturalem, quę poterat tolli per peccatum. Talem autem virtutem carnes cęterorum nunquam habuerunt, de hoc Sanct. Thom. in præſenti diſtinct. quæſt. 1. artic. 1. & diſtinct. 33. quæſt. 1. art. 1. ad tertium.

¶ Eſt ergo ſecundum ſentẽtiam Beati Thomæ in ſemine paterno virtus quædam intentionalis traductiua defectuum in carne, & in anima prolis. In carne quidem cum ratione pœnæ. In anima verò cum ratione culpæ, & pœnæ, & reatus pœnæ æternæ. Et hoc totum procedit ab Adam ſicut à cauſa efficiente principali remouente prohibens, à ſemine verò ſicut à cauſa inſtrumentali.

Aduerte, quòd quicquid ſenſerit Sãct. Thom. in 2. mens eius vltima fuit, quòd cum dicit caro inficit animam, intelligitur non de carne, cui proprie vnitur anima, ſed de carne patris, vel de ſemine carnali, prima ſecundæ, quæſt. 81. artic. 4. ad ſecundum, Et hæc de quæſtione ſufficiant.

*In hac trigeſima prima Diſtinctione, ſecundi Sententiarum, & vnica quæſtione ſequenti confutantur hæreſes damnatæ, vt in noſtro Cõmenntar. in text. Magiſtri, & confutantur etiam hæreſes, quæ ſunt in Abecedario, & in Ethimologijs hæreſum, & confutantur ſimilitèr Idolatriæ, vt in Abecedario Idolorum in principio, vide ibi litera C. O. & P. ac etiam confutantur falſæ Theologię Fanicum, Egyptiorum, Gręcorum, Atlanticorum, Frigiorum, Gentium, &c. ab Euſebio in primo, ſecundo, tertio, & quarto libro de præparatione Euangelica contra Theologiam fabuloſam Poetarum antiquorum.*

*Ex concluſionibus, probationibus, & ſolutionibus argumentorum Capræoli ſoluuntur argumenta Vulpes, & aliorum recentiorum facilè, vt facit Ariſtotelis ad argumenta Antiquorum, quod veritatis cognitio dubiorum eſt ſolutio, & cum Cardinali Bellarmino dicente in libro de Scriptoribus Eccleſiaſticis de Ioanne Capræolo, quòd Ioannes Capræolus ſit defenſor Egregius Sancti Thomę, & optimè diſſoluit omnia argumenta aduerſariorum: dicunt verba formalia Bellarmini, ergo ſi optimè diſſoluit per Bellarminum, ſunt ſoluta argumenta cum his doctrinis hic: Sicut ſoluit Ariſtotelis contra antiquos dicendo in 3. de Cœlo, & in 3. Metaphiſic. veritatis cognitio, dubiorum eſt reſolutio.*

*Reſpondetur ſecundo cum Cardinali Sarnano Franciſcano doctiſſimo, cum ſeptuageſimaprima concordantia, & ſimilitèr cum ſeptuageſima concordantia Bonæherbæ.*

*Reſpondetur tertio cum Petro de Bergamo, & Bartholomæo Spina dicentibus in tabula Sancti Thomæ, quod qui ſcit totam Logicam Sancti Thomę, Philoſophiam etiam moralem, totam Metaphyſicam Sancti Thomæ, & totam eiuſdem Theologiam, nullum poteſt facere*

*facere*

Digitized by Google

*cere argumentum contra Sanctum Thomam, & ideo ſubdit, quod iſti recentiores ſtudent tantummodo articulo, ſuper quem componunt, & non habent in mente omnia Opera Sancti Thomæ loquentis præſuppoſitiuè, præſupponendo omnia ſupradicta, & dicendo, quæ propter prærumpunt in verba in tantum Magnum Doctorem nullo modo applicanda, quod Sanctus Thomas contradicat ſibi ipſi, & ideo Cardinal. Sarnanus, quia ſciebat totum Sanctum Thomam concordauit ſimilitèr, etiam Ioannes Caprǫolus ſoluit argumenta aduerſariorum, cum locis Sancti Thomæ, quia totum in mente habebat Sanctum Thomam, & ideo Bellarm. dicebat bene omnia ſoluere Caprǫolum.*

*Argumenta vero Vaſquez, Valentię, Molinæ, Suarez, &c. quia colliguntur; & ſoluuntur, clarè, diſtinctè, & breuitèr à Ripa, à Nazario, à Conſales, à Nauarretto, à Zenardo, & præcipuè à* Montagnolo, *in prima ſecunda Sancti Thomæ de ſubiecto originalis peccati quæſt. 83.*

*Vide noſtram expoſitionem Petri Lombardi aperiẽtem mentem huius materię, vt in folio 71. hic, & infra pro 3. reſponſione Vulpes. Ac etiam vide 1.2.& 3. folium pro reſponſione quarta, quinta, & ſexta ad argumentum eiuſdem Vulpes.*

*Reſpõdet. 7. cum concordantia Scoti, & Sancti Thomę per Radam Franciſcanum hic*

*Loca Sacræ Scripturæ hic, & infra à Salmerone, Emanuel Sa, à Toleto, à Prierio, Vegba, à Poſſeuino, à Salian, Torello in annalibus à creatione* Mundi, *quę videntur repugnare aliquomodo Thomiſtis. quia ſunt concordata à nobis in fine noſtrę expoſitionis totius Bibliæ, & in Anatomia Biblię impræſſa, ideo vide ea illic.*

## DISTINCTIO. XXXII.

### *Quæſtio* 1.

CIRCA trigeſimamſecundam Diſtinctionem, quæritur. Vtrum omnes animæ humanæ ab origine ſint æquales.

Pro quæſtione ponitur talis concluſio. In animabus rationalibus ſunt diuerſi gradus eiuſdem tamen ſpeciei. Hanc ponit Sanct. Thom. hic quæſt. 2. artic. 3. item primo ſentent. diſtinct. 8. quæſt. 5. artic. 2. ad ſextum; item prima parte, quæſt. 85 artic. 8. Ratio eſt, formæ naturalitèr proportionatæ ſuis ſuſceptiuis ſecundum inæqualitatem ſuſceptiuorum, habent inæqualitatem inter ſe. Sed animæ humanæ ſunt huiuſmodi formæ receptæ in ſuſceptiuis inæqualibus, & inæqualiter diſpoſitis: ergo, &c.

Contra concluſionem arguit Durandus. Inęqualitas animarum, aut intelligitur ſecundum gratuitas perfectiones, & ſic verum eſt animas eſſe inæquales, ſicut patet de anima Chriſti, Adæ, & Euæ. Aut intelligitur ſecundum perfectiones naturales. Et hæ ſunt duplices, eſſentiales, vel eſſentiam conſequentes, quæ ſunt etiã duplices. Communes, ſcilicèt toti compoſito, ſicut ſunt potentiæ vegetatiuę, vel ſenſitiuę, & ad hunc ſenſum etiam conceditur inæqualitas animarum. Vel propriæ ipſi animæ, vt sũt intellectus, & voluntas. Et hoc eſſe nequit ſine æqualitate eſſentiarum. Quod verò inæqualitas eſſentiarum in formis eſſe nequeat arguit ſic. In quibuſcunque formis eiuſdem ſpeciei eſt dare perfectius, & imperfectius, eſt dare magis, & minus proprie dicta, 7. phyſic. Tex. comment. 29. Sed in animabus eſt dare perfectius, & imperfectius ſecundum eſſentiam: ergo magis, & minus: ergo vnus homo erit magis homo quàm alius, quod eſt contra Philoſophum in prædicamentis.

Reſpondeo dico primo, conceſſis hic quæ in argumento conceduntur, quòd duas formas eiuſdem ſpeciei eſſe inæquales quoad ſuas eſſentias, poteſt intelligi tripliciter. Primo modo, quia vna habet plures partes diuerſarum rationum, eius eſſentiam conſtituentes, quàm habeat alia, vtputa aliud genus, vel aliam differentiam. Secundo modo, quia vna aliarum conſtituta eſt ex pluribus partibus eiuſdem rationis quàm alia, quomodo Scotiſtæ, & OKaniſtæ, ponunt intenſionem, & remiſſionem in accidentalibus formis. Vterque horum ſenſuũ falſus eſt. Tertio modo, quia vna dat perfectius eſſe ſubſtãtiale quàm alia, & magis actuat ſubiectum, & magis ab eo participatur, quæ participatio eſt ipſum eſſe quod dat, & conſequenter dicitur inæqualis ſecundum eſſentiam, id eſt, ſecundum aliquid adhærens eſſentiæ, & quod eſt actus eſſentiæ. Et hunc credo eſſe intellectum B. Thomæ in hac materia.

¶ Dico ſecundò ad formam argumenti negando maiorem, quia ad magis, & minus aliquid amplius exigitur quàm perfectius, & imperfectius, ſcilicèt quod talis forma poſſit ſubiectum ſuum perficere plus, & minus, & eidẽ dare diuerſa eſſe ſucceſſiuè, quorum vnum ſit alio perfectius, quod tamen contingit in forma accidentali, de hoc S. Thom. 1. 2. quæſt. 52. articulo primo.

¶ Dico tertiò, quòd ſuſcipere magis, & minus, poteſt accipi dupliciter propriè, ad quod requiruntur triã, primum quod forma talis inhæreat

hæreat ſuo ſubiecto diuiſibilitèr, ſecundum quod poſſit illi dare diuerſa eſſe, tertium quod ſubiectum participãs eam habeat aliundè ſpeciem quàm per eam, ſecundò poteſt accipi largè pro perfectius, & imperfectius participari formam in ſubiecto. Et ad hunc ſenſum poteſt concedi, quod forma ſubſtantialis eadem in ſpecie ſuſcipit magis, & minus, non autem eadē in numero, quod etiam à Scoto conceditur octauo met. quæſt. 1.

¶ Neque ſequitur, quòd vnus homo magis diceretur homo quàm alius, quia talia nomina important naturam ſpecificam in eſſe quidditatiuo, & ſpecifico, & quantum ad tale eſſe, forma non ſuſcipit magis, & minus. Poſſent tamen fingi aliqua nomina in genere ſubſtantiæ, quæ prædicarentur cum magis, & minus, quia ſignificarēt participationem formæ à ſubiecto, & non formam in ſe, vt fortè talia nomina animatus, humanatus, & ſimilia.

Ad idem arguit. Diſpoſitiones materiæ non redundant in formam non eductam de potentia materiæ: ergo, &c.

Reſpondeo. Negatur antecedens, quia redundant in omnem formam vnibilem, & materiæ proportionatam.

Contra eandem arguit Henricus 3. quolib. quæſt. 5. forma purè ſpiritualis non vnibilis materiæ, vt eſſentia Angeli in eadem ſpecie, non ſuſcipit magis, & minus: ergo nec forma purè ſpiritualis materiæ vnibilis. Antecedens eſt Philoſophi octauo metaphiſ. text. 10. dicentis de eiſdem ſubſtantijs, quemadmodum in numero non erit magis, & minus, nec in ſubſtantia, quæ eſt quaſi forma, niſi ſit ſubſtantia, quæ ſit cum materia, conſequentia probatur. Totum enim eſſe ſpeciei in quolibet ſuppoſito animæ conſiſtit, & quælibet anima non aliud quàm ipſa ſpecies eſſe videtur.

Reſpondeo. Dicitur primò quod auctoritas Philoſophi falsè & variè exponitur. Nam loquitur ibi generalitèr de omni ad hunc ſenſū, quod nulla forma quantum ad id, quod eſt de ratione formæ, aut quantum ad eſſe quidditatiuum, recipit magis aut minus, ſed tamen forma ſubſtantialis poteſt ſuſcipere magis, & minus, quantum ad eſſe, quod dat ſubiecto, prima ſecundæ vbi ſupra, & octauo meta.

¶ Dicitur ſecundò, quod conſequentia eſt falſa, & quod animæ habent naturalem habitudinē ad corpora penes, quę diſtinguuntur, ideò aliud eſt anima humana, aliud ſpecies humana.

Contra eandem arguit Bernardus de Gannaco in impugnatione tertij quolib. Godofredi quæſt. 5. probando quod non ſit vna anima nobilior alia in ſubſtantialibus, neque quãtum ad pertinentiam ad ſpeciem, neque quantum ad pertinentiam ad indiuiduum, & quòd pariter anima Chriſti, quantum ad illa, non ſit nobilior cœteris.

Ad quæ reſpondetur, quod malè accipit exceſſum vnius animæ ſuper aliam, non enim eſt propter alietatem partium alterius, aut eiuſdē rationis, ſed tãtum propter exceſſum eſſe vnius exceſſum eſſe alterius. Et hoc intendit Sanct. Thom. in præſenti diſtinctione, articulo vltimo ad primum, quomodo anima quoque Chriſti excedit alias, & hæc de quæſtione dicta ſufficiant.

*In hac trigeſimaſecunda Diſtinctione, ſecūdi Sententiarum, & vnica quæſtione ſequentī confutantur hæreſes damnatæ, vt in noſtro Cōmentar. in text. Magiſtri, & confutantur etiam hæreſes, quæ ſunt in Abecedario, & in Ethimologijs hæreſum, & confutantur ſimilitèr Idolatriæ, vt in Abecedario Idolorum in principio, vide ibi litera A. H. O. & Q. ac etiam confutantur falſæ Theologię Fanicum, Egyptiorum, Gręcorum, Atlanticorum, Frigiorum, Gentium, &c. ab Euſebio in primo, ſecundo, tertio, & quarto libro de preparatione Euangelica contra Theologiam fabuloſam* Poetarum *antiquorum.*

*Ex concluſionibus, probationibus, & ſolutionibus argumentorum Capræoli ſoluuntur argumenta Vulpes, & aliorum recentiorum facilè, vt facit Ariſtotelis ad argumenta Antiquorum, quod veritatis cognitio dubiorum eſt ſolutio, & cum Cardinali Bellarmino dicente in libro dè Scriptoribus Eccleſiaſticis de Ioanne Capræolo, quòd Ioannes Capræolus ſit defenſor Egregius Sancti Thomę, & optimè diſſoluit omnia argumenta aduerſariorum: dicunt verba formalia Bellarmini, ergo ſi optimè diſſoluit per Bellarminum, ſunt ſoluta argumenta cum his doctrinis hic: Sicut ſoluit Ariſtotelis contra antiquos dicendo in 3. de Cœlo, & in 3. Metaphiſic. veritatis cognitio, dubiorum eſt reſolutio.*

*Reſpondetur ſecundo cum Cardinali Sarnano Franciſcano doctiſſimo, cum ſeptuageſimaſecunda concordantia, & ſimilitèr cum ſeptuageſimaprima concordantia Bonaherbæ.*

*Reſpondetur tertio cum Petro de Bergamo, & Bartholomæo Spina dicentibus in tabula Sancti Thomæ, quod qui ſcit totam Logicam Sancti Thomę, Philoſophiam etiam moralem, totam* Metaphyſicam *Sancti Thomæ, & totam eiuſdem Theologiam, nullum poteſt facere argumentum contra Sanctum Thomam, & ideo ſubdit, quod iſti recentiores ſtudent tantummodo articulo, ſuper quem componunt*

*nunt*

Digitized by Google

*nunt, & non habent in mente omnia Opera Sancti Thomæ loquentis præſuppoſitiuè, prę ſupponendo omnia ſupradicta, & dicendo, qua propter prærumpunt in verba in tantum Magnum Doctorem nullo modo applicanda, quod Sanctus Thomas contradicat ſibi ipſi, & ideo Cardinal. Sarnanus, quia ſciebat totum Sanctum Thomam concordauit ſimilitèr, etiam Ioannes Caprǫolus ſoluit argumenta aduerſariorum, cum locis Sancti Thomæ, quia totum in mente habebat Sanctum Thomam, & ideo Bellarm. dicebat bene omnia ſoluere Caprǫolum.*

*Argumenta vero Vaſquez, Valentię, Molinæ, Suarez, &c. quia colliguntur; & ſoluuntur, clarè, diſtinctè, & breuitèr à Ripa, à Nazario, à Conſales, à Nauarretto, à Zenardo, & præcipuè à Montagnolo, in prima parte Sancti Thomæ quæſt 83. de modo, & ordine intelligendi.*

*Vide noſtram expoſitionem Petri Lombardi aperiẽtem mentem huius materię, vt in folio 71. hic, & infra pro 3. reſponſione Vulpes. Ac etiam vide 1. 2. & 3. folium pro reſponſione quarta, quinta, & ſexta ad argumentum eiuſdem Vulpes.*

*Reſpõdet. 7. cum concordantia Scoti, & Sancti Thomę per Radam Franciſcanum hic*

*Loca ſacræ Scripturæ hic, & infra à Salmerone, Emanuel Sa, à Toleto, à Prierio, Vegha, à Poſſeuino, à Salian, Torello in annalibus à creatione Mundi, quę videntur repugnare aliquomodo Thomiſtis. quia ſunt concordata à nobis in fine noſtrę expoſitionis totius Bibliæ, & in Anatomia Biblię impræſſa, ideo vide ea illic.*

## DISTINCTIO XXXIII.

### *Quæſtio. 1.*

CIRCA Diſtinctionem trigeſimam tertiam, quæritur. Vtrum peccato originali debeatur pœna ſenſibilis.

Pro hac quæſtione ſit hæc prima concluſio. Priuatio diuinæ viſionis eſt propria, & ſola pœna peccati originalis, loquendo de pęnis formalitèr inexiſtẽtibus, aut inhærentibus perſonæ. Quod dico propter carceralem paruulorum incluſionem, quæ licet ſit pœna, eſt tamen extrinſeca non autem intrinſeca, nec intrinſecam cauſans. Hãc ponit Sanct. Thom. hic quæſt. 2. art. 1. item de malo, q. 5 art. 2.

Ratio eſt. Peccato naturali, & non perſonali debetur pœna naturæ non perſonæ. Sed peccatum originale eſt peccatum naturale nõ perſonale, priuatio verò Diuinæ viſionis eſt pœna perſonalis, igitur peccato originali debetur prima pœna, non autem ſecunda.

Contra hanc concluſionem arguit Gregorius de Arimino 2. diſtinct. 30. probans quòd Auguſtinus ſenſerit oppoſitum, primò in lib. de fid. ad Petrum, cap. 27. dicens paruulos ſine Baptiſmo decedentes, ignis æterni ſupplicio eſſe puniendos, conſtat autem quòd pęna ignis æterni eſt pęna ſenſus, de qua præſens currit quæſtio.

Si dicatur, vt ait Sanctus Thomas de malo, quæſtione quinta, articulo ſecundo, ad primum quòd nomine tormenti, & ſupplicij, & gehennę, & cruciatus, vel ſi quid ſimile in dictis Sanctorum inueniatur eſt largè accipiendum pro pœna, vt ponatur ſpecies pro genere, ideò autem Sancti tali modo loquendo vſi ſunt, vt deteſtabilem redderent errorem Pelagianorum, qui aſſerebant in paruulis nullum eſſe peccatum, nec eis aliquam pœnam deberi.

Contra. Primò ſequitur, quòd Auguſtinus eximius extirpator errorum dixiſſet falſum, & non conſonum fidei, eſſe firmiter credendum, ad errorem extirpandum, quod eſt inconueniens.

¶ Secundò, quia in illo libro contra nullum errorem procedit, ſed tantum ponit 40. canones fidei.

Confirmatur. Tum quia huius regulæ oppoſitum nullibi inuenitur ab Eccleſia determinatum, nec in Sacra Scriptura prædicatum: ergo propriè, & non largè, vel exceſſiuè loquutus eſt. Tum quia non eſt veriſimile, quòd fidei regulas ſub metaphoris tradidiſſet, & maximè vnam ſolam. Tum quia ſimul, & ſemel exprimit pęnam talium puerorum, & dęmonũ, & adultorum, & ſic paritèr alius dicere poſſet, quòd ex illis verbis non poſſet haberi, quòd diabolus, aut alij non patiantur pœnam ſenſus.

Reſpondeo. Negatur ſequela. Quia dictum Beati Auguſtini ſanè intellectum verum eſt.

Ad ſecundum dicitur, quòd omnia dicta à Beato Auguſtino in illo libro fuere ad excludendum errores potiſſimè, quæ circa ſua tempora pullularunt, cuiuſmodi erat error Pelagianorum.

Ad primam confirmationem dicitur, quod licet nec ab Eccleſia nec à ſacra Scriptura habeatur expreſsè oppoſitum illius: tamen ex dictis ſacræ Scripturæ, & Doctorum Eccleſiæ apparet, quod dicta ſcilicet Auguſtini & aliorum Sanctorum in hac materia, ſunt intelligenda modo, quo dictum eſt. Tum quia Chriſtus vbicunque loquitur de pœna ſenſus reprobis inſe-

Digitized by Google

inferenda, ſemper præmittit aliquid pertinens ad eorum culpas actuales, vt patet Matth. 25. Idem Paulus ſecundæ ad Cor. quinto. Ipſe quoque Auguſtinus in pleriſque locis teſtatur Deũ illis ſolis redditurum damnationem ęternam, qui ſpontanea delicta incurrerunt. vnde & recitatur in decretis, 23. quæſtio. quarta. capit. Nabuchodonoſor.

Ad ſecũdam confirmationem dicitur, quod non eſt mirum ſi B. Auguſti. in regulis fidei aliquas locutiones metaphoricas interſerat, cum Chriſtus in doctrinæ fidei parabolicè loqueretur, nec ſolum in vna regula: imo in alijs eiuſdem libris ſimili modo loquendi vtitur vt patet aduertenti.

Ad tertiam confirmationem dicitur quod Auguſtinus nõ ſemper loquitur ſimul de adultis, & paruulis. Ait enim ibidem, omnis homo qui in hoc ſæculo vſque ad finem iniquitatum delectatione & cordis obduratione permanſerit, ſicut hic eum noxia criminum delectatio tenuit, ſic eum ſine fine noxia pœna tenebit, ecce quod dicit noxia pæna, id eſt ſenſibilis.

Secundò principaliter oſtendit B. Auguſtinum fuiſſe præfatæ ſententiæ in Hypognoſticon reſponſione quinta contra Pelagium. Tum quia ibidem dicit quod alienus à fide ſupplicia experietur æterna: experientia autẽ ſupplicij, ſine cruciatu & pęna ſenſus non intelliguntur. Tum quia ſecundum eum quilibet eſt in regno cælorum vel gehenna, per quam mors ſecunda cruciatu durabilis ſemper & vbi fletus & ſtridor dentium intelligitur, vbi concludit eſſe infantes baptizandos.

Reſpondeo. Dico primò ex dictis Auguſtini contra Pelagium concludi, quod receptaculum talium paruulorum erit vna pars inferni tenebroſa & igni infernali vicina, quam vocat ignem æternum ſupplicium cruciatum cum adiunctione pœnæ damni.

¶ Dicitur ſecundò, quod ſi Auguſtinus ex intentione proponebat loqui de pęna ſenſibili, tunc oportet dicere, quod loquitur de paruulis non baptizatis, & ita paruuli, vt tamen vſum habuerint rationis, & credere ſi vellent potuerint, vt patet ex illis verbis, cum dicit, iuſti in regno patris erunt ſimul cum Chriſto, iniqui in igne æterno parato diabolo, & angelis eius.

Tertiò. Oſtendit idem in ſermone de baptiſmo paruulorum intendiſſe B. Auguſtinum, quia dicit quod in iudicio Chriſti omnes erũt ad dexteram vel ſiniſtram: nec erit locus medius: ergo paruuli ibunt in ignem æternum.

Reſpondeo. Auguſtinus per illa verba intelligit generaliter omnem pęnam ſiue damni ſiue ſenſus, vel loquitur de paruulis habentibus vſum liberi arbitrij. Alij enim paruuli non erunt propriè in ſiniſtra, quia eis nullo modo poſſunt adaptari vituperationes, quæ Chriſtus dicturus eſt ſecundum euangelium illis. Tum quia eſſe in ſiniſtra ſecundum gloſſas allegatas à S. Th. Matth. 25. eſt habere mala opera. Tum quia ea quæ ibi dicuntur, vt probat S. Thom. ſecundum B. Gregorium intelliguntur de fidelibus damnandis, non de infidelibus.

Confirmantur prædicta. Tum quia B. Auguſtinus ex intentione contra Pelagianos videtur probaſſe huiuſmodi infantes pęnã ignis & cruciatum pati, & non tantum pœnam dãni. Tum quia nec ſecundum Auguſt. nec ſecundum alium eundem referentem legi, quod patiantur ſolam pœnam damni. Tum quia in principio quarti cap. Enchiridion vult B. Auguſtin. quod omnes non liberati à maſſa peccati per Chriſtum, reſurgent cum carne, vt in illa patiantur.

Reſpondeo. Illud dictum intelligitur de paruulis habentibus vſum rationis, vel dicendum quod erunt in igne, quantum ad circundationem & incluſionem paruulorum à tali igne vel viciniitatem ad talem ignem, poſſunt autem dici pati pęnam. primò quia carebunt diuina viſione, ſecundò quia in viliſſimo loco detrudentur. tertiò quia erunt vicini viliſſimæ ſocietati, & ſi quid aliud ad prædicta dici poteſt.

Ad ſecundam cõfirmationem dicitur quod ex verbis Auguſtini & aliorum ſanctorum habetur, quod ſola voluntas ardet in inferno: vnde cum in talibus pueris non fuerit voluntas illo modo, quo ſonat in malum, conſequens eſt quod pęnam ignis ſenſibilem non experientur. Item poſito, quod patiantur, ſequitur magnum inconueniens, & in ſe abſurdiſſimum, ſi quod peccans actualiter in centuplo mitius patietur in inferno, quàm paruulus, quod etiã eſt contra Auguſt.

Ad tertiam dicitur, quod patientur pęnam damni cum diabolo, non autem pœnam ſenſibilem. Non debet etiam extendi illa auctoritas ad eos, quæ fuerunt de perditionis maſſa tantum ratione peccati originalis, ſed ratione originalis & mortalis ſimul.

Quartò arguit B. Gregorium fuiſſe huius opinionis 9. moralium. Multiplicauit vulnera mea ſine cauſa: dicens, quod tales ad tormenta perueniunt, quæ & percipiunt.

Confirmatur ratione, quia paruulis multo melius eſſet poſt hanc vitam, & finalem damnationem, quàm in hac vita: in qua pęnas patiuntur & diuina carent viſione.

Reſpondeo. Nomen tormenti eſt largè accipiendum pro pœna: vt ponatur ſpecies pro genere.



Digitized by Google

Ad rationem reſpondet B. Thom. hic quæſt. 2. artic. 1. ad tertium, item de malo, quæſt. 5. art. 4. ad quintum. Pœna taxata ibi grauius puniuntur: pœna concomitanti hic pœna autem taxata directè peccato originali hic, eſt ſubtractio gratiæ gratum facientis vel originalis iuſtitiæ, & illius diuini, & ſupernaturalis auxilij, in futuro vero pœna eius eſt priuatio diuinæ viſionis, & carceralis incluſio.

¶ Et cum ait, B. Grego. quod talibus paruulis flagella poſt mortem multiplicantur, hoc ideo eſt, quia priuatio diuinæ viſionis in morte eſt eis pęna, quæ non erat in vita. Item poſt mortem carceraliter includuntur: & omni ſpe remedij priuantur.

Quintò arguit. Opinio S. Thom. non habet pro ſe rationem cogentem, nec auctoritatem: ergo, &c.

Reſpondeo. Negatur antecedens: & ratio quidem adducta nunc fuit ſupra ad ſecundam confirmationem, ſunt etiam multæ aliæ, vt patet legenti doctores. Habet etiam pro ſe auctoritatem Chriſti & Euangeliſtarum, & Apoſtolorum, & Sanctorum Doctorum, & aliorum approbatorum, qui benè intellexerunt verba Auguſt. Fauet his capitulum, maiores, extra de baptiſmo, & eius effectu, vbi ſcribitur quod pęna originalis peccati eſt carentia diuinæ viſionis, actualis verò peccati gehennæ perpetuus cruciatus. Et quamuis gloſſa ibidem dicat quod paruuli, qui ſine baptiſmo decedunt in tenebris manent, tamen non eſt multum curandum, quia ille gloſſator multa falſa dicit, & in illo paſſu cōtradicit textui, niſi fortè gloſſa eius exponatur ſicut dicta Auguſtini, ex quibus extrahitur.

*Concluſio II.* Decedentes cum ſolo peccato originali non patiuntur vllam afflictionē doloris interioris. Hanc ponit Sanct. Thom. de malo quæſt. 5. artic. 3. item in 2. diſtinct. 33. quæſt. 2. artic. 2. *Ratio* eſt nullus in rationis rectitudine conſtitutus affligitur, nec triſtatur: quia caret eo, ad quod nunquam fuit proportionatus: ſed tales pueri vtuntur recta ratione: & dato quod cogitent & ſciant ſe eſſe priuatos vel excluſos à Dei viſione, ſciunt ſe nunquam ad illam fuiſſe proportionatos: igitur de hoc non triſtantur.

Contra hanc rationem arguit Durandus. Pueri non baptizati, licet in ſe habuerit aptitudinem aut proportionem ad conſequutionem gloriæ, tamen habuerunt eam in ſua radice. ſ. in primo parente, ſicut filius militis habuit aptitudinem ad imperium, qui culpa ſui patris eo eſt priuatus, igitur pariter dolebunt.

Reſpondeo. Ratio hæc fundatur ſuper hoc principio. Homo ſanè mentis, & vtens ſola ratione recta, dolere poteſt de hoc, quod priuatur bono ad quod habuit aptitudinem in ſua radice. Hoc vero principium falſum eſt in tribus caſibus. Primus eſt quando conſtat taliter priuato, ſuam priuationem eſſe iuſtam. Secundus quando conſtat ei, quod ſua voluntate priuatio non eſt inducta: nec potuit impediri ab eo. Tertius eſt, quando conſtat taliter priuato ſola recta ratione vtenti ſuum diſplicere, fore penitus inutile, inhoneſtum, indelectabile, ſuũ vero non diſplicere vel approbare, aut ſaltem patienter tale damnum pati, eſſe honeſtum, vtile, aut delectabile. Hæc autem concurrunt in talibus paruulis poſt hanc vitam. Iſta autem ſolutio fundatur in dictis Sanct. Thom. 2. ſen. diſt. 33. quæſt. 2. articul. 2.

Arguit pariter idem contra ſe & contra probationem quandam Sanct. Thom. Omnes videbunt generale iudicium eſſe iuſtum: ergo pueri tunc cognoſcent bonos præmiari viſione diuina propter ſua merita, ſe autem priuari propter demeritum primi parentis, quare ergo tunc non dolebunt.

Reſpondeo. Dico primò, ſecundum eundem Durandum reſpondentem pro ſe & pro nobis, quod tales paruuli non pertinebunt propriè ad illud iudicium generale: quia illud iudicium erit de peccatis commiſſis, & quod non oportet vt cognoſcant ſe priuatos gratia ac viſione diuina propter peccatum Adæ, quia iſta cognitio eſt fidei. In pueris vero illis ponitur eſſe ſola cognitio naturalis, & dato, quòd ſi illud cognoſcerent, ſcilicet aliquos aliquid ſupernaturale meruiſſe per gratiam, non tamen dolebunt, quia in eis non erit aliqua oblique voluntas.

¶ Dico ſecundò, quòd præfata reſponſio deficit in duobus dictis. Primum eſt quòd tales paruuli non pertineant ad iudicium propriè, quia non conſonat dictis Sanct. Thom. in quarto, diſtinctione quadrageſimaſeptima, quæſtione prima, articulo tertio, quæſtione prima. Item in quarta, diſtinctione quadrageſimatertia, quæſtione prima, articul. 5. quæſtione ſecunda. Secundum eſt quod non cognoſcent ſe priuatos gratia Dei propter peccatum Adæ. Nam ex eis locis patet, quòd videbunt paruuli & cognoſcent demerita Adæ & Euæ, & cauſam ſuæ damnationis ex Adæ peccato, probatio igitur, Sanct. Thom. ex 2. ſent. ſecurior eſt & dictis Sanctorum conformior quàm ab ea quæ ab eo ponitur de malo: & hęc de quæſtione dicta ſufficiant.

*In hac trigeſimatertia diſtinctione, 2. Sententiar. & vnica quæſtione ſequenti confutantur hæreſes damnatæ, vt in noſtro Commentar. in text. Magiſtri, & confutantur etiam hæreſes, quæ*

*quæ ſunt in Abecedario, & in Ethimologijs hæreſum, & confutantur ſimilitèr Idolatriæ, vt in Abecedario Idolorum in principio, vide ibi litteræ O. P. & S. ac etiam confutantur falſæ Theologia Fenicum, Egyptiorum, Græcorum, Atlanticorum, Frigiorum, Gentium, &c. ab Euſebio in primo, ſecundo, tertio, & quarto libro de præparatione Euangelica contra Theologiam fabuloſam Poetarum antiquorum.*

*Ex concluſionibus, probationibus, & ſolutionibus argumentorum Capreoli ſoluuntur argumenta Vulpes, & aliorum recentiorum facile, vt facit Ariſtotelis ad argumenta Antiquorum, quod veritatis cognitio dubiorum eſt ſolutio, & cum Cardinali Bellarmino dicente in libro de Scriptoribus Eccleſiaſticis de Ioanne Capræolo, quòd Ioann. Capreolus ſit defenſor Egregius Sancti Thomæ, & optimè diſſoluit omnia argumenta aduerſariorum: dicunt verba formalia Bellarmini, ergò ſi optimè diſſoluit per Bellarminum ſunt ſoluta argumenta cum his doctrinis hic: Sicut ſoluit Ariſtotelis contra antiquos dicendo in 3. de Cœlo, & in 3. Metaphiſic. veritatis cognitio, dubiorum eſt reſolutio.*

*Reſpondetur ſecundò cum Cardinali Sarnano Franciſcano doctiſſimo, cum ſeptuageſimatertia concordantia, et ſimilitèr cum ſeptuageſima ſecunda concordantia Bongherbę.*

*Reſpondetur tertiò cum Petro de Bergamo, et Bartholomęo Spina dicentibus in tabula Sancti Thomę, quod qui ſcit totam Logicam Sancti Thomæ, Philoſophiam etiam moralem, totam Metaphyſicam Sancti Thomę, et totam eiuſdem Theologiam, nullum poteſt facere argumentum contra Sanctum Thomam, et ideò ſubdit, quod iſti recentiores ſtudent tantummodò articulo, ſuper quem componunt, et non habent in mente omnia opera Sancti Thomę loquentis pręſuppoſitiuè, præſupponendo omnia ſupradicta, & dicendo, quæ propter pręrumpunt in verba in tantum Magnum Doctorem nullo modo applicanda, quòd Sanctus Thomas contradicat ſibi ipſi, et ideò Cardinal. Sarnanus, quia ſciebat totum Sanctum Thomam concordauit ſimilitèr, etiam Ioannes Capræolus ſoluit argumenta aduerſariorum, cum locis Sancti Thomæ, quia totum in mente habebat Sanctum Thomam, et ideò Bellarmin. dicebat bene omnia ſoluere Capreolum.*

*Argumenta verò Vaſquez, Valentię, Molinæ, Suarez, etc. quia colliguntur, et ſoluuntur, clarè, diſtinctè, et breuitèr à Ripa, à Nazario, à Conſales, à Nauarretto, à Zenardo, et pręcipuè à Montagnolo, in prima ſecũdæ Sancti Thomæ de peccato originali quantum ad eius eſſentiam. quæſt. 85.*

*Vide noſtram expoſitionem Petri Lombardi aperientem mentem huius materiæ, vt in folio 71. hic, et infra pro 3. reſponſione Vulpes. Ac etiam vide 1. 2. et 3. folium pro reſponſione quarta, quinta, et ſexta ad argumentum eiuſdem Vulpes.*

*Reſpondetur ſeptimo cum concordantia Scoti, & Sancti Thomæ per Radam Franciſcanum hic declarantem S. Thom.*

*Loca Sacræ Scripturæ hic, et infra à Salmerone, Emanuel Sa, à Toleto, à Prierio, Vegha, à Poſſeuino, à Salian, Torello in annalibus à creatione Mundi, quæ videntur repugnare aliquo modo Thomiſtis, quia ſunt concordata à nobis in fine noſtrę expoſitionis totius Bibliæ, et in Anatomia Biblię impreſſa ideò vide ea illic.*

## DISTINCTIO. XXXIV.

### *Quęſtio.* 1.

CIrca 34. diſtin. Quæruntur duo. Primò vtrum ratio boni ſit abſoluta. Secundò vtrum malum ſit aliqua natura. Quæritur primo vtrum ratio boni ſit abſoluta.

*Concluſio I.* reſponſiua eſt hæc. Bonum in ſua ratione formali includit formaliter reſpectum. Hanc ſic probat de ver. quæſt. 21. art. primo. Id quod includit rationem entis nec eſt enti ſynonymum, & differt ab ente ratione: nec addit enti aliquid ab eo diuiſum: nec differentiam contrahentem: nec ſolam negationem: addit reſpectum ſupra rationem entis, ſed bonum eſt huiuſmodi: ergo; maiorem & minorem probat longo proceſſu.

Contra arguunt *Scotiſtæ*, primò. Bonum non dicit relationem in Deo: ergo nec in creatura, conſequentia patet, antecedens probatur. bonum in Deo non dicit relationem realem ad intra; quia nulla talis relatio conuenit omnibus perſonis; nec realem ad extra: quia Deus eſſet bonus ex habitudine ad creaturas: nec dicit relationem rationis: quia tunc bonum eſſet ens rationis: ergo. Nullam relationem dicit, antecedens pro omni ſua parte eſt probatum: & conſequentia patet à ſufficienti diuiſione. Secundo probatur antecedens per Auguſt. qui dicit quòd Deus dicitur bonus ad ſe.

Reſpondeo & dico duo. Primo quòd aliquid nullum poteſt dicere reſpectum dupliciter. Vno modo in principali: & hoc modo bonum non dicit reſpectum: ſed purum abſolu-



Digitized by Google

tum reale ſcilicet in recto. Alio modo aliquid reſpectum continuatiuè ſcilicet in obliquo:& ſic bonum dicit reſpectum: qui tamen reſpectus non eſt quaſi pars bonitatis rei: hic autem reſpectus eſt habitudo perfectiui ſecundum quod aliquid natum eſt proficere,ſecundum eſſe, quod habet in rebus. Entitas enim non eſt bonitas, niſi vt eſt perfectio alicuius, de veri.quæſt.21.artic.6. perfectio autem rei eſt finis eius,cuius eſt perfectio:& ideo reſpectus,quem importat bonum,eſt habitudo cauſæ finalis. Et quia cauſa finalis vltima habet hanc habitudinem ex ſeipſa; & non ab alio fine,ideo dicitur, quòd Deus qui eſt vltimus finis,eſt bonus per ſe,id eſt per eſſentiã;quia vero ſecundi fines participant habitudinem cauſæ finalis in ordine ad vltimum finem; ideo creatura non dicitur bona per eſſentiam, quia poſita eſſentia creaturæ, non dicitur res bona niſi in ordine ad Deum de veri. quæſt.21. artic.1. ad 1.

¶ Dico ſecundò ad argumentum, quod reſpectus, quem connotat bonum ſiue in Deo, ſiue in creatura, eſt reſpectus rationis, & ad improbationem huius negatur conſequentia. quia bonum non ſolum dicit illum reſpectum bonum abſolutum ſcilicet entitatem rei; quæ tamen non poſſunt concipi ſub ratione boni niſi præconcipiatur talis reſpectus. Nunquam enim intelligitur Deus vt bonus, niſi intelligatur habitudo eius ad creaturam eſt ratione boni & perfectiui.

¶ Ad ſecundam probationem antecedentis dico quòd mẽs Auguſtini eſt quòd bonum non dicit relationem in Deo ad intra: ſicut paternitas & filiatio, ſiue quòd non eſt relatiuum ſecundum eſſe: quod ſcilicet dicat puros reſpectus eſt tale relatiuum poteſt dicere perfectionem.

Secundò arguitur. Id quod conuertitur cum ente eſſentialiter non dicit formaliter reſpectum: quia non omne ens eſt relatio; ſed bonum conuertitur cum ente eſſentialiter: ergo,&c.

Reſpondeo. Aliquid conuerti eſſentialiter cum alio poteſt eſſe dupliciter. Vno modo quia nullam realitatem includit intrinſecè, quam non includat aliud & ſic negatur maior, & conceditur minor. Alio modo quia non ſolum aliquam entitatem, quàm non includat aliud; ſed nec aliquod ens rationis in recto vel in obliquo: & ſic conceditur maior, & negatur minor, & illa conuerſio ſecundo modo dicta poteſt etiam dici denominatiua, ratione illius reſpectus quem includit præter rationem illius, cum quo conuertitur.

Tertiò. Nullus reſpectus huiuſmodi mouet:ſed bonum mouet appetitum:ergo.

Reſpondeo. Primò conceditur concluſio ſcilicet quòd bonum non eſt reſpectus: includit tamen reſpectum.

¶ Secundo dicò, abſolutum reſpectu mouet. Nunquam enim quiditas mouet intellectum,ad actum componentem, niſi accepta in habitudine ad alterum: quia actus componẽs fertur in vnum propter conuenientiam eius ad alterum; licet ſine reſpectu mouere poſſit ad actum ſimplicem, & ſic intellectus practicus mouetur à bono, inquantum aliquid apprehenditur,vt conueniens alicui.

Contra quoddam dictum in reſponſione ad primum ſcilicet quòd bonum habet rationem finis; arguit Guido de monte carmelo in quolibetis. Primo nullum poſterius eſt de ratione prioris;ſed finis eſt poſterior bono; ergo, maior nota,minor probatur, finis non ita immediatè conſequitur ens ſicut bonum; ergo poſterior eſt bono.

Reſpondeo. Negatur minor, ad probationem negatur antecedens; quia omne ens eſt appetibile; & conſequenter finis motus appetitus;vt elicitur prima parte.q.5.artic.6.

Secundò.Nullum inferius eſt de ratione ſuperioris: ſed finis eſt inferior bono; ergo, maior nota,minor probatur, bonum eſt ſuperius fine;ergo finis eſt inferior bono,conſequentia patet,antecedens probatur, id quod prædicatur de duobus,ex quo æquo eſt ſuperius quolibet eorum,ſed bonum prædicatur de fine, & de his quæ ſunt ad finem,ex æquo;ergo.

Reſpondeo. Negatur minor ad probationem negatur antecedens ad probationem negatur minor.Quia bonum principaliter terminat motum appetitus; de his vero quæ ſunt ad finem,dicitur ſecundum quid.

*Concluſio II.* Appetibilitas ſiue reſpectus ad appetitiuum includitur in formali ratione boni.Hanc ſic probat. S.D.prima part.quæ.5. articul.primò,& de veri.quæſ.1.art.1. Id quod ponitur in diffinitione alicuius eſt de ratione eius; ſed appetibilitas ponitur in diffinitione boni; nam bonum eſt quòd omnia appetunt; ergo.

Contra arguit Guido vbi ſupra. Quicquid includitur in formali ratione alicuius, conuenit ei in primo modo dicendi per ſe; ſed appetibilitas non ſic conuenit bono, ergo; maior nota,minor probatur. Appetibilitas conuenit bono per ſe in ſecundo modo; ergo non in primo,conſequentia patet; antecedens probatur. Omnis ratio denominans obiectum in comparatione ad potentiam conuenit obiecto in ſecũdo modo perſeitatis; ſed appetibilitas eſt huiuſmodi; ergo maior patet,minor eſt Philoſophi.

Digitized by Google

ſophi. 2. de aĩa tex. 67. dicẽtis, quod viſibilitas conuenit colori per ſe in ſecundo modo, quia denominat colorem à viſu.

Reſpondeo. Quod obiectum potentiæ poteſt tripliciter nominari. Vno modo nomine ſignificante quid rei obiecti, ſicut color nominat quid ſit obiectum viſus, & hoc modo obiectum voluntatis ſignificatur, per hoc nomen perfectum. Secundo nominatur nomine ſignificante ipſum in ordine ad potentiam, quo modo diceretur, quòd viſibile eſt obiectum viſus, & ſic obiectum voluntatis ſignificatur hoc nomine appetibile. Tertio nominatur nomine ſignificante vtrumque, ſicut ſi dicamus, quòd color viſibilis eſt obiectum viſus, & hoc modo obiectum voluntatis ſignificatur per hoc nomen bonum, quòd dicit abſolutum cum reſpectu.

¶ Ad argumentum negatur maior, de eo, quod includitur tantum connotatiuè, & hoc modo includitur appetibilitas in ratione boni. Negatur etiam minor, ad probationem negatur de obiecto ſignato ſecundum tertium modum ſupradictum, nam licet viſibilitas conueniat per ſe ſecundo modo colori, conuenit tamen per ſe primo modo huic, quòd dico color viſibilis.

*Concluſio* III. Bonum, & ens adinuicem conuertuntur. Hanc ſic probat Sanct. Doct. 1. par. queſt. 5. art. 3. & de verit. quæſt. 21. art. 2. Illa conuertuntur, quorum vtrumque de altero prædicantur, ſed bonum, & ens ſunt huiuſmodi: ergo, &c. maior nota, minor probatur. Omne appetibile eſt bonum, ſed omne ens eſt appetibile: ergo. Quod autem omne bonum ſit ens ſic probat. Illud eſt ens, in cuius ratione includitur ratio entis, ſed in ratione includitur ratio entis: ergo.

Contra arguit Durandus diſtinct. 33. quæſt. 1. artic. 2. Ea non conuertuntur, quæ differunt reali ratione: ergo, maior nota, minor probatur, bonum differt ab ente ratione, & ratio boni eſt realis: ergo differt ab ente reali ratione.

Reſpondeo. Primo poſſet negari maior. Nam homo, & riſibile conuertuntur, aliud tamen eſt ſignificatum hominis, aliud riſibilis, ſed quia ens, & bonum non ſolum conuertuntur, quoad ſuppoſita, ſed etiam eſſentialitèr.

¶ Dico ſecundò, quòd ratio accipitur ſeptem modis. Primò pro ſpecie intelligibili. Secundò pro actu intelligendi. Tertiò pro conceptu formato per intellectum. Quartò pro voce exprimente talem conceptum. Quintò pro re ad extra mouẽte intellectum ad intellectionem. Sextò pro re ad extra terminante intellectionem. Septimò pro re ipſa non abſolutè, ſed vt eſt relucens in conceptu.

Dico tertiò, quòd ratio accepta quatuor primis, & ſeptimo modo non eſt realis. Intelligo ſic iſtud dictum, quod aliquid dicitur ens rationis. Vno modo propriè, & ſic ens rationis dicit id quod in nullo prædicamento eſt, & talia entia rationis conſequuntur modum intelligendi ſicut intentio generis, & ſpeciei, hoc modo ſpecies intelligibilis, & actus intelligendi nõ ſunt entia rationis cum dicant rem prædicamenti qualitatis, nec conſequantur modum intelligendi, immò ſunt principia, vel ipſe actus. Secundò dicitur ens rationis largo modo quicquid non habet eſſe præter operationem intellectus, & hoc modo dic iſta eſſe entia rationis.

¶ Dico quartò, quòd accipiendo rationem quintò, & ſextò modo, aliqua eſt ratio merè realis, ſcilicet ratio eorum quorum nominibus ſignificatur merè ens reale aliqua eſt purè ens rationis, ſcilicèt ratio eorum, quæ ſunt entia rationis, vt ratio generis, ſpeciei antecedentis cõſequentis, & huiuſmodi, aliqua eſt partim realis, & partim rationis cuiuſmodi eſt ratio boni. Importat enim ens reale cum reſpectu rationis quantum ad abſolutum non differt à ratione entis, ſed quantum ad ſecundum quem addit ſupra rationem entis.

¶ Ad argum. negatur minor. Ad probationem dico ad antecedens, ſi intelligitur prima pars antecedentis, quod bonum differt ab ente totali ſua ratione, negatur ipſum antecedens, ſi intelligitur, quod differt à ratione, eo quòd addit aliquid ad rationem entis, ſcilicet reſpectũ rationis, negatur conſequentia, quia ex ea parte, quia differt à ratione entis, non dicit aliquid reale, ſed purum ens rationis.

Secundò arguit ſic. Impoſſibile eſt, quòd duo prædicentur de eiſdem in quid, & adęquatè, niſi ſint ſynonyma, ſed ſi ens, & bonum conuertuntur, duo prædicabuntur de eiſdẽ in quid, & adæquatè, licet non ſint ſynonyma, ſcilicet ipſum ens, & bonum: ergo.

Reſpondeo. Primò negatur maior. quando talia differunt ratione partim reali, & partim non reali. Secundò dico, quòd minor poſſet negari.

Vnde ſciendum, quòd prædicatio quidditatiua accipitur dupliciter. Vno modo pro omni ea, in qua prædicatũ dicit totã eſſentiam ſubiecti, & bonum prædicatur quidditatiuè de omnibus. Alio modo magis propriè pro ea, cuius prædicatum nihil dicit extraneum rei ſignificatæ per ſubiectum, & ſic negatur minor, quia bonum hoc modo non prædicatur quidditatiuè, cum dicat reſpectum rationis, qui non eſt eſſentia alicuius rei.

QVAE-

Digitized by Google

## QVAESTIO II.

*34. Diſtinct. 2. Sent.*

QVæritur ſecundò. Vtrum malum ſit aliquid.

Pro iſta quæſtione hæc eſt prima concluſio. Malum formalitèr ſumptum, ideſt ipſa malitia non eſt natura poſitiua, ſed pura priuatio. Hãc ſic probat Sanct. Doct. in quæſt. 1. de malo art. 1. Id quod cauſatur à primo, & vniuerſaliſſimo bono eſt bonum, ſed omnis entitas eſt huiuſmodi, ergo omnis entitas eſt bona.

¶ Secundò. Omnis entitas habet conuenientiam cum aliquo bono: ergo omnis entitas eſt bonum.

¶ Tertiò. Nihil oppoſitum ipſi eſſe poteſt eſſe aliqua entitas, ſed malum formalitèr acceptum, id eſt malitia opponitur eſſe: ergo &c.

Contra arguit primò, à quibuſdam quos adducit Gregorius in 2. diſtinct. 34. quæſt. 1. art. 1. Malum eſt ſubiectiue in bono, vt dicit Auguſtinus in Enchiridion, ergo malum eſt aliqua entitas.

Reſpondeo. Quod malum non dicitur eſſe in bono tanquam aliquid poſitiuum, ſed ſicut priuatio. Et cum dicitur malum eſſe in aliquo, non aliud ſignificatur niſi quòd talis res priuatur bono ſibi conuenienti.

Secundò. Dolor & triſtitia ſunt quædam entitates, ſed dolor, & triſtitia ſunt mala, ergo aliqua mala ſunt entia, maior patet, minor probatur. Tum quia pœna inquantum pœna eſt malum, ſed dolor, & pœna. Tũ quia ſi dolor non eſſet ſecundum ſe malum, ſed præciſe quia priuat aliquo bono, ſequitur, quod ſi quia priuaretur tali bono, non triſtaretur, quòd haberet tantum malum, ſicut ſi cum hoc etiam triſtarentur.

Reſpondeo. Quod malum dicitur tripliciter. Vno modo ipſa priuatio boni debiti in eſſe, & tale malum nihil eſt. Alio modo dicitur aliquid malum, quia eſt ſubiectum talis priuationis, & hoc dicitur malum non quid eſt formalitèr, ſed denominatiuè. Tertiò modo dicitur id quod eſt cauſatiuum talis priuationis, & hoc non dicitur malum ſimplicitèr, ſed ſecundum quid.

¶ Dico ſecundò, quòd aliquid mere poſitiuum poteſt eſſe malum ſecundo, & tertiò modo, tale malum eſt dolor, ſed non primo modo. Ad primam probationem dico, quod pœna inquantum pœna eſt malum tertio modo, ſed nõ primo. Ad ſecundam dico, quòd talis in illo caſu haberet tantum de malo ſimplicitèr, non autem haberet tãtum de malo ſecundum quid.

Tertiò. Si malum eſt tantum priuatio, ſequitur, quod in primis Dei operibus potuiſſet eſſe malum, hoc eſt contra Auguſtinum in Enchiridion 2. cap. conſequentia probatur, tum quia ibi fuerunt tenebræ, quæ non ſunt aliud quam priuatio, tum quia Deus potuiſſet ſpoliare, & priuare Adam ſuis perfectionibus, antequam peccaret, & tamen illa priuatio non fuiſſet malum, quia omne malum, aut eſt peccatum, aut pœna peccati, vt dicit Auguſtinus ſuper Geneſim ad literam, ſed antequam Adã peccaret non erat peccatum, nec pœna peccati: ergo.

Reſpondeò. Negatur conſequentia. Ad primam probationem dico, quòd quando malum dicitur eſſe priuatio, intelligitur de priuatione boni, debiti ineſſe, & quando debet ineſſe, illa autem tenebra non erat priuatio boni, pro tunc debiti in eſſe, & per conſequens non erat malum.

¶ Ad ſecundam probationem dico, quòd in Adam fuiſſet aliquod malum poſito illo caſu, & tale malum non fuiſſet pœna, nec culpa, nec eſt neceſſe omne malum eſſe pœnam, aut culpam, niſi ſit in natura intentionali, & ſecundũ præſentem curſum, cuius tamẽ oppoſitum poſſet Deus facere.

Quartò. Si malum eſt priuatio boni, ſequitur quod omnis pœna ſit pœna damni, quia priuatio boni non eſt aliud quam pœna damni, ſed hoc eſt falſum, quia datur etiam pœna ſenſus: ergo.

Reſpondeo. Quod pœna damni accipitur duplicitèr. Vno modo pro pœna, quæ eſt ipſum damnum, vt ſit conſtructio intranſitiua, & ſic negatur conſequentia. Alio modo accipitur pęna damni, id eſt pœna inferens damnum, & ſic etiam negatur conſequentia. Quia quãdo dicimus malum eſſe priuationem, loquimur de malo formalitèr, & non denominatiue accepto, vt patet in reſponſione ad ſecundum.

Quintò. Si malum eſt priuatio, ſequitur, quod homo exiſtẽs in peccato mortali, & peccans de nouo priueretur aliquo bono, ſed eſt falſum: ergo, maior patet, minor probatur, ſi talis priuaretur aliquo bono, maximè priuaretur gratia, ſed non priuaretur gratia, quia antè eã non habebat: ergo.

Reſpondeo negatur maior. Ad probationem etiam negatur maior, ſed dico, quod priuaretur bono naturæ, quod eſt habilitas quædam naturæ ab bonum gratiæ, omne enim peccatum diminuit bonum naturæ, vt dicit Sanct. Doct. quæſt. 2. de malo art. 12.

Septimò. Totalis negatio eſſendi alicuius ſubiecti, puta Angeli eſt malum, ſed talis negatio eſt pura priuatio, vt patet: ergo. Malum non

non eſt priuatio, ſed ſimplex negatio, minor patet, maior probatur, tùm quia negatio alicuius boni eſt malum: ergo negatio maioris boni eſt maius malum, tùm quia ſimplicitèr non eſſe eſt magis fugiendum, quam carere certo bono: ergo non eſſe eſt malum, conſequentia tenet, quia ſicut nihil eſt appetendum, niſi bonum, ita nihil eſt fugiendum, niſi malum.

Reſpondeo, negatur maior. Ad probationē negatur conſequentia, præſuppoſita conſtantia ſubiecti, & ea non præſuppoſita, negatur conſequentia, annihilata autem aliqua re, non eſſet conſtantia ſubiecti.

Ad ſecundam probationem negatur conſequentia, nam etiam aliquid non malum eſt fugiendum, ſi eius oppoſitum eſt appetendum. Et quia eſſe quod opponitur non eſſe eſt appetendum non ipſum non eſſe eſt fugiendum, licet non eſſe non ſit malum. Et quòd non eſſe non ſit malum, patet quia omne malum fundatur in bono, ſed non eſſe in nullo fundatur, ideò non eſt malum aliquod.

*Concluſio II.* Nullum malum habet cauſā per ſe, ſed tantum per accidens. Prima pars probatur ſic Sanct. Doct. 1. parte, quæſt. 49. art. 1. & præſenti diſtinct. Nullus effectus non intētus à ſua cauſa, vel habens ſimilitudinem ſuæ cauſæ, nec procedens ſecundum certum ordinem, habet per ſe cauſam, ſed malum eſt huiuſmodi: ergo. Secunda pars probatur, vbi ſupra, quod malum habeat aliquam cauſam, puta bonum omne, quod ineſt alicui præter naturam eius, cui ineſt habet cauſam efficientem, ſed omne malum eſt huiuſmodi: ergo malum habet cauſam, ſed nihil poteſt eſſe cauſa efficiens niſi bonum, ſed non eſt cauſa per ſe: ergo per accidens. Ex hoc ſequitur, quod voluntas eſt cauſa peccati per accidens ſolū, ſcilicèt inquātum voluntas eſt deficiens.

Contra arguit Scotus hic primò. Defectibilitas voluntatis non eſt cauſa peccati per accidens, alioquin eſſet fruſtra talis defectibilitas, neque eſt cauſa per ſe, quia quicquid eſt cauſa cauſæ eſt cauſa effectus, ſed Deus eſt cauſa talis defectibilitas: ergo eſſet cauſa peccati, quod eſt falſum: ergo.

Reſpondeo. Dico primò, quod cauſa per accidens eſt quadruplex. Aliqua enim eſt cauſa per accidens, quæ nec poſitiuè nec priuatiuè facit aliquid ad effectum, ſicut muſicus dicitur cauſa per accidens reſpectu domus. Alia eſt cauſa per accidens, quæ priuatiuè confert aliquod effectu, ſicut remouens prohibens. Tertia eſt, quæ poſitiuè confert effectui, ſed præter intentum, ſicut fodiens theſaurū eſt cauſa inuētionis theſauri. Quarta eſt cauſa per accidens: quia producit aliquem effectu per ſe cui coniūgitur aliquid aliud, & reſpectu illius dicitur cauſa per accidēs ſicut domificator eſt per ſe cauſa domus, & per accidens eſt cauſa albedines eius. Iſte tamen modus poteſt induci ad tertium.

¶ Dico ſecūdò, quod effectus dicitur per accidens duplicitèr. Vno modo ad quem terminatur actio agentis, licet præter eius intentum ſicut eſt inuentio theſauri, & talis effectus licet reſpectu alicuius cauſæ ſit per accidens, tamen reſpectu alterius poteſt eſſe per ſe. Alius eſt effectus per accidens, ad quem non terminatur actio agentis, ſed dicitur effectus per accidens, quia coniungitur effectui per ſe, ſicut diximus, de albedine reſpectu domificatoris. Malum non eſt effectus per accidens primo modo, ſed ſecundo, quia coniungitur bono, quod per ſe eſt productum.

¶ Dico tertiò vt ponit Sanct. Doct. in præſēti diſtinct. artic. 3. ad quartum, quod duplex eſt defectus voluntatis. Vnus eſt potentialis, & iſte conuenit voluntati, inquantum eſt ex nihilo, quicquid enim eſt ex nihilo eſt potens deficere. Alius eſt actualis ſecundum quod actu voluntas deficit. Primus defectus verò eſt actualis cauſa peccati, alioquin ſemper volūtas actu dificeret, ſed ſecundus eſt actualis cauſa peccati, quia quicquid procedit à voluntate, vt ſtat ſub iſto defectu, totum eſt malum.

Ex his reſpondeo ad argumentum, quod defectibilitas non eſt proxima cauſa mali neque per ſe neque per accidens, ſed actualis defectus eſt cauſa proxima, & eſt cauſa per accidens ſicut remouens prohibens. Nam ſicut ignorantia eſt cauſa peccati, quia remouet ſcientiam prohibentem peccatum, ita defectus voluntatis remouet eius rectitudinem, & bonam electionem, quæ prohibent peccatum. Ad improbationem negatur conſequentia, quia talis cauſa per accidens facit priuatiuè aliquid ad effectum, priuat enim id quod peccatum prohiberet, & ideò non eſt fruſtra ſi etiam diceretur, quod eſſet cauſa per ſe, non valet improbatio, quam adducit, quia talis defectibilitas, aut defectus eſt pura negatio, & ens rationis. Entia autem rationis non habent cauſam efficientem.

Contra hanc reſponſionem arguit. Primò, quòd actualis defectus non ſit cauſa peccati, quia omnis defectus voluntatis eſt malum: ergo ſi cuiuslibet mali eſt cauſa actualis defectus, ſequitur quòd ante primum defectum fuit alius defectus ipſum cauſans.

Reſpondeo. Negatur antecedes, quia primus defectus eſt pura negatio: vnde non habet rationem mali, nec culpæ nec pœnæ, ex hoc autem defectu tanquam à remotione prohibentis,

tis, cauſatur ſecundus defectus, qui habet rationem culpæ, non quidem, vt cauſatur præciſè à primo defectu, ſed etiam à voluntate, ita quod neque defectus ſolus neque voluntas ſola, ſed voluntas defficiens eſt cauſa mali.

Contra hoc arguit dupliciter. Primò. Idem ſub eadem ratione eſt ſubiectum priuationis, & habitus, ſed voluntas, vt voluntas eſt ſubiectum, & cauſa propria boni actus voluntatis: ergo, & mali ſiue peccati.

Reſpondeo, dico primò, quòd voluntas ſine defectu conſiderata eſt per accidens cauſa peccati accidentalitate, ſe tenẽte ex parte effectus, eſt enim cauſa alicuius boni, cui coniungitur defectus, ſed voluntas, vt deficiens eſt cauſa per accidens accidentalitate tenente ex parte cauſæ, eſt enim vt remouens prohibens.

¶ Dico ſecundò ad argumentum, quod maior eſt falſa, quando ſubiectum naturalitèr inclinatur ad habitum, & non ad priuationem, ſicut eſt in propoſito. Nam voluntas naturalitèr appetit bonum, & refugit malum.

Secundò. Voluntas per te, inquantum defectibilis non poteſt benè velle: ergo peccat, vt ſic & non peccat, hoc eſt impoſſibile: ergo, tenet conſequẽtia, quia nullus peccat in eo, quod vitare non poteſt.

Reſpondeo, negatur conſequentia, eſt enim tale argumentum. Voluntas inquantum eſt deficiens non poteſt bene velle: ergo voluntas nõ poteſt benè velle. Quam conſequentiam conſtat nullam eſſe, voluntas enim antequam haberet actu defectum poterat benè velle, & ſimilitèr poſtquam deſierit eum habere.

Contra reſponſionem ad primum iſtorũ m arguit. Voluntas ſola eſt cauſa peccati accidentalitate ſe tenente ex parte effectus: ergo peccatum eſt cauſale, hoc eſt falſum: ergo.

Reſpondeo, negatur conſequentia, quia non omnis effectus per accidens eſt cauſalis, niſi cõtingat, vt in paucioribus, & ſit totaliter ſeparatus ab intentione agentis, quod non contingit de peccato, vt dicit Sanct. Doct. in quæſt. 1. de malo, art. 3. ad 15.

Contra reſponſionem ad principale argumẽtum arguit, quòd defectibilitas potentialis non ſit cauſa peccati, quia aut eſſet actiua, aut paſſiua, non paſſiua, quia voluntas, vt paſſiua non agit: ergo erit cauſa actiua, ſed actiuitas voluntatis eſt eius libertas: ergo non eſt aliud dicere, niſi quod voluntas, vt libera, eſt cauſa peccati.

Reſpondeo primò, quòd defectibilitas diſtinguitur ab actuali defectu, quia defectibilitas ſe tenet ex parte ipſius volũtatis, qui ex hoc quod eſt ex nihilo poteſt deficere ſecundum vertibilitatem electionis, actualis verò defectus ſe tenet ex parte actus voluntatis.

¶ Dico ſecundò, quòd potentialitas non eſt per ſe actiua, nec paſſiua, nec tanquam remouens prohibens, ſicut ſi diceretur quod cæcitas eſt cauſa viſus.

Secundò principalitèr arguit, Si voluntas creata vult malum tantum per accidens, quia præciſè vult illud poſitiuum adquod ſequitur illa deformitas: ergo non magis peccat voluntas creata quàm increata, quia etiam ipſa non vult malum, nec per accidens.

Reſpondeo, negatur conſequentia, quia Diuina volũtas, nec per ſe, nec per accidẽs poteſt velle deformitatem culpæ, ſicut facit voluntas creata.

¶ Ex prædictis patet, quòd peccatum non ſolum habet cauſam deficientem, ſed etiam efficientem per accidens, ſcilicet voluntatem creatam, quæ dicitur cauſa deficiens, quia non efficit rectitudinem in actu ſuo, quam tenetur, & deberet.

¶ Ex hoc ſequitur, quòd licet Deus nõ cauſet rectitudinem in actu voluntatis creatæ, non tamen imputatur ei ad peccatum, quia ipſe non tenetur cauſare talem rectitudinem.

Tertiò arguit contra quandam reſpõſionẽ, quam non dat Sanct. Doct. ſed reduco ſic argumentum, vt ſit ad propoſitum probationis, quòd voluntas nullo modo ſit cauſa peccati, Si voluntas eſſet cauſa peccati, ſequitur quod eſſet cauſa deformitatis in actu, ſed hoc eſt falſũ: ergo, maior patet, minor probatur. In actu habente rectitudinem à Deo, non poteſt volũtas creata cauſare deformitatem, ſed actus voluntatis habet rectitudinem à Deo: ergo, maior patet, minor probatur, omnis actus à Deo productus habet rectitudinẽ, alioquin ſi Deus incauſaret rectitudinem, cauſaret deformitatem, cum nullus actus non particulari ſit indifferens, ſed quilibet actus voluntatis eſt à Deo tanquam à cauſa prima, & prius ſecundum rationem, quàm à voluntate, & ſic in illo priori habet rectitudinem.

Reſpondeo, negatur minor. Ad probationem dico, quod in actu habente rectitudinem, poteſt voluntas cauſare deformitatem, non oppoſitam illi rectitudini. Deus autem in illo priori cauſat in actu rectitudinem per comparationem ad ſeipſum, quia ille actus, vt à Deo ſit, rectè ſit, & ad rectum finem ordinatur, non autem cauſat in eo rectitudinem per comparationem ad voluntatem creatam, ita vt rectè fiat ab illa, & rectè ordinatur ad vltimum finẽ. Iſtarum autem rectitudinum vna poteſt fieri, & eſſe ſine alia, & vna cauſari à Deo, & alia non cauſari à voluntate creata.

¶ Ex hoc ſequitur, quod Deus non eſt præciſè cauſa rectitudinis in actu voluntatis, ſed con-

Digitized by Google

concurrit etiam ipſa voluntas, vt inſtrumentum.

*Concluſio III.* Malum inquantum huiuſmodi, diminuit bonum naturæ, ſed non poteſt illud totalitèr currumpere. Primam partem ſic probat S.D. 1. par. q. 48. art. 4. Id quod minuit habilitatẽ naturæ ad bonum minuit bonũ naturæ, ſed malum diminuit hanc habilitatem: ergo, ſecunda pars probatur, vbi ſupra. Malum non tollit fundamentum illius habilitatis: ergo non aufert totaliter bonum.

Sciendum eſt autem, quod diminutio huiuſmodi habilitatis non eſt per ſubtractionem partis, ſed per remiſſionem, & quamuis actus ex quibus remittitur dicta habilitas in infinitum multiplicarentur, non tamen eam totaliter auferrẽt, quia ſemper manet in ſua radice, & ſubiecto, quod eſt ipſa ſubſtantia animæ, ſicut ſi infinita obſtacula ponerentur inter ſolem, & aerẽ, non auferrent totalitèr habilitatem aeris ad lumen, quia remanente ſubſtantia actus, ſemper manet ſua habilitas ad lumen.

Contra eandem arguit Durandus diſt. 35. quæſt. 4. Intenſio habilitatis ſubiecti ad actum fit per aliquid inhærens ſubiecto: ergo, & remiſſio fit per aliquid inhęrens, ſed actus contrarij ſubiecto inhærentes, & remittentes habilitatẽ poſſunt in infinitum multiplicari: ergo auferrẽt totalitèr habilitatem: exemplum autem non eſt ad propoſitum, quia illa obſtacula nihil auferrent ſoli nec aeri.

Reſpondeo. Quod triplex eſt habilitas ad bonum. Prima eſt remotiſſima, & hæc eſt tàm in eſſentia animæ reſpectu gratiæ, quàm in potentijs animæ reſpectu habituum infuſorum, ex earum natura nullo eius ſuperaddito. Alia eſt habilitas remota, & hæc eſt per notitiam communem principiorum iuris, & per inclinationẽ ad bonum, conſequentem voluntatem ex tali notitia, & hæc pertinet ad ſynderesim. Iſtæ autem duæ habilitates ſunt omninò inextinguibiles. Tertia eſt per habitus ſuperadditos, & hęc omninò poteſt remoueri, & eſt habilitas ſubiecti ad actum.

¶Ad argumentum igitur concedo totum de habilitate ſubiecti ad actum, habilitas autẽ, quam minuit peccatum, non eſt habilitas ad actum, nec aliquis habitus de genere qualitatis, nec aliqua diſpoſitio abſoluta, ſed eſt habilitas animæ quoad eius eſſentiam, & eius potẽtias ad recipiendum bonum gratiæ in eſſentia, & virtutes infuſas in potentijs, vnde argu. non eſt ad propoſitum, & iſta habilitas non eſt ex aliquo actu, vel habitu acquiſita, ſed ãte omnẽ actum, & habitum, & quod plus eſt, ante omnẽ potentiã animæ ipſa eſſentia animæ eſt habilis ex natura ſua ad gratiam tanquam proximum eius ſuſceptiuum, iſta autem habilitas animæ ad gratiam ordinatur ad Dei formandum ipſam animam.

*In hac trigeſimaquarta diſtinctione, 2. Sententiar. & duabus quæſt ſequentibus confutantur hæreſes damnatæ, vt in noſtro Commentar. in text. Magiſtri, & confutantur etiam hæreſes, quæ ſunt in Abecedario, & in Ethimologijs hæreſum, & confutantur ſimilitèr Idolatriæ, vt in Abecedario Idolorum in principio, vide ibi littera B.* M. *& N. ac etiam confutantur falſa Theologia Fenicum, Egyptiorum, Græcorum, Atlanticorum, Frigiorum, Gentium, &c. ab Euſebio in primo, ſecundo, tertio, & quarto libro de præparatione Euangelica contra Theologiam fabuloſam Poetarum antiquorum.*

*Ex concluſionibus, probationibus, & ſolutionibus argumentorum Caprçoli ſoluuntur argumenta Vulpes, & aliorum recentiorum facile, vt facit Ariſtotelis ad argumenta Antiquorum, quod veritatis cognitio dubiorum eſt ſolutio, & cum Cardinali Bellarmino dicente in libro de Scriptoribus Eccleſiaſticis de Ioanne Capræolo, quòd Ioann. Capreolus ſit defenſor Egregius Sancti Thomæ, & optimè diſſoluit omnia argumenta aduerſariorum: dicunt verba formalia Bellarmini, ergò ſi optimè diſſoluit per Bellarminum ſunt ſoluta argumenta cum his doctrinis hic: Sicut ſoluit Ariſtotelis contra antiquos dicendo in 3. de Cælo, & in 3. Metaphiſic. veritatis cognitio, dubiorum eſt reſolutio.*

*Reſpondetur ſecundò cum Cardinali Sarnano Franciſcano doctiſſimo, cum ſeptuageſimaquarta concordantia, et ſimilitèr cum ſeptuageſimatertia concordantia Bongherbg.*

*Reſpondetur tertiò cum Petro de Bergamo, et Bartholomęo Spina dicentibus in tabula Sancti Thomę, quod qui ſcit totam Logicam Sancti Thomæ, Philoſophiam etiam moralem, totam Metaphyſicam Sancti Thomę, et totam eiuſdem Theologiam, nullum poteſt facere argumentum contra Sanctum Thomam, et ideò ſubdit, quod iſti recentiores ſtudent tantummodò articulo, ſuper quem componunt, et non habent in mente omnia opera Sancti Thomę loquentis præſuppoſitiuè, præſupponendo omnia ſupradicta, & dicendo, qua propter prærumpunt in verba in tantum Magnum Doctorem nullo modo applicanda, quòd Sanctus Thomas contradicat ſibi ipſi, et ideò Cardinal. Sarnanus, quia ſciebat totum Sanctum Thomam concordauit ſimilitèr, etiam Ioannes Capræolus ſoluit argumenta aduerſariorum, cum locis Sancti Thomæ, quia totum in mente habebat Sanctum Thomam, et ideò Bellarmin. dicebat be-*

*ne omnia ſoluere Capreolum.*

*Argumenta verò Vaſquez, Valentię, Molinæ, Suarez, etc. quia colliguntur, et ſoluuntur, clarè, diſtinctè, et breuitèr à Ripa, à Nazario, à Conſales à Nauarretto, à Zenardo, et pręcipuè à Montagnolo, in prima ſecũdæ Sancti Thomæ de bonitate, & malitia humanorum actum in generali quæſt.* 18.

*Vide noſtram expoſitionem* Petri Lombardi *aperientem mentem huius materiæ, vt in folio 72. hic, et infra pro 3. reſponſione Vulpes. Ac etiam vide 1. 2. et 3. folium pro reſponſione quarta, quinta, et ſexta ad argumentum eiuſdem Vulpes.*

Reſpondetur ſeptimo cum concordantia Scoti, *& Sancti Thomæ per Radam Franciſcanum. hic declarantem S.Thom.*

*Loca Sacræ Scripturæ hic, et infra à* Salmerone, Emanuel Sa, *à Toleto, à* Prierio, *Vegha, à Poſſeuino, à* Salian, *Torello in annalibus à creatione* Mundi, *quæ videntur repugnare aliquo modo Thomiſtis, quia ſunt concordata à nobis in fine noſtrę expoſitionis totius Bibliæ, et in Anatomia Biblię impreſſa ideò vide ea illic.*

## DISTINCTIO XXXV.

### *Quæſtio.* 1.

CIRCA trigeſimamquintam Diſtinctionem, quæritur. Vtrum in omni peccato ſit aliquis actus.

Pro hac quæſtione iſta eſt prima concluſio. Actus humanus, ſi ſit malus, habet propriè rationem peccati. Hanc ſic probat Sanct. Doct. prima ſecundæ quæſt. 21. artic. 1. omnis actus, qui agit propter finem, & caret debito ordine ad illum finem, dicitur peccatum, ſed omnis actus malus voluntarius eſt huiuſmodi: ergo.

Contra arguit Gregorius in 2. diſtinct. 84. quæſt. 1. artic. 2. primò, Omnis entitas eſt à Deo, ſed peccatum non eſt à Deo: ergo peccatum non eſt entitas, & propter conſequens non eſt actus.

Reſpondeo. Quod peccatum accipitur tripliciter. Vno modo pro ſuo formali ſolum, ſcilicèt pro deformitate, & ſic non eſt à Deo, nec eſt entitas. Alio modo pro materiali ſolũ, ſcilicèt pro actu, in quo eſt deformitas, & ſic entitas, vt ſic eſt à Deo. Alio modo pro materiali, & ſimul, & ſic nõ conceditur eſſe à Deo, eodem modo diſtinguitur maior iſtius argumenti, hoc eſt peccatum demonſtrando actum iurandi, & hoc eſt à Deo: ergo peccatum eſt à Deo, dico tamen quod non conceditur communitèr peccatum eſſe à Deo, quia Deus non eſt cauſa illius deformitatis, quæ complet formalem rationem peccati, poſſet tamen concedi peccatum eſſe à Deo cum quadam determinatione, verbi gratia, ſi dicatur, peccatum quò ad ſubſtantiam actus eſt à Deo.

Secundò Auguſtinus dicit ſuper illud Ioannis primo, & ſine ipſo factum eſt nihil, peccatum nihil eſt. Et in libro de natura gratiæ, conſentit Pelagio dicenti, quod peccatum non eſt ſubſtantia, neque aliquid aliud, licet neget eius conſequentiam, quam infert Pelagius: ergo peccatum non debilitat naturam, quia vt dicit ibi Auguſtinus etiam non comedere nihil eſt, & tamen naturam debilitat. ex his vult Gregorius quod peccatum non ſit vlla entitas incomplexa ſignificabilis, ſed tãtum complexa, nam cum dicitur non mœchaberis, non prohibetur vir aut mulier, ſed hoc complexum, quod admiſceat non ſuæ.

Reſpondeo, quod omnes prædictæ auctoritates, & ſi quæ aliæ ſunt, intelliguntur de peccato non quidem materialitèr, ſed formalitèr accepto.

¶ Dico ſecundò quod peccatum quantum ad ſuum materiale eſt in prædicamento actionis, ſi ſit actus, ſicut eſt furtum, homicidium, & ſignificantur incomplexa, puta hoc nomine peccatum.

¶ Dico tertiò, quòd dum prohibetur adulterium, prohibetur contactus viri, & mulieris in determinata parte corporis, talis autem contactus eſt motus localis, vel alterationis.

Contra eandem arguit Aureolus. Probando quod rectitudo voluntatis non ſumatur per comparationẽ ad rectã rationẽ tanquã ad ſecũdã regulam. Primò id non poteſt eſſe ſecunda regula ipſius actus, quod non poteſt mediare inter primam regulam, & regulatum, ſed ratio non mediat inter primam regulam, & regulatum, niſi forte applicando, ideſt oſtendendo obiectum benè circunſtantionatum voluntati: ergo, &c.

Reſpondeo. Dico primò quòd ratio practica in communi accepta, ideſt vt ratio practica eſt, non eſt regula actus benè dans ei rectitudinem, & eſt eius menſura ſecunda, prima verò eſt Deus, ſiuè Lex diuina.

¶ Dico ſecundò, quòd minor eſt falſa, quia recta ratio mediat inter regulam primam, & actum, quæ mediatio non ſolum eſt applicatio, ſed eſt oſtenſio rectitudinis ipſius actus.

Contra, de ratione regulæ eſt efficere, ſed ratio non cauſat rectitudinem in actu, cum cauſetur tantum à voluntate, quæ actum elicit, vel imperat: ergo. &c.

Reſpondeo, negatur maior, ſed ſufficit ad menſuram,

Digitized by Google

ſuram, quòd oſtendat rectitudinem.

Secundò. Rectitudo actus ſumitur per comparationem ad obiectum circunſtantionatum, quia actus dicitur bonus, eo quod cadit ſuper additum obiectum: ergo non ſumitur per comparationem ad rectam rationem.

Reſpondeo, quòd obiectum poteſt accipi dupliciter. Vno modo ſecundum eſſe reale, quod habet ad extra, & ſic non eſt regula actus recti, quia ſecundum tale eſſe eſt imperfectius, & ignotius. Alio modo accipitur ſecundum eſſe cognitum, & ſic poteſt eſſe regula, hoc autem habet à ratione, quę imprimit mediũ obiecto in eſſe intentionali, & obiectum ſic in medio conſtitutum mouet voluntatem, & voluntas efficit obiectum, vt dicit Sanct. Doct. quęſt. 1. artic. 3.

Et vt iſta materia clarius pateat, Dico ſecũdò, quòd recta ratio oſtendit finem voluntati, & eſt vt ſic menſura illius actus voluntatis, quę eſt ad finem, & quo appetit finem. Secundò appetitus finis eſt regula rectæ rationis conſiliantis, & iudicantis de his, quæ ſunt ad finem. Tertio recta ratio iudicatiua, & perfectiua eſt regula rectæ electionis. Quartò recta electio cũ præcedentibus eſt regula actus exterioris, & ſic ſemper recta ratio eſt regula actus humanorũ omnium.

*Concluſio II.* In omni peccato requiritur aliquis actus, non tamen omne peccatum eſt actus, aut includens actum intrinſece. Hanc ſic probat Doct. Sanct. prima ſecundæ quæſt. 71 artic. 5. Nam prima pars patet de peccato cõmiſſionis de peccato, aũt omiſſionis probatur. Illud concurrit ad peccatũ omiſſionis ſine quo omiſſio non haberet rationem peccati, ſed non habet rationem peccati, niſi quia cauſatur ex aliquo actu voluntario: ergo.

¶Secunda pars probatur, in illo conſiſtit prę cisè peccatum, & quo non poſito, non ponitur, ſed poſita pura ceſſatione voluntaria ab actu, ad quem quis tenetur, ponitur peccatum omiſſionis: ergo, &c.

Contra arguit Durandus hic quæſt. 2. primo. Nulla cauſalitas poſitiua directè ponitur ad effectum priuatiuum, ſed omiſſio eſt effectus priuatiuus: ergo non oportet ponere aliquem actum poſitiuum, ſed ſufficit non exire in actũ, cuius habetur dominium.

Reſpondeo. Negatur maior, quia non ſolũ oportet aſſignare cauſam poſitiuam motiuam, ſed etiam quietum innaturalium cuiuſmodi eſt omiſſio, qua omittitur id quod iudicatum eſt debere fieri.

Dico ſecundò, quòd in peccato omiſſionis non eſt actus ei intrinſecus, nec oportet, quòd omiſſio ſit per ſe volita, ſed ſufficit, quòd aliquid ſit directè, & per ſe volitum ad quod ſequitur omiſſio, ſicut cum ex hoc quod occupatur circa aliquem actum non venit ei in mentem in quod facere teneretur, tunc illa omiſſio eſt volita ſaltem per accidens.

¶Dico tertiò, quòd aliquis actus, quia alias eſſet bonus poteſt eſſe peccatum, vel cauſa peccati, eo quod quis in eo occupatus impeditur, ne ei occurrat id quod tenetur facere, ſicut cum alicui in die Paſchæ ſtudenti, vel etiam oranti non occurrit, quòd ſumat Euchariſtiam, & eam omittit.

Secundò. Stante præcepto Dei, quo Sortes velit hodie a. ſtat quod Sortes nullum actum volendi, aut nolendi ſit habiturus: ergo peccatum omiſſionis poteſt eſſe ſine aliquo actu, antecedens patet, & conſequentia. Quia in eo caſu Sortes peccaret omittendo velle, quod Deus præcepit.

Reſpondeo. Negatur antecedens. Quia non eſt in poteſtate volentis ſi clarè iudicet aliquid eſſe faciẽdum, quin velit facere, vel nolit, vel velit diuertere intellectum ad alia cogitanda, vel expectare tempus, & huiuſmodi.

¶Eodem modo diceretur ad tale argumentum, præcipiat Deus Sorti, quòd hodie velit, aut nolit aliquid hoc præceptum poteſt non ſeruare: ergo peccabit ſine omni actu.

Reſpondetur. Quòd antecedens eſt impoſſibile, ſcilicèt quod Sortes nullum actum habeat, nam ſi ſtatim habito tali præcepto, poneret ſe ad dormiendum, vt eum priuaret, conſtat quòd haberet ſaltem velle reſpectu dormitionis.

Contra. Si voluntas non poteſt ſuſpendere actum omnem, ſequeretur quòd Deus non poſſet ei recte præcipere, quòd omnem actum ſuſpenderet hoc eſt falſum: ergo.

Reſpondeo. Negatur conſequentia. Quia licet voluntas non poſſit implere illud præceptum ſtante actuali animaduerſione pręcepti, poteſt tamen velle illud implere, & conari ad hoc, & habere conditionale velle meritorium, ſcilicet quod vellet illud implere ſi poſſet. Et iſta intelligenda ſunt de omiſſione ſequenti plenum iudicium de agendis, ſimiliter etiam omiſſio ſequens ignorantiam, vel cum determinationem præcedit ex aliqua cauſa, quæ ſi ſit voluntaria eſt peccatum, ſi autem non ſit voluntaria omiſſio ſequens non imputabitur ad culpam.

Tertiò. Arguitur quod omiſſio nullo modò ſit peccatum mortale, quia ex hoc ſequeretur, quod aliquod peccatum commiſſionis eſſet in infinitum maius peccato omiſſionis, hoc eſt falſum. vt patet: ergo, conſequentia probatur, ſtante dictamine quod Deus ſit amandus, ille



Digitized by Google

qui habet nolle amare, ſed actum odiendi Deū, peccat in infinitum magis eo, qui tantum ceſſat, & omittit eum diligere: ergo, &c. conſequentia patet, antecedens probatur, quia aliquis actus poteſt dari in duplo remiſſior illo actu odiendi, & aliquis in triplo, & aliquis in quadruplo, & ſic in infinitum, ſed quęlibet iſtarum actionum eſt maius peccatum peccato omiſſionis, ergo ille primus actus eſt in infinitum maius peccatum, tenet conſequentia, quia inter ipſum, & peccatum omiſſionis eſt infinita diſtantia, & ſunt infinita media.

Reſpondeo, negatur conſequentia. Ad probationem negatur antecedens. Ad probationem negatur maior, quia actus nolendi, aut intelligendi non eſt in infinitum intenſibilis, aut remiſſibilis, & nulla forma accidentalis eſt diuiſibilis in infinitum, vt declaratum eſt primo ſententiar. diſtinctio. decimaſeptima. Et ſic eſt finis huius quæſtionis.

*In hac trigeſimaquinta diſtinctione, 2. Sententiar. & vnica quaſtione ſequenti confutantur hareſes damnata, vt in noſtro Commentar. in text. Magiſtri, & confutantur etiam hareſes, qua ſunt in Abecedario, & in Ethimologijs hareſum, & confutantur ſimilitèr Idolatria, vt in Abecedario Idolorum in principio, vide ibi littera A. O. & P. ac etiam confutantur falſa Theologia Fenicum, Egyptiorum, Gracorum, Atlanticorum, Frigiorum, Gentium, &c. ab Euſebio in primo, ſecundo, tertio, & quarto libro de praparatione Euangelica contra Theologiam fabuloſam Poetarum antiquorum.*

*Ex concluſionibus, probationibus, & ſolutionibus argumentorum Caprgoli ſoluuntur argumenta Vulpes, & aliorum recentiorum facile, vt facit Ariſtotelis ad argumenta Antiquorum, quod veritatis cognitio dubiorum eſt ſolutio, & cum Cardinali Bellarmino dicente in libro de Scriptoribus Eccleſiaſticis de Ioanne Capraolo, quòd Ioann. Capreolus ſit defenſor Egregius Sancti Thoma, & optimè diſſoluit omnia argumenta aduerſariorum: dicunt verbà formalia Bellarmini, ergò ſi optimè diſſoluit per Bellarminum ſunt ſoluta argumenta cum his doſtrinis hic: Sicut ſoluit Ariſtotelis contra antiquos dicendo in 3. de Cœlo, & in 3. Metaphiſic. veritatis cognitio, dubiorum eſt reſolutio.*

*Reſpondetur ſecundò cum Cardinali Sarnano Franciſcano doctiſſimo, cum ſeptuageſimaquinta concordantia, et ſimilitèr cum ſeptuageſimaquarta concordantia Bongberbg.*

*Reſpondetur tertiò cum Petro de Bergamo, et Bartholomeo Spina dicentibus in tabula Sancti Thomę, quod qui ſcit totam Logicam Sancti Thoma, Philoſophiam etiam moralem, totam Metaphyſicam Sancti Thomę, et totam eiuſdem Theologiam, nullum poteſt facere argumentum contra Sanctum Thomam, et ideò ſubdit, quod iſti recentiores ſtudent tantummodò articulo, ſuper quem componunt, et non habent in mente omnia opera Sancti Thomę loquentis pręſuppoſitiuè, praſupponendo omnia ſupradicta, & dicendo, qua propter prorumpunt in verba in tantum Magnum Doctorem nullo modo applicanda, quòd Sanctus Thomas contradicat ſibi ipſi, et ideò Cardinal. Sarnanus, quia ſciebat totum Sanctum Thomam concordauit ſimilitèr, etiam Ioannes Capraolus ſoluit argumenta aduerſariorum, cum locis Sancti Thoma, quia totum in mente habebat Sanctum Thomam, et ideò Bellarmin. dicebat bene omnia ſoluere Capreolum.*

*Argumenta verò Vaſquez, Valentię, Molina, Suarez, etc. quia colliguntur, et ſoluuntur, clarè, diſtinctè, et breuitèr à Ripa, à Nazario, à Conſales, à Nauarretto, à Zenardo, et precipuè à Montagnolo, in prima ſecūda Sancti Thoma de his qua conſequuntur actus humanos ratione bonitatis, & malitia quaſt. 21.*

*Vide noſtram expoſitionem Petri Lombardi aperientem mentem huius materia, vt in folio 72. hic, et infra pro 3. reſponſione Vulpes. Ac etiam vide 1. 2. et 3. folium pro reſponſione quarta, quinta, et ſexta ad argumentum eiuſdem Vulpes.*

*Reſpondetur ſeptimo cum concordantia Scoti, & Sancti Thoma per Radam Franciſcanum hic declarantem S. Thom.*

*Loca Sacra Scriptura hic, et infra à Salmerone, Emanuel Sa, à Toleto, à Prierio, Vegha, à Poſſeuino, à Salian, Torello in annalibus à creatione Mundi, qua videntur repugnare aliquo modo Thomiſtis, quia ſunt concordata à nobis in fine noſtrę expoſitionis totius Biblia, et in Anatomia Biblię impreſſa ideò vide ea illic.*

## DISTINCTIO. XXXVI.

### Quęſtio. I.

CIRCA trigeſimamſextam Diſtinctionem, quæritur. Vtrum malum ſufficientèr diuidatur per pęnam, & culpam.

Pro iſta quæſtione hæc eſt prima concluſio. Omne malum viribus voluntarijs conſideratum eſt pœna, vel culpa. Hanc ſic probat Sanct. Doct. prima parte, quæſt. 48. artic. 5. Tot ſunt differentiæ malorum in rebus voluntarijs, quod ſunt differentiæ

tiæ bonorum, quibus priuari poſſunt, ſed ſunt tantum duę differentię bonorum principalium in natura habente voluntatem ſcilicet operatio in cuius priuatione rectitudinis cōſiſtit malum culpæ, & forma in cuius priuatione eſt malum pœnæ: ergo, &c.

Contra arguit Aureolus. Omne peccatum eſt culpa, & omne peccatum eſt pœna: ergo culpa eſt pœna, maior patet, minor probatur, tùm quia Auguſtinus dicit, quòd peccatum ſibi ipſi pœna eſt, tum quia carentia boni debiti eſt culpa, ſed pœna eſt carentia boni debiti: ergo.

Ad minorem. Primò quòd nullum malum, inquantum eſt culpa poteſt eſſe pœna, quia de ratione culpæ eſt quod ſit voluntaria, de ratione pœnæ eſt quod repugnet voluntati. Idem autem non poteſt eſſe voluntarium, & non voluntarium.

Dico ſecundò, quòd minor eſt falſa. Ad probationem primam dico, quòd illa prædicatio non eſt formalis, ſed cauſalis. Peccatum enim inquantum huiſmodi non eſt pœna, ſed ſemper aliqua pœna, id eſt ille defectus in ratione, de quo ſupra diximus diſtinctione trigeſimaquarta, præcedenti culpam, & alia pœna, id eſt diminutio habilitatis naturæ ad bonum gratiæ, vel virtutis eſt effectus peccati.

¶ Dico tertiò ad probationem ſecundam, quòd priuatio boni debiti actioni eſt formalitèr culpa, ſed priuatio boni debiti agenti eſt pœna. Vnde omnis priuatio conueniens actui, vt exit ab agente eſt culpa, & omnis priuatio, & inordinatio conueniens agenti, vt recipit actionem, eſt pœna, vt dicit Sanct. Doct. vbi ſupra ad quartum.

*Concluſio II.* Omnis pœna inquantum eſt pœna infligitur propter aliquam pœnam. Hãc ſic probat Sanct. Doct. prima ſecundæ, quæſt. 87. articul. 7. Id quo remoto aliud remouetur, & quo poſito illud ponitur habet ſuper ipſum aliquam cauſalitatem, ſed poſita culpa originali pœna, & ea remota ponitur ideſt non præſuppoſita nulla pœna poſita fuiſſet: ergo, &c.

Contra arguit Durandus hic quæſt. 3. Nulla pœna ſenſus debetur peccato originali, vt omnes concedunt, ſed multæ ſunt pœnæ ſenſus: ergo iſtæ non ſunt propter originale.

Confirmatur. Quia Deus punit aliquos iuſtos ſolum ad maius meritum, vt dicit magiſter in quarto: ergo non propter aliquam culpam.

Reſpondeo, peccato originali non debetur pœna ſenſus in alia vita, ſed bene in præſenti, non quidem directè, ſed conſecutiuè. Et hoc eſt quod dicit Sanct. Doct. quæſtio quinta, articul. quarto, ad quartum, quòd originali non debetur pœna taxata, ſed concomitans.

Ad confirmationem dico, quòd niſi fuiſſet peccatum originale, non fuiſſet homini inflicta pœna etiam ad profectum virtutis, vel ad augumentum gloriæ.

*Concluſio* III. Deus eſt actor omnis pœnæ. Hanc ſic probat Sanct. Doct. in præſenti Diſtinctione, quæſt. 3. artic. primo, & prima parte, quæſtione 47. artic. ſecundo, omnis effectus cuius productio non arguit in producente defectum eſt effectiuè à Deo, ſed omnis pœna eſt huiuſmodi: ergo ex hoc ſequitur, quòd Deus eſt cauſa etiam illarum pœnarum, quæ inſliguntur ab hominibus iniuſtis, quia Deus eſt cauſa etiam illius iniuſtæ operationis, quòad ſubſtantiam actus, qua actione pœna inſtigatur licet non ſit cauſa deformitatis in ea exiſtentis. Et hæc ſufficiant.

*In hac trigeſimaſexta Diſtinctione, ſecundi Sententiarum, & vnica quæſtione ſequenti confutantur hæreſes damnatæ, vt in noſtro Cōmentar. in text. Magiſtri, & confutantur etiam hæreſes, quæ ſunt in Abecedario, & in Ethimologijs hæreſum, & confutantur ſimilitèr Idolatria, vt in Abecedario Idolorum in principio, vide ibi litera C. M. & P. ac etiam confutantur falſæ Theologię Fænicum, Egyptiorum, Gręcorum, Atlanticorum, Frigiorum, Gentium, &c. ab Euſebio in primo, ſecundo, tertio, & quarto libro de præparatione Euangelica contra Theologiam fabuloſam Poetarum antiquorum.*

*Ex concluſionibus, probationibus, & ſolutionibus argumentorum Capræoli ſoluuntur argumenta Vulpes, & aliorum recentiorum facilè, vt facit* Ariſtotelis *ad argumenta Antiquorum, quod veritatis cognitio dubiorum eſt ſolutio, & cum Cardinali Bellarmino dicente in libro de Scriptoribus Eccleſiaſticis de Ioanne Capræolo, quòd Ioannes Capræolus fit defenſor Egregius Sancti Thomę, & optimè diſſoluit omnia argumenta aduerſariorum: dicunt verba formalia Bellarmini, ergo ſi optimè diſſoluit per Bellarminum ſunt ſoluta argumenta cum his doctrinis hic: Sicut ſoluit Ariſtotelis contra antiquos dicendo in 3. de Cœlo, & in 3. Metaphiſic. veritatis cognitio, dubiorum eſt reſolutio.*

*Reſpondetur ſecundo cum Cardinali Sarnano Franciſcano doctiſſimo, cum ſeptuageſimaſexta concordantia, & ſimilitèr cum ſeptuageſimaquinta concordantia Bonaberba.*

*Reſpondetur tertio cum Petro de Bergamo, & Bartholomæo Spina dicentibus in tabula Sancti Thomæ, quod qui ſcit totam Logicam Sancti Thomę, Philoſophiam etiam moralem, totam Metaphyſicam Sancti Thomæ, & totam einſdem Theologiam, nullum poteſt facere*

cere

*tere argumentum contra Sanctum Thomam, & ideo ſubdit, quod iſti recentiores ſtudent tantummodo articulo, ſuper quem componunt, & non habent in mente omnia Opera Sancti Thomæ loquentis præſuppoſitiuè, prҿſupponendo omnia ſupradicta, & dicendo, quæ propter prærumpunt in verba in tantum Magnum Doctorem nullo modo applicanda, quod Sanctus Thomas contradicat ſibi ipſi, & ideo Cardinal. Sarnanus, quia ſciebat totum Sanctum Thomam concordauit ſimilitèr, etiam Ioannes Caprҿolus ſoluit argumenta aduerſariorum, cum locis Sancti Thomæ, quia totum in mente habebat Sanctum Thomam, & ideo Bellarm. dicebat bene omnia ſoluere Caprҿolum.*

*Argumenta vero Vaſquez, Valentiҿ, Molinæ, Suarez, &c. quia colliguntur; & ſoluuntur, clarè, diſtinctè, & breuitèr à Ripa, à Nazario, à Conſales, à Nauarretto, à Zenardo, & præcipuè à Montagnolo, in prima parte Sancti Thomæ quæſt 48. de diſtinctione rerum in ſpeciali, & primo de malo.*

*Vide noſtram expoſitionem Petri Lombardi aperiētem mentem huius materiҿ, vt in folio 73. hic, & infra pro 3. reſponſione Vulpes. Ac etiam vide 1.2. & 3. folium pro reſponſione quarta, quinta, & ſexta ad argumentum eiuſdem Vulpes.*

*Reſpōdet. 7. cum concordantia Scoti, & Sancti Thomҿ per Radam Franciſcanum hic*

*Loca Sacræ Scripturæ hic, & infra à Salmerone, Emanuel Sa, à Toleto, à Prierio, Vegha, à Poſſeuino, à Salian, Torello in annalibus à creatione Mundi, quҿ videntur repugnare aliquomodo Thomiſtis. quia ſunt concordata à nobis in fine noſtrҿ expoſitionis totius Bibliæ, & in Anatomia Bibliҿ impræſſa, ideo vide ea illic.*

## DISTINCTIO. XXXVII.

### *Quæſtio* 1.

CIrca trigeſimamſeptimam diſtinctionem quæritur. Vtrum actus peccati ſit à Deo.

*Concluſio* I. Deus non eſt cauſa peccati. Iſta concluſio poteſt habere duplicem ſenſum. Vnus eſt quod Deus non eſt cauſa peccati, ita quod ipſe peccet. Alius eſt, quod non eſt cauſa peccati in alijs. Et probatur quo ad vtrumq; ſenſum in quæſt. 3. de malo, art. primo. Deus non eſt agens, cuius actiuum principium ſit defectibilis; & cuius voluntas poſſit à fine debito deuiare, ergo Deus non eſt peccabilis.

Secundò ſic. Quicunque poteſt facere alios peccare, poteſt eos auertere à ſummo bono; ſed Deus nullum poteſt auertere à ſummo bono, ergo.

Contra arguit Aureolus hic hoc. Deus eſt cauſa actus peccati; ergo eſt cauſa peccati, antecedens communiter eſt conceſſum, conſequentia probatur multipliciter. primò. Quicunque eſt cauſa alicuius poſitiui, eſt cauſa priuationis, & negationis, quæ ad ipſum neceſſariò conſequitur; ſed deformitas actus peccati neceſſariò ad ipſum conſequitur, ſicut patet, quòd iſte actus qui eſt odire Deum, non poteſt eſſe ſine deformitate; ergo minor patet, maior probatur, nam quia negatio albedinis eſt neceſſariò coniuncta nigredini; ideo impoſſibile eſt, quod aliquis ſit cauſa nigredinis, quin ſit etiam cauſa talis negationis.

Reſpondeo, quòd aliqua negatio, vel priuatio poteſt dupliciter conſequi actum. Vno modo ex ipſa natura, & eſſentia actus, ſicut hunc actum, qui eſt fornicari, conſequitur violatio integritatis corporis, & ſic conceditur maior, & negatur minor. Alio modo poteſt aliqua priuatio conſequi actum, non ex ipſa natura actus; ſed ex relatione ad agens, inquantum, ſcilicet egreditur ab agente, cui præfixa eſt lex, & regula ad actum oppoſitum; & ſic negatur maior, & conceditur minor.

¶ Dico ſecundò vt vult Sanct. Doctor quæſt. 3. de malo, artic. ſecundo ad ſecundum, quod deformitas non ſequitur actum peccati ex natura ſua, id eſt per comparationem ad obiectum, à quo habet ſpeciem naturæ, vnde ille actus, qui eſt odium Dei poſſet ſeparari à deformitate, quod patet; quia ſi eſſentia illius actus à ſolo Deo fieret, vel ſepararetur ab omni ſubiecto, vel poneretur in lapide talis actio non eſſet actualiter deformis, quia tunc à nullo agente malefieret, non eſt autem deformis niſi dum malefit, & quid adducitur de nigredine non eſt ad propoſitum, quia nigredini coniungitur negatio albedinis ex natura propria ipſius nigredinis.

Secundò. ſi Deus coagit actu voluntatis, aut hoc eſt, quia voluntas determinat ſe ad actum, & voluntati ſic determinatè Deus coagit; aut hoc eſt quia Deus determinat ſe prius ad agēdum, & voluntas ſequitur eius determinationem, aut quia veniunt ad iſtam actionem ex æquo, non primum, quia tunc Deus voluntati coageret ad peccatum, & rurſus in illo determinaturo non coageret ei Deus, & per conſequens, & non eſſet cauſa omnis actus voluntatis, non ſecundum, quia tunc voluntas determinaretur à Deo ad peccatum, & ſic non peccaret quia non ageret liberè, non tertium

quia

Digitized by Google

quia ille modus eſſet caſualis.

Reſpondeo. Quod quantum ad omne poſitiuum quod eſt in actu peccati actio voluntatis eſt poſterior actione Dei in producendo; quia nulla creatura agit niſi mota à Deo. Ad improbationem negatur conſequentia, quia actio Dei non determinat voluntatem niſi ad illud poſitiuum, quod eſt in actu peccati, deformitas autem eſt in actu ſolum ex cauſa ſecunda.

Tertiò. Non minoris virtutis eſt voluntas in agendo, quàm agens naturale, ſed Deus non coagit agenti naturali, ergo nec voluntati. minor probatur, aũt Deus ageret vnam partem effectus, & agens naturale aliam; aut vterque eſt totalis cauſa non primum, quia aliquando effectus eſt ſimplex entitas, non ſecundum, quia nullus effectus poteſt eſſe à duobus cauſis totalibus in eodem genere cauſæ.

Reſpondeo. Dico primò, quod ille effectus poteſt eſſe totaliter, id eſt ſecundum omnem partem ſui à duobus cauſis ſubordinatis; cuiuſmodi ſunt Deus, & voluntas creata, & ſic negatur minor.

¶ Dico ſecundò ad propoſitum, quòd peccatum non eſt totaliter à Deo, nec totaliter à voluntate, loquendo de totalitate relata ad cauſam, id quod vna iſtarum cauſarum ſit ſufficiens habere talem effectum ſine concurſu alterius cauſæ præcisè cauſando ſicut cauſat, nunquam enim Deus cauſaret actum peccati ſi creatura non cauſaret, nec creatura cauſaret niſi Deus concurreret.

Quartò arguit Durandus. Omnis defectus culpabilis imputatur agenti, & habenti dominium ſuper & non ignoranti, ſed Deus non eſt ignorans, & habet dominium actus; ergo ſi ab eo producitur, imputatur ei.

Reſpondeo. Negatur maior, niſi tale agens debeat, & teneatur vitare talem defectum, & cauſare oppoſitum eius, & niſi velit aliquo modo illum defectum iſta autem in Deo locum non habent. negatur etiam maior vt ſupra diximus quando talis defectus non conſequitur actum ex natura eius; ſed ſolum ex relatione ad aliquod principium; & iſtud vltimum totaliter euacuat difficultatem.

*Concluſio II.* Actus peccati producitur effectiuè à Deo. Hanc ſic probat, quæſt. 3. de malo, artic. 2. Omnis motus eſt à primo mouente: ſed actus peccati eſt quidam motus, & Deus eſt primum mouens: ergo actus peccati eſt à Deo.

Contra hanc concluſionem poſſent fieri argumenta recitata contra præcedentem cõcluſionem, & ſic terminata eſt quæſtio ad præſens.

*In hac trigeſimaſeptima Diſtinctione, ſecundi Sententiarum, & vnica quæſtione ſequenti confutantur hæreſes damnatæ, vt in noſtro Cõmentar. in text. Magiſtri, & confutantur etiam hæreſes, quæ ſunt in Abecedario, & in Ethimologijs hæreſum, & confutantur ſimilitèr Idolatria, vt in Abecedario Idolorum in principio, vide ibi litera A. D. & P. ac etiam confutantur falſæ Theologię Fanicum, Egyptiorum, Grecorum, Atlanticorum, Frigiorum, Gentium, &c. ab Euſebio in primo, ſecundo, tertio, & quarto libro de præparatione Euangelica contra Theologiam fabuloſam* Poetarum *antiquorum.*

*Ex concluſionibus, probationibus, & ſolutionibus argumentorum Capræoli ſoluuntur argumenta Vulpes, & aliorum recentiorum facilè, vt facit Ariſtotelis ad argumenta Antiquorum, quod veritatis cognitio dubiorum eſt ſolutio, & cum Cardinali Bellarmino dicente in libro de Scriptoribus Eccleſiaſticis de Ioanne Capræolo, quòd Ioannes Capræolus ſit defenſor Egregius Sancti Thomę, & optimè diſſoluit omnia argumenta aduerſariorum: dicunt verba formalia Bellarmini, ergo ſi optimè diſſoluit per Bellarminum ſunt ſoluta argumenta cum his doctrinis hic: Sicut ſoluit Ariſtotelis contra antiquos dicendo in 3. de Cœlo, & in 3. Metaphiſic. veritatis cognitio, dubiorum eſt reſolutio*

*Reſpondetur ſecundo cum Cardinali Sarnano Franciſcano doctiſſimo, cum ſeptuageſimaſeptima concordantia, & ſimilitèr cum ſeptuageſima ſexta concordantia Bonaberbæ.*

*Reſpondetur tertio cum Petro de Bergamo, & Bartholomæo Spina dicentibus in tabula Sancti Thomæ, quod qui ſcit totam Logicam Sancti Thomę, Philoſophiam etiam moralem, totam* Metaphyſicam *Sancti Thomæ, & totam eiuſdem Theologiam, nullum poteſt facere argumentum contra Sanctum Thomam, & ideo ſubdit, quod iſti recentiores ſtudent tantummodo articulo, ſuper quem componunt, & non habent in mente omnia Opera Sancti Thomæ loquentis præſuppoſitiuè, prę ſupponendo omnia ſupradicta, & dicendo, quæ propter prærumpunt in verba in tantum Magnum Doctorem nullo modo applicanda, quod Sanctus Thomas contradicat ſibi ipſi, & ideo Cardinal. Sarnanus, quia ſciebat totum Sanctum Thomam concordauit ſimilitèr, etiam Ioannes Capręolus ſoluit argumenta aduerſariorum, cum locis Sancti Thomæ, quia totum in mente habebat Sanctum Thomam, & ideo Bellarm. dicebat bene omnia ſoluere Capręolum.*

Ar-

*Argumenta verò Vaſquez, Valentię, Molinæ, Suarez, &c quia colliguntur; & ſoluuntur, clarè, diſtinctè, & breuitèr à Ripa, à Nazario, à Conſales, à Nauarretto, à Zenardo, & præcipuè à Montagnolo, in prima ſecundæ Sancti Thomæ quaſt.75. de cauſis peccatorum in generali.*

*Vide noſtram expoſitionem Petri Lombardi aperiẽtem mentem huius materię, vt in folio 73. hic, & infra pro 3. reſponſione Vulpes. Ac etiam vide 1.2.& 3. folium pro reſponſione quarta, quinta, & ſexta ad argumentum eiuſdem Vulpes.*

*Reſpõdet.7. cum concordantia Scoti, & Sancti Thomę per Radam Franciſcanum hic*

*Loca ſacræ ſcripturæ hic, & infra à Salmerone, Emanuel Sa, à Toleto, à Prierio, Vegha, à Poſſeuino, à Salian, Torello in annalibus à creatione Mundi, quę videntur repugnare aliquomodo Thomiſtis. quia ſunt concordata à nobis in fine noſtrę expoſitionis totius Bibliæ, & in Anatomia Biblię impræſſa, ideo vide ea illic.*

## DISTINCTIO XXXVIII.

### Quæſtio. I.

CIrca trigeſimam octauam diſtinctionem quæritur. Vtrum bonitas actus voluntatis ſit ex fine.

AD hanc quæſtionem reſpondetur iſta vnica concluſione. Ad bonitatem actus voluntatis requiritur appetitus finis recti: non tamen ſufficit. Primam partem ſic probat S. D. præſenti diſtinctione, quæſt.1. artic.5. Ad bonitatem volitionis requiritur bonitas totius obiecti voliti: ſed bonitas finis aut eſt totum obiectum volitum, aut eſt pars totius obiecti voliti: quia quilibet actus voluntatis, vel habet ſolum finem pro obiecto, vel habet etiam id quod eſt ad hunc; ergo, &c.

¶ Secunda pars probatur vbi ſupra. Id non ſufficit ad bonitatem actus voluntatis quod poteſt ſtare cum actu vitioſo: ſed appetitus recti finis eſt huiuſmodi, vt patet de eo qui appetit furari vt det eleemoſynam; ergo, &c.

Contra arguitur Quidam de quo Gregor. hic quæſt.1. artic.2. vnico medio ſic. In aliquo caſu licitum eſt blaſphemare ad iſtum finem, vt vitetur maius malum; ergo talis actus erit bonus, quamuis id quod eſt ad finem, ſcilicet ipſa blaſphemia non ſit bonum, conſequentia patet, antecedens probatur. Tum quia aliquis ſine culpa ſua poteſt ſic à diabolo decipi, quod ei conſcientia dictabit niſi blaſphemet, quod plus peccabit, ſed talis conſcientia ligat; ergo &c. Tum quia minus malum eligendum eſt vt vitetur maius: vt dicit Gregorius lib.32. moralium, & Auguſtinus in libro de mendacio c. 18.

Reſpondeo. Negatur antecedens. Ad probationem primam dico primò, quod impoſſibile eſt quempiam iudicare eſſe blaſphemantem Deum ſine culpa ſua: cum ipſemet talis error ſit maxima culpa, & ignorantia iuris, & præterea ille error eſſet actus infidelitatis: quem conſtat eſſe peccatum, vel ſi non eſſet culpa eſſet ſaltem pœna peccati originalis: & ſic non excuſaret omnino à peccato.

¶ Dico ſecundò, quod etiam poſito illo caſu & dato, quod ille debeat facere minus malum, non ſequitur, quod blaſphemet, quia forte non apparebit ei eſſe minus malum blaſphemare, quàm agere contra conſcientiam.

¶ Ad primam probationem dico, quod ſtante illa conſcientia erronea, non debet aliquid fieri ſecundum eam nec contra eam; ſed ille debet conſcientiam illam deponere, ſi poteſt, & ſi non poteſt debet ſtare perplexus.

Contra, ex hac ratione ſequitur, quod iſte debet agere contra conſcientiam hoc eſt falſum; ergo reſponſio falſa, maior probatur, iſta conſequentia eſt bona in caſu poſito; iſte non blaſphemat dictante conſcientia, quod debeat blaſphemare; ergo agit contra conſcientiam; ergo valet etiam iſta conſequentia, iſte debet non blaſphemare; ergo debet agere contra conſcientiam, tenet conſequentia, quia qui debet antecedens, debet etiam conſequens.

Reſpondeo. Negatur vltima conſequentia, nec illa regula qua dicitur, quod qui debet antecedens, debet conſequens, eſt vniuerſaliter vera, verbigratia, ſi prælatus præcipiat ſubdito, quod furetur adhuc ipſe prælatus tenetur non furari, tunc iſta conſequentia valet, iſte prælatus non furatur; ergo agit contra id, quod alteri præcipit; & tamen non valet iſta conſequentia, iſte non debet furari; ergo non debet agere contra id quod præcepit alteri; quia oppoſitum conſequentis poteſt ſtare cũ antecedente.

¶ Dico ſecundò, quòd illa propoſitio, minus malum de duobus malis eſt eligendum, non eſt vera de virtute ſermonis; quia nullum malum eſt eligendum: alioquin ſequeretur quod qui minus malum eligeret vtique non peccaret: quia faceret quod debet facere, ſed intelligenda eſt ad hunc ſenſum, quod de duobus malis minus malum eſt minus fugiendum, & ſic intelligendæ ſunt omnes auctoritates & Gregorij, & Auguſtini: & ſi quæ aliæ inueniantur.

¶Dico

¶ Dico tertiò, quod caſus eſt impoſſibilis .ſ. quod aliquis cogatur ad alterum duorum prædictorum, quia omne peccatum eſt voluntarium, voluntas autem nullo modo cogi poteſt: vt dicit D.S. prima ſecundæ quæſt. 10. & ſic apparet multiplex defectus huius argumenti.

*In hac trigeſimaoctaua Diſtinctione, ſecundi Sententiarum, & vnica quæſtione ſequenti confutantur hæreſes damnatæ, vt in noſtro Cõmentar. in text. Magiſtri, & confutantur etiam hæreſes, quæ ſunt in Abecedario, & in Ethimologijs hæreſum, & confutantur ſimilitèr Idolatriæ, vt in Abecedario Idolorum in principio, vide ibi litera A. B. F. & V. ac etiam confutantur falſæ Theologiæ Fænicum, Egyptiorum, Græcorum, Atlanticorum, Frigiorum, Gentium, &c. ab Euſebio in primo, ſecundo, tertio, & quarto libro de præparatione Euangelica contra Theologiam fabuloſam Poetarum antiquorum.*

*Ex concluſionibus, probationibus, & ſolutionibus argumentorum Capræoli ſoluuntur argumenta Vulpes, & aliorum recentiorum facilè, vt facit Ariſtotelis ad argumenta Antiquorum, quod veritatis cognitio dubiorum eſt ſolutio, & cum Cardinali Bellarmino dicente in libro de Scriptoribus Eccleſiaſticis de Ioanne Capræolo, quòd Ioannes Capræolus ſit defenſor Egregius Sancti Thomæ, & optimè diſſoluit omnia argumenta aduerſariorum: dicunt verba formalia Bellarmini, ergo ſi optimè diſſoluit per Bellarminum ſunt ſoluta argumenta cum his doctrinis hic: Sicut ſoluit Ariſtotelis contra antiquos dicendo in 3. de Cœlo, & in 3. Metaphiſic. veritatis cognitio, dubiorum eſt reſolutio.*

*Reſpondetur ſecundo cum Cardinali Sarnano Franciſcano doctiſſimo, cum ſeptuageſimaoctaua concordantia, & ſimilitèr cum ſeptuageſimaſeptima concordantia Bonæherbæ.*

*Reſpondetur tertio cum Petro de Bergamo, & Bartholomæo Spina dicentibus in tabula Sancti Thomæ, quod qui ſcit totam Logicam Sancti Thomæ, Philoſophiam etiam moralem, totam Metaphyſicam Sancti Thomæ, & totam eiuſdem Theologiam, nullum poteſt facere argumentum contra Sanctum Thomam, & ideo ſubdit, quod iſti recentiores ſtudent tantummodo articulo, ſuper quem componunt, & non habent in mente omnia Opera Sancti Thomæ loquentis præſuppoſitiuè, præſupponendo omnia ſupradicta, & dicendo, quapropter prærumpunt in verba in tantum Magnum Doctorem nullo modo applicanda, quod Sanctus Thomas contradicat ſibi ipſi, & ideo Cardinal. Sarnanus, quia ſciebat totum Sanctum Thomam concordauit ſimilitèr, etiam Ioannes Capræolus ſoluit argumenta aduerſariorum, cum locis Sancti Thomæ, quia totum in mente habebat Sanctum Thomã, & ideo Bellarm. dicebat bene omnia ſoluere Capræolum.*

*Argumenta vero Vaſquez, Valentiæ, Molinæ, Suarez, &c. quia colliguntur; & ſoluuntur, clarè, diſtinctè, & breuitèr à Ripa, à Nazario, à Conſales, à Nauarretto, à Zenardo, & præcipuè à Montagnolo, in prima ſecunda Sancti Thomæ quæſt. 12. de intentione quæ eſt actus voluntatis.*

*Vide noſtram expoſitionem Petri Lombardi aperientem mentem huius materiæ, vt in folio 74. hic, & infrà pro 3. reſponſione Vulpes. Ac etiam vide 1. 2. & 3. folium pro reſponſione quarta, quinta, & ſexta ad argumentum eiuſdem Vulpes.*

*Reſpõdet. 7. cum concordantia Scoti, & Sancti Thomæ per Radam Franciſcanum hic.*

*Loca Sacræ Scripturæ hic, & infrà à Salmerone, Emanuel Sa, à Toleto, à Prierio, Vegha, à Poſſeuino, à Saliari, Torello in annalibus de creatione Mundi, quæ videntur repugnare aliquomodo Thomiſtis, quia ſunt concordata à nobis in fine noſtræ expoſitionis totius Bibliæ, & in Anatomia Bibliæ impreſſa, ideo vide ea illic.*

## DISTINCTIO XXXIX.
### Quæſtio. 1.

Circa trigeſimamnonam diſtinctionem quæritur. Vtrum in actibus intellectus poſſit eſſe peccatum.

Pro iſta quæſtione hæc eſt prima concluſio. In actibus intellectus poteſt eſſe peccatum. Hanc ſic probat S.D. præſenti diſtinct. quæſt. 1. artic. 2. Omnis actus voluntarius priuatus debito ordine eſt peccatum & culpa, ſed aliqui actus intellectus ſunt huiuſmodi: vt patet de infidelitate: ergo.

Sed ſi quæratur vtrum actus intellectus & voluntatis ſint duo peccata vel vnum tantum.

Reſpondeo. Quòd quando actus intellectus eſt prima regula alicuius prauæ electionis, ſicut cum quis iudicat eſſe furandum, & ſimul vult, tunc eſt tantum vnum peccatum, & licet ſint duo actus in genere naturæ, ſunt tamen vnus ſolus in genere moris: vt dicit S. D. prima ſecundæ, quæſt. 74. artic. 5. & 6. ſed quando actus intellectus non eſt proxima regula prauæ electionis: ſicut apparet de actu infidelitatis, & de errore circa virtutes vni-



Digitized by Google

uerſales, quas quis tenetur & debet ſcire: tunc actus intellectus eſt aliud peccatum ab actu voluntatis.

*Concluſio* II. Peccatum eſt magis propriè in actibus voluntatis quàm in actibus intellectus. Hanc ſic probat vbi ſupra. Inter actus culpabiles ille eſt culpabilior cæteris paribus, qui magis eſt in dominio agentis, ſed actus voluntatis eſt huiuſmodi: ergo, &c.

*Concluſio. III.* Peccatum eſt aliter, & aliter in intellectu, & in voluntate. Hanc ſic probat vbi ſupra. Peccatum eſt in voluntate ex obiecto: ſed non eſt in intellectu ex obiecto: ergo, conſequentia patet, antecedens probatur. Actus voluntatis eſt malus: quia eſt mali obiecti, cum velle mala ſit malum, ſed actus intellectus non eſt malus, quia ſit mali obiecti; imo ſcire mala eſt bonum. Et huius ratio eſt, quia voluntas fertur in res, vt ſunt in ſeipſis, & ideo velle res malas eſt malum, ſciuntur autem res vt ſunt in intellectu: ratio autem mala in intellectu eſt: qui bonum, ſ. ipſum verbum quod format intellectus de malo non mediante ſpecie mali: quia ſpecies cauſatur ab obiecto: malum autem nihil eſt, & ideo nō imprimit ſpeciem ſui in intellectu: ſed concipitur malum per ſpeciem boni.

Contra arguit Durand. hic quæſt. 1. primò. Illi actus qui æqualiter tendunt in obiecta ſua, vt ſunt in re, ſunt æqualiter & eodem modo boni vel mali, ſed actus voluntatis & intellectus ſunt huiuſmodi, ſicut enim id quod eſt volitum: eſt volitum ſecundum eſſe, quod habet in re: ita intellectus practicus fertur in rem, vt habet eſſe in re: alioquin non eſſet practicus.

Reſpondeo. Negatur minor, nam actus intellectus practici immediatè terminatur ad verbum vel conceptum rei intellectæ, & eo mediante terminatur ad rem extra. Tale autem verbum eſt primum verum, & eſt ratio rei intellectæ, & eſt bona, ſiue ſit ratio boni, ſiue ſit ratio mali.

Contra. Illa ratio æqualiter ſe habet ad verum & ad falſum: ergo ſi illa ratio eſt bona: ſequitur quòd cognitio falſa ſit æquè bona ſicut cognitio vera: quod eſt inconueniens.

Reſpondeo. Negatur antecedens, nam in cognitione falſa ratio formata per intellectum non conformatur rei intellectæ. In vera autem cognitione conformatur rei. Actus autem intellectus non ſolum terminatur ad illam rationem, ſed etiam ad rem mediante tali ratione, negatur etiam cōſequentia: quia dato quòd illa ratio æqualiter ſe haberet ad vtramque cognitionem, ſcilicet veram & falſam; non tamen æqualiter ſe habet ad obiectum vltimatum veræ cognitionis, & ad obiectum falſæ cognitionis.

*Concluſio IV.* Conſcientia non dicit propriè potentiam aut habitum, ſed actum. Hanc ſic probat S. Doct. de veritate, quæſt. 17. art. 1. & prima parte, quæſt. 79. artic. 13. Id quod ſignificat applicationem ſcientiæ ad aliquid non eſt potentia aut habitus, ſed conſcientia dicit applicationem ſcientiæ ad actum: ergo.

Contra arguit Durand. hic quæſt. 4. ſynderesis eſt habitus: ergo & conſcientia. antecedens patet, & conſequentia. Quia non eſt maior ratio de vno quàm de alio.

Reſpondeo. Negatur conſequentia. Quia ſynderesis reſpicit regulas vniuerſales agendorum, & conſcientia reſpicit particularia agenda; reſpectu autem vniuerſalium poteſt poni habitus, & non reſpectu particularium.

*Concluſio V.* Conſcientia pertinet ad intellectum, & non ad voluntatem. Hanc ſic probat vbi ſupra. Applicatio ſcientiæ non pertinet ad voluntatem, ſed ad intellectum: ſed conſcientia eſt applicatio ſcientiæ: ergo.

Contra arguit Duran. hic quæſt. 4. primò. Si conſcientia pertinet ad intellectum, ſequitur quod ſi plus habet de ſcientia plus habeat de conſcientia: hoc eſt falſum, vt patet: ergo.

Reſpondeo. Si conſequens intelligitur quòd qui plus habet ſcientiæ de agibilibus præſentibus præteritis, & futuris tàm in vniuerſali, quàm in particulari: tam actu quàm habitu: tàm ad notitiam actuum, an ſint quàm quo ad notitiam, an recti ſint: habeat etiam maiorem conſcientiam, conceditur conſequentia, & conſequens, ſi in alio quouis ſenſu intelligatur: negatur conſequentia.

Secundò. Nullus agens contra ſolum dictamen rationis triſtatur: quia triſtitia eſt de repugnantibus voluntati, ſed agens contra conſcientiam triſtatur: ergo conſcientia non eſt ſolum dictamen rationis.

Reſpondeo. Quod minor debet ſic ſubſumi, ſed agens contra ſolam conſcientiam triſtatur: & tunc negaretur minor. Quod autem agens contra conſcientiam triſtetur hoc ideo eſt: quia ſemper ad conſcientiam ſequitur aliqua electio voluntatis: & ideo quia agit triſtatur quod agit contra hanc inclinationem voluntatis.

Tertiò. Conſcientia dicitur cum alio ſcientia: ſed illud aliud pertinet ad voluntatem: ergo conſcientia ſaltem quo ad aliquid ſui pertinet ad voluntatem.

Reſpondeo. Negatur minor. Sed dico, quòd illud aliud eſt indifferenter quicunque actus interior, vel exterior, ad quem notum applicari ſcientia, aut iudicando, an die actus ſit, factus an debeat fieri.

Quar-

Digitized by Google

Quartò. Remordere eſt actus conſcientiæ, & pertinet ad voluntatem: ergo & ipſa conſcientia. conſequentia patet: antecedens probatur. Triſtari pertinet ad voluntatem, ſed remorſus non eſt niſi triſtitia: ergo.

Reſpondeo. Negatur antecedens. Ad probationem negatur minor: ſed dico, quòd remorſus importat iudicium de peruerſitate actus præteriti, ad quam ſequitur triſtitia; vel poteſt dici, quòd remorſus non eſt actus conſcientiæ: ſed eſt eius effectus.

Quintò. Si conſcientia dicit actum intellectus: ſequitur quòd nullus poteſt facere contra conſcientiam: hoc eſt falſum: ergo maior probatur. ſtante conſideratione in actu & in particulari de aliquo agibili, impoſſibile eſt quod voluntas feratur in oppoſitum; vt dicit Philoſophus ſeptimo ethicor. ergo ſi conſcientia dicit actum, cum ipſa reſpiciat particularia agentia, non eſt poſſibile, quòd voluntas feratur in oppoſitum eius.

Reſpondeo. Negatur maior. Eſt enim conſcientia actus intellectus practicus, quo iudicamus aliquid eſſe fiendum, vel non; & eſſe rectum, vel non. Contra hoc vero iudicium poteſt quis agere dupliciter. Vno modo non ſtante; ſed ceſſante tali iudicio, & repulſo per contrarium iudicium, aut formaliter, aut virtualiter; ſicut contingit in eo, qui peccat ex paſſione, qui primò iudicabit adulterium non eſſe fauendum; & poſtea iudicat ipſum eſſe faciendum: quia eſt delectabile; & ſic facit contra conſcientiam, non quidem tunc præſentem, ſed præcedentem. Alio modo ſtante tali iudicio in vniuerſali ſolum & non in particulari; dico tamen quòd contra omnem conſcientiam vniuerſalem & particularem actualiter ſtantem nullus agit ipſa actualiter ſtante. vt dicit S.D. prima ſecundæ, quæſtione ſeptuageſimaſeptima, articul. ſecundo, & ſic intelligit Philoſophus vbi allegat 7. ethicor. Et quod dixi de conſcientia particulari intelligo de conſcientia vltima: & voco conſcientiam vltimatam illam qua dictatur aliquid nullo modo eſſe faciendum. Contra talem enim conſcientiam nullus poteſt agere ipſa manente; poteſt tamen eſſe aliqua conſcientia particularis, licet non vltimata vt puta, quòd iſte actus eſt fornicatio ſed tamen contra talem conſcientiam; poteſt quis agere, iſta ipſa ſtante: ſicut patet in eo qui peccat ex electione & ex malitia in eo vltimata conſcientia eſt; quòd licet illud ſit peccatum, tamen eſt faciendum potius quàm quod abſtineatur ab illa delectatione, quæ eſt tali peccato coniuncta.

*Concluſio VI.* Quælibet conſcientia ſiue recta ſiue erronea ligat. Hanc ſic probat S.D. quæſtione decimaſeptima de verita. articul. quarto. Illud obligat enim cuius contrarium faciens ipſo manente peccat; ſed faciens contrarium conſcientiæ peccat; ergo.

*Concluſio VII.* Conſcientia recta obligat ſimpliciter & per ſe. Hanc ſic probat vbi ſupra, id quod obligat in omnem euentum; & ex propria natura & non ex alio falsè æſtimato obligat ſimpliciter, ſed recta conſcientia eſt huiuſmodi, cum nunquam liceat eam dimittere; ergo.

*Concluſio VIII.* Conſcientia erronea non obligat ſimpliciter; ſed tantum ſecundum quid. Hanc ſic probat vbi ſupra, id quod obligat ſolum ex aliquo falsè æſtimato obligat tantum per accidens, & non ſimpliciter; ſed conſcientia erronea eſt huiuſmodi. Ipſa non obligat in omnem euentum cum liceat eam deponere; ergo non obligat ſimpliciter.

Contra arguit Durand. hic quæſt. 5. artic. 3. quod erronea conſcientia obliget, licet liget. primò. Nulla obligatio eſt de illicito; quia qui obligatur tenetur facere ad id quod obligatur, & non peccat ipſum faciendo, ſed id quod dictat conſcientia erronea, eſt illicitum; ergo.

Reſpondeo. Dico primò, quod erronea conſcientia obligat ad non diſcordandum ei, & ſemper illicitum eſt ei diſcordare, & ſemper eſt licitum ei non diſcordare; licet ipſa non obliget ad non deponendum eam.

¶ Dico ſecundò quod maior eſt ſimpliciter falſa; quia quamuis ad illicitum nullus obligetur per ſe; & ſimpliciter poteſt tamen ad illud obligari per accidens inquantum, ſcilicet apprehenditur vt licitum & à lege Dei præceptum, vt dicit S.D. in ſuo ſimili. prima ſecundæ, q. 15. art. 5. ad ſecundum.

¶ Dico tertiò, quod non ſemper eſt peccatum facere ſecundum conſcientiam erroneam; vtputa quando talis error conſcientiæ eſt inuoluntarius proueniens ex ignorantia alicuius circunſtantię abſque omni negligentia; ſicut ſi quis mulierem ſubmiſſam crederet eſſe ſuam, & redderet ei debitum.

Secundò. Sola vera notitia de re non tollit obligationem, ſed magis confirmat; ſed vera notitia de eo quod erronea conſcientia dictat tollit obligationem; ergo illa obligatio nulla eſt.

Reſpondeo. Negatur maior quando vera notitia cognoſcitur dictamen præcedentis rationis non eſſe conforme legi Dei, cum tamen prius putabatur eſſe conforme. Sicut enim falſum iudicium, quo putabatur aliquid eſſe præceptum Dei cum tamen non eſſet, obligabat: ita verum iudicium, quo dictatur præcedens iudicium non eſſe conforme legi Dei, tol-



Digitized by Google

lit obligationem: & maximè obligationem ſecundum quid,& per accidens.

Tertiò. Arguit quòd in aliquo caſu,ſequens conſcientiam erroneam non peccat: puta ſi quis putet in nullo caſu eſſe iurandum: ita conſcientia eſt erronea,& tamen ſi non iuuat non propter hoc peccat;quia licet non iurare.

Reſpondeo. Quod cum dicimus agentem ſecundum conſcientiam erroneam peccare intelligimus ſic, quòd actus voluntatis conformis conſcientiæ erroneæ eſt peccatum. In caſu autem poſito: iſte non propriè ſequitur cõſcientiam erroneam,ſed tunc ſequeretur talem conſcientiam quando formaliter proponeret nunquam in quocunque caſu iurare: conſtat autem quod tale propoſitum & tale velle, eſt peccatum mortale.

*In hac trigeſimanona Diſtinctione, ſecundi Sententiarum, & vnica quæſtione ſequenti confutantur hæreſes damnatæ,vt in noſtro Cõmenntar. in text. Magiſtri, & confutantur etiam hæreſes, quæ ſunt in Abecedario, & in Ethimologijs hæreſum, & confutantur ſimilitèr Idolatria, vt in Abecedario Idolorum in principio, vide ibi litera A. I.& P. ac etiam confutantur falſæ Theologię Fænicum, Egyptiorum, Grecorum, Atlanticorum, Frigiorum, Gentium, &c. ab Euſebio in primo, ſecundo, tertio, & quarto libro de præparatione Euangelica contra Theologiam fabuloſam Poetarum antiquorum.*

*Ex concluſionibus, probationibus, & ſolutionibus argumentorum Capræoli ſoluuntur argumenta Vulpes,& aliorum recentiorum facilè,vt facit Ariſtotelis ad argumenta Antiquorum, quod veritatis cognitio dubiorum eſt ſolutio, & cum Cardinali Bellarmino dicente in libro de Scriptoribus Eccleſiaſticis de Ioanne Capræolo, quòd Ioannes Capræolus ſit defenſor Egregius Sancti Thomę, & optimè diſſoluit omnia argumenta aduerſariorum: dicunt verba formalia Bellarmini, ergo ſi optimè diſſoluit per Bellarminum,ſunt ſoluta argumenta cum his doctrinis hic: Sicut ſoluit Ariſtotelis contra antiquos dicendo in 3. de Cœlo, & in 3. Metaphiſic. veritatis cognitio, dubiorum eſt reſolutio.*

*Reſpondetur ſecundo cum Cardinali Sarnano Franciſcano doctiſſimo, cum ſeptuageſimanona concordantia, & ſimilitèr cum ſeptuageſimaoctaua concordantia Bonaberba.*

*Reſpondetur tertio cum Petro de Bergamo,& Bartholomæo Spina dicentibus in tabula Sancti Thomæ, quod qui ſcit totam Logicam Sancti Thomę, Philoſophiam etiam moralem, totam Metaphyſicam Sancti Thomæ, & totam eiuſdem Theologiam, nullum poteſt facere argumentum contra Sanctum Thomam, & ideo ſubdit, quod iſti recentiores ſtudent tantummodo articulo, ſuper quem componunt, & non habent in mente omnia Opera Sancti Thomæ loquentis præſuppoſitiuè, præſupponendo omnia ſupradicta, & dicendo, quæ propter præſumpunt in verba in tantum Magnum Doctorem nullo modo applicanda, quod Sanctus Thomas contradicat ſibi ipſi, & ideo Cardinal Sarnanus, quia ſciebat totum Sanctum Thomam concordauit ſimilitèr, etiam Ioannes Capręolus ſoluit argumenta aduerſariorum, cum locis Sancti Thomæ, quia totum in mente habebat Sanctum Thomam, & ideo Bellarm. dicebat bene omnia ſoluere Capręolum.*

*Argumenta vero Vaſquez, Valentię, Molinæ, Suarez, &c quia colliguntur; & ſoluuntur, clarè, diſtinctè, & breuitèr à Ripa, à Nazario, à Conſales, à Nauarretto, à Lenardo, & præcipuè à Montagnolo, in prima ſecundæ Sancti Thomæ quæſt. 74. de ſubiecto peccatorum, ſiuè vitiorum.*

*Vide noſtram expoſitionem Petri Lombardi aperiẽtem mentem huius materię, vt in folio 74. hic, & infra pro 3. reſponſione Vulpes. Ac etiam vide 1.2.& 3. folium pro reſponſione quarta, quinta, & ſexta ad argumentum eiuſdem Vulpes.*

*Reſpõdet. 7. cum concordantia Scoti, & Sancti Thomę per Radam Franciſcanum hic*

*Loca ſacræ Scripturæ hic, & infra à Salmerone, Emanuel Sa, à Toleto, à Prierio, Vegha, à Poſſeuino, à Salian, Torello in annalibus à creatione Mundi, quę videntur repugnare aliquomodo Thomiſtis. quia ſunt concordata à nobis in fine noſtrę expoſitionis totius Bibliæ, & in Anatomia Biblię impraſſa, ideo vide ea illic.*

## DISTINCTIO XL.

### *Quæſtio I.*

CIrca quadrageſimam diſtinctionem quæritur. Vtrum aliqua actio humana poſſit eſſe indifferens ad bonum & ad malum.

Pro iſta quæſtione hæc eſt prima concluſio. Aliquis actus humanus eſt indifferens ſecundum ſpeciem, & nullus eſt indifferens ſecundum indiuiduum. Primam partem ſic probat prima ſecundæ, quæſtione 18. articul. 8.& 9. & præſenti diſtin. quæſt 1. artic. 5. Obiectum alicuius actus non habet ex ſe conuenientiam nec diſconuenientiam ad rationem: ergo talis actus non habet

ex

ex ſua ſpecie bonitatem aut malitiam moralem: ſed eſt indifferens. antecedens patet. de iſto actu qui eſt eleuare feſtucam, & de alijs huiuſmodi. conſequentia etiam patet: quia ſpecies actus moralis ſumitur ex obiecto conuenienti aut diſconuenienti rationi.

¶ Secunda pars ſic probatur vbi ſupra. Nullus actus eſt, qui ſecundum circumſtantias non conueniat aut diſconueniat rationi ſaltem ex circunſtantia finis: quia quilibet actus particularis moralis fit propter bonum aut malum finem; ergo nullus in particulari eſt indifferens: & quia per actum moralem intelligo actum procedentem à voluntate deliberata.

Ex hoc ſequitur corollariè, quod actus ex ſola imaginatione procedens, puta confricatio barbæ non deliberata non eſt moralis.

Contra hanc concluſionem arguit Scotus ſic. Actus ex quibus generatur habitus non ſunt boni moraliter cum non eliciantur à virtute; non ſunt etiam mali; alioquin ex eis non generaretur bonus habitus; ergo tales actus particulares ſunt indifferentes ſecundum indiuiduum.

Reſpondeo. Negatur antecedens pro prima parte; quia vt dicit S. D. quæſt. 1. de virtutib. artic. 9. ad 13. tales actus ſunt boni, quantum ad id, quod agitur inquãtum. ſ. homo agit iuſta, vel fortia, vel aliud huiuſmodi, licet non ſint boni, quantum ad modum agendi, quia non fiunt ita promptè & delectabiliter, ſicut illi, qui procedunt & eliciuntur mediante habitu virtutis.

¶ Dico ſecundò, quod ad actum moraliter bonum non eſt neceſſe quod eliciatur à virtute, ſed ſufficit quod ſit ex recta ratione, & recto appetitu.

Contra corollarium arguit ſic Durandus hic quæſt. 2. Quilibet actus eſt moralis reſpectu cuius eſt dominium rationis; quia talis poteſt à ratione regulari, & per conſequens fieri benè vel malè; ſed reſpectu illorum actuum; qui ex apprehenſione imaginationis procedunt: eſt dominium rationis, quia poſſunt prouenire à ratione & impediri; ergo ſunt actus morales.

Reſpondeo. Sicut elicitur à S. D. 2. ſentent. diſtinctione vigeſimaquarta, quæſtione prima, artic. 1. & 2. Actus poſſunt dupliciter eſſe ex tota imaginatione. Aliqui enim ſunt quos potius imaginatio concomitatur quam cauſet, ſed oriuntur ex diſpoſitione qualitatum naturalium; vel ſi ſunt ab imaginatione; non tamen à tali quæ potuerunt eos impedire; nec per conſequens appetitus ſequens; vt patet de imaginatione, quæ cauſatur ex neceſſitate in occurſum alicuius obiecti; vel ex ſubita operatione phantaſmatis; vel cum quis impræmeditatè audiat aliquem loquentem de re turpi, & tales ſunt omnino extra genus moris. & de iſtis loquimur. Alij vero ſunt quos cauſat imaginatio, quæ non ſic ſubito operatur quin ipſa vel appetitus ſequens potuerit impediri; & iſti ſunt morales, ſed de his non loquimur. Poſſumus ex his dicere quod triplex eſt motus in appetitu. Vnus eſt ſequens deliberationem. Alius eſt ſequens ſimplicem apprehenſionem qui potuit impediri. Tertius eſt ſequens ex naturali diſpoſitione vel apprehenſione; qui nullo modo potuit impediri. Primus eſt perfectè moralis. Secundus imperfectè. Et tertius nullo modo.

*Concluſio II.* Omnis actus humanus in habente gratiam, aut eſt meritorius, aut demeritorius. Hanc ſic probat quæſtione ſecunda, de malo, articul. quinto ad ſeptimum. In priuatiuè oppoſitis non inuenitur medium circa ſubiectum proximum capax vtriuſque: ſed meritum & demeritum ſunt priuatione oppoſiti: & ſubiectum proxime capax vtriuſque eſt actus humanus exiſtentis in gratia: ergo.

¶ Ex hoc ſequitur, quòd ſi aliquid eſt quod alicuius boni non ſit ſuſceptiuum: nec oppoſita malitia inerit ei, probatur. Quia bonum & malum priuatiuè opponuntur.

Contra concluſionem arguit Durandus vbi ſuprà ſic. Ille qui eſt in gratia & honorat parentes, non referendo in Deum: ſed tantum naturali pietate non peccat; quia non tenetur ſemper in Deum omnia referre; neque meretur vt de ſe patet; ergo ille actus eſt indifferens.

Reſpondeo. dico primò quòd ordinare omnia virtualiter in Deum, eſt de præcepto: vt dicit S. D. præſenti diſt. quæſt. 1. art. 5. ad 7.

¶ Dico ſecundò quod actus dicitur virtualiter referri in Deum, non eo modo quo dicit Scotus, ſcilicet quia ex appetitu vltimi finis immediatè peruentum eſt ad ipſum actum; ſed eo modo quo dicit S. D. quia per hanc charitatem prius quandoque retulit ſe & omnia ſua actualiter in Deum, & non poſtea habuit oppoſitam relationem in contrarium finem. In iſto enim omnia quæ poſtea facit virtuosè propter ſe vel ſua; ſic in Deum relata dicimus virtualiter fieri propter Deum; vt dicit S. D. ſecundo ſententiar. diſtinctione trigeſimaoctaua quæſtione prima, articul. primo ad quartum.

¶ Et ſi quæratur, quando tenetur homo ſic omnia ordinare in Deum.

Dicò, quòd charitas aut infunditur adulto, aut paruulo; ſi adulto, tunc in primo inſtanti infu-

Digitized by Google

infuſionis diligit Deum ſuper omnia, & ordinat omnia in Deum, ſi paruolo tunc adueniente tempore, quo poteſt vti perfectè ratione, talis refert ſe & ſua in Deum, aut peccat mortaliter; vt dicit S. D. 1. 2. q. 87. art. 6.

¶ Dico tertiò quòd actus factus ex naturali pietate ſi eſt moraliter bonus, oportet quòd ordinetur proximè in aliquem finem virtutis, quem charitas retulit in Deum actualiter in ſpeciali vel in generali; ac per hoc retulit illum actum virtualiter in ſuum finem.

¶ Alia quatuor argumenta facit Durandus, & vnum Scotus: quæ omnia ſunt eiuſdem medij cum iſto nunc ſoluto.

Contra corollarium. Primo & eo ſequitur quòd actus exiſtentis in peccato non ſit ſusceptiuus demeriti: hoc eſt falſum: ergo maior patet, quia talis actus non eſt ſuſceptiuus oppoſitæ bonitatis, ſcilicet meriti.

¶ Secundò ſequitur quod nullus actus malus ex ſuo genere ſit ſuſceptiuus demeriti; hoc eſt falſum; ergo conſequentia eodem modo probatur, quia talis non eſt ſuſceptiuus meriti.

Reſpondeo. Quod corollarium ſic intelligitur. Ille actus qui non eſt ſuſceptiuus alicuius bonitatis ex ſolo defectu alicuius extrinſeci; & non ex intrinſeca corruptione aut repugnantia actus, non eſt etiam ſuſceptiuus malitiæ; actus autem bonus hominis non habentis gratiam, non eſt ſuſceptiuus meriti propter defectum alicuius extrinſeci, ſcilicet gratiæ. & non ex defectu ipſius actus, ſimiliter actus ſubitus imaginationis naturaliter cauſatus, non eſt meritorius propter defectum alicuius extrinſeci ab actu, ſcilicet propter defectum deliberationis. Non autem intelligitur illa maxima ſiue illud corollarium generaliter.

¶ Ad illas duas inſtantias patet, quod actus exiſtentis in peccato & actus malus ex genere non ſunt inſuſceptiui meriti propter naturalem repugnantiam actus; ſed defectu alicuius extrinſeci, ſcilicet gratiæ vel boni obiecti, à quo actus dicitur ex genere bonus.

*Concluſio III.* Vna eadem actio poteſt ſucceſſiuè eſſe bona & mala. Hanc ſic probat: prima ſecundæ, quæſt. 20. artic. 6. Ille actus qui procedit à bona, & mala voluntate ſucceſſiuè, & qui ordinatur ad bonum, & malum finem ſucceſſiuè, eſt ſucceſſiuè bonus, & malus; ſed aliquis eſt huiuſmodi ergo, maior patet, & minor de eo qui cœpit ire ad Eccleſiam, vt furaretur; & eundo, mutauit voluntatem, & vadit vt oret Deum. Iſte autem actus eſt quidem vnus in genere naturæ; ſed eſt duo in genere moris.

Contrà arguit Durandus vbi ſuprà. Idem actus intellectus nullo modo variatus poteſt ſucceſſiuè eſſe verus, & falſus, vt quando credit Sortem ſedere eo ſedente, & eadem credulitate manente, poſtea ſurgit: ergo idem actus voluntatis in nullo variatus poteſt eſſe bonus, & malus etiam moralitèr.

Reſpondeo. Negatur conſequentia, quia veritas, & falſitas poſſunt ſucceſſiuè ineſſe eidē actui intellectus propter ſolam mutationem obiecti exterioris, ſed non poſſit eſſe, vel actu voluntatis, quia vel manet idem dictamen, & cum eadem rectitudine, vel falſitate, oportet etiam quòd maneat eadem bonitas, vel malitia, quæ prius erat ſi ſic, iam fuit ibi quædam negligentia noua, & ſic aliquid innouatum eſt in genere moris, nec actus voluntatis eſt idem ſaltem quoad circunſtantia. Conceditur tamē quòd idem actus voluntatis in nullo immutatus, quæ ad ſui abſolutum poteſt ſucceſſiuè eſſe bonus, & malus moralitèr.

*In hac quadrageſima diſtinctione, 2. Sententiar. & duabus quæſt ſequentibus confutantur hæreſes damnatæ, vt in noſtro Commentar. in text. Magiſtri, & confutantur etiam hæreſes, quæ ſunt in Abecedario, & in Ethimologijs hæreſum, & confutantur ſimilitèr Idolatriæ, vt in Abecedario Idolorum in principio, vide ibi littera A. B. H. & I. ac etiam confutantur falſæ Theologiæ Fęnicum, Egyptiorum, Græcorum, Atlanticorum, Frigiorum, Gentium, &c. ab Euſebio in primo, ſecundo, tertio, & quarto libro de præparatione Euangelica contra Theologiam fabuloſam Poetarum antiquorum.*

*Ex concluſionibus, probationibus, & ſolutionibus argumentorum Caprȩoli ſoluuntur argumenta Vulpes, & aliorum recentiorum facile, vt facit Ariſtotelis ad argumenta Antiquorum, quod veritatis cognitio dubiorum eſt ſolutio, & cum Cardinali Bellarmino dicente in libro de Scriptoribus Eccleſiaſticis de Ioanne Capræolo, quòd Ioann. Capreolus ſit defenſor Egregius Sancti Thomæ, & optimè diſſoluit omnia argumenta aduerſariorum: dicunt verba formalia Bellarmini, ergò ſi optimè diſſoluit per Bellarminum ſunt ſoluta argumenta cum his doctrinis hic: Sicut ſoluit Ariſtotelis contra antiquos dicendo in 3. de Cœlo, & in 3. Metaphiſic. veritatis cognitio, dubiorum eſt reſolutio.*

*Reſpondetur ſecundò cum Cardinali Sarnano Franciſcano doctiſſimo, cum octuageſima concordantia, et ſimilitèr cum ſeptuageſimanona concordantia Bonȩherbȩ.*

*Reſpondetur tertiò cum Petro de Bergamo, et Bartholomȩo Spina dicentibus in tabula Sancti Thomȩ, quod qui ſcit totam Logicam Sancti Thomæ, Philoſophiam etiam moralem, to-*

*totam Metaphyſicam Sancti Thomę, et totam eiuſdem Theologiam, nullum poteſt facere argumentum contra Sanctum Thomam, et ideò ſubdit, quod iſti recentiores ſtudent tantummodò articulo, ſuper quem componunt, et non habent in mente omnia opera Sancti Thomę loquentis pręſuppoſitiuè, præſupponendo omnia ſupradicta, & dicendo, quæ propter prærumpunt in verba in tantum Magnum Doctorem nullo modo applicanda, quòd Sanctus Thomas contradicat ſibi ipſi, et ideò Cardinal. Sarnanus, quia ſciebat totum Sanctum Thomam concordauit ſimilitèr, etiam Ioannes Capræolus ſoluit argumenta aduerſariorum, cum locis Sancti Thomæ, quia totum in mente habebat Sanctum Thomam, et ideò Bellarmin. dicebat benę omnia ſoluere Capreolum.*

*Argumenta verò Vaſquez, Valentię, Molina, Suarez, etc. quia colliguntur, et ſoluuntur, clarè, diſtinctè, et breuitèr à Ripa, à Nazario, à Conſales, à Nauarretto, à Zenardo, et prę̨cipuè à Montagnolo, in prima ſecũdæ Sancti Thomæ de bonitate, & malitia humanorum actum in generali quæſt. 18.*

*Vide noſtram expoſitionem Petri Lombardi aperientem mentem huius materiæ, vt in folio 72. hic, et infra pro 3. reſponſione Vulpes. Ac etiam vide 1. 2. et 3. folium pro reſponſione quarta, quinta, et ſexta ad argumentum eiuſdem Vulpes.*

*Reſpondetur ſeptimo cum concordantia Scoti, & Sancti Thomæ per Radam Franciſcanum hic declarantem S. Thom.*

*Loca Sacræ Scripturæ hic, et infra à Salmerone, Emanuel Sa, à Toleto, à Prierio, Vegha, à Poſſeuino, à Salian, Torello in annalibus à creatione Mundi, quæ videntur repugnare aliquo modo Thomiſtis, quia ſunt concordata à nobis in fine noſtrę expoſitionis totius Bibliæ, et in Anatomia Biblię impraſſa ideò vide ea illic.*

## DISTINCTIO. XLI.

### *Quæſtio.* 1.

CIRCA quadrageſimam primam Diſtinctionem, quæritur. Vtrum quælibet actio hominis infidelis ſit peccatum.

Ad iſtam quæſtionem reſpondetur hic vnica concluſione. Nõ omnis actio hominis infidelis eſt culpa, alioquin infidelis audiens fidem Chriſti peccaret. Hanc concluſionem ſic probat Sanct. Doct. præſenti diſtinctione, quæſtione prima, articulo 2. nullus actus cadens ſuper debitam materiam, eſt peccatum neceſſariò, quia talis poteſt eſſe moralitèr bonus, ſed aliquis actus hominis infidelis eſt huiuſmodi, puta honorare parentes, ergo, &c.

Contra arguit Gregorius in 2. diſtinct. 38. quæſt. 10. artic. 2. primo. Omnis actus non relatus ad finem, propter quẽ debet fieri, eſt peccatum, ſed nullus, actus infidelis hominis eſt relatus in finem propter quem debet fieri ſcilicèt in Deum: ergo.

Reſpondeo. Sicut habetur ex dictis Sancti Doctoris in præſẽti diſtinctione prima, articulo ſecundo, ad ſecundum, & ad quartum negatur maior, & dico primò quòd actum moralitèr bonum ſufficit quòd de proximo referatur ad bonum finem licet non referatur ad bonum finem, licet non referatur ad finem vltimum.

¶ Dico ſecundò, quòd bonorum operum quædam ſunt in præcepto, & quædam non. Quicunque autem facit opus cadens ſub præcepto pro tempore, quo obligatur ad illud, & non refert ipſum actualitèr, nec virtualitèr in Deum, non ſolum eſt cum peccato, ſed actualitèr peccat pro illo tempore quo facit actum ſibi tunc præceptum, non quia facit talem actũ bonum, ſed quia non refert illud in Deum, ita quòd actus ipſe non eſt peccatum, ſed carens tali ordine in Deum, eſt peccatum omiſſionis. Iſtud autem tempus eſt illud, quo tenetur homo ſe ad gratiam præparare, vel facere opus ſibi à Deo præceptum, qui verò agit actum bonum non ſibi pro tunc præceptum, ſine tali ordinatione in Deum, eſt quidem cum peccato, ſed peccat nouo peccato vnde ad bonitatem moralem actus, ad quem homo Lege Diuina non obligatur ſufficit relatio ad bonum finem proximum, dum tamen tàm actus ille, quàm eius finis proximus ſint referibiles in vltimum finem. Concedo tamen quòd quilibet tàm fidelis, quàm infidelis tenetur intentione proxima, vel remota referre omnes actus ſuos in Deum actualitèr, vel virtualitèr ad hunc ſensũ, quòd talis relatio debet procedere, vel concomitari quemlibet actum bonum, ita quòd ſi non referat talem actum in vltimum finem, aut tunc peccat, aut prius peccauit, & adhuc eſt in peccato.

*Secundò arguit.* Nullus actus eſt bonus niſi eliciatur à virtute, ſed in infidelibus non ſunt veræ virtutes: ergo nec aliquis boni actus, maior patet, minor eſt Auguſtini libro quinto, cõtra Iulianum, capitulo decimonono, & libro nono, capitulo quarto, & in libro de innocẽtia dicit. quòd omnis infidelium vita peccatum eſt.

Reſpondeo. Primò dico quòd vita infidelium

lium dicitur eſſe peccatum, non quòd quilibet eorum actus ſit eius, ſed quia nunquam ipſi infideles ſunt ſine peccato.

¶ Dico ſecundò, vt dicit Sanctus Doctor, prima ſecundæ, quæſtione ſexageſimaquinta, articulo ſecundo, quòd cum nulla virtus ſit ſine prudentia, cuius eſt ordinare ad finem, nulla dicitur perfecta virtus, niſi ordinet ad vltimum finem, cuiſmodi eſt charitas, & aliæ virtutes infuſæ, virtutes verò acquiſitæ ſunt, quidem virtutes, ſed non perfectæ, niſi charitati coniungātur, & hoc ideò quia non ordinant ad vltimum finem ſimplicitèr, primi non ſunt in infidelibus, quia non habent virtutes coniunctas charitati, & ideò non habent perfectas virtutes, vt ibi loquitur Auguſtinus, ſed habere poſſunt imperfectas, nec oportet ad hoc, quod actus ſit bonus moraliter, quòd eliciatur à virtute perfecta.

Tertiò. Omnis actus, quo aliquid citra Deū eſt volitum propter ſe eſt vitioſus, ſed quolibet actu voluntati non relato in vltimum finem aliquid eſt dilectum, aut volitum propter ſe, ille enim vltimatus finis, propter quem infidelis agit, eſt per ſe intentus: ergo talis actus eſt vitioſus minor probatur, omnis actus quo aliquid non ſummè diligendum eſt volitum propter ſe eſt vitioſus, ſed omnis actus quo aliquid citra Deum diligitur propter ſe eſt huiuſmodi cum nihil citra Deum ſit ſummè bonum, & conſequentèr, nec ſummè diligendum ergo, maior probatur, ſi aliquid non ſummè diligendum eſſet diligendum propter ſe, hoc eſſet maximè de illis, quæ ſunt ſecundum ſe bona cuiuſmodi ſunt virtutes, ſed iſtæ non ſunt propter ſe diligendæ: ergo, &c. maior patet, minor probatur, ſi aliquid creatum eſſet propter ſe diligendum, & non aliud hoc eſſet præciſè ex hoc, quòd vnum eſt melius alio, & aliud eſt imperfectius, ſed quodlibet ens citra Deum eſt imperfectius Deo: ergo nullum eſt diligendum propter ſe.

Reſpondeo, quòd aliquid poteſt duplicitèr intelligi eſſe propter ſe diligendum. Vno modo, quia poteſt licitè diligi ſine relatione eius ad vlteriorem finem, ita quod talis dilectio non erit peccatum, & ſic negatur maior. Alio modo quia poteſt licitè diligi ſine relatione ad vlteriorem finem, vt cum contemptu cuiuslibet vlterioris finis, & ſic conceditur maior, & negatur maior. Ad probationem maioris in ſēſu, quo negata eſt, negatur maior. Ad probationem conceditur maior, & negatur minor. Ad probationem negatur maior. Ratio enim quare aliquid ſit propter ſe diligendum, & non aliud non eſt ratio eſt quia ipſum ſit melius, ſed quia habeat ſe ſufficientem bonitatē, quare debeat propter ſe diligi, quia eſt vltima naturalis perfectio hominis, nec naturalis ratio dictat euidentèr eam debere referri in vlteriorē finem, & huiuſmodi eſt actus virtutis præcipuę, beatificus beatitudine naturali. Nam naturalis ratio dictat, quod alij habent ſufficientem diligibilitatē ſine relatione ad fortitudinem, ipſa verò beatitudo ſecundum dictamen rationis naturalis habet ſufficientem diligibilitatem ſine relatione ad vltimum finem, Nam quod omnes actus virtutum, & ipſa beatitudo vię referenda ſit in finem ſupernaturalem, cōſtat tantum ex fide, & diuina reuelatione, quæ non eſt facta infidelibus.

Quartò, omne diligendum aliud à Deo eſt diligendum vltimatè propter Deum: ergo qui non refert rem dilectam actualiter in Deum peccat.

Reſpondeo, quod antecedens poteſt habere duos ſenſus, immò etiam tres. Vnus eſt, quod omne diligibile aliud à Deo natum eſt diligi propter Deum, ita, quod ſi ſic diligatur benè diligitur.

¶ Secundus eſt, quòd omnis dilectio qua diligitur aliud à Deo, ꝙ non propter Deum ſit vitioſa.

¶ Tertius eſt, quòd omnis dilectio qua diligitur aliud à Deo, & non propter Deum actu, vel habitu, vel virtute eſt coniuncta peccato, primus, & tertius ſenſus ſunt veri: ſed ſecundus eſt falſus.

*In hac quadrageſimaprima diſtinct. 2. Sententiar. & vnica quæſtione ſequenti confutantur hæreſes damnatæ, vt in noſtro Commentar. in text. Magiſtri, & confutantur etiam hæreſes, quæ ſunt in Abecedario, & in Ethimologijs hæreſum, & confutantur ſimilitèr Idolatriæ, vt in Abecedario Idolorum in principio, vide ibi litteras A.H.I. & P. ac etiam confutantur falſæ Theologiæ Fenicum, Egyptiorum, Græcorum, Atlanticorum, Frigiorum, Gentium, &c. ab Euſebio in primo, ſecundo, tertio, & quarto libro de præparatione Euangelica contra Theologiam fabuloſam Poetarum antiquorum.*

*Ex concluſionibus, probationibus, & ſolutionibus argumentorum Capreoli ſoluuntur argumenta Vulpes, & aliorum recentiorum facile, vt facit Ariſtotelis ad argumenta Antiquorum, quod veritatis cognitio dubiorum eſt ſolutio, & cum Cardinali Bellarmino dicente in libro de Scriptoribus Eccleſiaſticis de Ioanne Capreolo, quòd Ioann. Capreolus ſit defenſor Egregius Sancti Thomæ, & optimè diſſoluit omnia argumenta aduerſariorum: dicunt verba formalia Bellarmini, ergò ſi optimè diſſoluit per Bellarminum ſunt ſoluta argumenta*

ta

Digitized by Google

*na cum his doſtrinis hic: Sicut ſolutio Ariſto-telis contra antiquos dicendo in 3. de Cælo, & in 3. Metaphiſic. veritatis cognitio, dubiorum eſt reſolutio.*

*Reſpondetur ſecundò cum Cardinali Sarnano Franciſcano doctiſſimo, cum octuageſimaprima concordantia, et ſimilitèr cum octuageſima concordantia Bonaberbe.*

*Reſpondetur tertiò cum Petro de Bergamo, et Bartholomęo Spina dicentibus in tabula Sancti Thomę, quod qui ſcit totam Logicam Sancti Thomæ, Philoſophiam etiam moralem, totam Metaphyſicam Sancti Thomę, et totam eiuſdem Theologiam, nullum poteſt facere argumentum contra Sanctum Thomam; et ideò ſubdit, quod iſti recentiores ſtudent tantummodò articulo, ſuper quem componunt, et non habent in mente omnia opera Sancti Thomę loquentis pręſuppoſitiuè, præſupponendo omnia ſupradicta, & dicendo, qua propter pręrumpunt in verba in tantum Magnum Doctorem nullo modo applicanda, quòd Sanctus Thomas contradicat ſibi ipſi, et ideò Cardinal. Sarnanus, quia ſciebat totum Sanctum Thomam concordauit ſimilitèr, etiam Ioannes Capræolus ſoluit argumenta aduerſariorum, cum locis Sancti Thomæ, quia totum in mente habebat Sanctum Thomam, et ideò Bellarmin. dicebat bene omnia ſoluere Capreolum.*

*Argumenta verò Vaſquez, Valentię, Molinæ, Suarez, etc. quia colliguntur, et ſoluuntur, clarè, diſtinctè, et breuitèr à Ripa, à Nazario, à Conſales, à Nauarretto, à Zenardo, et pręcipuè à Montagnolo, in prima ſecundæ Sancti Thomæ de cauſa peccati, quę eſt ex parte uoluntatis, quæſt. 78.*

*Vide noſtram expoſitionem Petri Lombardi aperientem mentem huius materiæ, vt in folio 72. hic, et infra pro 3. reſponſione Vulpes. Ac etiam vide 1. 2. et 3. folium pro reſponſione quarta, quinta, et ſexta ad argumentum eiuſdem Vulpes.*

*Reſpondetur ſeptimo cum concordantia Scoti, & Sancti Thomæ per Radam Franciſcanum hic declarantem S. Thom.*

*Loca Sacræ Scripturæ hic, et infra à Salmerone, Emanuel Sa, à Toleto, à Prierio, Vegba, à Poſſeuino, à Salian, Torello in annalibus à creatione Mundi, quæ videntur repugnare aliquo modo Thomiſtis, quia ſunt concordatę à nobis in fine noſtrę expoſitionis totius Bibliæ, et in Anatomia Biblię impreſſa ideò vide ea illic.*

## DISTINCTIO XLII.

### *Quæſtio. 1.*

CIRCA quadrageſimam ſecundam Diſtinctionem, quæritur. Vtrum actus interior, & actus exterior ſint duo peccata, vel tantum vnũ.

Ad hanc quæſtionem reſpondetur negatiue, & iſta eſt.

*Concluſio* I. Actus intentior, & actus exterior non ſunt duo peccata. Hanc ſic probat Sanct. Doct. præſenti diſtinct. & prima ſecundę, quæſt. 20. artic. 1. Actus interior ſunt idem actus in genere moris, cum actus exterior non ſit voluntarius, niſi inquantum coniunctus eſt actui interiori: ergo habent eandem malitiam, & per conſequens ſunt vnum peccatum.

Contra arguit Gregorius hic quæſt. 1. art. 1. Velle occidere hominem eſt peccatum, & occidere hominem eſt peccatum, ſed velle occidere non eſt occidere, ergo velle occidere eſt aliud peccatum ab occidere.

Reſpondeo, negatur argumentum, niſi prima pars maioris ſic intelligatur occidere hominem, vt præſcindit à velle occidere eſt peccatũ, in quo ſenſu negatur, ſicut enim color, & lux ſunt vnũ viſibile, quia lux eſt ratio colori, quòd ſit viſibilis, ita actus interior, & exterior ſunt vnum peccatum, quia interior eſt ratio actui interiori, quod ſit peccatum, cum ſit ei ratio, quod ſit voluntarium.

*Concluſio II.* Actus exterior addit aliquam bonitatem ad actum interiorem illam, ſcilicet quam habet actus exterior ex termino proximo.

Ad cuius euidentiam eſt ſciendum, quod bonitas actus exterioris ſumitur ex circunſtantijs, & iſtam bonitatem dat actui interiori. Actus autem interior habet ex ſe quandam bonitatẽ, inquantum elicitur à voluntate, quæ eſt differentia ſuorum actuum, ſecundum quàm bonitatem actus habet rationem meriti, vel demeriti, & iſtam dat actui exteriori. Sanct. Doct. vbi ſupra. Nullus motus non attingens terminum eſt æqualis bonitatis, vel malitiæ cum motu attingente terminum, ſed actus interior ſe habet ad exteriorem ſicut motus ad terminũ: ergo, &c.

Contra. Nullum poſterius dat aliquid priori, ſed actus exterior eſt poſterior interiori; prius enim volo orare quàm orem, ergo non dat ei bonitatem.

Reſpondeo, quòd actus exterior poteſt accipi duplicitèr. Vno modo vt eſt exercitus, & ſic eſt poſterior actu interiori. Alio modo, inquantum eſt intentus, & ſic non eſt poſterior, &



Digitized by Google

hoc modo dat ei bonitatem.

*Concluſio III.* Actus exterior non dat actui interiori illam bonitatem, quam habet actus interior ex fine. Hanc ſic probat vbi ſupra. Bonitas, quam habet actus interior ex fine, non dependet ab actu exteriori, ergo ineſt ei ſine actu exteriori, conſequentia patet, antecedens declaratur prius enim volo dare eleemoſynam propter Deum, quàm dem eleemoſynam: ergo bonitas ex fine in iſto velle non dependet à datione eleemoſynæ.

*Concluſio* IV. Actus exterior non addit interiori pœnam, aut præmium eſſentiale, ſi actus interior ſit ita in ſe completus ſine exteriori ſicut cum exteriori. Hanc ſic probat vbi ſupra. Quod eſt ſimpliciter inuoluntarium, non tollit voluntati completæ aliquid de pœna, vel de præmio eſſentiali, ſed abſentia actus exterioris eſt inuoluntaria in habente actum interiorem completum: ergo, &c.

Cõtra arguit Scotus, aut potius Scotiſtæ vt recitat Gregorius hic. Primò ex concluſione ſequitur, quod volens ſuſtinere martyrium, & non ſuſtinens tantum meretur quantum volẽs ſuſtinere, & ſuſtinens, ſed hoc eſt falſum, quia ſecundus meretur laureolam, & non primus.

¶ Item ſequeretur, quòd volens baptizari, & tamen non accipiens Baptiſmum tantum mereretur ſicut ille, qui baptizatur.

Reſpondeo. Dico primò, quòd aliqui ſunt actus exteriores, qui nunquam poſſunt fieri, quin intendatur actus interior voluntatis, ſicut actus fornicationis non poteſt fieri quin pro tunc ſit intenſius velle quàm ante, & talis auget peccatum, ſimilitèr maior feruor voluntatis eſt in actuali ſufferentia pœnarum pro Chriſto quàm ſolum dum quis proponit eas ſufferre, & tamen actu non ſuffert, & quia tunc augetur actus interior, ideo talis magis meretur. Sed poſito, quòd actus interior non intendatur per exteriorem, dico quod habet æquale meritum eſſentiale.

¶ Dico ſecundò, quòd laureola eſt præmium accidentale, & ideò illud primum quod dicis inconueniens non eſt contra concluſionem.

¶ Dico tertiò, ad illud de Baptiſmo, quòd talis non plus meretur ex actu exteriori, quam ex ſolo interiori, ſed tamen ex re operata, ſcilicet ex Sacramento confertur ei gratia, & ſic eſt ei melius, quàm ſi non acciperet Sacramẽtum, ſicut etiam in pueris melius eſt, quod baptizentur, licet ipſi non habeant aliquod opus meritorium.

Secundò dicit Auguſtinus lib. 13. de Trinitate cap. 5. quod quilibet efficitur miſer mala voluntate, ſed minori poteſtate, & actu extrinſeco: ergo magis peccat.

Reſpondeo, negatur conſequentia, quia Auguſtinus ſolum hoc intendit, quod ex malis actibus, aut exterioribus homo magis habilitatur, & inclinatur ad malum, & difficilius ſe abſtinet, habituari autem ad malum miſeria eſt.

Tertiò. Illa concluſio fauet hæreſi Aybaldi, quem Eccleſia condemnauit dicentem, quod homo non efficitur deterior ex operibus malis: ergo eſt falſa.

Reſpondeo. Quod iſte intendebat, quod homo non ſit melior, aut peior ſiuè bonum faciat, ſiuè malum, hoc autem longè eſt alienum à noſtra concluſione.

Quartò. Actus exterior eſt entitas diſtincta ab actu interiori: ergo habet aliam bonitatem à bonitate eius, & ſic eam illi addit.

Reſpondeo. Duplex eſt bonitas, Vna eſt bonitas naturalis, & de iſta conceditur totum, ſed non eſt ad propoſitum. Alia eſt bonitas moralis, & de iſta negatur cõſequentia, quia actus exterior nullam habet bonitatem moralem, niſi per actum interiorem. Dico tamen quod actus exterior dat bonitatem actui interiori quòad præmium accidentale, nam ille qui dat eleemoſynam, gaudebit non ſolum ſe voluiſſe dare eleemoſynam, ſed etiam quia dedit, ille autem qui voluit dare, ſed non dedit, quia non potuit, non gaudebit ſe eleemoſynam dediſſe.

¶ Et per hoc ſoluuntur quaſi omnia argumẽta Scoti, quia ſolum concludunt de præmio accidentali.

¶ Quintò. Mentiri eſt graue peccatum, ſed iſta grauitas non eſt ex actu interiori, ſed tantũ exteriori, cum mendacium non poſſet eſſe in actu exteriori, nam velle fallere, non eſt fallere: ergo.

Reſpondeo. Quod licet in actu interiori nõ ſit mendacium, eſt tamen electio, & complacẽtia mendacij, quæ ſunt ita demeritoria, ſicut ipſa cum coniunctione exterioris mendacij.

Sextò. Vadens ex propoſito ad Sepulchrum Chriſti, & in itinere totalitèr diſtractus quòad mentem, aut meretur per illam exteriorem ambulationem, licet non habeat actum interiorem, aut non, ſi ſic, habeo propoſitum, quia meritum poteſt eſſe in actu exteriori ſine interiori, ſi non, hoc videtur magnum inconueniẽs, quod per tantum laborem non mereatur.

Reſpondeo. Primò poteſt dici, quod meretur præmium accidentale.

¶ Dico ſecundò, quod non oportet, quod actus interior ſemper aſſiſtat exteriori actualiter, ſed ſufficit, quod aſtiterit in principio actualitèr, & quod poſtea aſſiſtat virtualitèr.

Septimò. Lanceatio Chriſti fuit meritoria, ſed illi non fuit coniunctus actus extrinſecus meritorius, quia tunc Chriſtus erat mortuus nec

Digitized by Google

nec erat amplius viator: ergo actus exterior eſt meritorius ſine interiori.

Reſpondeo, negatur maior, quia nec lanceatio Chriſti, nec mors eius meruit nobis, aut ei, ſed benè operata eſt noſtram ſalutem per modum efficientiæ, & exemplaritatis.]

Contra eandem arguit Aureolus. Bonitas actus moralis ſumitur ex fine, & per conſequẽs illi actus, qui diuerſimodè attingunt finem habent aliam, & aliam bonitatem moralem, ſed actus exterior, alitèr attingit finem quàm actus interior, puta exterior actus fortitudinis actu defendit patriam, actus autem interior non: ergo.

Reſpondeo. Negatur maior. De illis actibus, quorum vnus ponit alium in eſſe morali, actus autem interior facit ipſum eſſe voluntarium. Nam actus exterior eſt voluntarius tãtum denominatiuè, interior verò eſt moralis formalitèr.

*In hac quadrageſima ſecũda Diſtinct. ſecundi Sententiarum, & vnica quæſtione ſequenti confutantur hæreſes damnatæ, vt in noſtro Cõmenntar. in text. Magiſtri, & confutantur etiam hæreſes, quæ ſunt in Abecedario, & in Ethimologijs hæreſum, & confutantur ſimilitèr Idolatriæ, vt in Abecedario Idolorum in principio, vide ibi litera A. E. I & P. ac etiam confutantur falſæ Theologię Fanicum, Egyptiorum, Gręcorum, Atlanticorum, Frigiorum, Gentium, &c. ab Euſebio in primo, ſecundo, tertio, & quarto libro de præparatione Euangelica contra Theologiam fabuloſam Poetarum antiquorum.*

*Ex conclusionibus, probationibus, & ſolutionibus argumentorum Capræoli ſoluuntur argumenta Vulpes, & aliorum recentiorum facilè, vt facit Ariſtotelis ad argumenta Antiquorum, quod veritatis cognitio dubiorum eſt ſolutio, & cum Cardinali Bellarmino dicente in libro de Scriptoribus Eccleſiaſticis de Ioanne Capræolo, quòd Ioannes Capræolus ſit defenſſor Egregius Sancti Thomę, & optimè diſſoluit omnia argumenta aduerſariorum: dicunt verba formalia Bellarmini, ergo ſi optimè diſſoluit per Bellarminum, ſunt ſoluta argumenta cum his doctrinis hic: Sicut ſoluit Ariſtotelis contra antiquos dicendo in 3. de Cœlo, & in 3. Metaphiſic. veritatis cognitio, dubiorum eſt reſolutio.*

*Reſpondetur ſecundo cum Cardinali Sarnano Franciſcano doctiſſimo, cum octuageſima ſecunda concordantia, & ſimilitèr cum octuageſima prima concordantia Bonæberbæ.*

*Reſpondetur tertio cum Petro de Bergamo, & Bartholomæo Spina dicentibus in tabula Sancti Thomæ, quod qui ſcit totam Logicam Sancti Thomę, Philoſophiam etiam moralem, totam* Metaphyſicam *Sancti Thomæ, & totam eiuſdem Theologiam, nullum poteſt facere argumentum contra Sanctum Thomam, & ideo ſubdit, quod iſti recentiores ſtudent tantummodo articulo, ſuper quem componunt, & non habent in mente omnia Opera Sancti Thomæ loquentis præſuppoſitiuè, prę ſupponendo omnia ſupradicta, & dicendo, quæ propter prærumpunt in verba in tantum* Magnum *Doctorem nullo modo applicanda, quod Sanctus Thomas contradicat ſibi ipſi, & ideo Cardinal. Sarnanus, quia ſciebat totum Sanctum Thomam concordauit ſimilitèr, etiam Ioannes Caprœolus ſoluit argumenta aduerſariorum, cum locis Sancti Thomæ, quia totum in mente habebat* Sanctum *Thomam, & ideo Bellarm. dicebat bene omnia ſoluere Caprœolum.*

*Argumenta vero Vaſquez, Valentię,* Mo*lina, Suarez, &c. quia colliguntur; & ſoluuntur, clarè, diſtinctè, & breuitèr à Ripa, à Nazario, à Conſales, à Nauarretto, à Zenardo, & præcipuè à* Montagnolo, *in prima ſecundæ Sancti Thomæ quæſt. 2. de bonitate, & malitia exteriorum actuum humanorum.*

*Vide noſtram expoſitionem Petri* Lom*bardi aperiētem mentem huius materię, vt in folio 74. hic, & infra pro 3. reſponſione Vulpes. Ac etiam vide 1. 2. & 3. folium pro reſponſione quarta, quinta, & ſexta ad argumentum eiuſdem Vulpes.*

*Reſpõdet. 7. cum concordantia* Scoti, & San*cti Thomę per Radam Franciſcanum hic declarantem S. Thom.*

Loca Sacræ Scripturæ *hic, & infra à* Salme*rone, Emanuel Sa, à Toleto, à Prierio, Vegha, à Poſſeuino, à Salian, Torello in annalibus à creatione Mundi, quę videntur repugnare aliquomodo Thomiſtis. quia ſunt concordata à nobis in fine noſtrę expoſitionis totius Bibliæ, & in Anatomia Biblię impræſſa, ideo vide ea illic.*

## DISTINCTIO. XLIII.

### *Quæſtio* 1.

CIRCA Quadrageſimamtertiam Diſtinctionem, quæritur. Vtrum omne peccatum ſit mortale.

PRO hac quæſtione hæc eſt prima concluſio. Peccatum mortale differt à veniali, ſicut perfectum ab imperfecto in eodem genere. Hanc ſic probat Sanct. Doct. præſenti diſtinctione articulo tertio, & prima ſecundæ, quæſtione octuageſimaoctaua, articulo primo. Ea

quæ ſe habent ſicut mors, & ęgritudo, diſtinguuntur ſicut perfectum, & imperfectum, ſed mortale,& veniale ſunt huiuſmodi. Nam peccatum mortale aufert totalitèr ordinem ad vltimum finem,qui ordo reparari non poteſt,nec per Diuinam potentiam. Veniale autem dicit inordinationem tantum circa ea quæ ſunt ad finem,

*Concluſio II.* Aliquod veniale differt genere à mortali, & aliquod continetur ſub eodẽ genere cum mortali.

Ad euidentiam illius,& etiam primæ concluſionis, præmitto aliqua. Primò quòd cuilibet peccato cum ſit culpa eſt annexa quædam inordinatio,ratione cuius ei debetur aliqua pœna,ſicut peccato mortali debetur pœna æterna ex ſe,veniali autem non.

Præmitto ſecundò, quòd peccatum mortale denominatur à mortalitate. Veniale autem à venialitate, quia quantum eſt de ſe non excludit veniam,id eſt terminationem pœnę,ſicut facit mortale.

Præmitto tertiò, quòd actus peccati, ſiuè mortalis,ſiuè venialis poteſt conſiderari,aut ex parte agentis à quo eſt,aut ex parte inordinationis,aut ex parte reatus, ſiuè pœnæ, quæ ei debetur.

Præmitto quartò,quòd aliquod mortale, & veniale diſtinguũtur ex parte obiecti ſicut percutere, & verbum ocioſum. Illud enim mortale, quòd cadit ſuper materiam repugnantem charitati Dei, aut proximi, diſtinguitur à veniali, quod non cadit ſuper talem materiam. Aliquando autem diſtinguuntur ex parte agẽtis, puta cum producit aliquem actum, qui de ſe non cadit ſuper materiam repugnantem charitati, & tunc peccat mortalitèr propter malũ finem, charitati repugnantem, puta cum quis dicit verbũ ocioſum, vt adulteretur,talis enim peccat mortalitèr, ſed iſtud peccatum non diſtinguitur ex parte obiecti ab alio verbo ocioſo, quod ſit peccatum veniale.

Ex his pono iſtas concluſiones. Aliquod peccatum mortale diſtinguitur à veniali ſpecificè probatur. Illi actus morales diſtinguuntur ſpecie,qui habent obiecta diuerſa, ſed aliquod mortale, & aliquod veniale ſunt huiuſmodi: ergo,&c.

*Concluſio* III. Peccatum mortale non diſtinguitùr ſpecie à veniali ex parte reatus, ideſt, ex hoc quod vni debetur pœna æterna, & non alteri,probatur. Reſpectus ad pœnam eſt poſterior peccato: ergo non diſtinguitur eum ſpecificè conſequentia patet, & antecedens, non enim ex hoc quòd debetur alicui pœna æterna,ideò eſt peccatum mortale, ſed econtra, quia eſt tale peccatum, ideò debetur ei talis, vel talis pœna.

*Concluſio* IV. Inordinatio actus non diſtinguit ſpecificè peccatum mortale à veniali, probatur. Id quod ſe habet per accidens ad aliquos actus, non diſtinguit eos ſpecificè, ſed inordinatio eſt huiuſmodi. Ille enim, qui peccat,non intendit per ſe inordinationem,quia nullus intendens ad malum,operatur.

Contra Sanct.Doct.dicit in quæſt.7. de malo artic.5. quod peccatum in deordinatione conſiſtit: ergo deordinatio diſtinguit peccata.

Reſpondeo,quòd peccatum poteſt conſiderari duplicitèr. Vno modo, vt eſt actus malus, & ſic dico quod priuatio ordinis conſtituit eũ in ratione mali, vnde deuiatio à regula eſt formale genericum. Alio modo conſideratur, vt eſt voluntarius, & habens rationem culpæ, & ſic diſtinguitur penes obiectum.

*Concluſio* V. Aliquod mortale diſtinguitur tantum per accidens à mortali, probatur. Illi actus morales,qui habent eadem obiecta, diſtinguuntur tantum per accidens, ſicut aliquod veniale,& aliquod veniale habent eadem obiecta,puta cum quis dicit verbum ocioſum, vt furetur, & alius gratia loci.

Et per hoc patet reſponſio ad multa argumenta Aureoli, quibus conatur probare, quòd diſtinguantur penes diuerſum modum deuiandi à regula Diuina,hoc enim falſum eſt,quia illa deuinatio eſt præter intentionem peccãtis, concedo tamen quod iſta deuiatio diſtinguit pœnam,& reatum peccati, quia actui, qui magis à ſua regula deuiat, debetùr maior pœna.

Contra primam principalem concluſionem arguit Durandus in 2. diſtinct. 42. quæſt. 6. Id quod eſt imperfectum ſub aliquo analogo non dicitur ſimpliciter tale,vt dicitur quarto metaphiſic.Text 2.ſed peccatum veniale dicitur ſimplicitèr peccatum: ergo,&c. minor probatur, peccatum veniale cadit ſuper materiam ſimplicitèr malam, puta mendacium ocioſum: ergo eſt ſimplicitèr malum.

Reſpondeo,negatur minor. Ad probationem negatur antecedens, immò materia talis peccati non eſt ſimplicitèr mala, quia inordinatio circa eam non deuiat ab vltimo fine.

Secundò. Id quod eſt imperfectum ſub aliquo analogo non dicitur tale, niſi per attributionem ad perfectum, ſed veniale non dicitur per attributionem ad mortale:ergo,&c. maior patet, minor probatur. Dato quod nullum mortale eſſet,adhuc poſſet eſſe peccatum veniale: ergo non dicitur per attributionem ad mortale.

Reſpondeo negatur minor. Ad probationem negatur conſequentia. Iſta attributio non dicit coexiſtentiam vnius ad aliud, ſicut patet, quod

quod nullo animale verò exiſtente, adhuc poſſet eſſe animal pictum, ſed veniale dicitur per attributionem ad mortale, quia eſt diſpoſitio ad ipſum, vel quædam deficiens eius ſimilitudo. Et ſi quæratur, vtrum dicatur analogicè de omni mortali, & de omni veniali. Ego credo, quod præcipuè dicatur analogicè de mortali, & de illo, quod eſt veniale ex imperfectione actus, licet ſit ſuper materiam repugnantẽ charitati, ſicut eſt ſubitus motus furti, vel homicidij, ſicut etiam virtus dicitur analogicè de actu completo virtus, & de actu imperfecto, & indeliberato, cadente ſuper debitam materiam.

Contra ſecundam principalem concluſionẽ arguit Aureolus. Mortalitas, & venialitas diſtant in infinitum: ergo non diuidunt ſpecies eiuſdem generis, quia differentiæ diuiſiuæ ſunt ſub eodem genere.

Reſpondeo. Concedo totum, ſed bene dico quod mortalitas conſequuntur in aliquibus diuerſitatem ſpeciei, ſcilicèt mortale, & veniale peccatum, quæ ſpecie diſtinguuntur ex parte obiecti, poſſunt tamen etiam reperiri in his, quæ ſunt eiuſdem ſpeciei, ſcilicèt in mortali, & veniali, quæ habent idem obiectum, ſicut etiam albedo, quæ conſequitur diuerſitatem ſpeciei in Cigno, & in niue, reperitur etiam in his, quæ ſunt eiuſdem ſpeciei, puta in hominibus.

Contra arguit, quòd nullum mortale poſſit eſſe eiuſdem ſpeciei cum veniali. Illa quæ ſunt eiuſdem ſpeciei, opponuntur vni, & eidem in ſpecie, ſed mortale nunquam ſunt huiuſmodi, quia mortale ſemper opponitur charitati, veniale autem non: ergo, &c.

Reſpondeo, negatur maior. Nam calor intenſus, & remiſſus ſunt eiuſdem ſpeciei, & tamẽ calor intenſus repugnat formæ ſubſtãtiali aquę, cui non repugnat calor remiſſus, & ratio eſt quia nõ ibi oppoſitio ſpecifica formalis, ſed virtualis, ſic in propoſito, nam peccatum mortale non ſemper opponitur charitati ratione ſuæ ſpeciei, quæ ſumitur ex obiecto, ſed etiam aliquando ex parte peccantis tantum. Item talis oppoſitio conſurgit ex parte auerſionis, & non ex parte conuerſionis, à qua peccatum ſumit ſpeciem ſuam.

*Concluſio VI.* Et impertinens præcedentibus. Superbia, & cupiditas, vt ſunt ſpiritualia peccata, ſunt radix omnium peccatorum. Hanc ponit prima ſecundæ, quæſtione octuageſimaquarta, articulo primo, & ſecundo. Ad cuius euidentiam eſt ſciendum, quòd in rebus, ſiuè actibus voluntarijs cuiuſmodi ſunt peccata, duplex ordo inuenitur, ſcilicèt intentionis, & executionis. In primo ordine finis habet rationem principij, finis autem in omnibus temporalibus acquirẽdis eſt, vt homo per ea quãdam excellentiam habet, & ideò ſuperbia, quæ eſt appetitus excellentiæ eſt ex hac parte initiũ omnis peccati. Ex parte verò executionis principium eſt id quod præbet opportunitatẽ adimplendi omnia deſideria peccati, huiuſmodi autem ſunt diuitiæ, & ideò cupiditas, quæ eſt appetitus diuinarum, eſt ex hac parte radix omnium peccatorum.

Contra arguit Durandus in 2. diſtinct. 42. quæſt. 4. Primò turpes delectationes ſunt peccata, ſed radix earum non eſt appetitus excellentiæ, cum homo non inclinetur ad eas, vt appetit excellentiam: ergo.

Reſpondeo, negatur minor. Multi enim gloriantur ſe eſſe conſecutos tales delectationes, vt apprehendunt eas, vt manifeſtatiuas propriæ excellentiæ, quia eas conſequuntur, quas alij conſequi non poſſunt.

Secundò arguit. Diuitiæ non dant facultatem adimplendi mala deſideria, niſi quia diſtrahuntur, ſed cupiditas non cauſat diſtractionem diuitiarum, immò cauſat retentionem earum: non bene dicitur, quòd cupiditas eſt radix omnium peccatorum, quia præbet facultatem ad omnia.

Reſpondeo. Primò dico, quòd non ſolum ille eſt cupidus, qui ordinatè appetit diuitias ad retinendum, ſed etiam qui inordinatè appetit ad diſtrahendum.

¶ Dico ſecundò, quòd diuitiæ etiam actualitèr habitæ dant facultatem ad omnia peccata.

¶ Dico tertiò, quòd habitus, qui eſt cupiditas, non dicitur eſſe radix omnium malorum, ſed quod obiectum cupiditas, ideſt, diuitiæ hoc faciunt.

*In hac quadrageſimatertia diſtinct. 2. Sententiar. & vnica quæſtione ſequenti confutantur hæreſes damnatæ, vt in noſtro Commentar. in text. Magiſtri, & confutantur etiam hæreſes, quæ ſunt in Abecedario, & in Ethimologijs hæreſum, & confutantur ſimilitèr Idolatriæ, vt in Abecedario Idolorum in principio, vide ibi littera* M. O. *&* P. *ac etiam confutantur falſa Theologia Fenicum, Egyptiorum, Græcorum, Atlanticorum, Frigiorum, Gentium, &c. ab Euſebio in primo, ſecundo, tertio, & quarto libro de præparatione Euangelica contra Theologiam fabuloſam Poetarum antiquorum.*

*Ex concluſionibus, probationibus, & ſolutionibus argumentorum Capręoli ſoluuntur argumenta Vulpes, & aliorum recentiorum facile, vt facit Ariſtotelis ad argumenta Antiquorum, quod veritatis cognitio dubiorum eſt ſolutio, & cum Cardinali Bellarmino dicente in-*

Digitized by Google

*in libro de Scriptoribus Eccleſiaſticis de Ioanne Capræolo, quòd Ioann. Capreolus ſit defenſor Egregius Sancti Thomæ, & optimè diſſoluit omnia argumenta aduerſariorum: dicunt verba formalia Bellarmini, ergò ſi optimè diſſoluit per Bellarminum ſunt ſoluta argumenta cùm his doctrinis hic: Sicut ſoluit Ariſtotelis contra antiquos dicendo in 3. de Cœlo, & in 3. Metaphiſic. veritatis cognitio, dubiorum eſt reſolutio.*

*Reſpondetur ſecundò cum Cardinali Sarnano Franciſcano doctiſſimo, cum octuageſimatertia concordantia, et ſimilitèr cum octuageſima ſecunda concordantia Bongberbę.*

*Reſpondetur tertiò cum Petro de Bergamo, et Bartholomęo Spina dicentibus in tabula Sancti Thomę, quod qui ſcit totam Logicam Sancti Thomæ, Philoſophiam etiam moralem, totam Metaphyſicam Sancti Thomę, et totam eiuſdem Theologiam, nullum poteſt facere argumentum contra Sanctum Thomam, et ideò ſubdit, quod iſti recentiores ſtudent tantummodò articulo, ſuper quem componunt, et non habent in mente omnia opera Sancti Thomę loquentis pręſuppoſitiuè, præſupponendo omnia ſupradicta, & dicendo, quæ propter pręrumpunt in verba in tantum Magnum Doctorem nullo modo applicanda, quòd Sanctus Thomas contradicat ſibi ipſi, et ideò Cardinal. Sarnanus, quia ſciebat totum Sanctum Thomam concordauit ſimilitèr, etiam Ioannes Capræolus ſoluit argumenta aduerſariorum, cum locis Sancti Thomæ, quia totum in mente habebat Sanctum Thomam, et ideò Bellarmin. dicebat bene omnia ſoluere Capreolum.*

*Argumenta verò Vaſquez, Valentię, Molinæ, Suarez, etc. quia colliguntur, et ſoluuntur, clarè, diſtinctè, et breuitèr à Ripa, à Nazario, à Conſales, à Nauarretto, à Zenardo, et pręcipuè à Montagnolo, in prima ſecundæ Sancti Thomæ de peccatis, & vitijs ſecundum ſe, quæſt. 71.*

*Vide noſtram expoſitionem Petri Lombardi aperientem mentem huius materiæ, vt in folio 72. hic, et infra pro 3. reſponſione Vulpes. Ac etiam vide 1. 2. et 3. folium pro reſponſione quarta, quinta, et ſexta ad argumentum eiuſdem Vulpes.*

*Reſpondetur ſeptimo cum concordantia Scoti, & Sancti Thomæ per Radam Franciſcanum hic declarantem S. Thom.*

*Loca Sacræ Scripturæ hic, et infra à Salmerone, Emanuel Sa, à Toleto, à Prierio, Veghba, à Poſſeuino, à Salian, Torello in annalibus à creatione, undiquaque videntur repugnare aliquo modo Thomiſtis, quia ſunt concordata à nobis in fine noſtrę expoſitionis totius Bibliæ, et in Anatomia Biblię impræſſa ideò vide ea illic.*

## DISTINCTIO XLIIII.

### *Quæſtio. I.*

CIRCA quadrageſimamquartam Diſtinctionem, quæritur. Vtrũ potentia peccandi ſit à Deo.

Pro iſta quęſtione hęc eſt prima concluſio. Potentia peccandi, quantum ad poſitiuum, quod importat, eſt à Deo. Hanc ſic probat Sanct. Doct. præſenti diſtinct. artic. 1. Omnis entitas eſt à Deo, ſed potentia peccandi eſt entitas, quæ eſt voluntas, ſiuè liberum arbitrium: ergo.

*Concluſio II.* Potentia peccandi quantum ad defectum quem importat non eſt à Deo. Iſtud enim gerundium peccandi importat reſpectum ad peccatum, vnde ſicut in peccato ſunt duo, ſcilicèt actus, & deformitas, iſta potentia peccandi dicit ipſam cum aptitudine ad deficiendum; defectibilitas autem conuenit creaturæ ex voluntate, vt dicit Damaſcenus, ex hoc quod eſt ex nihilo, eſſe autem ex nihilo nõ conuenit creaturæ per aliquam, quantum ad ipſam nihilitatem, quia remota omni efficientia Dei, adhuc creatura de ſe eſt non exiſtens, ſiuè nihil.

Ex his probatur ſic concluſio. Id quod cõuenit creaturæ inquantum eſt ex nihilo non habet cauſam, ſed defectibilitas conuenit voluntati, inquantum eſt ex nihilo: ergo non habet cauſam, & per conſequens non eſt à Deo.

Contra arguit Scotus hic. Potentia paſſiua eſt immediatum ſubiectum habitus, & priuationis, ſicut materia prima immediatè, & non per aliud ſubijcitur formæ ignis, & priuationi formæ aeris: ergo, & potentia actiua libera cuiuſmodi eſt voluntas eſt immediatum principium agendi, & deficiendi, & non per hoc quod eſt ex nihilo.

Reſpondeo, negatur conſequentia quia potentia paſſiua non plus ordinatur ad habitum quàm ad priuationem, liberum autem arbitriũ ex natura ſua ordinatur ad actum rectum, & nõ ad deformẽ, & ideò ordo ad deformitatẽ actus, non fundatur in libero arbitrio, niſi mediante alio defectu, ſcilicèt hoc, quòd eſt eſſe ex nihilo.

Contra concluſionem directè arguit Durandus primò. Deus eſt cauſa mali pœnæ: ergo eſt cauſa poſſibilitatis liberi arbitrij ad peccatum, antecedens patet, conſequentia probatur.

Poſſi-

Digitized by Google

poſſibilitas ad peccatum non eſt malum: ergo ſi Deus eſt cauſa mali pœnæ, multomagis eſt cauſa huius, conſequentia patet, antecedens probatur. Si eſſet malum, aut eſſet malum culpæ, & hoc non, alioquin homo ſemper peccaret, cum ſemper in eo ſit poſſibilitas deficiendi, aut eſſet malum pœnæ, & hoc non, cùm talis defectibilitas fuerit in ſtatu innocentiæ, alioquin Adam non potuiſſet peccare.

Reſpondeo, negatur conſequentia. Ad probationem negatur conſequētia, quia iſta defectibilitas, licet non ſit malum pœnæ, nec culpę, ordinatur tamen ad malum culpæ, quæ conſiſtit in auerſione à Deo. Deus autem non eſt cauſa quod aliquid ab eo auertatur, cum omnia ad ſeipſum conuertat. Negatur etiam cõſequentia, quia quòd Deus non poſſit eſſe cauſa huius defectibilitatis non ideo eſt, quia peccabilitas ſit malum, aut minus malum quàm malum pœnæ, ſed quia eſt purum ens rationis, vt infra dicetur, ens autem rationis non poteſt habere cauſam.

Secundò. Poſſibilitas deficiendi per corruptionem eſt à Deo in rebus corruptibilibus: ergo, & poſſibilitas deficiendi in electione, conſequentia patet, quia non eſt maior ratio de vna defectibilitate quam de alia, cùm vtraque ſit ens rationis, antecedens probatur. Omne quod pertinēs ad perfectionem vniuerſi, eſt à Deo, ſed talis defectibilitas eſt huiuſmodi, niſi enim animalia eſſēt defectibilia, homo qui eis veſcitur, non poſſet conſeruari.

Reſpondeo, negatur antecedens, quia etiam illa defectibilitas conſequitur creaturam ex hoc, quòd eſt ex nihilo: Ad probationem negatur maior, ſed benè dico, quòd potentia ad deficiendum eſt à Deo, quantum ad ſuum poſitiuum, non autem quantum ad defectibilitatem.

Contra probationem concluſionis, in qua dicitur quòd defectibilitas conſequitur liberũ arbitrium, quia eſt ex nihilo, arguit Aureolus primò. Quicquid habet creatura à ſe formalitèr habet à Deo effectiuè alioquin daretur aliqua entitas, quæ non eſſet à Deo, ſed defectibilitas conuenit formalitèr libero arbitrio ex natura eius formalitèr: ergo, &c.

Reſpondeo, negatur maior de eo quod dicit formalitèr imperfectionem, & ordinem ad malum auertentem à Deo, cuiuſmodi eſt defectibilitas in eligendo. Dico tamen quòd hoc argumentum non eſt contra probationem concluſionis, ſed contra ipſam concluſionem.

Secundò. Confirmati in gratia habent liberum arbitrium, quòd eſt ex nihilo, & tamen in eis non eſt defectibilitas: ergo eſſe ex nihilo nõ eſt totalis cauſa peccabilitatis.

Confirmatur, quia creaturæ irrationales ſunt ex nihilo, & tamen non ſunt peccabiles. Si dicatur quòd non ſunt peccabiles, quia ſunt confirmatæ in gratia.

Contra. Ipſa gratia eſt ex nihilo, nec auſert à libero arbitrio eſſe ex nihilo: ergo ſi eſſe ex nihilo eſt pręciſa cauſa peccabilitatis, ſequitur, quòd ipſi ſint peccabiles.

Reſpondeo, dico primò, quòd cum dicitur liberum arbitrium eſſe ex nihilo, ly ex dicit ordinem ad nihil, quod eſt non ens, & ideo iſta relatio eſt relatio rationis ſine negatione habet voluntas defectibilitatem, nam vna negatio poteſt eſſe cauſa alterius, vt dicitur ſecundo Phiſic. ſicut abſentia nautæ eſt cauſa perditionis nauis.

¶ Dico ſecundò, quòd omne creatum ex hoc quod eſt ex nihilo eſt quoddam bonum particulare recipiens admixtionem potentiæ, & imperfectionem, quia omne quod eſt ex nihilo habet ſuum eſſe ab alio, & per conſequens eſt potentiale.

¶ Dico tertiò, quòd liberum arbitrium reſpicit bonum vniuerſale, ſed non habet operationes determinatas reſpectu boni vniuerſalis, immò indeterminatas, & multifarias, ſicut materia eſt in potentia ad multas formas.

¶ Dico quartò, quòd eſſe ex nihilo non eſt præcisè cauſa defectibilitatis in voluntate, ſed ad hoc concurrit, & indeterminatio eius ad actionem circa bonum, vndè quādo caret perfectione ligante, & ſtabiliente ipſam in bono, qualis perfectio eſt gratia cõſummata, ſemper eſt defectibilis.

Ex his patet, quid dicendum ad argumentũ, concedo enim, quòd eſſe ex nihilo non eſt præciſe ratio peccabilitatis, poſſet etiam dici, quòd in beatis eſt defectibilitas, ſed eſt ligata per gratiam. Ad confirmationem patet ex dictis.

Contra eandem arguit Durandus, ſi peccabilitas ineſſet libero arbitrio ex hoc, quod eſt ex nihilo, ſequitur, quòd Deus eſſet cauſa peccabilitatis, ſed hoc eſt falſum, & contra tuam concluſionem: ergo, &c. conſequentia probatur. Deus eſt cauſa, quòd creatura ſit ex nihilo: ergo eſt cauſa peccabilitatis, quę ad hoc neceſſariò conſequitur, conſequentia patet, antecedens probatur, primò, quicquid eſt cauſa affirmationis, eſt cauſa negationis, quæ ad eam neceſſariò conſequitur, ſicut id quod eſt cauſa, vt aliquid ſit album, eſt etiam cauſa, quòd non ſit nigrum, ſed Deus eſt cauſa eſſe creaturæ ad quod neceſſariò ſequitur iſta negatio, ſcilicet ipſam non eſſe ex aliquo: ergo.

Reſpondeo. Primò negatur ſecunda pars minoris, quia dato quòd nunquam creatura

pro-

Digitized by Google

produceretur à Deo, adhuc conueniret ei eſſe ex nihilo, & per conſequens iſta negatio non eſſe ex aliquo, non conſequitur per ſe ad eſſe creaturæ.

¶ Dico ſecundò, quod per ly eſſe ex nihilo, non ſolum importatur negatio, ſed etiam ordo ad ipſum nihil.

Secundo. Id quod eſt cauſa conſeruatiua entitatis rei per ſui influentiam, eſt cauſa non entitatis per ſubtractione influentiæ, ſed Deus eſt cauſa conſeruatiua creaturę, ergo poteſt eſſe cauſa, quod creatura ſit nihil, ſiuè ex nihilo.

Reſpondeo. Negatur maior, quando id quod conſeruatur prius, nam habet non eſſe quàm eſſe, cuiuſmodi eſt creatura, ſicut licet aqua habeat quod ſit calida ex influentia ignis: non tamen habet, quod ſit frigida ex ſubtractione illius influentiæ, frigiditas prius natura conuenit igni, quam caliditas.

Tertio. Ly de dicit habitudinem alicuius cauſæ, ſed cum dicitur creatura de ſe eſt nihil, non poteſt dicere habitudinem cauſæ: ergo nõ benè dicitur, quod creatura de ſe ſit nihil, maior patet, minor probatur. Non enim dicit habitudinem finis, aut efficientis, cum omnis finis, & omne efficiens ſit ens, nec materialis, quia nihil eſt totalis negatio, quæ non poteſt habere ſubiectum, nec formalis, quia omnis creatura eſt formalitèr aliquid, ergo non eſt formalitèr nihil.

Reſpondeo. Quod dicit habitudinem cauſæ formalis, quia nulla creatura eſt formalitèr ens, ideſt exiſtens, cùm nulla creatura ſit ſuum eſſe, quia non formalitèr exiſtens niſi per eſſe ei ſuperadditum.

Et ſic eſt finis quæſtionis, & totius ſecundi Libri Sententiarum, ad laudem eius, qui omnia intuetur. Amen.

*In hac quadrageſimaquarta, & vlt. Diſtinct. Sententiarum, & vnica quæſtione ſequenti confutantur hæreſes damnatæ, vt in noſtro Cõmenntar. in text. Magiſtri, & confutantur etiam hæreſes, quæ ſunt in Abecedario, & in Ethimologÿs hæreſum, & confutantur ſimilitèr Idolatria, vt in Abecedario Idolorum in principio, vide ibi litera P. D. & H. ac etiam confutantur falſæ Theologię Pænicum, Egyptiorum, Grecorum, Atlanticorum, Frigiorum, Gentium, &c. ab Euſebio in primo, ſecundo, tertio, & quarto libro de præparatione Euangelica contra Theologiam fabuloſam Poetarum antiquorum.*

*Ex concluſionibus, probationibus, & ſolutionibus argumentorum Capræoli ſoluuntur argumenta Vulpes, & aliorum recentiorum facilè, vt facit Ariſtotelis ad argumenta Antiquorum, quod veritatis cognitio dubiorum eſt ſolutio, & cum Cardinali Bellarmino dicente in libro de Scriptoribus Eccleſiaſticis de Ioanne Capræolo, quòd Ioannes Capræolus ſit defenſor Egregius Sancti Thomę, & optimè diſſoluit omnia argumenta aduerſariorum: dicunt verba formalia Bellarmini, ergo ſi optimè diſſoluit per Bellarminum ſunt ſoluta argumenta cum his doctrinis hic: Sicut ſoluit Ariſtotelis contra antiquos dicendo in 3. de Cœlo, & in 3. Metaphiſic. veritatis cognitio, dubiorum eſt reſolutio.*

*Reſpondetur ſecundo cum Cardinali Sarnano Franciſcano doctiſſimo, cum octuageſimaquarta concordantia, & ſimilitèr cum octuageſima tertia concordantia Bonaberba.*

*Reſpondetur tertio cum Petro de Bergamo, & Bartholomæo Spina dicentibus in tabula Sancti Thomæ, quod qui ſcit totam Logicam Sancti Thomę, Philoſophiam etiam moralem, totam Metaphyſicam Sancti Thomæ, & totam eiuſdem Theologiam, nullum poteſt facere argumentum contra Sanctum Thomam, & ideo ſubdit, quod iſti recentiores ſtudent tantummodo articulo, ſuper quem componunt, & non habent in mente omnia Opera Sancti Thomæ loquentis præſuppoſitiuè, pręſupponendo omnia ſupradicta, & dicendo, quæ propter prærumpunt in verba in tantum Magnum Doctorem nullo modo applicanda, quod Sanctus Thomas contradicat ſibi ipſi, & ideo Cardinal. Sarnanus, quia ſciebat totum Sanctum Thomam concordauit ſimilitèr, etiam Ioannes Caprєolus ſoluit argumenta aduerſariorum, cum locis Sancti Thomæ, quia totum in mente habebat Sanctum Thomam, & ideo Bellarm. dicebat bene omnia ſoluere Caprєolum.*

*Argumenta vero Vaſquez, Valentię, Molinæ, Suarez, &c. quia colliguntur; & ſoluuntur, clarè, diſtinctè, & breuitèr à Ripa, à Nazario, à Conſales, à Nauarretto, à Lenardo, & præcipuè à Montagnolo, in prima ſecundæ Sancti Thomæ quæſt. 79. de cauſis exterioribus peccati ex parte rei.*

*Vide noſtram expoſitionem Petri Lombardi aperientem mentem huius materię, vt in folio 74. hic, & infra pro 3. reſponſione Vulpes. Ac etiam vide 1.2. & 3. folium pro reſponſione quarta, quinta, & ſexta ad argumentum eiuſdem Vulpes.*

*Reſpõdet. 7. cum concordantia Scoti, & Sancti Thomę per Radam Franciſcanum hic declarantem S. Thom.*

*Loca Sacræ Scripturæ hic, & infra à Salmerone, Emanuel Sa, à Toleto, à Prierio, Vegha, à Poſſeuino, à Salian, Torello in annalibus*

bus

*bus à creatione Mundi, quę videntur repugnare aliquomodo Thomiſtis. quia ſunt concordata à nobis in fine noſtrę expoſitionis totius Bibliæ, & in Anatomia Bibliȩ impræſſa, ideo vide ea illic.*

Explicit Epitomæ Quæſtionum in ſecundũ librum Sententiarum Magiſtri Pauli Sõcinnatis ad mentem Ioãnis Capræoli Tholoſani, Ordinis Prædicatorum, ac Thomiſtarum Principis.

Cum additione recentiorum contradicentium Vulpes, Ferchij, & cæterorum, nec non expoſitione omnium textuum neceſſariorum Magiſt. Petri Lombardi, etiam contra omnes Hæreſes, & Hætimologias Abecedarias recitatas, & reiectas per Magiſtrum Mauritium de Gregorio Siculi Cammaratæ, & cum additione ſcribentium contra omnes hæreſes, & contra Gentiles cunctos.

FINIS SECVNDI LIBRI SENTENTIARVM.

Quia queſtiones Capræoli, Soncinnatis, & aliorũ fundãtur in textibus Magiſt. Sentẽt. ideò opere prætium duximus, vt facilius queſtiones ipſius percipiantur ipſos textus Magiſtri, primo exponere, ſicut Caietanus in ſumma primo exponit text. S. Thom. tanquam fundamentum: deinde ponit quæſtiones, vt etiam Ferrarienſis, contra gentiles S. Thom. Prierius in conflatis vſq; ad Bannes, Medinam, Nauarrum, Nauarretum, Ripam, Zenardũ, Conſales, &c. ſupra aducti; Arabes, Græci, & Latini idipſum in Ariſt. & Platonem, Ficinus, Lãdinus, Felicius. Nam ignorato fundamento textuum, ignorantur, & quę in textibus fundantur, vt ait Magnus Commentator in procemio, qui propterea fecit prologomina 8. quæ hic præſupponuntur ex philoſophia, & Metaphiſica, quamuis infra indagentur.

## *TERTII SENTENT. COMMENTARIA ad ſenſum procemij viridarij omnium Scientiarum Magiſt. Mauritij de Gregorio Cammaratenſis Siculi.*

DIſtinctiones 40. hic tertius Sententiarum liber continet, in quibus de Incarnatione Verbi, & reparatione humani generis, de virtutibus, & donis nobis per ipſum collatis, contra Origenem, quòd Chriſtus incarnatus eſt etiam ad reparandos Angelos, ponendo propoſitionem vniuerſalem propter miſericordiam, & contra plus quam quinquaginta hæreticos infrà ſucceſſiuè nominandos, reijciendos; multa contra ineſplicabile Incarnationis Myſterium dicentes, partim ponentes quod non eſt, & partim negantes quod eſt, Ebion, Cherinthum, Fontinum. Manichæos, Valentinum, Pollinares, Arium, Gentiles, &c. cont. Grammaticos quod hoc nomẽ incar. non reperitur, quod eſt contra Ioan. cap. 1. Spina 152. & 153. Aegydius, Bacconius.

*Textus, Cum venit plenitudo, &c.* diſtinct. 1. commentar. ad ſenſus procem. de Incarnatione ex parte aſſumentis ait, quod in tempore plenitudinis gratiæ in quo per charitatem fuit adimpletio legis, & promiſſio Patruum, dùm medium ſilentium teneret omnia, Filius incarnatus eſt, quæ incarnatio miſſio eſt, vt ait Apoſtolus, Filio, & non alijs perſonis congruum fuit; nam ſicut per ſapientiam Patris omnia facta ſunt, ſic per eandem, quæ eſt Filius, omnia recreata, & reſtaurata, vt qui in Deitate Filius, Filius in humanitate dicatur, non quod Pater, & Spiritus ſanctus incarnari non poterant, & poſſunt, & cum indiuiſa ſint opera Trinitatis, cum Patre, & Spiritu ſancto, Filius, ipſam incarnationem operatus eſt, & ſecundum expoſitiones Pater, & Spiritus ſanctus aſſecutionem carnis fecerunt, non terminatiuè, ſed terminatiuè ad ſolum Filium; & propterea eſt axioma, tota perfectio Trinitatis eſt incarnata, & contra Hæreticos, concludit, quod non per hoc tota Trinitas eſt dicenda nata de Virgine Crucifixa ſepulta, &c. nàm ſicut ſolus Spiritus ſan-

ctus in ſpecie Columbæ, quamuis inſeparabiliter operentur, &c. ita ſolus Filius in terminatione, &c. contra Apollin. quod Chriſtus non aſſumpſit carnē, ſed aliquid diuinitatis in carnē conuerſum eſt. Epit. Prierij, Capræolini, Deza, Medina, Caietanus, Suarez, Spina 154. Adde abecedar. & ethimol. hæreſ. & contra idolatriam.

*Textus Et quia*, &c. diſtinct. 2. commentar. ad ſenſ. proœm. de Incarnat. ex parte naturę aſſumptæ; contra hæret. ait, quod totam naturam humanam, Athomam corpus, & animam cum proprietatibus eorum (non reſultante perſona humana præuenta) aſſumpſit, vt omnis homo curaretur aſſumendo carnē, mediante anima ordine naturæ loquendo non temporis, contra hæretic. dicentes, non aſſumpſiſſe carnem, quæ coinquinaret diuinitatem, quod eſt cōtra diuinitatem, vt patet de exemplo radiorum Solis, ſordida tangentium, & ſe non maculantium, neque caro Chriſti maculata erat, contra Arrium, quod ſolam carnem, & non animam aſſumpſerit, ſed diuinitatem loco animæ eſſe, & contra Apollinar. quod ſolam ſenſitiuam, &c. Beluacen. Albertus, S. Thom. Damaſc. Director. Decretum, Prateol. Porrect. Greg. Valen. Spina 155. vſque ad 248. Adde abeced. & ethimolog. hær. & contra idol.

*Textus quęritur*, &c. diſt. 3. commen. ad ſenſ. proœm. quale ſit, quod aſſumptum eſt, & conditiones carnis eius, & matris ait cum Patribus, ꝙ caro Chriſti abſque peccato vllo ex ſanguine Mariæ puriſſimo, abſque viri ſemine, ſed cooperante Spiritu ſancto, non decimatus in Abraham, & Leui ex originali peccato patiendi tamen liberè potētias tenuit, & ideò caro Chriſti ſimilis carni noſtræ non in culpa, ſed de pœnalitate; fuit enim formatus cum anima creata infuſa ab initio conceptionis, cum membris omnibus, ſucceſſiuè tamen corpus paulatim augendo, contra Cerdon. Manichæum, Valentin. & Apell. impugnantes veram carnem Chriſti. Deza, Caietan, Suarez, Spina 159. vſque ad 262. Adde abecedar. & ethimolog. hær. & contra idolatr.

*Textus pręterea*, &c. diſtinct. comment. ad ſenſ. proœm. proſequitur de Spiritu ſancto cum alijs perſonis, & ait, quod Incarnatio attribuitur Spiritui ſancto, ex quo conceptus, non excludendo Patrem, & Filium, cum incarnationis opus ſit Trinitatis, & numquam eſt dicendum, incarnatio eſt cooperante Spiritu ſancto, ergo Chriſtus eſt Filius Spiritus ſancti; non enim de eo, ſicut de Patre genitus eſt, dicitur tamen Filius Virginis, nam ab ea Matre genitus eſt, nec Spiritus ſanctus quaſi ſeminalis materia eſt accipiendus, & ſcripturæ dicenti ex ſemine Dauid, reſpondet quod loquitur de Maria ex ſemine Dauid prouenīete, cōtra Marchioniſtas ponentes corpus phantaſticum, & non ex Spiritu ſancto, & contra Valentinum, quòd Chriſtus habuit corpus cœleſte, tanquam ex fiſtula ex Maria egrediens. Epit. Capr. Tholoſan. Roduiſ. S. Thom. Direct. Porrect. Medina. Spina 163. Adde abecedar. & ethimolog. hæreſ. & contra idolatr.

*Textus Pręterea*, &c. diſtinctio 5. commentar. ad ſenſus proœm. Quærens an aſſumens, & aſſumptum habeat rationem perſonæ, vel naturæ, & determinat quod Perſona Diuina aſſumpſit naturam humanam, & non perſonam humanam cum Concilio Toletano, Patres; & Scripturæ authoritates, quæ videntur dicere, quod Diuina natura Incarnata, intelligendæ ſunt inquantum Diuina natura, & perſona, ſūt idem in Filio, quando dicitur, quod natura Diuina non eſt incarnata, adnotatur quod nō eſt incarnatio terminata ad perſonam Patris, & Spiritus ſancti, ideò non dicitur natura Diuina homo factus eſt, aſſumendo igitur Perſona Diuina naturam humanam vniuit, & vniendo aſſumpſit perſonalitatem præueniendo, & dum dicitur quod aſſumpſit hominem intelligitur per hominem natura, & ſi anima ſeparata ab authore dicatur perſona impropriè loquitur; vnde propter præuentionem Diuinæ perſonæ ex vnione animæ, & corporis non reſultauit perſona humana, & præter implicantiam fuiſſet ſuperflua, eſſentia enim hominis facit hominem, contra Neſtorium ponentem duas perſonas, & contra Paulum Samoſatenum, quod caro Chriſti prius fuit concepta, & animata quam à Verbo aſſumpta, & ſic non fuiſſet præuenta perſonalitas, quod eſt falſum. Egidius, Banauētura, Bacconius, Iſidorus, Decret. Director. Porrecta, Spina 164. Adde abecedar. & ethimol. hæreſ. & contra idolatr.

*Textus Expręſſis*, &c. diſtinct. 6. comment. ad ſenſus proœm. De communicatione Idiomatis ait, quod iſte modus loquendi eſt verus; Deus factus eſt homo, & homo Deus, nō vt, dicit prima opinio per duo ſuppoſita, neq; vt tertia, quòd vt indumentū aſſumpſit naturam humanam, ſed ſecundum ſecundam ſententiam benè intellectam, quòd per naturas, & ſuppoſitum dicitur homo iſte æternus, Deus paſſus eſt inquantum perſona Verbi per Incarnationem, in duabus ſubſiſtebat naturis. Compoſita quodammodò dici poteſt, ſed non eſt extendenda hæc loquutio; nam non eſt vt ex partibus totū reſultans, vt phyſicum quoddam, &c. contra Melchiſedechiſtas, quòd Melchiſedech fuit ſuperior Chriſto, & per conſequens non Deus, & homo. Secundum Medinam 3. par. quæſt. 2. artic.

Digitized by Google

art. 2. reijciũtur hæretici opiniones appellati à Magiſtro:& reprehẽdi ipsũ, qui Magiſter nõ loquitur propria intentione, ſed aliorũ. Erueus, S. Thom. Antiſiodor. Philo. Paramur. Siman. Spina 165. Adde abecedar. & ethimologiam hæreſ.& contra idolatr.

*Textus Secundum*,&c. diſtinct. 7. comment. ad ſenſus proœm. Quòd Deus factus ſit homo per ſupradictas tres opiniones docet, & quod ab æterno fuit præuiſus, & prædeſtinatus Filius Dei ex gratia, & ex corpore,& anima inquantum homo aſſumptus à Deo, cùm quo dicitur Chriſtus, qui non poteſt dici homo dominicus cum Auguſtino lib. retract. cap 19. contra Arnoldum, quòd Chriſtus humanitatem æqualẽ Diuinitati aſſũpſit, cõtra Matomorfiſtas, quòd Chriſtus eſt quando aſcendit ad Cœlum. Bonauent. Egid. Origenes, Gabriel. Spina 166. Adde abecedar.& ethimolog. hæreſ,& contra idolatriam.

*Textus Poſt*, &c. diſtinct. 8. comment. ad ſenſus proœm. quòd natura Diuina, ſeu eſſentia, non dicitur nata de Virgine, immò, nec de Patre, perſona tamen dicitur naſci, & dicitur natura incarnata, quia perſona eſt incarnata, ad ſenſum, vt ſupra dicitur, biſnatus Chriſtus, ab æterno perſona ex Patre,& tempore ex Matre, per naturam humanam, contra Arrium, quòd Chriſtus non ſit Deus, ſed creatura ſemel nata. Bacconius, Carmel. S. Thom. Ripa, Spina 267. Adde Abecedar. & ethimolog. hæreſ.& contra idolatriam.

*Textus Prȩterea*,&c. diſtinct. 9 commentar. ad ſenſus proœm. De adoratione humanitatis ait, quòd humanitas Chriſti nõ eſt adorãda ſecũdũ aliquos adoratione Latriæ, quȩ diuinitati debetur, ſed ſuper omnes creaturas adoratione duliȩ. Patres verò dicũt ꝙ adoratione ſuppoſiti aſſumentis, contra Ercicleſ ꝙ humanitas Chriſti ſecundum ſe ſit adoranda adoratione Latrȩ contra Arium Maumetanos, & Hæbreos. Albertus, Ceradus, Medina, Spina 268. Adde abecedarius, & ethimologiã hæreſ. & contra idolatriam.

*Textus Solet*,&c. diſtinct. 10. cõmentar. ad ſẽſus proœm. repetit, quòd Chriſtus, vt homo nõ eſt perſona quamuis ſit ſubſtantia rationalis, cum fuerit præuenta perſonà, & ſi dicitur per ſe ſonans alteri non coniuncta, non impedit, neque prædeſtinationem eiuſdem, quæ prædeſtinatio humanitatis in Diuinitate Dei gratia eſt. Deinde ait quod Chriſtus eſt Filius naturalis Patris æterni, & Virginis per naturam, in tempore,& non eſt Filius adoptiuus, cuius perſona eſt Diuina, cõtra Euthichetem, quòd Chriſtus conſtat ex duabus naturis tantum. Argentinus, Gregor. Vale. Suarez, Spina 269. Adde abecedar.& ethimologiã hæreſ.& contra idolatr.

*Textus Solet etiam*,&c. diſtinct. 11. commentar. ad ſenſus proœm. Modum loquendi de Chriſto, ait quòd non eſt dicendum, ſimpliciter loquendo, quòd Chriſtus factus, creatus, creatura,&c. vndè prædicata, temporalia, ſemper quantum ad humanitatem, æterna, & impaſſibilia quantũ ad diuinitatem, contra Arnoldiſtos, quod quantum ad humanitatem Chriſtus eſt æqualis Diuinitati, & per conſequens quantum ad omnia prædicata, & contra Arriũ, quòd Chriſtus ſit ſola creatura. D. Thomas, Egidius, Bacconius, Bannes Montagnolus, Prateolus, Porrect. Spina 270.& 271. Adde abecedar.& ethimolog. hæreſ.& contra idolatr.

*Textus Poſt prȩdicta*,&c. diſtinct. 12. commentar. ad ſenſus proœm. Proſequitur de modo loquendi, & ait quod quantum ad humanitatem incæpit eſſe cũ Perſona Diuina ſit æterna, & ſic intelligitur, quòd Chriſtus creauit ſtellas, ſcilicet quantum ad diuinitatem, concordando ſcripturam, poſtea ait quod poterat hominem alium, quam de genere Adæ aſſumere, qui homo per vnionem impeccabilis fuit,& nõ per hoc quod fuit impeccabilis eſt auferẽdum liberum arbitrium; poterat etiam ſexum muliebrem aſſumere, ſed non congruè, ſed virilem ex fœmina accepit, vt Diabolus vinceretur per aliquem de genere eius, per quem victus fuerat, contra Bezanitas, quòd Deus non eſt omnipotens,& non poteſt facere quod vult,& nõ eſt ſupra creaturas diabolicas. Bonauentura, Albertus, Nazarius, Aluarez, Prateol. Porrect. Spina 272. 273.& 274. Adde abeced.& ethim. hæreſ.& contra idolatr.

*Textus Prȩterea*,&c. diſtinct. 13. comment. ad ſanſus proœm. De ſcientia,& ſapientia Chriſti quam ſecundum hominem in ſuo conceptionis inſtãte accepit, ita vt ãplius accipere nõ poſſit, ſcripturæ verò dicenti ꝙ augebat ætate, & ſapientia reſpondet, quod intelligitur ſecundum exteriorem manifeſtationem, ſeù de experimentali, & ſic etiam intelligitur Ambroſius contra Arrium, quòd in Chriſto non fuit anima,& per conſequens neque intellectus in quo fuit infuſa omnis ſapientia, & ſcientia. Gratiadeus, Egidius, Medina, Director. Seraphinus, Spina 175. Adde abeced.& ethim hæreſ.& cõtra idolatriam.

*Textus Hic*,&c. diſtinct. 14. commentar. ad ſenſ. proœm. ſequitur de ſcientia Chriſti, & ait quod non æquatur ſcientiæ Dei,& cum ſit creatura humanitas non habet ſcientiam creandi quamuis anima eius omnia in verbo videat, creare enim creatura nõ poteſt,& eſt incapax. Ambroſius verò ponens Chriſtum omnipotẽ-


Digitized by Google

tem intelligitur ſecundum Diuinitatem, quæ poteſt omnia, contra Rabi Moyſen, quod multa non poteſt facere Deus, & contra negantes ſcientiã Chriſti,& miracula. Pariſienſis, Deza, Cate.aurea, Spina 276 & 277. Adde abeced. & ethi. hæreſ.& contra idolatr.

*Textus Illud quoque*,&c. diſtinct.15.comm. ad ſenſ.proœm. De pœna, & dolore, ſeu defectibus pœnalibus quos ſuſcipere decuit (præter peccatum quod nunquam fecit) propter ſalutem noſtram; noſtram tamen recipiendo peccata fabricauerunt ſuper dorſum ſuum, vt ait Dauid quod habuit dolorem in carne, triſtitiã in anima tempore paſſionis voluntate, & ad hunc ſenſum exponendæ ſcripturæ, & concordandus Hilarius contra Baſilidiſtas,& Marcum quod Simon Cyreneus fuit paſſus in Cruce, & non Chriſtus,& contra ſupra reiectos ponentes corpus fantaſticũ Franciſcũ Cairo, Baccon. Theatrum vitæ humenæ,Spina 278.& 279 Adde abecedar.& ethimolog hæreſ.&contra idolatriam.

*Textus Hic*,&c diſtinct.16.comment.ad ſẽſus proœm. De eiſdem pœnis ſubdit,& moriẽdi in corpore aptitudinem, & patiendi in anima,recepit liberè,deinde ait,quòd de omni ſtatu hominis aliquid recepit,vt de ſtatu Innocẽtiæ immunitatem, de ſtatu naturæ lapſæ, defectus,& pœnas; de ſtatu ſub gratia, plenitudinẽ eiuſdem; de ſtatu gloriæ, contemplationem perfectam; contra Gailum quod Chriſtus corpus impaſſibile aſſumpſit, & immortale. Aureolus,Serafinus,Spina 280 Adde abeced. & ethimolog.hæreſ.& contra idolatr.

*Textus Poſt prędicta*,&c.diſtinct.17.comm. ad ſenſus proœm. De voluntate Chriſti docet, quòd ſit duplex,Diuina,& humana, & hæc duplex ſcilicet appetitus ſenſitiuus per quem à Patre petijt, quòd non impetrauit,& per eundẽ pati,& mori fugiebat,quòd ſecundum voluntatem diuinam, & humanam rationemque volebat,neque fruſtra fuit, ſed vt veritatem humanę naturæ nos docendo in oratione, & eius neceſſitatem ad modum dubitantis, ſed non dubitãs demonſtrauit abſque rebellione carnis ad ſpiritum,cõtra hæreticos,& Arrianiſtas,quòd Chriſtus non habuit voluntatem humanam, quia non habuit animam,quòd eſt hæreticum,& cõtra Hebræos, quòd violenter mortuus. Bacconius,S.Thom.Suarez,Spina 282.& 285. Adde abecedar.& ethimolog.hæreſ. & contra idolatriam.

*Textus De merito*,&c diſtinct.18 comment. ad ſenſus proœm. De meritis Chriſti ait quod per paſſionem ſuam meruit pro nobis reparationem, aperitionem regni cœleſtis, meruit etiam ſibi immortalitatem, corporis impaſſibilitatem animæ, glorificationem, quam impaſſibilitatem animæ ſtatim poſt ſeparationẽ à corpore declarant expoſitores, & meruit ab initio ſuæ conceptionis omnia,& deinde pluribus modis,& vicibus merendo, idem fuit etiã beatus à ſua conceptione, & Deus ante mortem,vt ait Ambroſius, Auguſtinus, & Paulus non contradicunt benè intellecti,poterat eum per aliam viam quam per paſſionem conferre ſalutem, vt dicunt patres omnes nemine diſcrepante quamuis per paſſionem fuerit magis congrua in omnibus,& in meritis, contra Caluinum quod Chriſtus nil meruit,pro ſe, & contra radices Pelagij, quod non meruit gratiam nobis. Ęgidius, Aluarez, Porrect. Prateol. Spina 283.284. Adde abec. & ethimol. hær. & contra idolatr.

*Textus Nunc*,&c. diſtinct.19. comment.ad ſenſus proœm. Non ſolum à peccato,ſed etiam à Diabolo quem vicerat etiam prius, ex pœna æterna nos liberauit,& redemit; & ideo dicitur Chriſtus redemptor,& quamuis etiam Pater, & Spiritus ſanctus poſſunt dici redemptores,tamen ſolus filius dicitur mediator Dei,& hominis Deinde ait quod Chriſtus dicitur non per diuinitatem,ſed per naturam aſſumptam, quæ caput omnium hominum eſt, minor tamẽ Diuinitate,& perſonis, vt Athanaſius contra Simonem Magnum quod Chriſtus non ſufficit ad reconciliandum genus humanum, cũ Deo, & contra confundentes diuinitatem humanitate,et cõtra Apollinarẽ. Albertus, Bonauẽt. Ioannes de Neapolis, Directo, Porrect. Spina 285. Vertumnus. Adde abec. & ethimol. hæreſ. & contra idolatr.

*Textus Si vero*,&c.diſtinct.20.comment.ad ſenſus proœm. Sequitur de ipſa paſſione,& ait quod pro omnibus ſufficienter paſſus eſt, & ſuperabundanter,& per medium conuenientius, vt per amorem mortis eius magis in Deum dirigamur,vt iuſtitia cum omnipotentia,& ſapiẽtia videantur, efficienter vero pro electis tantũ traditus ad paſſionem à Patre, à ſe ipſo, à Spiritu ſancto,ſed à Iuda à Iudæis, reſpectu malæ intentionis,& iniquitatis, & peſſimum egerunt Chriſtum innocentem condennando, quod opus ſecundum ſe bonum fuit cauſans ſalutem tantorum, cum morte veri corporis contra Manichæos quod fuit corpus phantaſticum,& contra alios, quod non fuerit verè mortuus, quia corpus erat cæleſte. Bacchonius. Alexãder Romanus, Spinæ 186.287. Adde abec. & ethimol.hær & contra idolatr.

*Textus Poſt*,&c.diſtinct.21.comm. ad ſenſus proœm.de ſeparatione animæ Chriſti à corpore ait quod iã verè,& propriè,aïa fuit ſeparata à corpore,aliter non diceretur mortuus, tamen

Digitized by Google

tamẽ diuinitas, neq; à carne, ſeu corpore, neq; ab aīa fuit ſeparata, & ſi dereliquiſti me dictũ fuerit ab ipſo, intelligitur de auxilio humanitatis ad tẽpus ſubtracto, & nõ præſtito, & adhuc ſenſum loquitur Ambroſius, Athanaſius vero de anima vnita corpori in reaſſumptione, quæ paſſio, & mors Chriſti quantum ad humanitatem, nam ſecundum diuinitatem impaſſibilem, immortalem, & immobilem, contra Iulianum quod corpus Chriſti erat impaſſibile, contra Valentinum. Durandus, Mediauilla Durandus Medina Porrect. Spina 288. Adde abec. & ethimol. hæreſ. & contra idolatr.

*Textus Hic*, &c. diſtinct. 22. comment. ad ſenſus proœm. De duratione tẽporis mortis Chriſti, ſcilicet, quod per triduũ; deinde docet quod in morte Chriſtus erat homo, quod non tenetur, nam homo mortuus non eſt homo niſi æquiuoce, &c. neque anima eius in limbo poterat dici homo, contra Platonem, & quamuis dicatur quod ſit totus reſpectus perſonæ diuinæ nunquam humanitatem relinquentis, non dicitur totum, quia mortuus erat, contra Picum Mirandolanum, & Durandum dicentes, quod anima Chriſti quantum ad effectum, & non formaliter deſcendit ad Inferos, quorum error hæreſis dicitur à Medina in tertia par. q. 52. art. 3. S. Tho. Egidius Albertus Plato, quod anima ſi homo, Spina 189. Medina Spina 290. 291. Adde abeced. & ethimol. hær. & contra idolatr.

*Textus Cum vero*, &c. diſtin. 23. comment. ad ſenſ. proœm. De habitibus infuſis, & gratuitis donis, ait quod fides eſt virtus, qua creduntur quæ non videntur dicitur virtus, dum eſt cum charitate vt in iuſtis in quibus adeſt credere in Deum, credere Deo, & credere Deum reperitur etiam in peccatoribus, & Dæmonibus; non æquè demones credunt, & contremiſcunt, quæ fides eſt ſubſtantia ſperandarum rerum argumentum non apparenſium, & eſt habitus infuſus à Deo, & eſt vna ſicut vnum baptiſma, à ſpe, & charitate diſtinguitur, ( & non tenetur quod dicit textus, quod Charitas hominis ſit Spiritus ſanctus) contra Lutherum, quod fides non eſt diſtincta à ſpe, & charitate contra ermanos, & alias ſectas, quod fides noſtra ſit falſa. Bonauent. Card. Bell. Spina 292. Leuana Edulica. Adde abec. & ethimol. hæreſ. & contra idolatr.

*Textus Hic*. &c. diſtinct. 24. comm. ad ſenſus proœm. Declarans prædicta ſoluens obiecta ſubdit, quod fides extenſiuè loquendo, aliquãdo dicitur de viſis, & ſic intelligitur Apoſtolus, vt cum factum fuerit credatis, & Auguſtinus dicens, quod fides ſit de præſentibus, &c. pro mercede loquitur, Petrus vero habuit fidẽ non quia vidit, &c. ſed quia credidit eſſe Deum ſicut, & credimus Chriſtum eſſe Deum, & quæ creduntur docet cum Auguſtino aliquo modo appræhendi ab intellectu, quamuis non viſa ſimpliciter, & ideo creduntur ea quæ ignorantur, non penitus, nam fides lumen eſt, & ſecundum aliquos fides eſt ſcientia ſubalternata, accipiendo concluſiones contra. Hermanum, quod fides noſtra eſt fatua, ficta, & falſa, & fabuloſa, & contra Dauid, Georgianos, quod doctrina omnis à Deo inutilis, & imperfecta. S. Tho. Caunenſis, Spina 263. 294. Aureolus Egidius Bachonius. Adde abec. & ethimol. hær. & contra idolatr.

*Textus Prædictis*, &c. diſtinction. 25. commentar. ad ſenſus proœm. de tempore fidei docet, & ait quod fuit omni tempore neceſſaria homini ad ſalutem credendo non ſolum Deum eſſe remuneratorem fore, ſed etiam mediatorem, ideo nullus ſine fide mediatoris ſaluti poteſt, nec poterat in veteri teſtamento ſine ea, nam nos factum ipſi fiendum tenebant, quod alij dicunt in fide Chriſti venturi nos in fide Chriſti præſentis ſaluamus in fide parentum, & maiorum, &c. articulos vero duodecim ſex ad diuinitatem, & ſex ad humanitatem pertinentes omnes credere, ac ſcire tenentur, quamuis quoſdam explicite, ſcilicet quos celebramus in Eccleſia Dei, contra ſectas infidelium, deridẽtes veritatem fidei noſtræ, tandem ait, quod fide, & ſpe charitas eſt maior, & ipſa charitas in patria remanet, quamuis in præſenti æqualiter intendantur, ſecundum operationem interiorem, & ſine charitate fides, & ſpes eſſe poſſunt informes, tamen propterea dicitur mater aliarum, &c. Qua iuſtificamur, contra Lutherum, quod ſola fides iuſtificat. Alenſis S. Thomas, Albertus, Speculum inquiſit. Spina 295. Porrect. Spina 296. Adde abeced. et ethimol. hær. et contra idolatr.

*Textus Eſt*, etc. diſtinction. 26. comment. ad ſenſ. proœm. Poſt fidem quam dixit eſſe eãdem cum illa antiquorum, docet de ſpe, et ait quod vt virtus reſpiciens bona æterna, eſt certa expectatio futuræ beatitudinis, ex gratia Dei, et meritis præcedentibus proueniens, qua propter ſine meritis præſumptio eſt, & non ſpes, quæ eſt de non viſis, vt fides, & non habitis, ſed de bonis futuris ad ſe pertinentibus, propterea fides, & ſpes non fuerunt in Chriſto, omnia vidente, & poſſidente, nec ſunt in Beatis, patres vero in lymbo vſque ad viſionem Dei habuerunt dicitur tamen Chriſtus ſperare, & ſimilia, in quantum firmiter eis aſſentit, contra negantes merita bonorum operum, & Lutherum

rum

Digitized by Google

rum, quod fides non diſtinguatur à ſpe. Egidius,Silua alleg.Prateol.Spina 297. Adde abec. & ethimol.hær.& contra idolatr.

*Textus Cum*,&c. diſtinction.27. comment. ad ſenſus proęm. Poſt fidem,& ſpem tractat de charitate, per quam Chriſtus animam ſuam poſuit pro nobis prouocatis ad dilectionem,& ait,quod charitas eſt qua Deum diligimus, & proximum propter Deum, & eſt vna propter duo tamen dilecta ſcilicet Deum, & hominẽ, duo ſunt eius præcepta ſcilicet diligere Deum, & proximum toto corde, quod præceptum inchoatum hic in via,in patria adimpletur perfectum,non propterea dicitur fruſtra, nam in via ſufficit quantum humana fragilitas ſuffert, ponitur vnum preceptum aliquando,quia vnũ abſque alio,adimpleri non poteſt,nam qui non diligit proximum,qui diligit Deum, cum auxilio Dei, contra Pelagium quod poteſt homo viribus naturæ iuſtificare ſe,& diligere Deum. Erueus Bacchanius S.Thom. Alfonſus Vargas, Aluarez Auguſt. Sotus Spina 298. Adde abeced.& ethimol.hær.& contra idolatr.

*Textus hic* &c.diſtinct.28.comment. ad ſenſus proœm. declarans prædicta ſubdit, quod nomine proximi intelligitur quilibet cui beneficium eſt, & omnis homo fidelis, & infidelis per ſpem conuerſionis,corpus, & anima noſtra,angeli,Chriſtus,vt homo magis diligendus, propter excellentiam,& paſſionem, minus tamen quam Deus, qui Deus non dicitur proximus,ſed incomparabiliter, & excellentius à quo omnia recipimus,et ideo ſupra noſmetipſos,et ſuper omnia diligere eum,tenemur, cõtra Caluinum,et Lutherum, quod homo propriè non habet dominium ſuorum actuum. Bonauent.Egidius,Direct.Epiſ.Spina 299.390. Adde abeced.et ethimol.hæreſ.et cõtra idolat.

*Textus Poſt* etc. diſtinct 29. comm.ad ſenſus proœm.De ordine,et gradu prædicti amoris ait,quod plus diligibilis eſt Deus, deinde anima propria,tertio proximus,quarto corpus proprium, et breuiter non æqualiter omnia cũ eodem affectu, et effectu quicquid dicant recitati loquentes de bono, nam ſunt plus diligendi boni homines extranei coniuncti cum vinculo charitatis,et gratia Dei, quam parentes mali,et ob bonum naturæ, inimicos dominus diligere iubet, vt ad bonos mores conuertantur odio habendo vitium in omnibus malis nõ naturam:contra Ebionem,et Cherintum quod lex vetus odio habere inimicum,vt falſe exponunt non ceſſauit per aduentum Chriſti. Albertus,Liranus,Directo Vgo Card.Spina 301. 302 Bachonius. Adde abeced. et ethimolog. hæreſ.et contra idolatriam.

*Textus hic*,etc.diſtinct.30.comment.ad ſenſus proœm.comparando amorem amicorum, et inimicorum ait quod eſt magis meritorium diligere amicos,et inimicos, ſolos ſeparatim vero in quantum fruentior eſt dilectio amicorum eſt meritoria, Auguſtinus vero loquitur reſpectu amborum dilectorum, et per conſequens opinio eum ſequens ſcilicet quod poteſt haberi charitas, abſque amore inimicorum, eſt falſa contra Euangelium,contra Iudæos, et ceteros quod actus interior non ſit peccatum, cum diligere ſit actus interior voluntatis, vt ait Medina, et Morales. Porrect. Spina 303. Solinus. Adde abeced.et ethim.hær. et contra idolatr.

*Textus Illud quoque*, etc.diſtinct.31. comment.ad ſenſ. proœm. de duratione charitatis quæ eſt qualitas infuſa à Deo ait quod in via habita per peccatum amitti poteſt, et per pœnitentiam recipi à Deo, et præſciti per peccatum in fine ſuæ vitæ amittunt. Apoſtolus vero loquitur de charitate in patria, vbi nunquam amittitur,quam habuit Chriſtus, et Ideo dicitur quod charitas in Cælo quantum ad habitum,et actum manet,non autem fides, et ſpes, ſubſtantia ſcientiæ remanente, alium vſum, et modum tenente, contra Lutherum quod omnia opera etiam peccata,ſunt grata apud Deũ, et non faciunt charitatem amittere. Guglielmus Prateol. Spina 304. Tarantaſius. Adde abeced.et ethimol hæreſ.et contra idolatriam.

*Textus præmiſſis*, etc.diſt.32.comm. ad ſenſus proœm.De charitate Dei,ait, quod charitas Dei increata, et Infinita, ipſemet Deus eſt,et vita ideſt eſſentia,qua charitate,et amore æqualiter ex parte ſui, ab æterno diligit, et ex parte rei amatæ, ſeu ſecundum effectum, vt in prædeſtinatis,quibus vult maximum bonum, dicitur magis amare, contra Nouatum, quod Deus ſit crudelis, et non diligens, et contra Origeniſtas quod omnes diligit ex parte rei, Baronius,Porrect. Spina 305. Adde abeced. et ethimolog hæreſ.et contra idolatriam.

*Textus Poſt*,etc.diſtinctio 33.comment. ad ſenſus proœm.de virtutibus Cardinalibus, ſeu principalibus ait, quod ſunt quatuor; Iuſtitia quæ ſecundum Auguſtinum eſt ſubuenire miſeris, prudentia quæ eſt in inſidijs præcauendis,fortitudo in perferendis moleſtijs, temperantia in coercendis delectationibus prauis, et cum his in hac vita bene viuitur ad æternaque peruenitur,quæ fuerunt in Chriſto, vt in viatore,et comprehenſore remanentes in patria, quantum ad habitum cum alio vſu, et qui non eſt Iuſtus,fortis,prudens, et temperatus non peruenit ad Cælum,contra Lutheranos, quod homo quãto magis eſt ſceleratior, citius Deus. infundit gratiam in illo. Ganena ſeu Gabriel.

Spi-

Digitized by Google

Spina 306. Adde abeced. et ethimolog. hæreſ. et contra idolatriam.

*Textus Nunc*, etc. diſtinct. 34. comment. ad ſenſ. procem. De donis Spiritus ſancti, docet cũ Ambroſio, et ait, quod ſunt virtutes perficientes operationem humanam, et ſunt ſeptem, ſcilicet, donum intellectus, conſilij, fortitudinis, ſcientiæ, pietatis timoris, abundantius in patria, ſecundũ alios actus, ideò ſunt, et fuerũt in Chriſto, vt Dauid pſal. 28. timor Domini Sãctus permanens in ſeculum ſeculi. Ad Ioannem dicentem, quod timor eſt abſque charitate, reſpondet, quod loquitur de timore ſeruili, in Chriſto adfuit ſecundum actum reuerentiæ timendo pœnam, qui timor non fuit mundanus, vel ſeruilis, vel initialis, qui eſſe non poterat per charitatem perfectam, quam habebat, timuit tamen pœnas ex naturali quodam timore, quem per peccata noſtra ſicut, et cæteros defectus accepit pro nobis voluntariè contra Petrum Abailardum, quod in Chriſto non fuit donum timoris. Adamus, Sodamus, Angelus Bellarm. Spina 307. Adde abec. et ethimolog. hæreſ. et contra idolatr.

*Textus Poſt*, etc. diſt. 35. cõm. ad ſenſ. procem. Differentias donorum quorundam docet, et ait, quod ſapientia, et ſcientia, vt ſunt dona Spiritus ſancti ſunt notitia diuinorum propriè tamen ſcientia eſt rerum humanarum, creaturarum ad actionem temporalem, ſapientia verò eſt diuinorum, vt patet quod Theuſebra dicitur ideſt Dei cultus ad contemplationem ſupremi intellectus, ſeù intelligentia ad Creatorẽ, et Creaturas ſpeculandas, intelligendaſq; ſapientia verò ſolius æternitatis, quæ ſapientia non eſt Deus, ſed donum Dei ad hunc ſenſum donorum, et notandum, quod differunt à ſcientia naturali, et intelligentia naturali, et ſapientia naturali naturalitèr acquiſita; quamuis cõueniant nomine ſicut ſupra naturale, et naturale contra Dauidicos, quod omnis doctrina, et omne donum, eſt inutile. Albertus Bonauent. Theod. Directò Spina 239. Adde abeced. et ethimolog. hæreſ. et contra idolatr.

*Textus Solet*, etc. diſtinc. 36. cõm. ad procem. De cõnexione virtutuum ait, quod in charitate matre omnium virtutum, et plenitudine totius legis omnes virtutes infuſæ ſunt cõnexè, et omnibus caret, carens ipſa, et intenſa, cæteræ induntur, & dicuntur pares, quo ad habitum, & quo ad vſum verum non, et propterea omnia præcepta decalogi ad Charitatem Dei, et proximi reducuntur cum moralibus ex his emanantibus, et cæremonialibus, ſpiritualitèr intellectis veteris legis referentibus ad ipſam tandem ait, quod non omnia peccata ſunt æqualia, contra quoſdam Originiſtas, et contra Luterum, quòd virtutes connexæ ſuperfluæ, cùm ſola fides ſufficiat. Bachonius, Auguſt. Porrect. Belarmin. Spina 309. Adde abecedar. et ethimol. hæreſ. et contra idolatr.

*Textus Sed iam*, &c. diſtinct. 37. ad ſenſus procem. Poſt virtutes, & dona per reliquum huius tertij de præceptis modo tactis ait, quòd ſunt decem tria primæ tabulæ ad Deum, ſeptẽ verò ſecundæ tabulæ ad proximum nos ordinant, quæ ab omnibus ſciuntur, circa quartum ſecundę tabulæ de furto veteris teſtamenti, &c. reſpondet quod parendo Deo non fecerunt furtum, vt ait Auguſtinus, ſed Deo iubente myſterium præbuerunt, qui verò ex cupiditate, & auaritia acceperunt non ſic eſt dicendum contra hæreſes, contra Pelagium quod præcepta Dei poſſunt ſeruari, abſque Dei gratia. Bonauentura, Albertus, Scotus, Aluarez, Spina, 310. Origen. Seraphinus. Adde abeced. & ethimol. hæreſ. & contra idolatr.

*Textus Sciendum*, &c. diſtinctio 38. comm. ad ſenſus procem. de generibus mendaciorum dicit, quod ſint tria, ad quæ octo Auguſtini reducuntur officioſum, quòd abſque malignitate per commodum alicuius ſit, vt illud Raab Hierichuntinæ. Iocoſum quod non fallit, ſed cauſa Luditertium eſt pernicioſum, quòd maligne, vt fallat efficitur, & hoc eſt grauius quauis omne ſit peccatum, & ob miſeicordiam dicitur dominium Raab benefeciſſe legitur, & non ob mendacium tandem ait, quòd mentiri, & errare non ſunt idem, nam errare aliquando abſque peccato eſſe poteſt, contra Canichæos, quod homo non poteſt non peccare, contra Cacangelicos, quod homo non poteſt peccare. Egidius, Bannes. Adde abecedar. ethimolog. hæreſ. & contra idolatr.

*Textus Nunc*, &c. diſtinct. 39. comment. ad ſenſus procem. de iuramento, & periurio concomitantibus aliquando mendaciũ, & ait quod iuramẽtum debet habere veritatem, iudicium, & iuſtitiam, alitèr erit periurium, quòd fit, vel iurando falſum, vt fallat, firmando falſum, negando verùm, & ſine neceſſitate iurare peccatum eſt, iurare verò per creaturas, ait auctor perfectis licitum eſſe, & minus tenemur iurando per creaturas, quàm per Deum, per falſos Deos infidelis verum iurans, peccat: iuramenta in malis non ſunt obſeruanda, tandem per ſollemnitatem cum ieiunio ſtomacho niſi periculum in mora, per Canonum diſpoſitionem antiquam excellentiam iuramenti demonſtrat, contra Antimonos, quòd omnis lex etiam Dei eſt inutilis, & fruſtratoria. Turrecrem. Bonauent. Adde abeced. & ethimol. hæreſ. & contra idolatriam.

*Textus Sextum*, &c. diſtinct. 40. & vltima huius

Digitized by Google

huius tertij commentar. ad ſenſus procem. De differentijs præceptorum, & quòd vetus Teſtamentum à nouo differt, & ait nouū præceptum de non concupiſcenda vxore proximi differre à decimo de re nō appetenda alterius, & à cæteris, & lex vetus comprimere dicitur manum tantum, quòad ceremonialia intelligitur, propterea littera legis veteris, quæ occidēs dicitur, diſtat ab Euāgelio, vt patet ex diuerſis promiſſis, & Sacramentis, contra hæreſim non dormienſium, omnes viros, & fœminas ſimul dormire, & appetere poſſe, & contra dicentes quod omnia ſunt communia, & propterea poteſt furari, &c. Hæc de 3. cōtra Begardos, quod non ſunt faciēda opera bona in noua legge fugienda antiqua præcepta. M. Thadeus Caputus de præceptis, et caſibus conſcientiæ, Nazarius, Hieronym. Catena Sal. S. Thomas, Bacconius. Adde abecedar. et ethimolog. hæreſ. et contra idolatr.

*Occaſione Controuerſiarum Procemij inter Diuum Thomam, & Scotum omnes aliæ controuerſiæ ponuntur totius tertij Sententiarum, cætera in cæteris libris, pro incipientibus pure infra verò cum argumentis. quia Catolicæ veritatis doctor non ſolum prouectos debet inſtruere, ſed etiam incipientes erudire, iubet S. Thom. in Prologo Summæ.*

SCotus prima Controuer. Tertij diſtinct. 1. quæſt. 4. quod Perſona Diuina non eſt infinita neque terminus incarnationis S. Thomas in 3. par. quæſt. art. 2. ad 2. quod ſic, et quod perſona eſt inaſſumtibilis.

2 Controuerſia. Scotus 1. diſtin. 3. quod compoſitum creatum poteſt aſſumere alienam naturam per potentiam Dei, Sanctus Thomas quod non. Epit. Capreol. Pariſienſ.

3 Controuer. in quæſt. 2. Scotus plures perſonas Diuinas non poſſe aſſumere naturam vnam creatam, S. Thom. quod ſic.

4 Controuerſia Sanct. Thom. lib. 4. contra Gent. cap. 42. verſus finem, et clarius 3. par. q. 3 artic. 1. ad 2. et artic. 7. et 3. diſtinct. 1. quæſt. 2. art. 5. dicit Filium Dei terminare dependentiā naturæ humanæ, quia continet perfectionem omnis Creaturæ, et per conſequens perſonæ. Scotus in 2. impugnata præcedenti opinione dicit, Filium Dei terminare dependentiam naturæ humanæ, non quia continet, ſed quia eſt independens.

5 Controuerſia, quæſt. 2. Scotus dicit impoſſibile plures Perſonas Diuinas vnam naturam aſſumere creatam, S. Thomas, quod ſit poſſibile. Medina, Suarez.

6 Controuerſia. Sanctus Thomas 3. p. q. 3 art. 7. in ſolutione ſecundi aſſerit, Verbum potuiſſe aſſumere plures naturas, tamen diceretur vnus homo ab vnitate ſuppoſiti, ſicut vnus ſciēs licèt ſciret plures ſcientias. Scotus in 3. lib. ſentent. diſt. 1. q. 3. tenet Verbum potuiſſe aſſumere plures naturas, et ſi plures aſſumeret, plures homines de nominatione extrinſeca diceretur, et verum eſſe diceretur Chriſtus eſt plures homines. Epit. Prierij, Capræli, Caetanus.

7 Controuerſia, in quæſt. 4. diſt. 14. Scotus quod anima Chriſti intuitiuè imperfectior quoque Angelo cognoſcit, Sanctus Thomas, quod in cognitione non eſt minoratus ab Angelis, et quoad ſpecies infuſas, et ſapientias perfectiores Angelis. Medina, Barletta in concione de ſanctificatione, et Rada.

8 Controuerſia, Sanctus Thomas 3. parte quæſt. 14. art. 3. ad 1. Et quæſt. 27. art. 2. et q. 31. art. 8. ad 2. et 3. diſt. quæſt. 1. art. 1. q. 1. et quolib. 6. quæſt. 5. art. 1. dicit Beatam Virginem in ſui Conceptione, maculam originalis peccati contraxiſſe. Scotus oppoſitum dicit in 3. lib. Sent. diſtinct. 3. quæſt. 1. tenet de poſſibili, in diſt. 18. 3. lib. tenet de facto in ſui Conceptione non contraxiſſe peccatum originale, et ibi eſt locus proprius ſecundum aliquos. Deza, etc.

9 Controuerſia, Sanctus Thomas in 2. quæſt. 81. art. 5. et art. 5. et 3. p. q. 32. art. 4. et 3. diſt. 3. q. 2. art. 1. et 2. et 4. contra Gent. cap. 4. in fine tenet, Matrem habere rationem paſſiui, et Patrem rationem actiui. Scotus in 3. lib. diſt. 4. quæſt. vnica, et 15. q. quolibet. artic. 2. dicit Matrem concurrere actiuè ad generationem prolis. Fran. Ferra.

10 Controuerſia S. Thomas 3. par. quæſt. 17. art. 2. et 3. diſt. 6. quæſt. 2. art. 2. cap. et quolibet. 9. quæſt. 2. art. 2. cap. tenet quod in Chriſto eſt vnum eſſe, et nulla exiſtentia ſubſtantialis ſit, niſi diuina. Scotus in 3. ſent. diſtinct. 6. q. 1. dicit quod in Chriſto eſt vnum eſſe ſubſiſtētiæ, et plura eſſe exiſtentie. Catena ſuper magiſtr.

11 Controuerſ. S. Thom. in ſuis quolibet. quolibet. 1. art. 2. et quolibet. 9. art. 4. et 3. part. quæſt. 35. art. 5 et 3. diſt. 8 art. 3. ad. 1, tenet in Chriſto vnicam eſſe filiationem cum ſubiectū in filiatione ſit perſona filiatio, qua refertur ad Matrem eſt rationis quamuis Chriſtus ſit realitèr Filius Mariæ. Scotus in 3. lib. ſentent. diſtinct. 8. tenet in Chriſto duas eſſe filiationes, nam alia eſt filiatio ad Patrem, alia ad Matrē, et vtraque eſt realis, nàm dicit in Chriſto plures eſſe relationes, vbi enim ſunt pluræ fundamenta, ibi ſunt plures relationes. Epit. Capr. Toloſana, Medina.

12 Controuerſia. Sanctus Thomas in p. quæſt. 36 art. 8. et 3. diſtinct. 11. quæſt. 1. ad 2. corp. et diſtinct. 21. quæ. 1, art. 3. ad 2. et de Ver. quæſt.

Digitized by Google

quæſt.29.art.1.ad 1.& 4.contra Gent. cap.48. tenet Chriſtum non eſſe dicendum creaturam eſſe, dicit incipere eſſe, quod repugnat ipſi Deo Scotus in 3.lib ſentent. diſtinct.11. quæſt. 3.tenet:potuiſſe Chriſtum dici, & de facto fuiſſe ratione alterius extremi, creaturam:nã mortale ita opponuntur, ſicut creatum, & increatum:ſed mortale, & immortale dicuntur formalitèr de Chriſto ergo creatura. Deza, Lichettus.

13. Controuerſia, in diſtinct.7 quod hæc propoſitio Deus eſt homo eſt per accidens S.Tho. 3.p.q.18.art.quod per ſe, vt natura de ſuppoſito. Mairon.

14. Controuerſia. Alia contra dicit in reportatis S.Thom. dicenti, duas formas accidẽtales eiuſdem ſpeciei non poſſe eſſe in eodem ſubiecto, & vnica paternitate Pater refertur ad omnes Filios.

15. Cõtrouerſia in diſtinct.14. Scotus quod Chriſtus fuerit paſſus quantum ad ſuperiorem partem contra S.Thom. & Boetium de beatitudine. Epitom. Capræol. Prier.

16. Controuerſia. Scotus in diſtinctio. 16. Chriſtum non fuiſſe mortuum voluntariè cauſaliter, ſed effectiuè contra S.Thomam, & ſcripturam oblatus eſt, quia ipſe voluit.

17. Controuerſia. In diſtinct.25. in literali q. dicit quod ad credendum non mouetur à voluntate intellectus, ſed non contra mouet S. Thomas quod ſic abſque formidine partis in diſtinct. 27. contradicit Sancto Thomæ par. 2. quæſt. 88. artic.2. dicenti peccatum eſſe pœnam alterius peccati præcedentis per accidens. Beza.

18. Controuerſia. In diſt.33. negat Sãctum Thomam Scotus quod in iraſcibili, & concupiſcibili, ſit ſubiectum virtutis cum Ariſtotile ſecundo ęticorum ponente temperantiam, & fortitudinem, quæ ſunt virtutes. Epit. Capręol. Prierij.

19. Controuerſia. Sanctus Thomas in 3.p. q.7.art.11.& 3.diſtinct.13. quæſt.1. articul. 2. quæſtion.2.& 3.& de verita. quæſt.29. artic.9. 1.& 1.diſt.17.quæſt.2.art.4.c. & ad 4. & diſt.44. art.3.ad 2. tenet gratiam animæ Chriſti fuiſſe infinitam, & eſt gratia vnionis, & in 2.2.q.24. art.7.tenet, de charitate poſſet augeri in infinitum. Scotus in 3.lib. Sentent. diſt.13.q.1. Et 20. q.quolib. art.1.tenet, gratiam non poſſe augeri, niſi deſtruatur natura eius, quia eſt determinata adhoc eſſe, & quod gratia animæ Chriſti fuit finita. Aluarez.

20. Controuerſia. Sanctus Thomas in p.q. 20.artic.2.& 3. Et 3.diſt.14 artic.2.quæſt.2 c. Et de ver.q.20. art.4. & 5.cap. Et quol.3. q.2. art.1.c.& 3.contra Gent.c.56. & 2. diſt.11.q. 22.art.2.c.& diſt.49.q.2.art.5 dicit, quod anima Chriſti non potuit videre omnia, quæ videt Verbum, nam nullus intellectus creatus, videndo Deum poteſt cognoſcere omnia, quæ Deus facit, vel poteſt facere, vt ipſemet dicit 1.p.q. 13.art.8. Scotus in 3.lib. ſent. diſtin.14. quæſt.2. & in Quolib.14 & 15.art.2. principalis tenet quod anima Chriſti videbat actualitèr in Verbo omnia relucentia in ipſo Verbo, & ſic concedit intellectum beatum vnica viſione videre infinita obiecta in eſſentia diuina relucentia, & tamen ille intellectus non eſt infinitus, ſed finitus. Deza. Rada. Suarez, Marſilius.

21. Alia Controuerſia, quod abſque lumine gloriæ poteſt fieri viſio quod non ſolum eſt cõtra Sanctum Thomam, ſed contra Clementinã ait Caietanus in q.12. & per ſpeciem creatam contra Sanctum Thomam 3.nõ vt in cauſa, ſed vt in ſpeculo, vt aliquis compræhendit, quod eſt falſum. Epitoma, Capræol. Soncinnatis. Argenti.

22. Controuerſia. Sanctus Thomas p. q.9. artic.4.& q.21.& 12.tenet animam Chriſti cognouiſſe. Omnia in genere proprio, per ſpecies infuſas, & acquiſitas, & profeciſſe, per ſpecies acquiſitas, & non infuſas. Scotus 3.lib Sentent. diſt.14.q.37. tenet anima Chriſti cognoſcere res in genere proprio per ſpecies infuſas, ſed non per acquiſitas:& animam proficere quoad notitiam intuitiuam reſpectu creaturarum, non quoad ſpecies. Manu. Theologicum.

23. Scotus diſtinct.6. q. 1. eſſe actualis exiſtentiæ, & eſſentiæ rei identificari S.Thomas, quod diſtinguantur realiter, Epitom. Capreol. prior.

24. Controuerſia. Sanctus Thomas in p. q. 18.art.1.& 3.diſt.14.artic.1. quæſtiunc. 1.cap. & diſt.17.q.1.artic.1. quæſtiunc.1.c. & de potentia quæſt.10.art.4.ad 23. Et 4.contra gent. c.36.tenet in Chriſto duas fuiſſe voluntates vnã diuinam aliam humanam. Scotus in 3. libro Sententiarum, diſtinct.17. quæſt. vnica tenet, in Chriſto fuiſſe ad minus tres voluntates. Beza.

25. Alia controu.d.7. Scotus. Si Adam non peccaſſet Chriſtus Incarnatus fuiſſet S.Thomas in 3.p.quæſt.1. quod non, tolle morbum, tolle medicinam.

26. Controuerſia. Sanctus Thomas, in 4. diſt.14.q.2.art.1.quæſtiuncula 1.ad 4. & de veritate q.29.et ad 8.et art 5.ad 4.et 3.p.q.48.ar. 6.ad primum. Et clarius q.1.art.2.ad 1.et 4.diſt. 15.q.1.artic.2.ad 3. Et quolib 3.q 2.art.1.ad 3. tenet, meritum Chriſti eſſe infinitum, et habere quandam infinitatem ex dignitate ſuppoſiti. Scotus in 3.lib.Sent. diſtin.19. q.vnica tenet formaliter eſſe finitum vide Caiet. in quæſtione



Digitized by Google

de infinitate Dei. Medina.

27. Controuerſia in d 13. et in 7.q.3. quod Deus non poteſt facere rem meliorem in infinitum vt infinitium dicit vim aduerbij. Sanctus Thomas quod ſic. Medina.

28. Controuerſia. Sanctus Thomas in 3. Sent.diſtin.1.q.1.art.2.ad 2. tenet hominē fuiſſe redemptum, et non Angelum, quia tota ſpecies hominis cecidit in vno parente: ſed non tota natura Angelica cecidit in vno Angelo, quia ſecundum eum Angeli differunt ſpecie, Scotus in 3.lib.Sent.diſt.20 q.vnica tenet, iſtam non eſſe rationem præciſam: nam homo alterius tentatione cecidit, ſcilicet Diaboli: Angelus non, ſed propria voluntate ſolum; Ideò debuit homo reparari, & non Angelus. Epitoma Capr. Pariſienſ.

29 Controuerſia. Sanctus Thomas, p.q. 51.arti.3.& 3.diſtinct.21.q.1.art.2.cap. & ad 4. dicit, corpus Chriſti non fuiſſe conueniens putrefieri, vel incinerari; nàm putrefactio cuiuſcunque corporis prouenit ex infirmitate naturæ illius. Scotus in 3.lib. Sentent. diſtinct.21. quæſt.vnica dicit, quod nouo miraculo corpus Chriſti fuit præſeruatum à putrefactione. Ferrarienſis, Suarez.

30 Controuerſia. Sanctus Thomas in 3. Sententiar. diſtinct.22. quæſt.1. Et quolibet. 2. art.1. corp. Et quolib.3.art.4.cap. ſi videtur ſal uare Magiſtrum aſſerētem, Chriſtum in triduo fuiſſe hominem, & dicit Chriſtum fuiſſe hominem quòad conuenientiam nominis, & æquiuoce. Scotus lib. 3. Sentent. diſtinct. 22. quæſt. vnica tenet, non fuiſſe hominem in triduo, cùm non habuerit animam vnitam corpori. Suarez, Herrera, Dilucidator, Rada.

31 In 34. Scotus dicit virtutes à donis nō diſtingui Sanctus Thom. 1296.68.artic.1.quod ſic cum à donis, quaſi alterioribus diſponitur, &c.

32 Controuerſia, Sanctus Thomas 2.2. quæſt.4.artic 4. Et 3. diſtinct.23.quæſt.2.art.4. quæſtiuncula 2.1. Et de veritate quæſt.14. art. 12.cap. aſſerit, vnam tantum eſſe fidem in homine: Scotus in 3.ſententiar.diſtinct.23.quæſt. vnica ponit duas fides, infuſam in Baptiſmate, & fidem acquiſitam per auditum. Suarez. Sarnanus.

33 Controuerſia, in diſtinct.33. Scotus tū in Deo tum in Angelis abſque imperfectionibus virtutes morales, quæ ſunt circa paſſiones poſſe eſſe. S.Thomas quod non. Epit. Capr. Prierij.

34 Controuerſia, Sanctus Thomas in 3. ſcripto diſtinct. 32.quæſt.4.quæſtiuncula 2.cap. Et 1.par.quæſt.59.artic.4.ad 6. Et 1.2.quæſt.6 artic.2. Et quæſt.66.art.1. Et 22.quæſt.cap.58 artic.5. ad 2. & artic.9. Et 4.diſt. 33. quæſt. 3. artic.3.cap. de ver. quæſt.14. artic.4. & de ver. quęſt.1.art.5. Et de malo quæſt.4 artic.5.ad 4 tenet virtutes morales temperantiæ, & fortitudinis non ſubiectari in voluntate, ſed in parte ſenſitiua. Scotus in 3. lib. ſententiar. diſtinct. 33.quæſt.vnica tenet, virtutes morales ſubiectari in voluntate. Valeria. Tataretus.

35 Controuerſia, Sanctus Thomas in 2. quæſt.18.artic.2. Et 12. quæſt.19. artic.1. & 2. corp.& 1.diſt.36.art.5.corp.tenet, quod malus actus, & bonus actus, & bonus actus in genere moris cauſatur ab obiecto. Scotus in 3. lib. ſententiar. diſtinct.38. quęſt. vnica tenet actus bonos, vel malos cauſari à voluntate Scotus, quod perſona addat ſuper naturam hanc aliquod intrinſecum Thomiſte quod incommunicabilitatem. Herrera.

36 Controuerſia, morales vt de prudentia in moralibus dicemus omnium agibilium eſt vna prudentia ſpecie ſpecialiſſima, ait Sanctus Thomas part.2.quæſt.60.artic.1. cùm Ariſtot.7 &c. Scotus diſtinct.36.quod non. Epit. Capr. Prier.

Finis Commentariorum 3.ſententiarum, & confutatione omnium hæreſum, per M. Mauritium de Gregorio, cùm ſumma controuerſiarum omnium Scoti, & S. Thomæ pro tirunculis, nàm cum argumentis habentur infra per Caprçolum formalizatam per Soncinnatem.

VIDE

Digitized by Google

VIDE PRIMO ESPOSITIONEM M. SENTENTIARVM OMNIVM DISTINCTIONVM Huius Tertij Libri, quę ſunt quadraginta, vide retro fol.82. & infra per intelligentiam quęſtionum ſequentium neceſſariam,& contra hęreſes.

# *Clariſſimi Sacræ Theologiæ Doctoris M. Pauli Soncinnatis, Vitæ Regularis Ordinis Prædicatorum Epitoma in tertium Librum Sententiarum: ad mentem Ioann. Capræoli eiuſdem profeſſionis.*

Cum additione recentiorum contradicentium Vulpes, Ferchij, & cęterorum, nec non expoſitione omnium textuum neceſſariorum M. Petri Lombardi, etiam contra omnes Hęreſes,& Hętimologias Abecedarias recitatas,& reiectas per Magiſtrum Mauritium de Gregorio Siculi Cammaratę, & cum additione ſcribentium contra omnes Hęreſes,& contra Gentiles cunctos.

## DISTINCTIO I.

### *Quæstio* I.

IN prima Diſtinctione Tertij Sententiarum quæritur. Vtrum natura humana, quàm Filius Dei aſſumpſit potuerit aſſumi à tribus ſuppoſitis Diuinis, aut à natura Diuina.

Ad hanc quæſtionem reſpondetur quatuor concluſionibus. Prima ſi homo non peccaſſet, Filius Dei non aſſumpſiſſet naturam humanam. Hanc ſic probat Sanct. Doct.3. quæſt.1. artic.3. Effectuum à ſola Dei voluntate depẽdentium non debet à nobis alia ratio aſſignari, præter eam, quæ per Diuinam Scripturam nobis innoteſcit. Sed Incarnatio Filij eſt effectus, cuius non ponitur alia ratio in Scriptura ſacra, niſi redemptio hominis à peccato, vt patet Lucæ 17. ergo, &c.

Contra arguit Scotus diſtinct. 17. quæſt.3. ex iſta concluſione ſequitur, quòd anima Chriſti non fuerit prædeſtinata, niſi pro redemptione aliarum animarum, hoc eſt falſum: ergo, maior patet, minor probatur tripliciter. Deus elegit prius natura omnes, quos voluit conſequi vitam æternam, quàm præuiderit aliquid de pœna circa peccatorem: ergo prius prædeſtinauit animam Chriſti, quàm præuiderit hominem peccaturum,& ſic in illo priori fuit prędeſtinata, non tamen propter peccatum hominis.

Reſpondeo primò, quòd in actibus Diuinæ voluntatis nulla eſt prioritas realis, aut ex natura rei, ita quod vnus actus ſit altero prior, vel quod vnus actus prius cadat ſuper vnum ſubiectum quàm ſuper aliud. Sed Deus vno ſimplici actu omnia intelligit ſimul,& omnia ſimul vult, ex hoc negatur antecedens.

¶ Dico ſecundò, quòd inter obiecta præuiſa,& præuolita à Deo eſt ordo præuiſus,& prę uolitus, præuidit enim vnum effectũ eſſe propter alium,& ad alium ordinari, voluit enim gloriam eſſe priorem gratia tanquam finem eius,& voluit gratiam, & prædeſtinationem,& redemptionem eſſe priores caſu,& peccato.

¶ Dico tertiò, quòd licet ibi non ſit ordo naturæ, eſt tamen ibi ordo rationis ex parte ratiocinantis. Et quantum etiam ad hoc negatur antecedens, qnia Deus ſecundum rationem prius voluit redemptionem humani generis, quàm gloriam animæ Chriſti.

Contra hoc etiam arguitur ſic. Maius bonum prius ſecundum rationem eſt volitum à Deo quam minus, ſed gloria animæ Chriſti eſt maius bonum, quam gloria omnium animarũ redimendarum: ergo, & per conſequens in illo priori eſt volita, etiam ceſſante redemptione humani generis.

Reſpondeo, quòd inter maius bonum,& minus poteſt dupliciter eſſe ordo. Aliquando enim inter ea eſt ordo per ſe ſicut eſt inter bonum naturæ gratiæ,& gloriæ,& de his conceditur maior, & negatur minor. Aliquando eſt tantum ordo per accidens, ſicut inter duas gratias,& duas glorias, nullum eſſentialiter ordinem inter ſe habentes, & ſic negatur maior. Inter gloriam autem animæ Chriſti,& aliarum, non eſt ordo eſſentialis, quia Deus potuiſſet antequam faceret animam Chriſti, & nunquã conferret ei gloriam, dare gloriam alijs animabus.

Dicendum igitur eſt, quòd prius, ſecundum rationem, vt ſe tenet ex parte ratiocinantis prędeſtinauit Adam, quàm Chriſtum. Intelligimus enim primò, quòd Deus voluit gloriam ſuam manifeſtari in productione vniuerſi.



Digitized by Google

Secundò, quòd in illo vniuerſo perfecto voluit eſſe aliquas creaturas beatas.

Tertiò, quòd voluit animam Chriſti eſſe priorem alijs in gratia, & in gloria, & omnes alias, & earum beatitudinem ordinari ad gloriam animæ Chriſti,

Secundò arguit. Nullum bonum maius ordinatur præcisè ad minus bonum tanquam ad finem, quia finis eſt nobilior his, quæ ſunt ad finem, ſed gloria animæ Chriſti eſt maius bonũ redemptione generis humani: ergo non ordinatur præcisè ad eam, & per conſequẽs ſine ea fuiſſet.

Reſpondeo, primò poteſt dici, quòd nos nõ dicimus redemptionem humani generis eſſe finem gloriæ animæ Chriſti, ſed quod eſt finis incarnationis.

¶Dico ſecundò, quòd maius bonum non poteſt ordinari ad minus tanquam ad finem totalem, & remotum, ſed benè tanquam ad finem partialem, & propinquum. Vltimus autem finis, & totalis ipſius Incarnationis Chriſti eſt pfectio vniuerſi, & gratia, & gloria, & Deus, & redemptio noſtra, finis verò partialis, & proximus eſt ſola redemptio.

¶Dico tertiò, quòd minus bonum poteſt reſpectu maioris eſſe cauſa finalis ſine qua nõ, & hoc modo redemptio eſt finis Incarnationis ipſa verò prædeſtinatio Chriſti eſt cauſa naturæ prædeſtinationis quantum ad effectum, vt dicit Sanct. Doct. 3. diſtinct. 11. quæſt. 3. artic. 1. quæſt. 3. Eſt enim cauſa efficiens inquantum ipſe eſt mediatio noſtræ ſalutis. Eſt etiam cauſa formalis exemplaris, inquantum in Filios Dei ad eius imaginem transformamur, & prædeſtinamur. Eſt etiam cauſa finalis, inquantum noſtra ſalus in eius gloriam redundat, prædeſtinatio verò noſtra, quòad effectum eſt cauſa finalis prædeſtinationis Chriſti, quia ipſe ordinatur ad conſequendum effectum noſtrę prędeſtinationis. Vel aliter dici poteſt, quòd noſtra prædeſtinatio eſt prior ſecundum rationẽ prædeſtinatione Chriſti, & ſua eſt prior noſtra perfectione.

Tertiò arguo ſic, Quicunque conſequitur aliquod bonum, quòd nunquam conſequeretur niſi poſito aliquo malo. ſicut habet lętari de bono adepto, ita de malo, ſine quo non, &c. quia qui vult finem vult, neceſſariò etiam ea ſine quibus finis talis non poteſt haberi, ſed anima Chriſti per te non fuiſſet creata, nec prædeſtinata ad vitam æternam, ſi homo non peccaſſet: ergo lætari peccato hominis, et ipſum velle, hoc autem eſt falſum, quia peccatum velle eſt peccare: ergo.

Reſpondeo, negatur maior, quando id ſine quo bonum non habetur nullam habet actionem ſuper tale bonum, et nullã de ſe habet appetibilitatem, cuiuſmodi eſt peccatum, ſicut etiam martyres non lætantur de crudelitate, et perſecutione tyrannorum, ſed benè lætantur, quod ex tali modo Deus elicuerit tantum bonum.

*Conclusio* II. Eadem humanitas numero ſimul aſſumi à tribus Perſonis Diuinis. Hanc ſic probat 1. par quæſt 3. artic. 6. *Si* tres non poſſunt hoc, aut hoc, eſſet ex parte aſſumentiũ, aut ex parte aſſumpti, non primum, quia tres Perſonæ habent eandem naturam Diuinam: ergo poſſunt conuenire in vnam naturã humanã per ſolam vnionem, nec ſecundum, quia aſſumptio naturę humanæ magis ſequitur legem Diuinę Potentiæ, quam humanę. Vnde ſi non eſt repugnantia ex parte Diuinę Potentię: ergo nec ex parte humanę naturę, & ſic, &c.

Contra arguit Scotus hic quęſt. 2. primò. In omni eſſentiali dependentia vnum dependens dependet tantum ab vno totaliter, quòd totalitèr determinat dependentiam alterius, ſed in iſta vnione eſt eſſentialis dependentia, quam totalitèr determinat vna perſona: ergo non poteſt terminari a pluribus perſonis, maior probatur, quia cum dependentia alicuius eſt totalitèr determinata ad aliquid, ipſum non poteſt dependere ad aliud cum poſſit eſſe, ſubtracto omni alio, prçter id, quòd totalitèr terminat illam dependentiam, minor probatur. Suppoſitum humanum totalitèr terminat dependentiam ſuę humanitatis, & ipſa non poteſt eſſe pluribus ſuppoſitis: ergo et ſuppoſitum diuinum totalitèr ea terminat.

Reſpondeo, primò negatur maior, de depẽdentia cauſati à cauſa quando illa plura, quę terminant dependentiam effectus terminant ipſam eadem cauſalitate, ſicut eſt in propoſito, quia quælibet perſona Diuina eſt totalis cauſa creaturæ, et eſt tantum vna cauſalitas.

¶Secundò negatur eadem maior de dependentia relatiui ad correllatiuum, idem enim pater refertur vna paternitate ad multos filios, & tantum dependet ab vno quantum ab alio in eſſe relatiuo.

¶Dico tertiò, quòd dependentia naturę aſſumptæ ad perſonam aſſumentem eſt dependentia relatiui ad correlatiuum, ſcilicèt vnibilis ad vnibile, et ſuppoſitabilis ad ſuppoſitabile. Eſt etiam dependentia effectus à cauſa, quia omne abſolutum exiſtens in perſona aſſumente eſt cauſa talis vnionis, quãuis vnio iſtarum naturarum facta ſit in vno ſuppoſito, et nõ in alijs. Ad probationem maioris negatę dicitur, quòd vnum relatiuum terminet totalitèr dependentiam alterius intenſiuè, non autem extenſiuè, et ideò poteſt terminari non ad tot, quin

Digitized by Google

quin ad plura eiuſdem rationis, ſi eſſe poſſent: vnum enim album non poteſt aſſimilari tot albis, quin etiam pluribus.

¶ Dico quartò ad minorem, quòd licet vnũ ſuppoſitum diuinum totalitèr terminet intenſiuè dependentiam naturę aſſumptę, non tamẽ extenſiuè. Ad probationem, negatur conſequentia, tùm quia nullum ſuppoſitum creatũ habet eandem numero ſubſiſtentiam cum alio ſuppoſito, ideò quandocunque terminat dependentiam naturæ, totalitèr eam terminat, et intenſiuè, et extenſiuè. Suppoſita autem diuina habent eandem ſubſiſtẽtiam, et ideò quantumcunque natura humana variatur vni ſuppoſito, poteſt etiam vniri alteri, ſed in eadem ſubſiſtentia, tùm quia ſuppoſitum creatum terminat dependentiam naturæ eo modo quo totum terminat dependentiam partis, conſtat autem, quòd idem non poteſt eſſe pars duorum totorum, ſppoſitum verò diuinum non terminat dependentiam naturę aſſumptę tanquam partis, ſed quaſi per modum accidentis, licèt nõ vniatur ei accidentalitèr, idem autem accidẽs poteſt eſſe duorum habentium eandem ſubſiſtẽtiam, ſicut eadem quantitas vnitur materię, et formę.

Secundò arguit: id quod conuenit alicui, vt diſtinguitur ab alio, non poteſt illi alij conuenire, ſed aſſumere naturam humanam conuenit filio, vt diſtinguitur à patre: ergo.

Reſpondèo conceditur maior, quando id ꝙ conuenit alicui, vt diſtinguitur ab alio in principio diſtinctionis vnius ab alio, ſicut filiatio, quę conuenit filio, vt diſtinguitur à patre, et eſt principium talis diſtinctionis non poteſt patri conuenire, negatur autem maior de eo, quod non eſt principium diſtinctionis, ſed concomitatiuè, aut conſequitur eam ſicut anima rationalis conuenit oculo, vt diſtinguitur à pede, et tamen eadem anima eſt in vtroque. Ita dico, quòd incarnatio conuenit Filio, vt diſtinguitur à Patre, non primò, ſed ſecundò, et ideò poteſt vtrique conuenit.

Tertiò, Anſelmus dicit in lib. de conceptu Virginali, quòd tres Perſonę potuerunt aſſumere vnum, et eundem hominem: ergo, etc.

Reſpondeo, quòd non negat, quòd tres Perſone potuerint aſſumere eandem humanitatẽ, ſed intendit dicere, quòd non poſſent eam aſſumere ad eandem perſonalitatem, quia ipſę Perſonę ſunt diſtinctę Perſonalitates, et ideò nõ poſſunt naturam aſſumptam trahere ad eandẽ Perſonalitatem.

*Concluſio. III.* Natura Diuina abſtracta per intellectum à Perſonalitate relatiua poſſet aſſumere naturam humanam. Hanc ſic probat Sanct. Doct. 3. parte, quæſt. 3. artic. 3. Remanente ſufficiente cauſa actiua aſſumptionis, remanere poteſt aſſumptio, ſed abſtracta natura Diuina per intellectum à proprietatibus relatiuis, remanet ſufficiẽs cauſa actiua aſſumptionis, quia adhuc poteſt intelligi in Deo omnipotentia, ſubſiſtentia, et perſonalitas: ergo, etc.

*Concluſio IV.* Natura Diuina ſuppoſitis Perſonalitatibus relatis, quas Fides ponit, non primò, ſed quaſi ſecundariò aſſumpſit naturam humanam. Hanc ſic probat vbi ſupra artic. 2. Quicquid conuenit naturę Diuinę primò, et per ſe, conuenit omnibus Perſonis Diuinis, ſed aſſumere naturam humanam, nõ conuenit omnibus perſonis: ergo non conuenit ei primò, et per ſe, ſed tantum ratione perſonę.

Contra arguit Scotus hic. Ei conuenit naturam humanam primo aſſumere, quòd de ſe eſt hoc, et ſubſiſtens, quia natura humana aſſumitur ad ſubſiſtendum, ſed natura Diuina eſt de ſe hoc, et ſubſiſtens: ergo.

Reſpondeo, negatur maior, ſi illud ſit communicabile, natura autem Diuina communicabilis eſt, et non perſona: ergo per prius conuenit Perſonę quàm naturę.

Contra eandem arguit Durandus hic quęſt. 4. per illud primò conuenit Perſonę Diuinę vniri naturę humanæ, per quod competit ei primo terminare dependentiam naturæ aſſumptę, ſed eſſentia eſt, per quam conuenit Perſonę terminare hanc dependentiam, maior patet, minor probatur, per id conuenit perſonæ terminare hanc dependentiam à quo habet, quòd per ſe ſubſiſtat, ſed hæc eſt eſſentia: ergo.

Reſpondeo, quòd duplex eſt dependentia naturę aſſumptę ad Perſonam Diuinam. Vno modo dependet à Perſona, tanquam ad id à quo accipit ſuppoſitionem, et perſonalitatem, primam dependentiam terminet eſſentia remotè, et Perſona proximè, ſed virtute eſſentię, ſecũdam vero dependentiam terminat tantum Perſona, et ſicut quo, et ſicut quod, et non eſſentia.

¶ Dico ſecundò ad maiorem, quòd per illud conuenit ei terminare ſecundam dependentiã, et non per id per quod, primam, vndè negatur minor, loquendo de ſecunda dependentia.

Ad probationem dico, quòd Perſona non ſolum per ſubſiſtere, ſed per proprietatem ſubſiſtentem, quę includit non ſolum ſubſiſtere, ſed etiam relationem terminat illam dependentiã. Vel dico, quòd perſonę conuenit terminare illam dependentiam per ipſum ſubſiſtere, non vt eſt naturę, ſed vt eſt Perſonę, quia vt eſt naturę eſt communicabile, vt autem eſt Perſonę eſt in communicabile, quia vt ſic dicit eſſe Diuinum cum implicatione proprietatis relatiuæ conſtituentis perſonam.



Digitized by Google

*In hac prima Diſtinctione tertij Sententiarum, & vnica quæſtione ſequenti confutantur hæreſes damnatæ, vt in noſtro Commenniar. in text. Magiſtri, & confutantur etiam hæreſes, quæ ſunt in Abecedario, & in Ethimologijs hæreſum, & confutantur ſimilitèr Idolatriæ, vt in Abecedario Idolorum in principio, vide ibi litera A.D.H & S. ac etiam confutantur falſæ Theologię Fænicum, Egyptiorum, Gręcorum, Atlanticorum, Frigiorum, Gentium, &c. ab Euſebio in primo, ſecundo, tertio, & quarto libro de præparatione Euangelica contra Theologiam fabuloſam Poetarum antiquorum.*

*Ex concluſionibus, probationibus, & ſolutionibus argumentorum Capræoli ſoluuntur argumenta Vulpes, & aliorum recentiorum facilè, vt facit Ariſtotelis ad argumenta Antiquorum, quod veritatis cognitio dubiorum eſt ſolutio, & cum Cardinali Bellarmino dicente in libro de Scriptoribus Eccleſiaſticis de Ioanne Capræolo, quòd Ioannes Capræolus ſit defenſor Egregius Sancti Thomę, & optimè diſſoluit omnia argumenta aduerſariorum: dicunt verba formalia Bellarmini, ergo ſi optimè diſſoluit per Bellarminum, ſunt ſoluta argumenta cum his doctrinis hic: Sicut ſoluit Ariſtotelis contra antiquos dicendo in 3. de Cœlo, & in 3. Metaphiſic. veritatis cognitio, dubiorum eſt reſolutio*

*Reſpondetur ſecundo cum Cardinali Sarnano Franciſcano doctiſſimo, cum octuageſimaquinta concordantia, & ſimilitèr cum octuageſima quarta concordantia Bonæberbæ.*

*Reſpondetur tertio cum Petro de Bergamo, & Bartholomæo Spina dicentibus in tabula Sancti Thomæ, quod qui ſcit totam Logicam Sancti Thomę, Philoſophiam etiam moralem, totam Metaphyſicam Sancti Thomæ, & totam eiuſdem Theologiam, nullum poteſt facere argumentum contra Sanctum Thomam, & ideo ſubdit, quod iſti recentiores ſtudent tantummodo articulo, ſuper quem componunt, & non habent in mente omnia Opera Sancti Thomæ loquentis præſuppoſitiuè, pręſupponendo omnia ſupradicta, & dicendo, quapropter prærumpunt in verba in tantum Magnum Doctorem nullo modo applicanda, quod Sanctus Thomas contradicat ſibi ipſi, & ideo Cardinal. Sarnanus, quia ſciebat totum Sanctum Thomam concordauit ſimilitèr, etiam Ioannes Capręolus ſoluit argumenta aduerſariorum, cum locis Sancti Thomæ, quia totum in mente habebat Sanctum Thomam, & ideo Bellarm. dicebat bene omnia ſoluere Capręolum.*

*Argumenta vero Vaſquez, Valentię, Molinæ, Suarez, &c. quia colliguntur; & ſoluuntur, clarè, diſtinctè, & breuitèr à Ripa, à Nazario, à Conſales, à Nauarretto, à Zenardo, & præcipuè à Montagnolo, in tertia parte Sancti Thomæ quæſt. 3. de modo vnionis ex partæ Perſonæ aſſumentis.*

*Vide noſtram expoſitionem Petri Lombardi aperiētem mentem huius materię, vt in folio 77. hic, & infra pro 3. reſponſione Vulpes. Ac etiam vide 1.2. & 3. folium pro reſponſione quarta, quinta, & ſexta ad argumentum eiuſdem Vulpes.*

*Reſpōdet. 7. cum concordantia Scoti, & Sancti Thomę per Radam Franciſcanum hic declarantem S. Thom.*

*Loca Sacræ Scripturæ hic, & infra à Salmerone, Emanuel Sa, à Toleto, à Prierio, Vegba, à Poſſeuino, à Salian, Torello in annalibus à creatione Mundi, quæ videntur repugnare aliquo modo Thomiſtis, quia ſunt concordata à nobis in fine noſtrę expoſitionis totius Bibliæ, et in Anatomia Biblię impræſſa ideò vide ea illic.*

## DISTINCTIO II

### Quæſtio. 1.

IN ſecunda diſtinctione quæritur. Vtrum perſona diuina poſſit aſſumere entitatem totius reſultātis ex materia et forma lapidis, et quancunque naturam irrationalem.

PRO iſta quæſtione hæc ſit prima concluſio, Deus poſſet aſſumere de potentia abſoluta naturam lapidis, et quamcunque naturam irrationalem. Hanc ſic probat præſenti diſtinct. quæſt. 1. artic. 1. Vbi eſt æqualis potentia ex parte agentis: et æqualis potentia obedientialis ex parte paſſibilitatis poteſt ſequi ſimilis effectus: ſed diuina potentia æqualiter ſe habet ad operandum in lapide, et in natura humana, et natura lapidis æquæ eſt in potentia obedientiali ad Deum, ſicut natura humana: ergo.

Et quamuis 3. par. quæſt. 4. art. 1. videatur dicere oppoſitum non tamen dicit ibi enim intelligit quod talis natura irrationalis non eſt aſſumptibilis de potentia ordinaria non autem loquitur de potentia Dei abſoluta.

Contra arguit Henricus quolibeto 13. quæſt. 5: ſic: Omnis natura aſſumptibilis eſt eleuabilis ad viſionem diuinæ eſſentiæ, ſed talis non poteſt, cum ei repugnat ex ſua natura habere rationem et voluntatem: ergo minor patet maior probatur tripliciter primo: Sicut ſe habet eſſe natu-

Digitized by Google

naturale ad poſſe naturale: ita ſe habet eſſe ſupernaturale ad poſſe ſupernaturale, ſed cuicũque communicatur eſſe naturale communicatur poſſe naturale: ergo cui communicatur eſſe ſupernaturale, communicatur poſſe ſupernaturale.

Reſpondeo negatur maior, quando aſſumptio fit ad eſſe, et non ad operationem ſicut eſt in propoſito natura enim aſſumpta à diuino ſuppoſito aſſumitur ad eſſe diuini ſuppoſiti, et non ad operationem, quia operatio conſequitur formam quæ eſt operationis principium: et quia natura humana remanet in diuino ſuppoſito: ideo habet proprias operationes diſtinctas ab operationibus diuinæ naturæ:

Contra operari conſequitur eſſe rei: ergo cui datur eſſe ſupernaturale, patet operari ſupernaturale:

Reſpondeo negatur maior: Licet enim nulla res operetur, niſi habeat eſſe: quia agere præſupponit eſſe, non tamen conſequitur eſſe tanquam principium actionis: ſed formam quæ eſt agendi principium: cum ergo in natura aſſumpta remaneant potentiæ in proprijs naturis, quia aſſumptio non fit in natura, remanebunt etiam potentiæ naturales ſine aliqua eleuatione, niſi ex ſpeciali dono gratiæ potentiæ eleuabiles eleuentur:

Secundò cui non poteſt communicari minus: nec etiam maius: ſed minus eſt videre Deũ vel frui eo quam vniri in identitate perſonæ: ergo quod non poteſt frui Deo non poteſt vniri ei in perſona.

Reſpondeo negatur maior, quando maius, & minus non ſunt eiuſdem rationis: ſicut non ſequitur, homo non poteſt generare aſinum, quod eſt minus: ergo nec hominem quod eſt maius. Vnio autem in eſſe non eſt eiuſdem rationis cum vnione in operatione: quia eſſe & agere ſunt diuerſarum rationum.

¶ Dico ſecundò, quod ſi per impoſſibile iſtę duæ vniones diuidantur. ſ. vnio in perſonam & per gloriam, maius eſt vniri Deo per gratiam, quam in perſona ſiue gratia: licet vtrunque cõiunctum maius eſt quàm alterum ſolum.

Tertiò. Si creatura poteſt vniri Deo, ſed nõ ſit eleuabilis ad Dei viſionem: ergo etiam natura humana poteſt vniri in perſona abſq; eo quod actu eleuetur, ſed hoc eſt falſum: ergo maior patet, minor probatur. Si natura humana poſſet aſſumi potentijs eius non eleuatis actu ad viſionem, & fruitionem, cum ipſa ſic manẽs ſit peccabilis, ſequitur quod perſona diuina aſſumens eandem naturam, poſſet peccare, quod eſt falſum.

Reſpondeo, negatur minor. Ad probationẽ negatur conſequentia. Et dico, quod ſi aliqua natura irrationalis aſſumeretur abſque eo, quod frueretur Deo, ipſa non eſſet peccabilis, cuius ratio eſt, quia tali naturæ nullus actus attribueretur ſicut agenti: ſed ſolum ſicut principio actionis, quia ſuppoſitum eſt, quod agit: ſuppoſitum autem talis naturæ cum ſit Deus, nullo modo peccare poteſt, nec defectiuè agere.

*Concluſio II.* Filius Dei non ſolum aſſumpſit animam & corpus: ſed etiam humanitatẽ, quæ eſt tertia entitas, realiter diſtincta ab omnibus ſuis partibus etiam ſimul vnitis. Hanc ſic probat S. Doct. pro prima eius parte, 3. diſt. 2. quæſt. 1. artic. 3. quæſt. 3. Filius Dei fuit verus homo: ergo aſſumpſit humanitatem. Quod autem ex partibus reſultet tertia entitas ab eis diſtincta: ponit S. Doct. vbi ſuprà ad 3. vbi ſic dicit totum propriè loquendo, non eſt ſuæ partis: ſed aliquid ex eis reſultans.

Hoc autem probat Scot. 8. meta. quæſt. 4. ponens tres concluſiones: quarum prima eſt hæc. Materia & forma non fiunt vnum: quia nec forma fit materia, nec econtra, & ratio eſt: quia materia, & forma ſunt ſimplicia principia, principia autem non ſunt ex alterutris vt dicitur primo Phyſicorum, Text. 42. fit tamen vnum per ſe ex materia & forma, vt dicitur 8. meta. Text. 8. quod probatur.

¶ Tum quia materia eſt pura potentia, et formę actus.

¶ Tum quia forma educitur de materia, et eam inſeparabiliter concomitatur: ergo faciũt vnum per ſe.

Secunda concluſio. Illud vnum per ſe quod fit ex materia et forma, non eſt relatio, nec relatiuum probatur, nulla relatio componitur ex abſolutis: ſed materia & forma ſunt entia abſoluta.

Secundò. Nulla relatio eſt per ſe terminus generationis 5. Phy. text. 10. text. 26. & 27. ſed quod fit ex materia, & forma eſt per ſe terminus generationis, 7. met. ergo.

Si dicatur, quod relatio ſine qua non, licet non ſit forma quidditatiuum, id eſt quod ipſa materia & forma, ſunt terminus generationis: ſed hoc non habent niſi inquantum ſunt vnita.

Contra per te non eſt ibi aliud abſolutum quàm materia & forma: & iſta ſunt duo abſoluta: ergo non eſt ibi vnus primus terminus.

Si dicatur, quòd non terminat inquantum ſunt duo, ſed inquantum vnita ſunt.

Contra: ergo relatio vnionis eſt primus & formalis terminus.

Tertia concluſio. Illud conſtitutum eſt quid, abſolutum, & aliud à materia, & forma & à relatione vnionis, probatur primo. Nihil conſtituit ſeipſum: ſed materia & forma conſtituunt compoſitum: ergo, &c.

Si

Si dicatur, quod licet ſit inconueniens, aliquid cauſare ſeipſum: aliquid tamen poteſt ſe interrogare, & ſic materia, & forma integrant compoſitum.

Contra. Materia non integrat ſe, alioquin eſſet pars ſui ipſius, nec formam: quia principia non ſunt ex alterutris: nec relationem, vt ſupradictum eſt: ergo integrat aliquid ab eis diſtinctum. Et ex his tenetur, quod totum diſtinguitur à partibus.

Contra arguitur, quod humanitas non ſit diſtincta res ab anima & corpore, ſimul ſumptis.

Primò. Chriſtus non depoſuit aliquam naturam quam aſſumpſit, vt dicit Damaſcenus lib. 3. cap. 3. ſed in triduo non habuit humanitatem: ergo ſi humanitas eſt diſtincta ab anima & corpore eam depoſuiſſet.

Reſpondeo. dico primo quòd Damaſcenus non dicit eum nullam naturam depoſuiſſe, ſed nullam partium naturæ.

¶ Dico ſecundò, quòd non loquitur pro tẽpore mortis, ſed reſurrectionis, conſtat autem, quòd tunc habuit humanitatem.

¶ Dico tertiò, quod intelligit eum nunquam depoſuiſſe totaliter naturam aſſumptam cui ſemper fuit vnitus ſaltem quoad eius partes.

Dico quartò, quòd ipſe non depoſuit humanitatem temporis mortis, cum ipſa non remãſerit, ſed bene ipſa deſijt eſſe.

Secundò. Si humanitas eſt res diſtincta ab anima erit ea perfectior, ſicut totum eſt perfectior ſuis partibus. ſed hoc eſt falſum. Tum quia vt dicitur in lib. de cauſis anima eſt in orizonte æternitatis. Tum Auguſtinus dicit quòd ſuper animam intellectiuam nihil eſt niſi Deus.

Reſpondeo. Dico primò, quod non ponimus in nomine duas formas, quarum vna ſit anima & alia ſit humanitas, ſed aliquando humanitas dicitur eſſe forma totius, quia humanitas eſt ipſum totum ſignificatum per modum formę, id eſt in abſtracto. Ad argumentum negatur minor.

¶ Ad primam probationem dico, quod anima dicitur eſſe in orizonte ęternitatis, quia ipſa eſt incorruptibilis. Et dicitur eſſe dignior omnibus formis, quę ſunt actus materię.

¶ Ad ſecundam dico, quod nihil eſt ſupra animam niſi Deus, quò ad cauſalitatem.

Tertiò. Philoſophus probat 7. metaph. text. 60. quod eſſentia rei compoſitæ eſt ſimplex tali ratione, quia ſi eſſet compoſita: tunc ex ea & ex ſuis partibus reſultat aliquid ſimplex aut compoſitum. Si ſimplex, habetur propoſitum; quia etiam ipſa quę reſultat ex materia & forma, eſt ſimplex. Si compoſitum, ergo ex illo & ex ſuis partibus reſultat aliud, & ſic in infinitũ. Sic arguitur in propoſito de humanitate, quia ſi diſtinguitur à partibus, ergo ex ipſa & ex partibus reſultat aliud, & ſic in infinitum.

Reſpondeo primò, quòd eſſentia rei compoſitæ eſt compoſita, alioquin implicaretur contradictio. Sed Philoſophus loquitur in loco allegato de forma ſubſtantiali ſubſtantię compoſitę, quę eſt forma ſimplex.

¶ Dico ſecundò, quòd totum non addit ſupra partes aliquam formam: nec ipſum compoſitum & partes eius ſunt partes alicuius alterius compoſiti, ſed ipſa tota natura eſt realiter differens à naturis ambarum partium, etiã vnitarum.

Quartò, ſi humanitas differt à partibus aut differt ſe tota, & ſic nihil includeret à partibus, quod eſt contradictio: aut differt aliquo ſui, & ſic differt illud à ſeipſo.

Reſpondeo, quod differt ſe tota, non accipiendo totum ſyncathegorematicè, quia tunc eſſet ſenſus quod differt à partibus ſecundum quamlibet ſui partem. Nam id quod ſic differt ab aliquo ſe toto non includit illud. Differt autem ſe toto cathegorematicè, & eſt ſenſus ipſum compoſitum ex partibus differt ab eis, ſed non ſequitur, ergo ſecundum quamlibet partem: quia vnus iſtorum ſenſuum eſt impertinens alteri.

Quintò, ſi humanitas eſt diſtincta à partibus, aut eſt materia, aut forma, aut compoſitum nõ materia, quia tunc in homine eſſent duæ materię, non forma, quia eſſent duę formę, non compoſitum, quia eſſent duo compoſita.

Reſpondeo, quod eſt compoſitum, & in homine eſt duplex, ſcilicet ſuppoſitum, & natura; vt dicit S. Docto. 3. par. quęſt. 2. art. 1. ad ſecundum.

Sextò. Commentator dicit primo Phyſico. com. 17. quod licet vnaquęque partiũ ſit aliud à toto, tamen omnes inſimul non poſſunt eſſe aliud à toto, ergo.

Reſpondeo, quod dictum Commentatoris intelligitur, quod totũ eſt inſeparabile à partibus ſimul vnitis, licet ſit ſeparabile à qualibet parte, ſigillatim accepto.

Septimò, ſi totum ſuperaddit partibus aliquid reale, aut illud additum facit vnũ per ſe cum partibus nullo addito, aut non. Si primũ; ergo ſimilitèr materia, & forma faciunt vnum per ſe, non ſuperaddita illa tertia entitate. Si ſecundum: ergo aut illud ſuperadditũ facit vnũ per ſe cum toto aliquo ſuperaddito, vel non: Si ſic procederetur in infinitum: Si non pari ratione ſtandum erat in primo.

Reſpõdeo, quod totum nullum reale ſuperaddit partibus, licet realitèr ſit differẽs à partibus. Et ſimilitèr non facit vnũ cum partibus,

facere

facere enim vnum cum alio eſt conditio partis, & non totius. Sed dico, quòd totũ eſt quoddam vnum differens à partibus, ad cuius vnitatem per ſe partes eius concurrunt.

Octauò, omne abſolutũ poteſt per diuinam potentiam fieri abſque alio abſoluto, ſed totũ non poteſt fieri abſque partibus: ergo non diſtinguitur ab eis.

Reſpondeo negatur minor, vt ſæpe dictum fuit. Cauſa autem quare totum non poſſit eſſe ſine partibus, eſt quia partes vnitæ ſunt cauſa neceſſaria totius.

Contra. Si ſunt cauſa neceſſaria, aut hoc eſt ratione partium, aut ratione vnionis earum, aut ratione vtriuſque, non primum, quia tunc poſitis illis, poneretur totum, non ſecundum, quia vnio eſt relatio, ergo eſt poſterior fundamento, poſterius autem non poteſt eſſe cauſa prioris, non tertium, quia omnis cauſa cum ſit prior effectu poteſt intelligi eo non intellecto, & ſic ſequitur, quòd poſſibile eſſet intelligere partes vnitas non intelligendo totum, quod eſt falſum.

Reſpondeo, quòd partes poſſunt intelligi, non intelligendo totum, non tamen poſſunt eſſe, nec intelligi eſſe ſine toto. Ad argumenta igitur dico, quod eſt ratione vtriuſque.

Contra, ergo in illo priori, in quo intelligo partes vnitas, nõ intelligendo totum, Deus poteſt facere partes vnitas ſine toto.

Reſpondeo negatur conſequentia, quia actio Dei non terminatur ad quidditatem ſecundũ ſe, nec ad eſſe quidditatiuum, cum abſtrahat ab actu, & à potentia, ſed ad eſſe reale extra, eſſe autem reale totius, & partium vnitarum eſt omninò inſeparabile.

Nonò. Totũ homogeneum non differt ab eis, conſequentia patet, & prima, & ſecunda pars antecedentis, partes enim aquæ ſunt eiuſdem generis, & ſpeciei cum aqua, tertia pars probatur, quia in vna aqua nõ ſunt plures aquę numero.

Reſpondeo, quòd totum homogeneum non differt à partibus ſicut ens in actu ab entibus in potentia, quia in eadem aqua ſunt plures aquæ in potentia.

*In hac ſecunda Diſtinctione 3. Sententiarum, & vnica quæſtione ſequenti confutantur hæreſes damnatæ, vt in noſtro Commentar. in text. Magiſtri, & confutantur etiam hæreſes, quæ ſunt in Abecedario, & in Ethimologijs hæreſum, & confutantur ſimilitèr, Idolatriæ, vt in Abecedario Idolorum in principio, vide ibi lit. A. D. F. L. M & P. ac etiam cõfutantur falſæ Theologiæ Fœnicum, Egyptiorum, Græcorũ, Atlanticorũ, Frigiorum, Gentiũ, &c. ab Euſebio in primo, ſecundo, tertio, & quarto libro de præparatione Euangelica contra Theologiam fabuloſam Poetarum antiquorum.*

*Ex concluſionibus, probationibus, & ſolutionibus argumentorum Capreoli ſoluuntur argumenta Vulpes, & aliorum recentiorum facile, vt facit Ariſtotelis ad argumenta Antiquorum, quod veritatis cognitio dubiorum eſt ſolutio, & cum Cardinali Bellarmino dicente in libro de Scriptoribus Eccleſiaſticis de Ioanne Capræolo, quòd Ioann. Capreolus ſit defenſor Egregius Sancti Thomæ, & optimè diſſoluit omnia argumenta aduerſariorum: dicunt verba formalia Bellarmini, ergò ſi optimè diſſoluit per Bellarminum ſunt ſoluta argumenta cum his doctrinis hic: Sicut ſoluit Ariſtotelis contra antiquos dicendo in 3. de Cœlo, & in 3. Metaphiſic. veritatis cognitio, dubiorum eſt reſolutio.*

*Reſpondetur ſecundò cum Cardinali Sarnano Franciſcano doctiſſimo, cum octuageſimaſexta concordantia, et ſimilitèr cum octuageſimaquinta concordantia Bonęherbę.*

*Reſpondetur tertiò cum Petro de Bergamo, et Bartholomęo Spina dicentibus in tabula Sancti Thomę, quod qui ſcit totam Logicam Sancti Thomæ, Philoſophiam etiam moralem, totam Metaphyſicam Sancti Thomę, et totam eiuſdem Theologiam, nullum poteſt facere argumentum contra Sanctum Thomam, et ideò ſubdit, quod iſti recentiores ſtudent tantummodò articulo, ſuper quem componunt, et non habent in mente omnia opera Sancti Thomę loquentis pręſuppoſitiuè, præſupponendo omnia ſupradicta, & dicendo, quæ propter pręrumpunt in verba in tantum Magnum Doctorem nullo modo applicanda, quòd Sanctus Thomas contradicat ſibi ipſi, et ideò Cardinal. Sarnanus, quia ſciebat totum Sanctum Thomam concordauit ſimilitèr, etiam Ioannes Capræolus ſoluit argumenta aduerſariorum, cum locis Sancti Thomæ, quia totum in mente habebat Sanctum Thomam, et ideò Bellarmin. dicebat bene omnia ſoluere Capreolum.*

*Argumenta verò Vaſquez, Valentię, Molinæ, Suarez, etc. quia colliguntur, et ſoluuntur, clarè, diſtinctè, et breuitèr à Ripa, à Nazario, à Conſales, à Nauarretto, à Zenardo, et pręcipuè à* Montagnolo, *in tertia parte Sancti Thomæ de modo vnionis ea parte naturæ humanæ, quæſt.* 4.

*Vide noſtram expoſitionem* Petri Lombardi *aperientem mentem huius materiæ, vt in folio 72. hic, et infra pro 3. reſponſione Vulpes. Ac etiam vide 1. 2. et 3. folium pro reſponſione quarta, quinta, et ſexta ad argumentum eiuſdem Vulpes.*



Digitized by Google

*Reſpondatur ſeptimo cum concordantia Scoti, & Sancti Thomæ per Radam Franciſcanum hic declarantem S.Thom.*

*Loca Sacræ ſcripturæ hic, et infra à Salmerone, Emanuel Sa, à Toleto, à Prierio, Vegha, à Poſſeuino, à Salian, Torello in annalibus à creatione Mundi, quę videntur repugnare aliquomodo Thomiſtis, quia ſunt concordata à nobis in fine noſtrę expoſitionis totius Bibliæ, & in Anatomia Biblię impreſſa, ideo vide ea illic.*

## DISTINCTIO. III.

### *Quęſtio. 1.*

CIRCA Diſtinctionem tertiam, quæritur. Vtrum Beata Virgo Maria in peccato originali fuerit concepta.

Pro quæſtione fit vnica concluſio. Beata Maria fuit cõcepta in peccato originali Hanc ponit Sanct. Thomas 3. ſententiar. in præſenti diſtinct. quæſt. 1. artic. 1. quæſt. 1. item 3. 1. quæſt. 27. artic. 2. item 1. 2. quæſt. 81. artic. 3. item quolibet 7. quæſt. 8. Ex quibus poſſunt formari quatuor rationes.

Prima ratio. Quicunque eſt redemptus per Chriſtum habuit peccatum, ſed Beata Maria fuit redempta per Chriſtum: ergo habuit peccatum, non autem actuale, igitur originale.

Secunda ratio. Nullius humanæ perſonæ conceptio æquatur in puritate, & immunitate, & elongatione à peccato conceptioni Filij Dei, ſed Maria fuit humana perſona: ergo eius conceptio non æquatur in puritate, aut elongatione à peccato conceptioni Chriſti, æquaretur autem ſi nunquam habuiſſet peccatum originale igitur habuit.

Tertia ratio. Singulare priuilegium Filij Dei non conuenit alteri, ſed concipi in gratia, & ſanctitate ſingulare eſt priuilegium Filij Dei, igitur nulli alteri competit.

Quarta ratio. Nulla perſona concepta per ſexuum commixtionem eſt expers peccati originalis, ſed Beata Maria fuit huiuſmodi: ergo.

Prædictam concluſionem, & finalé eius probationem ponit Auguſtin. 10 confeſſionum. Item hanc concluſionem expreſſe ponit idem Auguſtinus ſuper Pſalmo 34. exponens illud pſal. 34 Ego autem cum mihi moleſti eſſent, vbi ſic dicit Maria ex Adã mortua eſt propter peccatum; Adam mortuus eſt per peccatum, & caro Domini ex Maria mortua propter delenda peccata. Hæc Auguſtin. in forma, ex quibus patet quòd Maria mortua eſt propter peccatum non actuale: ergo originale. Item his refelluntur friuolæ ſolutiones quorundam modernorum, excipiẽtes Beatam Virginem à quibuſdam auctoritatibus, & ſententijs generalibus Auguſtini.

Eandem concluſionem tenuerunt Beatus Ambroſius ſuper Lucam, item ſuper Iſaiam. Leo Papa in ſermone Natalis Domini, qui incipit, Exultemus. Item in alio ſermone, qui incipit, Cum ſuper nos. Item Beatus Gregorius 11. moralium. Item eiuſdem ſententiæ fuerunt duodecim Patres, quos refert Auguſtin. lib. 2. contra Iulianum.

Hanc concluſionem tenent, & tenuerunt hi quadraginta Doctores. Origenes, Iſidorus, Bernardus, Anſelmus, Hugo de Sancto Victore, Magiſter ſententiarum, Remigius, Alchuinus, Caſſiodorus, Caſſianus, Petrus, Rauennas, Gratianus, Halanus, Alexander, Innocentius, Ioannes Beleth, Mauritius Epiſcopus Pariſienſis, Altiſiodorus, Raymundus de pœna forti, Alexander de Ales, Albertus, Petrus de Tharẽtaſia Papa, Petrus de Palude, Durandus, Herueus, Ioannes de Neapoli, Iacobus de voragine, Nicolaus trauchet, Aegidius de Roma, Gregorius de Arimino, Nicolaus de Lyra, Bonauentura, Robertus de Tornaco, Adam Okam, Henricus de Gandauo, Godofredus, Ioannes de Poliaco, Ricardus de Mediauilla, & multi alij, quorum dicta recitat frater Guilielmus de Gannaco in tractatu de vera innocentia Matris Dei.

Cõtra cõcluſionẽ in ſe arguit Scot. hic diſt. 13. q. 1. ſic perfectiſſimus mediator; Perfectiſſimum actũ mediandi reſpectu alicuius perſonæ, pro qua mediat, vel meretur, ſed Chriſtus fuit huiuſmodi reſpectu Marię: ergo habuit perfectiſſimũ actum mediandi reſpectu illius, ſed hoc non fuiſſet eam præſeruare à peccato originali: ergo, maior probatur tripliciter. Primo quia nullus perfectiſſimè placat aliquem pro offenſa alterius contrahenda, niſi poſſet præuenire ne offendatur illi. Deus autem offenditur propter culpam interiorem in anima ipſa. Secundo quia perfectiſſimus mediator meretur amotionem omnis pœnæ ab eo quem reconciliat. Culpa autem originalis eſt pœna. Item Chriſtus immediatius videtur fuiſſe reparator ab originali, quàm ab actuali. Tertiò quia à perfectiſſimo reconciliatore habetur ſummum, quòd poteſt per mediatorem haberi.

Si dicatur quòd æqualitèr tenetur perſona, cuius remittitur peccatum ſicut præſeruata, quia cui plus dimittitur plus diligit Lucæ 7. Quærere ſolutionem Auguſtin. dicentis quòd omnia non commiſſa ſunt dimiſſa, ac ſi eſſent commiſſa, immò excellentius eſt præſeruari

quam

mundari. Et cum omnes Angeli ſint innocentes, non eſt veriſimile quod ſola anima Chriſti ſit innocens.

Reſpondeo, dico primo ſecundum Gregorium de Arimino in 2. diſtinct. 33. quòd hæc ratio peccat quintupliciter. Primò quidem quia ex ea ſequuntur quatuor inconuenientia. Primum eſt quia iuxtà illum modum arguendi probaretur, quòd etiam omnes alios Chriſtus præſeruauit, & præſeruat. Secundum inconueniens eſt, quòd ſequitur ex ſecunda probatione, quòd Beata Virgo fuit præſeruata ab omni pœna temporali corporis, & animæ, ab ipſa etiam morte corporali. Tertium inconueniens ſequens ex tertia probatione eſt, quòd plures alios præſeruauit ab originali, ſicut, & ab omni mortali actuali. Quartum inconueniẽs, ſequens ex eadem probatione tertia, eſt, quòd Beata Virgo in inſtanti Conceptionis ſuæ fuit Beata, & ſimiliter quòd fuerit in corpore glorificata, quæ omnia falſa ſunt.

Secũdò peccat quia aſſumit æquiuoca. Quęrendũ .n. eſt, quomodo accipiatur ſummè teneri, vel obligari mediatori. Aut .n. ſic, quia nõ eſt poſſibile eſſe magis obligatũ, & hoc modo Beata Virgo etiam præſeruata ab originali nõ fuit ſummè obligata Deo, quia potuit ei tunc contuliſſe beatitudidem, aut capit ſummè obligari, quia per omne quod habet eſt ei obligatus, & ſic quilibet alius eſt ſummè Deo obligatus.

Tertiò peccat, quia potius concludit oppoſitum quàm propoſitum, nàm mediatio placatiua inter Deum, & Beatam Virginem, quam accepit arguens præſupponit culpam.

Quartò peccat, quia aſſumit duas propoſitiones falſas. Prima eſt, perfectiſſimus mediator habet actum perfectiſſimum mediandi. Nam per alium modum Deo poſſibilem potuit Beata Virgo ſicut, & cæteri fieri Deo gratior, & culpa immunior, & à pœna ſecurior. Secunda propoſitio eſt, perfectiſſimus mediator meretur amotionem omnis penæ, patet eſſe falſum in propoſito. Nam Beata Virgo in vita iſta multas habuit pœnas.

Quinto peccat in forma, tertij enim virtus eſt in hac conſequentia. Chriſtus præſeruauit Beatam Virginẽ ab originali, quæ negatur ſimpliciter, quia pueri baptizati decedentes ſunt pręſeruati ab omni actuali, non tamen ab originali, 3. par. q. 27. art.

Si dicatur quòd Beatus Auguſtinus quinto contra Iulianum, capit. 39. arguit de Chriſto. Non fecit actuale: ergo non habuit originale.

Reſpondeo, dico primò quòd facere peccatum accipit largè pro eo, quòd eſt habere fomitem, & ad hunc ſenſum conceditur, quòd Beata Virgo fecit peccatum, quouſque concepit Dei Filium, & non vltra, S. Tho. tertia parte quęſtione vigeſimaſeptima, articulo tertio. Nec iſte modus loquendi eſt nouus, cùm in multis locis ſcripturæ effectus peccati dicatur peccatum, ſicut prolixè declarat Auguſtinus ſuper illo verbo pſalmi 34. Ego autẽ cũ mihi, &c.

¶ Dico ſecundo quòd dictum Auguſtini eſt intelligendum ſecundum legem communẽ, vbi peccatum actuale per gratiam non impeditur. Beatam vero Virgo ſuper hoc fuit priuilegiata ſecundum Doctores

Item Ioann. de Neapoli quolib. 1. quæſt. 11. ponit ſimiles ſolutiones eis quas dat Gregorius, vnde ad prima probationem negat maiorem, quia ſummè placat, qui ſummam gratiam offenſi impetrat offendendi, qui quandoque fuit offendens. Præterea ſi non eſſet ita, ſequeretur quòd nullus homo contraheret peccatum originale, cum perfectiſſimus mediator debeat habere perfectiſſimum actum mediandi reſpectu omnium.

¶ Ad ſecundam probationem dicit, quòd ſummè perfectè reconciliaret Regem alicui offenſum, quæ omnibus eius filijs gratiam Regis meretur, & hæreditatem paternam, dato quod omnes aliquando eſſent inimici eius.

¶ Ad tertiam dicitur, quòd non eſt ſimile de peccato originali, quod eſt peccatum naturæ, & actuali, quod incurrit homo ex perſonali deordinatione. Peccatum enim originale cõtrahitur per carnalem propagationem, quomodo Beata Virgo fuit propagata, ab inordinatione verò actuali Beata Virgo fuit immunis. Nec præſeruare à culpa eſt propriè reparare, 3. p. q. pe. art. 4.

¶ A quartam probationem dicit Ioan. quod quamuis quilibet reconciliatus per Chriſtum ſummè obligetur Chriſto, tamen comparando vnum ad alium plus ei obligatur, qui maiorem gratiam ab ipſo recipit.

¶ Præterea quamuis innocentia cœteris paribus ſit maius bonum quàm culpæ amotio, tamen æquale donum gratiæ plus eſt comparatum ei, qui propter culpam meruit pœnam, quàm innocenti, qui non meruit, ſicut centum marchæ maius donum ſunt, ſi dentur pauperi, quam ſi dentur Regi. Hæc Ioann. & conformiter dictis Sanct Doct. ſecunda ſecundæ, quæſt. 19. art. 2.

Cum autem arguens vlterius facit comparationem de Angelis ad homines. Dicitur, quod illa ſimilitudo non valet, ideò enim non omnes Angeli ceciderunt, vno cadente, quia omnes Angeli non erant in vno, à quo propagati contrahant peccatum, ſicut fuit in hominibus.

Quod autem dicit, quod non eſt veriſimile, quod ſola anima Chriſti ſit innocens, dicitur, quod



Digitized by Google

quod immò, & oppoſitum eſt contra Sacram ſcripturam, & dicta Sanctorum. Et iſta ſuſſiciant ad argumenta Scoti, in quibus multi ſe fundant.

Arguit etiam Aureolus primo. Præſeruari ab originali fuit poſſibile Deo, reſpectu Beatæ Virginis, & decuit: ergo, probatur ſecunda pars antecedentis. Tùm, quia decuit, quod Mater Dei fuerit mundiſſima, & nunquam aliqua diſpoſitione ad gratiam inficeretur. Tùm quia Beatus Auguſtinus probat, quod corpus eius non fuit incineratum, quia non decuit.

Reſpondeo, non decuit, vt conceptio naturalis cuiuſcunque hominis etiã Matris Virginis æquaretur quantũ ad immunitatem ab originali conceptioni ſupernaturali Chriſti, vt patet per auctoritatem Anſelmi de conceptu Virginali, cap. 16 tertio ſententiarum diſtinct. quæſt. 1. art. 1. q. 2. ad 3.

¶ Ad primã probationẽ dicitur, quod tũc non erat Mater Dei in actu, nec Mater miſericordiæ, ſed ſufficit, quod eſſet mundiſſima in conceptione Filij ſui.

¶ Ad ſecundam dicitur, quod non eſt ſimile de præſeruatione ab incineratione, & ab originali. quæ præſeruatio à cinere, fuit poſt reſurrectionem Chriſti, præſeruatio vero ab originali ante Chriſtum, & ſic non dependiſſet à Chriſto, ſed à ſola diuinitate.

Secundo arguit, ſecundum ſanctos nunquã peccauit venialitèr, quia non decuit: ergo nec originaliter, probatur conſequentia, quia maior macula eſt originale, quod declaratur exemplo corporalis, cadentis in lutum fœtidũ, & corruptum, quod quamuis lauetur, nunquã erit aptum ad recipiendum corpus Chriſti. Itẽ maior gratia fit illi, qui non permittitur cadere in lutum, quàm illi, qui permittitur cadere, & ſtatim ſubleuatur.

Reſpondeo, negatur conſequentia, quia præſeruare ab originali, præiudicat vniuerſali ſaluationi, non autem ab originali. Ad probationem dicitur, quod veniale, & originale ſe habẽt ſicut excedentia, & exceſſa. De malo quæſt. 5. articulo primo, ad nonum. Item ſecundo ſententiar. diſtinct. 33. q. 2. art. 1.

Ad exemplum primum dicitur, quod non valet ſimilitudo, quia pannus albus poſt fœdationem non poteſt effici mundior quàm antea, ſed anima mundata ab originali poteſt per aduentum ſuperabundantis gratiæ effici mũdior, & ſanctior, & Deo gratior quàm fuiſſet, dato q; fuiſſet in puris naturalibus, & ſine peccato quocunque.

Ad aliud dicitur, quod Filius Dei non debuit facere maximam gratiam Beatæ Virgini ſibi poſſibilem de potentia abſoluta, vnde argumentum parum valet.

Arguunt alij primo. Pœnæ vtiles Beatæ Virginis ſicut temporales fuerunt ei relinquendæ, non autem inutiles, ſed originale eſt pœna inutilis: ergo.

Reſpondeo, dicit Ioann. de Neapoli, quòd minor eſt falſa, quia diligentibus Deum omnia cooperantur in bonum, & etiam peccatum, vt ibidem dicit gloſ. & eſt Auguſtini in libro de corruptione, & gratia.

Secundò, quia cuidam Monacho apparuit Beatus Bernardus cum macula in pectore, quia dixerat Beatam Virginem fuiſſe in originali cõceptam: ergo.

Reſpondeo, illa viſio eadem facilitate contemnitur qua probatur, nec propter tales viſiones phantaſticas eſt aliquid dicendum contra doctrinam Sanctorum prædictam.

Tertiò, ſicut Chriſtus fuit perfectiſſimus mediator, ità Beata Virgo conuenientiſſima mediatrix. Sed hoc non fuiſſet, ſi ipſa aliquam aliquam culpam incurriſſet, quia conueniẽtius poteſt aliquis placari per illum, qui nunquam offendit, quam per illum, qui offendit, & reconciliationem accepit: ergo.

Reſpondeo, Beata Virgo fuit conuenientiſſima mediatrix ſub Chriſto, & non de pari. vel dicendum eſt quod conuenientiſſimè mediat, qui eſt gratus offenſo, ſiuè offenderit, ſiuè non. Beata verò Virgo plus habuit de gratia quàm quælibet creatura: ideò conuenientiſſima dicitur mediatrix.

Quartò in libro de natura, & gratia ait. Cum de peccatis agitur, nullã de beata Virgine volo quæſtionem habere.

Reſpondeo, loquitur de peccatis actualibus, quæ Beata Virgo nunquam contraxit, vt patet ex ſerie textus. Hæc eſt reſponſio Ioann. de Neapoli, eandemque ponit Gregorius de Arimino.

Quintò. Hoc idem probatur per Anſelmũ, qui de hoc fecit librum ſpecialem.

Sextò, Ricardus de Sãcto Victore hoc idem dicit in ſermone quodam de cõceptione: ergo.

Reſpondeo, dicit Io. de Neapoli, quòd de illo libro, & ſermone Ricardi nihil certum habetur. Anſelmus autem in multis locis expreſſè dicit Beatam Virginem fuiſſe in originali conceptam, vt patet ſecũdo libro, cur Deus homo, c. 16.

Septimò, multæ Eccleſiæ faciunt feſtum de Conceptione Beatæ Mariæ: ergo.

Reſpõdeo dico primò, quod illud feſtum nõ celebrat Romana Eccleſia, nec debet fieri ſecundum Bernardum in epiſtola ad Canonicos Lugdunenſes.

¶ Dico ſecundò, quòd illud feſtum poſtquã

ab

Digitized by Google

ab Eccleſia Romana toleratur, eſt referendum ad tempus ſanctificationis, & non ad tempus conceptionis.

¶ Dico tertiò, quod illud feſtum eſt non conceptionis, ſed gratiarum actionis, ſicut in veteri & in noua Lege ſunt plura talia feſta. Magnum enim beneficium eſt humano generi collatum in Conceptione Virginis Matris Redemptoris humanis generis.

Octauò arguunt, quia Anſelmus in quadam epiſtola ad Epiſcopos Angliæ dicit. Non credo amatorem Beatæ Virginis, quæ reſpuit celebrare feſtum Conceptionis.

Reſpondeo, intelligendum eſt de amatore Virginis non quantum ad habitum charitatis, ſed quantum ad feruorem deuotionis, eſt enim laudabilis feſtiuitas modo ſupradicto, Concordat S.Tho.3.ſent.diſt.3.q.1.ar.1.q.1.& 3.par. q.27.art.2.ad 3.

Nonò arguunt. Ratio S.Tho. quod Beata Virgo ſi non contraxiſſet originale, non fuiſſet redempta, non eſt efficax: ergo, probatur antecedens. Nam dicit Durandus, quod fuiſſet redempta in ſua radice, vt ſi quis impetret, quod proles naſcitura ex ſeruis parentibus non incurrat ſeruitutem.

Reſpondeo, ratio S.Tho. eſt efficax, quia cõmunis doctrina Sanctorum eſt, quod Chriſtus eſt vniuerſalis Redemptor, quia omnes liberauit à peccato, & damnatione, ſeù pœna peccati 3.par.q.48. ar.4. Sic paritèr catholice reſpõdet Gregorius de Arimino. Et loquimur de illa redemptione de qua loquitur Sacra Scriptura, quicquid ſit de illa quam fingit arguens. Probat enim B. Auguſt in libro de natura, & gratia, & de baptiſmo paruulorum, multis teſtimonijs Sacræ Scripturæ, quod Chriſtus non ob aliam cauſam venerit in mortem, niſi vt ſua morte viuificaret mortuos in peccato. Idem gloſ. ſuper tertio capitu. Gal.

Decimò arguunt, quia auctoritates Sanctorum inductæ non ſufficientèr probant concluſionem, quia ad omnes illas poteſt triplicitèr reſponderi. Primo quia intelliguntur de iure, ſeù debito naturæ, quod contraxerit peccatum originale Beata Virgo, non autem de facto. Secundò, quia ſunt intelligendæ, ſecundum communiorem curſum, non autem in ſpeciali, vt patet per auctoritates Aug. allegatas in lib. de natura, & gratia. Tertiò quod vbicunque ponitur ſola, vel tantum anima Chriſti, intelligitur etiam anima Beatæ Virginis, quia concurrunt de pari, quantum ad peccatum.

Reſpondeo. Auctoritates Sanctorum ſufficientèr probant intentum, nec ſolutiones inductæ quicquam valent, ſicut ſufficientèr oſtendit Io. de Neapoli. Prima quidem, quia quod nũquam eſt, aut fuit tale falsè dicitur, eſſe tale, quamuis de iure, ſeu debito tale eſſe debuerit, aut debeat, alioquin etiam verè dicetur, nunquã aliquem hominem peccare, quia nunquam debet peccare. Secunda etiam reſponſio non valet, quia qui totum dicit nihil excludit, ſed in prædictis auctoritatibus non dicitur indefinitè, vniuerſalitèr, omnẽ ab Adam naturalitèr propagatum conceptum in culpa. Ad auctoritatem Auguſtini dictum eſt ſupra. Tertia etiam reſponſio non valet, quia maior eſt vnio diuinarum Perſonarum, quàm Virginis Matris, & Chriſti. Sed illud quod cum dictione excluſiua attribuitur vni Perſonæ, vt diſtinguitur ab alia, repugnat illi alteri. Eſſe autem mundum ab omni culpa in multis auctoritatibus prædictis attribuitur ſoli homini Chriſto, inquantum diſtinguitur à Beata Virgine. Hæc Ioann. de Neapoli, quem ſequitur Gulielmus de Gannaco in ſuo tractatu de vera innocentia Matris Dei.

Vtrum poſſet aliquis dicere, quod concluſio principalis non ſit ſecundum mentem S. Tho. cuius veſtigia ſequor, quia ipſe tenet oppoſitũ primo ſentent. diſtinct. 44. quæſt. 1. artic. tertio, ad tertium.

Reſpondeo, dico primo, quod Beata Virgo in primo inſtanti ſuæ Conceptionis habuerit illam puritatem in ſummo, aut immunitatem à peccato, ſed poſt Conceptionem ſuam, & ſanctificationem.

¶ Dico ſecundo, quod S.Thom. in omnibus operibus quæ poſtea edidit, oppoſitum tenuit, & ſcripſit.

*In hac tertia Diſtinctione tertij Sententiarum, & vnica quæſtione ſequenti confutantur hæreſes damnatæ, vt in noſtro Commentar. in text. Magiſtri, & confutantur etiam hæreſes, quæ ſunt in Abecedario, & in Ethimologijs hæreſum, & confutantur ſimilitèr Idolatria, vt in Abecedario Idolorum in principio, vide ibi lit. B.C.M.O. & P. ac etiam confutantur falſæ Theologię Fænicum, Egyptiorum, Gręcorum, Atlanticorum, Frigiorum, Gentium, &c. ab Euſebio in primo, ſecundo, tertio, & quarto libro de præparatione Euangelica contra Theologiam fabuloſam Poetarum antiquorum.*

*Ex concluſionibus, probationibus, & ſolutionibus argumentorum Capræoli ſoluuntur argumenta Vulpes, & aliorum recentiorum facilè, vt facit Ariſtotelis ad argumenta Antiquorum, quod veritatis cognitio dubiorum eſt ſolutio, & cum Cardinali Bellarmino dicente in libro de Scriptoribus Eccleſiaſticis de Ioanne Capræolo, quòd Ioannes Capræolus ſit defenſor Egregius Sancti Thomę, & optimè diſſoluit*

Digitized by Google

*uit omnia argumenta aduerſariorum: dicunt verba formalia Bellarmini, ergo ſi optimè diſſoluit per Bellarminum, ſunt ſoluta argumenta cum his doctrinis hic: Sicut ſoluit Ariſtotelis contra antiquos dicendo in 3. de Cælo, & in 3.* Metaphiſic. *veritatis cognitio, dubiorum eſt reſolutio.*

*Reſpondetur ſecundo cum Cardinali Sarnano Franciſcano doctiſſimo, cum octuageſimaſeptima concordantia, & ſimilitèr cum octuageſim. ſexta concordantia Bonaherbæ.*

*Reſpondetur tertio cum Petro de Bergamo, & Bartholomæo Spina dicentibus in tabula Sancti Thomæ, quod qui ſcit totam Logicam Sancti Thomȩ, Philoſophiam etiam moralem, totam* Metaphyſicam *Sancti Thomæ, & totam eiuſdem Theologiam, nullum poteſt facere argumentum contra Sanctum Thomam, & ideo ſubdit, quod iſti recentiores ſtudent tantummodo articulo, ſuper quem componunt, & non habent in mente omnia Opera Sancti Thomæ loquentis præſuppoſitiuè, prȩſupponendo omnia ſupradicta, & dicendo, quapropter prærumpunt in verba in tantum* Ma*gnum Doctorem nullo modo applicanda, quod Sanctus Thomas contradicat ſibi ipſi, & ideo Cardinal. Sarnanus, quia ſciebat totum Sanctum Thomam concordauit ſimilitèr, etiam Ioannes Caprȩolus ſoluit argumenta aduerſariorum, cum locis Sancti Thomæ, quia totum in mente habebat Sanctum Thomam, & ideò Bellarm. dicebat bene omnia ſoluere Caprȩolum.*

*Argumenta vero Vaſquez, Valentiȩ, Molinæ, Suarez, &c. quia colliguntur; & ſoluuntur, clarè, diſtinctè, & breuitèr à Ripa, à Nazario, à Conſales, à Nauarretto, à Zenardo, & præcipuè à* Montagnolo*, in tertia parte Sancti Thomæ quæſt. 81. de cauſa peccati ex parte hominis, & de traductione peccati originalis, cuius homo eſt cauſa per originem.*

*Vide noſtram expoſitionem Petri Lombardi aperiẽtem mentem huius materiȩ, vt in folio 77. hic, & infra pro 3. reſponſione Vulpes. Ac etiam vide 1. 2. & 3. folium pro reſponſione quarta, quinta, & ſexta ad argumentum eiuſdem Vulpes.*

*Reſpõdet. 7. cum concordantia* Scoti, *&* San*cti Thomȩ per Radam Franciſcanum hic declarantem S. Thom.*

Loca *ſacræ Scripturæ hic, & infra à* Salme*rone, Emanuel Sa, à Toleto, à Prierio, Vegha, à Poſſeuino, à Salian, Torello in annalibus à creatione* Mundi, *quæ videntur repugnare aliquo modo Thomiſtis, quia ſunt concordata à nobis in fine noſtrȩ expoſitionis totius Bibliæ, et in Anatomia Bibliȩ impreſſa ideò vide ea illic.*

## DISTINCTIO IV.

### Quæſtio. I.

IN diſtinctione quarta quæritur: Vtrum beata virgo aliquid operata eſt in conceptione Chriſti.

PRO quæſtione hæc eſt prima concluſio. Beata Virgo Maria nihil operata eſt in conceptione Chriſti, ſed tantum materiam miniſtrauit, operata eſt tamen actiuè ante conceptionem, præparando materiam, vt eſſet apta conceptui. Hanc ſic probat S. D 3. quæſt. 51. artic. 4 & 3. ſen. diſt. 3. quæſt 2 art. primo. Mater nihil agit actiuè ad formationem prolis, ſed tantum materiam præparat, vt dicit Philoſophus lib. 15. de animalibus, ſed beata virgo fuit mater Chriſti: ergo, &c.

Cõtra arguit Scotus hic quæſt. 2. primò formas eiuſdem ſpeciei ſequuntur potentiæ eiuſdem rationis, ſed forma maris, & fœminæ ſunt eiuſdem ſpeciei: ergo ſicut in patre eſt potentia generatiua actiua: ita & in matre.

¶ Secundò pater diligit naturaliter filium: quia eſt opus eius vt dicitur 8. ethicor. cap. 12. ſed mater plus diligit filium quam pater, vt ibi dicitur: ergo eſt opus matris ſicut & patris.

¶ Tertiò filius aliquando plus aſſimilatur matri quàm patri, ergo mater eſt agens in generatione filij, antecedens patet ad ſenſum, cõſequentia probatur, quia effectus ſoli agenti aſſimilatur.

Quartò dicit Damaſcenus lib 3 cap. 2. quod beatæ virgini attributa eſt virtus ſuſceptiua ſimul & generatiua: ergo habuit potentiam generatiuam.

¶ Quintò ſi mater non concurreret actiuè, ſequitur quod non plus concurreret ad generationem filij quam terra ad generationem minere, quod eſt falſum.

Reſpõdeo, ad hæc ſimul & dico primò quod ad generationem prolis cõcurrit triplex actio: vt dicit S. D. vbi ſupra. Prima eſt qua præparatur materia, vt ſit apta conceptui. Alia eſt formatio & organizatio corporis. Tertia eſt conſequens vel concomitans prædictam formationem. Sicut enim locus facit ad bonitatem generationis: ita & bona diſpoſitio matricis facit ad bonam diſpoſitionem prolis, vt dicit Auice. in primo de diluuijs: primam & tertiam operationem habet mater in generatione prolis ſecundam verò habet tantum pater.

Ex his infero, quod in matre eſt potentia generatiua actiua, ſicut & in patre, non ita perfecta, & ideo eius actio non ſe extendit, niſi ad præparationem materiæ. Concedo igitur quod

in

Digitized by Google

in matre eſt potentia actiua generatiua,ſed nego iſtam conſequentiam: ergo agit ad conceptionem prolis. Eſt enim fallacia conſequentis, quia arguitur à pluribus cauſis veritatis ad vnã earum.

¶ Dico ſecundò,quod mater non ideo plus diligit filium quàm pater: quia plus agat; ſed quia matres magis ſunt certæ qui ſint earum filij,vt dicitur 8. ethicorum.

¶ Dico tertiò, quod ideo filius plus aliquãdo eſt ſimilis matri quàm patri:quia virtus paterni ſeminis cum ſit debilis, non poteſt perfectè aſſimilare patri materiam,ſed producit eam ad id, quod eſt in potentia magis proxima infra eandem ſpeciem cum patre, ſcilicet ad aſſimilationem matris:& ad hoc etiam poteſt multum facere imaginatio fœminæ tempore coitus.Vnde tempore innocentiæ fœminæ fuiſſent natæ ex vehementi imaginatione.

*Conclusio II.* Beata virgo Maria propriè & verè dicitur mater Dei. Hinc ſic probat S. D.3.parte quæſtione trigeſimaquinta,art.3.beata Maria eſt mater Chriſti, ſed Chriſtus eſt Deus:ergo.

Contra probationem arguit Durandus hic quæ.1.quod iſta propoſitio ſit impropria Deus eſt hoc primò. Ad proprietatem propoſitionis requiritur identitas ſubiecti & prædicati:ſed in illa propoſitione non eſt tanta identitas ſicut in iſta:Petrus eſt homo:ergo illa ſaltem non eſt ita propria,maior patet, minor probatur. Petrus manens Petrus,non poteſt non eſſe homo: ergo non eſt tanta identitas hic ſicut ibi.

Reſpondeo dico,primò quod dicta propoſitio eſt propria, quia illud ſuppoſitum quod ſignificatur per hoc ſubiectum,Deus eſt id quod ſignificatur per hoc prædicatum homo,ſicut & illud ſuppoſitum quod eſt Petrus eſt etiam homo. Eſt tamen aliqua differentia, quia homo prædicatur de Petro non ſolum ratione ſuppoſiti, quod eſt Petrus, ſed etiam ratione formæ huius ſuppoſiti Petrus, id eſt ratione humanitatis. De Deo autem dicitur homo non ratione formæ diuinæ,ſe ratione ſuppoſiti.

Ex hoc ſequitur quod iſta. Deus eſt homo, habet tantam indentitatem intenſiuè ſicut illa Petrus eſt homo:quia vtrobique idem ſuppoſitum ſignificatur per ſubiectum & prædicatum, licet ſecunda habet maiorem identitatem extenſiuè.

¶ Dico ſecundò,quod iſta. Deus eſt homo; eſt in primo modo dicendi per ſe; non quia prędicatum ſit de ratione ſubiecti, ſed quia informat eſſentialiter ſuppoſitum ſignificatum per ſubiectum,ad cuius eſſe trahitur.

¶ Dico tertiò,quod non oportet omnem propoſitionem propriam eſſe per ſe, nam iſta eſt propria,homo eſt albus.

Ad argumentum negatur minor de identitate intenſiua. Ad probationem negatur conſequentia,quia iſta Deus eſt homo, eſt per ſe eo modo,quo diximus; licet non habeat omnẽ modum perſeitatis,quem habet iſta. Petrus eſt homo.

Contra hanc reſponſionem arguitur. In omni propoſitione primi modi per ſe prædicatum dicitur in quid de ſubiecto,ſed homo nõ prædicatur in quid de Deo: ergo.

Reſpondeo, negatur minor, quia licet non prædicetur in quid ratione formæ, prædicatur tamen in quid ratione ſuppoſiti.

Contra,iſta Deus eſt humanatus, eſt prædicatio propria,vt dicit Damaſc.lib.3. ergo iſta. Deus eſt homo, non eſt propria, nec in quid, tenet conſequentia, quia proprietas prædicationis denominatiuæ non ſtat cum proprietate prædicationis in quid,quia enim iſta eſt propria. Sortes eſt homo, ideo iſta eſt impropria. Sortes eſt humanatus.

Reſpondeo, quod iſta:Deus eſt homo,non eſt denominatiua, quia forma prædicati eſſentialiter informat ſubiectum, habet tamen modum prædicationis denominatiuæ, quia prædicatum non eſt de ratione ſubiecti, & prædicatio hoc modo denominatiua poteſt ſtare cum prædicatione in quid.

Contra, prædicatio partis de toto eſt denominatiua, & impropria, ſed in iſta. Deus eſt homo prædicatur pars de toto, quia in diuino ſuppoſito non ſolum eſt natura humana, ſed etiam Diuina: ergo.

Reſpondeo, negatur maior. Nam illa eſt eſſentialis, homo eſt animatus, homo eſt rationalis.

Contra eandem arguit Scotus diſt.7.quæſt.1. primo, iſta eſt impropria, Chriſtus eſt homo, quia ly Chriſtus non habet vnum conceptum, cum dicat duas naturas:ergo,& iſta eſt impropria,deus eſt homo.

Reſpondeo, negatur antecedens, quia licet dicat duas naturas, tamen vnio earum non eſt per accidens, quia vna trahitur ad eſſe alterius.

Secundò hoc prædicatum, homo non eſt de ratione huius ſubiecti Deus,& poteſt ab eo abeſſe,& aduenit ei poſt eſſe completum: ergo dicitur de eo per accidens,& non propriè.

Reſpondeo,negatur conſequentia, quia iſta perſeitas ſingularis, cuius exemplum nõ inuenitur in creaturis. Iſtud enim prædicatum homo non informat hoc ſubiectum Deus accidẽtaliter dicitur, & ideo non eſt prædicatio merè per accidens.

*Conclusio III.* Spiritus ſanctus non debet dici

dici Pater Chriſti ſecundum deitatem, nec ſecũdum humanitatem. Hanc ponit 3.q.32. art.3. Et præſenti diſtinct.art.2.

Contra arguit Durandus hic quæſt. 2. quod iſta ſit vera. Chriſtus inquantum homo eſt Filius, Spiritus ſanctus per creationem, Chriſtus ſecundum, quod non eſt productus à Spiritu ſãcto nullo præſuppoſito: ergo eſt Filius eius per creationem, tenet cõſequentia, quia creatio eſt ex nullo præſuppoſito.

Reſpondeo, negatur conſequentia, quia creatio non dat alicui, quod dicatur Filius Dei per creationem, quando terminatur ad perſonalem vnionem filiationis Diuinæ, & quando natura creata nullum nouum ſuppoſitum conſtituit, ſicut eſt de humana natura in Chriſto.

Non dicitur etiam Filius Spiritus ſanctus per adoptionem, quia ad hoc, quod aliquis dicatur Filius Dei per adoptionem, oportet quod gratia ei collata non faciat eum Filium Dei naturalem, gratia autem data Chriſto fecit eum Filium Dei naturalem, inquantum eſt homo, quia vnio humanitatis terminata eſt ad vnitatem Perſonalem filiationis diuinæ.

*In hac quarta Diſtinctione tertij Sententiarum, & vnica quæſtione ſequenti confutantur hæreſes damnatæ, vt in noſtro Commenntar. in text. Magiſtri, & confutantur etiam hæreſes, quæ ſunt in Abecedario, & in Ethimologijs hæreſum, & confutantur ſimilitèr Idolatriæ, vt in Abecedario Idolorum in principio, vide ibi lit. A.B.C.O. & V. ac etiam confutantur falſæ Theologię Fanicum, Egyptiorum, Gręcorum, Atlanticorum, Frigiorum, Gentium, &c. ab Euſebio in primo, ſecundo, tertio, & quarto libro de præparatione Euangelica contra Theologiam fabuloſam Poetarum antiquorum.*

*Ex concluſionibus, probationibus, & ſolutionibus argumentorum Capræoli ſoluuntur argumenta Vulpes, & aliorum recentiorum facilè, vt facit Ariſtotelis ad argumenta Antiquorum, quod veritatis cognitio dubiorum eſt ſolutio, & cum Cardinali Bellarmino dicente in libro de Scriptoribus Eccleſiaſticis de Ioanne Capræolo, quòd Ioannes Capræolus ſit defenſor Egregius Sancti Thomę, & optimè diſſoluit omnia argumenta aduerſariorum: dicunt verba formalia Bellarmini, ergo ſi optimè diſſoluit per Bellarminum ſunt ſoluta argumenta cum his doctrinis hic: Sicut ſoluit Ariſtotelis contra antiquos dicendo in 3. de Cœlo, & in 3. Metaphiſic. veritatis cognitio, dubiorum eſt reſolutio*

*Reſpondetur ſecundo cum Cardinali Sarnano Franciſcano doctiſſimo, cum octuageſima octaua concordantia, & ſimilitèr cum octuageſima ſeptima concordantia Bonaberbæ.*

*Reſpondetur tertio cum Petro de Bergamo, & Bartholomæo Spina dicentibus in tabula Sancti Thomæ, quod qui ſcit totam Logicam Sancti Thomę, Philoſophiam etiam moralem, totam Metaphyſicam Sancti Thomæ, & totam eiuſdem Theologiam, nullum poteſt facere argumentum contra Sanctum Thomam, & ideo ſubdit, quod iſti recentiores ſtudent tantummodo articulo, ſuper quem componunt, & non habent in mente omnia Opera Sancti Thomæ loquentis præſuppoſitiuè, pręſupponendo omnia ſupradicta, & dicendo, quæ propter prærumpunt in verba in tantum Magnum Doctorem nullo modo applicanda, quod Sanctus Thomas contradicat ſibi ipſi, & ideo Cardinal. Sarnanus, quia ſciebat totum Sanctum Thomam concordauit ſimilitèr, etiam Ioannes Caprçolus ſoluit argumenta aduerſariorum, cum locis Sancti Thomæ, quia totum in mente habebat Sanctum Thomam, & ideo Bellarm. dicebat bene omnia ſoluere Caprçolum.*

*Argumenta vero Vaſquez, Valentię, Molinæ, Suarez, &c. quia colliguntur; & ſoluuntur, clarè, diſtinctè, & breuitèr à Ripa, à Nazario, à Conſales, à Nauarretto, à Zenardo, & præcipuè à Montagnolo, in tertia parte Sancti Thomæ quæſt. 32. de conceptione Chriſti quantum ad principium actiuum.*

*Vide noſtram expoſitionem Petri Lombardi aperiẽtem mentem huius materię, vt in folio 77. hic; & infra pro 3. reſponſione Vulpes. Ac etiam vide 1.2. & 3. folium pro reſponſione quarta, quinta, & ſexta ad argumentum eiuſdem Vulpes.*

*Reſpõdet. 7. cum concordantia Scoti, & Sancti Thomę per Radam Franciſcanum hic declarantem S.Thom.*

*Loca Sacræ Scripturæ hic, & infra à Salmerone, Emanuel Sa, à Toleto, à Prierio, Vegha, à Poſſeuino, à Salian, Torello in annalibus à creatione Mundi, quæ videntur repugnare aliquo modo Thomiſtis, quia ſunt concordata à nobis in fine noſtrę expoſitionis totius Bibliæ, et in Anatomia Biblię impreſſa ideò vide ea illic.*

DISTIN.

Digitized by Google

## DISTINCTIO V.

### *Quæſtio. 1:*

IN quinta Diſtinctione quæritur primò. Vtrum vnio naturæ humanæ in Chriſto ſit maxima vnio creata.

*Concluſio* I. Vnio naturarum in Chriſto eſt quid creatum. Hãc ſic probat Sanct. Doct. 3. quęſt. 2. artic. 3. Omnis noua relatio creaturæ ad Deum, conſequẽs mutationem creaturæ, eſt quid creatum, vel concreatum, ſed vnio humanitatis ad Deitatẽ eſt huiuſmodi: ergo. Quod autem vnio ſit relatio patet, quia vnitum non dicitur ad ſe, ſed ad aliud. Nihil enim eſt ſibi ipſi vnitum, hæc autem vnio non fundatur ſuper quantitate, ſed ſuper actionem, vel paſſionem, ſcilicet ſuper vnitionem.

Contra arguit Aureolus hic, quod vnio humanitatis ad Verbum non ſit relatio, ſed vera vnitas, & continuatio entitatiua primo. Natura humana vnita eſt Verbo per quãdã mixturam, vt dicit Auguſtin. ad Voluſianum. Et idem dicit in libro de perſeuerantia, quod aſſumptio creauit in Chriſto veram vnitatem. Et Dionyſ. 2. cap. de di. no. dicit quod Verbum per vnionem factus eſt verus homo ſubſtantialiter, ſed mixtura importat continuationem, & nulla relatio facit aliquid tale ſubſtantialiter: ergo vnio non eſt relatio.

Reſpondeo primò, quod in Chriſto non ſolũ ponimus vnionem, ſed etiam vnitatem naturarum, & indiuiſionem, quæ quidem vnitas, & indiuiſio attenditur quantum ad duo. Nam ſuppoſitum Diuinum, & humanitas aſſumpta ſunt quidem diuiſa ſecundum eſſentiam, ſed ſunt vnum, & indiuiſa, quantum ad eſſe, copulantis duas naturas. Eſt etiam ibi vnitas, & indiuiſio quoad ſuppoſitum ſubſiſtens in duabus naturis. Et quantum ad hoc poteſt dici indiuiſio entitatiua, ideſt indiuiſio in aliqua entitate non quidem ex illis naturis reſultante, ſed vt prædictum eſt, quia ſunt indiuiſa, quoad ſuppoſitum. Sed præter hanc vnitatem eſt etiam ibi vnio, quia impoſſibile eſt aliqua eſſe vnita ſine vnione.

¶ Dico ſecundò, quod iſta vnio eſt per modum mixturæ ratione indiuiſionis ſupradictæ, quia ea quæ miſcentur conueniunt in vno eſſe.

¶ Dico tertiò, quòd vnio dicitur eſſe qua Chriſtus eſt ſubſtantialitèr homo, non quod vnio ſit qua dicitur homo, ſed humanitas vnita perſonæ, & tracta ad eſſe diuinæ perſonæ eſt quo Chriſtus dicitur homo verè, & ſubſtantialitèr.

Secundò nulla terminatio exterioris relationis facit, quod aliqua ſint verè vnum, alioquin Deus faceret verè vnum cum vniuerſo, cùm terminet extrinſecè relationem vniuerſi ad ipſum: ergo Chriſto non eſt vera vnitas ex hoc, quod terminat extrinſecè relationem humanitatis ad ipſum.

Reſpondeo concedo totum, ſed eſt vbi vnitas propter ea quæ ſupra diximus ad primum, vniuerſum enim, & Deus non conueniunt in vno eſſe, nec in vno ſuppoſito.

Dico ſecundò, quòd proprietas verbi nõ terminat intrinſecè naturam aſſumptam, vt arguẽs putat, exiſtimans ea ſolum eſſe vnita propter hoc, quod proprietas Verbi intrinſecè terminat humanitatem. Non enim intrinſecè terminat eo modo, quo punctus lineam, aut linea ſuperficiem, nec ſicut forma materiam, nec ſicut differentia terminat genus.

¶ Et propterea humanitas Chriſti eſt ſufficientèr terminata intrinſecè per animam rationalem, ideò non indigent tali intrinſeca terminatione, ſed bene terminat extrinſecè, quia in natura aſſumpta eſt relatio realis, quàm terminat relatio Verbi aſſumentis.

Dico tertiò, quod prædicta vnio non eſt ſicut aceruus, quia in aceruo quęlibet pars habet proprium eſſe, ſed in Chriſto humanitas non habet proprium eſſe, ſed tantum eſſe diuini ſuppoſiti, & talis indiuiſio quoad eſſe ſufficit ad hoc, quod aliqua conſtituant verè vnum, ſicut etiam materia, & forma faciunt vnum.

Tertiò. Vnio partium continui non eſt relatio, alioquin in continuo eſſent infinitæ relationes, ſicut infinitæ partes: ergo vnio humanitatis cũ Verbo non eſt relatio, & ſimilitèr vnio materiæ cum forma.

Reſpondeo, quòd vnio partium continui nõ eſt relatio realis, ſed rationis, quia nulla pars cõtinui eſt in actu, ſed tantum in potentia, nec partes continui habent quidditates diuerſarum rationum, ſecus eſt de materia. & de forma, & Verbo, & humanitate aſſumpta.

Dico ſecundò, quod materia. & forma non ſunt vnum, nec ſunt indiuiſa entitatiuè, & ſimilitèr humanitas, & Verbum, alioquin eſſent vna entitas, ſed bene conueniunt in vno eſſe, vt dictum eſt.

*Concluſio II.* Reſpectus vnionis non eſt terminus aſſumptionis. Hanc probat ſic vbi ſuprà. Nullus motus, ſiuè mutatio, ſiuè quæcũque actio terminatur primò, & per ſe ad relationem, vt dicitur 5. phyſ. ſed aſsũptio eſt actio ſaltem ſecundum modum ſignificandi, ergo nõ terminatur ad vnionem: quæ eſt relatio.

Ex hoc ſequitur corollariè, quòd terminetur ad perſonam aſſumentem, quia aut termina-



Digitized by Google

tur ad perſonam,aut ad relationem, non ad relationem:ergo ad perſonam.

Contra arguit Durandus. Ad reſpectus,qui non ſunt de genere relationis, ſed ſunt reales modi eſſendi, poteſt eſſe motus, ſicut patet de vbi ad quod terminatur motus localis, ſed eſſe vnionis eſt realis modus eſſendi, nec eſt de genere relationis:ergo ad eam poteſt terminari aſſumptio.

Reſpondeo primò, quod reſpectus de genere vbi poſſunt eſſe termini motus,non tamen niſi acquiſito aliquo abſoluto,puta loco.

Dico ſecundò,quod nullus reſpectus de genere relationis poteſt primo,& per ſe terminare motum,conſtat autem, quod reſpectus vnionis ad vnibile,vel vniti ad vnitum non reducitur ad aliquod vltimorum ſex prædicamentorum, vt de ſe patet,ſed oportet, quod reducatur ad genus ad aliquid.

Dico tertiò,vnio Verbi Diuini non dicit realem modum eſſendi in Verbo Diuino, ſed tantum reſpectum rationis.

Contra corollariū arguit. Nullus terminus actionis præcedit actionem, quam terminat, quia vt dicitur ſecundo de generatione, præſentibus habitibus,ceſſat motus, ſed Perſona Diuina præcedit aſſumptionem, cum fuerit ab æterno; ergo non eſt terminus eius.

Reſpondeo negatur maior. Nam in motu nutritionis hominis terminus motus eſt anima rationalis, quæ acquiritur in materia,quæ prius erat ſub forma alimenti, & tamen anima rationalis præceſſit illam nutritionem. Idem patet in reſurrectione, poteſt ergo terminus actionis præcedere actionem, quam terminat: ſed ſub alio modo eſſendi, & ſic intelligit Philoſophus, quod præſentibus habitibus in materia ceſſat motus,non tamen dicit abſolutè,quod præſentibus habitibus. In propoſito de quo loquitur Perſona Diuina ſubſiſtebā in ſuo eſſe ante incarnationem, ſed nullli creaturæ communicabat illud, poſt incarnationem verò communicauit ipſum creaturæ aſſumptæ.

Contra. Omnis terminus aſſumptionis acquiritur per aſſumptionem,ſed non acquiritur humanitas in Chriſto per aſſumptionem: ſed tantum vnio;ergo vnio & non aliud eſt terminus aſſumptionis.

Reſpondeo negatur minor:quia humanitas aſſumpta dicitur acquiſita, inquantum eſt tracta ad eſſe perſonale verbi diuini, & ſimiliter natura aſſumpta quodammodo acquiſiuit perſonam diuinam inquantum exiſtit in illa, & per eſſe eius de nouo.

*Concluſio III.* Vnio naturarum in Chriſto eſt maxima inter creatas vniones. Hanc ſic probat 3.diſtinct.præſenti. Illa vnio eſt maxima ſimpliciter,qua aliqua vniuntur in maxime vno ſimpliciter, ſed inter vniones creatas vnio naturarum in Chriſto fit in maximè vno ſimpliciter,ſcilicet in perſona diuina: & ad eam terminatur:ergo &c.

Notanter dixi inter creatas vniones: quia vnio diuinarum perſonarum in eſſentia diuina eſt maior iſta: quia perſonæ non ſolum conueniunt in eſſentia quæ eſt maximè vna:ſed etiam quælibet perſona eſt idem realiter cum eſſentia humanitas autem non eſt idem cum verbo diuino in quo vnitur diuinæ naturæ.

Contra arguit Durandus hic quæſt.3. Illa vnio eſt maior, cuius extrema magis faciunt vnum,& intimius,ſiue inſeparabilius vniuntur, ſed extrema alicuius alterius vnitatis ſunt huiuſmodi,ſicut patet de vnione materiæ, nam materia & forma faciunt vnam eſſentiam; non autem humanitas & verbum diuinum,& ſimiliter materia eſt inſeparabilis à forma; humanitas autem non eſt inſeparabilis à diuino ſuppoſito, ergo vnio materiæ & formæ eſt maior illa vnitate.

Reſpondeo negatur maior maioritas enim vnionis ſimpliciter attenditur penes hoc quòd extrema vniantur in maxime vno;& non penes hoc,quòd eſt facere maxime vnum ſiue eſſe inſeparabilia; quamuis penes iſta dicatur aliqua vnio eſſe maior ſecundum quid.

## QVAESTIO II.

*5.Diſtinct.3.Sent.*

QVæritur ſecundò, Vtrum diuina eſſentia poſſit alicui creaturæ vniri tanquam forma.

PRO quæſtione hæc eſt prima concluſio rñſiua ad quæſitum.Nec diuina eſſentia nec proprietas perſonalis diuina poteſt vniri alicui creaturæ corporeæ tanquam forma propriè loquēdo de forma.

Hanc ſic probat S.D.1.q.3,8. Quicquid vnitur alteri vt forma facit compoſitionem cum eo, ſed diuina eſſentia non eſt alteri componibilis,cum ſit ſimpliciſſima ergo.

*Concluſio II.* Nec diuina eſſentia,nec proprietas perſonalis eſt vnita humanitati Chriſti;nec eius carni, vt forma.

Hanc ponit S.D. 4. contra cap. 32. & eius probatio patet ex præcedenti concluſione.

Contra arguit Ioan.de Ripa in ſuis determinationibus.Tranzonum. Omnis perfectio quæ eſt in creatura eſt in Deo,ſed in qualibet forma creata eſt perfectionis dare eſſe intrinſecè, ergo hoc conuenit Deo,ita quòd diuina eſſentia non

Digitized by Google

non dat eſſe informatiuè;ſed ſubſiſtentiæ & terminatiuè.

Reſpondeo negatur maior quando talis perfectio habet imperfectionem adiunctam dare autem eſſe formaliter habet annexam imperfectionem ſcilicet limitationem & compoſitionem, vt dicit Commen. & Philoſophus in 2. de anima com.4.& 8.meta.com 16.

¶ Dico ſecundo quòd nulla forma poteſt dare eſſe formaliter, niſi informet id cui dat eſſe. Omnis enim forma, vt dicit S D.q.3.1.aut eſt forma à qua aliquid formatur, vt eſt forma, quæ agens agit, aut eſt fórma, ad quam aliquid formatur ſicut eſt forma exemplaris, aut eſt forma, ſecundum quam aliquid formatur, & iſta eſt forma quæ vnitur formabili, & dicitur informare.

Secundò. Deus ad extra eſt immensè potens tam intenſiuè quam extenſiuè: ergo poteſt habere ad extra terminum adæquatum, ſed non producendo; quia nulla creatura poteſt eſſe infinita, ergo communicando ſuum eſſe quòd eſt infinitum conſequentia patet antecedens probatur poſſe actiuum eſt perfectio ſimpliciter, ergo eſt formaliter infinitum in Deo, ſed non ad intra, ergo ad extra maior patet minor probatur. Si poſſe ad intra puta poſſe generare filium eſſet formaliter infinitum, ergo hoc eſt aut quia per tale poſſe producitur eſſe infinitũ puta eſſe diuinum, ſed hoc eſt hæreticum, aut quia tale eſſe communicatur, ſed propter hóc poſſe generare non eſt poſſe infinitum; quia tale eſſe correſpondet alicui potentiæ actiuæ, vel productiuæ, cum non poſſit produci, eſſe autẽ quod correſpondet potentiæ productiuę patris ad intra eſt eſſe per quòd diſtinguitur filius à patre, tale autem non eſt infinitum cum ſit eſſe relatiuum, ergo poſſe reſpectu talis eſſe non eſt poſſe formaliter infinitum.

Reſpondeo, negatur prima conſequentia; quia ad infinitatem intenſiuam potentiæ actiuæ ſufficit, quòd quocunque effectu producto, poſſit perfectiorem producere. Et ad infinitatem extenſiuam ſufficit quod vltra omnem multitudinem datam poſſit alios effectus producere, nec eſt dare maximam multitudinem à tali potentia producibilem; neo maximam perfectionem formaliter per eam communicabilem vnde non poteſt talis potentia habere terminum ad extra ſibi adæquatum.

¶ Dico ſecundò, quòd infinitas diuinæ potentiæ manifeſtatur ſufficienter ex productione rerum de nihilo, vt in primo diſtinct. quadrageſimatertia declarauimus.

¶ Dico tertiò, quòd licet antecedens ſit verum, non tamen bene probatur ab arguente. Nam poſſe diuinum eſt infinitum tam ad intra quàm ad extra. Nam poſſe generare eſt infinitum formaliter quantum ad id quod dicit in recto, ſcilicet quantum ad eſſentiam, & quantũ ad hoc communicatur filio, habet autem tale poſſe infinitatem non ex hoc quod per ipſum communicetur, aut producatur eſſe infinitum, ſed hoc habet ex infinitate ſuæ radicis, ſcilicet eſſentiæ, in qua fundatur, & ſecundum quod poteſt in infinita obiecta non quidem actu, ſed potentia, & ſucceſſiuè, & ſecundum quod poteſt ſemper intenſius operari, ſecundum quem modum poteſt Diuina Potentia, quæ nunquã agit ad extra ſecundum ſuum totum poſſe, loquendo de actione prout attingit creaturam, quia nulla creatura eſt capax totius influxus Diuinæ Potentiæ, vnde dato per impoſſibile, quod per poſſe generare in diuinis nihil nunquam generaretur adhuc eſſet infinitũ formaliter propter infinitatem Diuinæ eſſentiæ in qua fundatur.

¶ Dico quartò, quod Filius producitur non ſolum in eſſe relatiuo, ſed etiam in eſſe diuino, quia non ſolum iſta eſt vera, pater genuit filiũ, ſed etiam illa. Deus genuit Deum, in cuis generatione Diuina eſſentia communicatur per generare, quod eſt agere, alioquin per tale agere nihil produceretur.

Tertiò Diuina eſſentia eſt forma, & eſt vnita humanitati Chriſti: ergo eſt ei vnita formaliter, maior patet; minor eſt fidei. Si dicatur quod non eſt vnita Diuinitati in eſſe Diuinitatis, ſed in eſſe perſonæ Verbi.

Contra, ex hoc ſequitur, quòd homo non ſit Deus, quia Verbum non eſt Deus per ſuam rationẽ perſonalem, ſed per rationem Diuinitatis.

Reſpondeo negatur conſequentia. Sicut non valet, Anima rationalis vnitur ſuis habitibus, puta ſapientiæ, & virtutibus, & anima eſt forma: ergo vnitur eis formalitèr, immò vnitur ei, vt ſubiectum ſic in propoſito.

Dico ſecundò non eſſe vnita Diuinitati, vt per eſſe Diuinitatis ſuppoſitaretur, ſed tantum per eſſe Verbi, dicitur tamẽ, ꝙ homo eſt Deus, nõ quia humanitas ex vnione ad Diuinitatẽ dicatur Deus, ſed quia Verbũ Diuinũ in natura humana ſubſiſtit, & ab ea denominatur homo, ſicut à diuina denominatur. Et ideo dicitur ꝙ eſt facta vnio in perſona, quia remãſit eadem perſona ſubſiſtens in duabus naturis, & non eſt facta vnio in natura, quia ex duabus illis naturis non eſt conſlata vna natura.

Quartò eſſe perſonale Verbi eſt formaliter vnitum naturæ humanæ, quæ per Verbi ſubſiſtentiam ſubſiſtit: ergo etiam eſſe eſſentiale poteſt ei formaliter vniri, tenet cõſequentia, quia eſſe eſſentiale eſt magis communicabile quam



Digitized by Google

eſſe perſonale cum communicetur ad intra, eſſe vero perſonale non communicetur.

Reſpondeo, dico primò, quod cum eſſe ſit abſolutum in Diuinis eſt tantum vnum eſſe, vt dictum fuit in primo, quando autem dicitur, quod vnio eſt facta in eſſe perſonali, & non in eſſentiali, nihil aliud ſignificatur niſi quod humana natura eſt primo vnita Perſonæ Diuinæ, quàm eſſentiæ.

Dico ſecundo, quod humanitas in Chriſto non ſubſiſtit formaliter per eſſe Diuini Verbi, ita quod tale eſſe ipsã informet, ſed benè trahitur ad eſſe ipſius Verbi quod vnitur naturæ humanæ realiter, & propter hoc dicitur ſubſiſtere ſubſiſtentia Diuini Verbi; quia illa humanitas non habet propriam ſubſiſtentiam, ſed vnitur ſubſiſtenti, quod eam ad ſe trahit.

Quintò, Deus eſt actiuior omni agente creato: ergo per Diuinum agere eſt communicabilis perfectio excedens omnem perfectionem communicabilem per agens creatum, inquantum diuinum agere excedit agere creatum, ſed diuinum agere excedit creatum in infinitum: ergo perfectio communicabilis per agere diuinum excedit in infinitum perfectionem communicabilem per creaturam, ſed tantum Diuina perfectio eſt infinita: Deus poteſt illam cõmunicare creaturæ.

Reſpondeo, dico primò, quod ſimilitèr argueretur, quòd Deus poſſet ad extra producere effectum infinitum, & per conſequens qui ſit Deus.

Dico ſecundò, quod vltima conſequentia eſt falſa, ſed ad illum exceſſum ſufficit, quod diuina actiuitas non poſſit producere tot effectus, quin adhuc plures producere poſſit ſine ſtatu, ex hoc eſt poſſe communicare infinitam perfectionem in potentia, non autem in actu, quia nulla creatura eſt capax infinitæ perfectionis, nec poteſt formalitèr ſubſiſtere per eſſe infinitum.

Contra. Realis communicatio ad extra diuini eſſe eſſet maior, quàm per participationẽ: ergo talis communicatio eſt Deo attribuenda.

Reſpõdeo, quod ſimilitèr ſequeretur, Deum poſſet producere effectum infinitum actu, quia ex hoc maior eſſet diuina actiuitas, quã ſi producat tantum effectum finitum, negant tamen omnes Theologi, quod ſit producibilis effectus actu infinitus. Similitèr non ſequitur maior eſſet actiuitas Solis ſi communicaret lapidi lucem, quàm ſi non communicaret: ergo hoc ei eſt attribuendum.

Dico ſecundò, quod antecedẽs eſt falsũ, natura niſi Diuina actiuitas eſt Diuina eſſentia, quę ſi communicaretur creaturæ, realiter incideret in compoſitionem, & per conſequens non eſt maior, ſed minor.

Contra. Nulla maior actiuitas cogitari poteſt quam diuina, ſed cogitari poſſet maior ſi communicatur tantum per participationem, puta ſi communicatur realiter, tunc enim eſſet maior in ratione actiuitatis.

Reſpondeo, quod nulla poteſt cogitari maior ſine contradictione, quòd autem Diuina actiuitate communicetur realitèr Diuinum eſſe creaturæ implicat contradictionem, & in iſta reſponſione ſto, & per hoc reſpondeo ad totum iſtud argumentum, & ad replicas.

Ad primam enim negatur conſequẽtia, quia licet omnis maior actiuitas ſit Deo attribuenda, non tamen ſi implicet contradictionem, ſicut eſſet in propoſito. Ex omnibus reſponſionibus habetur quod Diuina eſſentia, nec diuinum eſſe poteſt vniri alicui tanquam forma intrinſecè, tùm quia faceret cum eo compoſitionem, tùm quia eſſet potentialis, tùm quia haberet rationem partis.

Contra hoc arguit idem, probando quod prędictæ tales conditiones tres non ſunt de ratione formæ actuantis, & hoc quia non conueniunt formæ accidentali, quod probat multiplicitèr, primò. Quælibet forma conſtitutiua ordinatur ad conſtitutum tanquam ad finem, & tanquam ad id per quod ſubſiſtit, ſed forma accidentalis nõ ordinatur ad finem, niſi ad ſuã ſubſtantiam: ergo ex forma accidentali, & ſubſtantia non cõſtituitur vnum tertium, alioquin ordinaretur etiam ad illud tanquam ad finem, & per conſequens non tantum ad ſubſtantiam.

Reſpondeo, negatur minor, accidens enim ordinatur ad ſubſtantiam tanquam ad id à quo ſuſtentatur, ordinatur verò ad conſtitutum ex ipſo, & ſubiecto tanquam pars ad totum, quod habet rationem finis reſpectu partium, quia partes ſunt propter totum. Quod autem ex accidente, & ſubiecto aliquod tertium conſtituatur patet ex verbis Philoſophi, & Commẽt. ſeptimo metaphiſ. comment. vigeſimoſexto, & vigeſimoſeptimo, vbi dicunt quod nec materia, nec forma per ſe fiunt, ſed compoſitum, & exẽplificat non ſolum de factionali, ſed etiam de accidentali, ſed etiam de accidentali dicens, quod cum fit ſphæra nec materia, nec forma fit niſi per accidens, ſed per ſe fit compoſitum ex vtroque. Idem ponunt primo phyſicorum comment. quarto, & ſexto.

Secundò. Cuiuslibet accidentalis ſubſtantia eſt vltima ſubſiſtentia, vt dicitur 7. & 8. metaphiſ. ſed ſi ex ſubſtantia, & accidente tertia entitas conſtituitur, tunc ſubſtantia non erit vltima ſubſiſtentia accidentis, ſed id conſtitutum ex vtroque, nàm partes cum ſint tantum potentia in toto, participant eſſe totius: ergo, &c.

Confirmatur, quia ex hoc ſequitur, quod aliquid

Digitized by Google

quid, ꝙ nõ eſt ſubſtãtia ſit finis, & ſubſiſtẽtia ſubſtãtiæ, hoc eſt ſalsũ: ergo conſequẽtia probatur. Omne totum eſt finis, & ſubſiſtentia ſuarum partium, ſed illa tertia entitas non eſt ſubſtãtia, & accidens: ergo.

Reſpondeo. Et dico primò, quod ſubſiſtentia accipitur duplicitèr. Vno modo pro eo, quod eſt in aliqua natura ſubſiſtẽte, & quod ab eo denominatur ſicut ab albedine album, & ſic ſola ſubſtantia eſt principalis ſubſiſtentia accidentis, & talis appellatur ſubſiſtentia denominatiuè cum enim dicatur lignum eſt album, tale denominatur lignum in concreto: qualis eſt albedo in abſtracto. Alio modo accipitur ſubſiſtentia formalitèr, & intrinſecè, & hoc eſt entitas reſultans ex ſubiecto, & accidente. Iſta enim propriè dicitur ſubſiſtentia, quia non habet eſſe in alio, ſed ſubſtantia, & accidens habet eſſe in ea ſicut partes in toto, ſunt enim eius partes formales.

Dico ſecundò, quod licet ſubſtantia ſit finis proximus accidentis, & eius ſubſiſtentia denominatiua, finis tamen remotus eſt ipſum conſtitutum ex ſubſtantia, & accidente, & hoc eſt etiã eius intrinſeca, & formalis ſubſiſtentia.

Ad confirmationem. Dico quod accidens non eſt finis ſubſtantiæ, inquantum ſubſtantia eſt, ſed econtra; puta albedo non eſt finis hominis, inquãtum homo eſt, ſed talis finis eſt Deus, vel beatitudo, vel vniuerſum, quia tamen omnis perfectio poteſt dici finis ſui perfectibilis, inquantum ſe habet ad illam perfectionem, vt potentia ad actum, immò accidens poteſt ſecũdum quid dici finis ſubſtantiæ, & ſecundum quid nobilius ſubſtantia, vt dicit Sanct. Doct. 4. diſtinct. 49. 1. 2. Vnde, & Philoſophus 2. cœli, & Commentat. commen. 17 dicunt quod actio, rerum ſunt aliquando fines earum, poteſt ergo ſubſtantia ordinari ad conſtitutum ex ea, & ſuo accidente, tanquam ad finem ſecundum quid non tamẽ tanquam ad finem principalem, quia nõ omnis perfectio eſt principalis finis ſui perfectibilis, vt dicit Sanct. Doct. 3. contra cap. 23. nec omne totum eſt principalis finis ſuę partis, nec eſt inconueniens, quod ſubſtãtia, vt ſubſiſtentia ſubſtantia ſubſiſtat hoc modo per illã tertiam entitatem tanquam per ſubſiſtentiam formalem, ſed bene non poteſt ſubſiſtere per illud ſubiectiuè.

Tertiò. Aut illa tertia entitas eſt vnum per ſe, aut vnũ per accidens, nõ quomodocũq; quia ex ſubſtantia, & accidente non ſit vnum per ſe, non per accidẽs, tùm quia illa entitas eſt diſtincta ab accidente, & à ſubiecto: ergo eſt per ſe vnum, tum quia habet eſſentiam ſibi propriam: ergo eſt vnum per ſe, tùm quia, aut dicitur ens per accidens, quia eſt de genere accidentis, & hoc non, nam tunc albedo eſſet ens per accidens, quod eſt falſum, cum ſit in prædicamento, aut dicitur ens per accidens, quia id à quo habet formalitèr entitatem, & vnitatem eſt accidens, ſed propter hoc nõ debet dici ens per accidens. Nam ſi ex albedine, & ſubiecto reſultat tertia entitas ipſa neceſſariò corrumpitur ad ſeparationem albedinis à ſubiecto; ita quod albedo per ſe exigitur ad conſeruationem illius entitatis, ſicut anima ad eſſe hominis: ergo nõ eſt ens per accidens.

Reſpondeo, quod illa tertia entitas eſt ens per accidens, & nõ per ſe, nam ad ens per ſe requiritur quod eius eſſe nõ dependeat formalitèr ab alio, iſta autem tertia entitas non eſt huiuſmodi, & hoc magis declaro. Nam in vnare non poſſunt eſſe plura eſſe per ſe, nec ens per ſe, cum igitur ſubſtantia ſit prius ens per ſe quã vnitur ei accidens, non poteſt ex tali vnione cõſtitui ens per ſe, conſtituitur autem ens per ſe ex vnione materiæ, & formæ, quia ante illam vnionem neutrum eorum habet per ſe eſſe præcipuè materia.

Ad primam, & ſecundam improbationem negatur conſequentia. Non enim ſequitur ſi eſt res diſtincta, quod ſit per ſe vna. Nam ad ens per ſe oportet, quod in eo non ſint res diuerſorum prædicamentorum, conſtitutum autem ex ſubiecto, & accidente dicit naturas diuerſorum generum, requiritur etiam indiuiſo, quãtum ad eſſe, ideſt nullum eorum ex quibus conſtituitur ens per ſe habeat per ſe eſſe; & ſi habet, quod alteri communicet, ſicut anima cõmunicat ſuum eſſe materiæ, non autem ſic eſt in propoſito, licet .n. vna pars iſtius conſtituti puta accidẽs communicet ſuum eſſe alteri parti, ſcilicet ſubſtantiæ non tamen ecõtra, requiritur etiam ad ens per ſe quod vtrumque ſit tantum per idem eſſe, vt patet de materia, & forma, nõ ſic eſt in propoſito, quia aliud eſt eſſe ſubſtantiæ, aliud accedentis.

Ad tertiam probationem negatur conſequẽtia, quia diuiſio eſt inſufficiens. Non enim tale conſtitutum dicitur ens per accidẽs propter aliquam illarum cauſarum, ſed quia nõ includit indiuiſionem in eſſe cum ibi ſint plura eſſe, ſcilicet ſubſtantiæ quo ſubſtantia dicitur per ſe eſſe, & eſſe accidentis quo eſſet per ſe ens ſi ſepararetur, & licet accidens neceſſariò concurrat ad eſſe illius conſtituti ex ſubſtantia, & accidente, tamẽ principalior eius pars, ſcilicèt ſubſtantia poteſt eſſe ſine tali eſſe, & remanere idẽ ens actu, quod prius.

• Ex prædictis ſequitur, quòd nũquam ex accidẽte, & ex eo cui aduenit, ſiuè id cui aduenit, ſit ſubſtãtia, ſiuè accidẽs ſit vnum per ſe, quia id cui aduenit accidens prius natura habet eſſe actu,

Digitized by Google

actu, quàm recipiat accidens.

Quartò. Nullum conſtitutum per aliquam formam eſt perfectius intenſiuè, quàm illa forma, quia forma communicatur ſubiecto ſecũdum totam latitudinem ſui eſſe eſſentialis, & ſic non ſub remiſſiori gradu conſtituit tertiam entitatem, quàm ſit ſuus gradus eſſentialis: ergo ens per accidens erit ita perfectum, ſicut ens per ſe, quod videtur falſum.

Reſpondeo, quod ens per accidens poteſt eſſe nobilius aliquo ente per ſe, ideſt accidente, conſtitutus ipſius, licet vnitas ſit maior in accidente quàm in ente per accidens.

Quintò. Si ex vnione accidentis ad ſubiectum cauſatur tertia entitas, ſequitur quòd talis entitas ſit per ſe terminus alterationis, ſed hoc eſt falſum: ergo maior patet, minor probatur. Si alteratio habet per ſe terminum, ſequitur quòd ſit per ſe productio, ſed hoc eſt falſum, quia eſt mutatio accidentalis, & non productio per ſe.

Reſpondeo, quod illa propoſitio eſt vera, alteratio eſt productio, & eſt in primo modo dicendi per ſe, vel ſecundo modo diſtinguitur tamen ratione, quia dicitur alteratio reſpectu ſubiecti quod alteratur, & dicitur productio reſpectu illius, quod conſtituitur ex ſubiecto, & accidente, ſicut etiam eadem eſt mutatio materiæ, & productio ſiuè generatio cõpoſiti, ſed implicant diuerſos reſpectus, quia dicitur mutatio reſpectu materiæ, & generatio reſpectu compoſiti, & ſimiliter idem eſt formam introduci in materiam, & ipſam cõſtituere compoſitum, tamen prius ſecundum rationem introducitur in materiam quàm conſtituat ſuppoſitũ, nec ipſum poſſet conſtituere niſi materiæ vniretur.

## QVAESTIO III.

*Diſtinctio. 3. Sent.*

QVæritur tertiò. Vtrum Filius Dei aſſumpſit naturam humanam in vniuerſali.

Pro queſtione primò reſpondetur iſta concluſione negatiua, Filus Dei non aſſumpſit naturam humanam in vniuerſali prout vniuerſalis eſt, nec ab indiuiduis ſeparatam.

Hanc ſic probat tertia parte, quæſtione quarta, articulo quarto, Filius Dei aſſumpſit naturam humanam, prout eſt in rerum natura, & in indiuiduo, ſed in rerum naturá extra intellectũ non eſt vniuerſalis: ergo, &c.

Quantum ad hanc concluſionem nullus dubitat in ſe, ſed dubium eſt vtrũ vniuerſalia ſint extra intellectum, & ideo ad hanc difficultatem declarandam præmitto, quòd vniuerſale poteſt accipi quatuor modis. Vno modo pro eo quod denominatur vniuerſale actu, vel potentia, & hoc eſt accipere vniuerſale materialitèr. Secũdò accipitur vniuerſale formalitèr, ideſt pro intentione, qua aliquid denominatur vniuerſale. Tertiò accipitur vniuerſale pro aggregato ex materiali, & formali. Quarta accipitur pro ipſo vniuerſali materiali, non quidem abſolutè, ſed vt ſtat ſub formali.

Ex his pono tres concluſiones de vniuerſalibus. Quarum prima hæc eſt, vniuerſale dictũ nullo modo eſt per actũ intellectus noſtri, probatur. Nulla natura exiſtens in ſingularibus, eſt facta per intellectum noſtrum, ſed tale vniuerſale eſt huiuſmodi: ergo, &c.

*Concluſio II.* Vniuerſale formalitèr dictum eſt per actum noſtri intellectus, probatur. Omnis intentio eſt per actum intellectus, ſed vniuerſale hoc modo non eſt aliud quàm intentio: ergo, &c.

Contra arguit Scotus ſuper 7. metaphiſ. qu. 18. obiectum intellectus non ſit ab intellectu, cùm præcedat intellectum, ſicut obiectum potẽtiam, ſed vniuerſale eſt obiectum intellectus: ergo, &c.

Ad hoc argumentum reſpondetur triplicitèr, prima reſponſio eſt, quod vniuerſale eſt obiectum intellectus poſſibilis, & præcedit ipſum, nec ſit ab intellectu poſſibili, ſed ab intellectu agente, cuius non eſt obiectum.

Contra hanc reſponſionem arguit multiplicitèr, primò. Id quod eſt per intellectum agẽtem eſt pura intentio, ſed vniuerſale non eſt pura intentio, alioquin nullum vniuerſale prædicaretur de ſuis inferioribus in quid, quia intentiones non prædicantur de rebus quidditatiuè: ergo, &c.

Reſpondeo, negatur minor de vniuerſali formalitèr accepto, nec tale vniuerſale prædicatur in quid de aliqua ſubſtãtia, ſed vniuerſale quod prædicatur in quid de ſubſtantia, eſt vniuerſale materialitèr acceptũ, vt ſtat ſub vniuerſali formali, ita quod ſolum materiale prædicatur, ſed vt ſtat ſub formali. Nam natura animalis, vt eſt concepta ab intellectu prædicatur de natura hominis vt eſt cõcepta, nõ tamẽ prædicatur intentio de intẽtione, puta quod ſpecies ſit genus, ſed prædicatur res de re.

Secundò, ſi vniuerſale ſit ab intellectu agente, & non ab intellectu poſſibili, ſequitur, quod quilibet homo habeat duos intellectus, hoc eſt falſum: ergo, &c.

Reſpondeo, negatur minor, & dico, quod homo habet duos intellectus partiales, ſed vnicũ totalem.

Tertiò ſequitur, quod nulla generatio ſit vniuoca ſine conſideratione intellectus agentis, hoc

Digitized by Google

hoc eſt falſum, vt patet ſeptimo metaphiſ. ergo, &c. maior probatur. Nulla generatio dicitur vniuoca, niſi quia genitum, & generans habent eandem naturam communem, & vniuerſalem, ſed vniuerſale non eſt niſi per actum intellectus per te: ergo, &c.

Reſpondeo, quod in generante, & in genito non eſt aliqua vna natura vnitate reali, ſed vnitate rationis, illa enim humanitas, quę in Sorte, non eſt in Platone, ſed benè dico, quòd generãs & genitum habent ſimilitudinem in natura cõmuni.

Contra proximum fundamentum realis ſimilitudinis eſt vnum, vt dicitur 5. metephiſ. ſed fundamentũ ſimilitudinis, quod eſt inter generans, & genitum non eſt ipſum generans, nec ipſum genitum: ergo eſt aliquid commune vtrique.

Reſpondeo, dico primò, quòd natura communis in qua genitum eſt ſimile generanti, poteſt conſiderari tripliciter. Vno modo abſolutè abſtrahendo ipſam ab omnibus, qua non ſunt de quidditate eius, & omni eſſe, quòd habet in ſuppoſitis, & ſic habet quandam vnitatẽ in eſſe quidditatis, & eſſentiæ, eſt enim vna eſſẽtia, quam quidem vnitatem non habet ab intellectu, ſed ex ſeipſa. Iſta autem vnitas non eſt realis in actu, quia nec quidditas conſiderata extra omnia ſua ſuppoſita eſt quid propriè reale in actu, ſed ſolum in potentia, quia perfectã realitatem accipit per ſua inferiora, ſicut & eſſe.

¶ Alio modo conſideratur natura, vt eſt in ſuppoſitis, & ſic accidit ei vnitas, & pluralitas ſecundum quod eſt in vno, vel in pluribus.

¶ Tertiò modo conſideratur ſecundum eſſe quod habet in intellectu, & ſic habet quandam vnitatem rationis quam dat ei intellectus abſtrahendo eam à principijs indiuiduantibus, quæ talem naturam diſtiguunt, abſtractis enim principijs diſtinctiuis res remanet indiſtincta.

Dico ſecundò, quòd proximum fundamentum ſimilitudinis eſt vnum vnitate reali in potentia, & non in actu. Natura enim albedinis habet aptitudinem ad vnitatem realem, ſi ea quæ ſunt extra rationem albedinis auferãtur, & ſimilitèr natura humana.

Dico tertiò, & melius, quòd natura cuiuslibet vniuerſalis eſt in potentia ad vnitatem rationis, quæ completur per actum intellectus, & vt ſic eſt fundamentum ſimilitudinis.

De hac materia diffusè dictum eſt in primo diſtinct. 31. vbi dictum eſt in quo fundatur ſimilitudo.

Secunda reſponſio ad principale argumentum eſt iſta, quod vniuerſale formale, ideſt ipſa intentio vniuerſalitatis, vel ipſa vniuerſalitas non eſt obiectum intellectus, ſed eſt tantum conditio obiecti, nec eſt id quod intelligitur, ſed eſt id ſub quo obiectum intelligitur.

Contra. Aut iſta conditio eſt facta ab intellectu, aut non. Si non, habeo propoſitum. Si ſic: ergo non eſt conditio neceſſaria, quia prius fuit obiectũ in intellectu, quã intellectus daret ei talem conditionem.

Reſpondeo, quod iſtam conditionem facit intellectus agens, nec obiectum prius intelligitur ab intellectu poſſibili, quam habeat hanc cõditionẽ, licet prius abſtrahatur à conditionibus indiuiduantibus per intellectum agentem.

Ex hoc ſequitur, quòd nullum vniuerſale eſt in re ante omnem actionem intellectus. Sequitur etiam, quod nullo intellectu conſiderãte, nullum eſt vniuerſale in actu, & per conſequens, quod obiectum ſcientiæ habitualis non eſt vniuerſale in actu, ſed tantnm in potentia.

Contra, omne mouens eſt prius moto, ſed vniuerſale mouet intellectum: ergo eſt prius.

Reſpõdeo, negatur minor, quia vniuerſale non ſe habet ad intellectum agentem, ſicut mouens ad mobile, ſed ſicut cauſa ad effectum, ſecus eſt de poſſibili intellectu.

Tertia reſponſio ad principale argumentum eſt iſta, quod licet obiectum in potentia præcedat potentiam, tamen obiectum in actu eſt ſimul cum potentia, vniuerſale autem eſt obiectum in actu, vt ſtat ſub intentione vniuerſalitatis.

Contra, obiectum etiam in actu eſt prius natura potentia: ergò in illo priori præcedit potentiam, ſed vniuerſale eſt obiectum intellectus poſſibilis, ergo eſt prius intellectu.

Reſpondeo, concedo totum, ſed cum hoc ſtat, quòd eſt poſterius intellectu agente.

*Concluſio III.* Vniuerſale aggregatum ex materiali, & formali ſimul eſt partim in re extra, & partim ab intellectu. Ipſa natura cui attribuitur intentio vniuerſalitatis eſt extra animam, intentio autem vniuerſalitatis eſt ab intellectu.

Eſt autem differentia inter iſtud vniuerſale, & vniuerſale acceptum primo, vel ſecundo, vel quarto modo ſuprapoſito: quia iſtud eſt ens per accidens: quia in recto dicit res diuerſorũ generum, ſcilicet naturam, & intentionem. alia vero ſunt ens per ſe: quia vel ſignificant tantum naturam: ſicut eſt vniuerſale primo modo, vel tantum intentionem, ſicut vniuerſale ſecundo modo, vel naturam in recto, & intentionem in obliquo, ſicut vniuerſale quarto modo.

Contra arguit Scotus primo. id quod partim eſt in re, & partim in intellectu non habet enim rationem, ſed vniuerſale habet vnam ratio-

tio-

Digitized by Google

tionem,cum prædicetur vniuocè: ergo,&c.

Reſpondeo,quod ratio accipitur tripliciter. vno modo pro conceptu formali. alio modo pro conceptu obiectiuali, quod eſt ipſa natura in eſſe quidditatiuo.tertio pro ipſa natura, vt eſt in ſingularibus. Ad prædicationem vniuocam ſufficit vnitas rationis primo modo,& talem vnitatem habet vniuerſale.

Dico ſecundò, quod vniuerſale iſto tertio modo ſumptum,de quo fit mentio in iſta concluſione,non prædicatur vniuocè, niſi ſecundum ſuas partes:nec habet vnam rationem, nec eſt diffinibile plus quàm homo albus.

Secundò ſingularia contenta ſub vna ſpecie conueniunt in vna ratione: ergo vel illa ratio eſt realis vel rationis,ſi realis, ergo datur aliqua realitas communis multis. & ſic vniuerſale eſt totaliter extra intellectum. Si rationis, ergo indiuidua differunt ſolum ratione. tenet conſequentia, quia per idem eſt aliquid vnum in ſe,& diſtinctum ab alijs,ſed ſingularia per te ſunt vnum ſolum vnitate rationis: ergo,&c.

Reſpondeo,quod indiuidua eiuſdem ſpeciei non ſunt vnius rationis realis actu,vel potentia completa realitate, vt ſupra dictum eſt, & infra dicetur,ſed ſunt vnius rationis ſecundum rationem, & ad improbationem negatur conſequentia: quia diſtinguuntur proprijs realitatibus;immo, & quodlibet ſingulare eſt in ſe vnum vnitate reali, ſed cum alijs eſt vnum vnitate rationis.

Tertiò quodlibet prædicamentum eſt vnũ; ergo vel vnitate reali,vel rationis. Si realiter, habetur propoſitum. Si rationis,ergo diſtinguitur ab alijs prædicamentis tantum ratione, quia per idem eſt aliquid vnum in ſe, & diſtinctum ab alijs.

Reſpondeo, quòd prædicamentum eſt vnũ vnitate rationis. Ad improbationem negatur conſequentia;quia vnum prędicamentum non differt ab alio vnitate correſpondente toti prędicamento,quæ eſt vnitas rationis; ſed etiam vnitatibus ſingulorum contentorum in prædicamento illo,quarum multæ ſunt reales ſaltem vnitates ſingularium.

Quartò vniuerſale eſt quod eſt aptum natum eſſe in pluribus,vt dicitur à Porphyrio,& à Philoſopho primo Periher.& per hoc diſtinguitur à ſingularibus, & à prædicabili; cuius diffinitio eſt,quia eſt aptum natum dici de multis;ſed circumſcripto omni opere intellectus, res eſt apta eſſe in pluribus;ergo circumſcripto omni actu intellectus,res eſt vniuerſalis maior patet.minor probatur. Si res non eſſet apta nata eſſe in pluribus, circumſcripto actu intellectus.tunc talis aptitudo repugnaret naturæ;nec poſſet ei dari ab intellectu, ſicut nec poteſt dari Sorti.

Reſpondeo.negatur minor. Ad probationem negatur conſequentia, quia intellectus conferens rei vniuerſalitatem, dat ei ad quod eſt ei attribuibile in eſſe intelligibili,& quod ei repugnat in eſſe reali non poſſet hoc dare Sorti: quia nullum indiuiduum habet aptitudinẽ ad vniuerſalitatem in eſſe intelligibili ſicut habet natura; quia natura poteſt abſtrahi à principijs indiuiduantibus,non autem indiuiduũ.

Quintò. Si nihil eſt in re niſi ſingulare, ſequitur, quod nulla ſit vnitas realis niſi numeralis,quæ eſt propria ſingulari, ſed hoc eſt falſum; ergo in rerum natura eſt aliquid præter ſingularia. hoc autem non eſt niſi vniuerſale. maior patet,minor probatur. Si omnis vnitas realis eſt numeralis, ſequitur quòd omnis differentia realis eſt numeralis, ſed hoc eſt falsũ, nam differentia ſpecifica inter hominem, & aſinum eſt realis;& tamen non eſt numeralis, ergo,&c.minor probata eſt,maior probatur. Omne diuiſum ea vnitate eſt diuiſum, qua eſt vnum in ſe, ſed nihil eſt vnum realiter per te, niſi vnitate numerali; ergo non diſtinguitur realiter,niſi diſtinctione numerali.

Reſpondeo.primò concedo totum,ſcilicet, quòd vniuerſalia ſunt extra intellectum, quia natura pro qua ſupponit hoc nomen vniuerſale,eſt extra intellectum,licet illi naturæ non conueniat ratio vniuerſalitatis, vt eſt extra intellectum.

¶ Dico ſecundò, quod natura quæ eſt extra intellectum, habet duplicem vnitatem; quarum vna eſt realis, & alia rationis. Ipſa enim natura eſt vna in eſſe quidditatiuo, cum ſit vna vnitate eſſentiæ, & hanc vnitatem non communicat indiuiduis; ita quod duo indiuidua ſint vnum realiter in tali natura, nec iſta vnitas eſt completè realis in actu,quãdo conuenit naturæ,vt præcedit indiuidua,in quibus incipit completa realitas actualis ipſius naturæ. Iſta autem vnitas realis non ſufficit ad rationem vniuerſalis,ſed oportet,quòd adueniat naturæ.Secunda vnitas, quæ eſt vnitas rationis,quam habet ab intellectu.Hæc autem vnitas rationis dicitur eſſentialis ratione obiecti, quia eſt vnitas eſſentiæ, dicitur etiam intentionalis ratione ſubiecti; quia habet eſſe in intellectu.

¶ Dico tertiò, quod etiam conceſſa maiore,ad argumentum;minor non benè probatur. nam ad eius probationem negatur maior,nam ſi eſſet vera eodem modo probaretur, quod duo indiuidua eiuſdem ſpeciei differunt ſpecie arguam enim ſic. Omne diuiſum ab alio eadẽ vnitate differt ab alio, qua eſt vnum in ſe. ſed Sortes eſt quid vnum in ſe vnitate numerali,& ſpe-

ſpecifica, ergo differt à Platone numero & ſpecie.

Sexto. Si ſortes, & aſinus non conueniunt in vna humanitate reali, quæ eadem ſit in vtroque: quare intellectus magis abſtrahit vnum conceptum à Sorte & Platone, quàm à Sorte, & aſino.

Reſpondeo. quod hoc ideo eſt quia intellectus poteſt attribuere Sorti, & Platoni vnam intentionem: quia in vtroq; eſt aliquid correſpondens illi intellectioni, licet humanitas non eadem.

Contra. In naturis penitus diſtinctis nõ poteſt fundari eadem intentio: ſed humanitas Sortis, & humanitas Platonis ſunt penitus diſtinctæ, ergo non poſſunt fundare eandem intentionem.

¶ Reſpondeo, quod non eſt inconueniens eundem effectum inadæquatum cauſæ produci à diuerſis cauſis, & ſic diuerſæ ſpecies poſſunt imprimere intellectui eandem intentionem.

Septimò. operatio realis primo, & adæquatè in eſſe vniuerſali: puta intelligere homini: non enim conuenit ei per indiuidua, cum conueniat ei primo & per ſe: ergo vniuerſale eſt extra intellectum.

Reſpondeo. quòd vniuerſale primo modo eſt extra intellectum; & tali vniuerſali conuenit operatio realis non tanquam ei quod operatur: ſed vt quo.

Octauo ſecundæ ſubſtantiæ ſunt vniuerſalia: ſed ſecundæ ſubſtantiæ non ſunt factæ ab intellectu: cum nihil factum ab intellectu ſit ſubſtãtia: ergo non omne vniuerſale eſt factum ab intellectu.

Reſpondeo. quòd licet ſecundæ ſubſtantiæ non ſint ab intellectu, quantum ad hoc quòd ſunt ſubſtantiæ, ſunt tamen ab intellectu quantum ad hoc quòd ſunt ſecundæ.

Nono. Id quod eſt vbique & ſemper & incorruptibile non eſt factum ab intellectu: ſed vniuerſalia ſunt huiuſmodi. vt dicitur primo poſteriorum: ergo.

Reſpondeo. Aliquid dicitur incorruptibile dupliciter. Vno modo quia ei repugnat corruptio: & tale non eſt ab intellectu. vniuerſalia autem non ſunt hoc modo incorruptibilia. Alio modo dicitur aliquid incorruptibile: quia non corrumpitur per ſe ſed benè per accidens ad corruptionem alterius. & tale poteſt eſſe ab intellectu. & hoc modo vniuerſalia ſunt incorruptibilia: vt dicit S. *D.* in quæſt. 5. de potentia Dei. artic. 9. ad 16. Similiter eſſe vbique non conuenit vniuerſali quaſi quòd ſe extendat ad omnem locum, & ad omne tempus: ſed quia non habet in ſe, vnde determinetur ad locum, vel ad aliquod tempus vt dicit S. Doct. prima parte, quæſt. 16. artic. 7. ad 2.

Non eſt ergo intelligenda perpetuitas vniuerſalis ad hunc ſenſum, quem tenet Scotus, quòd eſt quædam eſſentia diſtincta à Deo quæ non poteſt incipere nec deſinere eſſe: nec creari, nec annihilari, ſed potius quia eſt quædam entitas quæ ex ſe non determinat ſibi locum certum aut tempus. Et quia non corrumpitur per ſe ſed per accidens. & quia habet perpetuitatem in intellectu diuino. & quia ſemper ſunt indiuidua vniuerſalium ſecundum eos, qui ponunt æternitatem mundi.

Decimò. Oppoſitio realis habet extrema realia, ſed contrarietas eſt oppoſitio realis, & non habet extrema duo ſingularia, nec aliquod ens rationis: ergo quidditatem realem, aut duo vniuerſalia.

Reſpondeo, quod extrema contrarietatis ſunt res ſingulares tanquam quæ opponuntur ſed naturæ vniuerſales modo prædicto ſunt extrema tanquam rationes fundandi oppoſitionem.

Vndecimo. In prædicamento ſubſtantiæ eſt ordo ſecundum ſub & ſupra. ſed extrema illius ordinis non ſunt aliqua entia rationis: ergo in prædicamento ſubſtantiæ ſunt vniuerſalia realia.

Reſpondeò, quòd talis ordo non eſt inter indiuidua ſed inter naturas indiuiduorum, quæ ſunt vniuerſales in potentia. Iſte autem ordo eſt per intellectum adinuentus, ſicut & prædicatio & ſuperioritas. Nam extra intellectum non eſt ordo realis inter hominem & animal. ordo enim realis non eſt eiuſdem ad ſeipſum, & ideo ordo prædicabilium in prædicamento eſt ſecundum rationem: licet quodlibet extremum ſit quædam res.

Similiter, dico quod prædicamenta non diſtinguuntur ex hoc, quod vnum prædicamentum dicat vnam naturam communem & aliud aliam. non enim eſt aliqua natura communis omnibus quæ ſunt in prædicamento ſubſtantiæ ſicut docet Philoſophus 4. metaph. ſed diſtinguuntur prædicamenta ſiue genera logica penes modum prædicandi: ita quod omnia quę habent eundem modum prædicandi de ſubiecto primo pertinent ad idem prædicamentum.

Et iſta ſufficiant quo ad materiam de vniuerſalibus quam promiſimus nos tractaturos in primo, diſtinct. octaua quæſt. ſecunda.

*Concluſio II.* Filius Dei non aſſumpſit quamcunque perſonam aut ſuppoſitum creatum.

Hanc ſic probat 3. par. quæſt. 4. art. 2. Nihil inducens pluralitatem perſonarum in Chriſto

eſt aſſumptibile, ſed ſi aſſumpſiſſet perſonam in eo eſſent plures perſonæ ſcilicet perſona diuina & perſona humana: ergo.

Corol. perſona addit aliquid ſuper naturam probatur. Id cui repugnat aſſumi addit aliquid ſupra id cui non repugnat aſſumi, & hoc eſt illud à quo habet talem repugnantiam, ſed perſonæ repugnat aſſumi & non naturæ: ergo. Tale autem additum non eſt aliquid intrinſecè conſtitutiuum naturæ tanquam pars eius, neque eſt aliquod accidens abſolutum aut reſpectiuum per ſe conſequens naturam aut per accidens: ſed eſt actus naturæ, non tanquam forma ſubſtantialis aut accidentalis: ſed eſt ipſum eſſe actualis exiſtentiæ quòd eſt actus eſſentiæ: & eſt actus ſuppoſiti, vt quod ſubſiſtit. Dico autem, quòd perſona, & ſuppoſitum addit hoc ad naturam: quia de ratione ſuppoſiti eſt quòd habeat proprium eſſe. hæc autem non eſt de ratione naturæ: quia natura poteſt trahi ad eſſe alterius.

Contra corollarium arguit Scotus in quolibet. quæſt. 19. art 3. primo. Si perſona diceret aliquam entitatem, quam non dicit natura: ſequitur quòd cum Filius Dei non aſſumpſerit perſonam quòd eſſet in homine aliqua entitas, quam non aſſumpſit. hoc eſt falſum: ergo maior patet. minor probatur. tum quia oppoſitum dicit Damaſce. lib. 3. cap. 6. tum quia quęlibet entitas eſt æqualiter in potentia obiectiuali ad Deum: ergo quamlibet poteſt æqualiter aſſumere.

Reſpondeo negatur minor. Ad primam probationem dicitur quòd Damaſce. intelligit de entitate, quæ dicit aliquam naturam ſubſtantialem, vel accidentalem, non autem intelligit de actu naturæ, qui eſt eſſe exiſtentiæ.

Ad ſecundã negatur antecedens. Eſſe enim actualis exiſtentiæ ipſius ſuppoſiti habet inſeparabilem annexam quandam negationẽ repugnantem aſſumptioni ſuppoſiti. Nam eſſe ſuppoſiti non poteſt eſſe pars: nec poteſt communicari alij ſuppoſito: nec poteſt vniri completiori aut perfectiori ſe: ſicut nec ſuppoſitũ cuius eſt eſſe. Illud autem eſſe eſt actus & terminus ſiue determinatio ipſius naturæ in ſuppoſito.

Secundo ſi perſona addit entitatem ad naturam: ſequitur quòd filius Dei non poſſet dimittere naturam aſſumptam, vt per ſe ſubſiſteret niſi communicando ei aliquam entitatem: hoc eſt falſum: quia Deus non agit neceſſariò ad extra, & quia Deus non poteſt ſupplere cauſalitatem cuiuslibet entis creati, & per cõſequens poſſit facere, quòd illa natura ſubſiſteret ſine tali entitate.

Reſpõdeo. Negatur minor. Non enim poſſet fieri quòd natura humana ſubſiſteret niſi daretur in eſſe quòd reſultat ex principijs eius intrinſecis.

Dico ſecundò quòd licet Deus non agat neceſſariò ad extrà neceſſitate abſoluta: agit tamen neceſſariò ex ſuppoſitione: ſicut ſuppoſito quod velit aliquem fieri hominem vult neceſſariò, quod ſit animal. ita etiam ſuppoſito quod faciat naturam ſubſiſtere neceſſariò dat ei eſſe.

Dico tertio quod Deus non poteſt ſupplere vicem cauſæ formalis: eſſe autem eſt actus, quo res ſubſiſtit. & propter hoc implicat contradictionem eſſentiam poni in rerum natura ſine eſſe, quo actuetur: aut ſaltem ad quod trahatur: ſicut etiam repugnat materiam eſſe ſine forma.

Tertio quicquid poteſt habere dependentiam ad verbum diuinum, poteſt ab eo aſſumi: ſed eſſe ſuppoſiti eſt huiuſmodi: ergo.

Reſpondeo negatur maior: licet enim eſſe ſuppoſiti dependeat à verbo non poteſt ei vniri perſonaliter: quia ſi vniretur Deo per tale eſſe nihil eſſet non quidem creatura; quia non eſſet ſubſiſtens cum eſſet alteri vnitum, nec eſſet non ſubſiſtens quia haberet proprium eſſe, & etiam quia nullum ſuppoſitum eſt non ſubſiſtens. non etiam eſſet Deus: quia Deus non eſt natus ſubſiſtere per eſſe ſuppoſiti creati.

Contra eandem arguit Aureolus, primo Auguſt. contra Felicianum & Damaſc. in elementario ſuo dicunt, quòd Filius Dei aſſumpſit totum quod in homine plantauit: ſed non aſſumpſit aliquam entitatem niſi naturam: ergo non eſt in homine alia entitas.

Reſpondeo, quod doctores illi loquuntur de entitate aſſumptibili; eſſe autem non eſt entitas aſſumptibilis.

Secundo ſi terminatio naturæ & perſonalitas eſt realitas aliqua; ergo eſt ens; ſi eſt ens, ergo eſt quidditas; ergo illud eſſe ſiue perſonalitas hominis eſt ipſa quidditas ſiue humanitas.

Reſpondeo ens accipitur dupliciter. vno modo pro eo quod eſt; & ſic negatur prima conſequentia. Alio modo pro eo quod eſt vel quo aliquid eſt; & ſic conceditur prima conſequentia, ſed negatur ſecunda. Ipſum autem eſſe eſt id quo aliquid eſt; vnde non eſt quidditas, ſed actus quidditatis.

Tertiò ſi ſuppoſitum ſubſiſtit per realitatem additam ſuæ naturæ; ſequitur quod nullum ſuppoſitum ſubſiſteret per ſe, ſed per illam entitatem ei additam. & etiam ſequitur quod prima ſubſtantia non haberet rationem primę ſubſtantiæ .ſ. per ſe ſubſiſtere per eſſentiam ſuam,

Digitized by Google

ſuam, ſed per realitatem ab ea diſtinctam, & ſic ſecundæ ſubſtantiæ eſſent magis ſubſtantiæ, quàm primæ, quia prima inquantum prima nõ eſſet ſubſiſtens.

Reſpondeo dico, primò, quòd nulla creatura per ſe ſubſiſtit tanquam per actum ſubſiſtẽdi, quia nulla creatura eſt ipſe actus exiſtendi, aliqua tamen creatura eſt ſubſiſtens per ſe ad hunc ſenſum, quia habet proximum elicitiuũ ipſius eſſe, & proximum eius ſuſceptiuum, & ſic omnis prima ſubſtantia eſt per ſe ſubſiſtens.

Dico ſecundò, quòd prima ſubſtantia non ſubſiſtit per eſſentiam quaſi eſſentia ſit ipſum ſubſiſtere, ſed ſubſiſtit per eſſentiam tanquam per immediatam, & proximam rationem principiatiuam actus ſubſiſtendi, & ſuppoſitandi, & perſonandi. Quomodo autem ſe habeat eſſe ad eſſentiam, & ad ſuppoſitum, diffusè declaratam eſt primo diſt. 8. quæſt. 1. concluſione prima, & ideò multa omitto, quę tangit Aureolus, quia ibi ad plenum dicta ſunt.

*In hac quinta Diſtinctione tertij Sententiarum, & tribus quæſtionibus ſequentibus confutantur hæreſes damnatæ, vt in noſtro Commenntar. in text. Magiſtri, & confutantur etiam hæreſes, quæ ſunt in Abecedario, & in Ethimologijs hæreſum, & confutantur ſimilitèr Idolatria, vt in Abecedario Idolorum in principio, vide ibi lit. C. H. N. & V. ac etiam confutantur falſæ Theologię Fænicum, Egyptiorum, Grecorum, Atlanticorum, Frigiorum, Gentium, &c. ab Euſebio in primo, ſecundo, tertio, & quarto libro de præparatione Euangelica contra Theologiam fabuloſam Poetarum antiquorum.*

*Ex concluſionibus, probationibus, & ſolutionibus argumentorum Capræoli ſoluuntur argumenta Vulpes, & aliorum recentiorum facilè, vt facit Ariſtotelis ad argumenta Antiquorum, quod veritatis cognitio dubiorum eſt ſolutio, & cum Cardinali Bellarmino dicente in libro de Scriptoribus Eccleſiaſticis de Ioanne Capræolo, quòd Ioannes Capræolus ſit defenſor Egregius Sancti Thomę, & optimè diſſoluit omnia argumenta aduerſariorum: dicunt verba formalia Bellarmini, ergo ſi optimè diſſoluit per Bellarminum, ſunt ſoluta argumenta cum his doctrinis hic: Sicut ſoluit Ariſtotelis contra antiquos dicendo in 3. de Cœlo, & in 3. Metaphiſic. veritatis cognitio, dubiorum eſt reſolutio.*

*Reſpondetur ſecundo cum Cardinali Sarnano Franciſcano doctiſſimo, cum octuageſima nona concordantia, & ſimilitèr cum octuageſima octaua concordantia Bonæberba.*

*Reſpondetur tertio cum Petro de Bergamo, & Bartholomæo Spina dicentibus in tabula Sancti Thomæ, quod qui ſcit totam Logicam Sancti Thomę, Philoſophiam etiam moralem, totam Metaphyſicam Sancti Thomæ, & totam eiuſdem Theologiam, nullum poteſt facere argumentum contra Sanctum Thomam, & ideo ſubdit, quod iſti recentiores ſtudent tantummodo articulo, ſuper quem componunt, & non habent in mente omnia Opera Sancti Thomæ loquentis præſuppoſitiuè, præſupponendo omnia ſupradicta, & dicendo, quæ propter præſumpunt in verba in tantum Magnum Doctorem nullo modo applicanda, quod Sanctus Thomas contradicat ſibi ipſi, & ideo Cardinal. Sarnanus, quia ſciebat totum Sanctum Thomam concordauit ſimilitèr, etiam Ioannes Caprœolus ſoluit argumenta aduerſariorum, cum locis Sancti Thomæ, quia totum in mente habebat Sanctum Thomam, & ideo Bellarm. dicebat bene omnia ſoluere Capræolum.*

*Argumenta vero Vaſquez, Valentię, Molinæ, Suarez, &c. quia colliguntur; & ſoluuntur, clarè, diſtinctè, & breuitèr à Ripa, à Nazario, à Conſales, à Nauarretto, à Zenardo, & præcipuè à Montagnolo, in tertia parte Sancti Thomæ quæſt. 2. de modo vnionis Verbi incarnati quo ad ipſam vnionem.*

*Vide noſtram expoſitionem Petri Lombardi aperietem mentem huius materię, vt in folio 77. hic, & infra pro 3. reſponſione Vulpes. Ac etiam vide 1. 2. & 3. folium pro reſponſione quarta, quinta, & ſexta ad argumentum eiuſdem Vulpes.*

*Reſpõdet. 7. cum concordantia Scoti, & Sancti Thomę per Radam Franciſcanum hic declarantem S. Thom.*

*Loca Sacræ Scripturæ hic, & infra à Salmerone, Emanuel Sa, à Toleto, à Prierio, Vegha, à Poſſeuino, à Salian, Torello in annalibus à creatione Mundi, quæ videntur repugnare aliquo modo Thomiſtis, quia ſunt concordata à nobis in fine noſtrę expoſitionis totius Bibliæ, et in Anatomia Biblię impreſſa ideò vide ea illic.*

## DISTINCTIO. VI.

### Quæſtio 1.

CIRCA ſextam Diſtinctionem quęritur. Vtrum in Chriſto ſint plura eſſe.

Pro quæſtione hæc eſt prima concluſio. In Chriſto non ſunt duo eſſe ſubſtantialia actualis exiſtentiæ. Hanc ſic probat, 3. quæſtione



Digitized by Google

17. articulo ſecundo, & tertio diſtinctione ſexta, quæſtione prima, articul. 2. Nihil propriè vnum habet duo eſſe ſubſtãtialia, ſed Chriſtus eſt propriè vnum: ergo. Quomodo autẽ humanitas ſubſiſtat in Chriſto, ideo eſt quia trahitur ad eſſe diuini ſuppoſiti. Nam ſicut ſi homini adueniret noua manus, præexiſtens eam informaret, ſic per eſſe præexiſtens diuini ſuppoſiti humanitas ei vnita ſubſiſtit, nec ad hoc oportet, quod eſſe diuinum informet humanitatem, ſed ſufficit, quod informet ſuppoſitum humanæ naturæ, quod eſt Verbum Diuinum in ea ſubſiſtens.

Contra arguit Scotus hic quæſt. 1. primò Omne generatum acquirit eſſe de nouo, ſed Chriſtus eſt à Virgine eſt genitus: ergo acquiſiuit eſſe præter eſſe diuinum, minor patet, & maior, quia terminus generationis eſt eſſe.

Secundò quicquid corrumpitur, perdit eſſe, ſed Chriſtus eſt corruptus, cum ſit mortuus: ergo perdidit eſſe, ſed non eſſe Diuinum, quia illud eſt incorruptibile: ergo aliud.

Tertiò anima Chriſti eſt creata: ergo acquiſiuit nouum eſſe ſibi proprium, tenet conſequẽtia, quia creatio terminatur ad eſſe.

Reſpondeo ad illa tria argumenta ſimul, & dico primo, vt dicit Sanct. Doct. quolibet 9. quæſtione tertia, quòd non eſt de ratione generationis, quòd terminetur ad eſſe de nouo productum, ſicut patet in geratione nouæ carnis in homine, quę trahitur ad eſſe prędexiſtẽs, oportet tamen in omni generatione produci nouã eſſentiam, vel nouam entitatem. Idem dico de corruptione, quòd non oportet in omni corruptione corrumpi eſſe, ſed ſufficit rem corruptam non participare eſſe, quod ante participabat, ſicut patet in corruptione manus in homine. Idem dico de creatione, quòd dixi de generatione.

Dico ſecundò, quòd illa generatio, & illa creatio terminatæ ſunt ad nouam entitatem, & etiam ad eſſe Diuini ſuppoſiti, non quòd illud eſſe de nouo fieret, ſed quia Diuinum ſuppoſitum quantum ad ſuum eſſe nouum reſpectum acquiſiuit, quia illud eſſe nouitèr ſe extẽdebat ad aliquid ad quod non prius, & nouitèr ſpecificabatur, quia poterat Chriſtus dici habere non ſolum eſſe Diuinum, ſed etiam eſſe humanum, non tamen dicitur facta aſſumptio tantum ratione iſtius reſpectus, ſed propter vnionem duarum naturarum in vno ſuppoſito, & in vno eſſe, ad quam vnionem ſequitur ille reſpectus.

Dico tertiò, quòd licet in Chriſto fuerit tantum vnum eſſe, poteſt tamen dici in eo eſſe duplex viuere, accipiendo viuere prò eſſe viuentis, & hoc ideo quia in Chriſto eſt duplex principium vitæ, ad quod viuere habet reſpectum, non quòd eſſe Diuinum realitèr principietur, ſed ſecundum modum intelligendi. Nec ſequitur in Chriſto eſt duplex viuere: ergo duplex eſſe, quia viuere importat reſpectum connotatiuè ad principium viuendi, quem non cõnotat eſſe, & quia in Chriſto erant duo talia principia, ſcilicet diuinitas, & anima, ideò dicitur duplex viuere, non quo anima eſſet in Chriſto principium viuere diſtincti à viuere diuini ſuppoſiti, ſed quia de ſe eſt principium vitæ.

Quartò ſi humana natura dimitteretur à verbo ipſa haberet aliquod eſſe, quia non eſſet annihilata, nec eſſęt ens in pura potententia: ergo aliquod eſſe haberet, & non de nouo acquiſitũ, quia non eſſet nouitèr genita, nec creata: ergo haberet eſſe aliquod quod habebat ante, non autem eſſe diuinum: ergo aliud,

Reſpondeo, quod natura humana dimiſſa à Verbo haberet nouum eſſe actualis exiſtentiæ, vel potius ipſa daret proprio ſuppoſito tale eſſe, quod quidem eſſe acquireretur primo, & per ſe tali ſuppoſito, naturæ autem ex conſequenti, nec hoc ideò eſſet, quia generetur, aut creetur de nouo, ſed quia conſtitueret ſuppoſitum, quod ante non conſtituebat, eſſet tamen eadem natura ſicut, & pars in toto, & præciſa à toto eſt eadem, licet non habeat eandem exiſtentiam.

Quintò. Omnis forma vnita materiæ dat ſibi eſſe, ſed anima Chriſti eſt vnita materiæ: ergo.

Reſpondeo, negatur maior, quando ex illa forma, & illa materia non conſtituitur propriũ ſuppoſitum, quod eſt in Chriſto.

Contra eandem arguit Aureolus duobus argumentis, quorum aliud eſt formalitèr Sanctus Doct. 3. diſtinct. 6. quæſt. 3. articul. 2. Alterum verò eſt iſtud. Eſſe actuat eſſentiam, ſed eſſe diuinum non actuat humanitatem in Chriſto: ergo ab alio eſſe actuatur.

Reſpondeo primò, negatur maior, nam eſſe non eſt actus eſſentiæ tanquam eius, quod exiſtit, ſed ſuppoſiti, licet ſit actus eſſentiæ tanquã eius quo formalitèr aliquid exiſtit. Si verò dicatur quòd omnis eſſentia actuatur à proprio eſſe, hoc negatur, quando eſſentia non habet proprium ſupppoſitum cuiuſmodi eſt humana natura in Chriſto.

Contra eandem arguunt alij quos recitat Durandus hic quæſt. 2. Quicquid deſinit habere omne eſſe, quod ante habebat, aut corrumpitur, aut annihilatur, ſed ſi humanitas dimitteret à verbo, nec corrumperetur, nec annihilaretur, ergo retineret aliquod eſſe non diuinum: ergo aliud.

Reſpon-

Digitized by Google

Reſpondeo. Si loquamur de eſſe eſſentiæ, conceditur maior, & per conſequens, quòd humanitas in illo caſu retineret eſſe quod ante habebat. Si verò loquamur de eſſe exiſtentiæ, dico quòd amiſſio talis eſſe poteſt contingere duplicitèr. Vno modo propter deperditionẽ nouæ formæ, & propter motum Phyſicum, & ſic conceditur maior, in quo ſenſu humanitas Chriſti ſibi derelicta non deſineret habere eſſe quod ante habebat. Alio modo aliquod deperdit eſſe, quod ante habebat, quia non trahitur ad eſſe alicuius dignioris, ad quod ante trahebatur. & ſic negatur maior, hoc autem modo eſt in propoſito.

Secundò, ſi in Chriſto eſt tantum vnum eſſe: quia ibi eſt tantum vnum ſuppoſitum: ergo in tribus Perſonis Diuinis ſunt tria eſſe, quia ſunt tria ſuppoſita, quod tamen negatur.

Reſpondeo, negatur conſequentia, cuius ratio eſt, quia Perſonæ Diuinæ ſunt relatiuæ, & eſſe eſt abſolutum, & maximè eſſe Diuinum, magis autem rationi cõſonum eſt quod in vno abſoluto fundentur plures relationes, quam quod plura eſſe abſoluta realiter diſtincta, & pro ſe ſubſiſtentia fundentur in vno ſuppoſito relatiuo.

Contra eandem arguit Ioann. de Neapoli in quol. primò. Humana natura in Chriſto habuit maximam hominis perfectionem, ſed actualis exiſtẽtia eſt homini perfectio: ergo.

Reſpondeo, dico primò, quòd ſimiliter poſſet argui, quod humanitas in Chriſto habuerit proprium ſuppoſitum.

Dico ſecundò, quòd eſſe non eſt maxima perfectio, alioquin eſſet fœlicitas.

Dico tertiò, quòd habuit omnem perfectionem, quæ eſt propria naturæ, non autem quæ eſt propria perſonæ, cuiuſmodi eſt eſſe.

Dico quartò, quod habuit omnem perfectionem, quæ conuenit humanæ naturæ, vt diſtinguitur à qualibet alia natura, ſicut eſt riſibilitas, rationalitas, & huiuſmodi, non autem accepit omnem perfectionem, quæ conuenit homini, vt conuenit cum alijs naturis, & huiuſmodi eſt perſonalitas, & ſuppoſitatio, & ſubſiſtentia.

Secundò, quantitas in Euchariſtia exiſtit per illud eſſe per quod exiſtebat, quando erat in ſubſtantia panis: ergo natura humana in Chriſto per idem exiſtit, per quod exiſteret, ſi eſſet in ſeipſa, tenet conſequentia, quia ſicut quantitas naturalitèr eſt in ſuppoſito alterius naturæ, & naturalitèr eſt per ſe ſic contra eſt in propoſito.

Reſpondeo, negatur conſequentia, quia natura humana in Chriſto ſe habet per modum partis, vel formæ, vel naturæ ſubſtantialis, pars autem, & forma, & natura nunquam exiſtit niſi per eſſe totius, vel compoſiti, vel ſuppoſiti, non autem eſt de accidentibus.

*In hac ſexta Diſtinctione 3. Sententiarum, & vnica quæſtione ſequenti confutantur hæreſes damnatæ, vt in noſtro Commentar. in text. Magiſtri, & confutantur etiam hæreſes, quæ ſunt in Abecedario, & in Ethimologijs hæreſum, & confutantur ſimilitèr, Idololatria, vt in Abecedario Idolorum in principio, vide ibi littera. C.E. & P. ac etiam confutantur falſa Theologia Fancium, Egyptiorum, Græcorũ, Atlanticorũ, Frigiorum, Gentiũ, &c. ab Euſebio in primo, ſecundo, tertio, & quarto libro de præparatione Euangelica contra Theologiam fabuloſam Poetarum antiquorum.*

*Ex concluſionibus, probationibus, & ſolutionibus argumentorum Capreoli ſoluuntur argumenta Vulpes, & aliorum recentiorum facile, vt facit Ariſtotelis ad argumenta Antiquorum, quod veritatis cognitio dubiorum eſt ſolutio, & cum Cardinali Bellarmino dicente in libro de Scriptoribus Eccleſiaſticis de Ioanne Capreolo, quòd Ioann. Capreolus ſit defenſor Egregius Sancti Thomæ, & optimè diſſoluit omnia argumenta aduerſariorum: dicunt verba formalia Bellarmini, ergò ſi optimè diſſoluit per Bellarminum ſunt ſoluta argumenta cum his doctrinis, hic: Sicut ſoluit Ariſtotelis contra antiquos dicendo in 3. de Cœlo, & in 3. Metaphiſic. veritatis cognitio, dubiorum eſt reſolutio.*

*Reſpondetur ſecundò cum Cardinali Sarnano Franciſcano doctiſſimo, cum nonageſima concordantia, et ſimilitèr cum octuageſimanona concordantia Bongherbę.*

*Reſpondetur tertiò cum Petro de Bergamo, et Bartholomęo Spina dicentibus in tabula Sancti Thomę, quod qui ſcit totam Logicam Sancti Thomæ, Philoſophiam etiam moralem, totam Metaphyſicam Sancti Thomę, et totam eiuſdem Theologiam, nullum poteſt facere argumentum contra Sanctum Thomam, et ideò ſubdit, quod iſti recentiores ſtudent tantummodò articulo, ſuper quem componunt, et non habent in mente omnia opera Sancti Thomę loquentis prę ſuppoſitiuè, præſupponendo omnia ſupradicta, & dicendo, quæ propter prę rumpunt in verba in tantum Magnum Doctorem nullo modo applicanda, quòd Sanctus Thomas contradicat ſibi ipſi, et ideò Cardinal. Sarnanus, quia ſciebat totum Sanctum Thomam concordauit ſimilitèr, etiam Ioannes Capreolus ſoluit argumenta aduerſariorum, cum locis Sanctì Thomæ, quia totum in mente habebat Sanctum Thomam, et ideò Bellarmin. dicebat bene*

ne

Digitized by Google

*ne omnia ſoluere Capreolum.*

*Argumenta verò Vaſquez, Valentię, Molina*, Suarez, *etc. quia colliguntur, et ſoluuntur, clarè, distinctè, et breuitèr à Ripa, à Nazario, à Conſales, à Nauarretto, à Zenardo, et pręcipuè à* Montagnolo, *in tertia parte Sancti Thomæ de his quæ pertinent ad vnitatem Christi quantum ad eſſe., quæst. 17.*

*Vide nostrum expoſitionem* Petri *Lombardi aperientem mentem huius materiæ, vt in folio 72. hic, et infra pro 3. reſponſione Vulpes. Ac etiam vide 1. 2. et 3. folium pro reſponſione quarta, quinta, et ſexta ad argumentum eiuſdem Vulpes.*

R*eſpondetur ſeptimo cum concordantia Scoti, & Sancti Thomæ per Rudam Franciſcanum hic declarantem S. Thom.*

*Loca Sacræ Scripturæ hic, et infra à* Salmerone, Emanuel Sa, *à Toleto, à* Prierio, *Verghа, à Poſſeuino, à* Salian, *Torello in annalibus à creatione Mundi, quę videntur repugnare aliquomodo Thomistis. quia ſunt concordata à nobis in fine nostrę expoſitionis totius Bibliæ, & in Anatomia Biblię impræſſa, ideo vide ea illic.*

## DISTINCTIO VII. ET XIII.

### *Quæstio. 1.*

CIRCA ſeptimam, & octauam Diſtinctionem quæritur. Vtrum in Chriſto ſint duæ filiationes.

Pro quæſtione hæc eſt prima concluſio. In Chriſto eſt tantum vna filiatio realis. Hanc probat 3. parte quæſt. 45. artic. 5. ex hoc quod ſuppoſitum filij non eſt capax realis filiationis temporalis, nam filiatio directè reſpicit perſonam, natura autem humana in Chriſto non habet proprian perſonam. Cum enim in ſuppoſito Chriſti æterno ſit tantum vna realis filiatio, ſi eſſent ibi plures hoc eſſet per aduentum nouæ realis filiationis. Si autem illa aduenіat, non poteſt recipi, niſi aut in ſuppoſito æterno, aut in natura humana, non in ſuppoſito æterno, quia ſecũdum ſe non eſt capax accidentium, non in humanitate, quia non eſt ſuppoſitum, omne autẽ ſubiectum realis filiationis eſt ſoppoſitum.

Contra arguit Scotus hic diſtinct. 8. quæſt. 1. primò. In Patre ſunt plures relationes reales: quibus refertur ad Filium, & Spiritum ſanctum, ergo non obſtante vnitate ſuppoſiti poſſunt eſſe etiam in Chriſto.

Reſpondeo, dico primò, quòd præciſa ratio quare in Chriſto non ſint plures filiationes reales, non eſt quia non ſint ibi plura ſuppoſita, ſed quia diuinum ſuppoſitum non eſt capax nouæ filiationis realis.

¶ Dico ſecundò, quòd in Chriſto eſt alia filiatio à filiatione æterna, qua dicitur Filius Virginis, ſed illa filiatio non eſt realis, ſed rationis tantum, cùm quo tamen ſtat, quod dicitur realiter Virginis. Tùm quia mater habet ad ipsũ relationem realem maternitatis. Tùm quia ipſe realitèr terminat per reale fundamentum, quod eſt ipſa humanitas à Matre accepta, & per reale ſuppoſitum illam maternitatem.

Dico tertiò, quòd in Chriſto licet ſit tantum vna realis filiatio, ſunt ei plures relationes reales. Refertur enim, ad Matrem reali relatione producti ad producens. Cuius ratio eſt, quia tantum ſuppoſitum eſt capax filiationis, humana autem natura in Chriſto non eſt ſuppoſitum. Eſſe autem productum, vel genitum non conuenit tantum ſuppoſito, ſed etiam naturæ, nam albedo eſt producta, & in hoc decipitur Scot. & multi alij, putantes hanc conſequentiam valere, in Chriſto ſunt plures relationes reales cõtra plures filiationes.

Secundò in Chriſto ſunt plures origines cum ſit originatus æternalitèr à patre, & ex tempore à matre: ergò & plures filiationes, tenet conſequentia, quia pluríficatis fundamentis, plurificatur relatio origo autem paſſiua eſt fundamẽtum filiationis.

Reſpondeo, concedo quòd ſunt in Chriſto duæ filiationes, quarum tantum vna eſt realis, & altera rationis, non propter defectum originis, ſed quia non eſt ibi ſuppoſitum capax, vt dictum eſt.

Dico ſecundò, quòd nunquam ad originem ſequitur realis filiatio, niſi quãdo natura accepta per originem conſtituit proprium ſuppoſitũ quod non conuenit naturæ humanæ in Chriſto.

Tertiò in Chriſto erant plures operationes reales: ergo & plures relationes tenet conſequentia, quia magis operationes ſunt ſuppoſitorum, quàm relationes.

Reſpondeo, quod ſunt in Chriſto plures relationes reales, non tamen filiationes, negatur etiam conſequentia, quia licet tàm filiatio, quã operationes conueniant tantum ſuppoſitis, vt quibus, quia tantum ſuppoſitum agit, & dicitur filius, eſt tamen duplex differentia, prima quia proprium, & adæquatum ſubiectum operationis non ſemper eſt ſuppoſitum, immò aliquãdo poteſt eſſe pars integralis, vel eſſentialis, vel potentialis ſuppoſiti, vt patet de volitione, & de operatione, qua aliquis ſcribit, ſecus eſt de filiatione cuius ſubiectum ſemper eſt ſuppoſitũ. Secunda differentia eſt, quia licet actio principali·

Digitized by Google

palitèr attribuatur ſuppoſito, tamen quandoq; minus principalitèr attribuitur parti, ſicut quod oculus videt, & voluntas vult, ſecus eſt de filiatione, quia nulla pars etiam ſecundariò poteſt dici filius, vel filia.

Quartò ſi Chriſtus genuiſſet duos filios, habuiſſet duas paternitates: ergo cum ſit genitus à duobus, & diſtinctè habet duas filiationes.

Reſpondeo, negatur antecedens, quia pater eadē paternitate refertur ad omnes filios, quos habet.

Contra ex hoc ſequitur, quòd idem ſimul maneat, & non maneat, ſed hoc eſt ponere contradictoria ſimul: ergo antecedens probatur remoto termino, remouetur relatio, ſed deſtructo vno filio deſtruitur terminus paternitatis: ergo ipſa deſtruitur, & per te adhuc manet ad alios filios: ergo.

Reſpondeo, negatur conſequentia, quia quādiu eſt aliquis filius, in patre manet paternitas, licet non reſpiciat omnem terminum, quem ante reſpiciebat, de hoc dictum fuit in primo, diſtinct. 30.

Contra eandem arguit Aureolus. In Chriſto ſunt duæ natiuitates reales: ergo, & duæ filiationes reales, antecedens eſt Damaſcen. lib. 3. cap. 53. conſequentia probatur. Natiuitas paſſiua, & filiatio ſunt idem realitèr: ergo ſi duæ generationes, & duæ filiationes, conſequentia patet, antecedens probatur à coniugatis. Nam idem eſt eſſe genitum, & eſſe filium: ergo idem eſt generatio, & filiatio.

Reſpondeo, negatur conſequentia. Ad probationem negatur antecedens. Ad probationem ſimilitèr negatur antecedens. Si enim accipiatur eſſe genitum pro actualitèr generari, conſtat quod antecedens eſt falſum, nam puer quinque annorum, eſt filius, non tamen actu generatur. Si verò accipiatur eſſe genitū pro habuiſſe generationem, ſimilitèr eſt falſum, nam Abel habuit generationem, non tamē eſt filius, quia non habet patrem.

Ex quibus ſequitur, quòd generatio paſſiua, & filiatio diſtinguuntur ſicut etiam generatio actiua, & paternitas, immò paternitas fundatur ſuper potentia generatiua, vt genuit de præterito, ita quod generatio eſt ei ratio fundandi, vel vt dicit Sanct. Doct. tertia diſtinct. octaua, quæſtione prima, articulo quinto, paternitas fundatur ſuper quodam in patre derelicto ex generatione, qui reſpectus eſt ipſamet paternitas, ſed vt eſt accidens inhærens ſubiecto, fundat, & vt eſt relatio, fundatur.

Primus tamen modus dicendi magis eſt conformis Sanct. Doct. in alijs locis. Multa alia dicit Aureolus, quibus tantum concludit in Chriſto eſſe duas filiationes, ſed nunquam etiā apparenter probat, quod vtraque ſit realis.

Contra eandem arguit Durandus hic quæſt. 3. primò. Si humanitas dimitteretur à Verbo, ipſa referretur ad matrem filiatione reali: ergo, & modo refertur, tenet conſequentia, quia ex tali dimiſſione nulla fieret in ea mutatio: ergo nullum nouum accidens acquireretur.

Reſpondeo, negatur conſequentia, fieret enim mutatio in illa natura, quia nouum eſſe, & nouum ſuppoſitum acquireret.

Secundò. Suppoſito Diuino aduenerunt alia accidentia ex tempore, vt albedo, quātitas, &c. ergo, & filiatio realis potuit aduenire.

Reſpondeo, negatur conſequentia, quia ſuppoſitum æternum ſecundum ſe non eſt capax alicuius accidentis, niſi pro quanto natura ei vnita capax eſt, ipſa autem eſt capax accidentis abſoluti, non autem filiationis eſt capax, licet ſit capax multorum aliorum reſpectuum.

Tertiò, quando cauſa realiter refertur ad effectum, etiam econtra refertur effectus realitèr ad cauſam, ſed Beata Virgo, quæ eſt cauſa Filij, refertur ad eum reali maternitate: ergo.

Reſpondeo, negatur maior, quando effectus non eſt capax cuiuſmodi eſt natura humana in Chriſto reſpectu filiationis realis.

*In hac 7. & 8. Diſtinctione 3. Sententiarum, & vnica quæſtione ſequenti confutantur hæreſes damnatæ, vt in noſtro Commentar. in text. Magiſtri, & confutantur etiam hæreſes, quæ ſunt in Abecedario, & in Ethimologijs hæreſum, & confutantur ſimilitèr, Idolatria, vt in Abecedario Idolorum in principio, vide ibi littera. C. E. & F. ac etiam confutantur falſa Theologia Fencium, Egyptiorum, Græcorū, Atlanticorū, Frigiorum, Gentiū, &c. ab Euſebio in primo, ſecundo, tertio, & quarto libro de præparatione Euangelica contra Theologiam fabuloſam Poetarum antiquorum.*

*Ex concluſionibus, probationibus, & ſolutionibus argumentorum Capreoli ſoluuntur argumenta Vulpes, & aliorum recentiorum facile, vt facit Ariſtotelis ad argumenta Antiquorum, quod veritatis cognitio dubiorum eſt ſolutio, & cum Cardinali Bellarmino dicente in libro de Scriptoribus Eccleſiaſticis de Ioanne Capræolo, quòd Ioann. Capreolus fit defenſor Egregius Sancti Thomæ, & optimè diſſoluit omnia argumenta aduerſariorum: dicunt verba formalia Bellarmini, ergò ſi optimè diſſoluit per Bellarminum ſunt ſoluta argumenta cum his doctrinis hic: Sicut ſoluit Ariſtotelis contra antiquos dicendo in 3. de Cœlo, &*

in

Digitized by Google

*in 3. Metaphiſic. veritatis cognitio, dubiorum eſt reſolutio.*

*Reſpondetur ſecundò cum Cardinali Sarnano Franciſcano doctiſſimo, cum nonageſimaprima concordantia, et ſimilitèr cum nonageſima concordantia Bongherbę.*

*Reſpondetur tertiò cum Petro de Bergamo, et Bartholomęo Spina dicentibus in tabula Sancti Thomę, quod qui ſcit totam Logicam Sancti Thomæ, Philoſophiam etiam moralem, totam Metaphyſicam* Sancti *Thomę, et totam eiuſdem Theologiam, nullum poteſt facere argumentum contra* Sanctum *Thomam, et ideò ſubdit, quod iſti recentiores ſtudent tantummodò articulo, ſuper quem componunt, et non habent in mente omnia opera* Sancti *Thomę loquentis pręſuppoſitiuè, præſupponendo omnia ſupradicta, & dicendo, qua propter prærumpunt in verba in tantum Magnum Doctorem nullo modo applicanda, quòd* Sanctus *Thomas contradicat ſibi ipſi, et ideò* Cardinal. *Sarnanus, quia ſciebat totum* Sanctum *Thomam concordauit ſimilitèr, etiam* Ioannes *Capræolus ſoluit argumenta aduerſariorum, cum locis* San*cti Thomæ, quia totum in mente habebat* San*ctum Thomam, et ideò Bellarmin. dicebat bene omnia ſoluere Capreolum.*

*Argumenta verò Vaſquez, Valentię, Molinæ,* Suarez, *etc. quia colliguntur, et ſoluuntur, clarè, diſtinctè, et breuitèr à* Ripa, *à Nazario, à* Conſales, *à Nauarretto, à Zenardo, et pręcipuè à* Montagnolo, *in tertia parte Sancti Thoma de Natiuitate Saluatoris. quaſtione trigeſimaquinta.*

*Vide noſtram expoſitionem* Petri *Lombardi aperientem mentem huius materiæ, vt in folio 72. hic, et infra pro 3. reſponſione Vulpes. Ac etiam vide 1. 2. et 3. folium pro reſponſione quarta, quinta, et ſexta ad argumentum eiuſdem Vulpes.*

*Reſpondetur ſeptimo cum concordantia Scoti, & Sancti Thoma per Radam Franciſcanum hic declarantem S. Thom.*

*Loca Sacræ Scripturæ hic, et infra à Salmerone,* Emanuel Sa, *à Toleto, à* Prierio, *Vegha, à Poſſeuino, à* Salian, *Torello in annalibus à creatione Mundi, quę videntur repugnare aliquomodo Thomiſtis. quia ſunt concordata à nobis in fine noſtrę expoſitionis totius Bibliæ, & in Anatomia Biblię impræſſa, ideo vide ea illic.*

## DISTINCTIO IX.

### *Quæſtio* I.

CIRCA nonam Diſtinctionem quæritur. Vtrum humanitas Chriſti ſit adoranda adoratione latriæ.

Pro quæſtione hac prima cõcluſio. Humanitas Chriſti eſt adoranda adoratione latrię ſed tamen ipſa non eſt ratio talis adorationis. Hanc ponit Sanct. Doct. 3. quæſt. 25. articul. 2. Et præſenti diſtin. artic. 2.

Contra ſecundam partem cõcluſionis arguit Scotus hic quæſt. 1. Illa eſt ratio adorationis latriæ perquam alicui conuenit ſummum dominiũ, ſed ratione humanitatis conuenit Chriſto ſummum dominium: ergo, maior probatur, quia dicit Apoſtolus, Empti eſtis præcio magno: ergo ideò ſumus ſerui, quia redempti, & ipſe Dominus, quia redemit, ratio autem redemptionis eſt humanitas: ergo.

Reſpondeo, dico primò, quòd fundamentũ ſummi dominij ex ſe conuenit Deò, licet dominium non ponatur in actu, niſi poſita creatura.

¶Dico ſecundò, quòd tanta ratio dominij conuenit Deo ratione redemptionis, ſicut ratione creationis, quia iuſtificatio impij, vt dicit Sanct. Doct. prima ſecundæ, quæſt. 73. infert tantum bonum creaturæ, ſicut creatio bonorum purè naturalium.

¶Dico tertiò, quod minor argumenti eſt falſa; primum principium redemptionis eſt tota Trinitas, & non humana natura, vt dicit Sanct. Doct. 3. quæſt. 48. artic. 5. & 6. licet hnmanitas fuerit inſtrumentum redemptionis, id autem quod eſt ratio adorationis latriæ eſt primaria ratio dominij, & creationis, ac redemptionis.

*Concluſio* II. Imago Chriſti adoranda eſt adoratione latriæ. Hanc ponit 3. quæſt. 25. 3. Et hoc quod idem eſt motus in imaginatione, vt imago eſt, & in rem, cuius eſt imago.

Contra arguit Durandus hic quæſt. 2. imago, ꝙ imaginatum ſemper ſunt diſtincta ſecundum rem, & conceptus: ergo honor, qui attribuitur imaginato non debet attribui imagini.

Reſpondeo, primò negatur ſecunda pars antecedentis, quia cum anima apprehendit imaginem, vt imago eſt, ideſt in ordine ad imaginatum apprehendit vtrumque vnico conceptu, quandoque ea quæ dicuntur de vno eorum dicuntur etiam de alio, vnde dicit Sanct. Doct. de verit. quæſt. 10. 8. quòd ideò omnis creatura dicitur eſſe vita in Deo, quia ſimilitudo, & idea creaturæ eſt vita in Deo.

Dico ſecundò quòd reuerentia, quæ exhibetur

rur imagini, vt eſt imago, non ſiſtit in ea, ſed refertur ad rem, cuius eſt imago, & ſic adorare Crucem, eſt adorare Chriſtum, vt eſt Crucifixus propter nos, ita quod Chriſtus, & Crux ſunt vnum totale obiectum adorationis, & eius ratio non eſt Crux, ſed diuinitas.

Contra eandem arguit Henricus quolibet. 4. Dei nulla eſt imago: ergo non eſt adoranda.

Reſpondeo, quòd licet Dei, vt Deus eſt, non ſit imago; tamē Dei, vt eſt humanatus, eſt imago, quæ eſt adoranda, vt diximus.

Contra eandem arguit Holcoth ſuper librũ Sapientiæ le. lxx. tribus rationibus, tùm quia latria debetur ſoli Deo, ſed imago nō eſt Deus tùm quia imago eſt creatura: ergo non debetur ei latria, tùm quia qui adorat quicquam adoratione latriæ, confitetur illud eſſe Deum: ergo.

Reſpondeo ad iſta ſimul, quod adoratio latriæ conuenit primò, & per ſe tantum Deo, in quo eſt cauſa talis honoris; ſed per accidens poteſt conuenire creaturæ in ordine ad Deum, non vt ſeorſum à Deo adoretur, ſed ſimul cũ Deo, quia eſt ratio adorationis.

*Concluſio III.* Crux Chriſti eſt adoranda adoratione latriæ. Hanc ponit vbi ſupra eadem ratione.

Contra arguit Durandus vbi ſuprà ad 3. vnica ratione, quòd Crux inquantum eſt quædam res non eſt adoranda adoratione latriæ, quod conceditur.

*In hac nona Diſtinctione 3. Sententiarum, & vnica quæſtione ſequenti confutantur hæreſes damnatæ, vt in noſtro Commentar. in text. Magiſtri, & confutantur etiam hæreſes, quæ ſunt in Abecedario, & in Ethimologijs hæreſum, & confutantur ſimilitèr, Idolatriæ, vt in Abecedario Idolorum in principio, vide ibi littera A. C H. & L. ac etiam confutantur falſæ Theologiæ Fæncium, Egyptiorum, Græcorũ, Atlanticorũ, Frigiorum, Gentiũ, &c. ab Euſebio in primo, ſecundo, tertio, & quarto libro de præparatione Euangelica contra Theologiam fabuloſam Poetarum antiquorum.*

*Ex concluſionibus, probationibus, & ſolutionibus argumentorum Capręoli ſoluuntur argumenta Vulpes, & aliorum recentiorum facile, vt facit Ariſtotelis ad argumenta Antiquorum, quod veritatis cognitio dubiorum eſt ſolutio, & cum Cardinali Bellarmino dicente in libro de Scriptoribus Eccleſiaſticis de Ioanne Capræolo, quòd Ioann. Capreolus ſit defenſor Egregius Sancti Thomæ, & optimè diſſoluit omnia argumenta aduerſariorum: dicunt verba formalia Bellarmini, ergò ſi optimè diſſoluit per Bellarminum ſunt ſoluta argumenta cum his doctrinis hic: Sicut ſoluit Ariſtotelis contra antiquos dicendo in 3. de Cœlo, & in 3. Metaphiſic. veritatis cognitio, dubiorum eſt reſolutio.*

*Reſpondetur ſecundò cum Cardinali Sarnano Franciſcano doctiſſimo, cum nonageſimaſecunda concordantia, et ſimilitèr cum nonageſimaprima concordantia Bonęberbę.*

*Reſpondetur tertiò cum Petro de Bergamo, et Bartholomęo Spina dicentibus in tabula Sancti Thomę, quod qui ſcit totam Logicam Sancti Thomæ, Philoſophiam etiam moralem, totam Metaphyſicam Sancti Thomę, et totam eiuſdem Theologiam, nullum poteſt facere argumentum contra Sanctum Thomam, et ideò ſubdit, quod iſti recentiores ſtudent tantummodò articulo, ſuper quem componunt, et non habent in mente omnia opera Sancti Thomę loquentis pręſuppoſitiuè, præſupponendo omnia ſupradicta, & dicendo, quæ propter pręrumpunt in verba in tantum Magnum Doctorem nullo modo applicanda, quòd Sanctus Thomas contradicat ſibi ipſi, et ideò Cardinal. Sarnanus, quia ſciebat totum Sanctum Thomam concordauit ſimilitèr, etiam Ioannes Capræolus ſoluit argumenta aduerſariorum, cum locis Sancti Thomæ, quia totum in mente habebat Sanctum Thomam, et ideò Bellarmin. dicebat benę omnia ſoluere Capreolum.*

*Argumenta verò Vaſquez, Valentię, Molinæ, Suarez, etc. quia colliguntur, et ſoluuntur, clarè, diſtinctè, et breuitèr à Ripa, à Nazario, à Conſales, à Nauarretto, à Zenardo, et pręcipuè à Montagnolo, in tertia parte Sancti Thomæ de adoratione Chriſti, quæſtione vigeſimaſexta.*

*Vide noſtram expoſitionem Petri Lombardi aperientem mentem huius materiæ, vt in folio 72. hic, et infra pro 3. reſponſione Vulpes. Ac etiam vide 1. 2. et 3. folium pro reſponſione quarta, quinta, et ſexta ad argumentum eiuſdem Vulpes.*

*Reſpondetur ſeptimo cum concordantia Scoti, & Sancti Thomæ per Radam Franciſcanum hic declarantem S. Thom.*

*Loca Sacræ Scripturæ hic, et infra à Salmerone, Emanuel Sa, à Toleto, à Prierio, Vegha, à Poſſeuino, à Salian, Torello in annalibus à creatione Mundi, quę videntur repugnare aliquomodo Thomiſtis. quia ſunt concordata à nobis in fine noſtrę expoſitionis totius Bibliæ, & in Anatomia Biblię impræſſa, ideo vide ea illic.*



Digitized by Google

## DISTINCTIO X.

### Quæſtio. 1.

IN Diſtinctione decima quæritur. Vtrum Chriſtus inquantum homo ſit perſona Diuina.

*Concluſio I.* Iſta propoſitio, Chriſtus ſecundum quod eſt homo eſt Deus, eſt in vno ſenſu vera, & in alio falſa, magis tamen eſt dicenda falſa quàm vera. Hanc ponit Sanct. Doct. 3. quæſt. 16. artic. 11. & declarat. Nàm ſi ly inquantum, reduplicat naturam, eſt falſa, quia humana natura eſt diſtincta à Diuina. Si verò reduplicat ſuppoſitum, eſt vera nam ſuppoſitum, humanæ naturæ in Chriſto eſt perſona Diuina, quia tamē potius reduplicat naturam, quàm ſuppoſitum, Ideò potius dicitur falſa quàm vera. Idem tenet præſenti diſtinct. art. 1.

*Concluſio II.* Iſta propoſitio, Deus ſecundum quod homo eſt perſona, aut hypoſtaſis, vel res naturæ, in vno ſenſu eſt falſa, & in alio vera.

Hanc ponit 3. quæſt. vbi ſuprà, articul. 12 Si enim ſit ſenſus, quòd ſuppoſitum humanæ naturæ in Chriſto eſt perſona Filij, ſic eſt vera: Si verò ſit ſenſus, quòd natura humana ſubſiſtat in aliqua perſona, ſic eſt etiam vera. Si autem ſit ſenſus, quòd humana natura in Chriſto habeat propriam perſonalitatem, ſic eſt falſa.

*Concluſio III.* Quælibet iſtarum eſt ſimplicitèr vera. Chriſtus ſecundum, quòd iſte homo eſt Deus. Chriſtus ſecundum quòd iſte homo eſt perſona.

Hanc ponit 3. diſtinct. 4. quæſt. 1. articul. 1. & arguit ſic. Ad veritatem propoſitionis reduplicatiuè ſufficit, quòd prædicatum per ſe conueniat ei quod reduplicatur, ſubiecto autem conueniat ſimpliciter, ſed in illa Chriſtus ſecundum quod eſt iſte homo eſt Deus huiuſmodi, nam prædicatum per ſe conuenit huic, quòd dico iſte homo, per quod demonſtratur diuinum ſuppoſitum: ergo.

Contra arguit Durandus hic quæſt. 1. primo. In illa propoſitione, ly iſte demonſtratur Diuinum ſuppoſitum, non materialitèr, ſed formalitèr, ſcilicet vt habet humanitatem: ergo illa propoſitio eſt falſa, tenet conſequentia. quia in omni reduplicatiua vera natura, quæ reduplicatur, debet eſſe præciſa cauſa inhærentiæ prædicati ad ſubiectum, humanitas autem non eſt ratio, quod hoc prædicatum Deus conueniat ſuppoſito Diuino antecedens patet, quia ly iſte non demonſtrat Diuinum ſuppoſitum, [illegible]

Reſondeo, primò negatur antecedens, licet enim in illa Chriſtus inquantū homo eſt Deus, ſuppoſitum Diuinum importetur formalitèr per hoc nomen homo tamen iſta Chriſtus inquantum hic homo, eſt Deus, demōſtratur materialitèr Diuinum ſuppoſitum. Cuius ratio eſt, quia cum pronomen ſignificet puram ſubſtantiam ſine qualitate, ideſt ſuppoſitum ſine expreſſione quidditatis, nàm cum dico iſte currit, non exprimitur, quid ſit illud quod currit, vtrum homo, vel lapis, ideò eorum additio ad nomina concreta trahit ea ad ſtandum pro ſuppoſito potius quàm pro natura, & magis materialitèr quàm formalitèr, quantumcumque reduplicatio cadat ſuper aggregatum ex nomine demonſtratiuo, & nomine concreto, vt innuit Sanct. Doct. 3. parte quæſt. 16. art. 4.

Dico ſecundò, quòd non oportet, quòd illud quod reduplicatur ſit ratio inhærentiæ prædicati ad ſubiectum ſecundum ſe totum, & ideò dato quod hoc complexum, iſte homo, teneretur formalitèr in illa propoſitione, non tamen oporteret quòd omnis forma importata per hoc complexum ſit cauſa talis inhærentiæ, puta forma importata per ly iſte quæ eſt proprietas conſtitutiua Filij, & humanitas importata per ly homo, prima tamē reſponſio eſt melior, ſcilicèt quòd ſtet materialitèr, & non formalitèr, vt dicit Sanct. Doct. 3. diſtinct. 4. quæſt. 1. artic. 1. quæſt. 2. Ad probationem antecedentis negatur aſſumptum, quia ly iſte de ſe demonſtrat indifferentèr quodlibet ſuppoſitum ad placitum loquentis, nec iſte terminus homo habet, quod ſupponat diſcretè pro filio Dei, niſi ex additione pronominis.

Dicò tertiò, quod in illa propoſitione denotatur ratione reduplicationis, quod hoc prædicatum Deus conuenit Chriſto ratione ſuppoſiti demonſtrati per hoc pronomen iſte.

Secundò. Si implicatio cadit ſub reduplicatione dicente cauſam, oportet, quod prædicatum inſit ſubiecto ratione omnium prædicatorum. Vnde ſicut hæc eſt vera, iſte homo eſt perſona, ita & hæc homo eſt perſona etiam pro Chriſto: ergo ſimilitèr ſi eſt falſa. Chriſtus ſecundum quod homo eſt perſona, eadem ratione illa erit falſa Chriſtus ſecundum, quod iſte homo eſt perſona.

Reſpondeo, negatur antecedens, quia licèt ad veritatem reduplicatiuæ requiratur, quod prædicatum verificetur de qualibet parte complexi reduplicati, vt argumentum probat, non tamen oportet, quod de qualibet verificetur cum illa additione, inquantum huiuſmodi, ſiuè per ſe, ſicut licet ad veritatem iſtius homo inquantum albus, eſt viſibilis requiratur hominē eſſe viſibilem, & album eſſe viſibile non tamen opor-

Digitized by Google

oportet quod iſta ſit per ſe, homo eſt viſibilis, ſicut illa album eſt viſibile. Similitèr in propoſito vtraque iſtarum eſt vera. Iſte eſt perſona, ſed prima eſt vera per ſe, ſecunda autem nõ, vt dicit Sanct. Doct. 3. diſtinct. 4. quæſt. 1. art. 2. quæſt. 1. ad ſecundum.

*In hac decima Diſtinctione 3. Sententiarum, & vnica quæſtione ſequenti confutantur hæreſes damnatæ, vt in noſtro Commentar. in text.* Magiſtri, *& confutantur etiam hæreſes, quæ ſunt in Abecedario, & in Ethimologijs hæreſum, & confutantur ſimilitèr, Idolatriæ, vt in* Abecedario *Idolorum in principio, vide ibi littera. C. D. H. & I. ac etiam confutantur falſæ Theologiæ Fæncium, Egyptiorum, Græcorũ, Atlanticorũ, Frigiorum, Gentiũ, &c. ab Euſebio in primo, ſecundo, tertio, & quarto libro de præparatione Euangelica contra Theologiam fabuloſam Poetarum antiquorum.*

*Ex concluſionibus, probationibus, & ſolutionibus argumentorum Caprçoli ſoluuntur argumenta Vulpes, & aliorum recentiorum facile, vt facit Ariſtotelis ad argumenta Antiquorum, quod veritatis cognitio dubiorum eſt ſolutio, & cum Cardinali Bellarmino dicente in libro de Scriptoribus Eccleſiaſticis de Ioanne Capræolo, quòd Ioann. Capreolus ſit defenſor Egregius Sancti Thomæ, & optimè diſſoluit omnia argumenta aduerſariorum: dicunt verba formalia Bellarmini, ergò ſi optimè diſſoluit per Bellarminum ſunt ſoluta argumenta cum his doſtrinis hic: Sicut ſoluit Ariſtotelis contra antiquos dicendo in 3. de Cœlo, & in 3.* Metaphiſic. *veritatis cognitio, dubiorum eſt reſolutio.*

*Reſpondetur ſecundò cum Cardinali Sarnano Franciſcano doctiſſimo, cum nonageſimatertia concordantia, et ſimilitèr cum nonageſimaſecunda concordantia Bonęherbę.*

*Reſpondetur tertiò cum Petro de Bergamo, et Bartholomęo Spina dicentibus in tabula Sancti Thomę, quod qui ſcit totam Logicam Sancti Thomæ, Philoſophiam etiam moralem, totam Metaphyſicam* Sancti *Thomę, et totam eiuſdem Theologiam, nullum poteſt facere argumentum contra* Sanctum *Thomam, et ideò ſubdit, quod iſti recentiores ſtudent tantummodò articulo, ſuper quem componunt, et non habent in mente omnia opera* Sancti *Thomę loquentis pręſuppoſitiuè, præſupponendo omnia ſupradicta, & dicendo, qua propter pręrumpunt in verba in tantum Magnum Doctorem nullo modo applicanda, quòd* Sanctus *Thomas contradicat ſibi ipſi, et ideò Cardinal. Sarnanus, quia ſciebat totum* Sanctum*Thomam concordauit ſimilitèr, etiam* Ioannes*Capræolus ſoluit argumenta aduerſariorum, cum locis* San*cti Thomæ, quia totum in mente habebat Sanctum Thomam, et ideò Bellarmin. dicebat bene omnia ſoluere* Capreolum.

*Argumenta verò Vaſquez, Valentię, Molinæ,* Suarez, *etc. quia colliguntur, et ſoluuntur, clarè, diſtinctè, et breuitèr à Ripa, à Nazario, à* Conſales*, à Nauarretto, à Zenardo, et prçcipuè à* Montagnolo*, in tertia parte Sancti Thomæ de his quæ conſequuntur vnione quantum ad ea quę conueniunt* Chriſto *ſecundum se quæſt.* 16.

*Vide noſtram expoſitionem* Petri Lombardi *aperientem mentem huius materiæ, vt in folio 72. hic, et infra pro 3. reſponſione Vulpes. Ac etiam vide 1. 2. et 3. folium pro reſponſione quarta, quinta, et ſexta ad argumentum eiuſdem Vulpes.*

Reſponde*tur ſeptimo cum concordantia Scoti, & Sancti Thomæ per Radam Franciſcanum hic declarantem S. Thom.*

Lo*ca Sacræ*Scriptur*æ hic, et infra à Salmerone,* Emanuel Sa, *à Toleto, à* Prierio, *Vegha, à Poſſeuino, à* Salian, *Torello in annalibus à creatione* Mundi, *quę videntur repugnare aliquomodo Thomiſtis. quia ſunt concordata à nobis in fine noſtrę expoſitionis totius Bibliæ, & in Anatomia Biblię impræſſa, ideo vide ea illic.*

## DISTINCTIO. XI.

### *Quęſtio.* 1.

IN Diſtinctione vndecima quæritur. Vtrum iſta ſit concedenda ſine quacunque determinatione. Chriſtus eſt creatura, Chriſtus incœpit eſſe.

*Concluſio I.* Non eſt abſolutè, & ſiuè determinatione concedendum, quod Chriſtus ſit creatura. Hanc probat Sanct. Doct. 3, parte, quæſt. 16. artic. 8. Ex hoc, quòd videretur fauere hæreſi Arrianorum, qui dicunt filiũ minorem eſſe patre, etiam ratione Diuinæ Perſonæ, & eſſe creaturam. In tertio autem diſt. præſenti, ſic arguit. Id quod ſubſiſtit per eſſe increatum nõ poteſt dici creatura, ſed Chriſtus ſubſiſtit per eſſe increatum: ergo. Et ad maiorem notitiam ſciendum eſt, vt dicit 3. parte vbi ſupra, quod ea de quibus non poteſt eſſe ſuſpicio quod conueniant *D*iuinæ Perſonæ ſecũdum ſeipſam, poſſunt ſimpliciter dici de Chriſto ratione naturæ humanæ, vt eſſe mortuum; eſſe paſſum. Ea autem de quibus poteſt eſſe ſuſpicio, quod conueniant ratione Diuini ſuppoſiti, nõ debent dici de eo ſine determinatione, vt eſſe creatum. Sicut etiam ſimplicitèr di-



Digitized by Google

cimus hominem eſſe criſpum abſque determinatione, quia criſpitudo eſt nata conuenire tãtum parti,& non toti,non autẽ dicimus Æthiopem eſſe album ſimplicitèr,ſed ſecundum dentes, quia albedo nata eſt eſſe in alijs membris, quàm in dentibus.

Contra iſtam concluſionem arguit Durandus hic quæſt.1.primo Chriſtus dicitur ſimplicitèr eſſe natus,vel genitus,ergo poteſt dici ſimplicitèr eſſe creatus, antecedens, patet conſequentia probatur, quia ſicut eſſe genitum eſt natum conuenire naturæ, & ſuppoſito, ita & creari.

Reſpondeo, negatur conſequentia quia naſci, vel generari aliter reſpicit naturam quàm creatio,quia terminus creationis propriè eſt eſſe,quod reſpicit ſuppoſitum, terminus verò natiuitatis eſt ipſa forma,licet enim tàm generari, quàm creari ſit ipſius ſuppoſiti, vt quod tamen naſci, & generari non conuenit ſuppoſito niſi ratione naturæ,creari verò ratione ipſius eſſe,& quia Chriſtus nullum nouum eſſe exiſtentiæ accepit in ſua incarnatione, accepit tamen nouam materiam, ideò poteſt ſimplicitèr dici natus,& non creatus,ipſa verò humanitas creata eſt,& non nata.

Secundò. Illæ partes ſcilcet capilli, & dentes non prædicantur ſubſtantialitèr de toto,natura autem humana prædicatur ſubſtantialiter de Chriſto: ergo,illa ſimilitudo non eſt ad propoſitum.

Reſpondeo,negatur conſequẽtia, quia ſimilitudo tenet quantum ad hoc quod proprietas partis non denominat totum abſolutè, quando talis proprietas poteſt conuenire toti, & parti, licèt natura humana in Chriſto non ſit proprie partis,vt dicit Sanct.Doct.3.diſtinct.6.quæſt.2 artic.3.ad 2.

Tertiò arguit contra concluſionem, Omne factum eſt creatũ propriè,& abſolutè, ſed Chriſtus abſolutè dicitur factus:ergo,& creatus,maior nota, minor probatur. Omne quod ſimplicitèr dicitur genitum, dicitur etiam ſimplicitèr factum,cum generari ſit fieri,ſed Chriſtus dicitur ſimplicitèr genitus:ergo.

Reſpondeo, negatur minor, vt dicit Sanctus Doct. 3. diſtinct. 7. quæſt.2. artic.1. Ad probationem negatur maior, nàm generari ſimplicitèr non eſt ſimplicitèr fieri, quando per talem generationem nullum nouum ſuppoſitum cõſtituitur ſicut eſt in propoſito, generatio ergo Chriſti dicitur generatio ſimplicitèr, quia per eam acquiritur noua forma,non tamen dicitur ſimplicitèr factio,quia non acquirit nouum eſſe,nec nouum ſuppoſitum.

Contra eandem arguit, Scotus hic quæſt. 1. primo. Quicquid habet non eſſe prius eſſe eſt creatum, ſed Chriſtus fuit huiuſmodi cum ſit mortuus: ergo.

Reſpondeo,negatur minor,quia ſicut per aſſumptionem naturæ humanæ Chriſtus nullum eſſe acquiſiuit, ita per mortem nullum eſſe amiſit,ſed illud eſſe poſt mortem non erat quidem eſſe humanum, quia pro tunc nullum reſpectũ habebat ad humanitatem, cum ipſa non eſſet propter ſeparationem animæ à corpore.

Secundo,Chriſtus dicitur ſimplicitèr mortalis, ergo dicitur ſimplicitèr creatus antecedens patet, quia dicitur abſolutè quòd eſt mortuus, conſequentia patet,quia immortale, & increatum idem ſunt, & ſimilitèr mortale, & creatum.

Reſpondeo,negatur conſequẽtia, nam mors eſt proprietas partis in Chriſto ſcilicet corporis, & ratione huius dicitur de toto ſine determinatione, creari autem natum eſt conuenire toti ſicut parti,nàm,& Sortes creatur, ꝙ humanitas eius creatur.

Tertiò. Sicut repugnat naturæ Diuinæ creari, ita repugnat naturæ humanæ creare: ergo ſi non poteſt Chriſtus dici creatura, nec poterit dici Creator.

Reſpondeo,negatur conſequentia,quia licet repugnet humanæ naturæ creare, non tamen repugnat cuilibet ſuppoſito eius puta Chriſto. Creari autem repugnat non tantum naturæ Diuinæ,ſed etiam cuilibet ſuppoſito eius. Dico tamen quòd aliquandò Doctores, vt Auguſtinus, Hieronymus, & Damaſcenus dicunt Chriſtum eſſe creaturam,ſed ſubintelligenda eſt determinatio, ſcilicèt quòd eſt creatura, inquantum homo, non autem abſolutè, & ſimplicitèr.

*Concluſio II.* Iſta propoſitio non eſt ſimplicitèr concedenda, Chriſtus incipit eſſe. Hanc probat Sanct.Doct.3.quæſt.16.3. E præſenti diſtinctione,quia ſenſus eſſet, quòd Filius Dei incœpit eſſe, nàm ly Chriſtus ſtat materialitèr, ideſt, pro ſuppoſito,& non formalitèr, cùm ſit à parte ſubiecti.

Contra rationem arguit Durandus in 2. diſtinctione 12. quæſtione prima, primo. Licet terminus à parte ſubiecti ſtet materialitèr, tamen ſi dicat duas naturas aliquid poteſt ei attribui ratione vtriuſque, dicimus enim, qod album diſputat, & hoc conuenit ſubiecto ratione ſuppoſiti, & dicitur quod album diſgregat,& hoc ei conuenit ratione formæ,ſed Chriſtus dicit duas naturas: ergo cum dicitur quod incœpit eſſe,hoc eſt verum ratione alterius iſtarum naturarum.

Reſpondeo, quòd licet multa prædicata poſſint verificari de aliquo ſubiecto ratione formæ, vt in illa album diſgregat, hoc tamen non

non eſt in propoſito, propter duo. Primò, quia diſgregare non eſt natum conuenire alicui ſuppoſito ſecundum ſe, ſed tantum ratione albedinis, incipere autem eſſe eſt natum conuenire non tantum formæ, ſed etiam ſuppoſito. Secundo quia diſgregare non includit in ſuo ſignificato negationem alicuius, quod per ſe conueniat ſuppoſito albedinis, incipere autem eſſe includit negationem alicuius, quod per ſe conuenit ſuppoſito naturæ humanæ in Chriſto, ſcilicet non ſemper fuiſſe.

Contra eandem arguit Scotus hic quæſtione tertia. Ad hoc quod dicatur incipere eſſe id, quod dicit aggregatum per accidens, ſufficit alterum eorum de nouo incidere eſſe. Illa enim eſt vera, album incipit eſſe, dato quod res ſubiecta albedini ante fuerit, dummodo albedo incipiat in ea eſſe, ſed ly Chriſtus dicit aggregatum per accidens: ergo ad hoc, quod dicatur incipere eſſe, ſufficit naturam humanam de nouo habere eſſe.

Reſpondeo, negatur maior. Illa enim album incipit eſſe nunquam eſt vera niſi res alba nouitèr fiat, quia ly album licet ſignificet albedinem, tamen ſupponit tantum pro ſubiecto, negatur eniam minor, quia natura humana, & diuina non ſunt per accidens vnitæ in Chriſto, ſed ſubſtantialitèr, & in vno eſſe, vt in ſuperioribus dictum eſt.

*In hac vndecima Diſtinctione tertij Sententiarum, & vnica quæſtione ſequenti confutantur hæreſes damnatæ, vt in noſtro Commenntar. in text. Magiſtri, & confutantur etiam hæreſes, quæ ſunt in Abecedario, & in Ethimologijs hæreſum, & confutantur ſimilitèr Idolætriæ, vt in Abecedario Idolorum in principio, vide ibi lit C. D. E. & I ac etiam confutantur falſæ Theologię Fænicum, Egyptiorum, Gręcorum, Atlanticorum, Frigiorum, Gentium, &c. ab Euſebio in primo, ſecundo, tertio, & quarto libro de præparatione Euangelica contra Theologiam fabuloſam Poetarum antiquorum.*

*Ex concluſionibus, probationibus, & ſolutionibus argumentorum Capræoli ſoluuntur argumenta Vulpes, & aliorum recentiorum facilè, vt facit Ariſtotelis ad argumenta Antiquorum, quod veritatis cognitio dubiorum eſt ſolutio, & cum Cardinali Bellarmino dicente in libro de Scriptoribus Eccleſiaſticis de Ioanne Capræolo, quòd Ioannes Capræolus ſit defenſor Egregius Sancti Thomę, & optimè diſſoluit omnia argumenta aduerſariorum: dicunt verba formalia Bellarmini, ergo ſi optimè diſſoluit per Bellarminum, ſunt ſoluta argumenta cum his doctrinis hic: Sicut ſoluit Ariſtotelis contra antiquos dicendo in 3. de Cœlo, & in 3. Metaphiſic. veritatis cognitio, dubiorum eſt reſolutio.*

*Reſpondetur ſecundo cum Cardinali Sarnano Franciſcano doctiſſimo, cum nonageſima quarta concordantia, & ſimilitèr cum nonageſima tertia concordantia Bonaberbæ.*

*Reſpondetur tertio cum Petro de Bergamo, & Bartholomæo Spina dicentibus in tabula Sancti Thomæ, quod qui ſcit totam Logicam Sancti Thomę, Philoſophiam etiam moralem, totam Metaphyſicam Sancti Thomæ, & totam eiuſdem Theologiam, nullum poteſt facere argumentum contra Sanctum Thomam, & ideo ſubdit, quod iſti recentiores ſtudent tantummodo articulo, ſuper quem componunt, & non habent in mente omnia Opera Sancti Thomæ loquentis præſuppoſitiuè, pręſupponendo omnia ſupradicta, & dicendo, quapropter prærumpunt in verba in tantum Magnum Doctorem nullo modo applicanda, quod Sanctus Thomas contradicat ſibi ipſi, & ideo Cardinal. Sarnanus, quia ſciebat totum Sanctum Thomam concordauit ſimilitèr, etiam Ioannes Capręolus ſoluit argumenta aduerſariorum, cum locis Sancti Thomæ, quia totum in mente habebat Sanctum Thomam, & ideo Bellarm. dicebat bene omnia ſoluere Capręolum.*

*Argumenta vero Vaſquez, Valentię, Molinæ, Suarez, &c. quia colliguntur; & ſoluuntur, clarè, diſtinctè, & breuitèr à Ripa, à Nazario, à Conſales, à Nauarretto, à Zenardo, & præcipuè à Montagnolo, in tertia parte Sancti Thomæ quæſt. 16. de his quæ conſequuntur vnionem quantum ad ea quæ conueniunt Chriſto ſecundum ſe.*

*Vide noſtram expoſitionem Petri Lombardi aperiētem mentem huius materię, vt in folio 77. hic, & infra pro 3. reſponſione Vulpes. Ac etiam vide 1. 2. & 3. folium pro reſponſione quarta, quinta, & ſexta ad argumentum eiuſdem Vulpes.*

*Reſpōdet. 7. cum concordantia Scoti, & Sancti Thomę per Radam Franciſcanum hic declarantem S. Thom.*

*Loca Sacræ Scripturæ hic, & infra à Salmerone, Emanuel Sa, à Toleto, à Prierio, Vegha, à Poſſeuino, à Salian, Torello in annalibus à creatione Mundi, quæ videntur repugnare aliquo modo Thomiſtis, quia ſunt concordata à nobis in fine noſtrę expoſitionis totius Bibliæ, et in Anatomia Biblię impreſſa ideò vide ea illic.*



Digitized by Google

## DISTINCTIO. XII.

*Quæſtio. 1.*

IN diſtinctione duodecima quæritur. Vtrum Chriſtus potuerit peccare.

PRO quæſtione hæc eſt prima concluſio. Simpliciter loquendo Chriſtus nullo modo potuit peccare. Hanc ſic probat præſenti diſt. q. 2. 1. Actiones ſunt ſuppoſitorum, ſed peccare eſt agere, ergo. Si dicitur quòd Chriſtus potuit peccare: ſequitur quòd diuinum ſuppoſitum potuit peccare.

Contra rationem arguit Durandus hic q. 2. Si peccatum factum à natura humana Chriſti imputaretur diuino ſuppoſito, aut hoc eſſet, quia diuinum ſuppoſitum naturam moueret ad illum actum: aut quia deberet prohibere, & non prohiberet, non primum, quia mouere creaturam eſt cõmune toti Trinitati; ergo defectus ſequens talem motionem nõ plus imputatur vni perſonæ diuinę quàm alteri non ſecundum, quia Deus inſtituit naturam humanam liberi arbitrij: ergo non tenetur eam impedire ab agendo, quicquid vult, & ſi non impedit non eſt malum.

Confirmatur. Si diuinum ſuppoſitum aſſumpſiſſet naturam ignis, nõ teneretur eam impedire, quin indifferenter combureret: ergo & in propoſito.

Reſpondeo negatur maior, ſed huius ratio eſt, quia natura aſſumpta trahitur ad eſſe perſonæ aſſumentis, non ſic autem trahitur ad eſſe perſonæ non aſſumentis, ſicut nec trahitur ad eſſe diuinæ perſonæ, natura non aſſumpta. Et ex hoc perſona aſſumens cõcurrit ad actionem naturæ aſſumptæ non ſolum vt mouens: vel vt non prohibens, ſed vt eliciens actionem principaliter, cum etiam principaliter ei conueniat eſſe: & ideo ſi aliqua operatio Chriſti eſſet vitioſa, ei principaliter imputaretur tanquam principali agenti.

Ad exemplum de igne aſſumpto dicitur, quod actio ignis non indiget regula eo modo, quo operatio liberi arbitrij, in quo poteſt eſſe culpa & meritum. De his loquitur S. D. 3. diſtin. 23. articul. primo.

SECVNDA ratio pro concluſionę. Operatio inſtrumenti attribuitur principali agenti, ſed humanitas in Chriſto erat inſtrumentum diuinitatis, ergo ſi peccaret, illud peccatum attribueretur diuinitati.

Contra arguit Durandus, quia licet de facto humanitas fuerit inſtrumentum: potuit tamen aſſumi: ita quod non eſſet inſtrumentum: ergo tunc ſi peccaret, hoc non attribueretur diuinitati.

Reſpondeo, quod impoſſibile eſt, humanam naturam vniri diuino ſuppoſito ſecundum eſſe, quin ſit eius inſtrumentum: fuit tamen ſpecialius inſtrumentum verbi quàm aliarum perſonarum, non quia ſpecialius ab eo moueretur: ſed quia tracta erat ad eſſe perſonale ipſius verbi: quamuis dici poſſet quod mouebatur à verbo motione efficientis proximi & ab alijs perſonis motione efficientis primi.

Dico ſecundò, quod Deum quouis modo peccare poſſe eſt impoſſibile, & hoc dicere, eſt hæreticum: & contra hoc dicentes, cuiuſmodi eſt Durandus, magis diſputandum eſſet igne quàm verbis: qui etiam dicit, quod poſſibile eſt Deum eſſe damnatum: quia poſſet aſſumere naturam damnatam, hoc nefarium eſt: quia natura damnatą dicit naturam ſimul cum culpa propter quam eſt damnata quam culpã Deus aſſumere non poteſt.

Contra concluſionem arguit. Si natura humana eſſet aſſumpta ſine gratia, potuiſſet peccare: ergo poſſibile eſt Chriſtum peccare. conſequentia patet. antecedens probatur, talis natura ſic aſſumpta nullum actum primum perfectiorem haberet quàm natura non aſſumpta; ergo ſicut illa poſſet peccare; ita & iſta.

Reſpondeo, negatur antecedens. Ad probationem ſimiliter antecedens; quia natura aſſumpta haberet ſaltem eſſe diuini ſuppoſiti; licet non haberet gratiam.

*In hac duodecima Diſtinctione tertij Sententiarum, & vnica quæſtione ſequenti confutantur hæreſes damnatæ, vt in noſtro Commentar. in text. Magiſtri, & confutantur etiam hæreſes, quæ ſunt in Abecedario, & in Ethimologijs hæreſum, & confutantur ſimilitèr Idolætriæ, vt in Abecedario Idolorum in principio, vide ibi lit C. P. & V. ac etiam confutantur falſæ Theologię Fænicum, Egyptiorum, Gręcorum, Atlanticorum, Frigiorum, Gentium, &c. ab Euſebio in primo, ſecundo, tertio, & quarto libro de præparatione Euangelica contra Theologiam fabuloſam Poetarum antiquorum.*

*Ex concluſionibus, probationibus, & ſolutionibus argumentorum Capræoli ſoluuntur argumenta Vulpes, & aliorum recentiorum facilè, vt facit Ariſtotelis ad argumenta Antiquorum, quod veritatis cognitio dubiorum eſt ſolutio, & cum Cardinali Bellarmino dicente in libro de Scriptoribus Eccleſiaſticis de Ioanne Capræolo, quòd Ioannes Capræolus ſit defenſor Egregius Sancti Thomę, & optimè diſſoluit omnia argumenta aduerſariorum: dicunt verba formalia Bellarmini, ergo ſi optimè*

Digitized by Google

*mè diſſoluit per Bellarminum, ſunt ſoluta argumenta cum his doctrinis hic: Sicut ſoluit Ariſtotelis contra antiquos dicendo in 3. de Cœlo, & in 3. Metaphiſic. veritatis cognitio, dubiorum eſt reſolutio.*

*Reſpondetur ſecundo cum Cardinali Sarnano Franciſcano doctiſſimo, cum nonageſima quinta concordantia, & ſimilitèr cum nonageſimaquarta concordantia Bonaberba.*

*Reſpondetur tertio cum Petro de Bergamo, & Bartholomæo Spina dicentibus in tabula Sancti Thomæ, quod qui ſcit totam Logicam Sancti Thomę, Philoſophiam etiam moralem, totam Metaphyſicam Sancti Thomæ, & totam eiuſdem Theologiam, nullum poteſt facere argumentum contra Sanctum Thomam, & ideo ſubdit, quod iſti recentiores ſtudent tantummodo articulo, ſuper quem componunt, & non habent in mente omnia Opera Sancti Thomæ loquentis præſuppoſitiuè, præſupponendo omnia ſupradicta, & dicendo, quapropter prærumpunt in verba in tantum Magnum Doctorem nullo modo applicanda, quod Sanctus Thomas contradicat ſibi ipſi, & ideo Cardinal. Sarnanus, quia ſciebat totum Sanctum Thomam concordauit ſimilitèr, etiam Ioannes Capręolus ſoluit argumenta aduerſariorum, cum locis Sancti Thomæ, quia totum in mente habebat Sanctum Thomam, & ideo Bellarm. dicebat bene omnia ſoluere Capręolum.*

*Argumenta vero Vaſquez, Valentię, Molina, Suarez, &c. quia colliguntur; & ſoluuntur, clarè, diſtinctè, & breuitèr à Ripa, à Nazario, à Conſales, à Nauarrito, à Lenardo, & præcipuè à Montagnolo, in tertia parte Sancti Thomæ quæſt. 15. de defectibus quos Chriſtus aſſumpſit in humana natura quantum ad animam.*

*Vide noſtram expoſitionem Petri Lombardi aperiētem mentem huius materię, vt in folio 77. hic, & infra pro 3. reſponſione Vulpes. Ac etiam vide 1. 2. & 3. folium pro reſponſione quarta, quinta, & ſexta ad argumentum eiuſdem Vulpes.*

*Reſpōdet. 7. cum concordantia Scoti, & Sancti Thomę per Radam Franciſcanum hic declarantem S. Thom.*

*Loca Sacræ Scripturæ hic, & infra à Salmerone, Emanuel Sa, à Toleto, à Prierio, Veregha, à Poſſeuino, à Salian, Torello in annalibus de creatione Mundi, quæ videntur repugnare aliquo modo Thomiſtis, quia ſunt concordata à nobis in fine noſtrę expoſitionis totius Bibliæ, et in Anatomia Biblię impreſſa ideò vide ea illic.*

## DISTINCTIO XIII.

### Quæſtio 1.

IN diſtinctione decimatertia quęritur. Vtrum anima Chriſti habuerit gratiā formaliter & actu infinitam.

*Concluſio* I. In anima Chriſti fuit gratia habitualis. Hanc ſic probat S. D. 3. quæſt. 7. 1. Omne quod perficit formaliter animam in eſſe ſpirituali ad eliciendum operationes excedentes naturalem facultatem eius, eſt gratia habitualis; ſed in anima Chriſti fuit aliquid tale; ergo.

*Concluſio* II. Gratia Chriſti fuit, & eſt aliquo modo infinita. Hanc probat vbi ſuprà art. 11. Et præſenti diſtin. quæſt. 1. art. 2. quæſt. 2. Et de veri. q. 29. artic. 3. Omnis forma aliquo modo illimitata eſt aliquo modo infinita; ſed gratia animæ Chriſti fuit huiuſmodi, ergo maior patet minor probatur. Vbi ſciendum, quod prędicta gratia fuit & eſt finita ſecundum eſſentiam, cum ſit quoddam accidens; eſt etiam finita ſecundum eſſe, cum ſit in alio ſubiectiuè. Sed eſt infinita tripliciter. Vno modo propter coniunctionem cum diuino ſuppoſito, nam actus, quos Chriſtus mediante ea elicit, non ſolum ſunt actus hominis, ſed etiam Dei. Alio modo quantum ad effectum; quia poteſt Chriſtus per illam gratiam operari redemptionem infinitorum hominum. Tertio quantum ad rationem gratiæ. Sicut enim calor ſeparatus ab omni ſubiecto, eſſet infinitus, quò ad rationem caloris ita gratia Chriſti eſt infinita, quò ad rationem gratiæ; quia quicquid pertinet ad perfectionem gratiæ, fuit in Chriſto. Cum enim infinitis modis poteſt conſiderari perfectio alicuius, quantum ad gratiam nullus eorum defuit Chriſto.

Contra arguit Aureolus primò. Si ſic ergo Deus ab illa gratia poteſt remouere aliquem gradum finitum, & reſiduum adhuc erit infinitum, infinito autem non poteſt fieri additio, & per conſequens Deus non poterit reſtituere illum gradum ablatum. ſed iſta omnia ſunt falſa, ergo & concluſio, ex qua ſequuntur:

Reſpondeo primò negatur prima ſequela; quia formæ non remittuntur per ſubtractionē alicuius partis formæ à forma, vt dictum fuit 1. diſt. 17.

¶ Dico ſecundò, quod hoc etiam admiſſo, Deus poſſet illum gradum reddere ſicut etiam infinitæ multitudini partium proportionabilium alicuius continui poteſt fieri additio, & ſubtractio; nec eſt impoſſibile quod infinito ad-

Digitized by Google

addatur aliqua pars quæ non ſe habeat ad ipſum in certa & determinata proportione, vt dictum fuit in 1.q.2.

¶ Dico tertiò, quod argumentum non eſt ad propoſitum; quia non dicimus, quod gratia ſit infinita intenſiuè aut quo ad eſſe, vel actuationem ſubiecti, ſed ſolum quo ad illimitationem rationis gratiæ, hoc enim modo poſſunt eſſe infinita etiam ea, quæ participantur ab aliquo ſubiecto.

Secundò gratia Chriſti potuit augeri in infinitum, ergo non fuit infinita conſequentia patet, antecedens probatur, tum quia forma reſpiciens potentiam ſine aliqua diſpoſitione poteſt ab illa potentia recipi ſecundum omnem gradum, ſed gratia hoc modo reſpicit animam, ergo.

Reſpondeò, negatur antecedens loquendo de augmento, quantum ad rationem gratiæ. Ad probationem negatur maior, non ſolum de tali augmento, ſed etiam abſolutè; alioquin aer poſſet naturaliter recipere infinitum lumen, cum reſpiciat ipſum abſq; omni diſpoſitione.

¶ Dico ſecundò, quod licet in quolibet viatore poſſit augeri gratia, quantum ad eſſe perfectius in ſubiecto, hoc tamen non poteſt eſſe in beatis de potentia Dei ordinaria licet eſſe poſſit de potentia abſoluta; quia capacitas ſubiecti ad talem formam eſt obiectiualis, & nunquam poteſt impleri totaliter, & talis capacitas dicit non repugnantiam animæ ad recipiendum quicquid Deus poteſt velle eam recipere.

Contra eandem arguit Durandus hic q. 1. duobus modis quod gratia Chriſti eſt finita quantum ad eſſe, quod gratis concedimus.

Contra eandem arguit Adam, quod data quacunque forma intenſibili, Deus poteſt facere maiorem, quod etiam conceditur, quantum ad eſſe; ſed non quo ad rationem talis formæ, hoc autem probat vnico medio.

Contra eandem arguit Gerard. O donis ad idem propoſitum, ſicut & prædicti tribus medijs. Et Ocham vnico medio quæ omnia ita præcisè ſoluuntur ſicut argumenta. Aureoli.

*In hac decimatertia Diſtinctione tertij Sententiarum, & vnica quæſtione ſequenti confutantur hæreſes damnatæ, vt in noſtro Commenntar. in text. Magiſtri, & confutantur etiam hæreſes, quæ ſunt in Abecedario, & in Ethimologijs hæreſum, & confutantur ſimilitèr Idolatriæ, vt in Abecedario Idolorum in principio, vide ibi lit A.C.F.G. & I. ac etiam confutantur falſæ Theologię Fænicum, Egyptiorum, Grçcorum, Atlanticorum, Frigiorum, Gentium, &c. ab Euſebio in primo, ſecundo, tertio, & quarto libro de præparatione Euangelica contra Theologiam fabuloſam Poetarum antiquorum.*

*Ex concluſionibus, probationibus, & ſolutionibus argumentorum Capræoli ſoluuntur argumenta Vulpes, & aliorum recentiorum facilè, vt facit Ariſtotelis ad argumenta Antiquorum, quod veritatis cognitio dubiorum eſt ſolutio, & cum Cardinali Bellarmino dicente in libro de Scriptoribus Eccleſiaſticis de Ioanne Capræolo, quòd Ioannes Capræolus ſit defenſor Egregius Sancti Thomę, & optimè diſſoluit omnia argumenta aduerſariorum: dicunt verba formalia Bellarmini, ergo ſi optimè diſſoluit per Bellarminum, ſunt ſoluta argumenta cum his doctrinis hic: Sicut ſoluit Ariſtotelis contra antiquos dicendo in 3. de Cœlo, & in 3. Metaphiſic. veritatis cognitio, dubiorum eſt reſolutio.*

*Reſpondetur ſecundo cum Cardinali Sarnano Franciſcano doctiſſimo, cum nonageſimaſexta concordantia, & ſimilitèr cum nonageſimaquinta concordantia Bonæberba.*

*Reſpondetur tertio cum Petro de Bergamo, & Bartholomæo Spina dicentibus in tabula Sancti Thomæ, quod qui ſcit totam Logicam Sancti Thomę, Philoſophiam etiam moralem, totam Metaphyſicam Sancti Thomæ, & totam eiuſdem Theologiam, nullum poteſt facere argumentum contra Sanctum Thomam, & ideo ſubdit, quod iſti recentiores ſtudent tantummodo articulo, ſuper quem componunt, & non habent in mente omnia Opera Sancti Thomæ loquentis præſuppoſitiuè, prçſupponendo omnia ſupradicta, & dicendo, quæ propter prærumpunt in verba in tantum Magnum Doctorem nullo modo applicanda, quod Sanctus Thomas contradicat ſibi ipſi, & ideo Cardinal. Sarnanus, quia ſciebat totum Sanctum Thomam concordauit ſimilitèr, etiam Ioannes Caprçolus ſoluit argumenta aduerſariorum, cum locis Sancti Thomæ, quia totum in mente habebat Sanctum Thomam, & ideo Bellarm. dicebat bene omnia ſoluere Caprçolum.*

*Argumenta vero Vaſquez, Valentię, Molinæ, Suarez, &c. quia colliguntur; & ſoluuntur, clarè, diſtinctè, & breuitèr à Ripa, à Nazario, à Conſales, à Nauarretta, à Zenardo, & præcipuè à* Montagnolo, *in tertia parte Sancti Thomæ quæſt. 7. de coaſſumptis à Filio Dei in humana natura pertinentibus ad perfectionem ſcilicet de gratia* Chriſti *prout eſt ſingularis homo.*

*Vide noſtram expoſitionem Petri Lombardi aperiētem mentem huius materię, vt in folio 77. hic, & infra pro 3. reſponſione Vulpes.*

Digitized by Google

*pes. Ac etiam vide 1.2. & 3. folium pro reſponſione quarta, quinta, & ſexta ad argumentum eiuſdem Vulpes.*

*Reſpõdet. 7. cum concordantia Scoti, & Sancti Thomę per Radam Franciſcanum hic declarantem S. Thom.*

*Loca Sacra Scripturæ hic, & infra à Salmerone, Emanuel Sa, à Toleto, à Prierio, Vegha, à Poſſeuino, à Salian, Torello in annalibus à creatione Mundi, quæ videntur repugnare aliquo modo Thomiſtis, quia ſunt concordata à nobis in fine noſtrę expoſitionis totius Bibliæ, et in Anatomia Bibliç impreſſa ideò vide ea illic.*

## DISTINCTIO XIV.

### *Quæſtio. 1:*

IN diſtinctione decimaquarta quęritur primò. Vtrum anima Chriſti ſit ſciens formaliter ſcientia increata.

*Concluſio* I. Anima Chriſti non poteſt eſse formaliter ſciẽs ſcientia increata, tanquam actu ſecundo. Hanc ſic probat de veri. quæſt. 20. art. 1. Et 3. par. q. 9. art. 1. Tantum repugnat diuinæ eſsentiæ eſse formaliter notitia intellectus creati; quantum repugnat ei eſse vitam qua corpus formaliter viuat, ſed ſecundum ei repugnat, ergo & primum maior probatur, quia plus ei repugnat eſse formam accidentalem quam eſsentialem, minor patet, vt ibi diffusè deducit contra Apollinarem & Armonium.

Contra arguit Io. de Ripa Tranſonum, primò. Eſsentia diuina poteſt vniri intellectui, vt ſpecies intelligibilis, ſicut etiam dicit S. D. 4. ſen. diſt. 49. ergo poteſt ei vniri vt intellectio maior patet ex dictis S. D. & etiam quia quælibet pars imaginis poteſt beatificari, ſed memoria intellectiua eſt pars imaginis; ergo poteſt beatificari, ſed memoria non eſt niſi conſeruare ſpecies; ergo conſeruat diuinam eſsentiam per modum ſpeciei alioquin non beatificaretur.

Reſpondeo primò, negatur conſequentia; quia oportet intellectionem aut eſse idem cũ intellectu, quæ ea intelligit ſicut eſt in Deo, aut eſse productam ab intellectu, ſicut eſt in omni intellectione creaturæ, diuina autem eſſentia non poteſt eſse producta ab intellectu creato; & ideo non poteſt eſse eius intellectio. Speciem autem non oportet eſse idem cum intellectu, nec oportet, quod ab eo producta ſit, nec etiam oportet quod inhæreat intellectui, quod patet, nam eſſentia angeli ſe habet reſpectu intellectus angelici loco ſpeciei intelligibilis, dum Angelus intelligit ſeipſum: & tamen non inhæret intellectui angelico, ſed ecõtra, oportet tamen, quod actus intelligẽdi producatur ab intellectu mediante ſpecie; quia ex intellectu & re intellecta ſit vnum principium productiuum intellectionis: vt dicit S. Doct. de veri. quæſt. octaua art. 6.

¶ Dico ſecundò, quod licet diuina eſſentia non poſſit fieri vnum cum intellectu creato, vel ei vniri in eſſendo: poteſt tamen ei vniri in intelligendo. Et huius ratio eſt, quia forma per ſe ſubſiſtẽs, quæ eſt ſuum eſſe poteſt eſſe actus primus ipſius intellectus: vt dicit S. Doct. tertio contra. ca. 49. Illæ autem, quæ non ſunt ſuũ eſſe & per ſe ſubſiſtunt non poſſunt vniri intellectui, vt actus primus: niſi fortè illi intellectui, cui vnitur in eſſe reali, & ſuppoſitaliter, quod dico; quia cum angelus intelligit ſe ſua eſſentia, vnitur eius intellectui vt forma, nulli tamẽ alteri vniri poſſet ſicut poteſt eſſentia diuina.

¶ Dico tertiò, quod eſſentia diuina dicitur ſe habere ad intellectum creatum, vt forma, prout illud dicitur ſe habere ad aliud, vt forma, quod eſt actus alius eo in eodem ſuſceptiuo; & ambo concurrunt ad eundem effectum ſicut lux dicitur eſſe forma cęlorum intentionalium, quæ ſunt in medio; quia vtrumque eſt in diaphano, & lux eſt actualior ſpecie coloris; & ambo concurrunt ad mouendum potentiã viſiuam, ita in propoſito intellectus recipitur in eſſentia animæ & ſimiliter diuina eſſentia, inquantum inhabitat animam, quæ diuina eſſentia eſt actualior intellectu, & ambo concurrunt ad actum intelligendi; ideo eſſentia diuina dicitur eſſe forma intellectus creati, quia fiunt vnum intelligendo; ſed non in eſſendo, nec tamen ſequitur quòd memoria intellectiua plus eleuetur quàm intellectus, licet diuina eſſentia non ſit intellectio intellectus & ſit ſpecies memoriæ; quia ſicut vnitur memoriæ vt teneatur, ita vnitur intellectui concurrendo cũ eo ad actum viſionis.

Secundo arguit, quod licet diuina eſſentia non poſſit eſſe intellectio informans intellectũ creatum; poteſt tamen eſſe eius intellectio ipſum immutans, tum quia forma quæ poteſt vitaliter immutare aliquam potentiam, poteſt vitaliter immutare omnem potentiam vitalẽ, ergo cum diuina eſſentia ſit intellectio diuini intellectus; poteſt eſſe immutare intellectum creatum, quæ eſt potentia vitalis. Tum quia diuinum eſſe eſt quo formaliter aliqua creatura ſubſiſtit, vt patet de Chriſto; ergo diuina intellectio poteſt eſſe, qua formaliter creatura intelligit.

Reſpondeo, negatur maior, nam ſpecies quę ſunt in imaginatiua hominis non poſſent im-



Digitized by Google

mutare imaginatiuam aſini; nec ſpecies intellectus angelici intellectum humanum.

¶ Dico ſecundò, quod intellectio non immutat potentiam;ſed eſt ipſa immutatio: licet ſpecies immutet; & ideo iſte loquitur impropriè.

¶ Ad ſecundum negatur conſequẽtia; quia intellectio nulli potentiæ conuenit, niſi cui inhæret realiter,non ſic eſt de eſſe diuino, quod poteſt alicui communicari, non tanquam per ipſum formaliter ſubſiſtenti, ſed quaſi coexiſtenti diuino ſuppoſito.

¶ Dico tertiò,quod diuina intellectio cum ſit infinita,& ſit ſecundus actus, nõ poteſt aliquid immutare niſi infinitè intellectus autem creatus non eſt capax infinitæ immutationis. Secus eſt de ſpecie quæ eſt actus primus: & ideo diuina eſſentia licet vniatur, vt ſpecies: tamen immutat tantum finitè intellectum creatum.

Tertiò in cognitione nullo modo ænigmatica idem eſt cognitio & obiectum,ſed aliquis intellectus creatus poteſt habere de diuina eſſentia notitiam nullo modo ænigmaticam, ſicut habent beati: vt dicit Apoſtolus primo Cor in.13. ergo illa cognitio eſt diuina eſſentia minor patet,maior probatur, quia vbi obiectũ diſtinguitur à cognitione;talis cognitio eſt per ſpeciem; & per conſequens obiectum non videtur omnino proprijſſimè in ſe intuitiuè, ſed per medium, omne autem medium facit cognitionem aliquo modo ænigmaticam.

Reſpondeo, negatur maior. Et ad probationem dico,quod medium, in quo aliquid videtur; facit notitiam ęnigmaticam;ſicut cum cognoſco Sortem in ſpeculo, vel cauſam vt relucet in effectu ſuo. Medium autem,quo cuiuſmodi eſt ſpecies non facit viſionem ænigmaticam;ſi talis ſpecies ſit adæquata obiecto; vel ſaltem perfectè ipſum repræſentet ſecundum omnes eius eſſentiales differentias; vt dicit S. Doct.3.ſen.diſt.præſenti,art.2. Et 2 parte, q. 14.articulo quinto.

¶ Dico ſecundò, quod datis duabus notitijs,quarum vna ſit per ſpeciem, & alia non, non oportet, quod prima ſit ſpecularis reſpectu ſecundæ; imo quandoque eſt perfectior, quàm ſecunda,quod patet,nam angelus ſuperior Gabriele cognoſcit per ſpeciem eſſentiã Gabrielis,nobiliori modo quàm ipſemet Gabriel,qui ſine ſpecie ſeipſum cognoſcit.

¶ Vtrum autem aliqua cognitio creata ſit cognitio ſua.

Reſpondeo,quod idem poteſt eſſe cognitio ſui confuſa,& vniuerſalis, & communis ſibi & alteri obiecto,non autem propria eſt diſtincta, ita quod non ſit cognitio alterius, nam actus rectus,alius eſt à reflexo.

Quartò cuicunque apparet aliquod obiectum ſimplici apparentia obiectiua eſſe immẽſum,in eo eſt formalis apparentia infinita, ſed intellectui beato apparet ſimplici apparentia, & non diſcurſiua,quod Deus ſit infinitus, alioquin nõ plus quietaretur intellectus in tali obiecto immenſo,quàm ſi per impoſſibile non haberet immenſitatem: ergo formalis apparentia in intellectu beato eſt infinita, talis autem apparentia eſt ipſe actus cognoſcendi, minor patet, maior probatur. Apparentia obiectiua, & apparentia formalis ſunt idem: ergo,ſi apparentia obiectiua eſt infinita, & formalis eſt infinita, conſequentia patet,antecedens probatur quadrupliciter.

¶ Primò licet obiectum ſit vnum in ſe,multiplicatur tamen apparentia obiectiua ex multiplicatione ſpecierum, ſicut patet cum supponitur oculo digitus eadem res vna in ſe apparet duæ: ergo econuerſo ex vnitate ſpeciei ſequitur vnitas apparentiæ obiectiuæ,& per conſequens ipſa ſpecies eſt, quæ immediatè obijcitur, ſed ſpecies eſt apparentia formalis: ergo formalis, & obiectiua ſunt idem.

Secundò ſtante vniformitate obiecti,per remiſſionem ſpeciei remittitur apparentia obiectiua: ergo apparentia obiectiua non eſt ipſa res,ſed ſpecies, quæ eſt etiam apparentia formalis.

¶ Tertiò,corrupto obiecto, & ſeruata ſpecie per Dei potentiam,adhuc manet eadem apparentia obiectiua, quia obiectum æquè eſt præſens potentiæ,ſicut prius: ergo apparẽtia obiectiua non eſt aliud quam ſpecies.

¶ Quartò cuiuslibet obiecti cogniti idem eſt eſſe cognitum,& cognitio, ſed eſſe cognitũ, & eſſe apparens obiectiuè ſunt idem: ergo cognitio,& eſſe apparens,ſiuè apparentia obiectiua ſunt idem,minor patet,maior probatur. Tũ quia poſita ſola cognitione,& omni alio circũſcripto, obiectum ponitur eſſe cognitum. Tum quia eſſe cognitum eſt eſſe intentionale in anima:argo eſt eſſe relucentiæ, & per conſequens eſt ſpecies,quæ eſt ipſa relucentia obiecti.

Reſpondeo,negatur maior, & dico primò, quod beati iudicant Deum eſſe infinitum,& vident omnem modum Diuinæ eſſentię, licet nõ comprehendat.

Dico ſecundò,quòd duplex eſt apparentia formalis, vna eſt ipſa ſpecies obiecti,alia eſt ipſius cognitio. Similitèr duplex eſt apparentia obiectiua, vna eſt verbum formatum per actũ intelligendi de obiecto, alia eſt ipſum obiectũ ad extrà.

Dico tertiò,quòd apparentia obiectiua,quæ eſt verbum nunquam excedit apparentiam formalem,

Digitized by Google

malem, quæcunque ſit illa, nec in eſſe reali, nec in eſſe apparenti, immò quandoque eſt minor vtroque modo, puta ſi intelligat per aliquam ſpeciem, ſed non vtatur ſpecie illa ſecundum totam virtutem ſpeciei. Apparentia verò obiectiua, quæ eſt ipſa res, excedit quandoque apparentiam formalem in eſſe reali, puta cum intelligimus ea, quæ habent nobilius eſſe in ſeipſis quā in anima, & quandoque etiam exceditur, puta cum anima intelligit accidentia ſenſibilia, & cum Deus intelligit creaturas, ſed ſemper apparentia iſta obiectiua eſt præcisè tanta in eſſe apparenti, & repræſentato, quanta eſt apparentia formalis in repræſentando. Tanto enim præcisè repreſentatur obiectum, quanto ſpecies, vel cognitio ipſum repreſentat.

Ex his patet, quòd nō oportet apparentiam formalem eſſe infinitam, per quam iudicatur obiectum eſſe infinitum in eſſe reali, nec præcisè tantum, quantum eſt obiectum, alioquin cognitio, quām Deus habet de creatura, eſſet ens finitum.

Hanc reſponſionem innuit *Sanct.* Doct. de verit. quæſt. 8. artic. primo, & quæſt. 2. artic. 3. ad ſeptimum. Dico tamen quod in viſione beatifica apparentia formalis, quæ eſt ſpecies, & quę eſt principium illius viſionis, eſt tanta etiam in eſſe reali, quantum eſt obiectum, non autem apparentia, quæ eſt ipſa viſio.

¶ Ad probationē illius maioris negatur antecedens. Ad primam probationem dico, quòd nulla apparentia formalis eſt immediatum obiectum intellectus, niſi intellectibus reflexis, ſed id quod immediatè obijcitur eſt res ſub conceptu, nam conceptus eſt ratio ipſi obiecto, quòd obijciatur intellectui. Et ad argumētum negatur maior, quātumcumque enim ſpecies multiplicentur obiectum, ſed iudicium de obiecto, vel conceptus obiecti. Nec exemplum de oculo iuuat, quia in tali caſu non ſunt diuerſa obiecta, ſed aut diuerſa iudicia, aut iudicium erroneum iudicans vnum eſſe duo.

Ad ſecundum negatur antecedens, loquendo de apparentia obiectiua, quæ eſt ipſa res, loquendo autem de conceptu, negatur conſequentia, quia talis apparentia obiectiua non eſt ipſum obiectum.

Ad tertium dicitur eodem modo, quod in illo caſu remanet apparentia obiectiua, quæ eſt verbum, non tamen quæ eſt res, nec tamen ſequitur, quòd verbum ſit ſpecies, ſed quod eā exiſtentem in actu perfecto comitatur.

Ad quartū dico primò, quod apparere obiecti non eſt ipſum obiectum, ſed eſt cognitio, vel conceptus obiecti cum relatione ad cognitionem, ſicut etiam cognoſcere eſt ipſa cognitio cum relatione ad obiectum, vnde eſſe apparēs & eſſe cognitum eſt aliud ab obiecto, non tamen eſt aliud à cognitione, vel ſpecie, vel concepta re abſoluta. Similitèr apparentia, quæ eſt obiectum, & ipſum obiectum, ſunt idem re abſoluta, licet apparentia addat ſupra obiectū quendam reſpectum ad potentiam. Apparere autem, & apparentia, quæ eſt obiectum, differūt ſicut cognitio, & obiectum cognitionis.

Dico ſecundo, quod maior argumenti à quibuſdam negatur. Si enim illa qualitas, quę eſt cognitio ſepararetur ab omni reſpectu ad potentiam, & ad obiectum, ipſa non eſſet eſſe cognitum, & per hoc ſoluitur prima probatio, ſecunda etiam parum valet, quia obiectum nō ſolum relucet per ſpeciem, ſed etiam per actū, qui eſt cognitio, & per conceptum, & ſupra omnia iſta ipſa relucentia includūt reſpectum.

Quintò. Id quod eſt alicui ratio cognoſcēdi prius eſt ratio cognoſcendi ſe quàm alia, ſed nulla viſio creata eſt intellectui beato ratio cognoſcendi ſeipſam per prius quàm alia: ergo talis intellectus non intelligit viſione creata, minor patet, quia talis viſio non eſſet tunc immediatè Diuinæ eſſētię, ſed in aliquo obiecto prius cognito, ſcilicèt in illa viſione, maior probatur, quia in qualibet tali ratione perfectius, vel ſaltem æquè perfectè relucet ſuum proprium eſſe, quàm eſſe alterius, ergo per prius eſt ratio cognoſcendi ſeipſam.

Reſpondeo, primò negatur maior. Ad probationem dico, quòd licet talis ratio, & viſio, vt eſt quædam qualitas per prius repræſentet ſe, quàm aliud, tamen vt eſt quoddam ſignum, & vt viſio perfectius, & per prius repreſētat obiectum. Vel poteſt negari maior de eo, quod eſt ita ratio, quod etiam eſt actus ſecundus cuiuſmodi eſt viſio.

Dico ſecundò, quòd viſio betifica non beatificat inquantum eſt quedam talis qualitas, ſed quod beatificet, habet ex lumine gloriæ à quo procedit, & à Diuina eſſentia, quæ tenet vicem ſpeciei, & quæ eſt obiectum principale illius viſionis, & ideò illa viſio non eſt ita perfecta reſpectu ſui, ſicut reſpectu Dei, quia reſpectu Dei eſt beatifica, & reſpectu ſui non, & iterum cum natura Diuina in tali viſione ſuppleat locum ſpeciei, oportet, quòd viſio ſit immediatius reſpectu Dei, quàm reſpectu ſui, quamuis reſpectu vtriuſque ſit cognitio matutina, cum eius principium ſit Diuina eſſentia.

Contra, illa viſio per te eſt ratio cognoſcendi Deum, & ipſa ſola immutat medium intentionaliter in tali cognitione, ergo Deus non eſt obiectum illius viſionis in ſe, ſed tantum terminatiuè.

Reſpondeo, negatur antecedens, immò dico, quod illa viſio non immutat medium, ſed eſt



Digitized by Google

ipſa immutatio, nec terminatur primò, & directè ad ſe, ſed Diuina eſſentia immutat ad illā, & terminat eam primo, & directè.

Vtrum autem illa viſio ſit perfectius reſpectu Dei quàm reſpectu ſui, vel alterius obiecti, dico quod hoc poteſt exponi tripliciter. Vno modo, quod Deus, & creatura videantur æquè perfecto actu, & ſic dico quod ſic, quia videtur vtrumque vnico actu, idem autem non eſt perfectius ſeipſo. Secundò, quòd per illum actum æquè adæquatur cognoſcibilitas Dei ſicut creaturæ, & ſic dico quod non, quia Deus non cōprehenditur ſicut creatura. Tertiò, quòd actus habeat tantam perfectionem ex obiecto creato ſicut ex obiecto increato, & ſic dico, quòd non, quia ex obiecto creato non habet, quod ſit beatificus.

Sextò. Si viſo eſſet potentia intellectiua prius eſſet cognitio ſui ipſius quā alterius obiecti: ergo, & nunc ita eſt, & iſta ratio eſt confirmatio præcedentis.

Reſpondeo, negatur conſequentia, quia ſi viſio eſſet ipſemet intellectus, tunc eſſet Deus, cū in nulla creatura idem ſit agens, & operatio, & ideò non ſequitur, ſicut non ſequitur, quod ſit in Deo idem eſt operatio, & eſſentia, quod ita ſit in creatura, quæ eſt intellectio, ſiuè viſio creata.

Septimò. Si viſio eſt res diſtincta ab obiecto beatificato, ſequitur quòd tale obiectum non quietat intellectum in ſe, ſed ſolum in illa viſione, ſed hoc eſt falſū, alioquin illa viſio magis quietaret: ergo viſio non eſt aliud ab obiecto, maior patet, minor probatur. Si obiectum quietat in viſione, ſit talis viſio, a. ergo, vel quietat, quia efficit, a. vel quia terminat, a. obiectiue. Non primum, tùm quia ſi Deus deſineret eſſe, poſtquam produxit, a. adhuc intellectus eſſet beatus. Tùm quia ſequitur, quod ad beatum eſſe non requireretur infinitum eſſe formaliter, ſed tantum effectiue, ſed hoc modo requiritur etiam ad actionem lapidis: ergo lapis dùm mouetur à Deo beatificatur. Non ſecundum quia, vel beatificat, vt eſt pręſens realiter, & ſic beatificaret lapidem, cùm ſit ei realiter præſens, vel vt eſt præſens intentionaliter, & hoc non, quia eſſe diuinum, vt præſens intentionaliter eſt eſſe finitum: ergo vt ſic, non beatificat.

Reſpondeo negatur, & dico, quod obiectum quod eſt Diuina eſſentia quietat obiectiuè, & intrinſecè per modum actus primi, & viſio quietat formaliter, & vtrumque quietat in ſe, & non in alio.

Dico ſecundò, quòd Diuina eſſentia dicitur quietare intellectum beatum non ſolum, quia efficit diuinam viſionem, nec ſolum, quia terminat, ſed quia illa viſio procedit à diuina eſſentia, ſe habente per modum actus primi elicitiui eius, & quia immediatè terminat illam viſionem.

Ad primam huiuſmodi improbationem negatur conſequentia, quia illa viſio non beatificat, niſi quia eſt talis obiecti, & quia eſt ab intellectu actuato tali forma, quæ eſt Diuina eſſentia, quod non eſſet Deo non exiſtente.

Ad ſecundam negatur conſequentia, quia intellectus non poſſet illam viſionem elicere niſi Diuina eſſentia ei vniretur, quæ eſt infinita formaliter.

Dico tertiò, quod Deus beatificat, & vt eſt præſens realiter, quia eſſentia Diuina vnitur ſecundum eſſe intelligibile intellectui ſine alia ſpecie media, & vt præſens intentionaliter per modum ſpeciei intelligibilis immediatè mouētis intellectum ad viſionem ſui.

Ad primam improbationem negatur conſequentia, quia aliter eſt præſens animæ, quàm lapidi, vt patet, quia ex ſua reali præſentia ad animam cauſat ſui viſionem, in intellectu, quod non eſt reſpectu lapidis.

Ad ſecundam dico, quod eſſe diuinum, vt pręſens intentionaliter actu primo, ſine ſpecie eſt infinitum, & hoc ſufficit, vt autem eſt præſens intentionaliter actu ſecundo eſt finitum, nec vt ſic oportet ipſum eſſe infinitum.

Contra eandem arguunt alij, quos recitat Adam ſecunda quæſtione, primi ſententiarum primo. Si viſio eſt diſtincta à verbo, ſequitur, quòd ſummè beatus non poſſit habere ita perfectam notitiam de aliqua re naturali, ſicut infimus beatus, aut quòd in eodem ſint duæ intēſiſſimæ viſiones, & tres, & quatuor, & ſic in infinitum, quod eſt falſum, quia vna intenſa operatio impendit aliam, ergo conſequentia probatur. Summè beatus habet intenſiſſimum actum per te diſtictum: ergo oportet, vel quòd non habeat ita perfectam notitiam de re creata, quàm intenſiſſimè cognoſcit infimus beatus poſito caſu quòd ita ſit, aut quod ſint in eo duo intenſiſſimi actus.

¶Reſpondeo, quòd non eſt inconueniens eſſe in eodem duos actus intenſiſſimos, quorum vnus per alium regulatur, & qui ſunt diuerſarū rationum ſecundum genus, cuiuſmodi eſt viſio verbi, & cognitio naturalis, cùm ſint per ſpecies diuerſarum rationum. In via autem vna cognitio impedit aliam, quia omnes ſunt ſpecies intelligibiles, quæ ſunt eiuſdem generis.

Secundò, quilibet videt eſſentiam Diuinam actu, qui eſt ſuus, ſed viſio, qua Deus in ſe eſt beatus, erat animę Chriſti, cum eſſet ei vnita hypoſtaticè: ergo.

Reſpondeo, quod quilibet eſt beatus actu, qui eſt ſuus, ideſt, ab eo elicitus, nō autem actu,

qui

Digitized by Google

qui eſt ſuus vt enim ſuppoſitans quomodo Diuina viſio erat animę Chriſti, ratio autem, quare anima Chriſti non poteſt intelligere actu diuino, eſt quia intellectio, & intelligere ſunt idẽ, & ideò impoſſibile eſt aliquem intelligere intellectione infinita, quin ſuum intelligere ſit infinitum, quòd nulli conuenit creaturæ.

Tertiò, intellectio manens eadem res poteſt non eſſe intellectio: ergo multo fortius poteſt Deus eadem intellectione intelligere, & creatura, ſed Deus infinitè, & creatura finitè, conſequentia videtur nota à maiori, antecedens probatur, quia alioquin eſſet dare vltimum inſtans rei permanentis contra Philoſophum 8. Phyſi. nam contingit dare minimum viſibile per ſenſum, ponatur ergo, quod in, a. præſenti Sortes videat minimum ab eo viſibile, & recedat ab illo minimo viſibili motu continuo, tunc immediatè poſt, a. Sortes non videbit illud: ergo vel illa qualitas, quæ prius fuit viſio, nunc non eſt viſio, & tamen manet, aut ſi non manet datur vltimum inſtans ſui eſſe.

Reſpondeo, negatur antecedens. Ad probationem dico, quòd recedente illo minimo, deſinit totalitèr eſſe illa res, quæ erat viſio, nec eſt inconueniens in huiuſmodi entibus intentionalibus dare vltimum inſtans ſui eſſe, ſicut nec in relationibus, & in his quæ cauſantur ſine motu continuo.

¶Iuniores tamen dialectici dicerent, quod non eſt dare minimum viſibile, ſed maximum non viſibile, nec eſt dare maximam diſtantiam à qua aliquid eſt viſibile.

Quartò, omne ſenſitiuum per quamcunque ſenſationem ei vnitam poteſt ſentire: ergo intellectus beatus per intellectionem Diuinam ei vnitam poteſt intelligere.

Reſpondeo, negatur antecedens, nam oculus aſini non poſſet efficere viſionem, quam efficit oculus hominis, & per conſequens, nec per eã videre.

Quintò licet albedo non poſſit Deum informare, poſſet tamen ſic ei vniri, ſicut propter animam ei vnitam dicitur animatus, ita per albedinem diceretur albus: ergo licet Diuina intellectio non informet intellectum creatum, poteſt ſic ei vniri, quod diceretur per eam intelligere.

Reſpondeo, primò negatur conſequentia, quia ad hoc quòd quis dicatur albus, non oportet quòd efficiat albedinem, ſicut adhoc quòd ſit intelligens, oportet quod efficiat intellectionem.

¶Dico ſecundò, quòd Deus non poſſet dici albus, niſi per quandam remotam communicationem idiomatum, anima verò non poteſt intelligere per talem remotam communicationem, pluſquam corpus Chriſti Diuinitati vnitum.

Multa alia argumenta contra prædictam cõcluſionem fieri ſolent, quæ facillime ex antedictis ſoluuntur, & declarantur.

*Concluſio II.* Chriſtus fuit formalitèr ſciẽs ſcientia beatorum. Hanc probat 3. parte q. 9. art 2. Ex hoc quod anima Chriſti erat inſtrumentum beatificans alios homines.

*Concluſio* III. In anima Chriſti fuit ſcientia viatorum, habita per infuſionem. Hanc ponit vbi ſupra art. 3.

*Concluſio IV.* In anima Chriſti fuit ſcientia naturalitèr acquiſita. Hanc probat vbi ſupra. Ex hoc quod niſi intellectus eius agens habuiſſet ſuam operationem, quæ eſt abſtrahere ſpecies à rebus ſenſibilibus fuiſſet fruſtra.

Contra arguit Scotus quæſt. 3. Duo accidentia eiuſdem ſpeciei non poſſunt eſſe ſimul in eodem ſubiecto, ſed ſcientia acquiſita, & infuſa ſunt huiuſmodi, ſicut oculus habitus per miraculum, & oculus naturaliter genitus: ergo non poſſunt eſſe ſimul in eodem intellectu.

Reſpondeo, negatur minor, immò ſunt diuerſarum rationum, qua habent diuerſa obiecta adæquata, nàm ſpecies naturalitèr acquiſitæ repræſentant tantum naturam vniuerſalem, ſed ſpecies infuſæ animæ Chriſti ſimilantur ſpeciebus Angelicis, & repræſentant non tantum naturam vniuerſalem, ſed etiam principia indiuiduantia, & omnia eius accidentia, tàm quę ſunt per ſe, quàm quæ ſunt per accidens, & omnia indiuidua præſentia præterita, & futura, nec eſt ſimile id quod adducitur, quia oculus naturalitèr genitus, & oculus miraculosè creatus, habent idem adæquatum obiectum.

Secundò, aut per vtranque illarum ſcientiarum perfectè cognouiſſet res ſenſibiles, & ſic altera earum ſuperfluit, aut per vnam tantum, & ſic alia eſt imperfecta: ergo.

Reſpondeo, quod vtraque erat perfecta in ſuo genere, & tamen vna erat alia perfectior, nec vlla ſuperfluebat, cùm ſint diuerſarum rationum.

Tertiò in Beatis eſt intellectus agens, & non fruſtra, & tamen ipſi nullam ſcientiam naturalitèr acquirunt: ergo ſimilitèr in Chriſto non fuiſſet fruſtra.

Reſpondeo, negatur conſequentia, quia Beati ſunt in termino ſuæ naturalis perfectionis, & ideò oportet, quod quilibet habeat omnem perfectionem naturalem poſſibilem haberi in ſua ſpecie, Chriſtus autem erat viator.

Contra eandem arguit Durandus hic quæſt. quarta, per experientiam habitam de aliquare non poteſt acquiri ſcientia, niſi de ſimilibus ſecundum ſpecies, ſed Chriſtus pauca entia exper-

expertus eſt:ergo talis ſcientia acquiſita fuiſſet valde reſpectu paucorum.

Reſpondeo,negatur maior de eo,qui rem, quam experitur,comprehendit,tàm quòad omnia prædicata eſſentialia, quàm quòad accidẽtalia,& quòad omnem habitudinẽ rei, ad alias res,ſic autem fuit in Chriſto,& maximè quia ſcientia inolita cooperabatur ad acquiſitionẽ ſcientiæ experimentalis.

## QVAESTIO II.

14.*Diſtinct.3.Sent.*

QVeritur ſecundò. Vtrum anima Chriſti videat in Verbo omnia, quæ ab ipſo Verbo cognoſcunt.

Pro quæſtione hic eſt prima concluſio. Anima Chriſti per nullam ſcientiam cognoſcit omnia, quæ Verbum cognoſcit. Hanc ſic probat Sanctus Doctor de veritate quæſt.20. art.4. & 3. quæſt. 10. articul.ſecundo. Et tertio diſtinctione præſenti,articulo ſecũdò. Intelligens aliqua in aliquo medio, in quo ſimplicitèr, & vnitæ continentur, non poteſt cognoſcere omnia cognoſcibilia in tali medio niſi ipſum compræhendat,ſed Verbum Diuinum eſt tale medium: ergo non poſſent in Chriſto omnia cognoſci, niſi compræhenderetur quod eſt impoſſibile creato intellectui,ſicut etiam non poſſunt ſciri in aliquo principio omnes concluſiones, quæ ex illo deduci poſſunt,niſi tale principium compræhendatur.

Contra rationem arguit Scotus hic quęſt. 2. primo. Quando duo conueniunt vni tertio, & vnum eorum eſt ratio quòd aliud illi tertio conueniat,qui non cognoſcit id,quod eſt ratio alterius,nec alterum cognoſcet, ſicut quia diffinitio, & paſſio conueniunt ſubiecto,& diffinitio eſt ratio paſſionis, qui non ſcit diffinitionẽ conuenire alicui,nec ſciet paſſionem ei conuenire, ſed infinitas intenſiua eſt ratio quòd in Deo reluceant infinita: ergo ſi illi qui cognoſcunt Deum eſſe infinitum intenſiuè,non compræhendunt eum,nec illi compræhendent, qui ſciunt in eo relucere infinita,ſed primi non cõpræhendunt;alioquin ab omnibus beatis compræhenderetur:ergo nec ſecundi.

Reſpondeo conceditur totum,aliud eſt enim ſcire quod in Verbo relucent infinita; aliud eſt cognoſcere infinita,& ideò licet ex primo non ſequatur compræhenſio; ſequitur tamen ex ſecundo, ſicut aliud eſt ſcire quòd continuum eſt diuiſibile in infinitum, & aliud eſt cognoſcere infinitas partes continui diſtinctè, nàm primũ cognoſcunt Philoſophi,non autem ſecundum.

Secundò, qui cognoſcit vnum effectum in Verbo,non compræhendit Verbum,vt eſt cauſa illius: ergo nec qui cognoſceret omnes propter hoc compræhenderet Verbum.

Reſpondeo,primo poteſt negari antecedẽs, nàm compræhendere Verbum, vt eſt cauſa ſolis eſt cognoſcere ipſum, vt continet eminenter quicquid perfectionis eſt in Sole, & cognoſcere habitudinem Verbi ad Solem, Beati autem habent iſtam notitiam ita tamẽ, quod iſta compræhenſio magis referatur ad reſpectum Verbi,quàm ad abſolutum. Negatur etiam conſequentia, & magis propriè,cuius ratio eſt, quià Verbum per idem eſt productiuum Solis, & cuiuslibet alterius effectus, & ideò non poteſt vnum ſine alio compræhendi.

Tertiò arguit contra exemplum de principio,& concluſione. Cauſa inquantum cauſa non perficitur à cauſato:ergo cognitio principij,vt eſt cauſa concluſionis nullo modo perficitur ex cognitione concluſionis.

Confirmatur. Accipio notitiam alicuius principij in aliquo gradu, & quæro an per illã notitiam principij poſſit cognoſci aliqua concluſio; dato, quòd notitia principij non augeatur. Si ſic, habeo intentum, quòd ex cognitione concluſionis non perfectius cognoſcitur principium,quàm prius. Si non, ergo illa notitia in tali gradu non eſt principium notitiæ alicuius concluſionis, & per conſequens illud principiũ,vt in tali gradu nullo modo eſt principium,quod eſt inconueniens.

Reſpondeo,dico primò, quòd Sanctus Doctor inducit illud exemplum ad hoc propoſitũ, quod illa cognitio principij eſt perfectior, quæ ducit in cognitionem plurium concluſionum, & ſimilitèr illa cognitio cauſæ, quæ ducit in cognitionem plurium effectuum,quàm illa, quæ non ſic ducere poteſt, ſi ergo omnes effectus producibiles à cauſa cognoſcuntur, ipſa quoq; in ſummo cognoſcuntur, quod eſt ipſam compræhendi.

Quia tamen argumentum tangit difficultatem. Dico ſecundò,quòd ſicut ſi ignis vel alia cauſa naturalis eſſet totalis cauſa alicuius effectus;puta caloris,non requirens materiam aut ſubiectum,in quod ageret,non poſſet producere intenſiorem calorem, quàm prius, niſi ipſe eſſet virtuoſior quàm prius, ita ſi aliquod principium ſit totalis cauſa cognitionis alicuius concluſionis, nunquam per tale principiũ cognoſcentur plures cõcluſiones quàm prius: niſi cognitio principij ſit intenſior quàm eſſet prius. Notanter dixi,ſi ſit totalis cauſa:quia poteſt contingere,quòd non variata cognitione principij, plures concluſiones cognoſcãtur in eo quàm ante propter formam arguendi, aut

Digitized by Google

aut propter minorem, quæ ſub eo ſumitur, iſta autem perfectior notitia principij non cauſatur ex notitia concluſionis ſed aliundè, quodcunque ſit illud, & hoc loquendo, de cognitione à priori: quia ſi loquamur de cognitione à poſteriori: nullum dubium eſt, quòd ex cognitione plurium concluſionum quàm ante magis cognoſcitur principium, cognoſcitur enim ſua cauſalitas in ordine ad nouas concluſiones. Et cum dicitur ſi notitia principij in aliquo gradu non eſt cauſa alicuius concluſionis, niſi intendatur, ergo ſub tali gradu nõ eſt principium, concedo quòd vt ſic, non eſt principiũ cognitionis actuale ſed habituale & in potentia reſpectu concluſionis: quibus ſi addatur, quòd nulla creatura, poteſt perfectius cognoſcere verbum quàm ante: ſequitur, quòd non poſſit plura in eo videre, quàm prius: vt dicit Sanct. Doct. de verit. quæſt. 8. art. 4. & 20. 5. & 4. diſt. 49. q. 2. art. 5.

Dico tertiò, quòd anima Chriſti ſcit in verbo non tantum ea, quæ ſunt fuerunt & erunt, ſed etiam aliqua poſſibilia quæ nunquam fiet, non tamen videt omnia poſſibilia produci à Deo, quot autem iſtorum videat non poteſt à nobis cognoſci.

Quartò, arguit contra concluſionem. Id quod eſt in potentia ad plures actus qui non opponuntur inter ſe, ea ratione qua poteſt duos habere, ita & plures ſine termino: quia quibuſcunque poſitis nulla ſequitur repugnãtia, ſed anima Chriſti eſt in potentia ad infinitas viſiones in verbo, ergo poteſt eas ſimul habere, & per conſequens cognoſcere in verbo infinita, maior patet, minor probatur, nam poteſt in eo habere viſionem duorum obiectorũ ſimul, puta verbi & ſui ipſius, dum enim videt verbum videt etiam ſe verè eſſe beatam, ergo & infinitorum: quia ex hoc non reſultat aliqua repugnantia.

Reſpondeo negatur maior, nam Deus poteſt producere hunc effectum, & illum, & illũ, & ſic de alijs ab eo producibilibus: nec vnum producibilium repugnat alteri, nec eſt repugnantia hoc & illud ſimul produci, & tamen non poteſt eſſe quod producantur omnia ab eo producibilia. Simile eſt de infinitis diuiſionibus continui: non enim poteſt eas ſimul omnes capere. Negatur etiam minor, nam ea quę videntur in verbo, non videntur diuerſis diuiſionibus: ſed tantum vna: vt dicit Sanct. Do. 1. par. q. 12 art. 10. Et 3. contra 59.

Dico ſecundo, quòd viſiones quarum principia ſunt ſpecies creatæ ſunt incompoſſibiles, niſi vna ad aliam ordinetur: quia non poſſunt eſſe in eodem plures eiuſdem generis in actu completo, omnes autem ſpecies intelligibiles ſunt eiuſdem generis.

Quintò. In anima Chriſti ſunt ſpecies infinitæ, ergo & infinitæ viſiones, conſequentia patet. antecedens probatur. Anima Chriſti cognoſcit infinitas ſpecies numerorum & figurarum, ergo habet ſpecies infinitas.

Reſpondeo, primo negatur conſequentia, quia in eodem poſſunt eſſe plures in habitu, non autem plures actu: vt alibi diximus in primo. diſt. 7.

Dico ſecundo, quod antecedens eſt falſum: quia anima Chriſti cognoſcit illa in verbo per vnicam ſpeciem quæ eſt verbum, & cognoſcit etiam infinitas ſpecies numerorum per ſpecies infuſas quæ ſunt etiam finitæ. Iſtud autem eſt cognoſcere infinita ſecundum quid, vnde; & Damaſcenus dicit quod cognoſcit infinita futura, non tamen cognoſcit infinita ſimpliciter, ideſt infinita ſecundum ſpecies & genus & numerum.

Contra eandem arguit Durandus hic q. 2. Quicũque videt eſſentiam diuinam, videt omnia quæ per ipſam naturaliter repræſentantur, ſed in ipſa omnia naturaliter repræſentantur, ergo anima Chriſti in ipſa videt omnia, maior probatur, quia ex quo videt eſſentiam diuinam, quæ excedit omnia repræſentata, videt etiam ea, quæ repræſentantur, nam qui videt maius, videt etiam minus, minor probatur diuina eſſentia ita repræſentat res, ſicut eſt earum cauſa, ſed eſt earum cauſa naturaliter, licet enim liberè, producat res in eſſe, tamen omnia naturaliter repræſentat, quantum ad quid ſunt: & per conſequens qui videt eam, videt omnia, quantum ad quid ſunt.

Reſpondeo negatur maior, nec valet probatio: quia qui videt minus, nõ in ſe ſed in alio non oportet quòd cognito eo in quo minus videri poteſt cognoſcat omne minus per illud repræſentatum, niſi comprehendat id quod eſt maius. Negatur etiam minor: quia licet diuina eſſentia omnia naturaliter repræſentet diuino intellectui: nobis tamen voluntariè & non naturaliter repræſentat.

*Concluſio II.* Anima Chriſti cognoſcit in verbo infinita ſecundum quid, licet non infinita ſimpliciter. Hanc ſic probat de veri. q. 20. art. 4. & 3. diſt. 19. Intellectus cognoſcens infinita indiuidua contenta ſub finitis ſpeciebus, & infinitas ſpecies contentas ſub finitis generibus, cognoſcit infinita ſecundum quid, ſed non ſimpliciter anima Chriſti eſt huiuſmodi; ergo.

Contra arguit, quidam Hibernicus, vt recitat Adam, 3. ſen. q. 8. quòd beati videant in verbo nullam creaturam primo. Nulla res videtur ex hoc quod videtur ſua imago: alioquin viderem

Digitized by Google

rem Cæſarem, videndo imaginem eius, & omnia ſomnia eſſent vera, cum ſint imagines reū: ſed creaturæ repræſentantur in verbo tanquā imagine, ergo viſo verbo non videntur creaturæ.

Reſpondeo quod triplex eſt imago, Vna eſt quæ eſt ſimilis imaginato, ſecundum realem conformitatem, puta ſecundum figuram & colorem & huiuſmodi: vt imago Cæſaris, & de iſta conceditur maior, ſed negatur minor, variatis enim conditionibus rei, non variatur eius repræſentatio, & ideo poteſt repræſentare rem aliter quàm ſit. Alia eſt imago quæ licet non ſit ſimilis rei in conformitate naturæ, poteſt tamen repræſentare rem ſub conditionibus ei non conuenientibus ſicut ſomnia, & de iſta etiam conceditur maior, & negatur minor. Alia eſt, quæ non eſt ſimilis rei in conformitate naturæ ſed in repræſentando: quia repræſentat omnia, quæ ſunt in re & perfectè & diſtinctè, & de illa negatur maior: maximè ſi talis imago vniatur intellectui vt ſpecies cuiuſmodi eſt eſſentia diuina: quamuis modus, quo videntur res in diuina eſſentia non ſit propriè modus, quo videntur res in ſpeculo: ſed quo videtur effectus in cauſa.

Secundò. Si intellectus in verbo videt creaturam diſtinctè, ergo per eundem actum cognoſcit verbum non eſſe creaturam, quam in eo videt, ſed hoc eſt falſum; quia creatura vt viſa in verbo non eſt aliud à uerbo; ergo.

Reſpondeo, negatur minor. Ad probationē dico primò, quod ex illa uiſione beatus formare poteſt iſtam compoſitionem Deus non eſt creatura, & huius compoſitionis ſubiectum & prædicatum ſunt aliqui cōceptus formati uirtute illius uiſionis, hoc enim faciunt beati: ut dicit Sanctus Doctor. 1. q. 12. 9. ad 2.

¶ Dico ſecundò, quòd idem conceptus poteſt de ſeipſo negari; dum tamen negatio ſequatur utrumque: nam illa propoſitio eſt uera, aliquis homo, homo non eſt, & illa aliquis homo, homo animal non eſt non autem illa, aliquis homo, non eſt homo. Similiter cum uerbum repræſentet diuinam eſſentiam & creaturam: ipſum uerbum ut eſt creatura negatur de ſeipſo, ut eſt Deus.

Tertiò. Si intellectus poteſt eodem actu intelligere Deum & creaturam, ergo uoluntas poteſt eodem actu amarè Deum, & creaturā, ſed hoc eſt falſum, ergo: maior patet, quia omnis notitia poteſt habere amorem ei proportionatum, minor probatur, quia ſi ſic, tunc uidens Deum, poſſet fieri amicus alterius de nouo ſine aliqua ſui mutatione, contra Aug. 5. de Tri. cōſequētia patet, nam per actum amoris, quo nunc quis amat Deum, poteſt poſtea amarè creaturam: dato, quod ille actus nullo modo uarietur.

Reſpondeo, negatur minor nam eodem actu amamus finem, & ea, quæ ſunt ad finem.

Ad improbationem dicitur, quod impoſſibile eſt quòd eodem actu, quo nunc amamus ſolum Deum, poſtea amemus creaturam: niſi aliquo modo uarietur: ut ſatis de ſe patet, alia etiam dicit arguens, quæ ſæpè ſoluta ſunt.

Contra eandem arguit Aureolus. Si beatus in uerbo cognoſceret creaturas, ſequitur quòd poſſet loqui de omnibus rebus, quas in uerbo cognoſcit: & poſſet illuminare alios: poſſet etiam reducere ſeipſum ad actualem notitiam rerum in proprio genere, ſed illa ſunt falſa, ergo.

Reſpondeo, negatur minor: quantum ad omnes partes, nam uidens res in uerbo poteſt in ſe formare ſpecies rerum uiſarum: & per conſequens intelligere eas in proprio genere: ut dicit S.D. 1. par. q. 12. art. 9. ad 2. Et ſic reducit ſe de cognitione matutina ad ueſpertinā.

*Concluſio III.* Quam pono incidentaliter Deus aliter ſcit præſentia, præterita, & futura, quàm ea quæ nunquàm produxit, nec producet.

¶ Hanc ponit diſtin. præſenti artic. 2. quia Deus cognoſcit per ideas ea, quæ aliquando erunt; non autem ea quæ nunquàm erunt, ſed ea cognoſcit per ſuam potentiam.

Contra arguit Aureolus. Omnis cognitio ſit per aſſimilationem; ſed in Deo non eſt alia ſimilitudo rerum, niſi ideæ, ergo quicquid ſcit in creaturis ſcit per ideas.

Reſpondeo, negatur minor. Id enim, quo ſcit ea quæ nunquàm erunt, non dicitur idea, cum non ſit forma factiua; ſed dicitur ratio; ut dicit S.D. 1. par. q. 16. 3. ad 2.

Alia tangit Aureolus contra hoc dicens; quòd ſequeretur, Deum eſſe mutabilem; quæ in primo diffuſè diſputata ſunt.

*Concluſio IV.* Anima Chriſti cognoſcit infinita in verbo; puta, infinitas ſpecies numerorum, infinitas cogitationes beatorum, & huiuſmodi. Hanc ponit S.D. 3. par. q. 10. arti. 4.

Contra arguit Adā 3. ſen. q. 10. primo. Actus infinitæ perfectionis non poteſt eſſe in creatura, ſed actus quo cognoſcuntur infinita, eſt huiuſmodi, cum æquipolleat infinitis diſtinctis cogitationibus quibus quodlibet illorū infinitorum cognoſceretur.

Reſpondeo, & dico, quòd in creatura poteſt eſſe actus infinitus ſecundum quid, cuiuſmodi eſſet prædicta cognitio, de hoc dictum eſt in primo, & ſecundo ſententiarum.

Secundò. Creatura non poteſt plura cognoſcere quàm poſſit Deus ſimul facere, ſed Deus non

non poteſt facere, niſi finita: ergo creatura non poteſt cognoſcere infinita.

Reſpondeo, negatur maior, quia non plus apparentiæ, habet quàm iſta, quotquot Deus intelligit, poteſt ſimul facere in actu, quam conſtat eſſe falſam.

Tertiò. Maior efficacia requiritur ad videndum rem minorem quàm maiorem, puta decimam partem grani milij, quàm totum granum: ergo intellectus videns infinitas partes, in quas continuum eſt diuiſibile, habet infinitum vigorem.

Reſpondeo, quòd ſi decima pars grani milij cauſaret in oculo æqualem ſpeciem ei, quam cauſat totum granum, non difficilius eſſet videre illam partem, quàm totum granum, nunc autem non ſic eſt in motione viſus corporalis, quia debiliorem formam imprimit pars. quàm totum viſibile, ſed in viſione Verbi vbi res non videtur per ſpecies à re impreſſas, ſed per ipſum Verbum per æqualem ſpeciem videtur punctus, ſicut totum Cœlum Empyreum. Ad argumentum negatur maior, quando res minor, & res maior per æqualem ſpeciem videntur.

¶Dico quòd tamen nullus actus creaturæ poteſt eſſe infinitus ſimplicitèr, quia nullus poteſt eſſe infinitus intenſiuè.

*In hac decimaquarta Diſtinct. tertij Sententiarũ, & duabus quæſtionib. ſequentib. co ſ... tantur hæreſes damnatæ, vt in noſtro* Com*menntar. in text. Magiſtri, & confutantur etiam hæreſes, quæ ſunt in Abecedario, & in Ethimologijs hæreſum, & confutantur ſimilitèr Idolatriæ, vt in Abecedario Idolorum in principio, vide ibi lit. A. C F. & S. ac etiam confutantur falſæ Theologię Fænicum, Egyptiorum, Grecorum, Atlanticorum, Frigiorum, Gentium, &c. ab Euſebio in primo, ſecundo, tertio, & quarto libro de præparatione Euangelica contra Theologiam fabuloſam* Poetarum *antiquorum.*

*Ex concluſionibus, probationibus, & ſolutionibus argumentorum Capræoli ſoluuntur argumenta Vulpes,*& *aliorum recentiorum facilè, vt facit Ariſtotelis ad argumenta Antiquorum, quod veritatis cognitio dubiorum eſt ſolutio, & cum Cardinali Bellarmino dicente in libro de Scriptoribus Eccleſiaſticis de Ioanne Capræolo, quòd Ioannes Capræolus ſit defenſor Egregius Sancti Thomę, & optimè diſſoluit omnia argumenta aduerſariorum: dicunt verba formalia Bellarmini, ergo ſi optimè diſſoluit per Bellarminum, ſunt ſoluta argumenta cum his doctrinis hic: Sicut ſoluit Ariſtotelis contra antiquos dicendo in 3. de Cœlo, & in 3. Metaphiſic. veritatis cognitio, dubiorum eſt reſolutio*

*Reſpondetur ſecundo cum Cardinali Sarnano Franciſcano doctiſſimo, cum nonageſimaſeptima concordantia, & ſimilitèr cum nonageſima ſexta concordantia Bonæberbæ.*

*Reſpondetur tertio cum Petro de Bergamo, & Bartholomæo Spina dicentibus in tabula Sancti Thomæ, quod qui ſcit totam Logicam Sancti Thomę, Philoſophiam etiam moralem, totam* Metaphyſicam *Sancti Thomæ, & totam eiuſdem Theologiam, nullum poteſt facere argumentum contra Sanctum Thomam, & ideo ſubdit, quod iſti recentiores ſtudent tantummodo articulo, ſuper quem componunt, & non habent in mente omnia Opera Sancti Thomæ loquentis præſuppoſitiuè, prę ſupponendo omnia ſupradicta, & dicendo, quapropter prærumpunt in verba in tantum Magnum Doctorem nullo modo applicanda, quod Sanctus Thomas contradicat ſibi ipſi, & ideo* Cardinal. *Sarnanus, quia ſciebat totum Sanctum Thomam concordauit ſimilitèr, etiam Ioannes Capręolus ſoluit argumenta aduerſariorum, cum locis* Sancti *Thomæ, quia totum in mente habebat* Sanctum *Thomam, & ideo Bellarm. dicebat bene omnia ſoluere Capręolum.*

*Argumenta vero Vaſquez, Valentię,* Mo*linæ, Suarez, &c. quia colliguntur; & ſoluuntur, clarè, diſtinctè, & breuitèr à Ripa, à Nazario, à Conſales, à Nauarretto, à Lenardo, & præcipuè à* Montagnolo, *in tertia parte Sancti Thomæ quæſtione decimanona de coaſſumptis à Filio Dei in natura humana pertinentibus ad perfectionem ſcilicet de ſcien-Chriſti in communi.*

*Vide noſtram expoſitionem Petri* Lom*bardi aperiētem mentem huius materię, vt in folio 77. hic, & infra pro 3. reſponſione Vulpes.* Ac *etiam vide 1. 2. & 3. folium pro reſponſione quarta, quinta, & ſexta ad argumentum eiuſdem Vulpes.*

*Reſpõdet. 7. cum concordantia* Scoti, & San*cti Thomę per Radam Franciſcanum hic declarantem S. Thom.*

Loca Sacra Scripturæ hic, *& infra à* Salme*rone, Emanuel* Sa, *à Toleto, à Prierio, Vegha, à Poſſeuino, à Salian, Torello in annalibus à creatione Mundi, quæ videntur repugnare aliquo modo Thomiſtis, quia ſunt concordata à nobis in fine noſtrę expoſitionis totius Bibliæ, et in Anatomia Biblię impræſſa ideò vide ea illic.*



Digitized by Google

## DISTINCTIO XV.

### Queſtio. I.

CIRCA Diſtinctionem decimamquintam quæritur. Vtrum anima Chriſti ex ſua omnipotentia reſpectu proprij corporis appetitum ſenſitiuum ab omni dolore ſenſibili præſeruare poterit.

*Concluſio I.* Anima Chriſti non habuit omnipotentiam ſimplicitèr. Hanc probat 3. parte, quæſt. 13. articul 1. Ex hoc quod talis omnipotentia eſt propria naturæ increatæ.

*Concluſio II.* Anima Chriſti non habuit omnipotentiam reſpectu tranſmutationis corporum. Hanc probat vbi ſuprà, artic. 2. Ex hoc quod nullum corpus poterat annihilare.

*Concluſio III.* Anima Chriſti non habuit omnipotentiam reſpectu proprij corporis.

¶ Hanc probat vbi ſuprà 3. quia nulla virtute naturali, aut gratuita poterat proprium corpus à ſua naturali diſpoſitione remouere totalitèr, ſed tantum vt erat inſtrumentum diuinæ naturæ.

Contra arguit Durandus lib. 2. diſtinct. 14. quæſt 5. quod anima Chriſti nullam habuit omnipotentiam, quocunque modo, qua poſſit tranſmutare ſuum, aut aliud corpus miraculosè. Et arguit ſic. Operatio miraculorum fiebat à Chriſto tantum ad manifeſtandam Diuinitatẽ: ergo nullo modo concurrebat ad hoc niſi diuinitas.

Reſpondeo, primo negatur antecedẽs, quia miracula faciebat etiam ad confirmandam ſuam doctrinam, ſicut etiam fecerunt Apoſtoli, vt dicit Sanct. Doct. 3. par. queſt. 43. artic. 1. Negatur ſecundò conſequentia cuius ratio eſt, quia facere miracula principalitèr virtute propria, & conferre in ſancto ſuo virtutem cooperandi in miraculis, non minuit, ſed auget augmentum, & oſtenſionem diuinitatis potiſſimè in Chriſto, cuius miracula non poterant fieri, niſi diuina virtute, vt fuit illuminatio cæci nati, iterum quia faciebat ea quaſi propria poteſtate, & non orando, vt alij, vt dicit Sanct Doct. vbi ſuprà artic. 4. Et quòd creatura poſſit eſſe inſtrumentum Dei in operatione miraculorũ diffusè declarat Sanct Doct. de potentia, queſt. 6. art. 4.

*Concluſio IV.* In Chriſto fuit verè, & propriæ dolor ſenſibilis. Hanc probat 3. part. q. 15 artic. 5. Et 2 diſtinct 15. Vbi eſt læſio corporis, & ſenſus læſionis, ibi eſt dolor ſenſibilis, ſed in Chriſto fuerunt illa duo: ergo, & dolor.

Contra arguit Scotus hic quæſt. vnica quòd illa duo non ſint neceſſaria ad dolorem, & primo quod non requiratur coniunctio, quia quero ad quid terminatur, aut enim terminatur ad ſpeciem rei nociuæ, quæ ſpecies cauſatur in ſenſu, aut terminatur ad ſenſationem: ergo ſi ſpecies, & ſenſatio ſint in ſenſu ſine tali coniunctione, cauſabitur dolor.

Reſpondeo, quòd coniunctio diſconuenientis non terminatur ſolum ad ſpeciem præcedẽtem ſenſationem, nec ſolum ad ſenſationem, ſed ad aliquod ſenſibile diſcõueniens ſecundũ ſenſum, & hoc ſiuè fiat illa coniunctio in re, vel in ſpecie, vel in memoria, vt dicit Philoſophus 8. ethicorum cap. 8. Et ſuprà Doct. prima 2. q. 32. art. 3.

¶ Dico ſecundò, quòd ſpecies, & ſenſatio nõ ſunt ſufficiens cauſa doloris in ſe, ſed ſolum ex parte obiecti, inquantum faciunt illud aliquo modo præſens eſſe. Contra, ſicut ſe habet approximatio agentis naturalis ad paſſum, ita coniunctio diſconuenientis ad dolorem, ſed approximatio non eſt cauſa, niſi ſine qua non, cum ſit relatio: ergo, &c.

Reſpondeo, quòd relatio non poteſt eſſe principalis cauſa, poteſt tamen eſſe concauſa, & non ſolum cauſa, ſine qua non, & præcipuè relatio conuenientis, quia conueniens eſt relatum ſecundum dici, non ſic eſt approximatio, quia approximatio facit relationem ſecundum eſſe.

¶ Dico ſecundò, quòd relatio poteſt dupliciter conſiderari. Vno modo quantum ad terminum, & ſic nullo modo poteſt eſſe cauſa, nec concauſa alicuius motionis. Alio modo, quantum ad eſſe, quod habet in ſuo ſubiecto, & ſic ſi ſit relatio realis, poteſt eſſe concauſa motionis in ſenſu, & in intellectu, & in appetitu; quia in motionibus iſtarum potentiarum vitalium non requiritur ita groſſa realitas, ſicut in motionibus potentiarum non vitalium, puta in calefactiuo, & huiuſmodi.

¶ Dico tertiò, quod intentionalis coniũctio diſconuenientis poteſt cauſare dolorem, vt dicit Sanct. Doct. 4. diſt. 44. 3. 1. dolor autem non eſt ſubiectiuè in corpore, ſed in appetitu ſenſitiuo, & conſequitur nocumentum corporis, & eius perceptionem, & conſequitur ſenſum tactus, vt dicit Sanctus Doctor prima ſecundæ, quæſt. 35. art. 1.

Secundò arguit. Vnius potentiæ eſt tantum vnus actus, ſed apprehẽſio obiecti, & apprehẽſio, quòd ſit conueniens, vel diſconueniens ſunt duo actus: ergo iſta duo non ſunt in ſenſu.

Confirmatur. Senſus non cognoſcit rationem, ſed conuenientia eſt relatio: ergo non percipitur aliquo ſenſu.

Confirmatur ſecundò. Si ſenſus percipit cõuenientiam obiecti, & ſequitur, quod oporteat pone-

Digitized by Google

ponere duos viſus, quorum vnus percipiat obiectum puta colorem, & alius percipit conueniẽtiam obiecti, & ſimilitèr de alijs ſenſibus.

Reſpondeo, quòd alia eſt potentia, quæ appræhendit obiectum, & alia, quæ appræhendit, quòd ſit conueniens, vel diſconueniens animalis, primum facit ſenſus exterior, ſecundum facit æſtimatiua, quæ appræhendit formas inſenſatas, vt dicit Sanctus Doct. 1. parte quæſt. 80. artic. 4.

Ad primam confirmationem dico, quod ęſtimatiua poteſt percipere aliquas relationes, quantum ad quia ſunt, percipit enim amicitiam, & ſimilitèr conuenientiam, & diſconuenientiam.

Ad ſecundam patet per idem.

Sed vtrum ſenſus exterior percipiat conuenientiam obiecti ſui non per comparationem ad animal, ſed ad ipſam potentiam, dubium eſt. Ad hoc tamen poteſt teneri pars affirmatiua, & negatiua. Negatiua quidem, quia licet ſenſus exterior delectetur in obiecto ſibi proportionato, & contriſtetur in improportionato, non tamen oportet, quod cognoſcat huiuſmodi proportionem, quia talis delectatio potius eſt naturalis quam animalis, & ideò requiritur præcognitio talis intenſionis, vt tangit Sanct. Doct. 1. par. quæſt. 80. artic. 1. ad tertium, poteſt etiam teneri pars affirmatiua, & dici, quod ſenſus exterior eodem actu apprehendit ſuum obiectum, & eius conuenientiam tanquã aliquid per ſe conſequens obiectum, ſicut eodem actu viſus percipit colorem, & quantitatem, diſtantiam, & figuram, nec ex hoc poteſt argui duplicitas potentiæ, ſed tantum poſſet argui ex duplicitate primi, & per ſe obiecti.

*In hac decimaquinta Diſtinct. 3. Sententiarum, & vnica quæſtione ſequenti confutantur hæreſes damnatæ, vt in noſtro Commentar. in text. Magiſtri, & confutantur etiam hæreſes, quæ ſunt in Abecedario, & in Ethimologijs hæreſum, & confutantur ſimilitèr, Idolatriæ, vt in Abecedario Idolorum in principio, vide ibi lit. A. C. D. O. P. & S. ac etiam confutantur falſæ Theologiæ Fæncium, Egyptiorum, Græcorũ, Atlanticorũ, Frigiorum, Gentiũ, &c. ab Euſebio in primo, ſecundo, tertio, & quarto libro de præparatione Euangelica contra Theologiam fabuloſam Poetarum antiquorum.*

*Ex concluſionibus, probationibus, & ſolutionibus argumentorum Caprẹoli ſoluuntur argumenta Vulpes, & aliorum recentiorum facile, vt facit Ariſtotelis ad argumenta Antiquorum, quod veritatis cognitio dubiorum eſt ſolutio, & cum Cardinali Bellarmino dicente in libro de Scriptoribus Eccleſiaſticis de Ioanne Capræolo, quòd Ioann. Capreolus ſit defenſor Egregius Sancti Thomæ, & optimè diſſoluit omnia argumenta aduerſariorum: dicunt verba formalia Bellarmini, ergò ſi optimè diſſoluit per Bellarminum ſunt ſoluta argumenta cum his doctrinis hic: Sicut ſoluit Ariſtotelis contra antiquos dicendo in 3. de Cælo, & in 3. Metaphiſic. veritatis cognitio, dubiorum eſt reſolutio.*

*Reſpondetur ſecundò cum Cardinali Sarnano Franciſcano doctiſſimo, cum nonageſimaoctaua concordantia, et ſimilitèr cum nonageſimaſeptima concordantia Bonęberbę.*

*Reſpondetur tertiò cum Petro de Bergamo, et Bartholomęo Spina dicentibus in tabula Sancti Thomę, quod qui ſcit totam Logicam Sancti Thomæ, Philoſophiam etiam moralem, totam Metaphyſicam Sancti Thomę, et totam eiuſdem Theologiam, nullum poteſt facere argumentum contra Sanctum Thomam, et ideò ſubdit, quod iſti recentiores ſtudent tantummodò articulo, ſuper quem componunt, et non habent in mente omnia opera Sancti Thomę loquentis prę ſuppoſitiuè, præſupponendo omnia ſupradicta, & dicendo, qua propter prorumpunt in verba in tantum Magnum Doctorem nullo modo applicanda, quòd Sanctus Thomas contradicat ſibi ipſi, et ideò Cardinal. Sarnanus, quia ſciebat totum Sanctum Thomam concordauit ſimilitèr, etiam Ioannes Capræolus ſoluit argumenta aduerſariorum, cum locis Sancti Thomæ, quia totum in mente habebat Sanctum Thomam, et ideò Bellarmin. dicebat bene omnia ſoluere Capreolum.*

*Argumenta verò Vaſquez, Valentię, Molinæ, Suarez, etc. quia colliguntur, et ſoluuntur, clarè, diſtinctè, et breuitèr à Ripa, à Nazario, à Conſales, à Nauarretto, à Zenardo, et pręcipuè à Montagnolo, in tertia parte Sancti Thomæ de potentia animæ Chriſti, quæſtione decimatertia.*

*Vide noſtram expoſitionem Petri Lombardi aperientem mentem huius materiæ, vt in folio 72. hic, et infra pro 3. reſponſione Vulpes. Ac etiam vide 1. 2. et 3. folium pro reſponſione quarta, quinta, et ſexta ad argumentum eiuſdem Vulpes.*

*Reſpondetur ſeptimo cum concordantia Scoti, & Sancti Thomæ per Radam Franciſcanum hic declarantem S. Thom.*

*Loca Sacræ Scripturæ hic, et infra à Salmerone, Emanuel Sa, à Toleto, à Prierio, Vegha, à Poſſeuino, à Salian, Torello in annalibus à creatione Mundi, quę videntur repugnare aliquomodo Thomiſtis. quia ſunt concordata à nobis in fine noſtrę expoſitionis totius Bibliæ, & in Anatomia Biblię impræſſa, ideo vide ea illic.*



Digitized by Google

# DISTINCTIO XVI. ET XVII.

## *Quæſtio 1.*

IN Diſtinctione decimaſexta, & decimaſeptima quæritur. Vtrum dolor in anima Chriſti tempore Paſſionis peruenerit vſque ad rationem ſuperiorem.

*Concluſio* 1. Dolor paſſionis Chriſti peruenit vſque ad rationem ſuperiorẽ, vt eſt natura,& non vt eſt ratio. Hanc ſic probat 3.diſtinctio 15.quæſt.2.artic.3.Et 3. quæſt. 56. artic.7. Superior ratio patitur ex parte ſubiecti,quia ad paſſionem corporis patitur tota anima, cum ſit tota in qualibet parte: ergo patiebatur,vt natura, non patiebatur autem ex parte obiecti,quod eſt Deus,immò ex illa parte gaudebat:ergo non patiebatur, vt ratio.

Contra arguit Scotus in 2.diſt.15. q. vnica, primò.Homo non dicitur ædificare ſecundum muſicam:licet muſica accidat ædificatori: ergo nec anima dicitur dolere ſecundum rationem ſuperiorem ſi dolor accidat tantum rationi inferiori,vt erat in Chriſto.

Confirmatur. Similiter ſequitur,quod anima poſſet dici intelligere ſecundum voluntatẽ vt natura,non vt voluntas, quia ipſa natura in qua eſt voluntas intelligit.

Reſpondeo,negatur conſequentia; quia ad muſicam, & ad artem ædificatoriam ſequuntur diuerſæ actiones, cum ſint formæ diuerſarum rationum: & ideo actio quæ per vnam earum elicitur, non elicitur per aliam, ſecus autem eſt de paſſione:quia eſt impoſſibile animam pati,quin patiatur omnia eius per ſe accidentia:dolore autem patitur anima.

Ad hoc faciunt ea, quæ dicit S.Doct.3. diſt. 15.q.2.art.3 q.2.

Ad confirmationem negatur conſequentia, quia non oportet,quod agente ſubiecto agant omnia quæ ſunt in eo: licet moto,vel patiente ſubiecto proximo patiantur omnia, quæ ſunt in eo,vt in ſubiecto proximo. Cum autem dicitur, quod anima Chriſti dolet ſecundum rationem ſuperiorem nõ denotatur quod agat; ſed, quod dolor Chriſti corporalis mediante eſſentia animæ aliqualiter pertingat ad rationem ſuperiorem,cum autem dicitur anima intelligit per voluntatem, denotatur quod voluntas eſt principium intelligendi: & ideo non eſt ſimile.

Secundò. Anima vt diſtinguitur à ſuis potẽtijs non dolet: quia nec vt ſic reſpicit aliquod obiectum,ſed anima eſt vna rationi ſuperiori, & inferiori non vt reſpicit obiectum; ſed vt diſtinguitur à potentijs,& ut eſt actus primus, ergo ut ſic non dolet:& per conſequens multo minus eſt ratio,quod dolor exiſtens in ratione inferiori,redundet in ſuperiorem.

Reſpondeo,dico primò,quod nec nos dicimus hoc: ſed dicimus quod dolor corporis mediante eſſentia animæ aliqualiter attingit in Chriſto rationem ſuperiorem,non autem, quod dolor qui eſt in ratione inferiori, quia ille eſt paſſio animalis, nec poteſt eſſe in ratione ſuperiori.

¶ Dico ſecundò, quod anima ut præcedit ſuas potentias, nõ propriè poteſt dolere perfecta ratione doloris: ita quod percipiat læſionem,poteſt tamen pati, quia poteſt lædi,ut dicit S.Doct.3.par.quæſt.5 artic.4.

Tertiò, Si anima ut eſt natura competeret dolor,hoc eſſet præcipuè per ſeparationem eius à corpore quod ut eſt natura informat, ſed hoc eſt falſum, quia in tali ſeparatione facta eſt impaſſibilis,ergo.

Reſpondeo, quod illa ſeparátio poteſt conſiderari dupliciter,uno modo ut eſt in fieri, & ut eſt in ſua cauſa, ſcilicet pro flagellis & pro uulneribus:& ſic fuit doloroſa. Alio modo ut eſt in facto eſſe, id eſt poſtquam anima fuit ſeparata à corpore:& ſic in ipſo inſtanti ſeparationis anima facta eſt impaſſibilis,nec patiebatur in illo inſtanti, quia tunc non erat coniuncta corpori.

Contra eandem arguit Aureolus primo. Recta ratio non dictabat Chriſto, quod deberet dolere de illa paſſione, ergo non dolebat, conſequentia patet, quia nullus dolor fuit in eo niſi ſecundum rectam rationem antecedẽs probatur. Chriſtus ſciebat Deum uelle eũ pati,ergo recta ratio non dictabat, de hoc eſſe dolendum.

Reſpondeo,negatur antecedens, nam recta ratio dictat eſſe dolendum de omni eo, quod eſt per ſe malum,cuiuſmodi eſt mors,& præcipuè hoc dictamen fuit in Chriſto, quia eius triſtitia nobis utilis erat.

Ad probationem dico, quod uoluntas ut ratio,ſequebatur conſiderationem,qua apprehendebatur ille dolor,ut uolitus à Deo: & ſic non dolebat. Sed uoluntas ut natura,non ſequebatur talem collatiuam apprehenſionem, ſed tantum abſolutam conſiderationem illius paſſionis ſecundum ſe,& ut ſic dolebat, & rectè triſtabatur.

Secundò poſſibile eſt ex diuerſis apprehenſionibus appetitum ſenſitiuum triſtari de aliquo obiecto: & appetitum intellectiuum de eodem gaudere, puta cum quis patitur propter conſequendam beatitudinem, ergo paſſio

quæ

Digitized by Google

quæ erat in appetitu inferiori Chriſti non redundabat in uoluntate.

Reſpondeo dico primò, quod non eſt ad propoſitum, quia in cõcluſione non loquimur de dolore animali, ſed de dolore corporis.

¶ Dico ſecundò quod eſt difficile, quin uires inferiores aliqualiter influant ſuperioribus in uiatore, ut dicit S. Doct. de ueri. q. 26. ar. 10.

¶ Dico tertiò ad argumentum, quòd licet antecedens poſſit eſſe uerum, non tamen ſic erat in Chriſto, & hoc quia ratio inferior Chriſti conſiderata non ut ratio ſed ut natura, apprehendebat paſſionem, & mortem eſſe horribilem, & ut magnum malum, & conformiter huic rationi uoluntas eius ut natura triſtabatur, non autem ut ratio apprehendebat illum dolorem ut bonum noſtræ ſalutis, & placitum Deo, & uoluntas ſequens hanc apprehenſionem gaudebat: Quod autem in Chriſto fuerit dolor, non tantum ſenſitiuus, ſed etiam intellectiuus patet, quia tunc ille dolor non fuiſſet ſummus poſſibilis uiatori.

*Concluſio II.* Ratio inferior Chriſti, & voluntas, vt ſunt quædam naturæ, volebant illã paſſionem. Hanc ſic probat 3. par. q. 18. art. 3. Et de veri, q. 26 art. 9. ad 7. Illa paſſio erat nociua naturæ: ergo voluntas vt natura nolebat eam, & idem dico de ratione vt natura eſt, tamen ratio vt ratio, & voluntas, vt voluntas eã volebant. Huius autem diuerſitatis ratio eſt: quia ratio inferior conſiderata vt natura: non eſt nata dictare aliquid eſſe volendum, vel nolendum in ordine ad finem; nec regulari à ſuperiori ratione: ſed ſequitur abſolutam conſiderationem ſui obiecti, nec nullo modo diſcurrit, & idem dico de voluntate. vt eſt natura.

Contra arguit Scotus hic diſtinct. 10. quæſt. 2. primo. Nullus actus in ſummo exiſtens cõpatitur ſuum oppoſitum, ſed ratio ſuperior dictabat in ſummo paſſionem Chriſti eſſe volẽdam, ergo ratio inferior, quæ eſt idem cum ratione ſuperiori non dictabat oppoſitum.

Reſpondeo, quòd illi actus non erant oppoſiti, vt dicit Sanct. Doct. 3. quæſt. 18 artic. 6. velle enim aliquid in ordine ad aliud, & nolle ipſum ſimplicitèr, & abſolutè non ſunt oppoſita cùm non ſint reſpectu eiuſdem, ſed ſunt diſparata, vt dicit Sanctus Doctor, tertia, diſtinct. 17. quæſt. ſecunda, articulo ſecundo, quæſt. 1.

Secundò. Triſtitiam ſequens deliberationem rationis, eſt paſſio, ſed in Chriſto non fuit paſſio, ſed propaſſio, vt Hieronymus dicit: ergo nec triſtitia ſequens deliberationem rationis.

Reſpondeo, negatur maior, quando talis triſtitia non peruertit, nec vllo modo impedit actum rationis, ſicut fuit in Chriſto, in quo omnes huiuſmodi motus obediebant rectæ rationis imperio. Quomodo autem fuerint in Chriſto paſſiones declarat Sanct. Doct. de veritate quæſt 26. artic. 8.

*Concluſio III.* In Chriſto fuit quodammodo neceſſitas moriendi, & patiendi. Hanc probat Sanct. Doct. 3. parte, quæſt. 14. articulo 2. Et 3. diſtinct. 16. 3. quia eius corpus erat compoſitum ex contrarijs, & etiam erat paſſibile ab aliquo extrinſeco.

Contra. Id non conuenit rei naturalitèr. quod conuenit ei per miraculum, ſed quod corpus Chriſti eſſe paſſibile erat per miraculum, ergo maior patet, minor probatur. Miraculum eſt quòd corpus coniunctum animę beatæ ſit paſſibile, quia quòd anima beata non redundet ſuã gloriam in corpus vnitum eſt miraculum, ſed anima Chriſti erat beata: ergo.

Reſpondeo. dico primò, quòd corpus Chriſti habebat paſſibilitatem ſimplicitèr ex parte corporis.

¶ Dato etiam, ſed non conceſſo, quod aliter eſſet ex parte animæ.

¶ Dico ſecundò, quòd anima Chriſti habebat potentiam influendi impaſſibilitatem proprio corpori, & per conſequens illud corpus nõ habebat neceſſitatem moriendi ex parte animę ſimplicitèr, ſed quòd non influeret erat ex duobus.

¶ Primò quidem ex diuina diſpenſatione, quia illa anima erat beata quòad voluntatem, & intellectum, non tamen erat beata, inquantũ informat corpus.

¶ Secundò. Ex parte animæ, quæ licet inquantum erat inſtrumentum Dei, habere virtutem inſtrumentalem proximam ad corpus proprium præſeruandum ab omni læſiua paſſione, tamen quia nondum erat pleniſſimè beata ex illa parte, qua coniungibilis eſt corpori, ideò non habebat virtutem immanentem proximã expeditam ad ſic influendum.

¶ Dico tertiò, quòd non fuit miraculum, quòd illa anima non redundaret gloriam in corpus, immò fuit miraculum quando redundauit ante reſurrectionem, puta in transfiguratione, quia non erat beata, vt eſt forma corporis, ſed benè hoc fuit miraculum, quòd illa anima partim eſſet beata, & partim eſſet paſſibilis. Ex quo miraculo ſequebatur corpus ei vnitũ, non recipere influxum impaſſibilitatis ab ea, & aliarum dotium.

*In hac 16. 17. Diſtinctione tertij Sententiarum, & vnica quæſtione ſequenti confutantur hæreſes damnatæ, vt in noſtro Commenntar. in text. Magiſtri, & confutantur etiam hæreſes, quæ ſunt in Abecedario, & in Ethimologijs hæreſum, & confutantur ſimiliter*

ter

Digitized by Google

tèr Idolatriæ, vt in Abecedario Idolorum in principio, vide ibi lit A. C. P. & R. ac etiam confutantur falſæ Theologię Fanicum, Egyptiorum, Grçcorum, Atlanticorum, Frigiorum, Gentium, &c. ab Euſebio in primo, ſecundo, tertio, & quarto libro de præparatione Euangelica contra Theologiam fabuloſam Poetarum antiquorum.

Ex concluſionibus, probationibus, & ſolutionibus argumentorum Capræoli ſoluuntur argumenta Vulpes, & aliorum recentiorum facilè, vt facit Ariſtotelis ad argumenta Antiquorum, quod veritatis cognitio dubiorum eſt ſolutio, & cum Cardinali Bellarmino dicente in libro de Scriptoribus Eccleſiaſticis de Ioanne Capræolo, quòd Ioannes Capræolus ſit defenſor Egregius Sancti Thomę, & optimè diſſoluit omnia argumenta aduerſariorum: dicunt verba formalia Bellarmini, ergo ſi optimè diſſoluit per Bellarminum, ſunt ſoluta argumenta cum his doctrinis hic: Sicut ſoluit Ariſtotelis contra antiquos dicendo in 3. de Cœlo, & in 3. Metaphiſic. veritatis cognitio, dubiorum eſt reſolutio.

Reſpondetur ſecundo cum Cardinali Sarnano Franciſcano doctiſſimo, cum nonageſima nona concordantia, & ſimilitèr cum nonageſima octaua concordantia Bonæberbæ.

Reſpondetur tertio cum Petro de Bergamo, & Bartholomæo Spina dicentibus in tabula Sancti Thomæ, quod qui ſcit totam Logicam Sancti Thomę, Philoſophiam etiam moralem, totam Metaphyſicam Sancti Thomæ, & totam eiuſdem Theologiam, nullum poteſt facere argumentum contra Sanctum Thomam, & ideo ſubdit, quod iſti recentiores ſtudent tantummodo articulo, ſuper quem componunt, & non habent in mente omnia Opera Sancti Thomæ loquentis præſuppoſitiuè, pręſupponendo omnia ſupradicta, & dicendo, quapropter prærumpunt in verba in tantum Magnum Doctorem nullo modo applicanda, quod Sanctus Thomas contradicat ſibi ipſi, & ideo Cardinal. Sarnanus, quia ſciebat totum Sanctum Thomam concordauit ſimilitèr, etiam Ioannes Caprçolus ſoluit argumenta aduerſariorum, cum locis Sancti Thomæ, quia totum in mente habebat Sanctum Thomam, & ideo Bellarm. dicebat bene omnia ſoluere Caprçolum.

Argumenta vero Vaſquez, Valentię, Molinæ, Suarez, &c. quia colliguntur; & ſoluuntur, clarè, diſtinctè, & breuitèr à Ripa, à Nazario, à Conſales, à Nauarretto, à Lenardo, & præcipuè à Montagnolo, in tertia parte Sancti Thomæ quæſtione decimaquinta de defectibus quos Chriſtus aſſumpſit in humana natura quantum ad animam.

Vide noſtram expoſitionem Petri Lombardi aperiẽtem mentem huius materię, vt in folio 77. hic, & infra pro 3. reſponſione Vulpes. Ac etiam vide 1.2. & 3. folium pro reſponſione quarta, quinta, & ſexta ad argumentum eiuſdem Vulpes.

Reſpõdet. 7. cum concordantia Scoti, & Sancti Thomę per Radam Franciſcanum hic declarantem S. Thom.

☞ Loca Sacræ Scripturæ hic, & infra à Salmerone, Emanuel Sa, à Toleto, à Prierio, Vegha, à Poſſeuino, à Salian, Torello in annalibus à creatione Mundi, quæ videntur repugnare aliquo modo Thomiſtis, quia ſunt concordata à nobis in fine noſtrę expoſitionis totius Bibliæ, et in Anatomia Biblię impræſſa ideò vide ea illic.

## DISTINCTIO. XVIII. XVIIII. ET XX.

### Quæſtio. I.

CIRCA Diſtinctionem decimamoctauam, decimamnonam, & vigeſimam, quæritur. Vtrum aliqua creatura pura potuerit ſatisfacere pro tota natura humana.

*Concluſio I.* Nulla pura creatura potuit ſufficienter ſatisfacere pro tota natura humana. Hanc ſic probat Sanct. Doct. 3. diſt. 20. quæſt. 1. artic. 2. Et 3. parte, quæſt. 1. art. 2. ad ſecundum. Condigna ſatisfactio pro tota natura humana non poteſt fieri niſi per actionem infinitæ efficaciæ, ſed nulla operatio puræ creaturæ eſt talis: ergo.

*Concluſio II.* Chriſtus per ſuam actionem interiorem, & per paſſionem exteriorem condignè ſatisfecit pro tota natura humana. Hanc probat 3. diſtinct. vbi ſupra Et 3 quæſt. 48. art. 2 quia plus exibebat, quàm mererentur peccata hominum exhibebat enim vitam ſuam, quæ erat vita Dei, & hominis.

Contra arguit Scotus. Si meritum Chriſti, quòd intimè habuit volendo, & acceptando ſuã paſſionẽ fuiſſet infinitũ, etiam illud velle fuiſſet infinitũ, ſed hoc eẽt falsũ probatur, primo. Velle quo acquiritur meritũ infinitũ habet infinitã acceptabilitatẽ, quia infinitè à Deo acceptatur, ſed velle animæ nõ habuit infinitã acceptabilitatẽ, alioquin eſſet tantum acceptabile: ſicut velle verbi diuini: ergo.

Reſp-

Digitized by Google

Reſpondeo ad minorem, quòd velle animæ Chriſti non habuerit acceptabilitatem infinitam ſimpliciter, ſed ſecundum quid, quia erat actio diuini ſuppoſiti tanquam eius, quod eliciebat illud velle, & quia diuinum ſuppoſitum ordinabat illud infinitum bonum, puta ad omnia indiuidua poſſibilia in ſpecie humana, & vlterius, quia eliciebatur à charitate, & gratia infinita.

Secundò, principium illius velle eſt infinitũ etiam ſi ſummatur cum omnibus reſpectibus ad verbum, vel ad quodcunque aliud, ergo, & illud velle eſt finitum.

Reſpondeo, negatur antecedens, accipiendo infinitum, vt opponitur infinito ſecundum quid, nam anima Chriſti, & eius voluntas, & alia, quæ ſunt principia illius velle habent quãdam infinitatem, inquantum trahuntur ad eſſe diuini ſuppoſiti, vt dictum fuit ſupra ſepiſſimè.

¶Dico ſecundò, quòd reſpectus quos habet illud velle ad Diuinam eſſentiam non reddunt illum actum infinitum intenſiuè, aut infinitè bonum bonitate intrinſeca, & abſoluta, ſed ſolum bonitate reſpectiua, quia talis actus eſt bonus ad infinitum materialitèr, nec talem bonitatem dat ei reſpectus ex parte habitudinis, quam importat, nec ex parte ſui ſubiecti principalitèr, ſed ex parte termini puta Diuinę eſſentię, & bonitatis, licèt ſecundariò habeat infinitatem ex parte naturæ Deo vnitæ, & gratiæ, & charitatis, nec meritum alicuius creaturæ nõ vnitæ Deo poſſet eſſe acceptus quàm meritum Chriſti.

Contra eandem arguit Durandus hic diſtin. 20. quæſt. 2. quòd neque Chriſtus inquantum homo potuerit condignè ſatisfacere pro humana natura, accipiendo condignam ſatisfactionem ſecundum æqualitatem pœnæ ad culpam. Primò. Nullus poteſt reddere Deo aliquid condignum ſecundum ęqualitatem quantitatis pro beneficijs ab eo receptis, vt dicitur, 8. ethi. ergo nec pro peccatis commiſſis.

Reſpondeo, primò negatur conſequentia. Cuius ratio eſt, quia obiectum, & materia gratiarum actionis creaturæ reſpectu Dei ſemper creſcit ſaltem in ſui conſeruatione poſt quamcunque gratiarum actionem, & ideò nunquam poteſt reddi à creatura ſufficiens gratiarum actio ſecundum æqualitatem, ſed materia ſatiſfactionis non creſcit ex ſatisfactione, ſed minuitur, & poteſt totalitèr tolli, & ideò non eſt ſimile, vt dicit Sanctus Doctor 3. ſententiar. diſtinct. 12. art. 2. ad 1.

¶Dico ſecundò, quòd Chriſtus inquantum homo non poteſt reddere Deo æquiualens ſecundum beneficium mercatum, quod accepit, poteſt tamẽ reddere æquiualẽs beneficijs creatis acceptis offerendo ſe totum Deo, & omnes actus, & habitus ſuos habentes infinitam efficaciam recompenſandi, eo modo quo eius velle habuit infinitam efficaciam ſatisfaciendi, & præcipuè quia humanitas vnita Verbo, eſt Deo acceptior tota vniuerſitate creaturarum, & ideò Chriſtus offerendo Deo ſuam vitam, & infinitate gratiæ, & charitatis, poteſt etiam ſufficiẽtèr ſatisfacere pro omnibus peccatis hominum & ſufficientèr recompenſare beneficia collata humano generi.

Secundò homo, qui meretur mortem non poteſt ſufficientèr ſatisfacere pro peccato illo, quo eam meruit cum nihil ſit dignius vita in rebus humanis, imò nec ei æquale, ergo pro peccato quo quis meretur apud Deum mortẽ, non poteſt.

Reſpondeo, quòd licet ſuppoſitum creatum non poſſit, poteſt tamen ſuppoſitum increatũ Negatur etiam antecedens, nam purus homo poteſt ſatisfacere homini de condigno, & ei offerre aliquid melius vita corporali, puta actum virtutis quem virtuoſus præeligit vitæ corporali, & pro illo morti ſe exponit, vt dicitur 8. ethicorum.

*Concluſio* III. Meritum, & ſatisfactio Chriſti non habet vltimatam efficientiam, niſi in illis, qui eidem vniuntur per fidem formatam, & Sacramenta. Hanc ponit tertia parte quęſt. 49. artic. 1. & 3. diſtinct. 19. art. 1. Talis autem vltimatus effectus eſt adeptio gloriæ, & gratiæ, infuſio, & purgatio à peccato, & huiuſmodi.

Contra arguit Scotus hic diſtinct. 19. quę. 1. Chriſtus meruit, vt non coniuncti ſibi, per Fidem, & per gratiam Baptiſmalem coniungerẽtur: ergo non ſolum diſpoſitis per Fidem, & Sacramenta meruit, ſed etiam meruit non diſpoſitis.

Reſpondeo, quòd Chriſtus meruit omnibus qui erãt futuri membra eius primam gratiam, quàm tamen nunquam conſequuntur niſi præſuppoſita aliqua diſpoſitione facta per propriũ actum, vel alienum, huiuſmodi autem diſpoſitiones non meruit, alioquin prima gratia non eſſet gratia, ſed ex merito. Chriſtus enim meruit quòd omnis Baptizatus habeat gratiam, quòd autem iſte Baptizatus non eſt ex gratia, ſed ex gratuita Dei voluntate, & de his dicit Sanctus Doctor de verit quæſt. 19. art. 7. ad 8. & 3. par. q. 49. art. 1. ad 2.

Contra. Diſpoſitiones ad gratiam ſunt ſpes, & charitas, ſed iſtas meruit Chriſtus: ergo.

Reſpondeo, quòd motus Fidei, Spei, & Charitatis poſſunt duplicitèr conſiderari. Vno modo, vt procedit ab habitibus Theologicis harũ virtutum, & ſic eos meruit Chriſtus, & ſic ſunt diſpoſitiones concomitantes gratiam. Alio

modo

Digitized by Google

modò conſiderari poſſunt, vt ſunt informes, nec procedentes ab habitibus prædictis, & ſic non ſunt ex merito Chriſti,& ſi forte habeat ſuper hoc aliquam cauſalitatem, illa tamen eſt vniuerſalis,nec exit in actum niſi mediate cauſa particulari,puta libero arbitrio,nullæ tamen diſpoſitiones humanæ diſponunt congruè ad gratiam,niſi pro quanto agunt in virtute meriti Chriſti, quia Deus ſecundum ordinem ſuæ ſapientiæ inſtituit vnum principale meritum, à quo cætera minora dependent.

*Concluſio IV.* Idem actus in Chriſto fuit meritum, & præmium. Hanc ponit Sanctus Doctor 3.diſtinct.18.quæſtione prima,articulo ſecundo,ad ſecundum.

Contra arguit Aureolus primo. Omne meritum ordinatur ad aliud,ſcilicèt ad præmium, ſed præmium non ordinatur ad aliud cum ſit finis: ergo nullum præmium eſt meritum.

Reſpondeo, negatur maior,quod patet. Nã habens charitatem non ordinat actum charitatis,qui eſt ipſum meritum ad aliquod pręmiũ ſed bene operatur propter bonum ipſius charitatis,etiam ſi nullum præmium eſſet conſecuturus,vt dicit Sanct.Doct.3.diſtinct.vbi ſupra art.5.ad 1.

Dico ſecundò,quòd illa maior præcipuè eſt falſa in eo,qui ſimul eſt viator, & comprahenſor,& qui non meretur ſibi,nec alijs aliquid melius ſuo merito, ſicut fuit in Chriſto, quia ea, quæ ſibi meruit,non ſunt eſſentialia in beatitudine,puta glorificatio corporis,nec ea qui meruit nobis adæquant perfectionem ſuæ fruitionis,qua merebatur ſibi,& nobis, vt dicit Sanct. Doct.3.diſtinct.18.quæſt.1.art.4 & quæſt.1 ad ſecundum.

Ex quo patet, quod neque oportet omne præmium eſſe dignius merito.

Secundò. Nullus meretur niſi in quantum eſt viator, ſed Chriſtus non erat viator ſecundum actum fruitionis: ergo ſecundum illum non merebatur.

Reſpondeo,ſi maior intelligitur,quod nullus mereretur niſi ſit aliquo modo viator, conceditur. Si verò intelligitur, quod non meretur niſi ſecundum illum actum,qui conuenit viatori, vt eſt viator,ſic eſt falſa,vnde dico, quod actus ſeruitionis elicitus mediante charitate, erat actus beatificus ſaltem conſecutiuè, & per illũ actum merebatur ſibi,&nobis,nec aliquis alius actus erat meritorius niſi prout eſt à charitate imperatus,quæ eſt principium meriti, & cuius actus eſt ipſum meritum.

*In hac 18. 19. 20 Diſtinct. 3. Sententiarum, & vnica quæſtione ſequenti confutantur hæreſes damnatæ, vt in noſtro Commentar. in text. Magiſtri, & confutantur etiam hæreſes,quæ ſunt in Abecedario,& in Ethimologijs hæreſum, & confutantur ſimilitèr, Idolatriæ, vt in Abecedario Idolorum in principio, vide ibi lit C.H.S. & T. ac etiam confutantur falſæ Theologiæ Fæncium, Egyptiorum, Græcorũ,Atlanticorũ Frigiorum,Gentiũ,&c. ab Euſebio in primo,ſecundo,tertio, & quarto libro de præparatione Euangelica contra Theologiam fabuloſam Poetarum antiquorum.*

*Ex concluſionibus,probationibus, & ſolutionibus argumentorum Capręoli ſoluuntur argumenta Vulpes, & aliorum recentiorum facile,vt facit Ariſtotelis ad argumenta Antiquorum, quod veritatis cognitio dubiorum eſt ſolutio, & cum Cardinali Bellarmino dicente in libro de Scriptoribus Eccleſiaſticis de Ioanne Capræolo, quòd Ioann. Capreolus ſit defenſor Egregius Sancti Thomæ, & optimè diſſoluit omnia argumenta aduerſariorum: dicunt verba formalia Bellarmini, ergò ſi optimè diſſoluit per Bellarminum ſunt ſoluta argumenta cum bis doctrinis hic: Sicut ſoluit Ariſtotelis contra antiquos dicendo in 3. de Cœlo, & in 3. Metaphiſic. veritatis cognitio, dubiorum eſt reſolutio.*

*Reſpondetur ſecundò cum Cardinali Sarnano Franciſcano doctiſſimo, cum centeſima concordantia, et ſimilitèr cum nonageſima nona concordantia Bongberbę.*

*Reſpondetur tertiò cum Petro de Bergamo, et Bartholomęo Spina dicentibus in tabula Sancti Thomę, quod qui ſcit totam Logicam Sancti Thomæ, Philoſophiam etiam moralem, totam Metaphyſicam Sancti Thomę, et totam eiuſdem Theologiam, nullum poteſt facere argumentum contra Sanctum Thomam, et ideò ſubdit, quod iſti recentiores ſtudent tantummodò articulo, ſuper quem componunt,et non habent in mente omnia opera Sancti Thomę loquentis pręſuppoſitiuè, præſupponendo omnia ſupradicta, & dicendo, qua propter prorumpunt in verba in tantum Magnum Doctorem nullo modo applicanda, quòd Sanctus Thomas contradicat ſibi ipſi, et ideò Cardinal. Sarnanus,quia ſciebat totum SanctumThomam concordauit ſimilitèr,etiam IoannesCapræolus ſoluit argumenta aduerſariorum, cum locis Sancti Thomæ, quia totum in mente habebat Sanctum Thomam, et ideò Bellarmin. dicebat bene omnia ſoluere Capreolum.*

*Argumenta verò Vaſquez, Valentię, Molinæ, Suarez,etc. quia colliguntur,et ſoluuntur, clarè,diſtinctè, et breuitèr à Ripa,à Nazario, à Conſales, à Nauarretto, à Zenardo,et pręcipuè à Montagnolo, in tertia parte Sancti Thomæ de conuenientia incarnationis Chriſti*

ſti, quæſtione prima.

*Vide noſtram expoſitionem Petri Lombardi aperientem mentem huius materiæ, vt in folio 72. hic, et infra pro 3. reſponſione Vulpes. Ac etiam vide 1. 2. et 3. folium pro reſponſione quarta, quinta, et ſexta ad argumentum eiuſdem Vulpes.*

*Reſpondetur ſeptimo cum concordantia Scoti, & Sancti Thomæ per Radam Franciſcanum hic declarantem S. Thom.*

*Loca Sacræ Scripturæ hic, et infra à Salmerone, Emanuel Sa, à Toleto, à Prierio, Vegba, à Poſſeuino, à Salian, Torello in annalibus à creatione Mundi, quę videntur repugnare aliquomodo Thomiſtis. quia ſunt concordata à nobis in fine noſtrę expoſitionis totius Bibliæ, & in Anatomia Biblię impræſſa, ideo vide ea illic.*

## DISTINCTIO XXI. ET XXII.

*Quæſtio.* I.

IN Diſtinctione vigeſimaprima, & vigeſimaſecunda quæritur. Vtrũ Chriſtus deſierit eſſe homo in ſuo deſcenſu ad inferos.

*Concluſio* I. In morte Chriſti Diuinitas remãſit vnita animę & corpori, ſed non humanitati. Hanc ponit Sanctus Doct. 3. quæſt. 50. artic. 2. & 3. Et poteſt probari iſta ratione. Verbum Diuinum nunquam dimiſit id, quod aſſumpſit, dummodò remaneat, vt dicit Damaſcenus, ſed poſt mortem Chriſti remanſit anima, & corpus in ſepulchro, non autem humanitas, ſed deſijt eſſe propter ſeparationem animæ à corpore: ergo.

Contra arguit durandus hic diſtinct. 21. q. 2. rupto altero vnitorum corrumpitur vnio, ſed in morte Chriſti corpus fuit corruptum: ergo, & eius vnio ad Diuinitatem, maior patet minor probatur, facta reſolutione vſque ad materiam primam corrumpitur corpus, quia corpus non dicit tantum materiam, ſed compoſitũ ex materia, & forma, ſed in morte Chriſti facta fuit talis reſolutio, cùm in vno ſit tantum vna forma ſubſtantialis, vt dicit Sanct. Doct. ergo.

Reſpondeo, quòd de corpore Chriſti poſſumus loqui quinque modis. Primò enim poteſt accipi pro trina dimenſione de genere quãtitatis. Secundò poteſt ſumi pro materia, vt ſubſtat prædictæ quantitati, ità quod aggregatum ex vtroque dicatur corpus. Tertiò accipitur pro materia, & forma ſubſtantiali dantę eſſe corporeum, & cauſante trinam dimenſionem, & iſtis tribus modis non fuit idem numero viuum, & mortuum, quia non habuit eandẽ formam ſubſtantialem numero, nec eandem quantitatem, licet eſſet eadem materia ſicut contingit etiam in alijs cadaueribus. Quartò accipitur pro materia, & aptitudine, & reſpectu ad formam dantem eſſe corporeum, & organizationem conuenientem humano corpori, & ſic fuit idem quod prius. Quintò accipitur pro prædicto compoſito exiſtente ſub eſſe actuali exiſtentiæ, cui communicat forma ſubſtantialis, ita quòd de ratione talis corporis sũt ſex, ſcilicet materia habitudo ad formam, habitudo ad eſſe, habitudo ad ſuppoſitum, habitudo ad trinam dimenſionem, habitudo ad organizationem, & figuram, & ſic etiã remanſit idẽ corpus numero, nec illa vnitas in alijs reperitur.

Secundò arguit. Corpus, & humanitas ſunt idem re, cùm in homine ſit tantum anima rationalis, vt tu dicis, ſed non remanſit humanitas: ergo nec idem corpus.

Reſpondeo, negatur maior, quia corpus includit accidentia, quæ non includit humanitas, & de hoc dictum fuit in primo. Dico tamen quòd ſi poneremus in homine plures formas, adhuc remanet difficultas quomodo ſit idem, quia ante vniebat, & poſtea erat mortuum, variata autem forma ſubſtãtiali, variatur ſpecies.

*Concluſio II.* Chriſtus in triduo mortis nõ fuit homo. Hanc ponit Sanctus Doctor tertia parte quæſtio. quinquageſima, articulo quarto, & tertio ſententiar. diſtinctione 22. probatur autem ex hoc quòd anima erat ſeparata à corpore.

Contra arguit Aureolus vnica ratione, quòd illa propoſitio eſſet vera. Chriſtus eſt homo, quæ gratis conceditur, ſed in concluſione intelligitur quòd non erat actu exiſtens homo.

¶ De iſta materia hic ſuperſedeo, quia alibi diffuſe eſt diſputata.

*Concluſio III.* Chriſtus veraciter deſcendit ad inferos. Hanc ponit tertia parte, quæſt. 52. artic. 1.

Contra arguit Durandus hic diſtinct. 12. q. 3. quod anima Chriſti non deſcenderit realitèr ad inferos, ſed tantum effectiuè, primò. Anima ita mouebatur ſicut conuenit ſubſtantijs ſeparatis moueri localitèr, ſed aliæ ſubſtantiæ ſeparatæ non mouentur localiter per motum, qui ſit in eis ſubiectiuè, ſed tantum per effectum, quem habent in alijs rebus: ergo.

Reſpondeo, negatur minor, quia ſubſtantiæ ſeparatæ mouentur localitèr ex hoc, quod attingunt ſua virtute ipſum locum, vt dicit S. D.



Digitized by Google

quol. 2. quæſt. 4. vel ex hoc quod attinguntur à loco, vt dicit tertio quolib. quæſt. 13. nec oportet ad talem motū ſubſtantiæ ſeparatæ, quod operatur in loco accipiēdo operationem propriè, ſcilicet in mutationem de genere qualitatis, aut quantitatis, aut vbi, de hoc diximus in ſecundo. Sic ergo anima Chriſti deſcendit ad inferos non ſolum quoad effectum, ſed etiam quoad realem præſentiam ſuæ eſſentiæ ad vnā partem inferni, ſed non quoad omnes.

¶ Dico ſecundò, quòd expoſitione Durandi ſequitur corpus Chriſti ad inferos deſcendiſſe, ſicut, & anima, nam corporalis paſſio fuit cauſa illorum effectuum, quos dicit ipſe eſſe cauſatos in Sanctis partibus ab anima Chriſti, & ideò ſi anima non alitèr deſcendit, niſi quia eos cauſauit, ſequitur, quòd etiam corpus deſcenderit.

¶ Dico tertiò, quòd quia ille deſcenſus fuit in inſtanti, potius debet dici indiuiſibilis mutatio quàm motus propriè dictus, ſed in hoc non eſt vis, ſufficit enim, quòd realitèr deſcendit, & non ſolum per effectum.

Secundò, anima Chriſti in illo triduo fuit in Paradiſo cum Latrone, cui dictum eſt, hodie mecum eris in paradiſo: ergo tunc non fuit realitèr in inferno. tenet conſequentia, quia eadem ſubſtantia etiam ſeparata non poteſt eſſe ſimul in pluribus locis.

Reſpondeo, quod Paradiſus dicitur dupliciter, vno modo corporeus, ſcilicet Cœlum Empyreum, & ſic anima Chriſti non fuit in Paradiſo ante Aſcenſionem. Alio modo dicitur Paradiſus viſio Diuinæ eſſentiæ, & ſic anima Chriſti fuit in Paradiſo à primo inſtanti ſuæ conceptionis, & anima Latronis in ipſo die paſſionis: eſſe autem ſic in Paradiſo habebat illa anima, etiam dùm erat in inferno.

Contra, etiam infernus dicitur dupliciter. Vno modo locus in terra. Alio modo carentia viſionis diuinæ: ergo ſicut anima Latronis non dicitur fuiſſe cum anima Chriſti in Paradiſo, niſi quia merito Paſſionis Chriſti vidit diuinā Eſſentiam, ſic anima Chriſti non dicitur fuiſſe cum animabus Sanctorum Patrum in inferno, niſi quia illæ animæ merito Paſſionis Chriſti ſunt purgatæ à carentia viſionis diuinæ.

Reſpondeo, negatur conſequentia, quia licet dicatur duplicitèr infernus, tamen anima Chriſti non deſcendit ſolum ad inferum, qui nominat pœna damni, vel ſenſus, ſed etiam ad infernum, qui nominat locum ſub terra, cuius ratio eſt, quia anima Chriſti nō deſcēdit ad id quod non erat, ſed infernus, vt dicit carentiam diuinæ viſionis, non erat pro illo inſtanti, quo Chriſtus deſcendit, quia in illo inſtanti viderant Diuinam Eſſentiam.

*Concluſio IV.* Chriſtus in triduo mortis fuit totus in inferno. Hanc ponit 3. parte quæſt. 52 articulo 3.

Contra arguit Durand. vbi ſuprà q. 2. primò. Id quod non erat, nō erat in inferno, ſed Chriſtus in triduo non erat: ergo, maior patet, minor probatur. Chriſtus dicit ſuppoſitum ſubſiſtens in duabus naturis, ſed tunc non ſubſiſtebat: ergo non erat.

Reſpondeo, negatur minor. Ad probationem dico, quod Chriſtus de ſuo proprio ſignificato dicit Filium Dei vnctum, in triduo autē erat vnctus, quia erat vnitus animæ vnctæ à Spiritu Sancto.

Dico ſecundò, quòd Chriſtus, ſi propriè accipiatur, nō dicit ſubſiſtens in duabus naturis, ſed id quod immediatè diximus.

Sciendum tamen, quòd Chriſtus poteſt accipi quadrupliciter. Primò tantum pro Filio Dei. Secundò accipitur pro Filio Dei, connotando vnionem naturæ humanæ integræ. Tertiò pro Filio Dei connotando non quidem naturam humanam, ſed eius partes abinuicem diuiſas. Quartò pro aggregato ex Filio Dei, & natura humana. Tres primi modi, & præcipuè primus, & tertius ſunt proprij, & in illo ſenſu illa erat vera, totus Chriſtus eſt in inferno, quartus autem modus eſt improprius.

Dico tertiò, quòd multum refert dicere in triduo erat verum dicere totus Chriſtus eſt in inferno, & dicere totus Chriſtus in triduo fuit in inferno, quia in illa quæ eſt de præſenti, ſubiectum ſtat pro illo, qui eſt actualitèr Chriſtus & ſic eſt falſa. In ſecunda verò ampliatur ad id, quod eſt, vel fuit, ſicut & illa eſt vera. Chriſtus ante incarnationem fuit homo, & illa eſt falſa, ante incarnationem hæc erat vera, Chriſtus eſt homo. Ex prædictis patet, quod ly Chriſtus non ſic dicitur duas naturas ſicut homo albus, &c.

*In hac 21. 22. Diſtinctione, tertij Sententiarum, & vnica quæſtione ſequenti confutantur hæreſes damnatæ, vt in noſtro Commenntar. in text. Magiſtri, & confutantur etiam hæreſes, quæ ſunt in Abecedario, & in Ethimologijs hæreſum, & confutantur ſimilitèr Idolatriæ, vt in Abecedario Idolorum in principio, vide ibi lit. C. D. H. & I. ac etiam confutantur falſæ Theologię Fanicum, Egyptiorum, Grecorum, Atlanticorum, Frigiorum, Gentium, &c. ab Euſebio in primo, ſecundo, tertio, & quarto libro de præparatione Euangelica contra Theologiam fabuloſam Poetarum antiquorum.*

*Ex concluſionibus, probationibus, & ſolutionibus argumentorum Capræoli ſoluuntur argumenta Vulpes, & aliorum recentiorum facilè, vt facit Ariſtotelis ad argumenta Antiquorum*

num, quod veritatis cognitio dubiorum eſt ſolutio, & cum Cardinali Bellarmino dicente in libro de Scriptoribus Eccleſiaſticis de Ioanne Capræolo, quòd Ioannes Capræolus ſit defenſor Egregius Sancti Thomę, & optimè diſſoluit omnia argumenta aduerſariorum: dicunt verba formalia Bellarmini, ergo ſi optimè diſſoluit per Bellarminum, ſunt ſoluta argumenta cum his doctrinis hic: Sicut ſoluit Ariſtotelis contra antiquos dicendo in 3. de Cœlo, & in 3. Metaphiſic. veritatis cognitio, dubiorum eſt reſolutio.

Reſpondetur ſecundo cum Cardinali Sarnano Franciſcano doctiſſimo, cum centeſimaprima concordantia, & ſimilitèr cum centeſima concordantia Bonæberbæ.

Reſpondetur tertio cum Petro de Bergamo, & Bartholomæo Spina dicentibus in tabula Sancti Thomæ, quod qui ſcit totam Logicam Sancti Thomę, Philoſophiam etiam moralem, totam Metaphyſicam Sancti Thomæ, & totam eiuſdem Theologiam, nullum poteſt facere argumentum contra Sanctum Thomam, & ideo ſubdit, quod iſti recentiores ſtudent tantummodo articulo, ſuper quem componunt, & non habent in mente omnia Opera Sancti Thomæ loquentis præſuppoſitiuè, præſupponendo omnia ſupradicta, & dicendo, qua propter prærumpunt in verba in tantum Magnum Doctorem nullo modo applicanda, quod Sanctus Thomas contradicat ſibi ipſi, & ideo Cardinal. Sarnanus, quia ſciebat totum Sanctum Thomam concordauit ſimilitèr, etiam Ioannes Caprę olus ſoluit argumenta aduerſariorum, cum locis Sancti Thomæ, quia totum in mente habebat Sanctum Thomam, & ideo Bellarm. dicebat bene omnia ſoluere Caprę olum.

Argumenta vero Vaſquez, Valentię, Molinæ, Suarez, &c. quia colliguntur; & ſoluuntur, clarè, diſtinctè, & breuitèr à Ripa, à Nazario, à Conſales, à Nauarretto, à Lenardo, & præcipuè à Montagnolo, in tertia parte Sancti Thomæ quæſtione quinquageſima de morte Chriſti.

Vide noſtram expoſitionem Petri Lombardi aperiẽtem mentem huius materię, vt in folio 77. hic, & infra pro 3. reſponſione Vulpes. Ac etiam vide 1. 2. & 3. folium pro reſponſione quarta, quinta, & ſexta ad argumentum eiuſdem Vulpes.

Reſpõdet. 7. cum concordantia Scoti, & Sancti Thomę per Radam Franciſcanum hic declarantem S. Thom.

Loca Sacræ Scripturæ hic, & infra à Salmerone, Emanuel Sa, à Toleto, à Prierio, Vegha, à Poſſeuino, à Salian, Torello in annalibus à creatione Mundi, quæ videntur repugnare aliquo modo Thomiſtis, quia ſunt concordata à nobis in fine noſtrę expoſitionis totius Bibliæ, et in Anatomia Biblię impræſſa ideò vide ea illic.

## DISTINCTIO XXIII.

*Quæſtio. 1.*

CIRCA Diſtinctionem vigeſimam tertiam quæritur. Vtrum habitus ſint homini neceſſarij; & ſimiliter virtutes habituales.

*Concluſio I.* Habitus ſunt homini neceſſarij Hanc ſic probat Sanctus Doctor diſtinctione præſenti articul. 1. & prima ſecundæ, quæſt. 49. artic. 4. Illud eſt huiuſmodi neceſſarium in operibus ſuis, ſine quo non poteſt homo rectificare actus ſuarum potẽtiarum, ſed habitus ſunt huiuſmodi, vt declarabitur reſpondendo ad obiecta: ergo.

Contra arguit Durãdus hic quæſtione tertia, quòd actiuitas habitus non ſit determinare actum, vel potentiam ad actum, primo. Si habitus determinent actum, ſiuè potentiam ad actum, aut determinaret ipſum in eſſe naturæ, aut in eſſe moris, vtrumque falſum: ergo, quod non primo modo arguit. Id quod de ſe eſt determinatum ad aliquid, ità quod non poteſt in oppoſitum, non indiget determinante: ſed quilibet actus de ſe eſt determinatus, cùm quilibet de ſe ſit ſingularis, & quælibet potentia ita eſt determinata ad recipiendum actum ſingularem, quòd non poſſet recipere vniuerſaliores: ergo. Quod non, ſecundo modo ſic probatur. Quicquid determinat actũ in eſſe moris, ſcilicet ad eſſe bonum, vel malum moralitèr, cauſat id penes, quo ſumitur bonitas, vel malitia, ſed habitus non eſt huiuſmodi: ergo, maior patet, minor probatur. Id penes quod attenditur bonitas, vel malitia actus, eſt conformitas, vel deformitas, ſiuè relatio ad rectam rationẽ, ſed habitus non eſt per ſe cauſa relationis, cũ ad relationem non ſit per ſe motus 5. phyſic. ergo habitus non eſt cauſa ſaltem per ſe determinationis actus.

Reſpondeo dico primò, quòd habitus determinat potentiam ad actum, & per ſe in eſſe morali, non ad hunc ſenſum, quòd potentia nuda habitu eliciat actũm indifferentem in eſſe morali, aut quòd ſine habitu nõ poſſit procedere, aut recipere actum, qui ſit determinatè bonus, aut determinatè malus, cùm actus ex quibus generatur habitus bonus, ſint boni, & actus ex quibus generatur habitus malus, ſint mali, & ta-



Digitized by Google

men hanc bonitatem, vel malitiam habent ab habitu, cùm ſint eo priores, ſed dicimus, quòd potentia non habituata non plus inclinatur ad actum bonum moralitèr, quàm ad actum moralitèr malum, nec inclinatur ad agendum delectabilitèr, aut facilitèr, aut promptè, ſed remanet in quadam confuſa potentialitate ad hoc obiectum, & ad aliud, & ſimilitèr ad talem modum operandi, & ad eius oppoſitum, ſed per habitum inclinatur ad hoc obiectum, & ad hũc modum operandi, & retrahitur ab eius oppoſito.

¶Dico ſecundò, quòd habitus determinat potentiam ad actum in eſſe naturæ. Sunt enim aliquæ potentiæ, quæ nunquam producerent actum ſine habitu eis ſuper addito, ſicut intellectus nunquam intelligeret niſi haberet ſpeciẽ intelligibilem. Et licet potentia ſit determinata ad recipiendum actum ſingularem, non tamen eſt de ſe determinata ad recipiendum hũc, vel illum ſingularem, ſed iſta determinatio fit per habitum.

¶Dico tertiò, quòd quilibet habitus ſicut, & omne accidens determinatur. quantum ad ſingularitatem à ſuo ſubiecto, ſed quantum ad ſpecificationem determinatur ab obiecto. Sed ſi loquamur in eſſe moris, actio humana in generali accepta, vt dicit Sanct. Doct. prima ſecundæ, quæſt. 18 habet bonitatem, vel malitiam ex obiecto ex circunſtantijs, ex fine. Bonitas autem actus interioris voluntatis eſt ex obiecto, ex fine, ex circunſtantijs, ex conformitate ad rectam rationem, & ex lege æterna, vt dicit quæſt. 19. Bonitas verò, & malitia actus exterioris dependet à voluntate interiori quòad aliquid, & quòad aliquid dependet ex obiecto, vel materia, & ex circunſtantijs, vt dicit ibidem, quæſt. 20.

Ad improbationem dico, quòd bonitas, vel malitia actus non conſiſtit præcisè, aut principaliter in illa conformitate, ſed in eius fundamento, ſcilicet in ſubſtantia actus ſimul cum tali conformitate, & ideò ſufficit ad hoc, quòd habitus faciat ad bonitatẽ actus, quòd ſit cauſa, ſiue concauſa ipſius actus, licet non ſit cauſa conformitatis per ſe.

Contra. Quicquid eſt per ſe cauſa alicuius indiuidui, eſt per ſe cauſa omnium indiuiduorum eiuſdem, ſed habitus non eſt cauſa bonitatis actuum præcedentium ipſum habitum, qui actus ſunt eiuſdem ſpeciei cum illis, qui ſequuntur habitum: ergo non eſt per ſe cauſa bonitatis actuum ſequentium habitum.

Reſpondeo negatur maior, quando talia indiuidua poſſunt produci à cauſis diuerſarum ſpecierum. Omnis enim ignis eſt eiuſdem ſpeciei cum alio igne, & tamen aliquis producitur tantum ab igne, & aliquis tantum à ſole, ita in propoſito aliquis actus poteſt eſſe tantum à potentia, & aliquis ſimul à potentia, & ab habitu.

Contra eandem arguit Durandus, vbi ſuprà quod habitus nihil faciat ad facilitatem actus primo. Actus præcedens habitum, & actus ſequens ſunt ſimiles quantum ad omnia: ergo facilitas in eis non eſt ex habitu ſed tantum ex agente.

Reſpondeo, negatur antecedens, quia actus ſequens habitum eſt elicitus magis delectabilitèr, quàm præcedens.

¶Secundò facilitas minuit meritum, ſed bonus habitus non diminuit meritum in actu ex eo elicito: ergo non reddit eum faciliorem.

Reſpondeo vt dicit S. Doct. præſenti diſt. quod facilitas, quæ conſurgit ex leuitate operis, quod eſt parui ponderis, minuit meritum, & iſtam non facit habitus. Sed facilitas quæ ex promptitudine operantis non minuit meritum, ſed auget, & hanc facit habitus.

¶Dico ſecundò, quod habitus non facit, quod operatio non ſit in ſe difficilis: ſed facit quod non ſit difficilis habenti talem habitum, temperantia enim facit, quod facilè ſit moderato moderare paſſiones: quod intemperato eſſet difficile.

Contra eandem arguit, quod habitus non intendat actum per ſe primo. Quicquid conuenit alicui inquantum tale, conuenit omni tali: ſed intendere actum, non conuenit omni habitui: ergo non conuenit habitui per ſe, maior patet, minor probatur. Nam ſi quis habeat de aliqua concluſione rationem probabilem, & ex frequentatione actuum cauſetur in eo habitus operationis; ſi poſt habitum cognoſcat illam concluſionem per idem medium, quo ante cognoſcebat non cognoſcit clarius quàm ante: quia adhuc cognoſcit tantum opinatiuè: ergo non omnis habitus intendit actum.

Reſpondeo primò, quod habitui non conuenit, inquãtum eſt habitus, intendere actum: ſed hoc conuenit ei inquantum eſt habitus partis operatiuæ. Iſti enim poſſunt dici intendere actum; quia ſolùm non faciunt facultatẽ bene operandi, ſed etiam faciunt bonum vſũ; quia vis appetitiua eſt, quæ facit vti potentijs, & habitibus.

¶Dico ſecundò, quod poteſt ſuſtineri omnem habitum intendere actum non quemlibet, ſed illum, ad quem ordinatur. Ad improbationem dico, quod licet ille non habeat clariorem notitiam; habet tamen firmiorem aſſenſum, & hoc ſufficit nec oportet quod habitus intendat quemlibet actum.

¶Di-

Digitized by Google

¶ Dico tertiò, quod habitus & potentia non concurrunt ad cauſandum actum tanquã integrantia vnum perfectum agens, quia illa, quæ immediatè concurrunt ad actum, habent rationem potentiæ, habitus autem non eſt potentia, ſed ita ſe habent, quod habitus eſt potentiæ ratio agendi.

Secundò, eorundem effectuum ſecundum ſpeciem, & differentium tantum ſecundum intenſum & remiſſum, ſunt eadem principia ſecundum ſpeciem, ſolum differentia ſecundum intenſum, & remiſſum; ſed actus præcedentes habitum ſunt eiuſdem ſpeciei cum ſequentibus; ergo ſi habitus intenderet actus ſequentes habitum, eſſet etiam cauſa actuum præcedentium habitum, quod tamen eſt falſum; ergo non intendit actus ſequentes.

Reſpondeo negatur maior, vbi idem effectus ſecundum ſpeciem poteſt à diuerſis cauſis ſpecie differentibus produci, vt ſuprà diximus de igne, & ſic eſt in propoſito, nam actus intẽſus, & remiſſus in eadem ſpecie poſſunt procedere à principijs diuerſarum ſpecierum, maximè quando talia principia ſunt partialia, & non totalia, cuiuſmodi eſt habitus concurrens cum potentia ad productionem actus.

¶ Tertiò Id quod per ſe intendit actum, poteſt per ſe ſolum cauſare actum, niſi ſit reſiſtentia; ſed habitus non poteſt ſe ſolo cauſare actum, & nulla eſt reſiſtentia potentiarum animæ ad ſuos actus; ergo.

Reſpondeo, quod habitus eo modo, quo ſe ſolo intendit actum, ita ſe ſolo cauſat actum, intendit enim actum vt quo; & cauſat actum, vt quo, videtur enim aliquando dicere S. Doc. quòd habitus non facit ad ſubſtantiam, vt patet, 4. diſt. 49 quæſt. 1. artic. 2. q. 2. Sed non intendit, quòd habitus nullo modo faciat ad ſubſtantiam actus; ſed quòd non ita neceſſario requiritur ad ſubſtantiam actus, ſicut ad eius perfectionem, quæ eſt ex parte obiecti, vel modi agendi, habitus enim determinat potentiam ad determinatum obiectum, & ad determinatum modum agendi.

*Concluſio II.* Virtutes humanæ ſunt habitus. Hanc probat præſenti diſt. Id quod perfectè determinat potentiam rationalem ad perfectionem ſuam, & ad bonum actum ſuum, eſt habitus, ſed virtus humana eſt huiuſmodi, ergo maior patet ex præcedenti concluſione, minor eſt Philoſophi in ſecundo Ethicorum.

Contra arguit Scotus hic, quod virtus includat reſpectum. Id quod erat virtus in iuuene, puta taciturnitas, eſſet vitium in ſene, & id quod eſt pulchritudo in naſo, eſſet deformitas in oculo; ergo virtus includit reſpectum.

Reſpondeo & dico primo, cum arguente, quod virtus eſt ens abſolutum includens tamẽ reſpectum in obliquo ad naturam eius in quo eſt, vel ad actum eius: vt dicit S. D. 7. Phyſi.

¶ Dico ſecundò, quod aliqua forma, quæ erat prius virtus poteſt manere: & tamen deſinere eſſe virtus: ſicut fides dum coniungitur charitati eſt virtus, ſeparata verò non eſt virtus: quia tunc non habet perfectionem quam recipit à ſuo ſuperiori.

¶ Dico tertiò, quod non eſt ſic de omni virtute. Nam habitus, qui primò erat virtus moralis, non deſinit eſſe virtus moralis ex variatione ætatis, vel ſtatus, vel fortunæ: ſed benè habitus, qui inclinabat ad aliquem actum pro aliquo tempore, vel ſtatu, vel conditione perſonæ, deſinit inclinare ad illum actum mutatis prædictis circunſtantijs: & inclinat ad oppoſitum illius actus, ſicut habitus magnificentiæ ad aliquid inclinat diuitem, ad quod non inclinat eundem, quando eſt factus pauper, & virtus modeſtiæ ad alia inclinat iuuenem quam ſenem.

¶ Dico quartò, quod pulchritudo, & ſanitas, quæ ſunt habitus corporales, licet non ſint propriè habitus, vel virtutes, poſſunt inducere rationem bonitatis, vel malitiæ ex ſola variatione proportionis ad ſubiectum, vel materiã, cui applicantur: vt dicit arguens, & etiam S. D. 7. Phyſi.

Contra eandem arguit ab alijs quorum argumenta recitat Scotus tex. 17. quòd ſit pura relatio. primò Philoſophus dicit 7. Phyſi. quod ad virtutem non eſt motus, quia virtus eſt ad aliquid, aut ergo intelligit, quod virtus ſit ad aliquid ſolum fundamentaliter: & tunc ſecus ratio non concludit, quia etiam albedo eſt fũdamẽtum relationis: & tamen ad eam eſt motus, aut intelligit, quòd ſit ad aliquid formaliter: & ſic habetur intentum.

Reſpondeo, quod diuiſio eſt inſufficiens, ſed intelligit, quòd ad eam non eſt motus, quia dicit abſolutum cum reſpectu. Item intelligit, quòd ad eam non eſt primo motus: quia virtutes, & ſcientiæ non acquiruntur, niſi prius facta alteratione ſecundum paſſiones, appetitus ſenſitiui, vel ſecundum vires ſenſitiuas apprehenſiuas.

Secundò, virtus non requiritur in potentia propter ſubſtantiam actus: ſed tãtum propter modum actus, ergo eſt tantum relatio.

Reſpondeo, negatur conſequentia, quia licet virtus non requiratur principaliter propter ſubſtantiam actus: tamen conſiciunt ipſam ſubſtantiam actus, & eam intendunt, quod nõ poteſt facere relatio.

Tertiò, virtutes cauſantur per actus immanentes intellectus, & voluntatis: ergo non ſunt

Digitized by Google

ſunt ens abſolutum.

Reſpondeo, negatur conſequentia, quia etiã ſpecies intelligibilis, & verbum cauſantur per actum immanentem, & tamen ſunt abſoluta.

Quartò. Nullum ens abſolutum corrumpitur ex ſola ceſſatione actus: ſed virtutes ſic corrumpuntur, ergo non ſunt entia abſoluta.

Reſpondeo, negatur minor, nam habitus partis appetitiuæ corrumpuntur per iudicium rationis mouentis in contrarium quocunque modo, ſcilicet ex ignorantia, vel paſſione, vel etiam ex electione, habitus vero intellectus corrumpuntur ad corruptionem phantaſmatum in potentijs ſenſitiuis, & alijs modis, quos diffusè ponit Sanctus Doct. prima ſecundæ, q. 53. art. 1. & 3.

¶ Dico ſecundò, quòd ceſſatio ab actu nõ corrumpit habitum, niſi per accidens: vt ibi declarat art. 3

Ex his patet, quòd corruptio habituum habet cauſam poſitiuam, vt declaratum eſt.

Contra eandem arguunt alij, quòd virtus ſit ens per accidens primo. Omne conſtitutum ex diuerſis prædicamentis, eſt ens per accidẽs 7. metaph. ſed virtus eſt huiuſmodi, cum dicat abſolutum cum reſpectu, ergo.

Reſpondeo, vt dicit Aureolus in ſuo quolib. q. 11. quòd virtus eſt qualitas præciſa à reſpectu: non tamen eſt qualitas præciſè: ſed eſt qualitas coniuncta & copulata reſpectui. Ex quo dicitur ad argumentum quòd aliquid includere duo prædicamenta, contingit dupliciter. Vno modo per modum conſtituti ex eis, & tale eſt ens per accidens, huiuſmodi autem non eſt virtus. Alio modo per modum vnius prædicamenti alteri copulati: ſicut ſunt omnia relatiua ſecundum dici: & tale non eſt ens per accidens, huiuſmodi verò eſt virtus.

Secundò, aut eſſentia virtutis conſiſtit in ſolo abſoluto, aut in ſolo reſpectu, aut in vtroque; ſed non primum nec ſecundum; ergo tertium; & ſic eſt ens per accidens, maior patet, minor probatur, quòd non in ſolo abſoluto patet; quia cum idem abſolutum quòd eſt pulchritudo in dente, ſit turpitudo in oculo ſequitur, quod idem ſecundum eſſentiam eſſet pulchritudo & turpitudo, quod non in ſolo reſpectu ſupra declaratum eſt; ergo in vtroque.

Reſpondeo, negatur maior, & dico quod eſſentia virtutis eſt abſolutum purè, ita quod eſt abſolutum & nihil plus; non tamen eſt abſolutum purum ſed abſolutum copulatum reſpectui; & in hoc conſiſtit eius eſſentia.

Ad improbationem, inquantum eſt contra hoc, dico non eſſe inconueniens, eandem numero qualitatem eſſe ſucceſſiuè pulchritudinem & turpitudinem; ſed non ſimiliter eadem autem albedo nunquam eſt ſimul pulchritudo dentis, & turpitudo oculi.

Tertio, ille reſpectus, quem dicit virtus aut eſt propria paſſio aut pars eſſentiæ eius, ſed nõ eſt propria paſſio; ergo pars eſſentiæ, maior patet, minor probatur. Subiectum poteſt intelligi ſine propria paſſione; ſed virtus non poteſt intelligi ſine illo reſpectu, ergo.

Reſpondeo, quod ſi ille reſpectus comparetur ad abſolutum virtutis; puta temperantia, vt temperantia eſt; ſic eſt eius propria paſſio. Si vero comparetur ad rationem virtutis, quæ conſiſtit in eſſe copulato, ſic pertinet ad eſſentiam eius, non per modum partis; ſed per modum termini; ſicut terminus eſt de ratione relationis, & naſus eſt aliquid ſimitatis: prædicta autem copulatio virtutis ad reſpectum, eſt quoddam eſſe derelictum in abſoluto eius ex reſpectu.

Quartò, Album eſt ens per accidens: & tamen ſignificat albedinem ſolam, licet connotet ſubiectum; vt dicitur in prædicamentis, & à Commentatore quinto metaph. concluſio. nona, ergo & virtus licet connotet illum reſpectum ſolum in obliquo erit ens per accidens.

Reſpondeo, negatur conſequentia, nam album non ſignificat ſubiectum in obliquo & qualitatem in recto; alioquin nunquam prædicaretur de ſubiecto, vnde ſicut hæc non eſt vera, naſus eſt ſimitas; ſic nec eſſet hæc vera, corpus eſt album; ſed diceretur album corporis, ſicut ſimitas naſi.

¶ Dico ergo quod album ſignificat conſtitutum ex ſubiecto & accidente; ſed actu & determinatè clauditur in ſuo ſignificato accidẽs, ſcilicet albedo; ſubiectum vero in potentia & indeterminatè, quia non determinat quid ſit aliud album, an ſcilicet lapis vel homo. Et quia quod determinatè ſignificatur, principaliter ſignificatur, eſt enim ratio quod illud ſignificetur quod in potentia & indeterminatè ſignificatur. Idcirco dicit Philoſophus quod album ſolum qualitatem ſignificat quod vtique verũ eſt determinatè & in actu. Virtus autem aliter ſignificat illum reſpectum de quo ſupra diximus, quia ſolum in obliquo ipſum ſignificat, album vero ſignificat ſubiectum in recto, ſed in potentia & indeterminatè. Alia quædam tangit prædictus arguens, quæ etiam per antedicta facillimè diſſoluuntur.

*In hac vigeſimatertia Diſtinct. 3. Sententiarum, & vnica quæſtione ſequenti confutantur hæreſes damnatæ, vt in noſtro Commentar. in text. Magiſtri, & confutantur etiam hæreſes, quæ ſunt in Abecedario, & in Ethimologijs hæreſum, & confutantur ſimilitèr, Idolatriç,*

Digitized by Google

*tria, vt in Abecedario Idolorum in principio, vide ibi lit.* H. N. & V. *ac etiam confutantur falſa Theologia Fancium, Egyptiorum, Græcorũ, Atlanticorũ, Frigiorum, Gentiũ, &c. ab Euſebio in primo, ſecundo, tertio, & quarto libro de præparatione Euangelica contra Theologiam fabuloſam Poetarum antiquorum.*

*Ex concluſionibus, probationibus, & ſolutionibus argumentorum Capreoli ſoluuntur argumenta Vulpes, & aliorum recentiorum facile, vt facit Ariſtotelis ad argumenta Antiquorum, quod veritatis cognitio dubiorum eſt ſolutio, & cum Cardinali Bellarmino dicente in libro de Scriptoribus Eccleſiaſticis de Ioanne Capraolo, quòd* Ioann. *Capreolus ſit defenſor Egregius Sancti Thomæ, & optimè diſſoluit omnia argumenta aduerſariorum: dicunt verba formalia Bellarmini, ergò ſi optimè diſſoluit per Bellarminum ſunt ſoluta argumenta cum his doctrinis hic: Sicut ſoluit Ariſtotelis contra antiquos dicendo in 3. de Cœlo, & in 3.* Metaphiſic. *veritatis cognitio, dubiorum eſt reſolutio.*

*Reſpondetur ſecundò cum Cardinali Sarnano Franciſcano doctiſſimo, cum centeſima ſecunda concordantia, et ſimilitèr cum centeſimaprima concordantia Bongherbę.*

*Reſpondetur tertiò cum Petro de Bergamo, et Bartholomęo Spina dicentibus in tabula Sancti Thomę, quod qui ſcit totam Logicam Sancti Thomæ, Philoſophiam etiam moralem, totam Metaphyſicam Sancti Thomę, et totam eiuſdem Theologiam, nullum poteſt facere argumentum contra Sanctum Thomam, et ideò ſubdit, quod iſti recentiores ſtudent tantummodò articulo, ſuper quem componunt, et non habent in mente omnia opera Sancti Thomę loquentis pręſuppoſitiuè, præſupponendo omnia ſupradicta, & dicendo, quæ propter prærumpunt in verba in tantum Magnum Doctorem nullo modo applicanda, quòd Sanctus Thomas contradicat ſibi ipſi, et ideò Cardinal. Sarnanus, quia ſciebat totum Sanctum Thomam concordauit ſimilitèr, etiam* Ioannes *Capræolus ſoluit argumenta aduerſariorum, cum locis Sancti Thomæ, quia totum in mente habebat Sanctum Thomam, et ideò Bellarmin. dicebat bene omnia ſoluere Capreolum.*

*Argumenta verò Vaſquez, Valentię, Molinæ, Suarez, etc. quia colliguntur, et ſoluuntur, clarè, diſtinctè, et breuitèr à Ripa, à Nazario, à Conſales, à Nauarretto, à Zenardo, et pręcipuè à Montagnolo, in prima ſecundæ Sancti Thomæ de habitibus in generali quantum ad ſubſtantiam eorum. quæſt. 49.*

*Vide noſtram expoſitionem Petri Lombardi aperiētem mentem huius materię, vt in folio 77. hic, & infra pro 3. reſponſione Vulpes. Ac etiam vide 1. 2. & 3. folium pro reſponſione quarta, quinta, & ſexta ad argumentum eiuſdem Vulpes.*

*Reſpōdet. 7. cum concordantia Scoti, & Sancti Thomę per Radam Franciſcanum hic declarantem S. Thom.*

*Loca Sacræ Scripturæ hic, & infra à Salmerone, Emanuel Sa, à Toleto, à Prierio, Vegha, à Poſſeuino, à Salian, Torello in annalibus à creatione Mundi, quæ videntur repugnare aliquo modo Thomiſtis, quia ſunt concordata à nobis in fine noſtrę expoſitionis totius Bibliæ, et in Anatomia Biblię impreſſa ideò vide ea illic.*

## DISTINCTIO. XXIV.

### *Quæſtio.* I.

IN Diſtinctione vigeſimaquarta quæritur. Vtrum fides ſit virtus infuſa à Deo.

*Concluſio* I. Fides formata eſt virtus. Hanc probat, ſecunda ſecundæ, quæſtio. quarta, articul. quinto. Omnis habitus qui ſemper eſt principium boni actus humani, eſt virtus; ſed fides formata eſt huiuſmodi; quia per eam homo ordinatur in bonum æternum, ergo.

Contra arguit Durandus hic diſtin. 23. q. 6. primo. Omnis virtus perficiens intellectum perficit ipſum ad conſpiciendum obiectum in ſe; cum virtus ponat potentiam in vltimo perfectionis debitæ ſuo actui; ſed fides non eſt huiuſmodi; quia eſt tantum de non viſis, ergo.

Reſpondeo, dico primo, quòd virtus nunquam eſt virtus intellectualis propter rationē prædictam; & ſic etiam tenuit S. Doct. 3. diſt. præſenti. Nec omnis habitus exiſtens in intellectu eſt virtus.

¶ Dico ſecundò, quòd non eſt de ratione virtutis, quòd per eā eliciatur optimus actus, qui poteſt elici à potentia; cum contingat in eadem potentia eſſe plures virtutes, quarum vna elicit nobiliorem actum quàm alia; vt dicit Sanctus Doctor de veri. quæſt. 14. artic. 3. ad 7.

Secundò arguit, quòd non ſit magis virtus fides informata charitate, quam fides informis. Fides non elicit nobiliorem actum, præſente charitate, quàm abſente, ergo non eſt magis virtus, conſequentia patet, antecedens probatur, quia actus fidei eſt aſſentire reuelatis à Deo, ſed non magis aſſentit præſente charitate, quàm abſente; alioquin abſente charitate homo fieret hæreticus, ergo.

Si

Digitized by Google

Si dicatur quòd actus fidei eſt meritorius præſente charitate;non autem abſente.

Contra. Meritum non eſt quid intrinſecum illi actui ; ergo non reddit ipſum intrinſecè perfectiorem.

Reſpondeo, dico primo vt ibi dicitur quod actus fidei; licet non ſit perfectior in eſſe cognitionis præſente charitate;eſt tamen perfectior in eſſe meriti. Ad huius improbationem dico quod fides ſecundum theologum eſt virtus præſente charitate; vt dicit Sanctus Doctor de veri. vbi ſupra,quia eius actus eſt proportionatus vltimo fini inquantum eſt vitæ æternæ meritorius, quod habet à charitate ſine qua nulla eſt perfecta virtus;vt dicit Auguſt. contra Iulianum.

Dico ſecundò, quod actus fidei per charitatem ordinatur ad primam virtutem, ſicut ad vltimum finẽ; & ille ordo eſt intrinſecus actui fidei ; & ſe habet ad ipſum ſicut forma intrinſeca, ipſe vero finis ſe habet ad ipſum, vt forma extrinſeca.

Ex quo patet falſitas aſſumpta,qua dicebatur, quòd actus fidei nihil habet intrinſecum præſente charitate quod non habeat abſente.

*Concluſio II.* Fides formata, & etiam informis infunditur homini à Deo.Hanc ſic probat Sanct.Doctor 2.2 6.primo. Ille habitus infunditur homini à Deo, per cuius actus homo eleuatur ſupra ſuam naturam,ſed fides eſt huiuſmodi, ergo.

Contra arguit Scotus hic diſtin.23. Aliquis poteſt naturaliter aſſentire reuelatis à Deo, ergo non eſt ad hoc neceſſarius habitus infuſus,conſequentia patet, antecedens probatur. Nam poteſt naturaliter ſcire quòd Deus eſt verax & quòd non poteſt mentiri,ergo poteſt naturaliter aſſentire his, quæ ab ipſo reuelantur.

Reſpondeo,negatur conſequentia, quia nõ infunditur fides ſolum ad aſſentiendum,ſed ad promptè & delectabiliter & diſcretè aſſentiendum id eſt,vt credamus hæc,& non illa: & non credamus omni ſpiritui, hoc autem ſine habitu infuſo non eſſet in nobis.

Secundò. Si fides infuſa ponitur in intellectu,ipſa eſſet certior fide acquiſita, ſed hoc eſt falſum,ergo non ponitur: maior patet,quia alias fruſtra poneretur,minor probatur. Concluſio eſt minus certa quàm principium, ſed huic Deus eſt trinus & vnus, aſſentio fide infuſa,ſi ponitur: quia eſt à Deo reuelatum,ſed hoc eſſe reuelatum credo,quia apoſtoli prædicauerunt, credo autem Apoſtolis fide acquiſita,& ſic fides infuſa ſe habet ad acquiſitam, vt concluſio ad principium,ergo.

Reſpondeo,negatur minor. Ad probationẽ, negatur minor. Et dico quod huic, Deus eſt trinus,& vnus aſſentio, quia Deus reuelauit, & non ex hoc, quod Apoſtoli hoc dicunt, & eodem actu aſſentio Deum eſſe trinum & vnũ, & hoc eſſe reuelatum à Deo.

¶ Dico tamen ſecundò, quod prædicatio requiritur non ad hoc quod eliciam actum credendi, ſed ad determinationem credendorum,& ad proponendum intellectui ſuum obiectum materiale puta aliquod complexum: non autem ad cauſandum aſſenſum in intellectu.

*Concluſio III.* Nullus homo pertinaciter diſcredens aliquem articulum fidei, habet habitum fidei infuſæ. Hanc ſic probat 2.2. q.5. art.3. Nullus non inhærens doctrinæ Eccleſiæ tanquam infallibili regulę habet habitum fidei infuſæ, ſed quilibet hæreticus eſt huiuſmodi ergo.

Contra arguit Durand.primò. Aliquis poteſt habere veram ſcientiam de paſſionibus alicuius ſubiecti & decipi circa alias paſſiones eiuſdem, ergo poteſt habere veram fidem de aliquibus articulis,& circa alios errare.

Reſpondeo,negatur conſequentia, quia diuerſæ paſſiones probantur per diuerſa media; quorum vnum poteſt ſine alio cognoſci, omnes autem articuli habent idem medium, ſcilicet primam veritatem propoſitam nobis in ſcripturis ſecundum doctrinam Eccleſiæ. Negatur etiam conſequentia, quia alia ratio eſt de habitibus infuſis & de acquiſitis. Nam habitus acquiſitus non perditur per vnicum actũ: quia actus non contrariatur habitui ; & talis habitus dependet à ſubiecto, & non ab agente extrinſeco. Sed habitus infuſus dependet ex actione Dei infundentis, qui deſinit infundere propter contrarium actum tali habitui: quia talis actus ponit obſtaculum diuinæ infuſioni: & ideo habitus fidei tollitur per quemlibet actum peccati mortalis ſibi contrarium, cuiuſmodi eſt infidelitas.

Secundò,qui credit aliqua ſimiliter nunc vt prius:habet fidem ſimiliter nunc vt prius: ſed ille,qui errat tantum in vno articulo, credit alios ſimiliter nunc, vt prius ergo habet fidem vt prius.

Reſpondeo,negatur minor, quia hæreticus non tenet illos articulos eo modo ſicut fidelis, ſcilicet ſimpliciter inhærendo primæ veritati, ad quod indiget homo adiuuari habitu fidei, ſed tenet ea quæ ſunt fidei propria voluntate,& proprio iudicio.

*Concluſio IV.* Fides eſt vnus habitus, & non multi ſpecie diſtincti. Hanc ſic probat 2.2. quæſtione quarta,artic.ſexto. Ille habitus virtutis eſt vnus,& non plures, qui habet vnum

formale obiectum, & non plura: ſed fides eſt huiuſmodi, habet enim pro obiecto primam veritatem, ergo.

Contra minorem probationis concluſionis arguit Scotus vbi ſupra primò. Si prima veritas reuelans eſt obiectum fidei; ſequitur quòd aſſenſus, quo aſſentio iſti propoſitioni, Deus eſt trinus, dependeat ex infinitis aſſenſibus hoc eſt impoſſibile, ergo maior patet, nam aſſentio iſti Deus eſt trinus: quia eſt reuelatum? & quomodo aſſentio huic, reuelatum eſt à Deo; quòd Deum eſſe trinum eſt reuelatum. Si dicas, quia eſt reuelatum, procedam in infinitum.

Reſpondeo, negatur maior, & dico quòd per fidem primo, & directè aſſentio huic Deus reuelauit, quòd eſt trinus; & ſecundariò aſſentio huic Deus eſt trinus; licet eodem actu; ſicut etiam viſus primo fertur in lucem ſecundariò in colores: quamuis vnico actu feratur in vtrumque.

Dico ſecundò, quod huic Deus reuelauit, quòd eſt trinus fides aſſentit propter ſeipſam & non propter aliam propoſitionem; ſed iſte aſſenſus cauſatur à Deo interius mouente intellectum per habitum fidei ad hunc aſſenſum.

¶ Dico tamen, quòd ad hunc primum aſſenſum fidei prærequiritur præſentatio huius complexi per locutionem interiorem vel exteriorem.

¶ Dico tertiò, quòd iſti reuelatum eſt à Deo, quòd Deum eſſe trinum eſt reuelatum, & ſimilibus propoſitionibus aſſentitur fide acquiſita, nec tamen ex hoc ſequitur, quòd fides infuſa dependeat ex acquiſita, quantum ad habitum, aut quantum ad principalem actum, qui eſt aſſentire.

Secundò. Nullum ens rationis eſt formalis ratio habitus realis, ſed reuelabilitas eſt ens rationis: ergo non eſt obiectum fidei, qui eſt habitus realis.

Reſpondeo, negatur maior, de ratione formali, qui ſe tenet ex parte noſtra, nam de ratione obiecti fidei eſt, quòd ſit non viſum, eſſe autem non viſum eſt negatio, quæ eſt ens rationis.

¶ Dico ſecundò, quòd reuelabilitas non eſt obiectum fidei cum non moueat aſſenſum, ſed potius prima veritas, quę eſt terminus illius reſpectus mouet ad aſſenſum, ſicut etiam cum diſcipulus aſſentit dictis magiſtri, quia magiſter dicit illa; non hoc ideò eſt, quia reſpectus rationis, quæ importatur in hoc quod eſt eſſe dictum à magiſtro cauſet aſſenſum in diſcipulo, ſed potius ſcientia magiſtri, & verbum eius, q eſt terminus prædicti reſpectus.

Contra eandem arguit Aureolus primo. Formalis ratio obiecti non reducitur ad ſuperiorē cauſam in eadem ſcientia, ſed prima verias reducitur ad cauſam ſuperiorem, quia ideò eſt prima veritas, quia eſt Deus: ergo potius Deitas eſt obiectum Fidei quàm prima veritas.

Reſpondeo, negatur minor, nàm iſta propoſitio, prima veritas non poteſt mentiri, non reſoluitur in iſtam, Deus non poteſt mentiri, ſed econtra, ideò Deus non poteſt mentiri, quia eſt prima veritas. Dico tamen quod cum dicimus primam veritatem eſſe obiectum fidei non excluditur Deus, immò expreſsè hoc dicit S. D. 2. 2. q. 1. art. 1.

Secundò obiectum habitus eſt finis eius, ſed prima veritas non eſt finis, ſed ſummum bonū: ergo prima veritas non eſt obiectum fidei.

Reſpondeo, negatur minor, quia fides eſt in intellectu, bonum autem, & finis intellectus eſt verum, & ideò prima veritas eſt finis fidei, non tamen Deus ſub illa ratione eſt finis voluntatis, ſed ſub ratione ſummi boni.

*In hac vigeſimaquarta Diſtinct. 3. Sententiarum, & vnica quæſtione ſequenti confutantur hæreſes damnatæ, vt in noſtro Commentar. in text. Magiſtri, & confutantur etiam hæreſes, quæ ſunt in Abecedario, & in Ethimologijs hæreſum, & confutantur ſimilitèr, Idolatriæ, vt in Abecedario Idolorum in principio, vide ibi lit. D. F. & V. ac etiam confutantur falſa Theologia Fancium, Egyptiorum, Græcorū, Atlanticorū, Frigiorum, Gentiū, &c. ab Euſebio in primo, ſecundo, tertio, & quarto libro de præparatione Euangelica contra Theologiam fabuloſam Poetarum antiquorum.*

*Ex concluſionibus, probationibus, & ſolutionibus argumentorum Capreoli ſoluuntur argumenta Vulpes, & aliorum recentiorum facile, vt facit Ariſtotelis ad argumenta Antiquorum, quod veritatis cognitio dubiorum eſt ſolutio, & cum Cardinali Bellarmino dicente in libro de Scriptoribus Eccleſiaſticis de Ioanne Capraolo, quòd Ioann. Capreolus ſit defenſor Egregius Sancti Thomæ, & optimè diſſoluit omnia argumenta aduerſariorum: dicunt verba formalia Bellarmini, ergò ſi optimè diſſoluit per Bellarminum ſunt ſoluta argumenta cum his doctrinis hic: Sicut ſoluit Ariſtotelis contra antiquos dicendo in 3. de Cœlo, & in 3. Metaphiſic. veritatis cognitio, dubiorum eſt reſolutio.*

*Reſpondetur ſecundò cum Cardinali Sarnano Franciſcano doctiſſimo, cum centeſima tertia concordantia, et ſimilitèr cum centeſimaſecunda concordantia Bonghcrbg.*

*Reſpondetur tertiò cum Petro de Bergamo, et Bartholomęo Spina dicentibus in tabula Sancti Thomę, quod qui ſcit totam Logicam Sancti Thomę, Philoſophiam etiam moralem, totam Metaphyſicam Sancti Thomę, et totam eiuſdem Theologiam, nullum poteſt facere argumentum contra Sanctum Thomam, et ideò ſubdit, quod iſti recentiores ſtudent tantummodò articulo, ſuper quem componunt, et non habent in mente omnia opera Sancti Thomę loquentis prȩſuppoſitiuè, præſupponendo omnia ſupradicta, & dicendo, qua propter prȩrumpunt in verba in tantum Magnum Doctorem nullo modo applicanda, quòd Sanctus Thomas contradicat ſibi ipſi, et ideò Cardinal. Sarnanus, quia ſciebat totum Sanctum Thomam concordauit ſimilitèr, etiam Ioannes Capræolus ſoluit argumenta aduerſariorum, cum locis Sancti Thomæ, quia totum in mente habebat Sanctum Thomam, et ideò Bellarmin. dicebat bene omnia ſoluere Capreolum.*

*Argumenta verò Vaſquez, Valentię, Molinæ, Suarez, etc. quia colliguntur, et ſoluuntur, clarè, diſtinctè, et breuitèr à Ripa, à Nazario, à Conſales, à Nauarretto, à Zenardo, et prȩcipuè à Montagnolo, in ſecunda ſecundæ Sancti Thomæ de fide quantum ad ipſum habitum fidei, quæſt. 4.*

*Vide noſtram expoſitionem Petri Lombardi aperiētem mentem huius materię, vt in folio 77. hic, & infra pro 3. reſponſione Vulpes. Ac etiam vide 1.2. & 3. folium pro reſponſione quarta, quinta, & ſexta ad argumentum eiuſdem Vulpes.*

*Reſpōdet. 7. cum concordantia Scoti, & Sancti Thomę per Radam Franciſcanum hic declarantem S. Thom.*

*Loca Sacræ Scripturæ hic, & infra à Salmerone, Emanuel Sa, à Toleto, à Prierio, Vegha, à Poſſeuino, à Salian, Torello in annalibus à creatione Mundi, quæ videntur repugnare aliquo modo Thomiſtis, quia ſunt concordata à nobis in fine noſtrę expoſitionis totius Biblię, et in Anatomia Biblię impreſſa ideò vide ea illic.*

## DISTINCTIO XXV.

*Quęſtio.* 1.

CIRCA Diſtinctionem vigeſimamquintam quæritur. Vtrum Fides ſit de viſis.

*Concluſio I.* Fides non poteſt eſſe de viſis. Hanc ſic probat ſecunda ſecundæ, quæſt. 1. artic. 4. Obiectum Fidei non ſufficit mouere ſenſum, vel intellectum ad ſui cognitionem: ergo non eſt non viſum.

Contra arguit Aureolus, quod ineuidentia non ſit de ratione formalis obiecti fidei. Tùm quia ineuidentia eſt negatio. Tùm quia non omnia, quæ conſiderantur per Fidem, habent attributionem ad ineuidentiam: ergo.

Reſpondeo, quod duplex eſt ratio formalis habitus exiſtentis in intellectu, vna ſe tenet ex parte rei intellectæ, & talis non poteſt eſſe priuatio, aut negatio, aut relatio, aut quodcunq; ens rationis, ſed eam primo reſpectu intellectus, & per eam tendit in alia, & omnia ad illa habent attributionem. Alia eſt formalis ratio obiecti, quæ ſe tenet ex parte intelligentis, & iſtam non oportet eſſe primo intellectam, ſicut patet de iſtis, quæ ſunt eſſe intelligibile eſſe, abſtractum, & ſimilitèr eſſe non viſibile, & talis ratio non conuenit obiecto in primo modo perſeitatis, ſed in ſecundo, nec eſt ratio motiua, nec terminatiua, ſed concomitatiua, & talis ratio eſt ineuidentia, tenet enim ſe ex parte credentis, ſed non totalitèr, ſed etiam ex parte rei viſæ, vel non viſæ, quæ poteſt eſſe præſens, vel abſens potentiæ viſiuæ per ſuam eſſentiam, vel per propriam ſimilitudinem. Actus enim videndi cauſatur à viſu, & viſibili ſimul vnitis.

Contra eandem arguit Durandus in 2. diſt. 24. quæſt. 1. Si de ratione formalis obiecti fidei eſt eſſe non viſum, ſequitur quod de formali ratione obiecti viſionis, & ſcientiæ eſt eſſe viſum, ſed hoc eſt falſum: ergo, maior patet, quia cū ſcientia, & fides ſint habitus oppoſiti, eorum obiecta debent habere rationes oppoſitas minor probatur. Obiectum ſecundum ſuam formalem rationem eſt præuium actui, ſed eſſe viſum non eſt præuium actui viſionis, immò aliquid dicitur viſum, quia actus viſionis cadit ſuper ipſum: ergo.

Reſpondeo, negatur minor. Ad probationem, negatur maior de formali ratione, quæ ſe tenet ex parte cognoſcentis, quia cum talis ratio non moueat potentiam, non oportet ipſam actui potentiæ eſſe præuiam.

¶ Dico ſecundò, quod aliquid poteſt dici viſum dupliciter. Vno modo actu primo ſi eſt præſens viſui per ſuam ſimilitudinem. Alio modo actu ſecundo, quia ſcilicet terminat actū ſecundum ipſius potentiæ, licet autem eſſe viſū ſecundo modo ſit poſterius actu, tamen eſſe viſum primo modo eſt præuium actui.

¶ Dico tertiò, quod obiectum fidei eſt non viſum, quia forma principalis obiecti crediti non vnitur in ratione obiecti intelligibilis potentiæ creditiuæ, ſed per formam, & ſimilitudinem ſui effectus imperfectè repræſentantem ſuam cauſam.

Digitized by Google

*Concluſio II.* Fides non eſt de ſcitis. Hanc ſic probat vbi ſuprà, artic. 5. Nullum non viſum eſt ſcitum, ſed omne creditum eſt non viſũ: ergo nullum creditum eſt ſcitum.

Contra arguit Durandus vbi ſuprà, primo. Fides habetur de omnibus illis, ad quæ ſe extendit diuina reuelatio, ſed diuina reuelatio ſe extendit ad aliquid cognitum, puta ad iſtud, Deus eſt vnus, quod cognoſcitur à multis demonſtratiuè, & eſt reuelatum Deuteronom. 6. ergo.

Reſpondeo, negatur maior, non enim eſt fides de omnibus reuelatis à Deo, ſed ſolum de illis reuelatis quibus adhæret quis præciſè propter reuelationem, de illis autem quibus adhęret fidelis non ſolum propter reuelationem, ſed etiam propter euidentem deductionem ex principijs per ſe notis, non habet fidem, ſed ſcientiam, vt dicit Sanct. Doctor de verit. quæſtione 14. art. 9.

¶Dico tamen, quòd diuina auctoritas, & medium neceſſarium poſſunt ſimul concurrere ad eundem vnum aſſenſum, ſed ille aſſenſus nõ erit creditiuus, ſed ſcientificus. Cuius ratio eſt, quia medium illud neceſſarium, & euidens tollit formalem rationem obiecti fidei, cum faciat illud enunciabile, quod concludit, eſſe viſibile, quandiù autem eſt viſum, non poteſt ſubeſſe actui fidei, cum fides non cadat niſi ſuper non viſa.

¶Dico tertiò, quòd in tali aſſenſu cauſato ex concurſu diuinæ auctoritatis, & medij neceſſarij ſunt duo, ſcilicet firmitas adhæſionis, & euidentia complexi cui aſſentitur, & ad primum horum directè diuina auctoritas, quæ eſt cauſa aſſenſus creditiui, quia mouet intellectum mediante voluntate ad aſſentiendum, non autem ſecundum.

Secundò, opinio, & ſcientia poſſunt eſſe ſimul de eodem: ergo etiam fides, & ſcientia, conſequentia patet antecedens probatur. Medium contingens, & medium neceſſarium poſſunt ſimul concurrere ad cauſandum eundem aſſenſum: ergo poſſunt de eodem eſſe ſcientia, & opinio.

Reſpondeo, negatur conſequentia, quia aſſenſus cauſatus à tali concurſu, non eſt opinatiuus, ſed ſcientificus, quia medium neceſſariũ tollit formalem rationem obiecti opinionis ſecundum formidinem, & informem adhæſionẽ.

¶Dico ſecundò, quòd ille aſſenſus non eſt opinatiuus actu, eſt tamen in potentia quia medium probabile eſſe natum probare, & cauſare aſſenſum opinatiuum ſi non concurreret cum medio neceſſariò.

¶Dico tertiò, quod ſi in eodem intellectu eſſent ſimul duo aſſenſus, quorum vnus cauſatus eſſet ex medio contingenti, alter vero ex neceſſariò, ille qui eſſet ex medio contingenti non eſſet actu opinatiuus, quia medium neceſſarium quo concurrit tollit rationem obiecti opinionis. Item ſubiectum ſcientiæ, & opinionis habent oppoſitas conditiones ſecundum habitum, & priuationem, quia ſubiectum ſciẽtiæ firmiter aſſentit, opinionis vero titubat, impoſſibile autem eſt eundem intellectum reſpectu eiuſdem concluſionis ſimul firmiter adhærere, & titubare, ſeu formidare.

*Concluſio III.* Fides ſimpliciter certior ſciẽtia ſed non quoad nos, & ſecundum quid. Hãc ſic probat ſecunda ſecundæ, quæſt. 4. artic. 2. Illud eſt certius, cuius proxima cauſa eſt certior, & immutabilior, ſed Deus, qui eſt cauſa fidei, eſt certior, & immutabilior quàm prima principia, & lumen intellectu agentis, quæ ſunt cauſa eſſentiæ: ergo. Scientia tamen eſt certior, quoad nos quia magis cognoſcimus quã, quæ fide tenemus.

Contra probationem arguit Durandus vbi ſuprà, quod adhæſio firma non faciat ad certitudinem primo. Certitudo non ſtat cum falſitate, ſed firma adhæſio ſtat cum falſitate, vt patet in hæreticis: ergo.

Reſpondeo, quod cum dicimus firmitatem adhæſionis eſſe certitudinem, non intelligimus de quacunque firmitate, nec de qualibet, aut cuiuslibet adhæſione obiecti, ſed tantum de firmitate adhæſionis intellectus ad ſuum cognoſcibile, hoc autem non niſi verum, quia falſum non eſt cognoſcibile, vt dicit Sanctus Doctor 3. diſtinct. 27. quæſt. 2. art. 4.

Secundo arguit. Illi firmius adhæremus à quo difficilius recedimus, ſed difficilius receditur à ſcientia quàm à fide, cùm multi à fide recedant, à ſcientia vero non: ergo.

Reſpondeo, primo conceditur maior de firmitate adhæſionis, quæ oritur ex eorum quibus adhæretur, ſed negatur de firmitate adhæſionis quæ dependet à voluntate, eiuſmodi eſt adhæſio fidei.

Dico ſecundò, quòd maior eſt ſimpliciter falſa, quando tales adhæſiones non ſunt eiuſdem rationis, ſicut eſt in propoſito, nam cauſa firmitatis adhæſionis fidei eſt voluntas, cauſa verò adhæſionis ſcientiæ eſt euidentia complexi, cùm intellectus aſſentiat aliquando etiam contra voluntatem.

Tertiò. Illud eſt certius, quod eſt dubitationi impermixtius, ſed ſcientia non patitur dubitationem, fides verò ſic: ergo.

Reſpondeo dupliciter poteſt aliquid eſſe certum, vno modo quòad nos ſiuè ex parte ſubiecti, & ſic conceditur totum. Alio modo ex parte medij, & cauſæ, & ſic negatur maior.



Digitized by Google

Contra. Certior eſt ſcientia beatorum quã fides noſtra, ſed non eſt hoc ex parte obiecti, cùm idem obiectum ſit vtrobique, ſed ex parte modi, quia illi tendunt in Deum viſum, & nos in creditum: ergo in propoſito certior eſt ſciẽtia quam habemus, quod Deus ſit vnus, quàm habemus, quod Deus ſit vnus, quàm fides qua credimus, quod ſit trinus, quia in illud tẽdimus, vt in viſum, & in hoc, vt in creditum.

Reſpondeo, quod ſcientia beatorum non eſt certior fide viatorum quoad cauſam, quia vtrobique eſt eadem cauſa, quæ eſt prima veritas, eſt tamen certior ex parte ſubiecti, quod plenius aſſequitur ea, quæ videt, quàm ea quæ credit, & idem dico de ſcientia viatorum, & fide, quam habent.

*In hac vigeſimaquinta Diſtinct. 3. Sententiarum, & vnica quæſtione ſequenti confutantur hæreſes damnatæ, vt in noſtro Commentar. in text. Magiſtri, & confutantur etiam hæreſes, quæ ſunt in Abecedario, & in Ethimologijs hæreſum, & confutantur ſimilitèr, Idolatriæ, vt in Abecedario Idolorum in principio, vide ibi lit. F. S. & V. ac etiam confutantur falſæ Theologiæ Fæncium, Egyptiorum, Græcorũ, Atlanticorũ, Frigiorum, Gentiũ, &c. ab Euſebio in primo, ſecundo, tertio, & quarto libro de præparatione Euangelica contra Theologiam fabuloſam Poetarum antiquorum.*

*Ex concluſionibus, probationibus, & ſolutionibus argumentorum Caprçoli ſoluuntur argumenta Vulpes, & aliorum recentiorum facile, vt facit Ariſtotelis ad argumenta Antiquorum, quod veritatis cognitio dubiorum eſt ſolutio, & cum Cardinali Bellarmino dicente in libro de Scriptoribus Eccleſiaſticis de Ioanne Capræolo, quòd Ioann. Capreolus ſit defenſor Egregius Sancti Thomæ, & optimè diſſoluit omnia argumenta aduerſariorum: dicunt verba formalia Bellarmini, ergò ſi optimè diſſoluit per Bellarminum ſunt ſoluta argumenta cum his doctrinis hic: Sicut ſoluit Ariſtotelis contra antiquos dicendo in 3. de Cœlo, & in 3. Metaphiſic. veritatis cognitio, dubiorum eſt reſolutio.*

*Reſpondetur ſecundò cum Cardinali Sarnano Franciſcano doctiſſimo, cum centeſima quarta concordantia, et ſimilitèr cum centeſimatertia concordantia Bongherbę.*

*Reſpondetur tertiò cum Petro de Bergamo, et Bartholomęo Spina dicentibus in tabula Sancti Thomę, quod qui ſcit totam Logicam Sancti Thomæ, Philoſophiam etiam moralem, totam Metaphyſicam Sancti Thomę, et totam eiuſdem Theologiam, nullum poteſt facere argumentum contra Sanctum Thomam, et ideò ſubdit, quod iſti recentiores ſtudent tantummodò articulo, ſuper quem componunt, et non habent in mente omnia opera Sancti Thomę loquentis pręſuppoſitiuè, præſupponendo omnia ſupradicta, & dicendo, quæ propter prærumpunt in verba in tantum Magnum Doctorem nullo modo applicanda, quòd Sanctus Thomas contradicat ſibi ipſi, et ideò Cardinal. Sarnanus, quia ſciebat totum Sanctum Thomam concordauit ſimilitèr, etiam Ioannes Capræolus ſoluit argumenta aduerſariorum, cum locis Sancti Thomæ, quia totum in mente habebat Sanctum Thomam, et ideò Bellarmin. dicebat bene omnia ſoluere Capreolum.*

*Argumenta verò Vaſquez, Valentię, Molinæ, Suarez, etc. quia colliguntur, et ſoluuntur, clarè, diſtinctè, et breuitèr à Ripa, à Nazario, à Conſales, à Nauarretto, à Zenardo, et pręcipuè à Montagnolo, in ſecunda ſecundæ Sancti Thomæ de fide quantum ad eius obiectum. quæſt. 1.*

*Vide noſtram expoſitionem Petri Lombardi aperiẽtem mentem huius materię, vt in folio 77. hic, & infra pro 3. reſponſione Vulpes. Ac etiam vide 1. 2. & 3. folium pro reſponſione quarta, quinta, & ſexta ad argumentum eiuſdem Vulpes.*

*Reſpõdet. 7. cum concordantia Scoti, & Sancti Thomę per Radam Franciſcanum hic declarantem S. Thom.*

*Loca Sacræ Scripturæ hic, & infra à Salmerone, Emanuel Sa, à Toleto, à Prierio, Vegha, à Poſſeuino, à Salian, Torello in annalibus à creatione Mundi, quæ videntur repugnare aliquo modo Thomiſtis, quia ſunt concordata à nobis in fine noſtrę expoſitionis totius Bibliæ, et in Anatomia Biblię impræſſa ideò vide ea illic.*

## DISTINCTIO. XXVI.

### Quæſtio. I.

IN Diſtinctione vigeſimaſexta, quæritur. Vtrum ſpes ſit virtus Theologica, realitèr à Fide, & à Charitate diſtincta.

*Concluſio I.* Spes eſt virtus. Hanc ſic probat ſecunda ſecundæ, quęſt. 17. articulo 1. Spes facit actum rectum: ergo eſt virtus.

*Concluſio II.* Spes eſt virtus Theologica, hanc ſic probat vbi ſuprà articul. 5. Et præſenti diſtinct. quęſt. 3, artic. 2. Omnis virtus habens Deum pro obiecto, eſt Theologica, ſed Spes eſt huiuſmodi, attingit enim Deum, & ſupremã cauſam efficientem, & eius auxilio innititur, &

ſicut

Digitized by Google

ſicut cauſam finalem inquantum in eius fruitione beatitudinem expectat: ergo.

Contra minorem huius rationis arguit Durandus hic quæſt. 2. primò, quod Deus non ſit immediatum obiectum ſpei, ſed beatitudo. Idem eſt obiectum ſpei, & delectationis non eſt Deus, ſed beatitudo creata: ergo, maior, quia ſpes, & delectatio non differunt, niſi ſecũdum præſens, & futurum minor probabitur: ergo.

Reſpondeo, negatur maior, nàm ſpes habet duo obiecta vnum materiale, quod eſt ipſa res quæ ſperatur. Et aliud formale, quod eſt id cuius auxilio obtinendum ſperatur. Iſta autẽ duo aliquando ſunt diſtincta, vt quando quis ſperat obtinere aliquid auxilio amicorum, prędicta autem diſtinctio non habet locum in obiecto delectationis.

¶ Item de ratione obiecti ſpei eſt arduitas, quæ non eſt de ratione obiecti delectationis. Vnde delectatio eſt in concupiſcibili, & ſpes quæ eſt paſſio, eſt in iraſcibili.

¶ Dico ſecundò, quòd minor eſt omninò falſa, quam multipliciter probat, primo. Immediatum amoris concupiſcentiæ non eſt res, ſubiecto diſtincta à concupiſcente, ſicut patet quòd amans vinum, non amat ipſum immediatè, ſed immediatè amat guſtationẽ vini, ſed delectatio eſt amor concupiſcentiæ: ergo.

Reſpondeo, dico primò, quod Deus eſt immediatum obiectum delectationis, ſed non totale, quia omnis delectatio habet pro obiecto totali, vel partiali aliquam operationem, vt dicit Sanctus Doct. prima ſecunda, quæſtione 32. artic. 1.

Dico ſecundò, quod delectatio, vel fruitio, licet habeant pro obiecto totali Deũ, & adeptionem, ſiuè viſionem Dei ſimul, tamen principalius reſpicit Deum, quia illa viſio non eſt finis niſi inquantum nos Deo coniungit, fruitio autem reſpicit finem. Hoc dicit Sanct. Doct. prima diſtinct. 1. quæſt. 1. ad ſecundum.

¶ Dico tertiò ad argumentum, quod maior eſt falſa, nàm illius amoris quo amatur vinum obiectum immediatum eſt tàm vinum, quàm vſus eius, immò vſus non diligitur niſi propter vinum, licet vtrumque referatur in eum, qui diligit, amore enim concupiſcentiæ non ſolum amatur perfectio nobis inhærens, ſed etiam bonum, quod cauſat illam perfectionem.

¶ Dico quartò, quod etiam minor eſt falſa, vt declaratum fuit in prima diſtinct. q. 1.

Secundò. Summa triſtitia, quam habent dãnati, non eſt immediatè de Deo: ſed de carentia viſionis diuinæ, ergo ſumma declaratio quam habent beati: non eſt de Deo: ſed de viſione.

Reſpondeo, negatur conſequentia, quia ſimilitudo non valet: nam Deus dupliciter coniungitur beatis. Vno modo per ſui eſſentiam tanquam forma intelligibilis. Alio modo per ſui nobiliſſimum effectum, qui eſt Dei viſio, & fruitio, & ſic eſt eis dupliciter bonus damnatis autem eſt malus vno modo, ſcilicet per ſuum effectum, & ideo triſtantur immediatè de illo effectu, & non de Deo: quia Deus in ſe non eſt in eis malus.

Tertiò. Deus non declarat niſi mediante viſione, vel alia operatione, ergo declaratio immediatior eſt operatione.

Reſpondeo, negatur conſequentia, ſicut non ſequitur homo non intelligit obiectum niſi mediante ſpecie, ergo immediatius intelligit ſpeciem quam obiectum: & hoc ideo eſt, quia ſpecies eſt medium, quo & non in quo, ſic eſt in propoſito: quia ſicut ſpecies intelligibilis perficit intellectum, ad hoc, quòd intellectus intelligat, ita viſio perficit vidẽtem ad hoc quòd poſſit frui Deo.

Quartò. Nullus declaratur niſi de eo quod eſt ſibi bonum, vt dicit Philoſophus 8. Ethicorum cap. 2. ſed Deus non eſt bonus creaturæ: niſi quia cauſat in ea aliquam perfectionem, ergo immediatius delectamur de illa perfectione.

Reſpondeo, negatur conſequentia, vt patet ex reſponſione ad tertium,

*D*ico ſecundò, quòd minor eſt falſa, Deus enim nõ ſolum eſt bonus homini ratione operationis, per quam Deum attingit, imo per ſui eſſentiam ante omnem operationem, qua ipſe attingatur: quia diuina eſſentia vnitur intellectui cuiuslibet beati vt forma intelligibilis, & quicquid ſit de delectatione dico quòd ſpes immediatè attingit.

*Concluſio* III. Spes diſtinguitur à fide, & à charitate. Hanc ſic probat præſenti diſtinctione. Et ſecundo 2. quæſtione 17. articulo ſexto, fides, ſpes, & charitas habent diſtincta obiecta formalia, ergo ſunt diſtinctæ, conſequentia patet, antecedens declaratur. Nam obiectum fidei eſt Deus, inquantum à Deo prouenit nobis cognitio veritatis. Et eſt obiectum ſpei, inquãtum eſt nobis principium perfectæ bonitatis, ſcilicet beatitudinis. Et eſt obiectum charitatis, inquantum inhæremus ei propter ſeipſum.

Contra arguit Scotus hic q. 1. quòd ſpes non diſtinguatur à fide, primo. Vniuerſale, & particulare non diuerſificant habitus: ſed fides eſt reſpectu vniuerſalium: in fide enim teneo omnem iuſtum eſſe ſaluandum, ergo.

Reſpondeo, dico primò, quòd fides, & ſpes non diſtinguuntur, ſicut duo habitus cognoſcitiui: ſed fides eſt habitus cognoſcitiuus, & ſpes eſt habitus appetitiuus: vt dicit S. Doct. præſenti diſt.

¶ Di-

Digitized by Google

¶ Dico ſecundò, quòd obiectum ſpei non eſt particulare: licet ſit minus vniuerſale quàm obiectum fidei: quia fide credimus omne reuelatum à Deo: ſpe autem appeto ſalutem tãtum mihi & alteri, inquantum eſt mihi charitate coniunctus.

¶ Dico tertiò, quòd actus ſpei procedit ex duplici credulitate: vna vniuerſali, quæ eſt actus fidei, quo actu credo in Eccleſia eſſe remiſſionem peccatorum. Alia vero particulari quæ non eſt actus fidei: ſed intellectus, vel virtutis cogitatiuæ quo actu credo mihi fiendam remiſſionem.

¶ Dico quartò, quòd licet vniuerſale, & particulare non varient habitus intellectuales, poſſunt tamen diſtinguere habitus, quorum vnus eſt intellectiuus, & alter appetitiuus: cuiuſmodi ſunt fides & ſpes.

Secundò. Si ſpes diſtinguitur à fide, aut hoc eſt, quia futuritio eſt de ratione obiecti ſpei, & non de ratione obiecti fidei, aut hoc eſt, quia ſpes habent ponere medium inter exceſſiuè, & diminutè ſperare, ſed non primum, quia tunc ſpes haberet pro obiecto aliquod temporale, & non æternum: nec eſſet virtus theologica: futurum enim eſt temporale. Item præteritio non requirit præuium habitum, ergo nec futuritio. Nec eſt dandum ſecundum, quia tunc ſpes eſſet virtus acquiſita, & non infuſa, nam non omnis virtus moderatiua paſſionum eſt moralis acquiſita.

Reſpondeo, quod eſt propter vtrumq;. Ad improbationem dico primò, quòd ſpecies reſpicit duo obiecta, vnum eſt formale, cuius auxilio innititur, & iſtud eſt æternum: aliud materiale, ſcilicet beatitudo creata & alia, quæ ad ipſam requiruntur: & iſtud poteſt eſſe temporale, ad virtutem autem theologicam ſufficit obiectum formale eſſe æternum.

¶ Dico ſecundò, quod paſſiones appetitus ſenſitiui, & actus voluntatis ſunt quædam attractiones, vel repulſiones, præteritum autem, inquantum huiuſmodi, non attrahit nec repellit: ſed ſolum præſens, vel futurum: & ideo nullus actus appetitiuus propriè reſpicit præteritum vt præteritum eſt: quod dico quia, & ſi triſtitia ſit de præterito non eſt tamen de eo, vt præteritum eſt: ſed vt eſt aliquo modo præſens appetitiui: vel in ſe, vel in ſua cauſa, vel in ſuo effectu, & ſic patet, quod futuritio eſt de ratione obiecti ſpei, non autem fidei, ſed accidit ei, inquantum credimus aliqua futura: non tamen omne creditum eſt futurum ſicut omne ſperatum.

Ad improbationem ſecundi negatur conſequentia. Nam virtus theologica poteſt eſſe moderatiua paſſionum, vel actuum ſimilium paſſionibus, quantum ad obiecta ſecundaria: vt dicit S.Doct.2.2.q.17.art.5.ad ſecundum.

Contra eandem iterum arguit Scotus, vbi ſuprà, quod ſpes non diſtinguatur à charitate. Charitas ſufficienter diſponit ad ordinatum velle reſpectu boni præſentis: & ad deſiderandum futurum, quod eſt ſperare, ergo non eſt diſtincta à ſpe, conſequentia patet, antecedens probatur. Amicitia acquiſita ſufficit ad amandum amicum, & ad deſiderandum ei bonum futurum, ergo & charitas.

Reſpondeo, negatur vltima pars antecedentis, vbi dicitur, quod deſiderare eſt ſperare.

¶ Dico ſecundò, quod licet charitas ſufficienter diſponat ad deſiderandum futurum, non tamen ad ſpem, quia ad ſperandum occurrit ſpecialis ratio arduitatis, & ſpecialis difficultas.

¶ Dico tertiò, quod amicitia acquiſita non intendit aſſequi aliquod arduum exiſtens ſupra naturalem facultatem amantis: & ideo non requiritur aliquis ſpecialis habitus alius ab amicitia faciens fiduciam, & ſecuritatem de obtentione illius. Et ideo illa ſimilitudo non tenet, qua probatur antecedens; vt dicit S.Doct. præſenti diſt.q 2 art.1.ad ſecundum.

*In hac vigemaſexta Diſtinct. tertij Sententiarum, & vnica quæſtione ſequenti confutantur hæreſes damnatæ, vt in noſtro Commenntar. in text. Magiſtri, & confutantur etiam hæreſes, quæ ſunt in Abecedario, & in Ethimologijs hæreſum, & confutantur ſimilitèr Idolætriæ, vt in Abecedario Idolorum in principio, vide ibi lit. C. F. S. & T. ac etiam confutantur falſæ Theologię Fænicum, Egyptiorum, Grçcorum, Atlanticorum, Frigiorum, Gentium, &c. ab Euſebio in primo, ſecundo, tertio, & quarto libro de præparatione Euangelica contra Theologiam fabuloſam Poetarum antiquorum.*

*Ex concluſionibus, probationibus, & ſolutionibus argumentorum Capræoli ſoluuntur argumenta Vulpes, & aliorum recentiorum facilè, vt facit Ariſtotelis ad argumenta Antiquorum, quod veritatis cognitio dubiorum eſt ſolutio, & cum Cardinali Bellarmino dicente in libro de Scriptoribus Eccleſiaſticis de Ioanne Capræolo, quòd Ioannes Capræolus ſit defenſor Egregius Sancti Thomę, & optimè diſſoluit omnia argumenta aduerſariorum: dicunt verba formalia Bellarmini, ergo ſi optimè diſſoluit per Bellarminum, ſunt ſoluta argumenta cum his doctrinis hic: Sicut ſoluit Ariſtotelis contra antiquos dicendo in 3. de Cœlo, & in 3. Metaphiſic. veritatis cognitio, dubiorum eſt reſolutio*

*Reſpondetur ſecundo cum Cardinali Sarnano*

Digitized by Google

*nano Franciſcano doctiſſimo, cum centeſimaquinta concordantia, & ſimilitèr cum centeſima quarta concordantia Bonaeberba.*

*Reſpondetur tertio cum Petro de Bergamo, & Bartholomæo Spina dicentibus in tabula Sancti Thomæ, quod qui ſcit totam Logicam Sancti Thomæ, Philoſophiam etiam moralem, totam Metaphyſicam Sancti Thomæ, & totam eiuſdem Theologiam, nullum poteſt facere argumentum contra Sanctum Thomam, & ideo ſubdit, quod iſti recentiores ſtudent tantummodo articulo, ſuper quem componunt, & non habent in mente omnia Opera Sancti Thomæ loquentis præſuppoſitiuè, præſupponendo omnia ſupradicta, & dicendo, qua propter prærumpunt in verba in tantum Magnum Doctorem nullo modo applicanda, quod Sanctus Thomas contradicat ſibi ipſi, & ideo Cardinal. Sarnanus, quia ſciebat totum Sanctum Thomam concordauit ſimilitèr, etiam Ioannes Capreolus ſoluit argumenta aduerſariorum, cum locis Sancti Thomæ, quia totum in mente habebat Sanctum Thomam, & ideo Bellarm. dicebat bene omnia ſoluere Capreolum.*

*Argumenta vero Vaſquez, Valentiæ, Molina, Suarez, &c. quia colliguntur; & ſoluuntur, clarè, diſtinctè, & breuitèr à Ripa, à Nazario, à Conſales, à Nauarretto, à Zenardo, & præcipuè à Montagnolo, in ſecunda ſecundæ Sancti Thomæ, quæſtione decima ſeptima, de ſpe quantum ad ipſam ſpem.*

*Vide noſtram expoſitionem Petri Lombardi aperientem mentem huius materiæ, vt in folio 72. hic, et infra pro 3. reſponſione Vulpes. Ac etiam vide 1. 2. et 3. folium pro reſponſione quarta, quinta, et ſexta ad argumentum eiuſdem Vulpes.*

*Reſpondetur ſeptimo cum concordantia Scoti, & Sancti Thomæ per Radam Franciſcanum hic declarantem S. Thom.*

*Loca Sacræ Scripturæ hic, et infra à Salmerone, Emanuel Sa, à Toleto, à Prierio, Vegha, à Poſſeuino, à Salian, Torello in annalibus à creatione Mundi, quæ videntur repugnare aliquomodo Thomiſtis. quia ſunt concordata à nobis in fine noſtræ expoſitionis totius Bibliæ, & in Anatomia Bibliæ impreſſa, ideo vide ea illic.*

## DISTINCTIO XXVII. VSQVE AD XXX.

### *Quæſtio* 1.

IN diſtin. 27. vſque ad 30. Quæritur vtrum homo debeat ex charitate plus diligere Deum quàm ſeipſum.

*Concluſio I.* Licet amicitia politica non ſit propriè virtus: tamen charitas eſt virtus, primam partem tenet S. Doct. in q. de charitate ar. 2. ad octauum. Et 3. diſt. 27. q. 2. art. 2. ad primum. Licet in 2. 2. q. 23. art. 3. & 6. Ethicorum cap. 1. & 5. videatur dicere, quod eſt virtus. ſed intendit, quod non eſt virtus, ſicut ſunt aliæ virtutes. Tum quia habet pro fundamento alias virtutes; nam ex hoc, quod aliquis eſt virtuoſus, inclinatur ad amandum virtuoſos. Tum, quia de ratione talis amicitiæ eſt virtus, vel habitus exiſtens in alio ſuppoſito. Tum quia amicitia poteſt perdi ſine vitio illius, in quo eſt, ſed ex ſolo defectu amici. Eſt tamen aliquo modo virtus; quia eſt habitus electiuus, & laudabilis, & in mente conſiſtens ſecundam partem probat ſecundæ q. 23. vbi ſuprà, ex hoc quod charitas elicit actũ conformem regulæ primæ humanorum actuũ, ſcilicet Deo.

*Concluſio II.* Obiectum charitatis eſt Deus, inquantum eſt beatificatiuus creaturæ rationalis. Hanc ſic probat ſecunda ſecundæ, q. 23. artic. 4. & primo. Ex hoc quod charitas tendit in Deum, inquantum eſt beatificatiuus, ergo Deus vt ſic eſt obiectum charitatis.

Contra arguit Scotus diſt. 27. quæſt. vnica primo. Nullus reſpectus rationis poteſt eſſe ratio formalis terminans actum realem; ſed ratio beatificatiui eſt relatio rationis, & actus charitatis eſt realis; ergo, &c.

¶ Reſpondeo, quod duplex eſt ratio formalis; vna ſe tenet ex parte obiecti, & de iſta conceditur totum, quia talis ratio eſt motiua, & terminatiua actus, & ſe habet in genere cauſæ finalis, talis autem ratio in obiecto charitatis eſt ratio ſummi boni. Alia eſt ratio, quæ ſe tenet ex parte potentiæ; & ſe tenet in genere cauſæ materialis; ex eo quod eſt diſpoſitiua ad actum, & de iſta negatur maior, & talis eſt ratio beatificatiui. Nullus enim diligit aliquid, niſi quia eſt ſibi bonum, & conueniens aut perfectiuum ſui. Iſta autem omnia dicunt reſpectum.

Secundò charitas Deum diligit propter ſe; ergo non inquantum eſt beatificatiuus.

Reſpondeo, ſi ly inquantum dicat cauſam finalem, ſic Deus diligitur propter ſe. Si vero dicat

cat cauſam diſpoſitiuam;ſic diligitur inquãtum eſt beatificatiuus.

Ex hoc enim quòd Deus eſt beatificatiuus hominis,homo inclinatur & diſponitur ad amã dum Deum,quem tamen diligit propter ſe.

Ad argumentum negatur conſequentia;quia illa duo poſſunt ſtare ſimul, patet ex his quòd obiectum charitatis non dicit purum abſolutum ſub reſpectu ſcilicet Deum ſiue ſummum bonum vt eſt beatificatiuum: ita quòd eius ratio partim eſt abſoluta, & partim reſpectiua.

Tertio charitate diligitur Deus propter ſe: ergo non vt eſt beatificans.

Reſpondeo,quod ſi ly propter dicat cauſam finalem conceditur totum. Si vero dicat cauſam diſpoſitiuam negatur antecedens.Dico ergo quòd diligendo Deum non referimus eum ad noſtram utilitatem nunquam tamen amaretur à nobis,niſi eſſet nobis conueniens.

*Concluſio III.* Homo debet ex charitate plus diligere Deum quam ſeipſum. Hanc ſic probat tertia ſentent.diſt.27.q.1.artic.tertio,& ſecunda ſecundæ,q.26.artic.tertio.Non minus diligit Deum charitas quàm natura hominis in ſua integritate perſiſtens: ſed talis plus diligit Deum quam ſe; cum pars plus diligat bonum totius quàm propriũ, unde & bonus ciuis exponit ſe morti pro ſalute patriæ, ergo.

Contra rationem arguit Durandus diſtinct. 29.quæſt.2. primo. Ciuis exponens ſe morti pro patria vult ſibi maius bonum quàm patriæ: ergo plus diligit ſe,conſequentia patet, antecedens probatur, vult ſibi bonum virtutis, & patriæ bonum temporale:ergo.

Reſpondeo, negatur antecedens nam virtus politica inclinat ad præeligendum finem his, quæ ſunt ad finem, bonum autem particulare illius ciuis ordinatur ad bonum patriæ. Dico ſecundò, quod plus diligit patriam quàm ſe, quia vult ſuum eſſe, & viuere, & operari deſinere eſſe,vt conſeruetur eſſe,& viuere,& patriæ. Ad probationem negatur antecedens ſi accipiatur cum excluſione,nàm illud bonum virtutis non vult tantum ſibi,ſed etiam patriæ,& magis quàm ſibi. Tum quia propoſito quod non ſit alia vita præter iſtam, ſicut multi credebant, qui pro patria mortui ſunt patria diutius gaudet de illo bono,negatur etiam minor,quia patriæ vult non ſolum bonum temporale,ſed etiã bonum virtutis.

Secundò. Quilibet debet plus dolere ſi fecit contra bonum virtutis quàm ſi tota ciuitas ſeciſſet:ergo debet plus velle ſibi bonum virtutis quàm omnibus alijs.

Reſpondeo, negatur antecedens, nam quilibet debet magis bonum virtutis velle communitati quàm ſibi partialiter, niſi in caſu, vbi ex priuatione talis boni virtutis partiali derogaretur alicui bono meliori quàm ſit tota cõmunitas, quale eſt Deus cui derogaretur peccando,& quilibet debet potius velle,quod tota vniuerſitas electorũ gloriã habeat, quàm quod ipſe ſolus haberet eam, dummodo ſua priuatio non veniret ex culpa ſua, quia in hoc derogaretur Deo,vt dicit Sanctus Doctor in ſimili in quæſt.de charitate,artic. 11.ad ſextum.

Tertiò. Homo debet plus amare ſe quàm amicum,& tamen non debet ſe exponere morti pro amico,vt dicitur 9.ethicorum:ergo ex tali expoſitione non arguitur, quod plus diligat illum quam ſe.

Reſpondeò,negatur conſequentia, nam ſignum eſt,quod plus diligit felicitatem alterius, & vitam quam propriam vitam, non tamen eſt ſignum,quod plus diligat aliud ſimpliciter, ſed hoc ſignum eſt,quòd plus amat eſſe, & viuere & operari communitatis,quàm ſui ipſius,huius ſignum etiam habetur in naturalibus, nã aqua naturaliter inclinatur ad deſcendendum, & dimittendum proprium locum propter bonum vniuerſi.

Contra arguit Scotus vbi ſuprà primo. Natura eſt determinata ad vnum,ſed quilibet vult naturaliter eſſe ſuum: ergo eſt ſimpliciter impoſſibile, quod nolit vnde ſi eſſe creaturæ eſt eſſe Dei,eſſent in compoſſibilia quilibet, magis vellet ſuum eſſe conſeruari, quam eſſe Dei.

Reſpondeo,quòd quælibet creatura plus refugit non eſſe Dei,quàm non eſſe proprium, ille tamen caſus eſt impoſſibilis ,tamen eo poſito;creatura potius vellet non eſſe ſuum quam non eſſe Dei. Ad argumentum negatur conſequentia, quia licet natura ſit determinata ad vnum,tamen non poteſt in oppoſita per accidens,licet non per ſe,&maximè in propoſito, quia quælibet res habet perfectius eſſe in Deo, quam in ſeipſa.

Secundò. Amor naturalis non eſt niſi conueniens amanti: ergo quælibet res naturalitèr amat ſe.

Reſpondeo,negatur conſequentia,quia trãſitur à re ad nomẽ rei, ſcilicet ad primitatem, vt dicit Sanct. Doct. 3. ſententiar. diſtinct. 29. quæſt. 1.artic.3.ad ſecundum.

Contra eandem arguunt alij primo. Id magis diligitur naturalitèr, quod eſt magis vnitũ nobis,quia vnio eſt cauſa amoris, ſed propriũ eſſe eſt magis vnitum nobis quam eſſe Dei: ergo.

Reſpondeo, negatur maior,quia cauſa amoris non eſt tantum vnio,ſed etiam eminens cõtinentia in eſſe. Deus autem plus continet eſſe,& bonitatem creaturæ,quam creatura contineatur à ſeipſa. Similiter Deus eſt cauſa vnita-

Digitized by Google

vnitatis cuiuslibet rei ad ſeipſam, vel ad quodcunque aliud. Hanc ſolutionem ponit Sanct. Doctor 1. par. q. 60. art. 5. ad 1.
Secundo. Hæreticus aliquando exponit ſe morti propter Deum, & tamen non diligit Deum, ſuper omnia, cum ſit in peccato mortali: ergo mori propter alium, non eſt dilectionis ſuper omnia.

Reſpondeo, quòd talis non diligit dilectione naturali Deum ſuper omnia, quia habeat naturam vitiatam, & non integram, vt dicitur in conclusione, & ideò non eſt ad propoſitũ. Dico tandem pro iſta concluſione, quòd amore naturali diligitur Deus ſuper omnia, vt eſt principium omnis boni naturalis, charitate autem, vt obiectum beatitudinis.

*Concluſio IV.* Charitate amatur Deus amore amicitiæ, & amore concupiſcentiæ. Hanc ponit Sanct. Doct. 3. ſent diſt. 27. quæſt. 1. art. 1. Hoc ideò eſt, quia volumus ei bonum, & quod nobis vniatur.

Contra arguit Durandus vbi ſupra. Quicquid amatur amore amicitiæ, amatur vltimatè propter nos, amamus enim vinum ſaltem, quia eſt nobis bonum, ſed charitas non amat Deum vltimatè propter nos: ergo.

Reſpondeo, negatur maior de eo, quod non amatur tantum amore concupiſcentiæ, ſed amicitiæ.

*Concluſio V.* In dilectione Dei poteſt haberi actualitèr reſpectus ad mercedem. Hanc ponit 3. ſentent. diſtinct. 26. art. 4.

*Concluſio VI.* In dilectione Dei non eſt aliquis modus adhibendus, non enim tantum diligitur quin adhuc debeat magis diligi. Hanc ponit ſecunda ſecundæ, quæſt. 26. art. 6.

Contra arguit Durandus vbi ſupra. Quilibet actus debet eſſe per circunſtantias modificatus, ſi eſt virtutis: ergo charitas debet habere aliquem gradum, &c.

Reſpondeo, primò, quod non arguit ad ſenſum concluſionis.

¶Dico ſecundò, quòd bonitas actus non dependet ex aliqua circunſtãtia, vt dicit S.D. prima ſecundæ, q 19. art. 2.

*Concluſio VII.* Non omnes proximi ſunt ex charitate æqualitèr diligendi. Hanc ponit ſecunda ſecundæ, q 26. art. 1.

Contra arguit Durandus. Omnes creaturæ ſunt æqualiter capaces boni gratiæ, & gloriæ: ergo debemus omnibus optare iſta bona æqualitèr.

Reſpondeo, negatur conſequentia, quia hoc eſſet optare cõtra diuinam prædeſtinationem, quæ non dat de gratia, & gloria tantum quantum ſumus capaces, ſed prout diſpoſuit ſecundum ordinem, ſuæ ſapientiæ.

¶Dico ſecundò, quòd quia Deus vult creaturas rationales inæqualitèr moueri in ipſum, & ideò nobis licet hoc velle.

*Concluſio VIII.* Diligere amicum eſt magis meritorium, quàm diligere inimicum. Hãc probat ſecunda ſecundæ, quæſt. 27. artic. 7. Ex hoc quod dilectio amici cadit ſuper obiectum magis dignum amari.

Contra arguit Durandus vbi ſuprà, primo. Vbi eſt maior conatus ibi ex difficultate operis eſt maius meritum cæteris paribus, ſed dum Sortes diligit inimicum, nihil cogitans de amico, eſt maior conatus, quàm dum Plato diligit amicum, nihil cogitans de inimico: ergo.

Reſpondeo, conceditur totum, ſed non eſt contra concluſionem, quæ ſic intelligitur, quod in eodem ſuppoſito dilectio amici eſt melior, quàm dilectio inimici, niſi fortè vterque diligatur eodem actu, nec vnquam ità intenſè diligitur inimicus ſicut amicus.

Secundò. Tota intentio dilectionis inimici refertur ad charitatem, non autem tota intentio dilectionis amici, qui etiam amatur, quia amicus, vel propter aliam cauſam: ergo.

Reſpondeo. Negatur conſequentia, ſed eſt totum oppoſitum, nam tanto actus eſt melior quanto pluribus virtutibus informatur, huiuſmodi autem eſt dilectio amici, quæ informatur habitu charitatis, & pietatis, & iuſtitiæ.

Tertiò. Dilectio inimici includit dilectionem amici, & non econtra: ergo illa eſt melior.

Reſpondeo, negatur antecedens, quia in tali delectione intenſius diligitur amicus quàm inimicus, & ideò dilectio amici includit dilectionem inimici. Dico tamen, quod dilectio inimici poteſt eſſe melior, vel ſi ſint in diuerſis ſuppoſitis, vel in eodem, quòad diuerſa tempora, & diuerſos actus.

*In hac 21. 28 29. & 30 Diſtinct. tertij Sententiarum, & vnica quæſtione ſequenti confutantur hæreſes damnatæ, vt in noſtro Commenntar. in text. Magiſtri, & confutantur etiam hæreſes, quæ ſunt in Abecedario, & in Ethimologijs hæreſum, & confutantur ſimilitèr Idolatriæ, vt in Abecedario Idolorum in principio, vide ibi lit. C. D. & H. ac etiam confutantur falſæ Theologię Paricum, Egyptiorum, Grecorum, Atlanticorum, Frigiorum, Gentium, &c. ab Euſebio in primo, ſecundo, tertio, & quarto libro de præparatione Euangelica contra Theologiam fabuloſam Poetarum antiquorum.*

*Ex concluſionibus, probationibus, & ſolutionibus argumentorum Capræoli ſoluuntur argumenta Vulpes, & aliorum recentiorum facilè, vt facit Ariſtotelis ad argumenta Antiquorum, quod veritatis cognitio dubiorum eſt ſo-*



Digitized by Google

*lutio, & cum Cardinali Bellarmino dicente in libro de Scriptoribus Eccleſiaſticis de Ioanne Capræolo, quòd Ioannes Capræolus ſit defenſor Egregius Sancti Thomę, & optimè diſſoluit omnia argumenta aduerſariorum: dicunt verba formalia Bellarmini, ergo ſi optimè diſſoluit per Bellarminum, ſunt ſoluta argumenta cum his doctrinis hic: Sicut ſoluit Ariſtotelis contra antiquos dicendo in 3. de Cœlo, & in 3. Metaphiſic. veritatis cognitio, dubiorum eſt reſolutio*

*Reſpondetur ſecundo cum Cardinali Sarnano Franciſcano doctiſſimo, cum centeſimaſexta concordantia, & ſimilitèr cum centeſimaquinta concordantia Bonæberbæ.*

*Reſpondetur tertio cum Petro de Bergamo, & Bartholomæo Spina dicentibus in tabula Sancti Thomæ, quod qui ſcit totam Logicam Sancti Thomę, Philoſophiam etiam moralem, totam Metaphyſicam Sancti Thomæ, & totam eiuſdem Theologiam, nullum poteſt facere argumentum contra Sanctum Thomam, & ideo ſubdit, quod iſti recentiores ſtudent tantummodo articulo, ſuper quem componunt, & non habent in mente omnia Opera Sancti Thomæ loquentis præſuppoſitiuè, pręſupponendo omnia ſupradicta, & dicendo, quapropter prærumpunt in verba in tantum Magnum Doctorem nullo modo applicanda, quod Sanctus Thomas contradicat ſibi ipſi, & ideo Cardinal. Sarnanus, quia ſciebat totum Sanctum Thomam concordauit ſimilitèr, etiam Ioannes Caprçolus ſoluit argumenta aduerſariorum, cum locis Sancti Thomæ, quia totum in mente habebat Sanctum Thomam, & ideo Bellarm. dicebat bene omnia ſoluere Caprçolum.*

*Argumenta vero Vaſquez, Valentię, Molina, Suarez, &c. quia colliguntur; & ſoluuntur, clarè, diſtinctè, & breuitèr à Ripa, à Nazario, à Corſales, à Nauarretto, à Zenardo, & præcipuè à Montagnolo, in ſecunda ſecundę Sancti Thomæ quæſtione vigeſimaſexta de charitate quantum ad ordinem diligendorum.*

*Vide noſtram expoſitionem Petri Lombardi aperientem mentem huius materiæ, vt in folio 72. hic, et infra pro 3. reſponſione Vulpes. Ac etiam vide 1. 2. et 3. folium pro reſponſione quarta, quinta, et ſexta ad argumentum eiuſdem Vulpes.*

*Reſpondetur ſeptimo cum concordantia Scoti, & Sancti Thomæ per Radam Franciſcanum hic declarantem S. Thom.*

*Loca Sacræ Scripturæ hic, et infra à Salmerone, Emanuel Sa, à Toleto, à Prierio, Vegha, à Poſſeuino, à Salian, Torello in annalibus à creatione Mundi, quę videntur repugnare aliquomodo Thomiſtis. quia ſunt concordata à nobis in fine noſtrę expoſitionis totius Bibliæ, & in Anatomia Biblię impræſſa, ideo vide ea illic.*

## DISTINCTIO XXXI. ET XXXII.

*Quæſtio. 1.*

IN Diſtinctione trigeſimaprima, & trigeſimaſecunda, quæritur. Vtrũ Fides maneat in patria.

*Concluſio I.* Impoſſibile eſt actum fidei, & actum viſionis ſimul eſſe in eodem ſubiecto. Hãc ſic probat prima ſecundæ, quæſt. 63. art. 3. quia iſti actus requirunt in ſuis ſubiectis incompoſſibiles diſpoſitiones, viſio enim requirit euidẽtiam.

Contra arguit Durandus vbi ſuprà, primo. Id quod opponitur alteri ſolum, vt imperfectũ perfecto, poteſt ſimul ſtare, cum eo remota imperfectione, ſed fides hoc modo opponitur viſioni, cùm etiam ipſa fides ſit quædam viſio, qua vidimus in ænigmate.

Reſpondeo, negatur minor, ſed opponuntur etiam contrariè, vel contradictoriè, non quantum ad id quod vtrumque habet de cognitione, ſed quantum ad id quod fides habet de ęnigmate, quia fides dicit negationem euidentiæ. Et hoc ponit Sanct. Doct. 3. ſentent. diſtinct. 31. quæſt. 2 artic. 1. quæſt. 1. Nec fides dicitur viſio, niſi impropriè, & fidelis dicitur videre ea, quæ ſunt reuelata eſſe credenda, ſed viſione impropria.

Contra. Nulla priuatio eſt de ratione entis poſitiui, ſed primus actus fidei eſt ens poſitiuũ, ergo priuatio euidentiæ non eſt de ratione ipſius.

Reſpondeo, quòd negatio, & priuatio non poſſunt eſſe de ratione entis poſitiui tanquam partes quidditatis eius, poſſunt tamen pertinere ad rationem entis poſitiui tãquam deſignatiuą eſſentiæ eius, per modum extrinſecæ differentiæ, & tanquam id ſine quo eſſentia rei non poteſt eſſe, nec excipit, vt dicit Philoſoph. 10. metaph. ca. prima verò contrarietas.

Secundò. Quæcunque opponuntur, ſunt ſub eodem genere proximo, ſed viſio patriæ, & fides non ſunt ſub eodem proximo genere, cũ viſio ſit actus ſupernaturalis per eſſentiam, non autem fides: ergo.

Reſpondeo, primò negatur maior, nam qualitates corporales, & ſpirituales opponuntur forma-

Digitized by Google

formalitèr, puta albedo, & ſcientia, quia de ratione albedinis eſt extenſio, & de ratione ſcientiæ eſt inextenſio, non tamen ſunt ſub eodem genere proximo, immò & vnum genus opponitur alteri, puta virtuti, & conſequenter omnia contenta ſub genere vitij opponuntur cuilibet contento ſub genere virtutis.

¶Dico ſecundò, quod ſimiliter ex hoc argumento probaretur, quod charitatis actui nullus actus opponatur, puta actus odij, & hoc quia actus charitatis eſt ſupernaturalis per eſſentiã.

¶Dico tertiò, quòd eſt dubium, vtrum viſio gloriæ ſit alterius proximi generis ab alijs intellectionibus creatis, non beatificis, & hoc quia omnes iſti actus recipiuntur in eadem potẽtia, & per conſequens videntur eſſe eiuſdem generis, vt dicit Sanct. Doct. de ſpeciebus intelligibilibus, de verit. q. 8 art. 14.

*Concluſ. II.* Habitus fidei non poteſt remanere in patria cum viſione beatifica.

Hanc ponit 3. ſententiar. diſtinct. 31. quæſt. 2. articulo primo, quæſt. 3. Et probatur quia Apoſtolus dicit Hæbr. 11. quod fides eſt de non apparentibus, in patria autem nullum cognitũ erit non apparens.

Contra arguit Durandus vbi ſuprà, primò. Scientia, & donum linguarum, & Prophetiarũ non ceſſabunt in patria: ergo nec fides, antecedens patet, conſequentia probatur, quia Apoſtolus primæ. Corint. 3. vniformiter loquitur de omnibus ſuis.

Reſpondeo, negatur conſequentia. Ad probationem dico, vbi dicit gloſſa, & Auguſtinus lib. de doctrina, quod Apoſtolus vniformiter de iſtis loquitur, quia omnia iſta aliquo modo ceſſabunt, vel in toto, vt fides, & ſpes, vel in parte, vt ſcientia, & huiuſmodi alia.

¶Dico ſecundò, quod ſcientia, & prophetia poſſunt ſtare cum viſione beatifica, quia iſta non requirunt ineuidentiam ex parte ſcientis, aut prophetantis, ſicut fides, vnde & prophetia fuit in Chriſto quamuis eſſet beatus, vt dicit S.D. 3. ſent. q. 7.

¶Dico tertiò, quod ſcientia dicitur deſtrui in actu beatifico quantum ad conuerſionem ad phantaſmata, ſed verum eſt quod beati poſt reſurrectionem potuerunt vti ſcientia hic acquiſita, ſcilicet per conuerſionem ad phantaſmata, & ſine tali conuerſione ſicut de Chriſto dicit S.D. 3. ſententiar. 11. articulo ſecundo, ad tertium.

Secundò. Paulus in raptu habuit actum viſionis, & etiam habuit fidem: ergo cum viſione ſtat fides.

Reſpondeo, negatur minor. Ille enim habitus, qui ante viſionem erat fides, adueniente viſione deſijt eſſe reſpectu Dei viſi, licet fortè adhuc erat fides reſpectu aliorum, quæ non clarè videbantur.

Vel poteſt dici, quod fides non poteſt ſtare cum viſione ſimpliciter beatifica, ideſt cauſata à lumine gloriæ ſe habente per modum habitus permanentis, licet poſſit ſtare cum viſione non ſimpliciter beatifica, ideſt cauſata à lumine gloriæ ſe habente pèr modum paſſionis, & talis fuit viſio Pauli.

Sed prima reſponſio eſt melior; ſicut, & ille, qui ex dictis alicuius aſtrologi habet fidem de futura eclipſi dũ præſentialitèr videt eclijpſim, ille habitus deſinit eſſe fides reſpectu illius eclijpſis, poteſt tamen habere rationem fidei circa alias eclipſes futuras.

*In hac 31. 32. Diſtinctione, tertij Sententiarum, & vnica quaſtione ſequenti confutantur hæreſes damnatæ, vt in noſtro Commenntar. in text. Magiſtri, & confutantur etiam hæreſes, quæ ſunt in Abecedario, & in Ethimologijs hæreſum, & confutantur ſimilitèr Idolatriæ, vt in Abecedario Idolorum in principio, vide ibi lit. F. M. & P. ac etiam confutantur falſæ Theologię Fænicum, Egyptiorum, Grecorum, Atlanticorum, Frigiorum, Gentium, &c. ab Euſebio in primo, ſecundo, tertio, & quarto libro de præparatione Euangelica contra Theologiam fabuloſam* Poetarum *antiquorum.*

*Ex concluſionibus, probationibus, & ſolutionibus argumentorum Capræoli ſoluuntur argumenta Vulpes, & aliorum recentiorum facilè, vt facit* Ariſtotelis *ad argumenta Antiquorum, quod veritatis cognitio dubiorum eſt ſolutio, & cum Cardinali Bellarmino dicente in libro de Scriptoribus Eccleſiaſticis de Ioanne Capræolo, quòd Ioannes Capræolus ſit defenſor Egregius Sancti Thomę, & optimè diſſoluit omnia argumenta aduerſariorum: dicunt verba formalia Bellarmini, ergo ſi optimè diſſoluit per Bellarminum, ſunt ſoluta argumenta cum his doctrinis hic: Sicut ſoluit Ariſtotelis contra antiquos dicendo in 3. de Cælo, & in 3.* Metaphiſic. *veritatis cognitio, dubiorum eſt reſolutio.*

*Reſpondetur ſecundo cum Cardinali Sarnano Franciſcano doctiſſimo, cum centeſimaſeptima concordantia, & ſimilitèr cum centeſimaſexta concordantia Bonæberbæ.*

*Reſpondetur tertio cum Petro de Bergamo, & Bartholomæo Spina dicentibus in tabula Sancti Thomæ, quod qui ſcit totam Logicam Sancti Thomę, Philoſophiam etiam moralem, totam* Metaphyſicam *Sancti Thomæ, & totam eiuſdem Theologiam, nullum poteſt facere argumentum contra Sanctum Thomam,*

*& ideo ſubdit, quod iſti recentiores ſtudent tantummodo articulo, ſuper quem componunt, & non habent in mente omnia Opera Sancti Thomæ loquentis præſuppoſitiuè, præſupponendo omnia ſupradicta, & dicendo, quapropter prærumpunt in verba in tantum Magnum Doctorem nullo modo applicanda, quod Sanctus Thomas contradicat ſibi ipſi, & ideo Cardinal. Sarnanus, quia ſciebat totum Sanctum Thomam concordauit ſimilitèr, etiam Ioannes Caprçolus ſoluit argumenta aduerſariorum, cum locis Sancti Thomæ, quia totum in mente habebat Sanctum Thomam, & ideo Bellarm. dicebat bene omnia ſoluere Caprçolum.*

*Argumenta vero Vaſquez, Valentię, Molinæ, Suarez, &c. quia colliguntur; & ſoluuntur, clarè, diſtinctè, & breuitèr à Ripa, à Nazario, à Conſales, à Nauarretto, à Zenardo, & præcipuè à Montagnolo, in ſecunda ſecundę Sancti Thomæ quæſtione quinta de habitu fidei quantum ad habentes illum.*

*Vide noſtram expoſitionem Petri Lombardi aperientem mentem huius materiæ, vt in folio 72. hic, et infra pro 3. reſponſione Vulpes. Ac etiam vide 1. 2. et 3. folium pro reſponſione quarta, quinta, et ſexta ad argumentum eiuſdem Vulpes.*

*Reſpondetur ſeptimo cum concordantia Scoti, & Sancti Thomæ per Radam Franciſcanum hic declarantem S. Thom.*

*Loca Sacræ Scripturæ hic, et infra à Salmerone, Emanuel Sa, à Toleto, à Prierio, Vegha, à Poſſeuino, à Salian, Torello in annalibus à creatione Mundi, quę videntur repugnare aliquomodo Thomiſtis. quia ſunt concordata à nobis in fine noſtrę expoſitionis totius Bibliæ, & in Anatomia Bibliȩ impræſſa, ideo vide ea illic.*

## DISTINCTIO XXXIII.

### *Quæſtio* 1.

IN Diſtinctione trigeſimatertia, quæritur. Vtrum ex actibus humanis acquirantur habitus virtutum exiſtentes ſubiectiuè in appetitu ſenſitiuo.

Pro quæſtione hæc eſt prima concluſio. Aliquæ virtutes morales ſunt ſubiectiuè in appetitu ſenſitiuo. Verbigratia, temperantia eſt in concupiſcibili, & fortitudo in iraſcibili. Hanc probat Sanct. Doct. prima ſecundæ quæſt. 56. art. 4. & 3. ſentent. diſtinct. præſenti, quæſt. 2. artic. 4 & quæſt 4. de virtutibus. Ex hoc, quòd tales potentiæ poſſunt eſſe principium huiuſmodi actus, & non ſunt determinatæ ex ſui natura ad perfectionem talis actus, nec ad obediendum rationi: ergo poſſunt eſſe ſubiectum virtutis.

Contra arguit Scotus hic quæſt. 1. primò. In potentia, quæ alijs principiatur oportet eſſe virtutem, vt dicitur primo politicæ. ſed voluntas alijs principiatur: ergo in ea ſunt virtutes.

Reſpondeo, dico primo, quòd non eſt ad propoſitum, quia in concluſione non dicimus nullam virtutem eſſe in voluntate. Dico ſecundò, quòd Philoſophus dicit ibi in parte ſuperiori eſſe virtutem, iſta autem pars ſuperior non eſt voluntas, ſed ratio, quæ eſt ſubiectum prudentiæ, quæ quidem prudentia ſufficit ad rectificandum intellectum, & voluntatem, vt dicit Sanct. Doct. quæſt. 5. de virtutibus.

Secundò. Iuſtitia eſt in voluntate tanquam in ſubiecto: ergo etiam temperantia, & fortitudo.

Reſpondeo, negatur conſequentia, quia iuſtitia tendit in bonum alienum, fortitudo autem, & temperantia in bonum proprium, ſunt enim circa paſſiones, quæ immediatius pertinēt ad appetitum ſenſitiuum.

Tertiò. Philoſophus primo ethicorum priuſquam diffiniat virtutem excludit potentias ſēſitiuas, ſed concupiſcibilis, & iraſcibilis ſunt potentiæ ſenſitiuæ: ergo non poſſunt eſſe ſubiectum virtutis.

Reſpondeo, quod Philoſophus non excludit omnes potentias ſenſitiuas, ſed tantum ſenſitiuas apprehenſiuas, nam de appetitiuis expreſſè concedit, quod ſunt ſubiectum virtutis. Et huius ratio eſt, quia in eis conſummatur opus virtutis circa paſſiones, quod non conſummatur in voluntate, nec in ſenſitiuis apprehenſiuis, vt dicit Sanct. Doct. prima ſecundæ quæſt. 56. art. 5.

Quartò, voluntas eſt indeterminata ad benè, & malè eligendum: ergo oportet in ea ponere virtutes, quibus determinetur, antecedēs patet, conſequentia verò eſt nota, quia virtutes non ponuntur niſi ad determinandum potentiam.

Reſpondeo, negatur conſequentia, quia voluntas ex ratione ſuæ potentiæ habet ſine habitu ſuperaddito circa proprium bonum, quod aliæ potentię habent per habitus ſuperadditos, ſcilicet agere firmiter promptè, & delectabiliter.

Et ſi dicatur contra. Ille qui ex vitioſo efficitur virtuoſus, habet difficultatem in eligendo bonum: ergo voluntas non habent ex ſe promptitudinem ad benè eligendum.

Reſpondeo, negatur conſequentia, quia illa dif-

Digitized by Google

difficultas prouenit ex parte appetitus ſẽſitiui, cuius paſſiones repugnant bonæ electioni. Voluntas autem quantum eſt ex ſe delectabiliter eligit bonum oſtenſum ſibi à ratione, vt dicit Sanct.Doct.prima ſecundæ,quæſt.56.articul.4. ad quartum,poteſt etiam dici,quod talis difficultas conuenit propter aliquos malos habitus cauſatos in voluntate, puta incontinentiã, vel huiuſmodi, ſed tales habitus non habent propriè rationem vitij.

¶Dico tertiò, quod ſufficit prudentia in ratione ad hoc,quod voluntas benè eligat,nec oportet ponere aliquem habitum in voluntate.

Contra ex hoc ſequitur,quod oportet rationem primò errare in oſtendendo, quam voluntatem malè eligere, & per conſequens quòd ante primum peccatum voluntatis fuit error in intellectu.

Reſpondeo,dico primò,quod nunquam voluntas malè eligit, niſi prius ſit aliquis defectus in ratione, puta, quia quod eſt in ſe malum oſtendit ſub ratione boni, vel ſi oſtendit bonũ non tamen attendit omnia conſideranda, vel quia deficit in actu conſiliandi, vel iudicandi, vel præcipiendi,vt dicit Sanct.Doct.prima.parte,q.63.art.1 ad 4.

¶Et ad huius improbationem negatur conſequentia. Tùm quia inconſideratio præcedẽs primam electionem malam, & primam culpã, non habet rationem pœnæ,nec culpæ, vt diximus in ſecundo. Dico tamen quod nunquam error, vel ignorantia præcedit omnem culpam peccantis, immò conſequitur ad peccatum, vel actuale,vel originale,ſecus autem eſt de inconſideratione,quæ eſt pura negatio, & non ignorantia,nec error,nec priuatio, quia illa præceſſit omnem culpam in Angelo, & in homine.

Quintò. In intellectu generatur habitus, qui eſt prudentia ex frequentatis actibus:ergo, & in voluntate generatur aliquis habitus,tenet conſequentia, quia intellectus,& voluntas ſunt potentiæ æqualiter indeterminatæ.

Reſpondeo.primò negatur conſequentia:vt dicit S.D.q.5.de virtu.ad tertium, quia operatio intellectus fit mediante ſpecie,non autem operatio voluntatis.

¶ Dico ſecundò, quod etiam in voluntate ex frequentatione actuum circa paſſiones poteſt generari habitus qui dicitur continentia 7. ethi. capit.10. ſed talis non habet propriè rationem virtutis:vt dicit S.D.ſecunda ſecundæ, quæſtio.155.articulo primo.

Contra eandem arguit Aureol. quod virtus moralis non ſit ſimpliciter qualitas, ſed quid conſtitutum ex habitu exiſtente in appetitu ſenſitiuo, & ex habitu exiſtente in appetitu intellectiuo.primo.Non minoris ſimplicitatis eſt virtus moralis, quàm ſanitas & pulchritudo; quia naturalia non ſunt compoſitiora moralibus.Et iterum quia vtræque ſunt in prima ſpecie qualitatis, ſed ſanitas conſtituitur ex multis,non enim eſt aliud quàm ipſi humores, vt ſunt fundamentum relationis congruentiæ ad naturam.Et ſimiliter ſanitas dicit figuram mẽbrorum & colorem,prout congruunt naturæ, ergo.

Reſpondeo,negatur maior: quia etiam ſubiectum virtutis eſt ſimplicius ſubiecto ſanitatis & pulchritudinis.

¶ Ad primam probationem dico,quod aliqua moralia ſunt ſimpliciora aliquibus naturalibus.

¶ Ad ſecundam dico, quod licet ſint in eodem genere remoto non tamen proximo, nam virtus moralis eſt qualitas ſpiritualis, ſanitas vero eſt corporalis.

Dico ſecundò, quod virtus moralis eſt aliquo modo in vtroque appetitu:vt dicit S.Do. prima ſecundæ, quæſtione quinquageſima ſexta,art.2.

Nam ſicut prudentia eſt ſubiectiuè in ratione: ſed præſupponit rectitudinem voluntatis: ita virtutes morales ſunt eſſentialiter in appetitu ſenſitiuo, in voluntate autem diſpoſitiuè vel inchoatiuè inquantum in voluntate præcedunt aliqui habitus, qui tamen non ſunt propriè & perfectè virtus: vt dictum eſt de continentia.

Secundò.Tam voluntas quàm appetitus ſẽſitiuus concurrunt ad actum virtutis: ergo in vtroque ponenda eſt virtus moralis.

Reſpondeo,negatur conſequentia: quia vt dictum eſt voluntas quantum eſt ex ſe non indiget perfici habitu circa paſſionem.

Tertiò. Virtus moralis eſt per quam homo ſe habet decenter circa paſſiones, ſed hoc non eſt tantum ſecundum appetitum ſenſitiuum: ſed etiam ſecundum voluntatem,oportet enim quod per voluntatem benè eligatur, & firmetur in bono rationis: eo quod appetitus ſenſitiuus ſit edomitus; ergo qualitati exiſtenti in vtroque appetitu conuenit diffinitio virtutis.

Reſpondeo, quòd homo ſe habet decenter circa paſſiones per prudentiam, quæ eſt in ratione,& per virtutem moralem quæ eſt in appetitu ſenſitiuo, nec oportet ponere alium habitum in voluntate:ſed ipſa ſe bene habet circa paſſiones per prudentiam,vt benè diximus ſuprà.

*Concluſio II.* Aliquæ virtutes poſſunt cauſari in nobis ex actibus. Hanc ponit S.D.quæſtio.9.de virtute. Et probatur auctoritate Philoſophi dicentis ſecundo ethicorum quòd ex frequentatis actibus generatur habitus.

Con-

Digitized by Google

Contra arguit Durandus,hic q.2.quòd actus non concurrat actiuè ad generationem habitus: ſed ſolum diſpoſitiuè & tanquam id quo diſponitur potentia ad recipiendum habitum. Aut habitus cauſatur ex actu mediatè aut immediatè,non mediatè: quia non videmus quid mediet inter actum & habitum: nec immediatè:quia tunc actus immediatè terminaretur ad habitum contra Philoſophum,7 phyſi.

Reſpondeo,quòd immediatè, Ad improbationem dico quòd habitus dicit duo:dicit enim qualitatem de difficili mobilem & reſpectum ad naturam vel operationem,quantum ad primum immediatè producit habitum ipſe actus, ſed quantum, ad ſecundum non producit eum immediatè,ſed conſecutiuè: vt dicit S.D prima ſecundæ,quæſtione 51.articulo primo, ad tertium.Nam illæ qualitates quæ dicuntur virtutes, non acquiruntur nec augentur niſi facta prius alia alteratione, non enim acquiritur ſanitas niſi acquiſita caliditate,vel frigiditate,vel huiuſmodi. Et iterum licet alteratio poſſet primo terminari ad huiuſmodi qualitates non tamen ad reſpectum, qui eſt de ratione habitus, nec eſt poſſibile quòd actus, ſit tantum diſpoſitio ad habitum cum ſit actualior habitu, diſpoſitio autem nunquam eſt actualior eo ad quod diſponit.

*Concluſio III.* Cum gratia infunduntur virtutes morales diſtinctæ à moralibus naturaliter acquiſitis.Hanc ponit prima ſecundæ,quæ. 63.articulo tertio.

Contra arguit Durandus vbi ſupra primo. Si virtutes morales infunduntur cum gratia,ſequitur quòd paruuli baptizati, quando perueniunt ad ætatem perfectam faciliter & promptè benè agant,hoc eſt falſum, vt experientia docet,ergo:conſequentia patet,quia per ſe habent morales virtutes.

Reſpondeo,negatur conſequentia, & huius ratio eſt vt dicit S.D.3.parte quæſtio. ſexageſimanona,articul.quarto, quòd licet in baptizatis infundantur virtutes morales, inclinantes quantum eſt ex parte animæ ad bonum magis quàm morales acquiſitæ, non tamen inclinant ex parte corporis: quia non tollunt concupiſcentiam cauſatam ex peccato originali, propter quod huiuſmodi virtutes ſunt alligatæ in pueris:& ideo non poſſunt opus exire. Secundò paruuli inſtruuntur de pertinentibus ad mores,ergo.

Reſpondeo,negatur conſequentia, quia etiã inſtruuntur de pertinentibus ad fidem & charitatem,& tamen conſtat, quòd iſta in baptiſmo infunduntur.

Tertiò. Aut iſtæ virtutes morales infuſæ sũt eiuſdem ſpeciei cum acquiſitis,aut non. Non primum:quia plura accidentia eiuſdem ſpeciei non poſſunt eſſe ſimul in eodem ſubiecto. Nec ſecundum: quia tunc uirtus diceretur de utriſque æquiuocè.

Reſpondeo, quòd ſunt diuerſarum rationũ propter diuerſa eorum obiecta formalia. Nam temperantia naturaliter acquiſita ponit mediũ in delectationibus ſecundum regulam rationis humanæ, temperantia uero infuſa ponit in eis medium ſecundum regulam rationis diuinæ:ut dicit Sanct.Doct.prima ſecundæ,quæſtione 63. art.4. Et iterum uirtus moralis infuſa ordinat ad rectè conuerſandum in uita ſpirituali,& in ciuilitate ſanctorum, ad quod non ſufficit acquiſita.

Contra. Virtutes theologicæ ad hoc ſufficiunt:ergo non oportet ponere alias infuſas.

Reſpondeo,negatur antecedens, licet enim charitas ſufficiat ad imperandum, & dirigendũ omnia pertinentia ad uitam ſpiritualem, ipſa tamen non ſufficit elicere, & exequi omnes huiuſmodi actus;ut dicit Sanctus Doctor, q.10. de uirtu. Non enim uirtutes theologicæ perficiunt omnes potentias, quæ ſubijciuntur uirtutibus moralibus;nec habent pro obiecto ea; quæ ordinantur ad finem; ſicut uirtutes morales.

*Concluſio IV.* Virtutes morales,& cardinales remanebunt in patria poſt reſurrectionem. Hanc ponit prima ſecundæ,quæſtione 97.ar.1.

Contra arguit Durandus ubi ſuprà. primò. Appetitus ſenſitiuus, in quo ſunt iſtæ uirtutes corrumpuntur in morte;ergo,& ipſæ uirtutes.

Reſpondeo,quòd licet corrumpãtur ad corruptionem ſubiecti,reparabuntur tamen, reparato ſubiecto, & quia ſubiectum reparabitur idem numero quod prius;ideo & prædictæ uirtutes infuſæ.

Secundò arguit, quòd licet ibi eſſent uirtutes;tamen non poſſint eſſe earum actus,& hoc, quia in patria non erunt obiecta earum,ſcilicet delectabilia ciborum,& uenereorum, quæ ſunt obiecta temperantiæ;nec triſtitia,quæ ſunt obiecta fortitudinis.

Reſpondeo, quòd obiecta huiuſmodi uirtutum non ſunt principaliter ea,quæ dicta ſunt, non enim temperantia intendit huiuſmodi delectationibus inhærere,ſed principaliter intendit bonum rationis, idem eſt de fortitudine reſpectu periculorum,& de temperantia reſpectu delectabilium, & quia bonum rationis erit perfectè in patria: ideo ibi erunt, & prædictæ virtutes,vt dicit Sanctus Doctor in tractatu de quatuor virtutibus cardi.quæſt.quarta ad 5.

*In hac trigeſimatertia Diſtinct. 3.Sententiarum, & vnica quæſtione ſequenti confutantur hæreſes damnatæ, vt in noſtro Commentar. in* text.

Digitized by Google

*text. Magiſtri, & confutantur etiam hæreſes, quæ ſunt in Abecedario, & in Ethimologijs hæreſum, & confutantur ſimilitèr, Idolatriæ, vt in Abecedario Idolorum in principio, vide ibi lit. A. H. S. & V. ac etiam confutantur falſæ Theologiæ Fæncium, Egyptiorum, Græcorũ, Atlanticorũ, Frigiorum, Gentiũ, &c. ab Euſebio in primo, ſecundo, tertio, & quarto libro de præparatione Euangelica contra Theologiam fabuloſam Poetarum antiquorum.*

*Ex concluſionibus, probationibus, & ſolutionibus argumentorum Caprgoli ſoluuntur argumenta Vulpes, & aliorum recentiorum facile, vt facit Ariſtotelis ad argumenta Antiquorum, quod veritatis cognitio dubiorum eſt ſolutio, & cum Cardinali Bellarmino dicente in libro de Scriptoribus Eccleſiaſticis de Ioanne Capræolo, quòd Ioann. Capreolus ſit defenſor Egregius Sancti Thomæ, & optimè diſſoluit omnia argumenta aduerſariorum: dicunt verba formalia Bellarmini, ergò ſi optimè diſſoluit per Bellarminum ſunt ſoluta argumenta cum his doctrinis hic: Sicut ſoluit Ariſtotelis contra antiquos dicendo in 3. de Cœlo, & in 3. Metaphiſic. veritatis cognitio, dubiorum eſt reſolutio.*

*Reſpondetur ſecundò cum Cardinali Sarnano Franciſcano doctiſſimo, cum centeſima octaua concordantia, et ſimilitèr cum centeſimaſeptima concordantia Bonḡherbḡ.*

*Reſpondetur tertiò cum Petro de Bergamo, et Bartholomḡo Spina dicentibus in tabula Sancti Thomḡ, quod qui ſcit totam Logicam Sancti Thomæ, Philoſophiam etiam moralem, totam Metaphyſicam Sancti Thomḡ, et totam eiuſdem Theologiam, nullum poteſt facere argumentum contra Sanctum Thomam, et ideò ſubdit, quod iſti recentiores ſtudent tantummodò articulo, ſuper quem componunt, et non habent in mente omnia opera Sancti Thomḡ loquentis prḡſuppoſitiuè, præſupponendo omnia ſupradicta, & dicendo, quæ propter prḡrumpunt in verba in tantum Magnum Doctorem nullo modo applicanda, quòd Sanctus Thomas contradicat ſibi ipſi, et ideò Cardinal. Sarnanus, quia ſciebat totum Sanctum Thomam concordauit ſimilitèr, etiam Ioannes Capræolus ſoluit argumenta aduerſariorum, cum locis Sancti Thomæ, quia totum in mente habebat Sanctum Thomam, et ideò Bellarmin. dicebat bene omnia ſoluere Capreolum.*

*Argumenta verò Vaſquez, Valentiḡ, Molinæ, Suarez, etc. quia colliguntur, et ſoluuntur, clarè, diſtinctè, et breuitèr à Ripa, à Nazario, à Conſales à Nauarretto, à Zenardo, et prḡcipuè à Montagnolo, in prima ſecundæ Sancti Thomæ de ſubiecto virtutis, quæſtione quinquageſimaſexta.*

*Vide noſtram expoſitionem Petri Lombardi aperientem mentem huius materiḡ, vt in folio 77. hic, & infra pro 3. reſponſione Vulpes. Ac etiam vide 1. 2. & 3. folium pro reſponſione quarta, quinta, & ſexta ad argumentum eiuſdem Vulpes.*

*Reſpõdet. 7. cum concordantia Scoti, & Sancti Thomḡ per Radam Franciſcanum hic declarantem S. Thom.*

*Loca Sacræ Scripturæ hic, & infra à Salmerone, Emanuel Sa, à Toleto, à Prierio, Vegba, à Poſſeuino, à Salian, Torello in annalibus à creatione Mundi, quæ videntur repugnare aliquo modo Thomiſtis, quia ſunt concordata à nobis in fine noſtrḡ expoſitionis totius Bibliæ, et in Anatomia Bibliḡ impræſſa ideò vide ea illic.*

## DISTINCTIO XXXIV. ET XXXV.

### *Quæſtio.* I.

IN diſtinctione trigeſimaquarta, & trigeſimaquinta quæritur, vtrum dona ſint habitus diſtincti à virtutibus.

*Concluſio I.* Dona ſunt habitus diſtincti à virtutibus Theologicis, & moralibus. Hanc ſic probat prima ſecundæ, quæſtione 68. artic. 1. & 3. ſent. diſt. 34. quæſt. 1. artic. 1. Diſpoſitiones mobilis ad hoc quòd moueatur promptè à motoribus diuerſarum rationum, ſunt alterius, & alterius rationis, ſed virtutes & dona ſunt huiuſmodi, nam iuſtitia, fortitudo, & temperantia diſponũt hominem ſecundum, quòd mobilis à ratione humana, prudentia vero diſponit rationem ſecundum quod eſt mobilis à primis principijs legis naturæ, dona vero faciunt hominem promptè mobilem ab inſtinctu Spiritus ſancti.

Contra arguit Scotus diſt. 34. q. 1. primò. Virtutes Theologicæ ſufficienter ordinant hominem ad Deum, nam fide eum cognoſcimus, charitate eum in ſe amamus ſpe appetimus ipſum vt eſt vtilis nobis: per virtutes vero morales homo ſufficienter ordinatur, & ad ſe, & ad alium, nam iuſtitia docet reddere vnicuique quod ſuum eſt, ergo dona ſuperfluunt, vel non ſunt à virtutibus diſtincta.

Reſpõdeo, negatur maior, quia virtutes morales non perficiunt aliquam potentiam animæ circa creaturas, vt eſt mobilis à Spiritu ſancto in finem ſupernaturalem: ſed hoc faciunt dona

vt

Digitized by Google

vt dicit Sanctus Doctor 1.2.quæſtione 68. artic.2.

¶ Dico ſecundò, quòd virtutes diſponunt ad motionem actiuam, inclinant enim potentias ad agendum dona vero ad motionem paſſiuam:quia faciunt eam facilè mobilem à Spiritu ſancto.

Contra. Si virtutes morales diſponunt volũtatem, vt eſt mobilis à ratione, ſequitur quòd omnes ſunt ſubiectiuæ in voluntate: ſed hoc communiter dicitur eſſe falſum;ergo.

Reſpondeo,negatur conſequentia, ſed benè dico, quod omnis virtus moralis acquiſita eſt impreſſio rationis in appetitu ſenſitiuo, vel intellectiuo:ad hoc vt ſit benè mobilis à ratione.

Contra eandem primam reſponſionem arguit ſic poſtquam Deus dedit habitus virtutum voluntati, ſemper aſtitit ipſi voluntati ad actus conuenientes: ſicut poſtquam illuminauit cæcum ſemper aſtitit eius potentiæ viſiuæ, vt poſſet videre, ergo per habitus virtutum potentia proportionatur Spiritui ſancto: & ſic dona ſuperfluerent.

Reſpondeo,negatur ultima conſequentia, quia per habitus uirtutũ proportionatur Spiritui ſancto tanquam primo motori ad actus humanos quorum proximum mouens eſt ratio humana, primum uero eſt Spiritus ſanctus, per dona uero proportionatur ad actus ſuper humanos, exemplum autem de cæco non eſt ad propoſitum.

Secundò arguit, fortitudo eſt uirtus, & eſt donum Spiritus ſancti, ergo aliqua uirtus eſt donum,antecedens, & conſequentia patet.

Reſpondeo,negatur conſequentia,quia fortudo,quæ eſt uirtus, differt ſpecificè à fortitudine,quæ eſt donum:quia prima perficit modo humano, ſecunda autem modo ſuperhumano dicitur enim fortitudo à firmitate, aliter autẽ firmatur homo per unam; & aliter per aliam, fortitudo enim quæ eſt uirtus,ſic firmat in bono, quòd facit hominem non deſiſtere à bono propter quæcunque ardua; non tamen facit hominem ſemper peruenire ad finem ſui operis;nec effugere omnia pericula; ſicut patet, quòd aliquis uirtute fortitudinis firmatus ad tuendam patriam,aliquando occiditur,& ſic nõ uenit ad finem operis incœpti; fortitudo autẽ quæ eſt donum, facit peruenire ad finem operis, & fugere ac ſuperare omne periculum; quia ducit ad uitam æternam,quæ eſt finis omnium actionum noſtrarum,& in qua nullum eſt periculum. Item fortitudo,quæ eſt donum,pręſtat fiduciam firmam perueniendi ad finem cuiuslibet operis inchoati,& euadendi omne periculum, hoc autem non facit fortitudo, quæ eſt uirtus. Dico tamen,quod utraque iſtarum uerſatur circa eandem materiam, ſcilicet circa ardua,ſed aliter & aliter.

Contra hanc reſponſionem arguit multipliciter, primo firmitas fortitudinis quæ eſt uirtus,& illius quæ eſt donum differunt;ſicut perfectum & imperfectum, ergo poteſt tantum intendi fortitudo quæ eſt uirtus, ſicut illa quæ eſt donum.

Reſpondeo, negatur antecedens,ſi accipiatur cum præciſione;immo illæ firmitates differunt etiam ſpecificè,unde quantumcunque una intendatur,nunquam perueniet ad perfectionẽ alterius,ſicut nunquam aſinus fiet homo,quantumcunque perficiatur.

Secundò,impoſſibile eſt, quod aliquis ſimul habeat actum humanum,& ſuperhumanum, ergo ſi virtus diſponit ad actus humanos, & dona ad ſuperhumanos,acquiſito dono,ceſsãt opera virtutum, quod videtur inconueniens, cum virtutes potius perficiantur per dona.

Reſpondeo,negatur minor, quia licet ſit impoſſibile, quod aliquis actus ſimul & humanę fiat,& ſuperhumanè:tamen poſſibile eſt, quod fiat ſuperhumanè,& ſimul habeat omnem perfectionem,quam haberet,ſi fieret humanè.

¶ Dico ſecundo,quòd admiſſo:ſed non cõceſſo,quod illi duo modi,ſcilicet humanè,& ſuperhumanè ſint incompoſſibiles, adhuc negatur minor,quia habens vtrunque habitum,poteſt vti ſeorſum vno & non altero: maximè quia habitus doni magis ad paſſiuam quàm ad actiuam motionem diſponit.

Tertiò. Omnis actus voluntarius in homine eſt humanus, vt concedit etiam S.D.1.2.q.1. art 2.ergo,nullus ſuperhumanus.

Reſpondeo,negatur conſequentia,quia licet omnis talis ſit humanus,quo ad potentiam: quia elicitur,vel imperatur à voluntate:tamen aliquis eſt ſuperhumanus,quo ad modum agẽdi,inquantum homo eſt inſtrumentum motum à Spiritu ſancto.

Quartò ſequitur,quod homo habens donum intellectus poteſt per ipſum nobilius agere quàm per fidem:ſed hoc communiter dicit eſſe falſum, ergo maior probatur per te dona perfectius diſponunt quàm virtutes.

Reſpondeo,negatur maior,quia licet dona perfectius diſponant quàm virtutes morales: non tamen quàm theologicę:ſed econtra vnde actus ſapientiæ & ſcientiæ & intellectus & cõſilij præſupponunt actum fidei diſtinguuntur tamen dona à virtutibus theologicis, quia dona diſponunt ad motionem actiuam per ſeipſa; ſed virtutes ad paſſiuam à Spiritu ſancto.

*Concluſio II.* Dona remanebunt aliquo modo in patria & aliquo modo non, primam partem ſic probat S.Doct.1.2.quæſt.68. art.6.

In

Digitized by Google

In patria mens hominis ſequetur motionem Spiritus ſancti perfectè, ergo erunt ibi dona, conſequentia patet, ex antedictis, antecedens patet, quia homo erit perfectè ſubiectus Deo; ſecundam partem probat, tertio diſtinctio, trigeſimaquarta quæſt. prima articulo tertio. Ex hoc quod in patria, non erit materia quorundam donorum, non enim erit ibi miſeria, circa quam eſt pietas nec aliquod malum à quo retrahit timor, ergo.

Contra arguit Durandus quòd in patria nõ poſſunt eſſe actus donorum. Nullus actus poteſt eſſe niſi habeat materiam, circa quam verſatur; quia actus nunquam eſt ſine obiecto; ſed in patria non erit materia aliquorum donorũ, vt patet ex ſecunda concluſione, ergo.

Reſpondeo, vt dicit S. Doct. quæſt. 1. de virt. artic. 1. ad quintum, duplex eſt obiectum, vnũ ad quod habitus ordinatur, ſicut ad fidem; & iſte habet rationem termini ad quem, ſicut ſpes ordinatur ad beatitudinem; & charitas ad ſummum bonum; & ſine tali obiecto nunquam poteſt eſſe actus habitus alicuius. Aliud eſt obiectum id eſt materia, circa quam operatur vt ab ea in aliud tendat; ſicut temperantia agit circa voluptates non quòd ad eas ordinetur; immo eas refrænat & fugit; ſed agendo circa eas tendit in bonum virtutis. Iſtud autem obiectum ſiue materia circa quam ſe habet vt terminus à quo; & ſine iſto poteſt eſſe actus virtutis. In patria autem licet non erit materia, circa quã donum timoris & huiuſmodi operetur; erit tamen obiectum; ad quod ordinantur; ſicut ad finem ſcilicet Deus; nam per donum timoris in patriam reuerebimur Deum; & per fortitudinem habebimus de Deo confidentiam, licet nõ ſint ibi pericula. Et ſic dico de alijs, vt declarat Sanctus Doctor prima ſecundæ quæſtione quinqnageſimaoctaua, articulo ſexto ad ſecundum.

*In hac* 24. 25. *Diſtinctione tertii Sententiarum, & vnica quæſtione ſequenti confutantur hæreſes damnatæ, vt in noſtro Commentar. in text. Magiſtri, & confutantur etiam hæreſes, quæ ſunt in Abecedario, & in Ethimologijs hæreſum, & confutantur ſimilitèr, Idolatriæ, vt in Abecedario Idolorum in principio, vide ibi lit.* D. H. *& V. ac etiam confutantur falſæ Theologiæ Fæncium, Egyptiorum, Græcorũ, Atlanticorũ, Frigiorum, Gentiũ, &c. ab Euſebio in primo, ſecundo, tertio, & quarto libro de præparatione Euangelica contra Theologiam fabuloſam Poetarum antiquorum.*

*Ex concluſionibus, probationibus, & ſolutionibus argumentorum Capręoli ſoluuntur argumenta Vulpes, & aliorum recentiorum facile, vt facit Ariſtotelis ad argumenta Antiquorum, quod veritatis cognitio dubiorum eſt ſolutio, & cum Cardinali Bellarmino dicente in libro de Scriptoribus Eccleſiaſticis de Ioanne Capræolo, quòd Ioann. Capreolus ſit defenſor Egregius Sancti Thomæ, & optimè diſſoluit omnia argumenta aduerſariorum: dicunt verba formalia Bellarmini, ergò ſi optimè diſſoluit per Bellarminum ſunt ſoluta argumenta cum his doctrinis hic: Sicut ſoluit Ariſtotelis contra antiquos dicendo in* 3. *de Cœlo, & in* 3. *Metaphiſic. veritatis cognitio, dubiorum eſt reſolutio.*

*Reſpondetur ſecundò cum Cardinali Sarnano Franciſcano doctiſſimo, cum centeſima nona concordantia, et ſimilitèr cum centeſimaoctaua concordantia Bonęherbę.*

*Reſpondetur tertiò cum Petro de Bergamo, et Bartholomęo Spina dicentibus in tabula Sancti Thomę, quod qui ſcit totam Logicam Sancti Thomæ, Philoſophiam etiam moralem, totam Metaphyſicam Sancti Thomę, et totam eiuſdem Theologiam, nullum poteſt facere argumentum contra Sanctum Thomam, et ideò ſubdit, quod iſti recentiores ſtudent tantummodò articulo, ſuper quem componunt, et non habent in mente omnia opera Sancti Thomę loquentis pręſuppoſitiuè, præſupponendo omnia ſupradicta, & dicendo, qua propter pręrumpunt in verba in tantum Magnum Doctorem nullo modo applicanda, quòd Sanctus Thomas contradicat ſibi ipſi, et ideò Cardinal. Sarnanus, quia ſciebat totum Sanctum Thomam concordauit ſimilitèr, etiam Ioannes Capræolus ſoluit argumenta aduerſariorum, cum locis Sancti Thomæ, quia totum in mente habebat Sanctum Thomam; et ideò Bellarmin. dicebat bene omnia ſoluere Capreolum.*

*Argumenta verò Vaſquez, Valentię, Molinæ, Suarez, etc. quia colliguntur, et ſoluuntur, clarè, diſtinctè, et breuitèr à Ripa, à Nazario, à Conſales, à Nauarretto, à Zenardo, et pręcipuè à Montagnolo, in prima ſecundæ Sancti Thomæ de donis, quæſtione ſexageſimaoctaua.*

*Vide noſtram expoſitionem Petri* Lombardi *aperiētem mentem huius materię, vt in folio 77. hic, & infra pro 3. reſponſione Vulpes. Ac etiam vide* 1. 2. *&* 3. *folium pro reſponſione quarta, quinta, & ſexta ad argumentum eiuſdem Vulpes.*

*Reſpõdet. 7. cum concordantia Scoti, & Sancti Thomę per Radam Franciſcanum hic declarantem S. Thom.*

Loca *Sacræ Scripturæ hic, & infra à Salmerone, Emanuel Sa, à Toleto, à Prierio, Ve-*

*gba,à Poſſeuino, à Salian , Torello in annalibus à creatione Mundi, quæ videntur repugnare aliquo modo Thomiſtis, quia ſunt concordata à nobis in fine noſtrę expoſitionis totius Bibliæ, et in Anatomia Biblię impraſſa ideò vide ea illic.*

# DISTINCTIO. XXXVI.

## *Quęſtio.* I.

IN diſtinctione trigeſimaſexta, & ſequentibus quæritur. Vtrum virtutes cardinales ſint inter ſe connexæ; ita quòd vna ſine alijs haberi non poſſit.

*Concluſio I.* Prudentia non poteſt haberi ſine virtute morali; & econtra nulla virtus moralis poteſt eſſe ſine prudentia. Hanc ponit S.D 1.2.q.58.art.4. & 5. Ad cuius euidentiam, eſt ſciendum, quòd virtus eſt habitus electiuus id eſt forma qua inclinante, elicitur bona electio, electio autem eſt de his, quæ ſunt ad finem, vnde ad bonam electionem requiritur debita intentio finis. Iſta autem intentio finis per virtutem moralem quæ inclinat appetitum ab bonum rationis; ſicut temperātia ad domandas concupiſcentias. Rectum autem finem non poteſt homo iutendere niſi accipiat ea, quæ ordinantur ad conſequendum finem accipere autem ea quæ ordinantur ad finem non poſſumus rectè niſi prius ratio iudicet, & conſulat ea eſſe conuenientia fini & præcipiat, vt ea accipiamus.

Ex his patet ſecunda pars concluſionis, ſcilicet quod nulla uirtus moralis poteſt eſſe ſine prudentia, prima uero pars declaratur; prudentia enim eſt quæ iudicat de agibilibus; ad rectū autem iudicium de aliqua re oportet habere rectum iudicium de principijs eius ſicut non poſſum rectè iudicare de aliqua concluſione, niſi cognoſcam eius principia. principia autem agendorum ſunt fines: quia ex fine ſumitur ratio eorum, quæ ſunt ad finem; de fine autem habet aliquis rectam exiſtimationem per habitum virtutis moralis; quia vt dicitur 3. ethicorum, qualis quiſque eſt, talis finis vnitur ei.

Ex quo patet, quòd ſicut virtus moralis requirit prudentiam vt rectè iudicet de his, quæ ſunt ad finem; ita prudentia requirit virtutem moralem, vt faciat rectam exiſtimationem de fine & circa illum rectum velle.

Contra arguit Scotus primo. In quocunque eſt recta ratio agibilium in eo eſt prudentia; vt patet 6. ethicorum, ſed in aliquo poteſt eſſe recta ratio ſine virtute morali, ergo poteſt eſſe prudentia ſine virtute morali, maior patet per Philoſophum, minor probatur. In quo eſt virtus moralis, in eo eſt recta electio; ſed non in omni eo, in quo eſt recta ratio eſt recta electio, ergo; maior patet, quia virtus moralis eſt habitus electiuus; vt dicitur 2. ethicorum, cap. 5. minor probatur. Tum quia dicit Auguſt. ſuper pſal. 123. quòd aliqui ſciūt aliquod eſſe malum, & tamen conſentiunt, tum quia intellectu rectè dictante, voluntas poteſt ſuſpendere omnē actum ſuum, ergo ſtante recta ratione poteſt non eſſe recta electio, quia poteſt non eſſe electio.

Reſpondeo, dico primò, quòd ratio poteſt dupliciter iudicare de agibilibus. Vno modo in vniuerſali, ſicut nullum malum eſt fiendum. Alio modo in particulari; ſicut quòd talis vel talis actus in particulari ſit malus & non fiendus, primum iudicium non ſeparatur à ratione, ſecundum vero aliquando abſorbetur propter aliquam uehementem paſſionem.

¶ Dico ſecundò ad argumentum, quòd ſtāte uniuerſali iudicio recto rationis poteſt aliquis malè eligere, ſed ſtante actuali iudicio recto rationis in particulari, non poteſt ſequi mala electio, per tale autem iudicium in particulari non accipiendo tantum hunc actum, qui eſt perfectus actus prudentiæ Talis autem eſt rectè iudicare & rectè conſiliari & rectè præcipere de particulari agibili, ſecundum quòd agendum eſt hic, & nunc, & ſecundum omnes circunſtantias. Nunquam enim voluntas poteſt ferri in oppoſitum eius, quòd vltimatè, ſibi præcipitur à ratione omnino agendum. Vnde non ſemper ſequitur electio ad omne iudicium vel conſilium, ſequitur tamen ad omne rectum præceptum ſemper recta electio: & in hoc ſtat vis huius reſponſionis. Ad argumentum negatur minor, accipiendo in maiore per rectam rationem rectum præceptum, alioquin non eſſet contra concluſionem Ad probationem negatur minor. Ad primam probationem dico, quòd Auguſtinus loquitur de iudicio vniuerſali & non particulari. Ad ſecundam negatur antecedens, vt dictum eſt: quia impoſſibile eſt intellectum rectè, & firmiter iudicando, conſiliādo, præcipiendo dictare aliquid in particulari fiendum: quin ad tale præceptum ſequatur electio conformis præcepto.

¶ Dico tertiò, quòd generatur habitus prudentiæ & virtutum moralium ſimul, nam ſimul & ſemel oſtenduntur ex parte rationis finis proximi virtutum moralium per ſynderesim.

Secundò. Ex parte appetitus fit recta inclinatio in illum finem.

Ter-

Digitized by Google

Tertiò. Ex parte rationis recta ſyllogizatio de medijs ad finem iudicando, conſiliando, præcipiendo.

Quartò. Electio præceptorum ex parte appetitus, vt videtur dicere Sanctus Doctor tertia diſtinctio. trigeſimatertia quæſt. ſecunda articul. tertio.

Secundò arguit. Mala electio non poteſt excecare intellectum, ergo ſtante mala electione, quæ nunquam eſt exiſtentibus virtutibus moralibus, poteſt eſſe recta ratio ſine prudentia, conſequentia patet, antecedẽs probatur, principia agibilium ſunt nota ex terminis, ergo nunquam poteſt intellectus excæcari.

Reſpondeo, negatur antecedens, & dico, quòd licet intellectus non poſſit totaliter excæcari quo ad vniuerſaliſſima principia agibilium: poteſt tamen errare & excæcari quo ad particularia agibilia: quia priuatur aliquo principio intelligibilis viſionis: non quòd priuetur potentia intellectiua: ſed quia priuatur aliquo habitu vel actu: vt dicit Sanctus Doctor ſecunda ſecundæ, quæſtio. decimaquinta articulo primo.

Dico ſecundò, quod homo per aliquam paſſionem vel malum habitum impeditur, ne diſcurrat ab huiuſmodi vniuerſalibus principijs ad particulare operabile: maximè præcipiendo, quod fieri debeat: quæ quidem auerſio in peccantibus ex paſſione fit per appetitum ſenſitiuum: in peccantibus autem ex malitia vel habitu corrupto fit per voluntatem.

¶ Dico tertiò quod iſtam auerſionem non ſemper facit voluntas per aliquem actum quò directè velit intellectum auertere à recta conſideratione: ſed aliquãdo contingit ex hoc quod imperat intellectui conſiderationem aliorum obiectorum. Ex qua conſideratione diſtrahitur à prioris obiecti conſideratione.

¶ Dico quartò, quod iſta auerſio poteſt dici excæcatio, ſiue ſit à voluntate, ſiue ſit ab appetitu ſenſitiuo, quia per hoc præſtatur rationi frequens vel continuum impedimentum rectè conſiliandi, & inclinatio ad peruersè iudicandum & præcipiendum de agibilibus.

Tertiò arguit. Mala electio per te non poteſt eſſe in voluntate niſi in ratione ſit prius peruerſum iudicium atq; præceptum, ſed actus non poteſt eſſe peruerſus in ratione nec ſit malum velle in voluntate: ergo ibi eſt circulus aut itur in infinitum.

Reſpondeo, negatur minor, nam mala electio aliquando ſequitur ignorantiam intellectus, aliquando inconſiderationem & aliquando errorem. Error autem & talia prædicta non præſupponunt malum velle: licet præſupponãt quòd non ſit in voluntate bona electio, ſed non ſequitur ex hoc, quòd ibi ſit mala, quia poteſt nulla eſſe.

Dico ſecundò, quòd mala electio poteſt cauſari etiam ex peruerſo dictamine rationis particularis ſiue cogitatiuæ, vt dicit S. Doct. prima ſecundæ, quæſtione decima, articulo tertio, ad tertium.

Quartò. In dæmonibus eſt prudentia, ſed in eis eſt mala electio; ergo prudentia ſtat cum mala electione; & per conſequens ſine virtute morali, maior probatur. In dæmonibus eſt rectum iudicium, quòd Deus ſit amandus: alioquin non haberent vermem conſcientiæ ipſum odiendo: ergo in eis eſt prudentia, tenet conſequentia; quia prudentia vnico actu generatur.

Reſpondeo, dico primò, quòd dæmones iudicant per ſe Deum eſſe amandum, inquantũ, ſcilicet eſt vniuerſale principium omnium bonorum: & iudicant per accidens, ipſum eſſe odiendum inquantum, ſcilicet eſt prohibitor malorum, & inflictiuus pœnarum; & tamen cũ hoc ſtat remorſus conſcientiæ.

Dico ſecundò, quòd nullus habitus qui eſt circa aliquod complexum, generatur vnico actu: & maximè prudentia, quæ non generatur niſi poſt multas experientias, dixi autem, qui eſt circa complexum propter ſpecies intelligibiles, quæ vnico actu generari poſſunt.

Dico tertiò, quòd prudentia non generatur, niſi per ſuum principalem actum frequenter iteratum, qui eſt præcipere: vt dicit Sanctus Doctor ſecunda ſecundæ, quęſtione quadrageſimaſeptima, art. 8.

*Concluſio II.* Virtutes cardinales ſunt connexæ: ita quod qui habet vnam, habet omnes. Hanc ſic probat prima ſecundæ, quæſt. 65. art. 1. prudentia haberi non poteſt, niſi habeantur omnes virtutes morales; & nulla virtus poteſt haberi ſine prudentia, & virtutes morales ſunt cardinales; ergo nulla cardinalis poteſt haberi ſine alia.

Contra arguit Sco. Quando aliquæ ſunt perfectiones partiales alicuius; ille poteſt habere vnam ſine alia, ſicut homo poteſt habere viſum ſine auditu, ſed quęlibet virtus cardinalis, eſt partialis perfectio hominis, ergo.

Reſpondeo, negatur maior, quando habent connexionem inter ſe, nam intellectus & voluntas ſunt partiales perfectiones hominis: & tamen non poteſt habere vnum ſine alio: & ſic eſt in propoſito. Nam ea, ad quæ inclinantur virtutes morales, ſe habent ad prudentiam ſicut principia: quia finis eſt principium in agibilibus: non autem poteſt eſſe recta ratio, ſi ſit defectus cuiuslibet principij: & ideo non poteſt eſſe prudentia ſine alijs virtutibus, nec econtra.



Digitized by Google

Et loquor de virtutibus perfectis, & non de imperfectis: vnde nullus poteſt habere perfectum & rectum dictamen practicum & prudentiale in materia vnius virtutis moralis, ſine hoc, quòd habeat perfectum dictamen actuale vel habituale in materia alterius.

Secundò arguit. Aliquis poteſt exercere circa materiam vnius virtutis puta iuſtitiæ non exercendo ſe circa materiam alterius: puta temperantiæ vt de ſe patet, ergo poteſt acquirere vnam virtutem ſine alia.

Reſpondeo dupliciter, primò quòd habitus acquiſitus in eo, qui ſe exercet circa materiam alicuius virtutis, & non circa alias, non habet rationem virtutis: quia oportet ſimul exerceri in tota materia morali, non quidem quod in eodem inſtanti homo habeat quatuor actus. ſ. prudentiæ, iuſtitiæ, temperantiæ, fortitudinis, ſed ſic quod actus vnius immediatè conſequitur actum alterius.

Contra. Ex hac reſponſione ſequitur, quod vna virtus ſit alteri ratio eſſendi, ſed hoc eſt falſum: ergo maior patet, minor probatur. Si vna eſt alteri ratio quod ſit virtus & econtra ſequitur, quod quælibet virtus ſit virtus antequam ſit virtus. Nam ſi fortitudo eſt ratio temperantiæ quod ſit virtus: fortitudo prius eſt virtus quàm temperantia, & ſi temperantia eſt fortitudini ratio quod ſit virtus: eſt prius virtus quàm fortitudo: & ſic quælibet iſtarum erit prius virtus quàm ſit virtus, hoc eſt falſum: ergo; item ſequitur quod nulla ſit prima virtus, hæc ab omnibus negatur, ergo.

Reſpondeo, negatur minor, vna enim virtus eſt alteri ratio, ſine qua non, nam prudentia eſt alijs ratio quod ſint virtutes; quia dirigit eas in eligendo recta media ad finem, & conſtituit eis medium inter ſuperabundantiam & defectum. Aliæ autem virtutes ſunt ratio prudentiæ quod ſit virtus; quia miniſtrant ei rectam æſtimationẽ principiorum, ex quibus prudentia procedit in iudicando, conſulendo, & præcipiendo, fortitudo eſt ratio eſſendi virtutem iuſtitiæ & temperantiæ, & econtra inquantum quælibet virtus confert ad rectam æſtimationem prudentiæ in materia ſua propria, & aliarum virtutum; vt dicit S. Doct. prima ſecundæ, q. 65. art. 1. ad primum. Ad probationem negatæ minoris negatur conſequentia, ſicut etiam non ſequitur, Sortes non poteſt eſſe pater, niſi habeat filium: ergo prius eſt pater, quàm ſit ei filius.

¶ Ad ſecundam dico, quod aliquid dicitur primum dupliciter. Vno modo affirmatiuè, quia ſcilicèt ante omnia alia eſt, & ſic nulla eſt prima virtus loquẽdo de prioritate durationis. Alio modo negatiuè, quia ſcilicet nihil eſt ante ipſum, & ſic quælibet virtus eſt prima. Secunda reſponſio ad principale argumentum, eſt iſta quod virtutes, & ſunt habitus, & ſunt virtus, inquantum ſunt habitus vna præcedit aliam, ſed inquantum virtutes non immò omnes habent ſimul rationem virtutis ex mutua concomitantia.

Contra. Ex hoc ſequitur, quòd vnus actus generat omnes virtutes morales in eſſe virtutis moralis, hoc eſt falſum: ergo, minor patet, maior etiam patet, quia per te, ſi quis exercetur circa materias aliquarum virtutum, illi habitus, qui acquiruntur non ſunt virtutes, donec exerceantur circa materias aliarum, & ſic ex illo vltimo actu omnes habitus præcedentes habent rationem virtutis.

Reſpondeo, negatur minor. Ille enim vltimus actus licet ſit actus tantum vnius virtutis elicitus, eſt tamen actus aliarum etiam virtutũ participatiuè, quia in actu cuiuslibet virtutis participatur aliquid pertinens ad omnes alias virtutes. Item ille actus in virtute omnium actuum præcedentium circa diuerſas materias connexas adinuicem. Nam actiones, & paſſiones humanæ, quæ ſunt materia virtutum moralium, ſunt adinuicem ordinatæ, ſicut dicit Sanctus Doctor prima ſecundæ, vbi ſuprà, & ideò nil mirum ſi vnus actus agens in virtute præcedentium complet vnum habitum, puta prudentiæ, ex cuius complemento dependent alij habitus in eſſe virtutis.

*In hac 36. vſq; ad 40. & vlt. Diſtinct. 3. Sententiarum, & vnica quæſtione ſequenti confutantur hæreſes damnatæ, vt in noſtro Commenntar. in text. Magiſtri, & confutantur etiam hæreſes, quæ ſunt in Abecedario, & in Ethimologijs hæreſum, & confutantur ſimilitèr Idolatriæ, vt in Abecedario Idolorum in principio, vide ibi lit. C.H.P. & V. ac etiam confutantur falſæ Theologię Fœnicum, Egyptiorum, Grecorum, Atlanticorum, Frigiorum, Gentium, &c. ab Euſebio in primo, ſecundo, tertio, & quarto libro de præparatione Euangelica contra Theologiam fabuloſam Poetarum antiquorum.*

*Ex concluſionibus, probationibus, & ſolutionibus argumentorum Capræoli ſoluuntur argumenta Vulpes,* & *aliorum recentiorum facilè, vt facit Ariſtotelis ad argumenta Antiquorum, quod veritatis cognitio dubiorum eſt ſolutio, & cum Cardinali Bellarmino dicente in libro de Scriptoribus Eccleſiaſticis de Ioanne Capræolo, quòd Ioannes* Capræolus *ſit defenſor Egregius Sancti Thomę, & optimè diſſoluit omnia argumenta aduerſariorum: dicunt verba formalia Bellarmini, ergo ſi optimè diſſoluit per Bellarminum, ſunt ſoluta argumen-*

Digitized by Google

*menta cum his doctrinis hic: Sicut ſoluit Ariſtotelis contra antiquos dicendo in 3. de Cœlo, & in 3. Metaphiſic. veritatis cognitio, dubiorum eſt reſolutio.*

*Reſpondetur ſecundo cum Cardinali Sarnano Franciſcano doctiſſimo, cum centeſimadecima concordantia, & ſimilitèr cum centeſimanon concordantia Bonæberbæ.*

*Reſpondetur tertio cum Petro de Bergamo, & Bartholomæo Spina dicentibus in tabula Sancti Thomæ, quod qui ſcit totam Logicam Sancti Thomę, Philoſophiam etiam moralem, totam* Metaphyſicam *Sancti Thomæ, & totam eiuſdem Theologiam, nullum poteſt facere argumentum contra Sanctum Thomam, & ideo ſubdit, quod iſti recentiores ſtudent tantummodo articulo, ſuper quem componunt, & non habent in mente omnia Opera Sancti Thomæ loquentis præſuppoſitiuè, pręſupponendo omnia ſupradicta, & dicendo, quapropter prærumpunt in verba in tantum Magnum Doctorem nullo modo applicanda, quod Sanctus Thomas contradicat ſibi ipſi, & ideo Cardinal. Sarnanus, quia ſciebat totum Sanctum Thomam concordauit ſimilitèr, etiam Ioannes Caprgolus ſoluit argumenta aduerſariorum, cum locis* Sancti *Thomæ, quia totum in mente habebat* Sanctum *Thomam, & ideo Bellarm. dicebat bene omnia ſoluere Caprgolum.*

*Argumenta vero Vaſquez, Valentię, Molina, Suarez, &c. quia colliguntur; & ſoluuntur, clarè, diſtinctè, & breuitèr à Ripa, à Nazario, à Conſales, à Nauarretto, à Zenardo, & præcipuè à* Montagnolo*, in prima ſecundę Sancti Thomæ, quæſtione 58. de diſtinctione virtutum moralium ab intellectualibus.*

*Vide noſtram expoſitionem* Petri Lombardi *aperientem mentem huius materia, vt in folio 72. hic, et infra pro 3. reſponſione Vulpes. Ac etiam vide 1. 2. et 3. folium pro reſponſione quarta, quinta, et ſexta ad argumentum eiuſdem Vulpes.*

*Reſpondetur ſeptimo cum concordantia Scoti, & Sancti Thomæ per Radam Franciſcanum hic declarantem S. Thom.*

*Loca Sacræ Scripturæ hic, et infra à Salmerone,* Emanuel Sa, *à Toleto, à* Prierio, *Vegha, à Poſſeuino, à* Salian, *Torello in annalibus à creatione* Mundi, *quę videntur repugnare aliquomodo Thomiſtis. quia ſunt concordata à nobis in fine noſtrę expoſitionis totius Bibliæ, & in Anatomia Bibliæ impræſſa, ideo vide ea illic.*

Explicit Epitomæ Quæſtionum in Tertium Librum Sententiarum Magiſtri Pauli Soncinnatis ad mentem Ioannis Capræoli Tholoſani, Ordinis Prædicatorum, ac Thomiſtarum Principis.

Cum additione recentiorum contradicentium Vulpes, Ferchij, & cæterorum, nec non expoſitione omnium textuum neceſſariorum Magiſt. Petri Lombardi, etiam contra omnes Hæreſes, & Hætimologias Abecedarias recitatas, & reiectas per Magiſtrum Mauritium de Gregorio Siculi Cammaratæ, & cum additione ſcribentium contra omnes hæreſes, & contra Gentiles cunctos.

FINIS TERTII LIBRI SENTENTIARVM.

OPTATISSIMAM Pauli Soncinnatis Epitomem magna ex parte perlectam, haud vereor Clariſſimi Patres geſtientes, iterum atque, iterum lectitare totis animi votis peroptatis. Ingenium nempè, præclarum nimis, Cœleſte, & Thomiſtici pro more dogmatis Angelicum exiſtit. Enimuerò anteaquam Voluminis Quarti Pelagus aſcendere Deo propitio, vos contingat, animaduertite imperfectum nimis illud me comperiſſe. lacerum enim erat: poſt habitiſque diſtinctionibus nonnullis, opus auctor Paulus proſequutus eſt. Addere me oportuit, vij. xj. xij. xiij. xvj. ac reliquas, vſque ad xxvj. itidem xxx. xliij. xliiij. xlv. xlvj. xlvij. & xlviij. Diſtinctiones. Aliæ quædam dimidiæ erant, veluti aſtericus titulus nominis mei toto annuit volumine. Si ergo defeci, operis altitudo ipſa perficiet. Valete patres ampliſſimi, Angelici luminis æterno Sole ſemper illuſtres. Quorum ſplendoribus Fidei veritas ortodoxæ clarius illuceſcit, ac circunfuſa, vndique vulgarium intuitum animorum prorſus exuperat.

Quia

Digitized by Google

Quia quęſtiones Capræoli,Soncinnatis,& aliorũ fundãtur in textibus Magiſt.Sentẽt. ideo opere prætium duximus, vt facilius quęſtiones ipſius percipiantur ipſos textus Magiſtri,primo exponere , ſicut Caietanus in ſumma primo exponit text. S. Thom. tanquam fundamentum:deinde ponit quæſtiones,vt etiam Ferrarienſis,contra gentiles S.Thom.Prierius in conflatis vſq; ad Bannes, Medinam,Nauarrum,Nauarretum,Ripam,Zenardũ,Conſales,&c. ſupra aducti: Arabes,Græci,& Latini idipſum in Ariſt.& Platonem, Ficinus,Lãdinus, Felicius.Nam ignorato fundamento textuum, ignorantur, & quę in textibus fundantur , vt ait Magnus Commentator in procemio, qui propterea fecit prologomina 8.quæ hic præſupponuntur ex philoſophia,& Metaphiſica,quamuis infra indagentur.

*QVARTI SENTENT.COMMENTARIA ad ſenſum procemij viridarij omnium Scientiarum Magiſt. Mauritij de Gregorio Cammaratenſis Siculi.*

HIC quartus,& vltimus Sententiarum quinquaginta habet diſtinctiones , de Sacramentis veris,de quibus prolixe in tractatu de Sacramentis,& cenſuris impreſſis locuti ſumus, contra Catharos,dicentes quod ſint falſa,& deceptoria , contra quos eſt Florentinum Con. de reſurrectione mortuorum,cõtra Saducęos , alios ibi reijciendos,& de extremo iudicio cõtra non iudicandos hæreticos ſic nuncupatos à Toſtato, & contra Origeniſtas,quod omnes ſaluandi propter miſericordiem Dei. Adde abec.& ethim.hær & contra idolatr.& Theologias falſas fænicum, Egiptiorum, Græcorum , Atlanticorum , Frigiorum , Gentium , &c. ab Euſebio in 1.2.3.4. de præparatione Euangel. contra Theologiam fabuloſam Poetarum antiquorum . Spina 514. 312.313. Iſidorus, Gratianus,Theodor.

*Textus Samaritanus, &c.* Diſtict. 1. commentarium ad ſenſus procem. Duas Sacramentorum definitiones conficit prima Sacramentũ eſt ſignum rei ſacræ ſanctificans homines,addit alter Magiſter S. Thomas , & ſic alia verba non ſunt neceſſaria, nam dum ſanctificat, cauſat. Secunda eſt Sacramentum inuiſibilis gratiæ, forma viſibilis eiuſdem gratiæ,gerens imaginem, & cauſa exiſtens , & ideò Sacramenta veteris Legis , ſolum ſignificantia , & non proprie dicebantur, ſine quibus poterat Deus dare gratiam,ſed per diuinam prouidentiam ipſa conſtituit ſub ſenſibilibus creaturis , ne potius ad peiora dilabatur, eá ex verbis , & rebus ob humilitatem hominis. Differunt à veteribus , quia illa promittebant, iſta verò conferunt ſalutem ; Propterea circumciſio non regni apertionem,ſed culpæ delectionem faciebat, data Abrahæ adulto, in pueris poſt octo dies , & in periculoſo caſu fortè anticipare licebat,& in fide parentum culpa remitti, contra Adiaforiſtas , quod omnia Sacramenta ad nihilum valuerunt . Adde abeced.& ethimol.hær. & contra idolatr. & Theologias falſas Fænicum Egiptiorum,Gręcorum, Atlanticorum,Frigiorum , Gentium,&c. ab Euſebio in 1.2.3.4. de præparatione Euang. contra Theologiam fabuloſam Poetarum antiquorum.Scotus,Egidius,Theod. Epifanius,Nugnus,Directorio,Spina 315.Bacchonius, Epit Capr Prierij.

*Textus Iam, &c.* Diſtinct. 2. comment. ad ſenſus procem. De numero Sacramentorum ait eſſe ſeptem , Baptiſmum , Confirmationem, Euchariſtiam, Penitentiam, Extremam vnctionem, Ordinem, & Matrimonium , ſeu coniugium,quorum quædam alia remedium contra peccatum præbent, & gratiam conferunt,vt Baptiſmus,alia in remedium,vt Matrimonium, non excludendo gratiam ad ſenſum infra dicendum, alia gratia , & virtute nos fulciunt, vt ordo,& Euchariſtia, fueruntque inſtituta poſt Aduentum Chriſti, quia ex paſſione eius efficaciam ſortita ſunt, quamuis Coniungium ante peccatum in officium naturæ , poſt peccatum in remedium concupiſcentiæ, etiam propterea Baptiſmus Ioannis fuit præparatorius non relaxando peccata,ſed diſponendo ad Baptiſmum Chriſti,& ideò erant rebaptizandi, quamuis Magiſter dicat, quod non omnes,cõtra Armenos,quod nullum Sacramentum conferat

Digitized by Google

ferat gratiam; & contra Iacobum præpoſitum, quòd Sacramenta ſint quatuor contra Caluiniſtas, quòd ſint duo, contra Luterum, modo diminuendo modo augendo. Adde abeced. & ethimolog. hæreſ. & contra idolatr. & Theologias falſas Fænicum, Egiptiorum, Græcorum, Atlanticorum, Frigiorum, Gentium, &c. ab Euſebio in 1. 2. 3. 4. de præparatione Euangel. contra Theologiam fabuloſam Poetarum antiquorum. Auguſt. Prateol. Bellarm. Spina 316. vſque ad 319. Erueus Epit. Capr. Prierij, Gratianus, Sotus, Porreſt. S. Thomas.

*Textus Poſt, &c.* Diſtinctio. 3. commentar. ad ſenſus proœm. poſt Sacramenta in genere ad particularia deſcendit, & ad Baptiſmum primo, ex diſtinctione, vſque ad ſextam incluſiue; & in iſta tertia ait, quod Baptiſmus, vt ſonat Ethimologia eſt ablutio exterior corporis facta aqua naturali, cuius eſt materia ſub certa forma verborum, vel per aſperſionem, nam accedendo verbum ad elementum, fit Sacramentum; vt ego te Baptizo, in nomine Patris, & Filij, & Spiritus Sancti, & non eſt dicendum in nominibus, & Apoſtoli dicendo in nomine Chriſti, ſub Chriſto Trinitatem intelligebant, & diſpenſatiue faciebant ad tempus diuulgandum nomen Chriſti, vt in Actibus cap. 8. & 10. inſtituit Chriſtus quando Baptizatus eſt, vim recreandi aquis contulit, & ex paſſione dominica, quas per materiam accepit, quia vbique eſt, & ad ſignificandam ablutionem peccatorum, contra Luterum, quod Sacramenta non tollunt peccata, ſed velant, contra Caluiſtas, quod non requiratur Oleum, Sal, Saliua, exorciſmus, &c. Adde abecedar. & ethimolog. hæreſ & contra idolatr. & Theologias falſas Fænicum, Egiptiorun, Græcorum, Atlanticorum, Frigiorum, Gentium, &c. ab Euſebio in 1. 2. 3. 4. de præparatione Euangel. contra Theologiam fabuloſam Poetarum antiquorũ. Petrus Aliſ. Gabriel. Prateol. Tertul. Grati. Spina 220. & 321 Nicolaus de Cuza.

*Textus Hic, &c.* diſtinct. 4. comment. ad ſenſus proœm. Diuiſionem Baptiſmatis declarans ait, quod eſt triplex Fluminis, Flaminis, & Sanguinis, & ideo aliquando rem, & Sacramentũ, vt Adulti diſpoſiti, & Paruuli ritè baptizati, aliquando Sacramentum, & non rem, vt fictè accedentes, aliquando rem Baptiſmi, ſine Sacramento, vt qui pro Chriſto ſanguinem effudunt, non baptizati recipiunt authoritates in cõtrarium de contendentibus intelliguntur, nõ propterea Baptiſmus poſtea eſt fruſtra in Adultis, aliquando gratia præcedens, nam aufertur pœna, augetur gratia reſtringitur fomes, in ficte verò accedentibus longe poſt, propter Characterem impreſſum non in mortuis, contra Lutherianos, quod Sacramenta non imprimant characteres, & contra Cataphrygas, quòd mortui baptizandi, &c. Adde abeced. & ethimolog. hæreſ. & contra idolatr. & Theologias falſas Fænicum, Aegyptiorum, Græcorum, Atlanticorum, Frigiorum, Gentium, &c ab Euſebio 1. 2. 3. 4. de præparatione Euangel. contra Theologiam fabuloſam Poœtarum antiquorum. Gabr. Biel. Scotus, Seraſinus, Pannicarol. Spinæ 322. 323.

12 Controuerſia, Sanctus Thomas 3. part. quæſt. 77. artic. 5. Et 4. contra Gentil. capit. 65. & Quolibet. 9. quæſt. 3. artic. 5. & 3. tenet omne, quod generatur ex Euchariſtia, generari ex quantitate dimenſiua panis, & vini tanquam ex materia: tamen in quarto Sententiarum diſtinct. 12. quæſt. 1. articul. 2. quæſtiuncula 4. tenet probabilitèr, tranſmutationes paſſiuas fieri per reuerſionem materiæ à Deo de nouo creatæ. Scotus in quarto Sententiarum diſtin. 12. quæſt. 6. dicit in tranſmutatione paſſiua facta circa Euchariſtiam non redire ſubſtantiam, vel materiam, vide Sanctum Thomam ibi. Deza. Caiet. Greg.

13 Controuerſia, Sanctus Thomas in 2. quęſt. 86. articul. 1. & 2. & 4. 7. articul. 6. & in 4 Sententiarum, diſtinct. 14. quæſt. 2. articul. 1. quæſtiuncula 2. & diſtinct. 19. quæſt. 2. articul. 2. tenet quod poſt actum peccati remanet in peccatore priuatio gratiæ, quam ipſe vocat maculam peccati, & ab hac peccator dicitur formaliter peccator, & non eſt relatio. Scotus autem dicit in quarto Sententiarum diſtinct 14. quæſt. 1. quod non priuatione gratiæ, ſed ordinatione ad pœnam peccato correſpondentem, peccatorem dici, & eſſe formaliter peccatorem, vnde maculam peccati relationem poſuit. Epitom. Capr. Prierij, Nugnus.

14 Controuerſia, Sanctus Thomas part. 3. p. quæſt. 76. articul. 2. ſi in morte Chriſti fuiſſet conſecratus, panis eſſet corpus abſque ſanguine, & ſi vinum fuiſſet ſanguis abſque corpore, Scotus diſtinct. 10 quod non. Deza.

15 Controuerſia, Sanctus Thomas in quarto Sententiarum diſtinction. 18. quæſt. 1. arti. 1. in ſolutione primi argumenti, ſecundæ quæſtiunculæ, dicit quod poteſtas conſecrandi, & abſol-



Digitized by Google

abſoluendi ſunt vna, & eadem, nempè Character ipſe Sacerdotalis; Conſecrato Sacerdote illico poteſtatem ordinis. Scotus in quarto ſententiarum, quæſtione prima, articul. tertio, tenet totum oppoſitum: aſſerit enim, quod illæ ſunt diſtinctæ poteſtates quarum, vna poteſt eſſe ſine alia, ſed Character Sacerdotij poteſt eſſe ſine alia poteſtate abſoluendi, quæ includitur in clauibus, vnde non ſunt eædem poteſtates. Valentian Rada.

19 Controuerſia, Sanctus Thomas par. 3. quòd omnia appetit homo propter vltimum finem, vt agens primo Scotus diſtinq.49. quod non Epit. Capr. Tueton.

17 Controuerſia, Scotus diſtinction. 21. pœna n peccati venialis in inferno finiri Diuus Thomas, quòd non finitur cum abſque gratia peccata non remittantur quam damnati non habebunt. Epit. Capr. Prierij.

18 Controuerſia, Scotus diſtinct. p. q. prima quod gratia, & culpa non opponantur Sanctus Thomas quod ſic, & de culpa ad gratiam in iuſtificatione, & non per multas alias mutationes, vt dicit Scotus in eadem diſtinctione, & quæſtione.

19 Controuerſia Scotus diſtinct. 12. quæſt. 1 quod inhærentia aptitudinalis non eſt de eſſentia accidentis Sanctus Thomas cum Porfirio, & Ariſtotel. quod ſic, & non eſt relati, vt ſubdit Scotus.

20 Controuerſia, Sanctus Thomas parte 2. quæſt. 20. articul. 3. quod actus interius, & exterius ſit eadem malitia, & bonitas. Scotus in quæſt. 18. quolibet. non eſſe eandem.

21 Controuerſia, Sanctus Thomas prima ſecundæ, quæſt. 3. artic. 4. Et in 4. Sententiarum diſtinct. 49. quæſt. 1. artic. 1. quæſt. 2. & in p. q. 26. articul. 3. & in prim. quæſt. 26. articul. 2. & 1. & 4. corp. & 3. contra Gentil. cap. 23. & 26. Et de malo quæſt. 16. artic. 6. & quolib. 8. quęſt. 6. articul. 1. & in Sententiar. diſtinct. 1. quęſt. 1. artic. corp. ponit beatitudinem noſtram conſiſtere in operatione intellectus eſſentialitèr, & alibi in operatione intellectus, & voluntatis. Scotus in quarto Sententiarum, diſtinctio. 49. quęſt. 4. tenet noſtram beatitudinem conſiſtere in operatione voluntatis.

22 Controuerſia, Sanctus Thomas in ſecũda ſecundę, quęſt. 18. articul. 13. corp. & prima parte, quęſt. 64. & cap. 1. Et prima ſecundę, q. 1. articul. 4. 1. Et 3. contra Gentiles cap. 62. tenet, Perpetuitatem, & ſecuritatem eſſe de eſſentia beatitudinis. Oppoſitum dicit Scotus in quarto Sententiarum diſtinctio. 49. quęſt. 6. nam aſſerit perpetuitatem, & permanentiam non eſſe de eſſentia beatitudinis. Epitoma, Capręol. Prierij, Scotus.

23 Controuerſia, Sanctus Thomas in prima ſecundę, quęſtione 4. articulo primo, & 1. & quęſtione 3. articulo 4. et 4. de Sententiarum, diſtinct. 49. quęſt. 3. articul. 4. quęſtiuncula 3. in fine, tenere videtur, gaudium, et delectationem eſſe de eſſentia beatitudinis. Scotus in quarto lib. Sententiarum diſtinct. 49. quęſt. 7. tenet quod beatitudo ad ſui eſſentiam non requirit, nec delectationem, nec gaudium, quia delectatio, et gaudium ſunt paſſiones inſequentes beatitudinem. Nugnus, Herrera, Rada, Sarnanus, Deza.

24 Controuerſia, sanctus Thomas in quarto lib. ſententiarum diſtinctio. 49. 2. articul. 6. et in p. quæſt. 12. articul. 4. corp. Et 2. quæſt. 5. articul. 5. et quæſt. 62. in corp. et contra Gentil. ca 147. inquit quod beatitudo eſt mere effectus naturalitèr haberi non poteſt. Scotus eſt in oppoſitum in quarto lib. ſẽtentiarum diſtinct. 49. quæſt. 8. vbi tenet beatitudinem poſſe haberi naturalitèr, et quod eſt naturalis.

25. et 26. Controuerſię ſecundum aliquos sanctus Thomas, quod nos accipimus corpus Chriſti immortale Apoſtoli in Cœna mortale, Scotus quod non, et quod Chriſtus habuit Angelum Cuſtodem sanctus Thomas, quod non cum ſit Deus.

Argumentorum Scoti ſolutiones facillimas, et clariſſimas videatis in Ioanne Capreolo in ſententiarum, in Caietan. in Clip. Thomiſtarum, in Errico. Tomiſ. in Michael. Salon., in Ferratienſ. in Conflatis ſententijs, in Soccin. in Bannes, in Medina, in Ripa, et in ceteris recentioribus, in Chumel, in Soto Bartolomeo, Spina, in Aquario, in aditione ad Capreolum, in Iſidoro de inſulanis, in Flandrienſe, in Magiſtro Hieronymo Ocriienſe meo ſapientiſſimo Magiſtro in ſua lettura philoſophyę, et Theologię, Aluarez, in Montagnolo, in meo ſecundo ſapientiſſimo Magiſtro Decio Carrega cum vtraque lectura Philoſophię, et Theologię, in Theſibus Magiſtri Serafini de Nuceria modo Prouincialis Regni.

Finis Commentariorum quarti ſententiarum, et confutatione omnium hęreſum, per Magiſtrũ Mauritium de Gregorio, cùm ſumma controuerſiarum omnium Scoti, et s. Thomę pro tirunculis, nam cum argumentis habentur infra per Capręolũ formalizatum per Soncinnatem.

VIDE

Digitized by Google

VIDE PRIMO ESPOSITIONEM M. SENTENTIARVM OMNIVM DISTINCTIONVM Huius Quarti Libri, quę ſunt quinquaginta, vide retro fol. 88. & infra per intelligentiam quęſtionum ſequentium neceſſariam, & contra hęreſes, per Magiſtrum Mauritium de Gregorio Siculi Cammaratæ.

# *Clariſſimi Sacræ Theologiæ Doctoris M. Pauli Soncinnatis, Vitæ Regularis Ordinis Prædicatorum Epitoma in quartum Librum Sententiarum: ad mentem Ioann. Capræoli eiuſdem profeſſionis.*

Cum additione recentiorum contradicentium Vulpes, Ferchij, Vaſquez, Molinę, & cęterorum, nec, non expoſitione omnium textuum neceſſariorum M. Petri Lombardi, etiam contra omnes Hęreſes, & Hętimologias Abecedarias recitatas, & reiectas per Magiſtrum Mauritium de Gregorio Siculi Cammaratę, & cum additione ſcribentium contra omnes Hęreſes, & contra Gentiles cunctos.

## DISTINCTIO I.

### *Quæſtio* I.

IN Diſtinctione prima, quęritur primò. An in Sacramentis nouæ Legis ſit aliqua virtus cauſatiua gratię.

Pro reſponſione ſit prima cōconcluſio. Hæc diffinitio Sacramenti eſt bona, et conuenit Sacramentis nouæ Legis, Sacramentum eſt inuiſibilis gratię viſibilis forma, vt eius imaginem gerat, et cauſa exiſtat. Hanc ponit ſanctus Doctor 4. ſantent. diſt. 1. quęſt 1. artic. 1. quęſt. 3. probatur. Iſta diffinitio explicat omnia, quę ſunt de ratione talium ſacramentorum, ſcilicet efficientiam ſanctitatis, et modum ſanctificationis homini naturalem, et modum competentem homini quātum ad cognitionem: ergo eſt conueniens.

Contra arguit Durandus hic quęſt. 3. Illę tres conditiones non conueniunt matrimonio, quod eſt ſacramentum nouę legis: ergo, diffinitio non eſt conueniens, antecedens probatur. In matrimonio ſun tantum verba exprimentia conſenſum: ergo non ſunt illa tria.

Reſpondeo, negatur antecedens. Ad probationem ſimiliter.

¶ Ad cuius notitiam dicam primò, quòd de eſſentia matrimonij non ſunt verba; ſed coniūctio viri, et mulieris, ad illud vnum, vt dicit sāctus Doctor quarto ſententiarum, diſtinct. 27. quæſt. 3. artic. 1.

¶ Dico ſecundò, quòd matrimonium habet actus ſenſui ſubiectos loco materialis elementi, et ſignificato gratię ex diuina inſtitutione, vt dicit vbi ſupra quęſt. 2. artic. 1. ad 2. et 4. et 5. et artic. ad 1.

¶ Dico tertiò, quod matrimonium repręſentat gratiam ex ſimilitudine, quia conformatur paſſioni Chriſti, quantum ad charitatem, vbi ſuprà, artic. 1. ad tertium.

Dico quartò, quòd in matrimonio confertur gratia ex ſanctificatione, vbi ſupra art. 3. art. 2.

Secundò. Ordo eſt Sacramentum, ſed in Ordine nōn eſt ſanctificatio materiæ, maximè in quatuor minoribus: ergo.

Reſpondeo, negatur minor 4. ſententiarum, diſtinct. 24. quæſt. 1. artic. 1. quæſt. 3. quia Ordo eſt ſanctificatio homini exhibita cum aliquo ſigno viſibili. Verum eſt tamen, quòd ſanctificatio dicitur ſe habere ad materiam in hoc ſacramento, quàm in alijs, quare in alijs materia primò ſanctificatur, in iſto autem non, vt dicitur vbi ſuprà, q. 5.

*Concluſio. II.* Sacramenta nouæ Legis cōſiſtunt in rebus, & verbis. Hanc probat Sanct. Doctor 4. ſententiarum, diſtinct. 1. quæſt. 1. art. 3 Effectus aſſimilatur ſuæ cauſæ proximæ, quantum poteſt, ſed cauſa horum ſacramentorum fuit paſſio Chriſti conſtantis ex verbo, & carne: ergo & ipſa ex rebus, & verbis conſtāt. Eandē probat tertia parte, q 60. ar. 4. 5. & 6.

Contra arguit Durandus hic quæſt. 3. primò. Matrimonium poteſt eſſe ſine verbis, & eſt ſacramentum: ergo non omne ſacramentum cōſtat ex verbis, maior patet. In his qui per nutus, aut literas exprimunt mutuum conſenſum.

¶ Reſpondeo, quòd concluſio intelligitur ſic, ſcilicet, quòd in omni ſacramēto ſunt verba, vel aliud loco verborum ſignificans conſenſum, huiuſmodi ſunt nutus, vel literæ quando



Digitized by Google

etiam puella tacet præ verecundia, tunc verba parentum habentur, ac ſi eſſent puellæ, 4.ſentẽtiarum, diſtinct.27. quæſt.1. artic.2. quæſt.2. ad ſecundum, & tertium.

Secundò, In Matrimonio, & pœnitentia ſunt tantum verba: ergo non res, antecedens patet, quia pœnitentia conſtat tantum in verbis confitentis, & abſoluentis, matrimonium autem tantum in verbis exprimentibus conſenſum.

Reſpondeo, negatur antecedens, quia res dicuntur quicunque alij actus concurrentes præter verba in dictis ſacramentis, 4.ſententiarum, diſtinct.14.quæſt.1.artic.1.quæſt.1.ad primum, immò neceſſarium eſt vbi ſunt verba eſſe aliud præter verba, ſcilicet ipſam prolationem verborum, quæ diſtinguitur à verbo ſicut actio à ſuo termino, concurrunt etiam in matrimonio ſenſationes, & præceptiones verborũ; in ipſis etiã verbis vna pars eſt formalis reſpectu alterius.

*Concluſio* III. Sacramenta nouæ Legis ſunt cauſa gratiæ non ſolum per modum cauſe, ſine qua non, immo per modum cauſe per quam, 4.ſententiarum diſtinct. 1. artic.4. quæſt.1. vbi ſic arguit. Omne inſtrumentum pertingit ſaltem diſpoſitiuè ad effectum principalis agentis, ſed Sacramenta ſunt inſtrumenta Dei conferẽtis gratiam: ergo, &c.

¶ Eandem ponit 3.parte, q.62.art.1.& de veritate, q.27 art.4.

¶ Sciendum autem, quòd in his duobus locis non dicit ſacramentum concurrere diſpoſitiuè, ſed tantum effectiuè, quòd declarans Petrus de Palude dicit, quòd ſacramenta pertingunt ad gratiam ſacramentalem effectiuè, ad gratiam verò gratum facientem ſolum diſpoſitiuè.

Contra arguit Durandus hic quęſt.4. primò. in ſanctis in vtero, & in adultis qui iuſtificantur ante ſuſceptionem Baptiſmi, & in illis, qui conteruntur ante confeſſionem, eſt gratia, ſed in iſtis nulla præfuit diſpoſitio ad gratiam: ergo non eſt neceſſaria talis diſpoſitio.

¶ Reſpondeo, negatur minor à Sanct. Doct. 12.q.112.art.3.quia nulla forma poteſt eſſe, niſi in materia diſpoſita. Idem declarat diffuſè in quæſtionibus de verit.q.24.art.16. & Petrus de Palude, q.1.præſentis, diſtinct. naturalia enim non ſufficiunt ad immediatam ſuſceptionem gratiæ, quæ eſt forma deifica.

Secundò: Nullum agens agit niſi per contactum, ſed illi, inter quos contrahitur matrimonium nõ ſemper ſe contingunt, ſic cum quis in Hiſpania contrahit per nuncios cum aliquo exiſtente in Italia ergo per tale matrimonium nihil cauſatur in eis.

¶ Reſpondeo, dico duo, primo quòd hoc argumentum eſt Petri de Palude, quòd ipſe ſoluit negando minorem, quia in matrimonio, quod inter abſentes contrahitur nuncij, vel literæ ſequuntur, & ſic ibi aliquis contactus ſenſuum inuenitur.

¶ Dico ſecundò, de mente Sancti Doctoris, quòd duplex eſt contactus, vnus corporalis, alius ſpiritualis in cauſis autem inſtrumentalibus reſpectu effectuum ſpiritualium ſufficit cõtactus ſpiritualis per fidem, & votum, aut propoſitum, 3 p.q.48.art.6.& q 56.art.1.ad 3.& ſic ſacramenta aliquando diſponunt ad gratiam per ſolum contactum ſpiritualem, huiuſmodi autem contactus eſt in contrahentibus per nũtios, aut literas.

Tertiò. Ille qui eſt contritus antequam cõfiteatur, habet gratiam: ergo quando recipit ſacramentum pœnitentiæ non cauſatur in eo diſpoſitio ad gratiam, quæ præceſſit, nec dicendũ, quòd diſponat ad augumentum gratiæ, quia forma poteſt intendi, dato, quòd nihil cauſetur in ſubiecto: ergo.

¶ Reſpondeo ad antecedens, quòd talis non habet gratiam, niſi ex contactu virtuali ad ſacramentum, quòd habet in propoſito, 4.ſenten. diſt.17.q.3.art.1.quæſtiuncula 1.

¶ Dico ſecundò, quòd abſolutio ſequens cõtritionem intendit gratiam in contritione collatam. Ad improbationem negatur antecedẽs in formis, quę præ requirũt in ſubiecto aliquam diſpoſitionem, quia non poſſunt augeri niſi aucta forma.

Quartò, in Sacramentis imprimentibus characterem, non cauſatur aliqua diſpoſitio pręter characterem: ergo in non imprimentibus characterem non cauſatur aliqua diſpoſitio.

Si dicatur, quòd character excludit neceſſitatem diſpoſitionis ſolum reſpectum gratię ſacramẽtalis, nõ autẽ reſpectum gratiæ abſolutę.

Contra, quia omnes gratię ſunt eiuſdem ſpeciei: ergo ſi excludit reſpectu vnius etiam reſpectu alterius.

Reſpondeo, quòd reſpõſio data eſt bona: Ad improbationem dico, quòd licet, gratia gratum faciens in omnibus ſit eiuſdem ſpeciei, tamen ſingulis ſacramentis datur quædam ſpecialis gratia, quæ dicitur gratia ſacramentalis ad quã directè ſacramentum ordinatur, & hæ gratiæ ſacramentales ſpecie diſtinguũtur, vt dicitur præſenti diſtinct.q.3. art.4. q.5. Et ideò cum in ſacramentis imprimentibus characterem conferatur aliquis habitus diſtinctus ſpecie ab habitibus collatis in alijs ſacramentis, nimirum ſi per quædam ſacramenta cauſetur diſpoſitio, quæ dicitur ornatus, in alijs verò cauſetur diſpoſitio quę non ſolum ornatus, ſed etiã character dicatur. iſtã rationẽ ponit s. D.4.ſent.d.4.q 1.a.4 q.2.

Ex his patet, quòd multiplex eſt diſpoſitio ad gratiam. Aliqua eſt actus ſecundus puta cũ quis

Digitized by Google

quis diſponitur ex motu liberi arbitrij. Aliqua eſt actus primus, quę dicitur character. Aliqua eſt tantum ornatus.

Contra eandem arguit Scotus: primo nulla creatura poteſt agere etiam inſtrumentaliter ad terminum creationis, ſed illa diſpoſitio eſt terminus creationis, ergo Sacramentum nullo modo agit ad eam, minor probatur. Illa forma eſt ſupernaturalis, ergo eſt terminus creationis.

Reſpondeo, de mente Pet. de palude & nego maiorem. Ad probationem dico quod duplex eſt forma ſupernaturalis. Vna eſt ſimpliciter ſupernaturalis id eſt quæ nec in ſe nec in ſuo ſimili poteſt ab ente creato produci, & ſic negatur antecedens, quia actus liberi arbitrij qui eſt nobilior diſpoſitione ad gratiam, cauſatur à Sacramento: & qui etiam eſt diſpoſitio ad gratiam eſt ab ente creato. Alia eſt forma ſupernaturalis non ſimpliciter id eſt quæ licet ipſa non ſit ab ente creato principaliter: tamẽ aliquid ei ſimile eſt ab ente creato, & ſic conceditur antecedens, ſed negatur conſequentia: nam liberum arbitrium poteſt ex ſua virtute diſponere ſe ad gratiam perfectius ea diſpoſitione, quæ datur in Sacramento.

Secundò ſequitur, quod illa diſpoſitio fieret in inſtanti, hoc eſt falſum, ergo. conſequentia probatur, vltima diſpoſitio ad formam, & forma ſimul inducuntur, ſed illa diſpoſitio eſt vltima ad gratiam, & gratia introducitur in iſtãti, ergo: falſitas conſequentis probatur, Sacramentum non poteſt habere actionem naturalem.

Si dicatur, quod vltima ſyllaba cauſat eam in virtute præcedentium in inſtanti.

Contra, tum quia vltima ſyllaba non profertur in inſtanti, tum quia vltimum non cauſat in virtute præcedentium, niſi quando prę cedentia dereliquerunt aliquam diſpoſitionem primam, pręcedentes autem ſyllabę nullam diſpoſitionem reliquerunt.

Reſpondeo, quòd illa diſpoſitio cauſatur in inſtanti. Ad probationem negatur antecedẽs. Nam oratio in vltimo inſtanti prolationis ſuę cauſat perfectam ſignificationem in anima, ſiue in illo inſtanti remaneat aliqua pars diuiſibilis ſoni: ſiue aliquid indiuiſibile ſe habens ad totum ſonum, ſicut mutatum eſſe. Similiter in illo inſtanti datur virtus orationi & actio reſpectu effectus, ad quem inſtrumentaliter attingitur. Idem eſt in Sacramentis: vt ponit S. D. 4. ſent. diſt. 8. q. 2. art. 3. ad ſextum & ſeptimum. Oratio igitur cauſat in inſtanti completam ſui ſignificationem: pręſuppoſita prolatione præcedentium ſyllabarum, ſicut etiam ſol illuminat in inſtanti, & ſenſibile cauſat aliquid, in ſenſu in inſtanti.

¶ Dico ſecundò: reſponſionem ibi datam eſſe bonam. Ad primam eius improbationem dicitur quod licet ſyllaba proferatur in tempore: tamen in vltimo inſtanti prolationis ſuæ eſt eius completa ſignificatio ſimiliter in Sacramentis in vltimo inſtanti prolationis cauſatur diſpoſitio ad gratiam & gratia.

¶ Ad ſecundam negatur minor: nam præcedentes ſyllabæ reliquerunt particulares ſignificationes: quæ ſe habent ad totalem ſignificationem totius orationis ſicut diſpoſitiones.

Tertiò. In conſecratione euchariſtiæ non cauſatur aliqua diſpoſitio, ergo, non cauſatur in omnibus Sacramentis. Antecedens probatur ſcilicet verba conſecrationis cauſant diſpoſitionem præuiam tranſſubſtantiationi: aut illa diſpoſitio eſt in pane ſubiectiuè: aut in corpore Chriſti, non in corpus Chriſti: quia iam non eſſet diſpoſitio, non in pane: quia tunc eſſet panis & corpus Chriſti ſimul eſſet enim panis: quia ponit ſubiectum diſpoſitionis. Eſſet etiam corpus Chriſti: quia cum illa diſpoſitio ſit neceſſitas ad corpus Chriſti: & vltima diſpoſitio quæ eſt neceſſitas ſit ſimul cum forma inducenda, ergo quando eſt iſta diſpoſitio: eſt & corpus Chriſti.

¶ Item verba conſecrationis non prius agunt, quam tangant paſſum: ſecundum Philoſophum. 3. phyſi. ſed non tangunt ſpecies panis etiam in vltimo inſtanti prolationis: quia multiplicatio ſoni in aere non fit niſi in tempore, ergo in vltimo inſtanti prolationis nondum eſt delatus ſonus ad ſpecies panis.

Reſpondeo. Primò, quod argumentum non eſt contra concluſionem. dicimus enim quod Sacramenta cauſant diſpoſitionem ad gratiam in ſuſcipiente ipſum Sacramentum. Secundo ad arg. negatur antecedens, natura verba cõſecrationis attingunt aliquam diſpoſitionem præuiam tranſubſtantiationi non ordine temporis: ſed naturæ: quia diſpoſitio nõ eſt aliquid poſitiuum: ſed negatio. Attingunt enim ad hoc quòd ſubſtantia panis non ſit ſub ſpeciebus panis id eſt quòd ſpecies prius informantes ſubſtantiam panis aut vini non amplius informet: nec eis inhæreant: non autem ad hoc quòd faciant accidentia per ſe ſubſiſtere: nec ad hoc quod corpus Chriſti ſit ſub prædictis accidentibus: & ſic debet intelligi: quando S. D. dicit 4. ſent. diſt. 1. q. 1. art. 4. q. 1. ad 6. quod verba cõſecrationis attingunt tranſſubſtantiationem, quantum ad receſſum à termino à quo. Ad probationem negatur maior: ſed illa diſpoſitio eſt in ſpeciebus.

¶ Ad ſecundam negatur minor: quia in vltimo



Digitized by Google

timo inſtanti ſonus verborum tangit ſpeciem panis, aut vini aliquo tactu ſaltem virtuali vel intentionali: qui poteſt eſſe in inſtanti: licet realis multiplicatio ſoni ſit in tempore.

¶ Vel dicendum, quod per completam prolationem intelligitur quod ſonus vel aliquid ei æquipollens attingit Sacramentum vel materiam & non ante. Dico tamen, quod ſacramẽta non imprimentia characterem non cauſant in ficto ea ſuſcipiente aliquam diſpoſitionem remanentem poſt ſumptionem Sacramenti.

Contra hanc reſponſionem arguit Aureol. quod ſi Sacramenta agunt ad deſitionem panis neceſſariò agunt ad tranſitum in corpus Chriſti. Primo eadem actione receditur à termino à quo: & acceditur ad terminum ad quẽ: ſed terminus à quo eſt panis, terminus ad quẽ eſt corpus Chriſti, ergo.

Reſpondeo. Primò negatur maior de veritate. q. 23. art. 1. vbi dicit quod alia eſt mutatio, qua abijcitur terminus à quo: & qua inducitur terminus ad quem.

¶ Dico ſecundò, quod ea actione, qua receditur à termino à quo non oportet induci terminum ad quem: niſi diſpoſitiuè, ſic eſt in propoſito, nam conceditur quod motus verborum conſecrationis agit diſpoſitiuè ad exiſtentiam corporis Chriſti.

Secundò. Si verba conſecrationis agunt ad deſitionem panis: ergo ſunt annihilatiua, hoc eſt falſum, ergo, patet conſequentia, quia panis ſic deſinit eſſe: quòd eius materia, & forma deſinunt eſſe.

Reſpondeo, negatur conſequentia, quia non dicimus quòd agant ad deſitionem panis ſimpliciter, ſed ad quod deſinat eſſe ſub ſpeciebus Sacramentalibus, & deſinat eſſe informatio earum ad ſubſtantiam panis, hoc enim non excedit actiuitatem creaturæ: cum per agens naturale poſſit tolli talis informatio: vt cum calido fit non calidum.

¶ Secundò dico, quod licet panis quantum ad formam & materiam deſinat eſſe: non tamẽ annihilatur, primum patet. Primo erat, & poſtea non eſt, ergo deſinit eſſe ſecundum patet, quia eſt conuerſus in corpus Chriſti, ergo non eſt annihilatus 3. parte, quæſt. 75 artic. 3. ad 1. & 3.

¶ Dico tertiò, quòd verba Sacramentalia agunt etiam ad deſitionem formæ ſubſtantialis panis: non autem ad deſitionem materiæ.

Tertiò arguit: ſuppoſito quod in tranſſubſtantatione ſunt duo ſigna. Primum eſt non entitas panis. Secundum eſt entitas corporis Chriſti, tunc ſic. Illa actio verborum non eſt ſubiectiuè in primo ſigno: quia tunc panis non eſt, nec in ſecundo: quia per te illa actio non attingit terminum ad quem: nec eſt ſine ſubiecto. ergo non eſt.

¶ Reſpondeo. Conceſſo ſuppoſito: dicitur quod illa actio duo importat. Primum eſt forma quæ per talem actionem abijcitur. Secundum eſt habitudo de genere actionis, quantum ad ſecundum eſt ſubiectiuè in agente, ſcilicet in verbis Sacramentalibus, quantum ad primũ nullibi eſt, quia forma, quæ abijcitur in inſtanti in eo inſtanti, quo abijcitur non eſt, & ideo nec eſt in aliquo nec per ſe ſubſiſtit: ſicut corruptio lucis in aere, & ipſa lux corrupta eſt non ens, 4. ſen. diſtinctio. octaua, quæſtione ſecunda artic. 3. ad 2.

Secundò loco arguit: quod non oportet ponere virtutem inhærentem Sacramentis: per quam cauſetur diſpoſitio ad gratiam Naturalis operatio Sacramenti puta ablutio, quàm facit aqua in baptiſmo, eſt ita ſufficiens, diſpoſitio ad gratiam: ſicut illa, quam tu ponis, ergo, virtus iſta non eſt neceſſaria, ergo præter eam non oportet ponere characterem nec ornatũ aliquem qui ſit diſpoſitio. Antecedens probatur. Si character eſſet magis diſpoſitio ex natura rei quàm operatio naturalis: ſequitur quod habens ſummam gratiam haberet ſummum characterem: quia habens aliquam formam in ſummo, habet etiam eius diſpoſitionẽ in ſummo, hoc eſt falſum, nam Chriſtus nullũ characterem habuit; & tamen habuit gratiam in ſummo.

Reſpondeo. Negatur antecedens eſt enim inconueniens quod aliquid ſit diſpoſitio ad gratiã, quod poteſt eſſe ſubiectiuè in lapide; cuiuſmodi eſt ablutio aquæ. Ad probationem negatur conſequentia. Vbi ſciendum quod duplex eſt diſpoſitio. Vna eſt conuertibilis cũ forma, ad quam diſponit ſic. ſ. quod forma non poteſt haberi ſine ea, nec econtra: & in his habens formam in ſummo habet diſpoſitionem in ſummo, huiuſmodi diſpoſitio non eſt character reſpectu gratiæ, ſed eſt diſpoſitio non conuertibilis: quia ſine charactere gratia haberi poteſt: vt fuit in Chriſto 3. parte, q. 63. art. 5. Item character non diſponit proximè ad gratiam: ſed ad actus ſpirituales, vbi 2. artic. 4. ad 1. Itẽ characterem non habebant antiqui patres licet haberent gratiam, 4. ſen. diſt. 4. q. 1. art. 4. q. 1. Item poteſt in aliquo eſſe gratia, antequam character: vt patet in adulto contrito, & nondum baptizato: quia licet character ſit diſpoſitio dicens eſſe poſitiuum, neceſſarium ad gratiam: non tamen excludit eſſe priuatiuum: puta remotionem fictionis & impedimenti aut peccati mortalis: imo ſtat cum illo.

Ex quo patet quòd character non eſt adæquata diſpoſitio ad gratiam, quia adæquata diſpo-

Digitized by Google

diſpoſitio requirit duo, ſcilicet eſſe poſitiuum neceſſarium ad formam: & remotionem om nis impedimenti: vt dicitur à S D. 4 ſen diſt. 4. q. 3. art. 2. q. 2. Et ſi quæratur in quo eſt ſubiectiuè illa virtus collata verbis Sacramentalibus: dicitur quòd eſt vno modo in vocibus & ſonis, ſcilicet immediatè: & mediatè eſt in ſubiecto, in quo eſt vox & ſonus.

*Conclusio IV.* In Sacramentis nouæ legis eſt aliqua virtus cauſatiua gratiæ, 4. ſen. diſt. 1. q. 1. art. 4. q. 2. probatur ſic. Sacramenta nouæ legis agunt inſtrumentaliter reſpectu gratiæ, ergo habent aliquam virtutem actiuam.

Contra arguit Duran. primò. Nulla virtus ſpiritualis poteſt eſſe ſubiectiuè in corpore, ſed Sacramenta ſunt res corporeæ, ergo in eis non eſt virtus ſpiritualis.

Reſpondeo, virtutem ſpiritualem eſſe in corpore, contingit dupliciter. Vno modo intentionaliter & ſecundum eſſe fluens; & ſic negatur maior, hoc autem modo virtus Sacramentorum; quæ eſt ſpiritualis per eſſentiam eſt in Sacramentis, 4. ſenten. vbi ſuprà ad 4. & q. 4. Alio modo ſecundum eſſe permanens; & ſic conceditur maior: ſed non eſt contra concluſionem.

¶ Secundò. Qua ratione eſſet virtus in verbis: eadem ratione eſſet in miniſtro, hoc eſt falſum; quia ſequitur quamlibet eſſe imperfectam, cũ nunquam ſint plures virtutes ad vnum effectum; nec quia nulla eſt ſufficiens.

Reſpondeo, quod illa virtus eſt in omnibus completè; in ſingulis autem incompletè, 4. ſen. diſt. 1. q. 1. art. 4. q. 2. ad 5. Nam omne agens agit per vnicum inſtrumentum; tunc virtus inſtrumentalis completa ſecundum eſſe eſt in illo ſimplex; & non compoſita ex partibus diuerſarum rationum, ſed vbi concurrunt diuerſa inſtrumenta, oportet totalem virtutem componi ex partibus diuerſarum rationum, & ex multis virtutibus incompletis; ſic autem eſt in Sacramentis.

Tertiò. Nullum inſtrumentum agit in aliquam materiam, niſi exercendo in cauſa ſua naturalem operationem, ſed Sacramenta cum ſint corpora, non poſſunt naturaliter agere in anima, ergo nihil cauſant etiam inſtrumentaliter in anima.

Reſpõdeo. Negatur maior: ſed ſufficit, quòd agat circa idem ſuppoſitum, ſic eſt in propoſito. Aqua enim agit naturaliter, & ſupernaturaliter circa hominem; & in virtute propria, & in virtute Dei; non tamen oportet quòd virtute propria agat circa illam partem, circa quam agit virtute Dei; ſed circa animam S. D. de veri. quæſt. 27. art. quarto ad 11.

Quartò arguit, quòd nullum inſtrumentum recipiat virtutem aliquam à principali agente. Omne inſtrumentum vel eſt coniunctum, ſicut calor naturalis dicitur inſtrumentum animæ vegetatiuæ; aut eſt ſeparatum; ſicut dolabra dicitur inſtrumentum artificis, ſed nullum iſtorũ recipit aliquam virtutem, ergo maior nota. minor probatur. Inſtrumentum ſeparatum recipit tantum motum localem; ſed per motum localem nulla virtus acquiritur. Item de coniuncto, probatur ſic, ſi inſtrumentum coniunctum recipit aliquam virtutem, ergo; & illa aliam, & ſic in infinitum.

Reſpondeo. Negatur minor pro vtraque parte, nam Philoſophus, 8. phyſi. & Com. com. 10. & 3. de anima, com. 65. dicunt, quòd quando vna pars aquæ mouet, & illa aliam; ſecundũ mouens habet à primo, non ſolum motum localem, ſed etiam virtutem mouendi, per motũ etiam localem acquiritur aliqua forma, ſcilicet ipſum vbi; & quandoque impetus ſicut cũ graue deſcendit; continuè velocitat motum ſuum. Et dato, quòd nulla forma acquiratur per motum localem; poteſt tamen cum eo acquiri. Et ſic virtus acquiritur inſtrumento ſeparato per quendam influxum artis in manum & in inſtrumentum; qui influxus non eſt propriè mutatio Phyſica. de potentia Dei, quæſt. 5. artic. octauo.

¶ Dico ſecundò, quod agens primarium influit in ſecundarium, ſiue ſit coniunctum, ſiue ſeparatum, nam agentia naturalia inferiora præter proprias virtutes naturales accipiunt virtutem actiuam inſtrumentalem in corpore cœleſti, 1. par. q. 115. art. 3. ad 2. Item magnes influit virtutem motiuam ferro; vt dicit Commen. 7. phy. com. 10. Et animal vel plãta influit ſemini ſuam virtutem, de poten. q. 3. art. 9. & 11. ad 5. Et ſenſibilia imprimunt medio intentiones formarum ſuarum; quarum virtute medium mouet ſenſum; vt patet 7. phyſi. commen. 12.

¶ Dico tertiò, quod inſtrumentum coniunctum accipit à principali agente, puta calor naturalis ab anima recipit non aliquam qualitatem diſtinctam ab ipſo eſſentialiter, ſed hoc quòd eſt eſſe diſtinctum ab alijs caloribus ſpecificè.

Vel dicendum, quòd accipit aliquam qualitatem; quæ qualitas eſt calori animalis ſuperaddita: ſicut calor cœleſtis incluſus in ſemine concurrens ad generationem animalis, nec ſequitur proceſſus in infinitum, quia illa virtus continet virtute totam ſpeciem animæ vel animalis; non autem ipſe calor elementaris. Quod autem in Sacramentis ſit virtus; patet ex auctoritatibus quas Gratianus adducit 1. q. 1. c. detrahe. Et Io. 3. niſi quis renatus fuerit

rit ex aqua,&c.nam ly ex; non dicit tantum habitudinem cauſæ,ſine qua, niſi valdè abuſiuè.

Contra eandem arguit Scotus; aut illa virtus eſt ibi diuiſibiliter;aut indiuiſibiliter, non primum;quia eſſet extenſa;quod repugnat formæ ſpirituali,non ſecundum; quia eſſet tota in toto,& tota in qualibet parte; quod conuenit tantum animæ intellectiuæ.

Reſpondeo. Quod eſt ibi indiuiſibiliter. Ad improbationem dico, quòd licet inter formas perficientes materiam per modum entis completi,ſola anima ſit tota in qualibet parte; tamen multæ formæ ſe habentes per modum entis incompleti,& intentionis fluentis, poſſunt illo modo perficere ſubiectum corporeũ. Iſta autem virtus durat tantum per inſtantis temporis continui,ſcilicet per vltimum inſtãs, in quo terminatur prolatio verborum. Hæc autem virtus data fuit rebus Sacramentalibus inchoatiuè, quando Deus inſtituit Sacramenta;completiuè vero, quando applicantur ad vſum.

Secundò Inſtrumentum artificiale non eſt actiuum, ergo nec Sacramenta agunt tanquã inſtrumenta. Antecedens probatur,nam ſerra non habet niſi quantitatem,& figuram, & motum; ſed nullum iſtorum eſt actiuum. Aliter mathematica non abſtraheret à motu.

¶ Reſpondeo. Negatur antecedens. Ad probationem negatur maior; vt ſuprà dictum eſt;quia dum mouetur ab artifice habet in ſe virtutem & formam artis intentionaliter, negatur etiam minor;quia licet forma & figura non ſint actiuè primò & per ſe reſpectu naturalium tranſmutationum; tamen non omnino per accidens ſe habent ad illas, 1.parte, quæſt. 78.articul tertio ad 3.& Philoſophus, 4. cœli com.vltimo,& ibi Albertus. Ad probationem dictæ minoris negatur conſequentia;quia licet talia per ſe faciant ad motum, non tamen primo;ſed ſolum ex adiunctione qualitatum actiuarum. Clarum eſt enim quod velocius mouetur corpus acutum quam obtuſum.

Contra eandem arguit Aureo. quærendo quomodo ſit iſta virtus, & quid cauſet in Sacramento matrimonij:cum reſpondetur;quòd eſt ſubiectiuè in verbis,vel in aliquo ſigno çqui pollente verbis,qualecunque ſit illud;& hoc ſi tale matrimonium ſit Sacramentum nouæ legis,quia alias non oportet. Cauſat autem in contrahentibus diſpoſitionem ad gratiam, & obligationem mutuam, quç eſt quid reſpectiuum,& poteſtatem vtendi corpore coniugis: qui non eſt ſolum reſpectus,aut ſi ſit ille poteſt conſequi aliquem motum, & ideo reſpectu illius poteſt poni virtus actiua, de quo alias dicetur.

Demum arguit Scotus contra quædam exempla; quæ ponit S.D in declaratione concluſionis;cuius argumentum non pono; tum quia non ſemper ponimus exempla quod ita ſit,tum quia aſſumit Scotus manifeſtè falſa; quorum potiſſimum eſt quòd impoſitio vocũ non poteſt eis dare aliquam formam abſolutã; quod negatur loquendo de formis,habentibus eſſe intentionale. Vox enim habet virtutem excitandi audientem; vt reducat ſe de actu primo in actum ſecundum, ſcilicet ex conceptu, quem habet in actualem conſiderationem, & habet vim cauſatiuam mediatè vel immediatè alicuius conceptus,ſiue ſint rei, quam ſignificat. Aliter vnus homo non poſſet dici doctor alterius.

## QVAESTIO II.

1.*Diſtinctio* 4.*Sent.*

QVæritur ſecundò.Vtrum Sacramenta veteris legis conferrent gratiam.

PRO deciſione quæſtionis hæc eſt prima concluſio. Sacramenta veteris legis non conferebant gratiam ex aliqua virtute eis inhærẽte. Hanc probat S.D.3.parte, q.62. art.6. Sacramenta veteris legis non agebant in virtute paſſionis Chriſti;quæ nondum erat; ergo non cauſabant gratiam per virtutem eis inhærentem.

Sciendum tamen,quòd in circunciſione cõferebatur gratia, licet non ex virtute ſibi inhærente,ſed ex pacto diuino;vnde erat cauſa ſine qua non. In alijs autem ſacramentis non conferebatur æqualiter gratia;licet deuota eorum ſuſceptio eſſet meritoria accedentibus cum charitate.

Corollarium. Sacramenta nouæ legis ſunt digniora veteribus,probatur. Iſta habent virtutem ſibi inhærentem; vt patet in præcedenti quæſtione;illa autem non habebant, ergo ſunt digniora hæc illis.

Contra arguit Aureolus.Illa inſtrumenta ſunt æqualis nobilitatis quæ ſunt æquè vtilia, ſed ſacramenta noua & vetera, ſaltem circunciſio,ſunt inſtrumenta ad gratiam & æquè vtilia,ergo. Maior patet minor probatur;ex omnibus ſacramentis,ſequitur idem effectus, ſcilicet gratia per te licet alio & alio modo, ergo ſunt æquè vtilia,patet conſequentia, quia vtilitas ſumitur penes effectum,& non penes modum agendi.

Reſpondeo. Negatur minor. Vbi ſciendum; vt dicit S.D. prima parte, quæſtio.5. articulo ſexto,

Digitized by Google

ſexto. ad ſecundum. quòd nihil dicitur vtile, niſi ducat in alterum, & conſequenter ſit cauſa aliqualiter effectiua, vel diſpoſitiua illius, ad quod ducit, cum autem ſacramenta veteris legis nihil efficiant ad gratiam; ideò non dicuntur vtilia, quia tamen in veteri lege ex pacto diuino non dabatur gratia, niſi circuncideretur, ſumptio circumciſionis erat vtilis, non autem ipſa circunciſio. Ad probationem minoris negatur conſequentia, quia nihil dicitur vtile, eo quòd ad ipſum ſequatur aliud niſi habeat ſuper ipſum aliquam cauſalitatem. Admiſſo ét, quòd antiqua ſacramenta conferrent gratiam, adhuc noua ſunt eis nobiliora, quia in aliquibus iſtorum confertur character, qui in nullo eorum conferebatur.

*Concluſio II.* In circunciſione conferebatur gratia, licet non virtute circumciſionis. Hãc probat tertia parte, quæſt. 71. art. 4. Illud ſacramentum, in quo deletur peccatum originale, & dantur effectus gratiæ poſitiui, ſcilicet facere dignum vita æterna, & priuatiui, ſcilicet culpæ, & etiam reatus, confert gratiam ſaltem tanquam cauſa ſine qua non, ſed circumciſio erat huiuſmodi: ergo.

Contra probationem arguit Scotus quòd Deus poteſt delere culpam originalem ſine gratiæ infuſione. Vnumquodque remouetur à ſubiecto per omne, quòd ſibi repugnat, ſed culpæ repugnat non ſolum gratia, ſed etiam rectitudo naturalis: ergo per rectitudinem naturalem remouetur culpa. Tunc vltra, ſed Deus poteſt cauſare in aliquo rectitudinem naturalẽ ſine gratia, vt patuit in Adam: ergo in tali erat remota culpa ſine gratia.

Reſpondeo. Et dico duo. Primò quòd natura humana abſolutè conſiderata poteſt eſſe ſine gratia, & ſine culpa, ſicut forte fuit Adam, quem aliqui dicunt fuiſſe creatum in puris naturalibus, & ſic inter ſtatum gratiæ, & ſtatum culpæ mediat ſtatus naturalis rectitudinis, de verit. quæſt. 28. art. 2. ad 4.

¶Dico ſecundò, quòd poſt culpam gratia, & culpa ſunt oppoſita immediata, cùm autem cõtrariorum immediatorum ſi vnum abijcitur, aliud adueniat, idcircò non poteſt poſt peccatum ab aliquo remoueri culpa niſi gratia infũdatur 4. ſent. diſt. 17. quæſt. prima, art. 3. quæſt. prima, ad ſecundum.

Contra hanc reſponſionem arguit ſic. Rectitudo naturalis eſt eiuſdem rationis ante culpam, & poſt, ſed ante culpam Deus potuit eam cauſare in aliquo ſine gratia: ergo & poſt, tenet conſequentia, quia formæ eiuſdem rationis habent eandem reparabilitatem.

Reſpondeo, primo negatur conſequentia. Ad probationem negatur aſſumptum, nam vita eſt eiuſdem rationis ante mortem, & poſt, & tamen poteſt ante mortem naturaliter cauſari, non autem poſt, vt dicitur 8. Metaph text. 11. Forma enim aliquam partibilitatem habet ex eo, quod ſuum oppoſitum, vel priuatio præceſſit in eodem ſubiecto, maximè quando talis priuatio non ſolum dicit priuationem, ſed etiã inhabilitatem ſubiecti ad talem formam, tunc enim forma non poteſt reparari, niſi ſubiectũ prius habilitetur: ſic eſt in propoſito. Nam culpa dicit negationem rectitudinis naturalis in anima, & cum hoc tria indiſponentia animam ad ipſam, ſcilicet auerſionem à Deo, offenſam Dei, & reatum pœnæ, niſi illa remoueantur vniri non poteſt.

Secundò, omnem formam abſolutam quã Deus poteſt in homine creare, poteſt etiam reparare non cauſando aliam præter ipſam, quia culpa non facit hominem incapacem illius, cuius ante fuit capax, ſed poteſt creare in homine rectitudinem naturalem, quæ eſt forma abſoluta ſine gratia: ergo.

Reſpondeo, primò negatur maior. Ad probationem dico, quòd licet culpa non faciat naturam omninò incapacem, facit tamen, quòd non ſit capax immediatè illius, cuius ante fuit capax immediatè, & ſic poſt culpam non eſt capax rectitudinis naturalis immediatè, ſed ſolũ mediante gratia.

¶Dico ſecundò, quòd rectitudo naturalis tripliciter accipitur. Vno modo dicit præciſè aliquid abſolutum in anima ante peccatum Adæ. Secundò præter illud abſolutum dicit etiam negationem omnis culpæ. Tertiò præter hæc duo dicit etiam negationem omnis ſequelæ peccati, ſiuè illud ſit macula, ſiuè reatus, ſiuè offenſa Dei, huiuſmodi primo modo poteſt poſt culpam à Deo reparari ſine infuſione gratiæ, & de hac probat argumentum Scoti, non autem ſecundo, & tertio modo.

Aureolus arguit contra quoddam dictum ſanct. Doct. præſenti diſtinctione quæſt. 2. art. 4. quæſt. 2. ſcilicet quod eſt differentia inter Baptiſmum, & Circunciſionem, quia Baptiſmus prius delet culpam quàm obligationem ad pœnam, Circunciſio autem econtra.

Contra obligatio ad pœnam eſt propter culpam, vt propter cauſam propriam, ergo non prius remouetur obligatio quàm culpa, ſicut medicus prius remouet cauſam morbi quàm morbum.

Reſpondeo, quòd ille ordo eſt ordo rationis, vel figurationis voluntariæ à Deo inſtitutuæ. Tunc ad argumentum negatur conſequentia, quia cauſalitas medici reſpectu morbi, & Dei reſpectu culpæ eſt realis, imò prius delet culpam quàm tollat reatum, cauſalitas Circunci-

ciſionis eſt tantum ſignificatiua, & non effectiua, non eſt autem inconueniens, quòd aliquid prius ſignificat effectum quàm cauſam.

Durandus arguit, quòd peccatum, & gratia non opponantur priuatiuè, ſed demeritoriè, quia, ſcilicet ex peccato quis meretur priuari gratia, nec Sanct. Doct. dicit quòd peccatum ſit formalitèr priuatio gratiæ, licet includat talem priuationem.

Sciendum autem, quòd licèt Sanct. Doct. aliquandò videatur dicere, quòd in Circunciſione conferebatur gratia ex virtute ei inhærente, tamen oppoſitum determinat tertia parte, vbi ſuprà, dicens, quòd conferebatur gratia ſolum ex diuina virtute concomitante. Vnde non dicit, quòd per eam daretur gratia, ſed quòd in ea dabatur, quia, ſcilicet erat ſignum, & non efficiēs niſi ſicut cauſa ſine qua non.

## QVAESTIO III.

### 1. *Diſtinct.* 4. *Sent.*

Qværitur tertiò, vtrum Sacramenta veteris Legis poſſint poſt paſſionem Chriſti ſine peccato mortali obſeruari.

*Concluſio I.* Sacramenti veteris Legis, & cæremoniæ legales ceſſauerunt, quòad vim obligandi, & quòad vtilitatem in aduentu Chriſti. Hanc probat Sanct. Doct. præſenti diſtin. quęſt. 2. artic. 5. quæſt 2. auctoritate Apoſtoli ad Hebræos 7 & ad Gal. 3. & 4.

*Concluſio II.* Sacramenta legalia non poſſunt nunc obſeruari ſine peccato mortal. Hanc probat vbi ſuprà quæſt 3. auctoritate Auguſtini, & Hieronymi, & prima ſecundæ, quæſt. 103. artic. 4.

Contra vtramque arguit Scotus, quòd Iudęi poſt Paſſionem Chriſti vſque ad Aſcenſionem tenebantur Circuncidi ſicut, & ante. Primò vnuſquiſque tenetur ad obſeruandum legem, cuius reuocatio nondum eſt promulgata, ſed pro illo tempore non erat promulgata reuocatio veteris legis, cum Apoſtoli nondum prædicaſſent Baptiſmum: ergo, &c.

Reſpondeo primò, quòd lex vetus reuocata fuit in Chriſti paſſione, quando dixit, conſummatum eſt, vt dicit Sanct. Doct. prima ſecundę quæſt. 103. artic. 3. Et Hieronymus, & Auguſtinus, & ſic non obligauit poſtea quempiam ex vi præcepti ſicut ante.

¶ Dico ſecundò quòd licet Iudæi poſt Chriſti paſſionem non obligarentur ad legalia ex vi præcepti, obligabantur tamen ex quadā conſcientia erronea, qua credebant Circunciſionē adhuc obligatoriam, conſcientia autem erronea ligat, vt dicit Sanct. Doct. prima ſecundæ, q. 19. art. 5.

¶ Dico tertiò, quantum poteſt elici vbi ſupra, art. 6. quod illi Iudæi qui ignorabant inuoluntariè tempus ceſſationis legalium, & obligationis baptiſmi, excuſabantur à peccato obſeruando legalia, non autem illi, qui voluntariè ignorabant.

¶ Dico quartò, quòd ante publicationem Euangelij non tenebantur ad Baptiſmum, quia lex non obligat, niſi quando eſt promulgata, vt dicit Sanct. Doct. prima ſecundæ, quæſt. 90. artic. 4.

Ad argumentum negatur maior, ſi intelligitur de obligatione, quæ eſt ex vi præcepti, de qua obligatione intelligitur concluſio. Si verò loquimur de obligatione, quæ eſt ex conſcientia erronea, conceditur totum, ſed non eſt contra nos.

Sed contra, lex non habet vim obligandi ante promulgationem: ergo non perdit vim obligandi, antequam promulgetur reuocatio eius.

Reſpondeo, negatur conſequentia, quia & conſtitutio legis, & promulgatio requiritur ad hoc, quòd liget: ſola autem reuocatio ſufficit ad hoc, quòd non liget, tenetur tamen ſubditus eā ſeruare donec conſtet de reuocatione, licet nō ex vi præcepti, ſed ex conſcientia.

Secundò. Nunquam relictus eſt homo ſine certo remedio, ad quod obligabatur, ſed pro illo tempore non habebant aliud remedium niſi circunciſionem: ergo.

Reſpondeo, negatur minor, quia certum remedium eo tempore erat fides parentum, à quo ſola erat tota vtilitas circunciſionis 3. part. quæſt. 70. artic. 4 ad ſecūdum, & hæc fides proderat paruulis, eo tempore cum exteriori proteſtatione, quam faciebant, ſe circuncidendo, & licet illa proteſtatio eſſet falſa, quia iam ceſſauerat circumciſio, proderat tamen. quia in hoc exiſtimabant ſe obedire Deo, vt patet in ſimili 3. ſent. diſt. 24. q. 1. art. 1. q. 3. ad 4.

Sed contra, fides eorum erat falſa, quia exiſtimabant Chriſtum non veniſſe: ergo non proderat eis.

Reſpondeo. negatur antecedens, nàm fides eorum erat, quòd Chriſtus aliquando veniret, vel ante, vel tunc, vel poſt. Illa autem exiſtimatio falſa, qua credebant Chriſtum nondum veniſſe, non procedebat ex habitu fidei theologicæ 2. q. 1 ar. 3. ad 3.

*Concluſio III.* Sacramenta legalia non poſſunt nunc obſeruari ſine peccato mortali. Hāc probat præſenti diſtinct. q. 2. art. 5. q. 3. auctoritate. Hieronymi, & Aug.

Contra arguit Scotus. Paulus obſeruauit legalia poſt diuulgationem Euangelij, & non peccauit, vt patet: ergo etiam nunc hoc licet facere, conſequentia patet, antecedens etiam patet

Actorum

Actoru̅ 21. quando purificatus ſecundum lege̅, aſcendit in templum. Iſtud autem fuit primo anno Neronis, qui regnare cœpit anno vigeſimo poſt Paſſionem Chriſti, in viginti autem annis erat diuulgatum Euangelium: ergo, &c.

Reſpondeo, vt habetur ex gloſ. actoru̅ 21. quòd duplex fuit Euangelij publicatio. Prima quidem imperfecta, qua, ſcilicet per Apoſtolos, vel alios prædicati ſunt articuli Fidei, & de iſta conceditur antecedens, ſed negatur conſequentia. Alia fuit perfecta, qua, ſcilicet non ſolum prædicata ſunt ſupradicta, ſed etiam inutilitas legalium, & quòd erant mortifera, & ſic negatur antecedens, & hæc perfecta publicatio nondum erat facta, quando Paulus ſeruauit legalia.

*Concluſio IV.* Baptiſmus non erat de præcepto ante paſſionem Chriſti. Hanc probat ſic 4. ſentent. diſtinct. 2. quæſt. 1. artic. 4. quæſt. 3. Ante paſſionem Chriſti ſacramenta legalia obligabant: ergo non Baptiſmus, tamen conſequentia, quia obligatio vnius tollit obligatione̅ alterius.

Contra arguit Scotus, quòd ſi ante paſſione̅ Baptiſmus fuit de conſilio, quòd circuncisio non fuerit ſub præcepto. Primò conſilium de vno facit aliud non eſſe neceſſarium: ergo ſi Baptiſmus fuit de cõſilio, circuncisio non fuit neceſſaria.

Reſpondeo, conceditur antecedens de illis præceptis, quæ ſunt de oppoſitis actibus, ſicut ſi eſt conſilium de virginitate non eſt præceptu̅ de matrimonio, ſed tunc negatur conſequentia, quia Baptiſmus, & circumciſio non ſunt oppoſita, ſed negatur antecedens de præceptis ſe habentibus, vt perfectum, & imperfectum, nam conſilia de perfecta charitate habenda non tollit præceptum de qualicunque charitate habenda, ſic eſt etiam in propſito.

Secundò: ſi ante Chriſti paſſionem aliquis pater ante octauum diem baptizaſſet filium, ille filius ſi tunc fuiſſet mortuus, fuiſſet ſaluus: ergo non erat neceſſaria circuncisio.

Reſpondeo, negatur conſequentia, quia non dicimus circuncisionem tunc fuiſſe neceſſariam, quaſi quod ſine ea non poſſet deleri peccatum originale, ſed quia eam non obſeruare, erat peccatum mortale, & ideò licet in illo caſu pater prouidiſſet filio de remedio efficaci non tamen ipſe obſeruaſſet præceptum, & ideò peccaſſet mortalitèr, niſi circumcidiſſet puerum octauo die, ſi ſuperuiueret, vt patet in ſimili 3. p. q. 68. art. 1. ad tertium.

*Concluſio V.* Sacramenta nouæ Legis conferunt gratiã alterius rationis, quàm ſit gratia donorum, & virtutum. Hanc probat 3. p. q 62. art. 2. & 4. ſentent. diſtinct. 1. q. 1. art. 4. q. 5. Primo ſic. Illa ſunt diſtincta quorum vnum poteſt eſſe, altero non exiſte̅te, ſed in ſãctificatis in vtero eſt gratia gratum faciens, & virtutes, & dona non autem gratia ſacramentalis: ergo.

Secunda ratio. Virtutes, & dona ſunt connexa, non autem gratiæ ſacramentales: ergo ſunt diſtinctæ, conſequentia patet. Sed pro notitia vtriuſque partis antecedentis, eſt notãdu̅, quòd gratia gratum faciens naturalitèr efficit virtutes, & dona tanquam eorum cauſa totalis, & ideò non poteſt in aliquo eſſe gratia ſine virtutibus, ipſa autem gratia non eſt totale productiuum gratiarum ſacramentalium, ſed ad hoc concurrunt effectiuè ſacramenta, & quia ſacramenta non ſunt connexa, ideò à gratia gratum faciente non ſimul producuntur omnes gratiæ ſacramentales, ſed vna in Baptiſmo, & alia in pœnitentia, & ſic de alijs.

Corollariu̅. Gratiæ ſacramentales non ſunt eiuſdem ſpeciei, probatur, quia ſequitur quòd omnem gratiam ſacramentalem, quàm infundit pœnitentia infunderet Baptiſmus, & ſic de alijs, & ſic æquiualeret contrito ſuſcipere matrimonium ſicut pœnitentiam.

Tertia ratio. Sacramenta ordinãtur ad ſpeciales actus diſtinctos ab actibus virtutum, & donorum: ergo infundunt ſpeciale principium talium actuum, ſed illud principium eſt gratia: ergo, &c.

Contrà arguunt quidam, quos recitat Petrus de Palude quinque medijs, quorum omnium iſta eſt vis, per idem perficitur potentia, & remouetur perfectio eius, ſed virtutes perficiunt potentias animę: ergo remouent eorum imperfectiones, tunc vltra Sacramenta non dãtur niſi ad remouendas imperfectiones potentiarum: ergo nõ conferunt gratiã diſtinctã à virtutibus.

Reſpondeo primò, quòd gratia non immediatè perficit potentias animę, ſed efficit proxima perficientia, & tollentia defectum potentiarum, & proxima elicitiua actuum, huiuſmodi autem ſunt virtutes & gratię ſacramentales, ideò pręter gratiã iſta requiruntur.

Dico ſecundò, quòd cum ex actibus cognoſcantur eorum principia, ideò ad cognoſcendu̅ diſtinctionem virtutum, & gratiarum ſacramẽtalium oportet videre, ad quos actus hæ, & illę ordinantur.

¶ Sciendum igitur, quòd in eo in quo eſt gratia ſunt etiã virtutes, & ex conſequenti poſſunt eſſe eorum actus, puta fortitudinis, temperantię, & huiuſmodi, ad quos virtutes ordinantur. Baptiſmus quidem ad ſpiritualem generationem, ordo ad exercendos actus publicos in vita Chriſtiana, matrimonium ad hoc quod vnuſquiſque ſciat ſuum vas poſſidere, & ſic de alijs, vt dicit s. Doct. 3. p. q 69. art. 1. ordinãtur etiã ſacramenta ad tollendum alios defectus,

Rrrr 2 quàm

Digitized by Google

quàm illi qui tolluntur per virtutes, quod patet. Nam in eo qui habet gratiã, & virtutes ẽt intensè poteſt ſtare veniale peccatũ, & hoc tollitur per ſacramentũ pœnitẽtiæ. Poteſt erubeſcentia confitendi nominis Chriſti, & hoc tollitur per confirmationẽ, & ſic de alijs. Ad argumentum igitur negatur vltima conſequentia; quia Sacramẽta ordinãtur ad alios actus quàm virtutes, & ad tollendum alios defectus.

¶ Dico tertiò, quòd in aliquo non poteſt eſſe gratia ſacramentalis in quo non eſt gratia, nec virtutes, ſicut patet de illo, qui nec attritus, nec contritus, licet tamen non fictè baptizatur.

Sed dubium eſt, quid ſit gratia ſacramentalis, Capræolus dicit, quòd non eſt aliud niſi character, vel ornatus, nec aliam ponere oportet præter characterem., & ornatum per modum actus primi, vel habitus quicquid ſit de actibus ſecundis.

*In hac prima Diſtinctione quarti Sententiarum, & 3. quæſtionibus ſequentibus confutantur hæreſes damnatæ, vt in noſtro Commenntar. in text. Magiſtri, & confutantur etiam hæreſes, quæ ſunt in Abecedario, & in Ethimologijs hæreſum, & confutantur ſimilitèr Idolatria, vt in Abecedario Idolorum in principio, vide ibi lit.* C.G.L.S. *& V. ac etiam confutantur falſæ Theologię Fænicum, Egyptiorum, Gręcorum, Atlanticorum, Frigiorum, Gentium, &c. ab Euſebio in primo, ſecundo, tertio, & quarto libro de præparatione Euangelica contra Theologiam fabuloſam Poetarum antiquorum.*

*Ex concluſionibus, probationibus, & ſolutionibus argumentorum Capræoli ſoluuntur argumenta Vulpes, & aliorum recentiorum facilè, vt facit Ariſtotelis ad argumenta Antiquorum, quod veritatis cognitio dubiorum eſt ſolutio, & cum Cardinali Bellarmino dicente in libro de Scriptoribus Eccleſiaſticis de Ioanne Capræolo, quòd Ioannes Capræolus ſit defenſor Egregius Sancti Thomę, & optimè diſſoluit omnia argumenta aduerſariorum: dicunt verba formalia Bellarmini, ergo ſi optimè diſſoluit per Bellarminum, ſunt ſoluta argumenta cum his doctrinis hic: Sicut ſoluit Ariſtotelis contra antiquos dicendo in 3. de Cœlo, & in 3. Metaphiſic. veritatis cognitio, dubiorum eſt reſolutio*

*Reſpondetur ſecundo cum Cardinali Sarnano Franciſcano doctiſſimo, cum 111 concordantiæ, & ſimilitèr cum concordantia Bonæherbæ.*

*Reſpondetur tertio cum Petro de Bergamo, & Bartholomæo Spina dicentibus in tabula Sancti Thomæ, quod qui ſcit totam Logicam Sancti Thomę, Philoſophiam etiam moralem; totam Metaphyſicam Sancti Thomæ, & totam eiuſdem Theologiam, nullum poteſt facere argumentum contra Sanctum Thomam, & ideo ſubdit, quod iſti recentiores ſtudent tantummodo articulo, ſuper quem componunt, & non habent in mente omnia Opera Sancti Thomæ loquentis præſuppoſitiuè, præſupponendo omnia ſupradicta, & dicendo, quæ propter prærumpunt in verba in tantum Magnum Doctorem nullo modo applicanda, quod Sanctus Thomas contradicat ſibi ipſi, & ideo Cardinal. Sarnanus, quia ſciebat totum Sanctum Thomam concordauit ſimilitèr, etiam Ioannes Caprçolus ſoluit argumenta aduerſariorum, cum locis Sancti Thomæ, quia totum in mente habebat Sanctum Thomam, & ideo Bellarm. dicebat bene omnia ſoluere Caprçolum.*

*Argumenta vero Vaſquez, Valentię, Molinæ, Suarez, &c. quia colliguntur; & ſoluuntur, clarè, diſtinctè, & breuitèr à Ripa, à Nazario, à Conſales, à Nauarretto, à Zenardo, & præcipuè à Montagnolo, in tertia parte Sancti Thomæ, quæſtione 62. de effectu principali Sacramentorum, qui eſt gratia ideo vide ibi.*

*Vide noſtram expoſitionem Petri Lombardi aperientem mentem huius materiæ, vt in folio 72. hic, et infra pro 3. reſponſione Vulpes. Ac etiam vide 1. 2. et 3. folium pro reſponſione quarta, quinta, et ſexta ad argumentum eiuſdem Vulpes.*

*Reſpondetur ſeptimo declaratione Scoti, & Sancti Thomæ per Radam Franciſcanum hic declarantem S. Thom.*

*Loca Sacræ Scripturæ hic, et infra à Salmerone, Emanuel Sa, à Toleto, à Prierio, Vegha, à Poſſeuino, à Salian, Torello in annalibus à creatione Mundi, quę videntur repugnare aliquomodo Thomiſtis, quia ſunt concordata à nobis in fine noſtrę expoſitionis totius Bibliæ, & in Anatomia Biblię impreſſa, ideo vide ea illic.*

*Reſponſione apparente contradictiones Vulpes vide in fine huius quarti.*

## DISTINCTIO II. III. ET IV.

### *Quæſtio 1.*

CIRCA 2. 3. & 4. Diſtinctionem, quæritur. Vtrum Baptiſmus imprimat aliquem characterem in anima.

Pro reſponſione quęſtionis hic eſt prima concluſio. Aliqua Sacramenta nouę

Legis

Digitized by Google

Legis imprimunt characterem. Hanc probat Sanct. Doct. præſenti diſtinct. quæſt. 1. art. 1. ſic Sacramenta nouæ Legis homo deputatur ad ſpiritualem militiam: ergo debet aliquo charactere inſigniri.

*Concluſio. II.* Licet character connotet reſpectum, tamẽ ſignificat formam abſolutam, primam partem probat vbi ſupra character eſt ſignum diſtinctum, & configuratiuum ergo dicit reſpectum ad ſignificatum, & ad ea à quibus diſtinguit, & quibus configurat, ſecunda pars probatur vbi ſuprà. Nulla relatio nouiter aduenit ſine nouitate alicuius abſoluti: ergo non aduenit reſpectus, quem connotat character ſine nouitate abſoluti.

Secundò. Nulla relatio poteſt fundari in relatione: ergo reſpectus, quem connotat character, non fundatur in reſpectu, ſed in abſoluto, ſed non fundatur immediatè in forma ſubſtantiali, quia tales formas non dant ſacramẽta: ergo in forma abſoluta accidentali, quam importat character, antecedens, probatur, ſi relatio realis fundatur in relatione, erit proceſſus in infinitum,

Contra primam partem concluſionis arguit Scotus. In diffinitione characteris ponitur reſpectus ſcilicet ſignum: ergo non eſt forma abſoluta.

Reſpondeo, negatur conſequentia, quia in deſcriptione entis abſoluti connotantis reſpectum poteſt poni reſpectus, vt patet de omnibus relatiuis ſecundum dici, vt dicit Sãct. Doct. de verit. quæſt. 21. art. 6. nam talia poſſunt diffiniri: ergo ad abſolutum, quod ſignificant, & quòad reſpectum, quem connotant, nam in diffinitione potentiæ actiuæ ponitur principium, cum tamen ipſa ſit ens abſolutum, ita eſt in propoſito, vt dicit Sanct. Doct. tertia parte, quæſt. 63. art. 31.

Secundò. Omnia illa propter, quæ ponitur character poſſunt ſaluari, dato quòd character ſit reſpectus: ergo fruſtra ponitur, quòd ſit forma abſoluta.

Reſpondeo, negatur antecedens, quia character ponitur, vt ſit principium actiuum, vel paſſiuum, relatio autem non eſt principium alicuius actionis.

Tertiò arguit contra primã rationem ſecundæ partis concluſionis. Reſpectus extrinſeci non neceſſariò conſequuntur fundamentum poſito termino, ergo tales reſpectus poſſunt de nouo aduenire ſine nouitate alicuius abſoluti.

Confirmatur. Agentis ad paſſum eſt reſpectus, ſed poteſt aliqud agere dato, quòd agens, vel paſſum nihil abſolutum acquirant ante ipſam actionem: ergo.

¶ Reſpondeo. Primò, vt intelligatur argumentum. Sciendum quòd Scotus per reſpectus intrinſecos intelligit illos, qui neceſſariò conſequuntur fundamentum, poſito termino, ſicut ſimilitudo neceſſariò ſequitur albedinem, poſito alio corpore albo in rerum natura. Reſpectus autem extrinſecos appellat eos, qui non conſequuntur fundamentum, poſito termino, ſicut poſita potentia actiua alicuius agentis; & poſito paſſibili in rerum natura, non conſequitur aliquis reſpectus neceſſariò illam potentiam actiuam, niſi agens agat in paſſum, ſimiliter eſt de vbi, & quando, & habitu.

¶ Dico ſecundò hanc eſſe mentem Sanct. Doct. quod nunquam aduenit nouus reſpectus ſine nouitate circa aliquod abſolutum, quòd ſit vel inhærens, vt albedo, quantitas, & huiuſmodi, vel extrinſecum, vt locus, vel habitus, vel tempus, & huiuſmodi.

Ad argumentum igitur negatur conſequentia, nam vbi nunquam cauſatur de nouo in aliquo corpore, niſi quia requirit nouum locum extrinſecè. In omnibus enim huiuſmodi concurrit aliqua nouitas abſoluti, quòd vel nouiter incipit, aut deſinit, vel nouiter applicatur, vel ceſſat applicari, cui prius applicabatur ſaltem terminus abſolutus, fundamento abſoluto, & econtra, vt elicitur à Sanct. Doct. 2. ſent. diſt. 1. q. 1. art. 5. ad quintum.

Ad confirmationem negatur conſequentia, quia non contingeret actio ſine nouitate alicuius abſoluti circa agens, vel paſſum, puta loci, vel habitus, vel remotionis impedimenti.

Quartò, arguit contra ſecundam rationem, pro ſecunda parte concluſionis, ſimilitudo fũdatur ſuper proportione, & relatio ſigni poteſt fundari ſuper paternitate, & relatio obligationis religioſi, quam habet ad religionem propter votum, non fundatur in aliquo abſoluto: ergo aliquando relatio fundat relationem, & relatio non ſemper fundatur in abſoluto, conſequentia patet. prima pars antecedentis probatur, nam dicit Euclides, 5. Geometriæ, quòd proportionabilitas eſt ſimilitudo proportionum. Secunda pars probatur ſi aliquis videret paternitatem ipſa eſſet ſignum actus generationis. Tertiam non aliter probat.

Reſpondeo. Relatio eſt duplex quædam realis alia rationis, relatio rationis fundari poteſt immediatè ſuper relatione reali, vt dicit S. Doct. de potentia. quæſt. 7. ar. 11. Relatio realis eſt duplex, quædã non eſt de prædicamento ad aliquid, vt ſunt ſex principia, & hęc fundatur in relatione reali alterius generis, .ſ. prædicmenti ad aliquid, vt dicit S. D. in quodã tractatu de relationibus. Relatio autem realis de prædicamento ad aliquid eiuſmodi eſt reſpectus, quẽ connotat character non poteſt ſuper relatione fundari.

¶ Ad

¶ Ad primam probationem antecedentis: negatur conſequentia,quia ſimilitudo proportionum eſt reſpectus rationis.

¶ Ad ſecundam dicitur,quod paternitas nõ eſſet ſignum:niſi ratione fundamenti & termini; ſicut etiam non poteſt videri ex ſe, ſed ex fundamento & termino.

¶ Ad tertiam negatur aſſumptum, quia relatio obligationis fortè fundatur ſuper aliquo abſoluto præſenti vel præterito.ſ.ſuper conſenſu voluntatis ad ſeruiendum Deo, vel fortè eſt reſpectus rationis; licet per eam dicatur quis realiter obligatus; ſicut & Deus dicitur realiter dominus; licet relatio dominij eius ad creaturam ſit rationis.

¶ Dico ſecundò, quod character non dicitur connotare obligationem,ſed configurationem,quæ attenditur in hoc,quod character eſt quædam participatio ſacerdotij Chriſti; vt dicit S.D.tertia parte,quæſtione ſexageſimatertia,articulo tertio, & 5.

Quintò.Contra probationem antecedentis illius ſecundæ rationis arguit; vnum accidens fundatur in alio; & tamen non eſt proceſſus in infinitum;quia deuenitur ad vnum, ſcilicet ad quantitatem,quæ in alio non fundatur, ergo ſi vna relatio fundatur in alia; non erit proceſſus in infinitum.

Reſpondeo.Negatur ſimilitudo;quia vnum accidens non eſt propriè ſubiectum alterius; ſed ſolum ratione ſubiecti,cui vnum immediatius inhæret quàm aliud. Accidens autem, quod fundat relationem, non fundat eam ratione ſubiecti,ſed ſecundum ſe, & ideo ſi contingit vni relationi fundare aliam pari ratione conueniret omnibus.

*Concluſio III.* Illud abſolutum,quòd ſignificat character,eſt potentia. Hanc probat ſic, vbi ſuprà. Quicunque deputatur ad recipiendum vel tradendum dominica miſteria,accipit Potentiam ſpiritualem actiuam vel paſſiuam; Per quam diſtinguitur à non habentibus,& cõfiguratur habentibus: ſed recipiens characterem eſt huiuſmodi;ergo.

Contra arguit Sco. Nihil poteſt agere aut pati baptizatus, quod non poſſit etiam non baptizatus;ergo in baptiſmo non datur aliqua potentia actiua vel paſſiua.

Reſpondeo. Primò,quod dupliciter poteſt ab aliquo eſſe aliquis actus, vno modo ſimpliciter,alio modo ex officio, ſunt autem quædã Sacramenta,in quibus datur principium reſpectu alicuius actionis ſimpliciter,ſicut ſacerdoti datur principium conficiendi; ita quod non ſacerdos nullo modo poteſt conficere, in alijs quibuſdam datur principium ex officio, ſicut ſacerdoti datur principium baptizandi ex officio. Vnde non ſacerdos poteſt quidem baptizare,ſed non ex officio; vt dicit S.Doct.3.parte,q.7.art.5. ad ſecundum.

¶ Secundò negatur antecedens;quia non baptizatus nullum effectum poteſt recipere ab aliquo Sacramento; vnde licet chriſmaretur,nihil efficeret in eo illud Sacramentum; licet aliunde poſſet recipere effectum Sacramẽti.ſ.gratiam puta à Deo;vt dicit S.D.tertia parte,q.73.art.6.

Contra hoc arguit Durandus,ſic. Remoto principio vitæ non remanet principium operationis;ſicut remota anima, non manent potẽtiæ;ſed remota gratia,remanet character;ergo illa ſimilitudo eſt nulla.

Reſpondeo. Negatur antecedens, quando principium operandi non habet neceſſariam connexionem cum principio vitæ; cuiuſmodi eſt character & virtutes reſpectu gratiæ, quæ poſſunt remanere ſine gratia, ſed informes.

Contra concluſionem vero arguit ſic. Nũmus ſortitus rationem pretij per ſolam relationem rationis humanæ, ſic inſtituentis.

Reſpondeo. Vt dicit Petrus de Palude,negatur conſequentia, quia inſtitutio humana non eſt cauſa rerum naturalium; & ideo nihil poteſt addere vel detrahere naturæ rerum, quod ſit forma realis. Vnde & omnia,de quibus iura loquuntur, ſunt entia rationis, ſicut dominium,ſeruitus obligatio,hæreditas & huiuſmodi; ſed Dei ordinatio, & inſtitutio ſunt cauſæ rerum, & ideo non eſt ſimile de vtraque inſtitutione.

*Concluſio IV.* Character eſt ſubiectiuè in potentia animæ,& non in eſſentia. Hanc probat ſic S.D.3.par.q.63.art.4.Character eſt principium operationis; ergo non eſt ſubiectiuè in eo,quod ordinatur ad eſſe; ſed in eo quod ordinatur ad agere, ſed eſſentia ordinatur ad eſſe,& potentia ad agere; ergo.

Secundò ſic; ſicut ſe habet gratia ad eſſentiam;ita character ad potentias; ſed gratia eſt in eſſentia animæ;ergo, maior nota,quia ſicut eſſentia animæ eſt principium vitæ naturalis;ita gratia vitæ ſpiritualis; & ſicut character eſt principium agendi; ita & potentia,minor probatur, prima perfectio eſt in primo perfectibili;ſed gratia eſt prima perfectio ſpiritualis, & eſſentia animæ primum perfectibile, ergo.

Contra arguit Sco.primo.Diſpoſitio ad formam, & forma ſunt in eodem ſubiecto. Sed character per te eſt diſpoſitio ad gratiam, quę eſt in eſſentia;ergo character eſt in eſſentia animæ.

Reſpondeo. Dico primò,quod aliquando diſpoſitio ad formam eſt in ſubiecto poſteriori ſecundum naturam ſubiecto formæ ad quam diſpo-

diſponit; nam dolor ſenſualitatis & actus liberi arbitrij diſponunt ad gratiam; & tamen eorum ſubiectum eſt poſterius ſubiecto gratiæ.

¶ Secundò negatur maior de diſpoſitione remota; character autem proximè diſponit ad actus diuini cultus; ſed remotè ad gratiã; quia conueniens eſt quod exequentibus diuinum cultum detur gratia vt dignè exequantur.

Contra hoc arguit Durandus. Id per quod dignè adminiſtratur aliquid, eſt diſpoſitio conueniens ad hoc quod detur ei poteſtas adminiſtrandi; ſicut prudentia eſt diſpoſitio ad hoc quod alicui detur regnum, ſed gratia per te eſt, per quam dignè adminiſtrantur ſacramenta; & character eſt poteſtas adminiſtrandi; ergo gratia eſt diſpoſitio ad characterem, & non econtra.

Reſpondeo. Negatur maior, nam habitus eſt quo bene agimus, & potentia materialis eſt qua agimus, non tamen habitus eſt diſpoſitio ad hoc, quod alicui detur potentia naturalis puta intellectus & voluntas.

Scotus contra minorem ſecundæ rationis. Prius poteſt eſſe ſuſceptiuum poſterioris; ſed potentia animæ eſt prior gratia; ergo poteſt eſſe ſuſceptiua gratiæ.

Reſpondeo. Negatur maior de eo quod eſt prius origine vel natura, niſi etiam ſit prius immediatione; in quo ſenſu conceſſa maiore negatur minor; quia æquè immediatè ineſt eſſentiæ animæ gratia ſicut intellectus; licet non ita inſeparabile, & hæc coniunctio per gratiam eſt prima coniunctio, quam habet creatura rationalis ad Deum.

*Concluſio* V. Character eſt ſubiectiuè in intellectu. Hanc probat tertia parte, q. 63. ar. 4. ad 3 id quod ordinatur ad proteſtationem, ineſt in intellectu: ſicut & fides: ſed character ordinatur ad cultum diuinum, qui eſt proteſtatio fidei: ergo.

Contra arguit Durandus Character nõ perficit hominem, quantum ad cognoſcere vel appetere: ergo non eſt in intellectu: nec in voluntate: ſed in potentia exequutiua puta in lingua ſacerdotis.

Reſpondeo. Vt dicit Petrus de Palude, negatur conſequentia, ſufficit enim quod homo per intellectum applicet ſe ad conferendum vel ſuſcipiendum Sacramentum: ad quod etiã requiritur intentio: quæ eſt actus intellectus, ſicut dirigentis: vnde in primo principio huiuſmodi intentionis & applicationis debet eſſe character: ſicut etiam potentia medicatiua eſt in intellectu, licet exerceatur manibus.

*Concluſio VI.* Solus baptiſmus & confirmatio & ordo imprimunt characterem. Hanc ſic probat, 3. parte, quæſtione ſexageſimatertia, articulo ſexto, & præſenti diſtin. quæſtione prima, artic. quarto, quæſtio. ſecunda, tantum per iſta tria mancipatur homo ad aliquod Sacramentum exercendum actiuè vel paſſiuè, ergo tantum in iſtis imprimitur character. Quod autem in aliquo Sacramento detur character, mentionem facit Auguſt. vt habetur in decretis 23. quæſtio. quarta, cap. diſplicet, & lib. 1. contra Parmenianum, vt habetur 2. quæſtio. 1. ca. quod quidam, & Damaſce. lib. quarto.

Contra arguit Scotus, primo. Non eſt ponendus character, vt ſit diſpoſitio ad gratiam: quia exiſtens ſine peccato, eſt ſummè ad eam diſpoſitus.

Reſpondeo. Primo negatur conſequentia: quia ponitur vt principium actiuum vel paſſiuum: licet enim Deus non alligauerit potentiã ſuam Sacramentis: tamen ſecundum ordinem ſapientiæ ſuæ inſtituit non dare gratiam, niſi diſpoſito ad eam per aliquem actum primum vel ſecundum. Vnde & ille, qui eſt fictè baptizatus: talis quando pœnitet, accipit gratiam per pœnitentiam, tanquam remouens prohibens: & per characterem tanquam per cauſam per ſe diſponentem ad gratiam. Negatur etiã antecedens cum probatione ſua.

¶ Dico ſecundò propter ea, quæ longo ſermone interſeruit Scotus in dicto argumento, quòd licet non ponatur in anima aliquod ſignum memoratiuum charitatis: ponitur tamẽ character, qui eſt ſignum fidei diſtinguens fidelem ab infideli quia nullus ſcit ſe habere characterem: ſcit autem ſe habere fidem, hanc rationem ponit S. D. præſenti diſtinctio. quæſtione prima, artic. 2. quæſtiun. 2. ad 4.

¶ Dico tertiò, quòd character remanebit in anima ſeparata tanquam ſignum ſpiritualis poteſtatis acquiſitum in via: vt dicit S. Doct. vbi ſuprà, articulo primo, quæſtione quarta, ad ſecundum. Et de ipſo charactere habebunt ſacerdotes in patria quoddam gaudium accidẽtale ſuper alios non ſacerdotes: nec habentes aliquid ſupereminenter continens characterẽ ſacerdotalem, quod dico propter beatam Virginem: quæ habet aliquod eminentius charactere ſacerdotali: vt dicit Albertus in mariali, & ſimiliter Chriſtus: vt dicit S. D, 3. parte, q. 63. art. 5.

Secundò. Nemini dat Deus aliquid dum actualiter peccat: ſed accedens fictè ad baptiſmum, actualiter peccat: ergo non datur ei character.

Reſpondeo. Negatur maior, nam Balaam actualiter peccanti peccato idololatriæ, data eſt prophetia: & potiſſimè non eſt inconueniens dona quæ ſubiectiuè pertinent ad intellectum dare actualiter peccanti: quia peccatũ mor-

mortale directè contradicit gratiæ, quæ eſt in eſſentia animæ: & charitati quæ eſt in voluntate non autem omnia peccata contrariantur fidei aut characteri aut prophetiæ: quæ ſunt in intellectu; iſte autem character eſt indelebilis, non quod Deus non poſſit eum delere, ſed quia de potentia Dei ordinaria deleri non poteſt.

*In hac 2.3. & 4. Diſtinctione quarti Sententiarum, & vnica quæſtione ſequenti confutantur hæreſes damnatæ, vt in noſtro Commentar. in text. Magiſtri, & confutantur etiam hæreſes, quæ ſunt in Abecedario, & in Ethimologijs hæreſum, & confutantur ſimilitèr, Idolatriæ, vt in Abecedario Idolorum in principio, vide ibi lit. A.B.C. & I. ac etiam confutantur falſæ Theologiæ Fœncium, Egyptiorum, Græcorũ, Atlanticorũ, Frigiorum, Gentiũ, &c. ab Euſebio in primo, ſecundo, tertio, & quarto libro de præparatione Euangelica contra Theologiam fabuloſam Poetarum antiquorum.*

*Ex concluſionibus, probationibus, & ſolutionibus argumentorum Caprçoli ſoluuntur argumenta Vulpes, & aliorum recentiorum facile, vt facit Ariſtotelis ad argumenta Antiquorum, quod veritatis cognitio dubiorum eſt ſolutio, & cum Cardinali Bellarmino dicente in libro de Scriptoribus Eccleſiaſticis de Ioanne Capræolo, quòd Ioann. Capreolus ſit defenſor Egregius Sancti Thomæ, & optimè diſſoluit omnia argumenta aduerſariorum: dicunt verba formalia Bellarmini, ergò ſi optimè diſſoluit per Bellarminum ſunt ſoluta argumenta cum his doctrinis hic: Sicut ſoluit Ariſtotelis contra antiquos dicendo in 3. de Cœlo, & in 3. Metaphiſic. veritatis cognitio, dubiorum eſt reſolutio.*

*Reſpondetur ſecundò cum Cardinali Sarnano Franciſcano doctiſſimo, cum 112. concordantia, et ſimilitèr cum concordantia Bongherbę.*

*Reſpondetur tertiò cum Petro de Bergamo, et Bartholomęo Spina dicentibus in tabula Sancti Thomę, quod qui ſcit totam Logicam Sancti Thomæ, Philoſophiam etiam moralem, totam Metaphyſicam Sancti Thomę, et totam eiuſdem Theologiam, nullum poteſt facere argumentum contra Sanctum Thomam, et ideò ſubdit, quod iſti recentiores ſtudent tantummodò articulo, ſuper quem componunt, et non habent in mente omnia opera Sancti Thomę loquentis pręſuppoſitiuè, præſupponendo omnia ſupradicta, & dicendo, quæ propter pręrumpunt in verba in tantum Magnum Doctorem nullo modo applicanda, quòd Sanctus Thomas contradicat ſibi ipſi, et ideò Cardinal. Sarnanus, quia ſciebat totum Sanctum Thomam concordauit ſimilitèr, etiam Ioannes Capræolus ſoluit argumenta aduerſariorum, cum locis Sancti Thomæ, quia totum in mente habebat Sanctum Thomam, et ideò Bellarmin. dicebat bene omnia ſoluere Capreolum.*

*Argumenta verò Vaſquez, Valentię, Molinæ, Suarez, etc. quia colliguntur, et ſoluuntur, clarè, diſtinctè, et breuitèr à Ripa, à Nazario, à Conſales, à Nauarretto, à Zenarao, et pręcipuè à Montagnolo, in tertia parte Sancti Thomæ de effectu Sacramentorum qui eſt character, quæſtione 63. ideo vide ibi.*

*Vide noſtram expoſitionem Petri Lombardi aperientem mentem huius materię, vt in folio 77. hic, & infra pro 3. reſponſione Vulpes. Ac etiam vide 1.2. & 3. folium pro reſponſione quarta, quinta, & ſexta ad argumentum eiuſdem Vulpes.*

*Reſpõdet. 7. declaratione Scoti, & Sancti Thomę per Radam Franciſcanum hic declarantem S. Thom.*

*Loca Sacræ Scripturæ hic, & infra à Salmerone, Emanuel Sa, à Toleto, à Prierio, Vegha, à Poſſeuino, à Salian, Torello in annalibus à creatione Mundi, quæ videntur repugnare aliquo modo Thomiſtis, quia ſunt concordata à nobis in fine noſtrę expoſitionis totius Bibliæ, et in Anatomia Biblię impreſſa ideò vide ea illic.*

*Reſponſione apparente contradictiones Vulpes vide in fine huius quarti.*

## DISTINCTIO V. ET VI.

*Quęſtio. 1.*

CIrca quintã, & ſextã diſtinctionẽ quæritur. Vtrum paruuli infidelium ſint inuitis parentibus baptizandi.

*Concluſio I.* Paruuli infideliũ non ſunt inuitis parentibus baptizandi. Hanc probat S.D. tertia parte, quæſtione ſexageſima octaua, articulo decimo, & ſecunda ſecundæ, quæſtio. 10. artic. 12. multis rationibus: quarum prima talis eſt. Nullus poteſt in his, quæ ſunt iuris diuini aut naturalis, ſed baptizari eſt de iure diuino: & quòd paruuli ſubſunt parentibus eſt de iure naturali: ergo nullus habet quantum ad iſta dominium ſuper eos.

Contra arguit Petrus de Palude: patet non eſt permittendus, quod doceat filium malos mores: ergo nec quod relinquat eum ſine baptiſmo.

Reſ-

Digitized by Google

Reſpondeo. Negatur conſequentia, quia doctrina morum eſt de iure gentium: doctrina autem fidei, quæ fit in baptiſmo, eſt iuris diuini.

¶ Dico ſecundò, quòd ante vſum rationis pater non poteſt eum docere malos mores: ideo ſicut ante vſum rationis non eſt auferendus puer, vt præſeruetur à malis moribus: ita neque vt baptizetur.

¶ Alias rationes adducit S.D. pro concluſione: contra quas arguit idem Petrus debiliſſimè quapropter eius inſtantias omitto.

Contra eandem concluſionem arguit Scotus. Princeps habet maius ius dominij ſuper paruulos infidelium quam ipſi parentes: ergo poteſt eos inuitis parentibus baptizare.

Reſpondeo Conceditur antecedens loquẽdo de illis, quæ pertinent ad ius humanum vel ciuile ſed negatur conſequentia: quia illud eſt iuris diuini, ſi vero antecedens intelligitur de his, qui ſunt iuris naturalis aut diuini: negatur: & ideo non poſſunt baptizari inuitis parentibus: niſi cum eorum iniuria: nec poteſtas principis ſe extendit ad hoc, quòd cogat ſubditos: qui nunquam fidem ſuſceperunt, eam ſuſcipere: vt dicit Sanct. Doct. ſecunda ſecundæ, quæſtione decima, articulo primo. Et tolerare ritus Iudæorum poteſt Eccleſia: vt dicit vbi ſupra artic. 11. & licet baptizare eos inuitis parentibus eſſet melius ipſis pueris, eſſet tamen peccatum illi: qui hoc faceret, non ſunt autem facienda mala: vt eueniant bona, & licet Siſibetus hoc fecerit: tamen reprehenditur, diſt. 45. c. de iudæis.

Contra eandem arguit Durandus. Paruuli illorum infidelium, qui ſunt ſubditi Chriſtianis, poſſunt inuitis parentibus vendi, & ab eis auferri: ergo ab illo qui eos emeret, poſſunt inuitis parentibus baptizari.

Reſpondeo. Primò negatur antecedens, quia ius naturale vult, quod quamdiu non habent vſum rationis, ſint ſub cura parentum.

¶ Dico ſecundò, quod ſi in aliquo caſu ſine præiudicio paruuli poſſent totaliter ſubtrahi curæ parentum, tunc de talibus videtur dicẽdum ſicut de illis, qui parentibus ſunt orbati: quia ille qui eorum curam iuſtè ſuſcipit, ſuccedit loco parentum, & ſecundum eius diſpoſitionem diuinam ſunt circa eos agenda.

*Concluſio II.* Omnes paruuli baptizati æqualem effectum ſuſcipiunt in baptiſmo ex ipſo baptiſmo. Hanc probat 3. par. q. 69. art. 8. & præſenti diſt. q. 2. art. 3. quæſtiunc. 3. Omnes paruuli, qui baptizantur, ſunt æqualiter diſpoſiti ad recipiendum effectum baptiſmi: & æqualiter ſe habent ad paſſionẽ Chriſti: ergo æqualem ſuſcipiunt effectum.

Contra arguit Scotus primò. Deus diſpoſuit dare vni maiorem gloriam quam alteri: ergo poteſt ei dare maiorem gratiam.

Secundò, Chriſtus potuit offerre paſſionẽ ſuam ſpecialiter pro vno quàm pro alio: ergo poteſt vni dare maiorem gratiam quàm alijs.

Reſpondeo. Primò, quod iſta duo argumenta non ſunt contra concluſionem: ſed potius eam declarant: non enim dicimus nos, quin Deus poſſit hoc facere: ſed quod non ſit ex vi baptiſmi.

¶ Dico ſecundò, quod licet Deus ſtatuerit vni dare maiorem gloriam quàm alteri: non tamen omnibus, imò ſunt aliqui æquales in gloria vt dicit S.D. prima par. q. 108. art. 8.

Dico tertiò, quod illis quibus diſpoſuit dare gloriam ſolum ex gratia baptiſmali dat æqualem gloriam, & gratiam: quibus autem gloriam non ſolum ex gratia baptiſmali: ſed etiam ex meritis: tunc illis quibus vult dare maiorem gloriam dat æqualem gratiam in baptiſmo; ſed poſtea magis augetur gratia vnius quam alterius propter maiorem conatum vnius quam alterius ad augmentum gratiæ.

*Concluſio III.* Recipiens ſcienter baptiſmum à malis miniſtris, ab Eccleſia Dei præciſis per hæreſim; vel ſchiſma, vel excommunicationem extra caſum neceſſitatis, peccat. Hanc probat 4. ſent. diſt. 5. q. 2. artic. 2. quæſt. 5. ſic talis participaret cum eis in peccato; ergo peccaret.

Contra intendit arguere Scotus probans, quod licet baptizari in caſu neceſſitatis ab hæretico & excommunicato, quod conceditur cum contineatur in noſtra concluſione, vnde etiam adultus, ſi non habet alium à quo baptizetur niſi hæreticum debet ab eo baptizari.

Si dicatur, quòd in tali caſu ſufficeret ipſi adulto habere baptiſmum in voto.

Reſpondeo quod non, quia præceptum Dei eſt de baptiſmo ſuſcipiendo.

*Concluſio IV.* Malus miniſter baptizans cum ſolemnitate quaſi miniſter Eccleſiæ peccat mortaliter; non autem in caſu neceſſitatis ſi ſine ſolennitate; & non vt miniſter baptizet. Primam partem probat vbi ſuprà quæſtiun. 4. & 3. parte, q. 64. art. 6. Exiſtens in peccato mortali peccat mortaliter exhibendo ſe miniſtrum Eccleſiæ; ergo. Secundam partem probat, baptizare in caſu neceſſitatis licitum eſt laico, ergo & malo miniſtro.

Contra ſecundam partem arguit Durandus primò. Id quod non poteſt facere niſi miniſter; non poteſt facere niſi vt miniſter, ſed nullus poteſt dare Sacramenta, niſi ſit miniſter; quia miniſter eſt de neceſſitate Sacramenti; ſicut materia & forma; ergo nullus poteſt dare Sacramen-



Digitized by Google

menta, niſi vt miniſter, cuius oppoſitum innuit ſecunda pars conſequentis.

Reſpondeo. Primò negatur maior, nullus enim poteſt baptizare, niſi ſit coloratus; non tamen baptizat vt coloratus.

¶ Dico ſecundò, quod aliquis dicitur miniſter dupliciter. Vno modo abſolutè, alio modo miniſter ſanctificatus, & iſte eſt miniſter ſolennis. Quando igitur aliquis baptizatur ſolemniter requirit miniſtrum ſanctificatum; licet ergo nullus poſſit baptizare niſi ſit miniſter, poteſt tamen baptizare in neceſſitate, & ſine ſolennitate, licet non ſit miniſter ſanctificatus.

Secundò. Arguit, quod nullus caſus neceſſitatis eum excuſat. Caſus euitabilis non excuſat à peccato; ſed habere peccatum eſt caſus euitabilis, ergo maior patet, minor probatur, ſi alicui non contrito de peccato mortali incumbat baptizare in poteſtate eius eſt habere diſplicentiam de peccato; ergo.

Reſpondeo. Quod non ſolum peccatum mortale impedit aliquem, ne poſſit ſolemniter baptizare, quin peccet; ſed etiam ſi ſit excommunicatus, licet ſi ſit catechuminus non baptizatus; quia talis nec poteſt ſe baptizare, nec ſe abſoluere, & ſic neceſſitatur in ſuo impedimento remanere.

*In hac 5 & 6. Diſtinctione quarti Sententiarum, & vnica quæſtione ſequenti confutantur hæreſes damnatæ, vt in noſtro Commentar. in text. Magiſtri, & confutantur etiam hæreſes, quæ ſunt in Abecedario, & in Ethimologÿs hæreſum, & confutantur ſimilitèr, Idolatriæ, vt in Abecedario Idolorum in principio, vide ibi lit. B. I. & P. ac etiam confutantur falſæ Theologiæ Fancium, Egyptiorum, Græcorū, Atlanticorū, Frigiorum, Gentiū, &c. ab Euſebio in primo, ſecundo, tertio, & quarto libro de præparatione Euangelica contra Theologiam fabuloſam Poetarum antiquorum. Contra geneologias Deorum falſorum exiodi, & contra geneologias falſorum Deorum Homeri, ex quibus Boccacius de Græco in Latinum verſauit ſuam geneologiam, & de Latino in Truſcum, vt ait Aſcenſius, & Sermus ſuper Virgilium, etc.*

*Ex concluſionibus, probationibus, & ſolutionibus argumentorum Capreoli ſoluuntur argumenta Vulpes, & aliorum recentiorum facile, vt facit Ariſtotelis ad argumenta Antiquorum, quod veritatis cognitio dubiorum eſt ſolutio, & cum Cardinali Bellarmino dicente in libro de Scriptoribus Eccleſiaſticis de Ioanne Capræolo, quòd Ioann. Capreolus ſit defenſor Egregius Sancti Thomæ, & optimè diſſoluit omnia argumenta aduerſariorum: dicunt verba formalia Bellarmini, ergò ſi optimè diſſoluit per Bellarminum ſunt ſoluta argumenta cum his doctrinis hic: Sicut ſoluit Ariſtotelis contra antiquos dicendo in 3. de Cœlo, & in 3. Metaphiſic. veritatis cognitio, dubiorum eſt reſolutio.*

*Reſpondetur ſecundò cum Cardinali Sarnano Franciſcano doctiſſimo, cum 113. concordantia, et ſimilitèr cum concordantia Bongherbę.*

*Reſpondetur tertiò cum Petro de Bergamo, et Bartholomęo Spina dicentibus in tabula Sancti Thomę, quod qui ſcit totam Logicam Sancti Thomæ, Philoſophiam etiam moralem, totam Metaphyſicam Sancti Thomę, et totam eiuſdem Theologiam, nullum poteſt facere argumentum contra Sanctum Thomam, et ideò ſubdit, quod iſti recentiores ſtudent tantummodò articulo, ſuper quem componunt, et non habent in mente omnia opera Sancti Thomę loquentis pręſuppoſitiuè, præſupponendo omnia ſupradicta, & dicendo, quæ propter prærumpunt in verba in tantum Magnum Doctorem nullo modo applicanda, quòd Sanctus Thomas contradicat ſibi ipſi, et ideò Cardinal. Sarnanus, quia ſciebat totum Sanctum Thomam concordauit ſimilitèr, etiam Ioannes Capræolus ſoluit argumenta aduerſariorum, cum locis Sancti Thomæ, quia totum in mente habebat Sanctum Thomam, et ideò Bellarmin. dicebat bene omnia ſoluere Capreolum.*

*Argumenta verò Vaſquez, Valentię, Molinæ, Suarez, etc. quia colliguntur, et ſoluuntur, clarè, diſtinctè, et breuitèr à Ripa, à Nazario, à Conſales, à Nauarretto, à Zenardo, et pręcipuè à Montaguolo, in tertia parte Sancti Thomæ de ſuſcipientibus Baptiſmum, quæſtione 68. ideo vide ibi.*

*Vide noſtram expoſitionem Petri Lombardi aperientem mentem huius materię, vt in folio 77. hic, & infra pro 3. reſponſione Vulpes. Ac etiam vide 2.2. & 3. folium pro reſponſione quarta, quinta, & ſexta ad argumentum eiuſdem Vulpes.*

*Reſpōdet. 7. declaratione Scoti, & Sancti Thomę per Radam Franciſcanum hic declarantem S. Thom.*

*Loca Sacræ Scripturæ hic, & infra à Salmerone, Emanuel Sa, à Toleto, à Prierio, Vegha, à Poſſeuino, à Salian, Torello in annalibus à creatione Mundi, quæ videntur repugnare aliquo modo Thomiſtis, quia ſunt concordata à nobis in fine noſtrę expoſitionis totius Bibliæ, et in Anatomia Biblię impreſſa ideò vide ea illic.*

*Reſponſiones apparentes contradictiones apud Vulpes vide in fine huius quarti.*

DISTIN-

Digitized by Google

## DISTINCTIO VII.

### Quæſtio. I.

CIrca præcedentes, & ſeptimam diſt. quęritur. Vtrum baptiſmus, & confirmatio à ficto ſuſcepta recedente fictione ſortiatur ſuũ effectum.

*Concluſio I.* Fictio impedit effectum baptiſmi, & confirmationis. Hanc probat S. Doct. 3. par. q. 69 art. 9. Fictio impedit ſuſceptionem gratiæ, ergo effectum baptiſmi, & confirmationis, conſequentia patet, antecedens probatur. Nulli in diſpoſito infunditur gratia: ſed omnis fictus eſt indiſpoſitus; ergo. Eandem probat præſenti diſt. q. 3. ar. 2.

*Concluſio II.* Recedente fictione baptiſmus, vel confirmatio ſuum vltimum ſortitur effectum. Hanc probat S. Doct. in 4. diſt. 4. q. 3. artic. 2. in ſolutione 3. q. ſic, Poſita cauſa immediatè diſponere ad gratiam, & non impedita: ponitur effectus, ſed character, qui recipitur in baptiſmo à quocunque eſt cauſa immediatè diſponens ad gratiam, quæ impediebatur per fictionem, ergo. Eandem ponit tertia parte; quæſt. 69. art. 10.

Contra arguit Durandus effectus in actu requirit cauſam in actu. 2. Phyſic. ſed baptiſmus non eſt actu in eo, à quo recedit fictio: ergo.

Reſpondeo. Negatur minor, quia eſt ibi baptiſmus quo ad rem, & Sacramentum, ſcilicet character. Et ſic ſe habet ſicut dicit Petrus de Palude in 4. diſt. 4. ſicut virtus formatiua, quæ etiam non exiſtente generante, ſortitur ſuum effectum. Idem S. Tho. de potentia q. 3. art. 11. aſſimilat virtuti mouenti ſagittam.

Secundò. Diſpoſitio neceſſitatis ad formã non poteſt ſtare cum oppoſito formæ, ſed character poteſt ſtare cum oppoſito gratiæ: ergo non eſt diſpoſitio neceſſitatis ad gratiam.

Reſpondeo. Duplex eſt neceſſitas ſimpliciter: & ex ſuppoſitione, ſicut diaphaneitas eſt diſpoſitio neceſſitatis ad lucem, ſuppoſito non impediente, negatur ergo maior de neceſſitate ex ſuppoſitione.

¶ Dico quoque, quòd duplex eſt diſpoſitio neceſſitatis: vna, quæ includit omne poſitiuũ, & excludit omne priuatiuum requiſitum ad introductionem formæ: alia quæ includit quidem omne poſitiuum, ſed non excludit omne priuatiuum, quomodo negatur maior.

Tertiò arguit. Character eſt diſpoſitio ad agendum ſimpliciter, & non ad benè, Gratia autem ad benè agendum; ergo character non eſt diſpoſitio ad gratiam.

Reſpondeo. Character eſt ſecundum ſe diſpoſitio ad agendum ſimpliciter; ſed ad benè vel malè ſecundum quandam congruentiam, vt habes à S. Th. in 3. par. q. 63. art. 4. ad primũ, & in 4. diſt. 4. q. 1. ad 5.

Scito quòd triplex eſt diſpoſitio ad gratiam per modum actus ſecundi, vt actus liberi arbitrij; & per modum actus primi & habitus vt ornatus in multis Sacramentis; & per modum potentiæ, vt character, & talis ſecundum ſe eſt indiſpoſitio ad benè vel malè agendum.

Quartò. Sine charactere datur gratia: vt in baptiſmo flaminis, & cum eo non ſemper datur, vt in fictè accedentibus, ergo.

Reſpondeo. Ex dictis Sanct. Tho. in ſeptima diſtinct. huius quæſt. 1. artic. primo in ſolutione ſecundæ quæſtiunculæ, quòd quædam eſt diſpoſitio ad gratiam, non quia non poteſt eſſe ſine gratia, ſed quia ſine ea non poteſt benè operari ea, quæ ſunt cultus diuini & ſic eſt neceſſaria ſequela gratiæ ad characterem, non quidem abſoluta aut ex cauſa efficiente, ſed ex ſuppoſitione finis characteris. Quia ſine gratia non poteſt talis finis congruè haberi.

### QVAESTIO II.

*7. Diſtinctio 4. Sent.*

QVæritur ſecundò circa eandem diſtinctionẽ: Vtrum ſacerdos ſimplex etiam ſi non ſit Epiſcopus; poſſit confirmare.

PRO quæſtione ſit prima concluſio. Solus Epiſcopus poteſt propria poteſtate, & authoritate confirmare. Hanc ponit Sanct. Thomas ſeptima diſtinct. quarta quæſt. artic. primo, quæſt. ſecunda item tertia parte, quæſt. ſeptuageſima, ſecunda, art. vndecimo. Huius ratio eſt; vltima conſummatio baptiſmi & vltimum in actibus hierarchicis Eccleſiæ reſeruatur Epiſcopis; ſed confirmatio & ordinatio ſunt huiuſmodi; ergo.

*Concluſio II.* Simplex ſacerdos & non Epiſcopus poteſt ex commiſſione ſolius Papæ cõfirmare. Hanc ponit vbi ſupra in ſolutione, 3. quæſt. item 3. par. q. 72. artic. 11. ad primum. Huius ratio eſt quicunque habet plenitudinẽ poteſtatis ſacramentalis tam ſuper corpus, verum quàm ſuper corpus Chriſti myſticum, poteſt committere habenti poteſtatem Sacramentalem ſuper corpus Chriſti verum, promotionem ſacramentalem ſuper corpus Chriſti myſticum; ſed Papa habet plenariè vtramque poteſtatem; & ſacerdos ſimplex habet poteſtatem ſacramentalem ſuper corpus Chriſti verum. Confirmare autem eſt promouere ad perfectionem concernentem ſolum corpus Chriſti myſticum; ergo Papa poteſt committe-

re ſimplici ſacerdoti collationem confirmationis.

Contra ſecundam concluſionem arguit Durandus multipliciter primo.

De integritate cuiuslibet Sacramenti ſunt materia & forma & miniſter, ſed Papa nõ poteſt mutare aliquid circa formam vel materiã ſacramentorum, ergo ſi ſacerdos ſimplex non eſt miniſter huius ſacramenti, cum Papa mutare non poteſt, ergo ex commiſſione Papæ ſacerdos ſimplex non poteſt confirmare.

Reſpondeo, *Petrus* in præſenti diſtinctio: quæſtio quarta, dicit quod non eſt mutare miniſtrum, quia cum ſacerdos fiat Epiſcopus, & miniſter huius Sacramenti ſit ſacerdos Epiſcopus, non videtur alius character.

Sciendum quòd qui eſt ſuper totam Eccleſiam Papa non poteſt quidem mutare materiã ſacramentorum, ſed eius conſecrationem poſſet forte mutare vel omittere, quia ſic Chriſtus inſtituit, quòd oleum vel chriſma ſit materia, eo modo quo fuerit per Eccleſiam determinatum. Similiter ergo ſi conſecratio Epiſcopi non ſit Sacramentum ſed ſacramentale, videtur quòd Papa poſſit circa illud diſpenſare, vt ſcilicet miniſter conferens illa ſacramenta quibus aliquis præficitur corpori Chriſti myſtico, ſic ſit à Chriſto determinatus ſcilicet quod ſit ſacerdos ſecundum quod Eccleſiæ placuerit ipſum conſecrare, ſed quia generaliter ſtatuit, quod Epiſcopus hoc non faciat, ideo qui contra hoc agit nihil facit, vnde Papa forte poteſt hoc facere, quod ſimplices Sacerdotes Epiſcopum conſecrarent. Et iſto modo ſaluari poteſt, quod Eccleſia Romana facit, de qua præſupponendum eſt, quod non errat, hæc Petrus.

Sed contra arguit Durandus vbi 3 Hæc opinio non ſolum videtur falſa, ſed fidei & Eccleſiæ valdè periculoſa, ergo, antecedens probatur, primo quod ſit falſa probat. Quod pertinet ad poteſtatem excellentiæ nulli eſt commiſſũ à Deo, ſed ordinare de oleo vel chriſmate benedicto, vel modo benedicto, & pariter de miniſtro, pertinet ad poteſtatem excellẽtiæ Chriſti, ergo, maior eſt vera ſecundum omnes doctores, quòd ſi periculoſa probatur, quia pari ratione poſſet dici de reliquis Sacramentis, vnde quod hæc ſint periculoſa quilibet perpendere poteſt.

Contra illud dictum, ſimplices ſacerdotes ex commiſſione Papæ poſſent ordinare Epiſcopum, arguit. Abſque contradictione minor à maiori benedicitur, vt dicitur ad hebreos, ſed Epiſcopus eſt maior ſacerdote ſimplici, igitur.

Reſpondeo. Negatur antecedens. Ad primam probationem negatur minor.

Sciendum, quòd poteſtas excellentiæ in quatuor conſiſtit. Primo quia meritum & virtus paſſionis eius operatur in Sacramentis. Secundò quòd in nomine habentis talem poteſtatem Sacramenta ſanctificentur. Tertiò, quòd potuit ea inſtituere. Quartò quòd poſſit conferre effectum Sacramenti ſine exteriori Sacramẽto tertia parte, quæſtio. ſexageſimaquarta, arti. tertio, & quarto.

Ex quibus apparet, quòd ordinare aliquid pertinens neceſſariò ad Sacramentum, non quidem principalitèr, ſed ſecundariè potiſſime ex commiſſione Chriſti non pertinet ad poteſtatem excellentiæ, ſed miniſterialem, non cuiuſcunque, ſed Papæ tantum habentis plenitudinem poteſtatis miniſterialis in Eccleſia. Hoc enim eſt inſtituere Sacramenta ad eſſentialia, ſed ordinare de quibuſdam actibus, ſine quibus non habetur completum Sacramentum, tertia parte, quæſtio. ſeptuageſimaſecunda, articulo tertio, ad tertium.

Sed cõtradicit Sanctus Thomas tertia parte, quæſt. ſexageſimaquarta artic. 2. ad primum quòd illa quæ aguntur per homines inſtituta in Sacramentis non ſunt de neceſſitate, ſed de ſolemnitate.

Reſpondeo. Loquitur de inſtitutis per homines, non habentes plenitudinem, poteſtatis Hierarchiæ in Eccleſia, cuiuſmodi ſunt inferiores Papa, ſed non intendit includere Papam, 4. ſentent. diſtinctio. 40 quæſtione 1. articulo 4. item 25. diſtinct. quæſt. 1. artic. 1.

¶Ex quibus patet, quòd Papa poteſt inſtituere circa materiam Sacramentorum aliquã determinationem, aut circunſtantiam, ita neceſſariam Sacramento, quòd eius omiſſio ab inferiori Papa reddit Sacramentum nullum. Secundò, quòd Papa propter plenitudinem poteſtatis aliquam conditionem miniſtri Sacramẽtorum neceſſariam Sacramento collato ab inferioribus Papa poteſt facere non neceſſariam, ſicut de miniſtro ordinis, & confirmationis. Tertiò omne tale à Papa inſtitutum, poteſt à Papa reuocari.

¶Ad ſecundam probationem negatur conſequentia, quia nõ eſt ſimile de Baptiſmo, & Eucharistia. Tum quia Romana Eccleſia, cuius Fides periclitari poteſt, non deficere, nunquam tale aliquid neceſſarium in eis inſtituit. Tum quia confirmatio non eſt Sacramentum neceſſitatis ſicut Baptiſmus.

¶Ad aliud patet reſponſio ex dictis.

¶Item arguit. Ea quæ conſecrationem reſpiciunt nõ conſecrato committi non poſſunt, extra de conſecrat. Eccleſ. vel Altaris, cap. vltimò. Sed talia ſunt Sacramenta, quæ reſpiciũt corpus Chriſti myſticum: ergo.

Reſ-

Digitized by Google

Reſpondeo. Illa decretalis loquitur de Epiſcopo qui ea, quæ ſunt conſecrationis non Epiſcopo non poteſt committere, immò nec tonſuram conferre, Papa verò poteſt 4. ſententiar. diſtinct. 23. q. 1. ar. 1, ad 5.

Sciendum, quòd Papa committens collationem confirmationis ſimplici Sacerdoti, non propriè mutat miniſtrum Sacramenti, quia miſter illius Sacramenti eſt ſub diſiunctione Epiſcopi, vel ſimplex Sacerdos commiſſarius Papæ. Tùm quia in tali caſu Papa committens dicitur facere. Tùm quia in tali caſu factum Papę eſt factum Chriſti. Hæc autem conſequuntur plenitudinem poteſtatis, vbi verò eſt ſimpliciter miniſter talis per Papam mutari non poteſt, ſicut Sacerdos eſt miniſter conficiendi.

Poteſt etiam dici, quòd dato, quòd ad confirmationem, & ad conferendum minores, neceſſariò requiratur character Sacerdotalis, & vltra hoc poteſtas Epiſcopalis, tamen Papa ex plenitudine poteſtatis miniſterialis, & ex ordinatione Chriſti, cuius eſt Vicarius poteſt tollere illam neceſſitatem, quia illa neceſſitas nō eſt niſi reſpectu inferiorum miniſtrorum, de potentia q. 1. art. 3. & 4.

Item arguit. Aut intelligitur Papa habere plenitudinem poteſtatis ratione cōſecrationis, aut iuriſdictionis. Non ratione conſecrationis, quod quantū ad iſtā omnes Epiſcopi ſunt æquales Papæ, aut ratione iuriſdictionis ſic eſt verum, ſed ad illam non pertinet commiſſio talis: ergo Papa non poteſt committere non Sacerdoti collectionem confirmationis, & minorum ordinum.

Reſpōdeo, negatur, quòd alij Epiſcopi ęquētur Papæ quantum ad plenitudinem poteſtatis conſecrationis, quia alij tenentur ad modos conſecrandi, ad quos ipſe non tenetur. Item in multis conſecrationibus ipſe habet poteſtatem, excellentiæ, quia ſine illis poteſt res conſecrare, ex quo conſecratio eſt per inſtitutionē Eccleſiæ. Omnis etiam commiſſio ad iuriſdictionem ſpectat. Digeſt. de iure, & iudic. lege prima. Vnde non conſecratus Epiſcopus cōmittit epiſcopo ordines cōferre in ſua Dioceſi.

Vltimò arguit. Proprius miniſter confirmationis eſt Epiſcopus, de conſe. diſt. 5. Miniſter verò minorum ordinum videtur eſſe ſimplex Sacerdos, extra, de ord. ab Epiſcopo, qui renunciauerit ſuo Epiſcopa. cap. 1, ergo.

Reſpondeo, Confirmationis proprius miniſter eſt Epiſcopus ſub diſiunctione, ſcilicet vel Sacerdos ex commiſſione Papæ. Miniſter verò minorum eſt Sacerdos ex commiſſione iuris, vt Abbates lectoratus, vel ex commiſſione Papæ vt Preſbiteri Cardinales, aliter non.

*In hac ſeptima Diſtinctione quarti Sententiarum, & 2. quæſtionibus ſequentibus confutantur hæreſes damnatæ, vt in noſtro Commenntar. in text. Magiſtri, & confutantur etiam hæreſes, quæ ſunt in Abecedario, & in Ethimologijs hæreſum, & confutantur ſimilitèr Idolatriæ, vt in Abecedario Idolorum in principio, vide ibi lit.* B. C. E. F. *& M. ac etiam confutantur falſa Theologię Fenicum, Egyptiorum, Gręcorum, Atlanticorum, Frigiorum, Gentium, &c. ab Euſebio in primo, ſecundo, tertio, & quarto libro de præparatione Euangelica contra Theologiam fabuloſam* Poetarum *antiquorum. Contra geneologias Deorum falſorum exiodi, & contra gæneologias falſorum Deorum Homeri ex quibus Boccacius de Gręco in Latinum verſauit ſuam genealogiam, & de Latino in Truſcum, vt ait Aſcentius, & Sernius ſuper Virgilium, &c.*

*Ex concluſionibus, probationibus, & ſolutionibus argumentorum Capræoli ſoluuntur argumenta Vulpes,* & *aliorum recentiorum facilè, vt facit Ariſtotelis ad argumenta Antiquorum, quod veritatis cognitio dubiorum eſt ſolutio, & cum Cardinali Bellarmino dicente in libro de Scriptoribus Eccleſiaſticis de Ioanne Capræolo, quòd Ioannes Capræolus ſit defenſor Egregius Sancti Thomę, & optimè diſſoluit omnia argumenta aduerſariorum: dicunt verba formalia Bellarmini, ergo ſi optimè diſſoluit per Bellarminum, ſunt ſoluta argumenta cum his doctrinis hic: Sicut ſoluit Ariſtotelis contra antiquos dicendo in 3. de Cœlo, & in 3. Metaphiſic. veritatis cognitio, dubiorum eſt reſolutio.*

*Reſpondetur ſecundo cum Cardinali Sarnano Franciſcano doctiſſimo; cum* 114. *concordantia, & ſimilitèr cum concordantia Bonaberba.*

*Reſpondetur tertio cum Petro de Bergamo, & Bartholomæo Spina dicentibus in tabula Sancti Thomæ, quod qui ſcit totam Logicam Sancti Thomę, Philoſophiam etiam moralem, totam* Metaphyſicam *Sancti Thomæ, & totam eiuſdem Theologiam, nullum poteſt facere argumentum contra Sanctum Thomam, & ideo ſubdit, quod iſti recentiores ſtudent tantummodo articulo, ſuper quem componunt, & non habent in mente omnia Opera Sancti Thomæ loquentis præſuppoſitiuè, pręſupponendo omnia ſupradicta, & dicendo, quapropter prærumpunt in verba in tantum Magnum Doctorem nullo modo applicanda, quod Sanctus Thomas contradicat ſibi ipſi, & ideo Cardinal. Sarnanus, quia ſciebat totum Sanctum Thomam concordauit ſimilitèr, etiam Ioannes Caprǽolus ſoluit argumenta aduerſariorum, cum locis* Sancti *Thomæ, quia* to-

Digitized by Google

*totum in mente habebat Sanctum Thomam, & ideo Bellarm. dicebat bene omnia ſoluere Capreolum.*

*Argumenta vero Vaſquez, Valentię, Molina, Suarez, &c. quia colliguntur; & ſoluuntur, clarè, diſtinctè, & breuiter à Ripa, à Nazario, à Conſales, à Nauarretto, à Zenardo, & præcipuè à Montagnolo, in tertia parte Sancti Thomæ, quæſtione 69. de effectibus Baptiſmi, ideo vide ibi.*

*Vide noſtram expoſitionem Petri Lombardi aperientem mentem huius materiæ, vt in folio 72. hic, et infra pro 3. reſponſione Vulpes. Ac etiam vide 1. 2. et 3. folium pro reſponſione quarta, quinta, et ſexta ad argumentum eiuſdem Vulpes.*

*Reſpondetur ſeptimo declaratione Scoti, & Sancti Thomæ per Radam Franciſcanum hic declarantem S. Thom.*

*Loca Sacræ Scripturæ hic, et infra à Salmerone, Emanuel Sa, à Toleto, à Prierio, Vegha, à Poſſeuino, à Salian, Torello in annalibus à creatione Mundi, quę videntur repugnare aliquomodo Thomiſtis. quia ſunt concordata à nobis in fine noſtrę expoſitionis totius Bibliæ, & in Anatomia Biblię impræſſa, ideo vide ea illic.*

*Reſponſiones apparentes contradictiones apud Vulpes vide in fine huius quarti.*

## DISTINCTIO. VIII. ET IX.

*Quæſtio. 1.*

CIRCA octauam. & nonam Diſtinctio. queritur, Vtrum forma Sacramenti Euchariſtiæ ſit conueniens, ſcilicet, hic eſt Calix ſāguinis mei.

Pro deciſione ponitur hæc.

Prima concluſio Euchariſtia eſt Sacramentum. Hanc probat 3. p. q. 73. art. 1. & præſenti diſtin. q. 1. art. 1 q. 1. Omne ſignum ſenſibile ſanctificatiuum hominis eſt Sacramentum Euchariſtiæ eſt huiuſmodi: ergo.

Et ſi quæratur, quid ſit Sacramentum Euchariſtiæ.

¶ Reſpondetur vbi ſupra ad ſecundum, quòd ex ſpeciebus, & corpore Chriſti ſit vnum Sacramentum.

Contra arguit Aureolus primo. Res ſacramenti non eſt ſacramentum, puta in Baptiſmo character, & gratia non ſunt ſacramentum, ſed Corpus Chriſti eſt res ſacramenti, vt dicitur cap. vt Martæ, de celebrat. Miſ. ergo.

Reſpondeo, primo, quòd aliquid eſt res ſacramenti proximè, & ſic negatur maior, huiuſmodi autem eſt corpus Chriſti, alia eſt res ſacramenti remotè, ſcilicet character, & gratia, & quilibet effectus ſacramenti, & ſic conceditur maior, ſed negatur minor.

¶ Dico ſecundò, quòd aggregatum ex ſpeciebus, & corpore Chriſti eſt ſubiectum adæquatum virtutis ſacramenti Euchariſtiæ, & vtrū que per ſe eſt ſubiectum partiale.

¶ Dico tertiò, quòd Euchariſtiæ ſacramentum accipitur tripliciter. Primo pro ſigno ſenſibili quod eſt ſignum; & ſacramentum, ſed non res huiuſmodi ſunt ſolæ ſpecies. Secundo pro illo quod eſt res, & ſacramentum, huiuſmodi eſt corpus Chriſti primo, & adæquatæ. Tertiò pro aggregato ex vtriuſque, & ſic corpus Chriſti pertinet ad ſacramentum Euchariſtiæ partialiter.

Secundo arguit, quod ſpecies non ſint materia huiuſmodi ſacramenti, illud enim eſt materia ſacramenti in quo recipitur primus effectus ſacramenti, ſed in ſpeciebus recipitur primus effectus huius ſacramenti, ſcilicet corpus Chriſti, ergo minor nota, maior probatur, tum quia diaconus nō dicitur materia ordinis, quia primus effectus Baptiſmi, ſcilicet character nō recipitur in eius materia, ſcilicet in aqua.

Reſpondeo, quod Sanct. Doct. non dicit materiam huius ſacramenti eſſe ſpecies, ſed panē & vinum, tertia parte, quæſtione ſeptuageſimaquarta, articulo primo. Si tamen accipiamus materiam pro quolibet ſigno ſenſibili habentet conditiones materiales, puta extenſionem ſitum, & huiuſmodi, ſic ſpecies poſſunt large dici materia, ſunt enim materiale elementū inſenſibile in hoc Sacramento, & ex conſequēti materia eius non ex qua, ſed in qua, vel circa quam.

Ad argumentum negatur maior in illo ſacramento, quod conſiſtit in conſecratione materiæ, cuiuſmodi eſt Euchariſtia, ſecus eſt in alijs ſacramentis, quæ non conſiſtunt in conſecratione materiæ, ſed in vſu, vel applicatione materiæ ad ſuſcipientem, ſicut eſt in baptiſmo ſicut procedit ſecunda probatio maioris, & etiā prima. Quia ſacramentum Ordinis non conſiſtit in ſanctificatione alicuius materiæ exterioris, ſed potius in ſanctificatione perſonæ per materiam exteriorem, vt dicit Sanct. Doct. 4. ſententiarum diſtinctione vigeſimaquarta, quæſtione prima, articulo primo, quæſtione quinta.

¶ Dico ſecundo, quod virtus inſtrumentalis huius Sacramenti eſt partim in forma verborū, & partim in miniſtro, non autem in materia loquendo de virtute agente ad primam rem huius ſacramenti, ſcilicet ad corpus Chriſti, ſed virtus, quæ agit ad ſecundam rem ſcilicet ad gratiam eſt partim in ſpeciebus naturalibus, & partim in corpore Chriſti.

Tertio arguit, quod vſus huius ſacramenti ſit pars eſſentialis ipſius. Omne illud pertinet ad

Digitized by Google

ad eſſentiam ſacramenti, quod efficit, id quod figuratur per ſacramentum, ſed comeſtio efficit vnionem fidelium, quæ figuratur per hoc ſacramentum: ergo.

Reſpondeo, negatur minor, quia gratia, & ea, quæ comitantur, non ſunt ab vſu huius ſacramenti niſi fortè tanquam à cauſa, ſine qua non agit, & hoc quia ipſe vſus eſt quædam perfectio ſecundaria ipſius ſacramenti, licet non pertineat ad eſſentiam eius, vt dicit Sãct. Doct. 3. parte, quæſt. 78. articul. 1. ad ſecundum ipſæ ſpecies ſacramentales ſignificant vltimam rem ſacramenti ſine vſu eius vbi ſuprà quæſt. 74. artic. 1. Et quod dictum eſt quod hoc ſacramẽtum non efficit niſi ſumatur, intelligendum eſt niſi ſumatur in re, vel in voto, vel in figura, vt Sanctus Thomas dicit 3. parte, quæſt. 8. artic. 1. ad tertium.

*Concluſio II.* Euchariſtia eſt vnum Sacramentum, & non plura. Hanc probat præſenti diſtinctione articul. 1. quæſt. 2. & 3. parte, quæſt. 73. arti. 2. Omne continens plura ad vnius totius integritatem eſt vnum perfectione, ſed hoc ſacramentum eſt huiuſmodi, habet enim materiam, & formam, & ordinatur ad perfectam refectionem ſpiritualem: ergo.

Contrà arguit Aureolus, vbi eſt ſola vnitas integritatis, ille qui accipit vnam partem, non accipit totum, ſed accipiens tantum corpus Domini, & non ſanguinem accipit totum ſacramentum: ergo.

Reſpondeo, negatur minor, quia licet ille, qui accipit tantum corpus accipiat totũ Chriſtum, qui eſt res vtriuſque ſpeciei, non tamen ſumit complete hoc ſacramentum, quantum ad id quod eſt ſacramentum, & non res, ſcilicet quantum ad ſpecies nec quãtum ad completũ vſum ſacramenti, qui eſt cibatio, & potatio, vt dicit Sanct. Doct. diſtinct. 8. quæſt. 1 artic. primo, quæſt. 2. Et ſi auctoritates ſonent oppoſitum, exponendæ ſunt ad hunc ſenſum. Attamen propter reuerentiam, & periculum non datur laicis ſub vtraque ſpecie, vt dicit tertia parte, quæſt. 80. artic. 12. quod dictum eſt ne faueatur Hæreticis Boemorum, qui dicunt Huſſitæ.

*Concluſio III.* Forma conſecrationis panis conſiſtit præciſè in his verbis. Hoc eſt corpus meum, hoc probat 3. parte, quæſtione ſeptuageſimaoctaua, articulo 2. illa eſt completa, & præciſa forma conſecrationis panis in ſacramẽto Euchariſtiæ, quæ ex inſtitutione Chriſti perfecta exprimit illud quod in ſacramento, & cõfirmatione panis efficitur, ſed prædicta forma eſt huiuſmodi: ergo.

Contra arguit Scotus diſtinct. 8. quæſt. 4. verba ſacramentalia debent ex vi verborum ſignare id quod efficitur ex vi ſacramenti, ſed iſta verba, Hoc eſt corpus meum, ſine verbis præcedentibus prolata non ſignificãt corpus Chriſti realitèr contineri ſub ſpeciebus panis, ſed potius corpus ſacerdotis proferentis verba: ergo debent præmitti neceſſariò alia verba, vt ex eis denotetur, quod iſta, Hoc eſt corpus meum, ſint verba Chriſti.

Reſpõdeo. Negatur maior, ſed ſufficit, quod verba conſecrationis, ſignificant corpus Chriſti, ibi eſſe ex inſtitutione Chriſti ordinantis, & ex intentiòne miniſtri proferentis.

¶Dico ſecundo, quod cum verba præcedẽtia recitentur tanquam verba Chriſti, quæ dixit in vltima Cœna, ex eorum vi non ſignificatur, quod corpus Chriſti ſit ſub ſpeciebus panis, quem ſacerdos tenet, vel coram ſe habet, ſed ſolum ſub ſpeciebus panis, quem Chriſtus accepit, & benedixit.

*Concluſio IV.* Iſta propoſitio Hoc eſt corpus meum, quam profert ſacerdos in conſecratione, eſt vera. Hanc probat tertia parte, quæſtiòne 78. articulo 5. ſic. Oratio practicè factiua alicuius effectus exprimens illud, quod efficit, eo modo quo efficit eſt vera, ſed iſta eſt huiuſmodi: ergo.

Contra arguit Scotus ſignificatum illius orationis eſt falſum: ergo ipſa eſt falſa conſequentia patet, antecedens probatur, ſignificatum orationis inſtituitur ex ſignificationibus partium, ſed partes non ſignificant corpus Chriſti: ergo, maior patet, minor probatur, ly hoc reſtringitur ex illo verbo, verbo eſt, præſentis temporis ad ſupponendum pro aliquo præſenti demonſtrato, ſed tale non eſt corpus Chriſti, ſed panis: ergo. Si dicatur quod eſt verbum, quia panis ſtatim conuertitur in corpus Chriſti.

Contra, ergo hæc vera, hic aer eſt ignis, loquendo de aere, ex quo ſtatim generabitur ignis.

Reſpondeo. Vt dicit S. D. præſenti diſtincti. quæſtione quarta, articul. primo, ad primum, quòd eſt differentia inter orationem ſpeculatiuam & practicam: quia ſpeculatiuus præſupponit entitatem rei: practicus autem cauſat entitatem rei; & ex conſequenti præcedit eam naturaliter; licet in vltimo inſtanti prolationis ſint ſimul tempore. Iſta oratio: hoc eſt corpus meum, eſt practica; ideo in ipſa ly hoc non ſupponit pro parte, quia eſſet falſa, cum in vltimo inſtanti prolationis non ſit panis; nec ſupponit pro corpore Chriſti: quia omnino præſupponeret entitatem eius; & ſic nõ eſſet practica Ex quo relinquitur, quòd ſupponat confuſè; vt ſit ſenſus hoc id eſt, contentum ſub his ſpeciebus eſt corpus meum, & licet non habeat hanc ſuper poſitionem ex vi ſermonis; habet

Digitized by Google

habet tamen eam ex inſtitutione Chriſti accommodantis hanc locutionem prædictam ad talem ſuppoſitionem. Non demonſtrat ergo ly hoc actu & determinante & in particulari; aliquid quod pro illo tempore ſit contentum ſub illis ſpeciebus; nec aliquid non contentũ, ſed demonſtrat aliquid commune vtrique cõtinens vtrumque in potentia & confuſè; ſicut animal continet ſuas ſpecies.

Ad argumentum negatur antecedens, ad probationem negatur maior, vt dicit S.D. præſenti diſt. quæſt. ſecunda, artic. tertio, ad ſeptimum, ſignificatio orationis non componitur ex ſignificationibus partium; licet ex eis reſultet tanquam ex diſpoſitionibus & ex ſignificatione vltimæ particulæ in oratione ad omnes præcedentes; vnde ipſa ſignificatio eſt quid ſimplex, minor conceditur; quia vt dictum eſt ly hoc ſtat confuſè; vnde nec corpus Chriſti; nec panem determinatè demonſtrat.

¶ Ad probationem. Reſpondeo dupliciter, primò, quòd conceſſo; vt habet communis logica, quòd ſtet pro aliquo præſenti; tamen illud non eſt niſi præſens vagum & confuſum eo modo quo talia poſſunt dici præſentia; prætérita vel futura; quæ quidem præſentia intelligitur reſpectu menſuræ, in qua completa eſt ſignificatio totius orationis.

¶ Reſpondeo. Secundò quòd ſignificatio illius verbi eſt; qua copulat prædicatum ſubiecto; eſt prior quàm ſua conſignificatio temporis; qua ſcilicet deſignat tempus illius copulæ; vnde cum copulatio non compleatur circa prolationem vltimæ dictionis, per conſequens non deſignatur illud tempus, nec ly hoc ex ſe deſignat aliquod præſens; quia nomina & pronomina abſtrahunt à tempore.

Contra eandem arguit Aureo. quod ly hoc non ſtet ſolum pro ſubſtantia ſub ſpeciebus, ſed etiam pro accidentibus. Illud demonſtratur per ly hoc; per quid reſpondetur ad interrogationem factam, quid eſt hoc, ſed ad talem interrogationem reſpondetur tam ſubſtantia quàm qualitas, &c. ergo.

Reſpondeo, quòd ly hoc demonſtrat contẽtum ſub ſpeciebus ex vi Sacramenti huiuſmodi eſt tantum ſubſtantia, accidentia autem ſi continentur hoc non eſt niſi ex quadam concomitantia eorum ad ſubſtantiam. Ad argumentum negatur minor. Sciẽdum etiam quòd Chriſtus continetur in Sacramento continentia relatiua, vt infra dicetur & continet Sacramentum continentia virtuali, & quaſi cauſæ efficientis.

*Concluſio V.* Omnia iſta pertinent ad cõſecrationem ſanguinis. ſ. hic eſt enim calix ſanguinis mei noui & æterni teſtamenti, myſteriũ fidei, qui pro vobis, & pro multis effundetur in remiſſionem peccatorum. Hanc ponit tertia parte, quęſtione ſeptuageſimaoctaua, art. 3.

Contra arguit Duran. diſt. 8. q. 2. primò tantum in illis verbis conſiſtit forma conſecrationis, quæ ſunt expreſſiua totalis effectus Sacramenti, ſed iſta verba, hic eſt calix ſanguinis mei, ſunt huiuſmodi; ergo.

Reſpondeo, negatur maior, nam ſi quis dicat, ego te baptizo, & non addatur in nomine patris; non eſt puer baptizatus & tamen totus effectus baptiſmi ſignificatur in primis verbis, etiam à ſimili in propoſito eſt.

Secundò. Corpus conſecratur per hæc verba, hoc eſt corpus meum, licet non addatur quod pro vobis tradetur; ergo & ſanguis per hæc verba ſola, hic eſt calix ſanguinis mei.

Reſpondeo. negatur conſequentia, quia cõſecrationem corporis Chriſtus protulit ſine illa determinatione, verba autem conſecrationis ſanguinis protulit cum iſta determinatione. Cuius ratio eſt; quia in totali effuſione ſanguinis fuit conſummatum myſterium redemptionis, non autem in traditione corporis, quę die præcedenti facta eſt.

Tertiò. Græci conficiunt ſanguinem, & tamen dicunt tantum hæc verba; vt patet in miſſali Baſilij, hic eſt ſanguis meus noui teſtamẽti, qui pro vobis, & pro multis effundetur in remiſſionem peccatorum.

Reſpondeo. Si minor eſt vera, dicitur quòd non conficiunt; aut ſi conficiunt hoc eſt ex ſpeciali dono Spiritusſancti.

Quartò arguunt alij. Nullum tranſiens eſt de eſſentia permanentis, ſed omnia verba trãſeunt, & Sacramentum remanet; ergo nullum verbum eſt de eſſentia huius Sacramenti.

Reſpondeo. Conceditur totum, nec nos dicimus, quod verba ſint de eſſentia huius Sacramenti conſecrati & completi, ſed quòd ſunt de eſſentia conſecrationis.

¶ Aureolus arguit iiſdem argumentis, quibus & Durandus.

*In hac 8. & 9. Diſtinctione. quarti Sententiarum, & vnica quæſtione ſequenti confutantur hæreſes damnatæ, vt in noſtro Commenntar. in text. Magiſtri, & confutantur etiam hæreſes, quæ ſunt in Abecedario, & in Ethimologijs hæreſum, & confutantur ſimilitèr Idolatriæ, vt in Abecedario Idolorum in principio, vide ibi lit.* C. E. F. *& S. ac etiam confutantur falſæ Theologię Fænicum, Egyptiorum, Gręcorum, Atlanticorum, Frigiorum, Gentium, &c. ab Euſebio in primo, ſecundo, tertio, & quarto libro de præparatione Euangelica contra Theologiam fabuloſam* Poetarum *antiquorum. Contra geneologias Deorum falſo-*

*ſorum exiodi, & contra geneologias falſorum Deorum Homeri ex quibus Boccacius de Greco in Latinum verſauit ſuam genealogiam, & de Latino in Truſcum, vt ait Aſcentius, & Seruius ſuper Virgilium, &c.*

*Ex concluſionibus, probationibus, & ſolutionibus argumentorum Capræoli ſoluuntur argumenta Vulpes,* & *aliorum recentiorum facilè, vt facit Ariſtotiles ad argumenta Antiquorum, quod veritatis cognitio dubiorum eſt ſolutio, & cum Cardinali Bellarmino dicente in libro de Scriptoribus Eccleſiaſticis de Ioanne Capræolo, quòd Ioannes Capræolus ſit defenſor Egregius Sancti Thomę, & optimè diſſoluit omnia argumenta aduerſariorum: dicunt verba formalia Bellarmini, ergo ſi optimè diſſoluit per Bellarminum, ſunt ſoluta argumenta cum his doctrinis hic: Sicut ſoluit Ariſtotelis contra antiquos dicendo in 3. de Cœlo, & in 3. Metaphiſic. veritatis cognitio, dubiorum eſt reſolutio.*

*Reſpondetur ſecundo cum Cardinali Sarnano Franciſcano doctiſſimo, cùm 115. concordantia, & ſimilitèr cum concordantia Bonaberba.*

*Reſpondetur tertio cum Petro de Bergamo, & Bartholomæo Spina dicentibus in tabula Sancti Thomæ, quod qui ſcit totam Logicam Sancti Thomę, Philoſophiam etiam moralem, totam* Metaphyſicam *Sancti Thomæ, & totam eiuſdem Theologiam, nullum poteſt facere argumentum contra Sanctum Thomam, & ideo ſubdit, quod iſti recentiores ſtudent tantummodo articulo, ſuper quem componunt, & non habent in mente omnia Opera Sancti Thomæ loquentis præſuppoſitiuè, pręſupponendo omnia ſupradicta, & dicendo, quapropter prærumpunt in verba in tantum Magnum Doctorem nullo modo applicanda, quod Sanctus Thomas contradicat ſibi ipſi, & ideo Cardinal. Sarnanus, quia ſciebat totum Sanctum Thomam concordauit ſimilitèr, etiam Ioannes Capręolus ſoluit argumenta aduerſariorum, cum locis Sancti Thomæ, quia totum in mente habebat Sanctum Thomam, & ideo Bellarm. dicebat bene omnia ſoluere Capręolum.*

*Argumenta vero Vaſquez, Valentię, Molina, Suarez, &c. quia colliguntur; & ſoluuntur, clarè, diſtinctè, & breuitèr à Ripa, à Nazario, à Conſales, à Nauarretto, à Zenardo, & præcipuè à* Montagnolo, *in tertia parte Sancti Thomæ, quæſtione 73. de Sacramento* Euchariſtiæ, *ideo vide ibi.*

*Vide noſtram expoſitionem* Petri *Lombardi aperientem mentem huius materiæ, vt in folio 72. hic, et infra pro 3. reſponſione Vulpes. Ac etiam vide 1. 2. et 3. folium pro reſponſione quarta, quinta, et ſexta ad argumentum eiuſdem Vulpes.*

*Reſpondetur ſeptimo, declaratione Scoti, & Sancti Thomæ per Radam Franciſcanum hic declarantem S. Thom.*

*Loca Sacræ Scripturæ hic, et infra à Salmerone,* Emanuel Sa, *à Toleto, à Prierio, Vegha, à Poſſeuino, à Salian, Torello in annalibus à creatione Mundi, quę videntur repugnare aliquomodo Thomiſtis. quia ſunt concordata à nobis in fine noſtrę expoſitionis totius Bibliæ, & in Anatomia Biblię impreſſa, ideo vide ea illic.*

*Reſponſiones apparentes contradictiones apud Vulpes vide in fine huius quarti.*

## DISTINCTIO X.

*Quæſtio 1.*

IN Diſtinctione decima quæritur. Vtrum corpus Chriſti ſit in Euchariſtia realitèr.

Reſpondetur affirmatiuè, ꝙ ſic, quia oppoſitum derogat perfectioni charitatis, & perfectæ coniunctioni capitis ad membra, vt dicit Sãct. Doct. 3 part. quæſt. ſeptuageſima quinta, art. 1. Et præſenti diſt. q. 1. art. 1.

Contra arguit Durandus diſtinct. 11. quæſt. 1. quod corpus Chriſti ſit in Sacramento non tanquam contentum, ſed ſolum per reſpectum præſentiæ, ſicut Angelus eſt præsẽs cori dato, quod non contineatur à corpore, & arguit ſic. Quicquid continetur loco, circunſcribitur, vel diffinitur loco, vel corpore, exiſtente in loco, ſed neutrum iſtorum conuenit corpori Chriſti, vt eſt in Sacramento: ergo.

Reſpondeo, negatur maior, quia præter illos eſt alius, ſcilicet modus quo quantitas continet ſubſtantiam cui inhæret, vel ſubſtantiam ſuccedente ſubſtantiæ, cui quantitas inhæſit, & hoc modo ſpecies ſacramenti continet corpus Chriſti, tertia parte, quæſtione 76. art. 5.

Contra eandem arguit Aureolus ad oppoſitum Durandi, probans quod corpus Chriſti non ſit ibi per ſolum reſpectũ præſentialitatis. Primo nullum reſpectum habet corpus Chriſti ad ſpecies, quem non haberet ad eaſdem ſubſtantia panis, ſed ſubſtantia panis non habuit ad eas aliquem reſpectum: ergo maior nota minor probatur. Inter accidens, & ſubiectum nullus eſt reſpectus: ergo, conſequentia patet, antecedens probatur. Subiectum, & accidens per ſe vniuntur, octauo metaphyſicæ: ergo inter ea non cadit aliquod medium.

Reſpondeo, primo negatur maior, quia ſubſtantia panis habebat reſpectum ad illas ſpecies per modum contenti, & ſubiecti,



Digitized by Google

ſed ſubſtantia corporis Chriſti habet reſpectum ad eas per modum contenti,& non ſubiecti ad continens non inhærens. Item ſubſtantia panis habebat ad eas reſpectum,vt ad rem circunſcriptiuam,& diffinitiuam in loco,non autem corpus Chriſti, nec iſti reſpectus, & illi ſunt einſdem ſpeciei.

¶Secundò negatur minor. Ad probationem negatur antecedens, ad probationem dicitur, quod inter vnita poteſt conſiderari triplex medium. Primum eſt ipſa vnio, quæ eſt indiuiſio vnitorum in aliquo vno eſſe. Secundò mediũ cauſans vnionem. Tertiò medium ſequens vnionem inter ſubiectum,& accidens nõ cadit, ſecundum medium cauſans eorum vnionem, ſed cadit in ea medium ſequens vnionem, puta inhærentia huius ad hoc, & ſubiectio illius ad hoc,vt dicit Sanct. Doct.in ſimili,3. ſentent. diſtinctione ſecunda, quæſtione ſecunda,artic.2. quæſt.3.

Secundò. Id quod eſt alicubi per ſolum reſpectum præſentialitatis,non dicitur tale quale eſt illud, cui eſt præſens ſicut Angelus pręſens columnæ ignis, non dicebatur ignis, ſed demõſtratis ſpeciebus,verum eſt dicere, hoc eſt corpus Chriſti:ergo.

Reſpondeo,negatur minor, ſed bene verum eſt hoc,idest contentum ſub ſpeciebus eſt corpus Chriſti, & ſic exponendæ ſunt omnes auctoritates ſi per aliquas probaretur illa minor.

Tertiò. Ille,qui eſt alicubi per ſolam præſentiam,poteſt ſe inde mouere, ſed corpus Chriſti non poteſt virtute propria mouere ſe ab illa præſentia, quam habet ad ſpecies: ergo.

Reſpondeo, negatur maior de præſentia ſupernaturali facta, ſicut etiam præſentia ſpiritus damnati ignem non ſubeſt ſuæ voluntati,quarto,contra gentil.capitul.nono, ſic eſt in propoſito.

Quartò. Omnis reſpectus eſt aliquid derelictum in aliquo ab alio,ſed circa corpus Chriſti non derelinquitur aliquid:ergo, &c.

Reſpondeo,negatur minor, quia comparatio corporis Chriſti ad ſpecies,ſub quibus eſt, habet aliquid ſimile cum illo modo, quo dicitur aliquid eſſe in loco,& cum illo modo, quo dicitur ſubſtantia contineri à ſuis dimenſionibus: & ideò talis reſpectus poteſt reduci ad prædicamentum vbi, vel habitus.

Quintò. Quantitas corporis Chriſti non habet talem reſpectum ad ſpecies: ergo nec ſubſtantia corporis Chriſti,tenet conſequentia, quia vniformis eſt earum connexio ad ſpecies, antecedens probatur. Omnis præſentia quantitatis ad quantitatem eſt contactus, ſed quantitas corporis Chriſti,& ſpecies non ſe tangũt: ergo.

Reſpondeo,negatur antecedens,& ad probationem negatur antecedens etiam de præſentia quantitatis non habentis modum eſſendi quãtitatis,huiuſmodi eſt hic, quia quantitas eſt ibi per modum ſubſtantiæ.

*Concluſio II.* Verum corpus Chriſti ſimul eſt in cœlo realitèr,& in diuerſis Altaribus ſacramentalitèr. Hanc probat quarto ſententiarum,diſtinct. 10. quæſt. 1. articul. 1. ad quintum. Iſtud non implicat contradictionem: ergo eſt poſſibile Deo, conſequentia patet,antecedens declaratur, licet enim implicet vnum corpus eſſe ſimul localitèr in duobus locis, quòd tamen ſit in vno loco per ſe, & alibi nõ localitèr, non contradicit, corpus Chriſti eſt in cœlo localitèr, ſed in Sacramento ex vi conuerſionis, & ratione illarum dimenſionum, quæ remanſerunt ex illo corpore,quod cõuerſum eſt in corpus Chriſti.

Contra declarationem concluſionis arguit Scotus diſtinctione 10. quæſtione 3. primò. Corpus Chriſti remanet tranſeunte conuerſione,& ſpecies non ſunt formaliter in corpore Chriſti:ergo neutrum eorum eſt ratio formalis, quòd corpus Chriſti ſit in Altari, antecedens patet,& etiam conſequentia, quia vterque effectus formalis ſeparatur à ſua cauſa.

Reſpondeo,negatur conſequentia,quia licet conuerſio non ſit formalis cauſa exiſtendi corpus Chriſti,eſt tamen formalis ratio, quòd incipiat eſſe. Et licet ſpecies ei non inhæreat, tamen corpus Chriſti ſuccedit ſubſtantiæ informatæ per illas inſeparabilitèr, & ideò ſicut illæ ſpecies determinabant ſubſtantiam panis ad talem locum, ita determinant corpus Chriſti ad locum, licet non eodem modo, vt dicit Sanct. Doct.3.p.q.76.art.5.

Secundò. Deus poteſt facere, quòd corpus Chriſti ſit ſimul ſub ſpeciebus remanente ſubſtantia panis, ergo poteſt facere, quod ſit ibi ſine conuerſione panis in corpus Chriſti, conſequentia patet,antecedens probatur, non plus repugnat ſubſtantia,eſſe ſimul cũ ſubſtãtia, quã cum quantitate, ſed poteſt eſſe ſimul cum quantitate panis:ergo,& cum ſubſtantia eius.

Reſpondeo,negatur antecedens. Ad probationem negatur conſequentia,quia licet ſimultas ſubſtantiæ,cum ſubſtantia ſit poſſibilis,ſimplicitèr tamen, non tamen ſub iiſdem dimenſionibus, nam ſi corpus Chriſti eſſet ſimul cum ſubſtantia panis in Sacramento,hoc non poſſet eſſe niſi per aliquam mutationem factam in corpore Chriſti, quod tamen non oportet ad hoc,quod corpus Chriſti ſit ſimul cum dimenſionibus panis, vt dicit Sanct.Doct.diſtinct.11. art.1.q.1.

Tertiò arguit, quod ſit poſſibile idem corpus

pus ſimul eſſe in diuerſis locis idem corpus eſſe in duobus locis non eſt niſi ponere in eo plures reſpectus extrinſecos, ſcilicet diuerſa vbi ergo plures reſpectus extrinſeci poſſunt fundari in eodem minor patet, maior probatur primo, plures reſpectus extrinſeci poſſunt eſſe ſimul in eodem fundamento, vtputa plures ſimilitudines ſuper eadem qualitate, ergo, & plures reſpectus extrinſeci. Secundò non eſt neceſſe multiplicato poſteriori, quod multiplicetur prius, ſed vbi ſũt poſteriora ſuo fundamẽto: ergo poſſũt multiplicari ipſa vbi, ſtante eodẽ fũdamẽto.

Reſpondeo, negatur minor, quia eſſe in duobus locis diuerſa vbi, & præter hæc circumſcriptionem locati à duobus locis. Iſtud autem implicat. Nam illud eſt compræhenſum à loco, cuius nulla pars eſt extra, ſi igitur eſt in diuerſis locis, ſequitur quod ſit compræhenſum, & non compræhenſum, eſt enim compræhenſũ ab vno loco, quia quælibet pars locati circumſcribitur à loco, & non eſt compræhenſum, quia quælibet pars eſt extra ipſum cum per ſe ſit in alio loco.

¶ Secũdò negatur maior, quia quęlibet duo vbi ſunt contraria, & quælibet duo loca diſtinguuntur ſpecificè, vt dicit Sanct. Doct. 10. Ethicor. cap. 4. quod incipit. Quid autem, vel quale quid manifeſtius, vbi ſic dicit. Quamuis omnes lineę, inquantum huiuſmodi ſint eiuſdem ſpeciei, tamen ſecundum, quod in certo ſitu cõſtituuntur ſunt ſpecie differentes ſecundum diuerſitatem locorum, quæ attenditur penes ordinem ad primum continens. Ad probationẽ primam maioris negatur antecedens, vt alias in tertio dictum eſt, negatur etiam conſequentia, quia duo reſpectus intrinſeci non habent contrarietatem ſicut reſpectus extrinſeci. Ad ſecundam negatur, quando poſteriora recipiuntur ſubſtantiæ in priori, & habent incompoſſibilitatem ſimul eſſendi in eo.

Quartò. Ad idem duo corpora poſſunt eſſe ſimul in eodem loco: ergo, & idem corpus poteſt ſimul eſſe in diuerſis locis, tenet conſequẽtia, quia tanta eſt repugnantia, hic & ibi.

Reſpondeo, negatur conſequentia, quia ſecundum implicat ſimpliciter cõtradictionem, vt dictum eſt, non autem primum, ſed tantum ſecundum quid, vt dicit Sanctus Doctor ſuper Boetiũ de Trinit. quæſt. 4. art. 4. quia repugnãtia duorum vbi in eodem ſubiecto eſt repugnantia formalis qualis eſt inter contraria, ſed repugnantia duorum in eodem loco eſt effectiua, quia ſcilicet vnum expellit aliud effectiuè non autem formalitèr, talem autem repugnantiam poteſt Deus ſuſpendere manutenendo illa duo, quanta in eodem loco.

¶ Dico ſecundò, quod quando duo corpora ſunt in eodem loco, habent duo vbi, quia vnumquodque eorum habet proprium reſpectum ad locum.

Quintò. Angelus poteſt ſimul eſſe in pluribus locis diffinitiuè: ergo idem corpus localitèr, conſequentia tenet, quia ſimilis eſt imitatio hic, & ibi, antecedens probatur, ſubſtantia panis poteſt conuerti in Angelũ: ergo Angelus erit ſuper ſpeciebus panis, & vbi non eſt.

Reſpondeo, negatur antecedens, quia quod diffinitiuè eſt alicubi ſic eſt ibi, quod non alibi 3. parte, quæſt. 76. art. 3. ad primum. Ad probationem dico, quòd dato illo caſu Angelus nõ eſſet ſub ſpeciebus panis localitèr, ſed ſacramentalitèr.

## QVAESTIO. II.

*Diſtinct. 10. 4. Sent.*

Circa eandem Diſtinctionem decimam quęritur ſecundò. Vtrum Chriſtus ſit in Euchariſtia totalitèr.

Pro deciſione quæſtionis hæc eſt prima concluſio. Chriſtus eſt in Euchariſtia, quòad omnem ſui ſubſtantiam. Hanc ponit Sanct. Doct. 3. parte, q. 76. art. primo, quia eſt ibi materia, & anima, & diuinitas.

*Concluſio II.* Anima eſt in hoc Sacramento ex vi Sacramenti ſolum inquantum dat eſſe corporeum, ſed vt dat eſſe animatum, & viuens, & ſenſitiuum, & intellectiuum eſt ibi ex naturali concomitantia. Hanc probat quæſt. 71. art. 6. ad ſecundum. Ibi eſt ex vi Sacramenti tantum id quod directè verba ſignificant, ſed cum dicitur Hoc eſt corpus meum, præcisè ſignificat formam corporeitatis: ergo.

Contra arguit Scotus diſtinct. 11. quæſt. 3. ar. 2. primò. Si Hoſtia conſecrata à Chriſto in cœna fuiſſet ſeruata in triduo remanſiſſet eadẽ res primo contenta, ſed non remanſiſſet anima intellectiua, quia erat ſeparata à corpore per mortem: ergo nec prius erat ibi.

Reſpondeo negatur maior, ſi intelligat, quod remanſiſſet omnino eade res, ideſt omne quod prius ibi erat, cuius ratio eſt, quia tãta eſt vnitas corporis Chriſti in Euchariſtia quanta extra Euchariſtiam, corpus autem Chriſti ante mortem, & poſt mortem non fuit idem ſpecificè, ſcilicet propter aliquam vnitatem alicuius formæ remanentis in mortuo, & prius exiſtentis viuo, ſed fuit idem triplicitèr. Primo propter vnitatem materiæ. Secundo propter vnitatem ſuppoſiti. Tertio propter vnitatem eiuſdem, etiam exiſtentiæ, 3. parte, quæſtione 58. artic. 5.

Secundò. Forma corporeitatis, & anima per



Digitized by Google

per ſe ſunt idem: ergo ſi conuerſio per ſe termi natur ad vnum, & ad reliquum.

Reſpondeo, negatur conſequentia, & ratio eſt quia dato, quòd illa eſſentia nõ eſſet anima, dum tamen eſſet forma corporeitatis adhuc fieret in ea conuerſio, ſed ex vi Sacramenti. ſed ſi eſſet anima, & non forma corporeitatis non fieret in ea conuerſio.

Tertiò cum dicitur, hic eſt ſanguis terminus conuerſionis ex vi Sacramenti non eſt ſola forma corporeitatis, quod non facit, quod aliquid ſit ſanguis: ergo ſimiliter cum dicitur, Hoc eſt corpus meum.

Reſpondeo, negatur conſequentia. Vbi ſciẽdum quòd eadem anima intellectiua dat eſſe homini, omnibus partibus eius, ſanguis autem non eſt actu pars animalis, ſed tantum in potẽtia, vt dicit Sanct. Doct. in quæſt. de anima, art. 9. & prima parte, quæſt. 119. articul. ſecundo. Et ſic alicubi dicatur quòd ſanguis eſt pars animalis intelligendum eſt non actu, ſed potentia proxima.

Contra eandem arguit Aureolus tribus medijs, & Henricus duobus, quę ſoluuntur ea ſolutione, qua primum Scoti.

*Concluſio. II.* Tota quantitas corporis Chriſti eſt in Eucharistia ex naturali concomitantia, & non ſecundum proprium modum, ſed per modum ſubſtantiæ. Hanc primam partem probat 3. parte, 76. quæſt. artic. 4. Quando ſũt duo realiter coniuncta, quæ mutuo ſe adæquãt, vbi eſt realiter vnum, ibi eſt reliquum, ſed corpus Chriſti, & eius quantitas ſunt huiuſmodi: ergo notanter dixi in maiori, quæ mutuo ſe adęquant propter inſtantias, quæ poſſunt dari de anima, & de potentijs eius, de diuinitate, & humanitate aſſumpta.

Secundam partem probat vbi ſupra ad quartum. Quantitas eſt ibi modo indiuiſibili: ergo non ſecundum proprium modum.

Contra rationem primæ partis arguit Durãdus hic quæſt, 2. corpus Chriſti, & eius locus in cœlo ſunt realiter coniuncta, & tamen ille locus non eſt in Eucharistia: ergo maior illius rationis eſt falſa.

Reſpondeo. Negatur maior quia locus, & locatum ſunt ab inuicem ſeparata, vt dicitur, 4 phyſic. tex. 48. nec inhæret locus locato, quantitas autem inhæret.

Secundò. Arguit contra concluſionem quibuſdam medijs, quorum vis iſta eſt. Id quòd eſt diuiſibile non poteſt eſſe alicubi, non indiuiſibili, ſed quantitas de ſe eſt diuiſibilis: ergo.

Reſpondeo. Primò quòd cum de ratione quantitatis ſit habere partibilitatem, & ſitum in ſe, & oppoſitum ei repugnet, neceſſariò quãtitas corporis Chriſti habet omnia hæc in ſe conſiderata, & eſt maior quantitate hoſtiæ cõſecratæ.

¶ Dico ſecundò, quòd ſicut anima ſenſibilis eſt in loco per accidens ratione quantitatis ſui corporis, nec tamen loco commenſuratur, & licet ſit ſecundum ſe indiuiſibilis, tamen mediãte corpore, quod informat, ſortitur diuiſibilitatem partium quantitatiuarum per accidens, ita quantitas corporis Chriſti, quæ eſt in Sacramẽto quaſi per accidens, & tantum concomitanter non commenſuratur quantitati hoſtiæ, nec ſe habet ad eam, vt pars ad totum, vel totum ad partem, vel vt pars ad partem, nec habet modum quantitatiuum.

¶ Dico tertiò, vt inquit Petrus de Palude, quòd etiam anima intellectiua ratione corporis quanti habet multiplicem diuiſibilitatem partium organicarum, & ſic aliquam partibilitatem ſortitur ratione corporis, quod informat, & aliquo modo comparatur diuiſibiliter ad locum corporis ſui in alia parte loci habet potentiam viſiuam in alia unitiuam, & ſic de alijs, & plures effectus exercet in toto loco quam in aliqua parte loci. Ad argumentũ negatur antecedens.

Contra eandem arguit Scotus, hic quæſt. 1. quando creatur, vel generatur aliquod corpus, quantitas habet proprium modum eſſendi quãtitatis, licet ſit ſecundarius terminus illius productionis: ergo ſimiliter licet in Sacramento ſit tantum ſecundario, vel per concomitantiam habet proprium modum eſſendi.

Reſpondeo. Primò negatur conſequentia, quia ſubſtantia corporis Chriſti nullo modo eſt terminus tranſubſtãtiationis ſacramentalis primus, nec ſecundus, ſicut eſt quando producitur aliquod quantum.

¶ Dico ſecundo, quòd quantitas corporis Chriſti dat illi corpori eſſe quantum, & ſitum naturalem partium in toto, qui ſitus eſt differentia quantitatis, non autem dat ei ſitum, qui eſt de prædicamento vbi, quia primus ſitus, ſcilicet ordo partium in loco extrinſecè, potiſſimè vbi quantitas dimenſiua eſt in aliquo loco per accidens, mediante ſubſtantia per miraculum. Non eſt etiam naturale quantitati habere comparationem ad dimenſionem extrinſecam, vel locum, ſub quo non eſt per ſe, ſed ſolum ex concomitantia ſubiecti, vt elicitur præſenti diſtinct. quæſt. prima, articul. ſecundo, quęſtiuncula 3. & 4. & tertia parte, quæſt. 76. articulo tertio.

Arguit Scotus duobus alijs medijs, & Aureolus quatuor, quæ omnia cõcludunt, quòd quãtitas corporis Chriſti habet proprium modum quantitatis, quòd conceditur loquendo de modo intrinſeco, ſcilicet ordine partium in toto,

non

Digitized by Google

non tamen dat ſuo ſubiecto ſecundum de eodē genere, quia talis modus in ordine ad continens eſt ſeparabilis à quantitate.

## QVAESTIO III.

*10. Diſtinctio 4. Sent.*

Circa eandem diſtinctionem decimam, quæritur tertiò. Vtrum corpus Chriſti localiter moueatur ad motum hoſtiæ.

*Concluſio* Reſponſiua ad quæſitum. Chriſtus ſecundum eſſe quod habet in Euchariſtia non mouetur per ſe ad motum hoſtiæ, ſed per accidens.

Primam partem ſic probat, 3 part. quæſt. 76. artic. Chriſtus non eſt per ſe in loco in Euchariſtia: ergo non mouetur per ſe localiter.

¶ Secundam ſic probat Chriſtus nunquam ſeparatur à ſpeciebus localiter motis: ergo mouetur per accidens ad motum earum.

Contra ſecundam partem arguit Scotus hic quæſt. 6. Id quod mouetur per accidens ad motum alterius coniungitur ei, vt actus potentiæ, ſed corpus Chriſti nō vnitur ſpeciebus, vt actus potentiæ: ergo.

Reſpondeo, negatur maior. Sed ſufficit, quòd faciat aliquo modo vnum cum eo quod mouetur per ſe, & ſi nō ſit actus cum potentia, vel econtra, tamen ſicut ſuccedens ſubiecto, aut potentiæ actus æquæ inſeparabiliter vnitur actui remanenti, ſicut ſubiectum præcedens tali actui vniebatur, licet prima vnio eſſet per inhærentiam, ſecunda autem non. ſic eſt in propoſito, quia corpus Chriſti ſuccedit ſubſtantiæ panis, & vnitur ſpeciebus ita inſeparabiliter ſicut ipſa ſubſtantia panis, quia nullo modo virtute creata poteſt ſeparari a corpore Chriſti 3 parte, q. 76. art. 6. ad 3.

Contra eandem arguit Durandus primo. Idem non poteſt ſimul moueri oppoſitis motibus, ſed ſi corpus Chriſti mouetur ad motum hoſtię, ſequitur quod moueatur à ſimul oppoſitis motibus, puta cum vna hoſtia eleuatur ſurſum, & alia diponitur: ergo.

Reſpondeo. Quod moueri in loco fundatur ſuper eſſe in loco: & ideò ſi vna res habeat duo eſſe in loco poterit habere duos motus. Dico igitur ad maiorem, quòd vna res poteſt moueri ſimiliter oppoſitis motibus ſecundum duo eſſe, non autem ſecundum idem eſſe, corpus autem Chriſti habet in duabus hoſtijs duplex ſacramentale, ſecundum numerum licet vnum ſecundum ſpeciem, quia quæ ſunt vnum numeraliter, ſimul generantur, & corrumpuntur, ſed corpus Chriſti ſeorſum incipit, & deſinit, eſſe in diuerſis locis hoſtiarum, ſecundum quòd diuerſis temporibus conſecrantur, & corrumpuntur: ergo ſunt ibi diuerſa eſſe.

Secundò, Chriſtus non frangitur ad fractionem hoſtiæ: ergo nec mouetur ad motum hoſtiæ.

Reſpondeo, negatur conſequentia, quia ad motum localē ſufficit, quod deſeratur vnus locus, & alius acquiratur, ſed ad fractionem hoc non requiritur, cùm etiam in vacuo eſſe poſſit, ſed oportet quòd illud, quòd erat integrum in duas partes per violentiam diuidatur, quarum quæ licet ſit minor toto, fracta autem hoſtia corpus Chriſti manet integrum cum ſit impoſſibile.

Tertiò. corpus Chriſti exiſtens in cœlo non dicitur moueri localiter ex eo quòd incipit eſſe de nouo in Sacramento: ergo exiſtens in Sacramento, & non deſerens locum quem habet in cœlo non mouetur localiter ad motum hoſtiæ.

Reſpondeo, negatur conſequentia, quia ad rationem motus propriè dicti requiritur deperditio termini à quo, & acquiſitio termini ad quem, & illorum terminorum ſucceſſio, & non ſimultas, ità quod non poſſunt eſſe ſimul, nō ſic autem eſt de loco Chriſti in cęlo, qui ſibi cōpetit ratione propriarū dimenſionū, & de loco, qui ſibi competit in Altari ratione dimenſionum panis, quæ loca ſimul, ſibi conueniunt, ſecus eſt de diuerſis locis ſibi conuenientibus ratione translationis hoſtiæ de loco ad locum.

Dico ſecundò, quòd corpus Chriſti dum incipit eſſe in Sacramento poteſt dici mutatum localiter per accidens, accipiendo mutationē, vt dicit tantum acquiſitionem alicuius, non tamen dicitur motum localiter.

Quartò. Angelus mouens corpus non mouetur per accidens ad motum eius: ergo nec corpus Chriſti ad motum ſpecierum.

Reſpondeo. Primò negatur conſequentia: quia præſentia Angeli, ad corpus eſt motoris ad mobile, ſed præſentia corporis Chriſti ad ſpecies eſt præſentia ſubſtantiæ ad quantitatem.

¶ Secundò. Negatur antecedens, quia Angelus mouetur per accidens ad motum corporis aſſumpti, licet non moueatur per accidens ad motum corporum cœleſtium, vt dicit Sanctus Doctor prima parte, quæſt. 51. artic. 3. ad tertium.

QVÆ-

Digitized by Google

## QVAESTIO IV.

*10. Diſtinct. 4. Sent.*

CIrca eandem diſtinctionem decimam: quęritur quartò. Vtrum corpus Chriſti in Eucharistia poſſit videri.

PRO deciſione hæc eſt prima concluſio. Nullus oculus corporalis poteſt videre corpus Chriſti prout eſt in huiuſmodi Euchariſtia. Hanc ſic probat tertia parte, q. 5. art. 7. & præſenti diſt. q. 1. art. 4. quæſtiun. prima. Corpus Chriſti vt eſt in Euchariſtia non poteſt immutare medium nec potentiam viſiuam; ergo non poteſt videri.

Contra arguit Scotus primo. Si non poteſt immutare: hoc eſſet maximè; quia corpus Chriſti in Euchariſtia eſt inextenſum, ſed hoc non obſtat: ergo conſequentia nota cum maiori, probatur minor. Angelus mouet corpus, & ipſum alteraret ſi haberet virtutem alterandi: ergo eſſe intenſum non impedit quin aliquid poſſit immutare aliud.

Reſpondeo. Negatur minor. Ad probationem negatur conſequentia; quia nos loquimur de agente merè corporali; & ipſe arguit de Angelo. Nam modus naturalis angeli mouentis corpus eſt tangere corpus tactu virtutis; qui contactus virtutis ſufficit etiam ad hoc quod anima moueat corpus ſibi vnitum. Agens autem corporale non poteſt naturaliter agere niſi tangat ſuum proximum & immediatũ paſſum tactu quantitatiuo; vt dicit S. D. ſecundo contra gen. cap. 55. & cap. 20.

Secundò. Corpus Chriſti in Euchariſtia eſt præſens minimo ſenſibili; ergo eſt ſenſibile.

Reſpondeo. Negatur conſequentia, quia minimum ſenſibile offertur oculo modo extẽſiuo; non autem corpus Chriſti cum non habeat modum quantitatiuum in ordine ad extrinſecum, ſicut etiam non ſequitur anima rationalis eſt præſens digito ſenſibili; ergo ipſa eſt ſenſibilis.

¶ Dico ſecundò, quod corpus Chriſti eſt præſens etiam cuilibet parti minimi ſenſibilis; cum minimum habeat partes conſenſibiles; licet non poſſit diuidi in partes ſeorſum ſenſibiles.

Tertiò. Viſio eſt forma abſoluta; ergo Deus poteſt eam cauſare in oculo ſine omni reſpectu extrinſeco; ſed contactus & præſentialitas ſunt reſpectus; ergo ſine his poteſt Deus facere quod videatur corpus Chriſti.

Reſpondeo. Negatur antecedens. Si intelligat cum præciſione; quia viſio importat in obliquo reſpectum ad potentiam viſiuam ſicut ad ſuum efficiens & ſubiectum; & ſimiliter importat reſpectum præſentialitatis ad obiectum eidem debitè oblatum .ſ. ſub modo extẽſiuo; & ideo nec color nec quantitas; nec ſubſtantia poteſt videri niſi habeat extenſionem reſpectu extrinſeci medij vel organi cuiuſmodi eſſe non habet corpus Chriſti nec eius color aut quantitas in Euchariſtia.

Et ſi quæratur, vtrum ſubſtantia ſit perceptibilis aliquo ſenſu. Dico quod ſubſtantia accepta ſecũdum proprium modum eſſendi ſubſtantiæ & abſtracta à modo quantitatiuo eſt ſola intellectu cognoſcibilis, & ſic intendit S. D. 3. parte, q. 76. art. 7. Sed quidditas ſubſtantiæ materialis particularis accepta ſub modo quãtitatiuo, & qualitatiuo eſt perceptibilis ſenſu interiori .ſ. virtute cogitatiua; vt dicit S. D. in tractatu de principio indiuiduationis, & prima parte, quæſt. 86. art. 1. ad ſecundum.

Sed vtrum oculus corporalis poſſit miraculosè videre corpus Chriſti vt eſt in Sacramento S. D. relinquit ſub dubio diſtinctione decima quæſtione prima, articulo quarto, ad primum. Sed quantum poteſt elici prima parte, q. decima ſecunda, art. 3. ad ſecundum. Oculus corporalis glorificatus videbit diuinam eſſentiam per accidens, ita à ſimili poteſt dici quòd oculus glorificatus poſſet miraculosè videre per accidens corpus Chriſti .ſ. videndo circa Sacramentum aliqua corporalia ſignata teſtificantia exiſtentiam corporis Chriſti ſub Sacramento.

*Concluſio II.* Quilibet intellectus beatus poteſt videre corpus Chriſti; vt eſt in Euchariſtia. Hanc probat ſic vbi ſupra de exiſtentia corporis Chriſti in Sacramento eſt fides viatoris; ergo intellectus beatus videt ipſum actu vel habitu, conſequentia patet; quia fidei ſuccedit viſio.

Contra arguit Scotus. Corpus Chriſti vt eſt in Euchariſtia, non eſt obiectum beatificum, nec incluſum in obiecto beatifico, vt beatificatum eſt; ergo non videtur à beatis viſione beatifica, conſequentia patet, antecedens probatur. Res aliorum Sacramentorum non includuntur in tali obiecto; puta quod gratia detur paruulo baptizato; nec res ſunt Sacramenti Euchariſtiæ.

Reſpondeo primò. Negatur antecedens pro ſecunda parte, ſecunda ſecundæ, q. 1. art. 8. quia obiectum beatificum inquantum huiuſmodi repræſentat videnti ipſum corpus Chriſti, ſecundum quod eſt in Euchariſtia, & ſimiliter res aliorum Sacramentorum ſecundum præſentem curſum gloriæ; licet Dei abſoluta aliter eſſe poſſit. Nam dato, quod nulla creatura videretur, ſed tantum diuinitas; adhuc ille intellectus eſſet beatus, & talis viſio eſſet beatifica.

Se

¶ Secundò negatur antecedens. Ad probationem negatur antecedens, vt dictum eſt. Negatur etiam conſequentia: quia res baptiſmi .i. gratia dependet aliquando diſpoſitiuè ex cognitione, & volitione ſuſcipientis: quæ ſunt occulta quædam reſeruata diuinæ cognitioni: non ſic autem res Euchariſtiæ.

Secundò. Angeli non vident in verbo corpus Chriſti vt eſt *in* Euchariſtia: ergo nec homo beatus, conſequentia patet, antecedens probatur. Angeli non viderunt ipſum à principio ſuæ beatitudinis: ergo nec nunc conſequentia patet & antecedens.

Reſpondeo. Negatur antecedens. Ad probationem negatur antecedens, quia omnes angeli à principio ſuæ beatitudinis viderunt in verbo omnia myſteria gratiæ: de quibus eſt principaliter fides viatorum, & de quibus angeli viatores illuminant: ſicut ſunt articuli fidei, & ſacramenta, alia vero myſteria, de quibus non eſt principaliter fides: ſed quæ pertinent ad inſtitutionem alicuius perſonæ in cõmuni vel particulari, poſſunt aliqui Angeli cognoſcere non in verbo, ſed in proprio genere, & de talibus illuminatur per ſuperiores.

*Concluſio III.* Nullus intellectus non beatus poteſt videre naturaliter corpus Chriſti, prout eſt in Euchariſtia. Hanc ſic probat vbi ſuprà. Naturalis cognitio intellectus creati, non poteſt eſſe de eo de quo eſt fides directè. Sed Chriſtum eſſe in Euchariſtia eſt huiuſmodi: ergo.

Contra arguit Scotus primo. Intellectus angelicus ſe habet ad omnia intelligibilia: vt ſunt intelligibilia in ſe: ergo poteſt intelligere ſubſtantiam corporis Chriſti.

Reſpondeo. Primo negatur antecedẽs: quia ſi ipſi eſſent: tũc quilibet talis intellectus prius & perfectius intelligeret Deum, quàm ſeipsũ & perfectiora in entibus quàm imperfectiora: quod eſt falſum: vt dicit S. Doct. de verit. q. 8. art. 3. ad 2. & 4.

¶ Dico ſecundò, quod conceſſa concluſione: hoc non eſt contra nos: quia non negamus quin angelus poſſit naturaliter cognoſcere ſubſtãtiam corporis Chriſti: ſed dicimus, quod non poteſt cognoſcere eam ſecundum eſſe, vel modum eſſendi: quem habet in Euchariſtia ſiue intuitiuè. Nam cognitio intuitiua eſt qua cognoſcitur res: vt præſens ſecundum eſſe ſuum, & modum eſſendi. Abſtractiua vero eſt qua cognoſcitur eſſentia rei: non cognita eius præſentialitate ſiue eius exiſtentia.

Contra hoc arguit ſic. Angelus poteſt cognoſcere naturalem abſentiam panis ſub ſpeciebus Euchariſtiæ. Ergo poteſt naturaliter cognoſcere præſentiam corporis Chriſti ſub illis.

Reſpondeo. Negatur conſequentia: quia exiſtentia panis ſub ſpeciebus eſt naturalis. Exiſtentia autem corporis Chriſti non.

Sed quia facta eſt mentio, de hac duplici notitia, ſciendum eſt, quod Scotus vult, quod cognitio intuitiua non ſit per ſpeciem mediam: ſed quod ipſum obiectum præſens per ſuam realem exiſtentiam moueat intellectum angeli. Hoc vero eſt falſum quia nullum extrinſecũ immediatè mouet intellectum angelicum: ſed cuiuslibet ſuæ intellectionis proximum principium eſt ſpecies: niſi quando Angelus cognoſcit ſeipſum vel Deum naturaliter aut beatificè.

¶ Dico ſecundò, quod non omne obiectum quod poteſt naturaliter cognoſci ab Angelo abſtractiuè: poteſt cognoſci naturaliter intuitiuè; vt patet de futuris contingentibus & de cogitationibus cordis.

¶ Dico tertiò, quòd ſpecies concreatæ in Angelo non æqualiter poſſunt repræſentare ſubſtantiam, & accidentia per accidens talibus ſubſtantijs & maximè accidentia ſupernaturalia: cum contingentia vel à ſola voluntate Dei, aut creaturæ dependentia non habeant naturalem ordinem ad ſubſtantias vel ad aliquam cauſam naturalem vniuerſi. Exiſtentia autem corporis Chriſti ſub ſpeciebus eſt quid ſupernaturale; & ideo eam non cognoſcit Angelus; imo eſt etiam dubium an Angelus naturaliter cognoſcat gratiam alterius Angeli intuitiuè.

Secundò arguit ſic. Angelus poteſt cognoſcere naturaliter corpus Christi ſecundum eſſe naturale; ergo & ſecundum eſſe ſupernaturale; quod habet in Eucharistia, antecedens patet, conſequẽtia probatur primò. Tum quia naturale, & ſupernaturale non sunt distincta in se, sed solum per comparationem ad aliud agere; ergo quod cognoscit & reliquum. Tum quia qui cognoscit naturaliter aliquid quod est maius; cognoscit etiam minus; sed supernaturale est aliquid imperfectius naturali puta accidens supernaturale substantia naturali; ergo, &c.

Respondeo, negatur antecedens. Ad probationem negatur antecedens. Nam gratia & gloria distinguuntur specificè ab omnibus effectibus naturalibus; nec agens naturale potest producere aliquid idem specie cum gratia aut gloria.

¶ *Ad* secundam negatur maior; quãdo quis habet speciem directè repræsentãtem aliquid, quod est maius; non autem id quod est minus. Nam Angelus habet speciem naturaliter repræsentantem eſſentiam alterius Angeli; non autem eius volitionem, quæ est actus. Sic est

in

in propoſito, nam ſpecies concreatæ Angelis directè repræſentant ſpecies materiales & immateriales: quæ ſunt de perfectione naturali vniuerſi: non autem nouos effectus gratiæ, & ſecreta Sacramentalia: quæ per ſolam reuelationem cognoſcuntur.

*In hac decima Diſtinctione quarti Sententiarum, & 4. quæſtionibus ſequentibus cõfutantur hæreſes damnatæ, vt in noſtro Commentar. in text. Magiſtri, & confutantur etiam hæreſes, quæ ſunt in Abecedario, & in Ethimologijs hæreſum, & confutantur ſimilitèr, Idolatriæ, vt in Abecedario Idolorum in principio, vide ibi lit C.E.L.M. & V. ac etiam confutantur falſæ Theologiæ Fæncium, Egyptiorum, Græcorũ, Atlanticorũ, Frigiorum, Gentiũ, &c. ab Euſebio in primo, ſecundo, tertio, & quarto libro de præparatione Euangelica contra Theologiam fabuloſam Poetarum antiquorum. Contra geneologias Deorum falſorum exiodi, & contra geneologias falſorum Deorum Homeri, ex quibus Boccacius de Græco in Latinum verſauit ſuam geneologiam, & de Latino in Truſcum, vt ait Aſcenſius, & Seruius ſuper Virgilium, etc.*

*Ex concluſionibus, probationibus, & ſolutionibus argumentorum Capręoli ſoluuntur argumenta Vulpes, & aliorum recentiorum facile, vt facit Ariſtoteles ad argumenta Antiquorum, quod veritatis cognitio dubiorum eſt ſolutio, & cum Cardinali Bellarmino dicente in libro de Scriptoribus Eccleſiaſticis de Ioanne Capræolo, quòd Ioann. Capreolus ſit defenſor Egregius Sancti Thomæ, & optimè diſſoluit omnia argumenta aduerſariorum: dicunt verba formalia Bellarmini, ergò ſi optimè diſſoluit per Bellarminum ſunt ſoluta argumenta cum his doctrinis hic: Sicut ſoluit Ariſtotelis contra antiquos dicendo in 3. de Cælo, & in 3. Metaphiſic. veritatis cognitio, dubiorum eſt reſolutio.*

*Reſpondetur ſecundò cum Cardinali Sarnano Franciſcano doctiſſimo, cum 116. concordantia, et ſimilitèr cum concordantia Bonęberbę.*

*Reſpondetur tertiò cum Petro de Bergamo, et Bartholomęo Spina dicentibus in tabula Sancti Thomę, quod qui ſcit totam Logicam Sancti Thomæ, Philoſophiam etiam moralem, totam Metaphyſicam Sancti Thomę, et totam eiuſdem Theologiam, nullum poteſt facere argumentum contra Sanctum Thomam, et ideò ſubdit, quod iſti recentiores ſtudent tantummodò articulo, ſuper quem componunt, et non habent in mente omnia opera Sancti Thomę loquentis præſuppoſitiuè, præſupponendo omnia ſupradicta, & dicendo, qua propter prærumpunt in verba in tantum Magnum Doctorem nullo modo applicanda, quòd Sanctus Thomas contradicat ſibi ipſi, et ideò Cardinal. Sarnanus, quia ſciebat totum Sanctum Thomam concordauit ſimilitèr, etiam Ioannes Capræolus ſoluit argumenta aduerſariorum, cum locis Sancti Thomæ, quia totum in mente habebat Sanctum Thomam, et ideò Bellarmin. dicebat bene omnia ſoluere Capreolum.*

*Argumenta verò Vaſquez, Valentię, Molinæ, Suarez, etc. quia colliguntur, et ſoluuntur, clarè, diſtinctè, et breuitèr à Ripa, à Nazario, à Conſales, à Nauarretto, à Zenardo, et pręcipuè à Montagnolo, in tertia parte Sancti Thomæ de conuerſione panis, & vini in corpus, & ſanguinem Chriſti quæſtione 75. ideo vide ibi.*

*Vide noſtram expoſitionem Petri Lombardi aperiētem mentem huius materię, vt in folio 77. hic, & infra pro 3. reſponſione Vulpes. Ac etiam vide 1.2. & 3. folium pro reſponſione quarta, quinta, & ſexta ad argumentum eiuſdem Vulpes.*

*Reſpõdet. 7. declaratione Scoti, & Sancti Thomę per Radam Franciſcanum hic declarantem S. Thom.*

*Loca Sacræ Scripturæ hic, & infra à Salmerone, Emanuel Sa, à Toleto, à Prierio, Vegha, à Poſſeuino, à Salian, Torello in annalibus à creatione Mundi, quæ videntur repugnare aliquo modo Thomiſtis, quia ſunt concordata à nobis in fine noſtrę expoſitionis totius Bibliæ, et in Anatomia Biblię impraſſa ideò vide ea illic.*

*Reſponſiones apparentes contradictiones apud Vulpes vide in fine huius quarti.*

## DISTINCTIO XI.

### *Quęſtio. 1.*

CIrca diſtinctionem vndecimam, quæritur. Vtrum poſt conſecrationem remaneat ibi ſubſtantia panis.

Reſpondetur negatiuè quod non remanet, tertia parte, quæſtione 75. art. 2. & præſenti diſt. q. 1. art. primo, quæſtiunc. 1. Huius ratio eſt: quia ſi panis remaneret, adoraretur adoratione latriæ, quod non eſt fiendum; ergo, &c.

Contra arguit Scotus, quod Chriſtus non ſit in altari ſiue non ſit præſens ſpeciebus panis, & vini ſolum per illam conuerſionem. Primò per nullam mutationem ſubſtantialem acquiritur per ſe niſi ſubſtantia. Sed illa conuerſio eſt mutatio ſubſtantialis, cum terminetur ad ſubſtantiam corporis Chriſti: ergo per eam non

non

Digitized by Google

non acquiritur, de per ſe præſentia corporis Chriſti ad ſpeciem: cum ipsa non ſit ſubſtantia,minor patet,maior probatur,quia mutatio habet vnitatem ex per ſe termino: & ideo ſi per ſe terminatur ad ſubſtantiam, & ad non ſubſtantiam,tunc non eſſet vna mutatio.

Reſpondeo. Negatur maior. Nam ſicut generatio ſubſtantialis per ſe primò terminatur ad ſubſtantiam,& ad formam ſubſtantialem. Et per ſe,secundo terminatur ad quantitatem & figuram & ad alias per ſe paſſiones conſequentes illam formam; ita iſta conuerſio primo & per ſe terminatur ad substantiam corporis Christi, ſed per ſe ſecundo terminatur ad præſentiam eius: & ſimiliter dealbatio terminatur ad albedinem,& ad ſimilitudinem.

¶ Ad probationem dico: quòd vnius mutationis eſt vnicus per ſe terminus primus, ſed poſſunt eſſe duo per ſe termini, vnus primus, & alius ſecundarius vt dicit S.D. quæſtione nona,de veri.articulo tertio.

¶ Dico ſecundò, quòd licet illa præſentia non eſſet per ſe terminus illius conuerſionis: poſſet tamen per ſe per eam acquiri tanquam reſpectus natura conſequens per ſe terminũ eius. Nam generatio eſt,acquiſitiua per ſe termini formaliter,cum ſit acquiſitio eius:eſt autem acquiſitiua effectiuè eius,quod conſequitur per ſe terminum.

Secundò arguit. Terminus eiuſdem rationis; non poteſt eſſe per ſe terminus duarum mutationum diſtinctarum ſecundum genus; ſed pręſentia corporis Christi ad ſpecies pręſens;manente ſubstantia panis, eſt eiuſdem rationis cum præſentia ad eaſdem ſpecies,deſtructa ſubstantia panis, & prius præſentia eſt ſine conuerſione; ergo & ſecunda & per conſequens eſt per ſe ex vi illius conuerſionis.

Reſpondeo.Negatur maior. Nam caro acquiſita per generationem eſt eiuſdem rationis cum carne acquiſita per mutationem, & per creationem & per reſuſcitationem:& ſimiliter quantitas acquiritur per generationem, aliquando per augmentationem.

¶ Dico ſecundò,quòd corpus Chriſti non poſſet fieri præſens ſubſtantiæ panis tranſubſtantiatione vel inceptione vel deſitione alicuius ſubſtantiæ vel ſine motu locali, & quia in conſecratione non eſt motus localis: nec generatio alicuius ſubſtantiæ: ideo oportet, quòd ibi ſit conuerſio ſiue tranſubſtantiatio ſubſtantiæ.

Tertiò arguit. Quod conuertitur in aliquod præexiſtens magis acquirit conditiones eius quàm econtra:patet in nutritiuo: ergo ex ſola conuerſione panis in corpus Chriſti præexiſtens,magis acquireret panis vt conuerſus pręſentiam corporis Chriſti in cœlo, quàm corpus Chriſti præſentiam ſpeciei panis in altari.

Reſpondeo. Dico primò, quòd falſum eſt antecedens. Ad probationem dicitur,quòd licet nutrimentum acquirat conditiones aliti abſolutas:tamen alitum in inſtanti conuerſionis forma aliti informat materiam alimenti,& acquirit vbi,& ſitum,& locum ipſius nutrimẽti:aliter alitum non eſſet maius.

¶ Dico ſecundò, antecedens eſt verum in conuerſione, in qua concurrit motus localis alimenti ad partes diuerſas aliti: & vbi ſit additio materiæ ad materiam, & totum conuertitur in totum. Non ſic autem eſt in Euchariſtia.

Quartò. Quia Deus poſſet conuertere ſubſtantiam panis in corpus Chriſti,vt habens eſſe in cœlo. Non enim eſt hic maior contradictio, ſed tunc non haberet corpus Chriſti eſſe ſub ſpecie panis ex ipſa conuerſione: ergo nec nunc.

Reſpondeo. Negatur minor. Poſſet enim tunc mouere panem localiter cum ſuis dimẽſionibus ad locum Chriſti, & tunc ſubſtantia corporis Chriſti eſſet ſub ſpeciebus panis ſacramentaliter,& in proprio loco circumſcriptiuè.

¶ Dico ſecundò,negando maiorem; quia non apparet mihi,quomodo hoc poſſet fieri, niſi interueniente motu locali. Nam iſta tranſubſtantiatione importat ſucceſſionem duorum ſubſtantiarum ſub eiſdem ſpeciebus.

Vltimò arguit. Si panis quantus conuerteretur in corpus Chriſti quantum; ita quod quantitas in quantitatem & ſubſtantia in ſubſtantiam; corpus Chriſti non haberet vbi circunſcriptiuè;quod fuit panis,ergo ex conuerſione ſubſtantiam; corpus Chriſti non habet vbi diffinitiuè,quod erat ſubſtantiæ panis, antecedens patet; quia corpus Chriſti eſt maius pane, conſequentia probatur; quia ſicut ſubſtantia & ſubſtantia, quæ ſubſunt quantitati diffinitiuè ſe habent ad locum; ita ſubſtantia quanta ad ſubſtantiam quantam circunſcriptiuè.

Reſpondeo. Dico primò, quod dato caſu argumenti talis conuerſio eſſet impoſſibilis; vel ſaltem non eiuſdem rationis cum ea, quæ nunc fit;quæ importat ſucceſſionem duarum ſubſtantiarum totalium & perfectarum ſub eiſdem accidentibus.

¶ Dico ſecundò,quod admiſſo caſu; negãda eſt illa conſequentia; quia non eſt ſimile; quod adducitur pro ſimili. Nam in tali conuerſione non remanerent aliqua accidentia panis conuerſi,ſub quibus ſubſtantia corporis

Vvvv Chri-

Digitized by Google

Chriſti eidem ſuccederet, & ratione quorum eſſet circunſcriptiuè aut diffinitiuè aut alio modo in loco panis conuerſi;ſecus eſt de conuerſione moderna.

*Concluſio II.* Subſtantia panis & vini licet non maneat in Euchariſtia; non tamẽ propriè annihilatur. Hanc ponit S.Doct.tertia parte,quæſtione ſeptuageſimaquinta, articul. quarto,item præſenti diſtinctione, quæſtione prima articulo ſecundo,item quarto,contra gen. cap. 68. & quolib. q.11. Huius ratio eſt. Omnis annihilatio propriè terminatur ad nihil. Sed conuerſio panis,vel eius mutatio non terminatur ad nihil,ergo.

Contra arguit Scotus diſt.11.q.4.quod ſubſtantia panis annihiletur in tranſubſtantiatione. Primò ſubſtantia panis præfuit, & nihil eius manet,ergo annihilatur, antecedens probatur;quia totum totaliter tranſit,ſcilicet materia in materiam & forma in formam.

Secundò arguit. Panis præfuit & modo nihil eſt nec in ſe, nec in alio, ergo annihilatur, antecedens probatur, quia tunc corpus Chriſti augeretur.

Si dicatur, quod non eſt annihilatio; quia terminus ad quem huius tranſitus eſt aliquid, ſcilicet corpus Chriſti.

Contra. Terminus ad quem huius tranſitus eſt nihilitas panis; ergò ſecundum propriam rationem illa deſitio eſt annihilatio, licet concomitetur corpus Chriſti.

Confirmatur. Tum quia pariter corruptio erit mutatio poſitiua,quia eam concomitatur generatio.Tum quia concomitantia corporis Chriſti eſt per accidens.Tum quia ſi panis annihilaretur eodem modo penitus ſe habaret vt nunc; quando conuertitur in corpus Chriſti.Tum etiam quia terminus illius nouæ deſitionis eſt noua negatio panis.

Reſpondeo.Dicitur,quod reſponſio ibidem recitata euacuat ſufficienter primum & ſecũdum argumentum, quam virtualiter ponit S. Doct. tertia parte, q.75. art.3. item præſenti diſt.q.1.art.2.& ad primum,item quinto quolib.art. primo.

¶ Ad improbationem dicitur, quòd talis deſitio diſtinguitur ſecundum propriam rationem ab annihilatione,non quidem vt deſitio, ſed vt talis deſitio. Nec eius terminus eſt nihilitas panis; ſed non panis qui eſt ſubſtantia corporis Chriſti.

¶ Dicitur etiam, quod terminus principalis annihilationis eſt deſitio; huius vero licet proximus terminus ſit deſitio; non tamẽ principalis, cum ſit quædam diſpoſitio ordinata ad poſitionem corporis Chriſti.

¶ Ad primam confirmationem negatur cõſequentia. Corruptio enim ab annihilatione tripliciter differt. Primò quia materia manet. Secundò quia priuatio. Tertiò quia diſpoſitio ad diſpoſitionem poſitiuam. Quare non ſequitur,quod ſit mutatio poſitiua de proximo, & inductiuè; licet poſitiua vltimatè, & diſpoſitiuè. Item manet in hac conuerſione in accidẽtibus manentibus aptitudo naturalis;ſed obedientialis ad iterato informandum ſubſtãtiam panis.

¶ Ad ſecundam negatur antecedens. Non enim poſitio corporis Chriſti omnino ſe habet per accidens ad deſitionem ſubſtantiæ panis. Cum deſitio de per ſe nunc ordinetur ad illam poſitionem,& propter illam intendatur, & ad illam diſponat.

¶ Ad tertiam negatur antecedens. Nam ſi panis annihilaretur non eſſet diſpoſitio,vt dictum eſt nunc nunc.

¶ Ad quartam dicitur, quod illa noua negatio eſt coniuncta potentiæ obedientiali relictæ in corpore Chriſti ad ſubſtantiam panis; ſic eſt poſt conuerſionem; talis vero negatio non eſt terminus annihilationis.

Contra eandem concluſionem arguit Durandus, probando, quod vel aliquid dicitur ſubſtantia panis, puta materia in Sacramento hoc remanet,vel ſubſtantia panis veraciter & propriè annihilatur primo. Illud quod non eſt magis in alio nunc quàm prius non eſt magis conuerſum in aliud nunc quàm prius. Sed ſi panis non manet poſt conuerſionem; non eſt in Sacramento tunc plus quàm ante vel prius, ergo.

Reſpondeo.Negatur maior. Conuerſum enim ſecundum quòd huiuſmodi non manet ſecundum aliquid ſui. Dico etiam ſine aſſertione, quod ſubſtantia panis conuertitur in corpus Chriſti ſecundum eſſe præſens realiter in altari: & corpus Chriſti ſecundum eſſe in altari eſt in potentia obedientiali ad eſſe ſubſtantiam panis, vt ſic materia in materiam, & forma in formam conuertantur, non ſecũdum eſſe ſubſtantiale abſolutum ſed ſecundum illud eſſe in altari. Secundum iſtum modum aliter manet panis in potentia poſt conuerſionem in corpore Chriſti, quàm maneret poſt annihilationem. Nam poſt annihilationem fieret alias de nihilo,vel de corpore Chriſti ſecundũ ſe:& non de eſſe corporis Chriſti in altari: cũ illud non eſſet. Hæc Petrus & benè.

*Secundò arguit.* Omnis terminus actionis ſit per actionem; ſed in conuerſione panis in corpus Chriſti ſecundum te corpus Chriſti eſt terminus:ergo per talem actionem attingitur. Sed ſi nihil ſit in ipſo: qualiter attingatur non intelligibile.

Reſ-

Digitized by Google

Reſpondeo. Conceditur, quod corpus Chriſti ſecundum eſſe in altari eſt terminus huius conuerſionis, & per eam attingitur. Intelligitur vero, quod terminus huius conuerſionis non ſit ſolus reſpectus aut modus: ſed ſubſtantia ſub modo eſſendi.

Sciendum, quod B Tho. ſenſit: quod ſubſtantia panis conuerſa redire non poteſt; niſi corpus Chriſti è conuerſo vertatur in ſubſtantiã panis. Quod autem reputat hoc impoſſibile nõ contrariatur prædictis. Nam benè eſt impoſſibile ſecundum potentiam Dei ordinariam: nõ autem ſecundum abſolutam. Item licet ſecundum ordinatam ſit impoſſibile, quod ſubſtantia corporis Chriſti ſecundum eſſe abſolutum vertatur in panem: non tamen ſecundum eſſe Sacramentale: modo quo dictum eſt prius.

*Concluſio III.* Subſtantia panis, & vini cõuertitur in corpus, & ſanguinem Chriſti conuerſione ſingulariſſima. Hanc ponit 3. parte, q. 75. art. quarto. Item præſenti diſt. q. 1. art. 3. in ſolutione primæ quæſtiunculæ. Ex quibus prò prima parte concluſionis formatur talis ratio. Omne quod incipit eſſe hic: eſt hic nouiter per propriam immutationem, vel per mutationẽ alterius terminatam ad ipſum, ſed corpus Chriſti incipit eſſe in altari, & ſub Sacramento, & non per propriam mutationem alterius terminatam ad ipſum; ſed non eſt, cuius mutatio terminetur ad ipſum niſi panis, nec ille niſi per conuerſionem, ergo.

Pro ſecunda parte concluſionis poteſt ſic argui. Illa mutatio, vel conuerſio eſt ſingulariſſima, quæ ſingulariſſimè differt ab omni naturali mutatione, ſed conuerſio panis in corpus Chriſti eſt huiuſmodi, ergo.

Contra arguit Scotus, vt recitat Durandus probando quod conuerſio ſi eſt nihil facit nihil niſi, diſpoſitiuè ad eſſe corpus Chriſti in altari: & quod Deus ſine conuerſione aquæ facere poteſt, ſupponit autem nonnulla: deinde deducit intentum.

Primò ſupponit, quòd per carentiam quantitatis eſt Angelus præſens omni corpori: ſola enim quantitas facit diſtare & eſſe abſens, idẽ faceret diſtare & eſſe abſens, idem faceret homini quanto abſolutio ab vſu quantitatis.

Reſpondeo, negatur hoc ſuppoſitum. Ad probationem dicitur, quòd licet quantitas faciat diſtare: non tamen eſſe præſentem: ſed hoc fit per aliquod poſitiuum: puta per actualem contractum virtutis, idem dicitur de abſolutione ab vſu quantitatis.

Secundò ſupponit. Quid faciat hæc conuerſio. Accidentia remanentia faciunt corpus Chriſti ibi eſſe Sacramentaliter quod non eſt eſſe realiter, ſed ſicut in ſigno. Conuerſio vero ſubſtantiæ tria facit. Primò facit ſpecies habere immediatam habitudinem ad corpus Chriſti. Secundo facit, quòd ex vi Sacramenti hic eſt corpus Chriſti vt eſt ſubſtantia, ex concomitatiua vero vt eſt quantitas. Tertiò cum corpus Chriſti ſit etiam quantum prout eſt terminus conuerſionis non ſit realiter præſens.

Reſpondeo. Accidentia remanentia plus faciunt: faciunt enim formaliter, licet non effectiuè, quòd corpus Chriſti ſit in altari realiter diffinitiuè: aut Sacramentaliter, vel alio modo: ſicut faciebant, quod ſubſtantia panis erat ibi circunſcriptiuè. Conuerſio enim præterita non eſt formalis ratio eſſendi in loco: ſed potius ſe habet vt effectiua.

Item ad ſecundum, quod facit conuerſio dicitur falſum eſſe, quòd fiat conuerſio in quantitate ex conſequenti. Quia ſubſtantia panis non conuertitur in accidens. Nec ſequitur eſt ibi: ergo eſt ſicut terminus conuerſionis ſicut patet de diuinitate in quam nihil poteſt conuerti, & tamen eſt ibi.

Tertiò ſupponit. Quod diuina virtus abſoluens quantitatem ab vſu quantitatis qui eſt facere diſtare, & eſſe abſens completiuè, & vltimatè facit hic eſſe corpus Chriſti Conuerſio autem determinat abſolutionem ab vſu quãtitatis per quam eſt ibi.

Reſpondeo. Plus dat conuerſio: quia dat ibi eſſe realiter per hoc quòd facit ſuccedere illi: quod hic erat realiter.

Quartò ſupponit. Deus nulla ſancta conuerſione poteſt facere iſtam abſolutionem ab vſu quantitatis, ſicut fecit quando intrauit ad diſcipulos, ianuis clauſis.

Reſpondeo. Deus poteſt abſoluere quantitatem ab vſu occupandi locum. Abſolutio autem ab vſu non dat realem præſentiam, ſed illa ſuppoſita facit non eſſe localiter, vbi eſſet localiter.

Quintò arguit. Deus poteſt facere effectum qui eſt res abſoluta, vel relatio ſine cauſa eius in fieri ſicut generationem ſine alteratione: ergo ſi Deus poteſt in conuerſione cauſare in corpore Chriſti iſtam habitudinem, quæ eſt eſſe hic realiter præſens, poterit facere ſine conuerſione.

Reſpondeo primò. Nullam potentiam poteſt cauſare reſpectus ſine fundamento ſuo. Et quia corpus Chriſti eſſe ſacramentalitèr dicit in corpore Chriſti reſpectum fundatum ſuper conuerſionem præſentem, aut præteritam, ſicut paternitas ſuper generationem actiuam.

Item falſa eſt maior. Quia Deus non poſſet ſubſiſtentem creaturam creare ſine creatione paſſiua intermedia 1. parte, quæſt. 45. artic. 3. ad tertium.



Digitized by Google

Contra eandem arguit Durandus probando, quod poſſit eſſe corpus Chriſti in Altari nulla facta conuerſione, ſed manente ſubſtantia primo. Si conuerſio requireretur, aut eſſet, quia corpus Chriſti non poſſet eſſe ſub illis ſpeciebus ſimul cum alio corpore. Aut niſi ſubſtantia panis mutaretur in ipſum. Aut quia non ſaluaretur veritas verborum ſacramentalium. Non eſt autem propter primum, quia corpus, quod poteſt eſſe ſimul cum aliena quantitate poteſt eſſe ſimul cum aliena ſubſtantia, ſed corpus Chriſti eſt huiſmodi: ergo. Non propter ſecundum, quia res conuerſa fit magis vbi erat res in quam conuertitur quàm econtra. Non propter tertium, quia redditur vera loquutio, dicendo hoc, ideſt, contentum ſub hoc, eſt corpus meum: ergo.

Reſpondeo. Eſſe non poteſt quòd corpus Chriſti manens in cœlo, localitèr ſit in Altari, cum ſubſtantia panis ſacramentalitèr.

¶ Ad primam probationem negatur maior de eſſe ſimul ſacramentalitèr, eſt autem vera de eſſe locali minor autem eſt vera de eſſe ſacramentali, non autem locali quare non ſequitur concluſio.

Ad ſecundam dicitur quòd aſſumptum eſt verum tantum: quando conuerſum ſecundum nihil ſui remanet in loco priori, & ſecundum aliquid ſui additur ad conuertens, ſicut in alimento. Non eſt ſic in hac conuerſione. Verum eſt quòd ea, quæ fiunt in hac conuerſione, imaginationem tranſcendunt, & nihil eſt in naturalibus huic ſimile.

Ad tertiam dicitur, quòd licet loquutio reddatur vera illud tamẽ eſſe nequit, quia corpus Chriſti aut aliquid de nouo fieri non poteſt niſi, aut per illapſum, vt ſpiritus creatus in corpore aſſumpto aut localiter, aut per conuerſionem.

Sciendum, quòd licet corpus Chriſti non ſit in Sacramento tanquam in loco, dicitur tamẽ eſſe in loco ſpecierum per accidens, veraciter tamen, & realiter, & habere habitudinem ad illum locum, mediante tamen Sacramento, & conſequenter dum incipit eſſe ſub Sacramẽto, incipit eſſe vbi non fuit prius, non quòd ſit ſubiectum noui vbi, ſed quia habet habitudinẽ ad Sacramentum, quòd eſt ſubiectum alterius, vbi quam ſit vbi corporis Chriſti in cœlo.

¶ Sciendum etiam, quòd licet difficile ſit videre quomodo per conuerſionem panis corpus Chriſti incipiat eſſe in Sacramento, tamen difficilius, immò impoſſibile eſt videre alium modum. Vnde de temeritate potius ſunt notandi, qui contra prædictam doctrinam Sanct. Thom. temerariè loquuntur, quam eius poſitio temeraria dicenda.

Contra eundem arguit Aureolus, probando, quòd non ſufficit dicere, quod in tranſubſtantiatione ſit ſucceſſio eſſe vnius ſubſtantiæ poſt non eſſe alterius, primo. Non poteſt dari in quo corpus Chriſti ſuccedat pani: ergo, antecedens probatur. Omne quod ſuccedit, aut ſuccedit in eſſendo, quia ſcilicet non fuit, & nõ eſt, vel ſuccedit in tempore, quia ſcilicet eſt in tempore poſtquam erat in tempore, vel ſuccedit in loco. Sed non eſt dare primum, quia corpus Chriſti prius erat. Nec ſecundum, quia eodem modo lapis, qui eſt in Altari ſuccedit ipſi. Nec tertium, quia non eſſet aliud trãſubſtantiari panem in corpus Chriſti, quàm eſſe corpus Chriſti, vbi fuit panis. Similitèr nec poteſt dici, quòd ſuccedat in ſpeciebus, vt prius fuerunt in pane, & poſtea ſunt in corpore Chriſti, quia hoc non eſſet niſi tranſaccidentatio: ergo.

Reſpondeo, Tertium admittitur ſubſtantia enim corporis Chriſti immediatè ſuccedit ſubſtantiæ panis ſub eiuſdem accidentibus, & ſpeciebus, mediantibus, quibus ſuccedit ſubſtantiæ panis quòad locum, licet ſubſtantia panis alitèr ſe haberet ad ſpecies, quàm ſubſtantia corporis Chriſti modo ſe habet, vt dictum eſt. Nec ſequitur, quòd ibi ſit ſola tranſaccidentatio. Tùm quia nihil conuertitur in prædicta accidentia, nec econuerſo. Tùm quia per ſucceſſionem vnuius ſubſtantiæ ad aliam, eſt ibi vera tranſubſtantiatio.

Argumenta cætera Aureoli præfata attentè animaduerſa facillimè ſoluunt.

*In hac vndecima Diſtinctio. quarti Sententiarum, & vnica quaſtione ſequenti confutantur hæreſes damnatæ, vt in noſtro Commenntar. in text. Magiſtri, & confutantur etiam hæreſes, quæ ſunt in Abecedario, & in Ethimologijs hæreſum, & confutantur ſimilitèr Idolatria, vt in Abecedario Idolorum in principio, vide ibi lit. C. P. & S. ac etiam confutantur falſæ Theologię Fænicum, Egyptiorum, Grǽcorum, Atlanticorum, Frigiorum, Gentium, &c. ab Euſebio in primo, ſecundo, tertio, & quarto libro de præparatione Euangelica contra Theologiam fabuloſam Poetarum antiquorũ. Contra geneologias Deorũ falſorũ Heſiodi, & contra geneologias falſorum Deorũ Homeri, ex quibus Boccacius de Græco in Latinum verſauit ſuam geneologiam; & de Latino in Truſcum, vt ait Aſcenſius, & Seruius ſuper Virgilium, etc.*

*Ex concluſionibus, probationibus, & ſolutionibus argumentorum Caprǽoli ſoluuntur argumenta Vulpes, & aliorum recentiorum facile, vt facit Ariſtotiles ad argumenta Antiquorum, quod veritatis cognitio dubiorum eſt ſolu-*

Digitized by Google

*ſolutio, & cum Cardinali Bellarmino dicente in libro de Scriptoribus Eccleſiaſticis de Ioanne Capraolo, quòd Ioann. Capreolus ſit defenſor Egregius Sancti Thomæ, & optimè diſſoluit omnia argumenta aduerſariorum: dicunt verba formalia Bellarmini, ergò ſi optimè diſſoluit per Bellarminum ſunt ſoluta argumenta cum his doctrinis hic: Sicut ſoluit Ariſtotelis contra antiquos dicendo in 3. de Cœlo, & in 3. Metaphiſic. veritatis cognitio, dubiorum eſt reſolutio.*

*Reſpondetur ſecundò cum Cardinali Sarnano Franciſcano doctiſſimo, cum 117. concordantia, et ſimilitèr cum concordantia Bongherbę.*

*Reſpondetur tertiò cum Petro de Bergamo, et Bartholomęo Spina dicentibus in tabula Sancti Thomę, quod qui ſcit totam Logicam Sancti Thomæ, Philoſophiam etiam moralem, totam Metaphyſicam Sancti Thomę, et totam eiuſdem Theologiam, nullum poteſt facere argumentum contra Sanctum Thomam, et ideò ſubdit, quod iſti recentiores ſtudent tantummodò articulo, ſuper quem componunt, et non habent in mente omnia opera Sancti Thomę loquentis pręſuppoſitiuè, præſupponendo omnia ſupradicta, & dicendo, qua propter prærumpunt in verba in tantum Magnum Doctorem nullo modo applicanda, quòd Sanctus Thomas contradicat ſibi ipſi, et ideò Cardinal. Sarnanus, quia ſciebat totum Sanctum Thomam concordauit ſimilitèr, etiam Ioannes Capræolus ſoluit argumenta aduerſariorum, cum locis Sancti Thomæ, quia totum in mente habebat Sanctum Thomam, et ideò Bellarmin. dicebat bene omnia ſoluere Capreolum.*

*Argumenta verò Vaſquez, Valentię, Molinæ, Suarez, etc. quia colliguntur, et ſoluuntur, clarè, diſtinctè, et breuitèr à Ripa, à Nazario, à Conſales à Nauarretto, à Zenardo, et pręcipuè à Montagnolo, in tertia parte Sancti Thomæ de conuerſione panis, & vini in corpus, & ſanguinem Chriſti quæſtione 75. ideo vide ibi.*

*Vide noſtram expoſitionem Petri Lombardi aperiētem mentem huius materię, vt in folio 77. hic, & infra pro 3. reſponſione Vulpes. Ac etiam vide 1.2. & 3. folium pro reſponſione quarta, quinta, & ſexta ad argumentum eiuſdem Vulpes.*

*Reſpōdet. 7. declaratione Scoti, & Sancti Thomę per Radam Franciſcanum hic declarantem S. Thom.*

*Loca Sacræ Scripturæ hic, & infra à Salmerone, Emanuel Sa, à Toleto, à Prierio, Vegha, à Poſſeuino, à Salian, Torello in annalibus à creatione Mundi, quæ videntur repugnare aliquo modo Thomiſtis, quia ſunt concordata à nobis in fine noſtrę expoſitionis totius Bibliæ, et in Anatomia Biblię impraſſa ideò vide ea illic.*

*Reſponſiones apparentes contradictiones apud Vulpes, vide in fine huius quarti.*

## DISTINCTIO XII.

### *Quæſtio 1.*

Circa Diſtinctionem duodecimam quæritur. Vtrum accidentia ſeparata à ſubſtantia panis conuerſi in corpus Chriſti poſſint immutare ſubſtantialitèr aliquid extrinſecum.

Pro quæſtione ſit prima concluſio. In Sacramento Euchariſtiæ remanent accidentia panis ſine ſubiecto, quod ſit ſubſtantia, & aliquod accidens ſine quocunque ſubiecto. Hanc ponit Sanctus Thomas præſenti diſtinctione, quæſtione prima, artic. primo, quæſt. tertia. Item tertia, quæſtio. 77. articul. 1. & 2. Item 4. contra Gent. cap. 65. & 9. quolibet. quæſtione quinta. Ex quibus poſſunt formari rationes pro vtraque parte concluſionis. Pro prima quidem, ſi accidentia panis eſſent facta conuerſione in aliqua ſubſtantia, aut illa eſſet ſubſtātia panis, aut ſubſtātia corporis Chriſti, aut aliqua alia. Sed nullum horum dici poteſt: ergo nullum tale accidens eſt ſubiectiuè in aliqua ſubſtantia. Pro ſecunda parte concluſionis arguitur ſic. Omnis qualitas extenſa diuiſibilis, & mouens ſenſum eſt ſubiectiuè in quantitate, ſed qualitates Euchariſtiæ ſunt huiuſmodi: ergo.

Contra arguit Scotus hic quæſtione ſecūda probando, quòd alia accidentia æque poſſunt eſſe ſine ſubiecto, ſicut quantitas primo. Dependentia ad primum in abſolutis eſt eſſentialior quàm ad poſterius, ſed qualitas eſt forma abſoluta: ergo eſſentialis dependet à ſubſtantia quàm à quantitate. Sed poteſt eſſe ſine dependentia ad ſubſtantiam: ergo eſſe poterit ſine actuali dependentia ad quantitatem.

Reſpondeo. Dico primò, non eſſe intenſionem Sanct. Thom. quòd ſola quantitas poſſit ſeparari per diuinam potentiam, cùm poſſit Deus facere qualitatem ſine quantitate, quamuis velit, quod quantitas ſit habilior ad hoc, quod ſeparetur, quia ſeparata poſſet retinere eundem modum indiuiduationis, quem habet in ſubiecto, non autem alia accidentia, quolib. 7. articulo decimo. Item quarto contra gent. capitulo ſexageſimoquinto. Vnde argumenta Scoti non concludunt contra cōcluſionem bene intellectam.

Di-

Digitized by Google

Dico ſecundò, quòd argumentum cōcludit, quòd qualitas, diuina virtute, poſſit eſſe ſine quantitate, non autem concludit, quòd poſſit habere ſuam indiuiduationem.

Item arguit. Accidens relatiuum poteſt eſſe ſine quocunque ſubiecto, ergo etiam quodcunque aliud accidens, conſequentia patet. Magis enim videtur repugnare enti relatiuo eſſe ſine ſubiecto quàm abſoluto, antecedens probatur. Non enim repugnat ei, vt accidens, quia omni accidenti repugnaret, nec vt relatio, quia relationi diuinæ tunc repugnaret: ergo.

Reſpondeo, dicitur primò, quòd nulla relatio per aliquam potentiam fieri poteſt ſine fundamēto proprio, & termino, cùm ab illis capiat proportionem, prima parte, quæſtione vigeſimaoctaua, articulo ſecundo.

¶Dico ſecundò, ſuppoſito quòd ſepararetur non eſſet propriè indiuidua.

¶Dicitur tertiò, quòd maior nulla habet apparentiam apud beatum Thomam. Nam relatio ſecundum eum ex ratione proprij generis non habet, quòd inhæreant alicui ſubiecto, nec quòd ſint accidentia, de potentia, quæſt. 8 art. 2 Item quæſt. 7 art. 8. Item 1. parte, quæſt. 28. articulo 2. Item primo ſententiarum 26. quæſt. 2. art. 1. Et 9 quolib. quæſt. 4. Ex quibus apparet, quòd relationi minus repugnat eſſe ſine ſubiecto, quantitati, aut qualitati. Repugnat enim ſolum, quia accidens non quia relatio increata, & omnis reſpectus rationis ſunt ſine ſubiecto.

Arguit quoque. Rarefactio, & condenſatio in ſpeciebus reperitur Euchariſtiæ. Sed talis non habet ſubiectum: ergo erit ibi motus condenſationis ſine quocunque ſubiecto: ergo. Aliquod accidens aliud à quantitate erit ibi ſine omni ſubiecto, maior nota, ad ſenſum, minor probatur. Nihil remanet in rarefactione de priori quantitate: ergo. Antecedens patet, 5. phyſic. Text. 26. Terminos motus oportet eſſe incompoſſibiles.

Si dicatur quòd quantitas manet eadem, ſed termini mutationis ſunt magis, & minus in ipſa quantitate manente.

Contra ſubiectum motus, & terminus motus oportet differre realiter. Sed quantitas illa, & maius, & minus in quantitate non differūt realiter: ergo.

¶Secundò. Quælibet pars rarioris eſt rarior: ergo maior ſecundum quātitatem quàm prius: ergo quælibet eſt quanta noua quantitate.

Si dicatur, quòd non eſt omninò noua, ſecūdum partem tantum.

Contra. Si manet aliquid prioris quantitatis, manebit in eodem ſubiecto. Cum accidentia non migrent. Igitur, quòd prius fuit quantum hac quantitate, non poterit eſſe quantum noua quantitate.

Reſpondeo, negatur minor. Nam motus condenſationis non dicit aliquid abſolutum realitèr diſtinctum à quantitate, & qualitate. Non enim eſt motus ille niſi quantitas, vel qualitas procedens de potentia ad actum, vel ecōtra. Et quidem ſi ſit quantitas non concludit quòd ibi ſit aliquod accidens præter quantitatem ſine ſubiecto, ſi verò qualitas eſt in quantitate, & ſic idem Sanct. Thom. ſuper 11. metaph. lec. 9. Item ſuper 3. phyſ. lec. 2. Ex quibus patet, quòd rarefactio eſt quantitatis materialitèr, vel qualitas, formalitèr verò importat ordinem ad aliquid potentialius, & ad aliquid actualius. Falſum quoque eſt quòd in rarefactione, & cōdenſatione corrūpatur totalitèr quātitas prior, & acquiratur noua quantitas cuius nihil pręfuit.

¶Ad probationem dicitur. Termini motus ſunt incompoſſibiles, quòad ſua formalia, non autem quòad ſua materialia, ſicut patet in alteratione, ſecūdum intenſionē, & remiſſionē.

¶Ad aliud dicitur, quòd licet magis, & minus non varient eſſentiam formæ, ſufficit tamē quòd varietur eſſe formæ.

Ad ſecundam probationem negatur vltima conſequentia. Nulla enim quantitas noua acquiritur ſecundum eſſentiam, vt dictum eſt.

Ad reliquum dicitur, quòd ſubiectum rareſcit ſine acquiſitione nouæ quantitatis, non tamen ſine acquiſitione noui eſſe qātitatis, & nouæ actualitatis, 1. ſentent. diſt. 17. vbi agit de intenſione charitatis, & in 2. 2. q. 24. 5. ad 1.

Si dicatur. Quantitas non ſuſcipit magis, & minus, vt dicitur in prædicamentis, capit. de quantitate: ergo.

Reſpondeo. Verum eſt vt quantitas, ſed vt eſt forma accidentalis apta nata dare ſubiecto perfectius, & imperfectius eſſe, & ipſum diuerſimodè actuare.

Sciendum, quòd ſi motus nō ponatur forma fluens, ſed potius fluxus formæ, prout ponunt aliqui, tunc dicendum eſſet, quòd talis fluxus eſſet ſubiectiuè in quantitate, vel qualitate.

Itidem arguit idem Scotus quòd in Euchariſtia quantitas non ſit ſubiectum aliorum accidentium, primo ſecundum Philoſophum 4. metaphyſ. Accidens non accidit accidēti, niſi quia ambo accidunt eidem ſubiecto, nihil enim hoc illi magis ineſt quam illud huic.

Reſpondeo. Ariſtot. loquitur naturalitèr de virtutibus, quæſt. 1. art. 3.

Arguit quoque. Nullum dependens terminat dependentiam eiuſdem rationis, ſed omne accidens dependet dependentia ad ſubiectum, ergo nullum accidens terminat hanc dependētiam.

Reſ-

Digitized by Google

Reſpondeo, negatur minor, quia quantitas Euchariſtiæ non dependet actu ab aliquo ſubiecto, ſed per ſe ſubſiſtit.

Contra arguit Aureolus quod non detur in Euchariſtia accidenti ſubſiſtere, & modus eſſendi ſubſtantiæ & entis completi primo. Cōtradictio eſt quod genus tranſmutetur in genus & ſpecies in ſpeciem. Hoc enim repugnat in primo modo per ſe, ſequitur enim eandem rem eſſe & non eſſe, ſed eſſentia accidentis eſt interminata intrinſecè & terminata extrinſecè per ſubiectum; eſſentia vero ſubſtantiæ intrinſecè eſt terminata, & perfecta: ergo contradictio eſt, quod modus ſubſtantiæ detur accidenti.

Reſpondeo, negatur minor. In hoc enim cōſiſtit natura accidentis, quia ei ſecundum naturam debetur eſſe in alio; nec habet potentiam naturalem ad eſſe per ſe; habet tamen potentiam obedientiæ ad hoc. Et ſic ſi detur ſibi eſſe per ſe non datur aliquid ſuæ naturæ repugnans, ſed aliquid ſupra naturam. Nec transfertur in aliud genus, ſed participat modum eſſendi ſuperioris generis, præſenti diſtinctio. quæſtio 1. artic. primo, quæſt. 1. ad primū, & ad ſecundum. Item tertia parte quæſtione ſeptuageſimaſeptima, art. 1. ad primum. Ex quibus patet, quod terminus intrinſecus vel extrinſecus completiuus, vel integratiuus accidentis non eſt ſubſtantia: ſine qua accidens eſt integra eſſentia. Non habet tamen eſſe actu terminatum niſi per ſubſtantiam ſibi ſubiectā quantum ad hoc quod accidens non eſt quod eſt: ſed quo aliquid eſt. Et ſimiliter quia in ſui diffinitione includit ſubiectum vt terminum naturalis dependentiæ, quę tamē poteſt à Deo ſuppleri ſupra naturam.

Secundò arguit, quod quantitas non ſit ibi ſine ſubiecto pluſquàm qualitas formalis ratio: qua habens partes eſt formaliter partibile, eſt ſubiectiuè in habente partes formaliter, ſed partibilitas eſt ea formalis ratio: ergo erit ſubiectiuè in qualitatibus illis habentibus partes, tunc vltra, aut partibilitas eſt ipſa quantitas; & ſic habeo intentum; aut aliquid aliud impreſſum à quantitate, quod non, tum quia eſſet intelligibilis ſubſtantia & fieret partibilis à nobis ſine quantitate, tum quia ſoliditas quantitatis non eſſet formalis, ſed effectiua, ergo.

Confirmatur. Nam ſi quantitas habet alias partes; ergo ibi erunt duæ dimenſiones ſimul; & ſicut duæ partibilitates. Multiplicato enim effectu formali, id eſt partibilitate; multiplicatur forma, ideſt dimenſio.

Reſpondeo. Partibilitas poteſt ſumi in propoſito quadrupliciter. Primo pro forma, & natura abſoluta; cui primo & per ſe conuenit diuiſio, & habere partes, & quæ eſt ratio alijs habendi partes & diuiſionem. Secūdò poteſt ſumi pro potentia vel aptitudine ad habēdum partes, & diuiſionem. Tertiò pro effectu formali partibilitatis primo modo dictæ; quē dat ſuo ſubiecto, ſcilicet eſſe partibile vel diuiſibile in partes vnius rationis. Quartò pro reſpectu conſequente ſubſtantiam vel accidens partibile. Partibilitas itaque primo modo accepta eſt ipſa natura quantitatis. Secundo modo eſt ſubſtantia vel qualitas ſaltem fundamentaliter. Tertio modo eſt effectus formalis quantitatis. De quarto non eſt cura. Ad probationem in oppoſitum negatur conſequentia; quia effectus formalis per nullam potentiam poteſt eſſe vel fieri ſine forma à qua fluit. Ad ſecundam pariter negatur conſequentia; quia effectus formalis differt à forma; ſicut effectus efficiētis ab efficiente.

Sciendum, quòd effectus cauſæ efficientis & formalis differunt quadrupliciter. Primo quia effectus efficientis eſt per tranſmutationem; formalis vero per naturalem reſultationem. Secundò, quia effectus efficientis differt ab efficiente ſicut eſſentia ab eſſentia. Effectus vero formalis differt à forma, ſicut actus eſſentiæ ab eſſentia Tertio quia effectus cauſæ formalis eſt ipſum eſſe formæ, & eius exiſtere; ſecus vero eſt de effectu cauſæ efficientis; quia cauſa efficiens dat exiſtentiam ſuo effectui. Quartò effectus formalis eſt ratio productionis ſuæ formæ; quia ſua forma dicitur produci, quia exiſtit & eſt; vel potius dat eſſe exiſtere ſimpliciter, vel ſecundum quid ſuo formabili; ſecus eſt de effectu cauſæ efficientis.

Ad confirmationem dicitur primò, negando conſequētiam. Ad probationem dicitur quòd ſolum ad multiplicationem primi, & per ſe partibilis multiplicantur dimenſiones; quod eſt quantitas dimenſiua poſitionem habens; non autem ad multiplicationem partium eorum, quæ ſunt per accidens, vel ſecundariò partibilia. Cuiuſmodi ſunt ſubſtantiæ, & octo genera accidentium.

¶ Dicitur ſecundò manifeſtè eſſe contra ſenſum imaginationem & intellectum, quòd quantitas non habeat alias partes à partibus ſubſtantiæ, Nam ſequeretur quod quantitas eſſet accidens omnino indiuiſibile.

¶ Dicitur tertiò, quòd non ſemper oportet multiplicari formam vel rationem illius effectus; niſi quando effectus multiplicati diſtinguuntur ſuppoſito & ſubiecto, & nullum inter ſe ordinem habent, ſed æquè primò & immediatè ſe habent ad formam, quæ eſt principium talium effectuum; ſic autem non eſt in propoſito.

Scien-

Digitized by Google

Sciendum quod plus repugnat ſeparari qualitati, quàm quantitati, ſi vtrunque retineat ſuā indiuiduationem. Et rurſum inhærentia magis conſequitur accidentia abſoluta, quàm relatiua. Quare argumenta reliqua Scoti ſat ſuperque ſoluta remanent.

*Concluſio II*. Prædicta accidentia poſſunt immutare ſubſtantialiter aliquid extrinſecum. Hanc ponit Sanct. Thom. tertia parte, vbi ſuprà art. 3. & ad tertium. Item quarta ſententiarū, diſtinct. decimaſecunda, quæſt. 1. artic. 2. in ſolutione primæ quæſtio. Item in ſolutione ſecūdæ quæſtiunculæ. Simile ponit quarto contra gent. cap. *66*. Huius ratio eſt. Vbicunque manet idem, & ſecundum idem eſſe principium actionis, ibi poteſt eſſe actio ad eundem terminum, ſed in Euchariſtia manet idem ſecundum eſſentiam, & ſecundum eſſe principium actionis productiuæ ſubſtantiæ, quòd erat prius: ergo ab illo poteſt procedere eadem actio ad eūdem terminum.

Contra arguit Scotus, probando quòd in actionibus naturalibus principium immediatū actionis non ſemper ſit accidens primo. Nihil nec in virtute propria, nec alterius poteſt agere vltra propriam ſpeciem: ergo accidens in virtute ſubſtantiæ non immediatum principiū actionis, probatur antecedens. Si enim accidens coniunctum ſubſtantiæ eſt eius inſtrumētum ipſa ſubſtantia eſſet ſuperius accidente: ergo naturalitèr prius agit quàm accidens, & agit totum, quod poteſt, ſi naturalitèr agit: ergo ſubſtantia in illo priori natura, in eodem tamen inſtanti temporis, in quo operatur accidens, producit totum effectum ſibi poſſibilem, ideſt ſubſtantiam: ergo accidens in ſecundo inſtanti naturæ non producit ſubſtantiaam, aut producit, iam productum.

Reſpondeo, negatur antecedens. Nàm virtute alterius, cuius eſt inſtrumentum poteſt aliquid agere vltra ſpeciem propriam, ſicut ſerra agit ad formam ſcamni, præſenti diſtinctione, quæſtione prima, artic. 2. q. 2. ad ſecundū. item tertia parte, quæſtione ſeptuageſimaſeptima, artic. tertio, ad tertium. Ad improbationem negatur aſſumpta conditionalis. Nā ignis, & eius calor non ſe habent ſicut duę cauſę efficientes, quarum vna ſit ſuperior, & alia inferior, ſed ſe habent, potius ſicut vna cauſa, propriè loquendo. Subſtantia enim eſt quod efficit calor quo.

¶Dicitur ſecnndò, quòd poſito, quòd eſſent duæ cauſæ, adhuc non benè probat, quin poſſent ad vnum effectum concurrere, ſicut Sol, & ignis generant ignem: Solus nempè Manichęus hoc poterit negare.

¶Dicitur tertiò, quòd probatio adducta fūdatur in hac falſa conſequentia, a. prius naturalitèr agit quàm agat, b. ergo in aliquo inſtanti naturæ priori agit, a. in quo inſtanti non agit, b. Huius enim oppoſitum eſt verum. Non enim cauſa ſuperior dicitur prius agere naturalitèr, quàm agat cauſa inferior, ideò quia agant in diuerſis inſtantibus naturæ, ſed ſolum propter hoc quia actio primæ non dependet ab actione ſecundæ, ſed potius econtrà.

Secundò arguit. Omnis potentia merè paſſiua eſt contradictionis 9. metaphyſ. Tex. 17. Subſtantia autem reſpectu propriæ paſſionis non eſt contradictionis: ergo non eſt cauſa eius ſolum, vt materia, vel vt potentia paſſiua: ergo eſt cauſa efficiens, præcipuè ſecundum te qui dicis potentias fluere ab anima, & accidens cauſari à principijs eſſentialibus ſubſtantiæ, vel animæ: ergo ſubſtantia immediatè efficit accidens.

Reſpondeo ſecundum Sanct. Thom. generās, vel creans propriè dicitur cauſa propriæ paſſionis ſubiectum verò ſatis impropriè ex hoc, ſcilicet, quia propria paſſio non producitur niſi mediāte ſubiecto, tertia parte, quæſtione ſeptima, artic. ſexto, & ad ſecundum, prima ſecundę, quæſtione vigeſimatertia artic. 4. item 2. ſentēt. diſtinct. 14. quæſtione prima, artic. 3. & diſtinct. vigeſimaſexta, quęſt. 1. artic. 2 item de verit. quęſtione 24. artic. 1. Et de potentia Dei q. 3. ar. 11. ad quintum. Hinc habes quòd Sanct. Doct. dicit, quòd propria paſſio cauſatur à principijs ſubiecti, quaſi idem ſit cauſa productiua vtriuſque, primo ſentēt. diſtinctione decimaſeptima, quæſt. 1. art. 2. ad ſecundum.

¶Dicitur ſecundò, quòd maxima aſſumpta eſt falſa, vt patet in materia cœli, & prima materia, & quantitate.

¶Dicitur tertiò, quòd Ariſtoteles non intendit illam maximam, ſed eius cōuerſam .ſ. omnis potentia contradictionis eſt paſſiua, non tamē merè ſicut patet in voluntate.

Tertiò arguit. Sequeretur proceſſus in infinitum in ordine generantium in eadem ſpecie: ergo, antecedens probatur. Nam in accidentibus, aut ſtabit, aut non, ſi non, habeo intētum, ſi ſic: ergo illud accidēs immediatè a ſubſtantia generabitur.

Reſpondeo, ſtabit. Nec ſequitur quòd immediatè generetur à ſubiecto, ſed ab aliquo exteriori, vt dictum eſt, vel à Deo, qui non agit mediante aliquo accidente, vel ab aliqua ſubſtantia creata corporali, vel ſpirituali, & quælibet illarum mediante accidente, & ita concluditur, quòd ſolus Deus eſt huiuſmodi principiū, quia eius ſolius actio eſt ſuſtantia.

Contra eandem concluſionem arguit Scotus, quòd accidens proprium non poſſit immutare ad formam ſubſtantialem. Primò ſi immutat,

Digitized by Google

mutat, aut in virtute propria, aut ſubſtantia, nō in virtute propria, quia ſic ageret vltra ſuam ſpeciem, nec in virtute ſubſtantiæ, quia quæro de illa virtute, quid ſit. Non enim eſt aliquid abſolutum, quod ſit in pane, quia ageret in virtute non entis. Neque abſolutum, quod ſit accidens, vel in ipſo accidente, quia per illud non poteſt, quòd non poſſit propria virtute, cum in accidente nihil ſit ipſo accidente nobilius. Neque habitudo ad ſubſtantiam priorem, quia habitudo ad non ens non eſt aliquid reale poſitiuum: ergo.

Reſpondeo. Agit in virtute ſubſtantiæ, quā informauit, vt eius inſtrumentum. Cum quæritur, quid ſit iſta virtus ſubſtātiæ, dicitur quod eſt aliquid abſolutum, quod accidens ſeparatū nunc exiſtens prius accepit in ſubſtātia, cui inhæſit. Eſt autem hoc duplex. Primum eſt natura accidentis plus potens in ratione ſubiecti. Secundum eſt eſſe proprium accidentis, quòd recepit in tali ſubiecto, eſt autem nunc idem numero.

Dicit etiam Petrus de Palude, quòd poſſunt agere virtute Dei, & cœli, qua agebat in ſubſtantia. Sed has duas virtutes recipit accidēs ſubiectiuè, & tranſitiuè, licèt autem talis ſubſtātia in propoſito non ſit in ſe, eſt tamen in ſuo effectu, & per illum agit. Et effectus quamdiù retinet virtutem ſubſtantiæ, tamdiù moueretur ab illa. Ex quibus patet, quòd triplici virtute poſſunt generare Dei ſubſtantiæ, quæ ibi fuit, & cœli.

Item arguit idem Scotus quòd accidens ſeparatum non ſit principium generandi ſubſtātiam principaliter, ſicut erat panis, in quo prius erat illud accidens. Omne agens totale, vel eſt vniuocum, & ità eſt æquè perfectum cum producto, vel æquiuocum, & ità perfectius. Accidens autem eſt omnino imperfectius ſubſtantia: ergo.

Reſpondeo. Agens æquiuocum inſtrumentale poteſt eſſe imperfectius ſuo effectu, non autem principale agens, prima diſtinct. huius, articul. 4. quæſtione 1. in ſolutione tertij, & ad quartum. Item 3. parte, quæſtione 62. artic. 4. item agens inſtrumentale nō oportet eſſe perfectius in actu formali, ſufficit enim, quòd ſit perfectius in virtuali actu, quòd dicimus de accidente hic.

*Concluſio III.* Prædicta accidentia poſſunt corrumpi, & ex eis ſic corruptis, poteſt generari ſubſtantia. Hanc ponit 3. parte, quæſt. 77. articulo 4. & 5. item 4. ſententiarum, diſtinct. 12. quæſt. 1. articul. 2. in ſolutione 4. quæſtiunculæ, item quarto contra Gentil. cap. 66. Ex quibus poteſt formari talis ratio, ex eo quod retinet omnem virtutem actiuam, & paſſiuam ſubſtantiæ, poteſt generari omne quod poterat generari ex tali ſubſtantia, ſed accidentia Euchariſtię ſunt huiuſmodi: ergo.

Contra arguit Scotus probando, quòd cum ex accidentibus ſeparatis generatur vermis, forma ſubſtantialis noua, non recipiatur ſubiectiuè in dimenſionibus interminatis, nec adueniat noua materia primū probat octo medijs, atque non oportet reſpondere, quia benè concludunt, & ad mentem Sanct. Thom. tenentis, q̄ forma nouiter generata ex illis accidentibus non recipiatur ſubiectiuè in ſolis dimenſionibus interminatis, præſenti diſtinct. quæſt. 1. artic. 2. quæſt. in ſolutione ſecunda, & quarta itē 3. parte, quæſtione 77. artic. 5. ad tertium. Mēs quoque eius fuit quòd dimenſiones ſubſiſtentes in Euchariſtia conuertantur diuina virtute in materiam quantam.

Arguit deinde, quòd non adueniat materia noua ſic, ſcilicet in materia reddit, aut ante inſtans in quo generatur aliquid, aut in illo inſtāti, non primum. Tum quia cum corpore Chriſti eſſet ibi alia materia. Tum quia illa materia eſſet ſine forma, quod eſt ſimpliciter impoſſibile ſecundum te, ſaltem non eſt impoſſibile ſine nouo miraculo, ſed miracula non ſunt ponenda ſine neceſſitate, nec ſecundum dicendum eſt. Tum quia fruſtra rediret, quia ſecundum te agens naturale, non generat niſi de materia quanta. Tum quia ſecundum te non generat, niſi concomitante aliqua corruptione ſubiectæ quam hic non eſt aſſignare.

Reſpondeo. Aduenit noua materia in illo inſtanti. Ad improbationem primam, dico quòd non ponimus redire nouam materiam ſine quantitate, ſed nouam materiam ſub noua quantitate diuinitus.

¶ Ad ſecundam dicitur, quòd ibi interuenit corruptio quantitatis ſubſiſtentis ad modum ſubſtantiæ, & ſe habentis actiuè, & paſſiuè eo modo, quo panis.

Sciendum, quòd cum ex ſpeciebus fit aliquid ex, dicit habitudinem materiæ. Si enim ly ex ſolum diceret ordinem, vt ſit ſenſus ex ſpeciebus, ideſt poſt ſpecies ex quo ſpecies non tranſeunt in ſubſtantiam geniti, genitum non propriè generaretur Sanct. Thom. pręſenti diſtinct. q. 1. art. 2. quæſtiunc. 4.

Arguit quoque Durandus hic quæſt. 2. contra eandem concluſionem, probando, quod quantitas Euchariſtiæ non poſſit naturaliter corrumpi. Si enim corrumperetur, aut actione contrarij corrumperetur, quòd non, quia non habet contrarium, aut corruptione ſubiecti, quòd hic non habet, aut diuiſione ſui quòd non, quia haberet terminum in minus, quantitas aūt de diuiſibilibus in infinitum: ergo.



Digitized by Google

Reſpondeo ſecundum Petrum. Quantitas hic poteſt corrumpi quadrupliciter. Primò per contrarium, quod non habet quidem, ſed quia eſt ſuſceptibilis contrariorum, ſicut ſubſtantia. Secundò corrumpitur corruptione materię, ſeu ſubiecti non actualiter, ſed aptitudinalis. Tertiò poteſt dici corrumpi per diuiſionem, licet enim quantitas, vt quantitas eſt ſit diuiſibilis in infinitum, non tamen vt naturalis, ſed habet minimum. Quartò poteſt dici, quod corrumpitur per augmentationem. Nam nunc ſicut prius perdens omnem qualitatem, perderet, & perdidiſſet naturale ſubiectum.

*In hac duodecima Diſtinct. quarti Sententiarum, & vnica quæſtione ſequenti confutantur hæreſes damnatæ, vt in noſtro Commentar. in text. Magiſtri, & confutantur etiam hæreſes, quæ ſunt in Abecedario, & in Ethimologijs hæreſum, & confutantur ſimilitèr, Idolatriæ, vt in Abecedario Idolorum in principio, vide ibi lit. A C.E.I.P. & S. ac etiam confutantur falſæ Theologiæ Phænicum, Ægyptiorum, Græcorũ, Atlanticorũ, Phrigiorum, Gentiũ, &c. ab Euſebio in primo, ſecundo, tertio, & quarto libro de præparatione Euangelica contra Theologiam fabuloſam Poetarum antiquorum. Contra genealogias Deorum falſorum Heſiodi, & contra genealogias falſorum Deorum Homeri ex quibus Boccacius de Græco in Latinum verſauit ſuam genealogiam, & de Latino in Hetruſcum, vt ait Aſcentius, & Seruius ſuper Virgilium, &c. & vide Ouid. & Angullaram in Metamorph.*

*Ex concluſionibus, probationibus, & ſolutionibus argumentorum Capræoli ſoluuntur argumenta Vulpes, & aliorum recentiorum facilè, vt facit Ariſtotiles ad argumenta Antiquorum, quod veritatis cognitio dubiorum eſt ſolutio, & cum Cardinali Bellarmino dicente in libro de Scriptoribus Eccleſiaſticis de Ioanne Capræolo, quòd Ioannes Capræolus ſit defenſor Egregius Sancti Thomę, & optimè diſſoluit omnia argumenta aduerſariorum: dicunt verba formalia Bellarmini, ergo ſi optimè diſſoluit per Bellarminum, ſunt ſoluta argumenta cum his doctrinis hic: Sicut ſoluit Ariſtoteles contra antiquos dicendo in 3. de Cœlo, & in 3. Metaphiſic. veritatis cognitio, dubiorum eſt reſolutio.*

*Reſpondetur ſecundo cum Cardinali Sarnano Franciſcano doctiſſimo, cum 118 concordantia, & ſimilitèr cum concordantia Bonaherbæ.*

*Reſpondetur tertio cum Petro de Bergamo, & Bartholomæo Spina dicentibus in tabula Sancti Thomæ, quod qui ſcit totam Logicam Sancti Thomę, Philoſophiam etiam moralem, totam Metaphyſicam Sancti Thomæ, & totam eiuſdem Theologiam, nullum poteſt facere argumentum contra Sanctum Thomam, & ideo ſubdit, quod iſti recentiores ſtudent tantummodo articulo, ſuper quem componunt, & non habent in mente omnia Opera Sancti Thomæ loquentis præſuppoſitiuè, pręſupponendo omnia ſupradicta, & dicenda, quapropter prærumpunt in verba in tantum Magnum Doctorem nullo modo applicanda, quod Sanctus Thomas contradicat ſibi ipſi, & ideo Cardinal. Sarnanus, quia ſciebat totum Sanctum Thomam concordauit ſimilitèr, etiam Ioannes Caprçolus ſoluit argumenta aduerſariorum, cum locis Sancti Thomæ, quia totum in mente habebat Sanctum Thomam, & ideo Bellarm. dicebat bene omnia ſoluere Caprçolum.*

*Argumenta vero Vaſquez, Valentię, Molinæ, Suarez, &c. quia colliguntur; & ſoluuntur, clarè, diſtinctè, & breuitèr à Ripa, à Nazario, à Conſales, à Nauarretto, à Zenardo, & præcipuè à Montagnolo, in tertia parte Sancti Thomæ, quæſtione 73. de Sacramento Euchariſtiæ, ideo vide ibi.*

*Vide noſtram expoſitionem Petri Lombardi aperientem mentem huius materiæ, vt in folio 72. hic, et infra pro 3. reſponſione Vulpes. Ac etiam vide 1. 2. et 3. folium pro reſponſione quarta, quinta, et ſexta ad argumentum eiuſdem Vulpes.*

*Reſpondetur ſeptimo declaratione Scoti, & Sancti Thomæ per Radam Franciſcanum hic declarantem S. Thom.*

*Loca Sacræ Scripturæ hic, et infra à Salmerone, Emanuel Sa, à Toleto, à Prierio, Vegha, à Poſſeuino, à Salian, Torello in annalibus à creatione Mundi, quę videntur repugnare aliquomodo Thomiſtis. quia ſunt concordata à nobis in fine noſtrę expoſitionis totius Bibliæ, & in Anatomia Biblię impreſſa, ideo vide ea illic.*

*Reſponſiones apparentes contradictiones apud Vulpes, vide in fine huius quarti.*

## DISTINCTIO XIII.

### *Quæſtio 1.*

CIRCA Diſtinctionem decimamtertiam quæritur. Vtrum Hoſtię, Sanguini à duobus conſecrato, poſſit aliquid admiſceri.

Pro quæſtione ſit prima concluſio. Plures Sacerdotes poſſunt ſimul vnã, & eãdem Hoſtiam, vel idem vinum conſecrare. Hanc ponit Sanct. Thomas 3. parte

Digitized by Google

3. parte, quæſt. 82. artic. 2. item 4. ſentent. diſt. 13 quæſt. 1. art. 2. in ſolutione 2. quæſt. Huius ratio eſt. Celebratio in conſecrando per Eccleſiam tolerata, & à Sacris Doctoribus approbata, effectum conſecrationis habet, nec eſt ſine effectu, ſed huiuſmodi eſt celebratio plurium Sacerdotum in eorum ordinatione, ſuper eãdem materiam panis, & vini: ergo, &c.

Contra arguit Durandus hic quæſt. 3. in hũc modum. Concluſio inquit iſta poteſt intelligi dupliciter. Primò quod plures Sacerdotes ſic conſecrent vnam Hoſtiam, quod vnus conſecret partem puta medietatem, alius aliam, hoſtia tamen integra manente. Alio modo, quod quilibet conſecret totam. Primum adhuc poteſt intelligi dupliciter, ſcilicet, quod quilibet conſecret, non ſignando medietatem, vel ſignãdo ſenſu, vel imaginatione. Primo modo nullus conſecrat, quia intentio conſecrãtis non eſt ad determinatam materiam, neque ſecundo mo do. Tùm quia conſecratio non eſt poſſibilis, niſi vna pars ſubſtantiæ panis poſſit conuerti ſine alia parte, ſed hoc non eſt poſſibile, quia ſubſtantia panis ſub quantitate hoſtiæ non habet partes. Tùm quia vnum numero non poteſt fieri multa niſi diuiſione quantitas. Hoc verò hic accidere quantitate manente integra in conuerſione ſubſtantiæ panis.

Si autem detur, quod quilibet cõſecrat ſignãdo medietatẽ, tũc vna pars poteſt cõſecrari ſine alia. Eſt autem hoc valde difficile videre, quomodo poſſit diſtinctè ſignari illa medietas à ſẽſu, vel intellectu.

Si verò dicatur, quòd quilibet conſecrat totam, Eſt duplex modus dicendi, primus quod ſic etiam ſi non ſimul proferant, ſed vnus poſt alium referendo tamen intentionem ſuam ad idem inſtans conſecrationis, vt dicit Innocentius Tertius. Eſt enim conſuetudo aliquarum Eccleſiarũ in ordinatione ſacerdotũ, vt ſic fiat.

Sed contra eſt conſuetudo aliquarum Eccleſiarum, vt nouitèr ordinati dicant canonem ſine verbis conſecrationis: ergo non conſecrant.

Item illa conſuetudo meritò eſſet abolenda. Tùm quia raro euenire poteſt, vt ordinati ſimul proferant verba conſecrationis. Tùm quia eo tempore adhuc non eſt perfecta ordinatio Sacerdotis, remanet enim impoſitio manuum. Tùm quia verba conſecrationis non habent effectum, niſi in primo inſtanti, quo prolata ſunt, vel nunquam. Quæritur enim, ſi poſt tempus prolationis habeant effectum, vbi interim manet illa virtus. Nec debet dici, vt quidam, quòd in aere, hoc enim deriſorium eſt.

Ad id quod dicitur, quod Innoc. hoc confirmauit, vel approbauit, dicendum, quod approbauit, vt Doctor, non vt Papa, nec ſua doctrina tenetur in omnibus, nec nunc quod ipſe dixit, ſeruat Romana Eccleſia, ſicut nobis cõſtat, qui in Curia Romana diù ſtetimus, & adhuc ſumus.

Si verò dicatur, quòd omnes celebrant, dummodo ſimul proferant, ſed contra, primo proferens conſecrat: ergo ſequens nihil facit.

Reſpondeo. Dicitur primo, quod Sanct. Thom. ſolum acceptat ſecũdũ modum, ideò nõ eſt neceſſe reſpondere argumẽtis, primũ modũ dicendi recipientis, quamuis nec argumenta contra illum modum dicendi concludant ſufficienter contra ſecundum membrum quamuis concludat contra primum propter rationẽ ibidem tactam.

Ad primam vero probationem contra ſecũdum membrum dicitur, quod minor, eſt falſa, quia materia habet partes alias à partibus quãtitatis, licet quantitas ſit id quo formaliter ſubſtantia habet partes vnius rationis. Sequerẽtur enim multa inconuenientia, ſi ſubſtantia quantitati ſubiectà nullas haberet partes. Primum, quod eſſet tota in toto, & tota in qualibet parte. Secundum quod diuerſæ partes quantitatis haberent idem ſubiectum adæquatum, & multa alia, prima parte, quæſt. 76. artic. 6. ad ſecundum, item in tractatu de natura materiæ.

Ad ſecundam negatur antecedens. Poteſt namque vnum fieri multa ſine diuiſione, quando illud vnum habet multas partes in potentia ſub diuerſis partibus quantitatis, potiſſimè per Diuinam potentiam.

Ad illud, quod dicitur de ſignatione medietatis, dicitur, quod non eſt difficilis talis ſignatio, puta quod Sacerdos intendat conſecrare id quod eſt infra circulum. Et ſi ſenſu non ſignetur, ſufficit, quòd intellectu. Cœcus enim poteſt conſecrare, ſimiliter videns Hoſtias alijs ſuperpoſitas, quas non videt.

¶ Ad ea quæ obijciuntur contra ſecundum modum dicendi, dicitur primò, quod Apoſtoli conſecrati in die cœnæ à Chriſto, omnes de manu eius communicauerunt, licet non ſecum cõſecrauerint, cauſa autem fuit, vt oſtenderetur, quod inſtitutio huis Sacramenti ad ſolum Chriſtum pertinet, & quia tũc erant inexperti. Cauſa verò, quare Sacerdotes ordinati concelebrãt Epiſcopo, eſt ſecundum Innocentium, de officio Miſſæ parte tertia, capit. 24. vt oſtendant Apoſtolos tunc à Domino huiuſmodi ritum ſacrificij didiciſſe.

¶ Ad id quod obijcit de cõſuetudine aliquarum Eccleſiarum non valet, quia magis credẽdum eſt Innocentio quàm ſibi. Cùm vero dicit conſuetudinem ab Innocentio adductam eſſe abolendam, dicitur quod non eſt faciendum



Digitized by Google

dum niſi diſpenſatiuè loquendo de conſuetudine,quàm Romana Eccleſia ſcit,& diſſimulat, & licet non omnes ſimul proferant, referendū tamen eſt ad idem inſtans.

¶Ad id quod dicitur, verba conſecrationis nō habere effectum niſi in vltimo inſtanti prolationis, verum eſt ſecundum communem curſum. Nam cum principale agens in Sacramētis ſit Diuina virtus,& conſuetudines ab Eccleſia approbatæ ſunt conformes Diuinæ voluntati, ſi conſuetudo ſit, vt omnes referant intentionem conſecrandi ad vnum, & idem inſtans, non fit conſecratio per Diuinam virtutem, & prolatis verbis à quibuſdam, niſi in illo inſtanti cum quæritur vbi manet illa virtus, reſpondet miraculoſe operatur; & ita ſicut virtus Chriſti in paſſione habuit effectum in prædeſtinatis præcedentibus paſſionem Chriſti,& in ſequentibus 3. parte, quæſt. 48. artic. 6. Nemini enim dubium eſſe debet Eccleſiam Romanam talē conſuetudinem, nec inueniſſe, nec obſeruaſſe, nec toleraſſe, aut approbaſſe, ſine ſpeciali conſilio Spiritus ſancti, ideo ſi non ſit perfecta ordinatio ſimplicitèr, eſt tamen perfecta quòad hunc actum, vnde conſecrant tunc imperfectè ordinati.

Ad aliud de cunſuetudine quam dicit non eſſe Romæ, dicitur quod licet fortè tunc non ſit, fuit tamen teſte ipſo Innocentio, qui melius debuit noſſe mores eius quàm arguens.

¶Ad aliud negatur conſequentia. Ad cuius intellectum duo aduertenda, ſunt ex præallegatis locis Sanct. Thom. Primum, quod virtus inſtrumentalis poteſt habere effectum, antequam illa virtus ſit,& poſtquam deſijt eſſe, dùm tamen copuletur paſſo, & contingat illud modo ſpirituali, puta per fidem. Secundum eſt, quod ſicut ſi Deus poteſt anticipare effectum virtutis, vel retardare effectum virtutis paſſionis Chriſti in hominibus, vel in Sacramentis, non apparet inconueniens, quod intentio conſecrantis, & concelebrantis Epiſcopo ex Fide Eccleſiæ procedens, & à Spiritu ſancto regulata, poſſit anticipare, vel retardare effectum cōſecrationis, potiſſimè vbi Deus eſt principale agens, quod poteſt vti virtute inſtrumentali verborum, ſicut vult Sanctus Thomas prima parte diſtinctio 4. quæſtio. prima, artic. 4. in ſolutione 3. quæſtiunculæ.

*Conclusio II.* Vino conſecrato poteſt alius liquor admiſceri. Hanc ponit Sanctus Thom. tertia parte, quæſt. 77. artic. octauo, item 4. ſententiarum, diſtinct. 12. quæſt. prima, artic 2. in ſolutione 6. quæſt. Huius ratio eſt, quicquid poterat pati ſubſtantia vini ante conſecrationem, poteſt pati ſpecies remanens poſt conſecrationem. Sed ſubſtantia vini poterat miſceri alijs liquoribus: ergo hoc poſſūt ſpecies remanētes.

Contra concluſionem arguit Duraudus diſtinctio. 12. quæſt. 3. multipliciter. Primò cōtra hoc, quod dicit concluſio de liquore addito alterius ſpeciei. Vult enim probare primo, quod ſi talis liquor eſt æqualis, vel maioris virtutis, deſinit ibi eſſe totalitèr ſanguis Chriſti: Secundò, quod ſi ſit minoris virtutis remanet ibi ſanguis ſub omni parte ſpecierum, ſub qua prius erat, ſed non incipit eſſe ſub liquore admixto, & corrupto, quia quod inde generatur eſt vinum, & non ſpecies vini. Primum probat, quando deſinit eſſe conſecratio, deſinit eſſe ſanguis. Sed ſic eſt in propoſito: ergo, minor probatur, quia Sacramentum deſinit quātum ad quantitates coloris, & ſaporis, vt patet. Hoc autem ſufficit etiam ſi quantitas non corrumpatur. Tùm quia ſpecies vini pertinet ad Sacramentum, quatenus repræſentat ſubſtantiā vini, quòd magis faciunt ſecundum qualitates proprias vini, quàm ſecundum quantitatem communem vino, & alijs. Tùm quia Sacramētum eſt ſenſibile ſignum, magis autem ſunt ſenſibiles qualitates quam quantitas, vnde eis deſinentibus deſinit Sacramentum, vndè etiam Innocent. III. dicit vbi ſimilitudo deficeret Sacramentum, enim eſſet, ſecundum etiam probat, quia in hoc caſu ſpecies, manet incorrupte, cum ſint maioris virtutis.

Reſpondeo, dico primo, quod deſinentibus qualitatibus, & manente qualitate, non deſinit ibi eſſe Corpus Chriſti, & Sanguis. Neque enim ſufficit deſitio qualitatum.

¶Ad primam probationem dicitur, quod illa propoſitio aſſumpta eſt falſa. Nam ſpecies non pertinent ad Sacramentum per hoc, quòd repræſentant rem cōuerſam, ſed magis per hoc quod repræſentant etiam rem contentam, vnde hac ſimilitedine manente manet Sacramentum,

Ad ſecundam dicitur, quòd vbi ſimilitudo rei contentæ deficeret, Sacramentum non eſſet. Corruptis enim qualitatibus corporalibus, & quātitas corrumpitur, & alia ſubſtantia, & alia accidentia generantur, ſed ſi corrupta ſimilitudine remaneret Sacramentum, tertia parte, q. 76. art. 8.

¶Dico ſecundò, quod obiecta à Durando in aliquibus habent veritatem, in aliquibus nō: Eſt enim vera in liquoribus additis non miſcibilibus alteri liquori, ſicut eſt oleum. Et in liquoribus groſſiſſimis, vt in ceruiſia. In talibus enim non ſit corruptio per diuiſionem, ſed ſi ſit, per actionem virtutis contrariæ fiet. Inde eſt quando ſpecies vini ſunt maioris virtutis quàm liquor appoſitus tunc corrumpunt illum, &c. Si autem liquores ſint ad inuicem penetrabiles, & fiat diuiſio præexiſtentis vſque ad minima tunc

Digitized by Google

tunc locum habet opinio Beat. Thom. diſtinguens de quantitate molis. Si enim liquor ſuperadditus eſt æqualis, vel maior, præexiſtens corrumpitur. Si verò ſit minoris quantitatis, adhuc corrumpitur præexiſtens via diuiſionis, & per cõſequens deſinit ibi eſſe Sãguis Chriſti.

¶Ad ſecundum negatur, quòd ſpecies maneant incorruptæ. Ita enim corrumpitur particula vini per appoſitionem guttæ aquæ, ſic aliqua particula ſpecierum, & hoc intelligatur in omnibus liquoribus differentibus ſpecie natis adinuicem agere, & mutuo ſe corrumpere, & conuertere.

Sciendum pro notitia ſolutionis reliquorum à Durando obiectorum, quòd ſi gutta Sanguinis proijciatur in dolium plenum vini eiuſdem ſpeciei deſineret ibi eſſe Sanguis Chriſti, fit enim commixtio vſque ad minima. Si tamen vinum eſt ita ſpiſſum, quod non commiſcetur ſpeciebus vſque ad minima per diuiſionem, vel tardè hoc ſit antequam hoc fiat, ſiuè via diuiſionis, ſiuè actionis contrariæ virtutis, tunc manet integrè Sanguis Chriſti, & licet, ſimile à ſimili non corrumpatur per ſe tamen per accidens corrumpitur per diuiſionem vndecunq; factam in illo vero, quod permiſcetur nunquã fit Sanguis Chriſti, quia nunquam perdit materiam ſuam, verum in commixtione liquoris facilis ſubintrationis, fit corruptio via diuiſionis magis quam via alterationis, quia virtus diuiſa debilior eſt, fit autem quando additum eſt minoris virtutis tertium corpus ſicut ſi vnus pugillus aquæ, & alius vini miſcerentur. Hæc ex Petro, & concorditèr cum Sanct. Thom. quolib. 10 artic. 3.

Item Durandus arguit, quòd ratio adducta pro concluſione non valet, fundatur enim in hac ratione. Quælibet pars mixti eſt mixta, Si ergo aliquis liquor miſceatur ſpeciebus vini conſecrati, quælibet pars totius mixti erit mixta: ergo non erit ſeorſum aſſignare liquorum appoſitum, & ſpecies præexiſtentes, ergo per totum mixtum eſt ſubſtantia liquoris appoſiti, ſed Sanguis Chriſti non eſt in hoc Sacramento cum ſubſtantia alterius corporis: ergo per talem mixtionem deſinit ibi eſſe Sanguis Chriſti.

Contra hanc rationem arguit Ariſt. primo de gen. diffinit mixtionem, dicens mixtio eſt mixtibilium alteratorum vnio, & loquitur de alteratione corruptiua. Sed liquor admixtus ſi fuerit ſecundum ſpeciem quoàd omnia, nullo modo alterat, ſi verò ſit ſimilis ſecũdum ſpeciẽ, & diſſimilis ſecundum qualitates ſicut vinum album eſt ſimile nigro, alterat quidem, ſed non corrumpit, ergo mixtum hoc dicetur, quòd cõtinet mixtorum qualitates.

Reſpondeo Hæc ratio duo falſa aſſumit. Primum quòd mixtio nõ poteſt eſſe ſimilium ſpecierum, vt accidentia. Secundum quod ſimilia ſecundum ſpeciem, licet diſſimilia quòad accidentia poſſunt ſe alterare, ſed non corrumpere. Hæc eadem affirmat Petrus de Palude, & benè.

*In hac decimatertia Diſtinctio quarti Sententiarum, & vnica quæſtione ſequenti confutantur hæreſes damnatæ, vt in noſtro Commentar. in text. Magiſtri, & confutantur etiam hæreſes, quæ ſunt in Abecedario, & in Ethimologijs hæreſum, & confutantur ſimilitèr Idolatria, vt in Abecedario Idolorum in principio, vide ibi lit. A. C. D. H. P. & S. ac etiam cõfutantur falſa Theologię Phænicum, Egyptiorum, Grę corum, Atlanticorum, Phrigiorum, Gentium, &c. ab Euſebio in primo, ſecundo, tertio, & quarto libro de præparatione Euangelica contra Theologiam fabuloſam Poetarum antiquorũ. Contra genealogias Deorũ falſorũ Heſiodi, & contra genealogias falſorum Deorũ Homeri, ex quibus Boccacius de Græco in Latinum verſauit ſuam geneologiam, & de Latino in Hetruſcum, vt ait Aſcenſius, & Seruius ſuper Virgilium, etc. & vide Ouid & Anguillaram in Metamorph.*

*Ex concluſionibus, probationibus, & ſolutionibus argumentorum Caprçoli ſoluuntur argumenta Vulpes, & aliorum recentiorum facile, vt facit Ariſtotiles ad argumenta Antiquorum, quod veritatis cognitio dubiorum eſt ſolutio, & cum Cardinali Bellarmino dicente in libro de Scriptoribus Eccleſiaſticis de Ioanne Capræolo, quòd Ioann. Capreolus ſit defenſor Egregius Sancti Thomæ, & optimè diſſoluit omnia argumenta aduerſariorum: dicunt verba formalia Bellarmini, ergò ſi optimè diſſoluit per Bellarminum ſunt ſoluta argumenta cum his doctrinis hic: Sicut ſoluit Ariſtoteles contra antiquos dicendo in 3. de Cœlo, & in 3. Metaphiſic. veritatis cognitio, dubiorum eſt reſolutio.*

*Reſpondetur ſecundò cum Cardinali Sarnano Franciſcano doctiſſimo, cum* 119. *concordantia, et ſimilitèr cum concordantia Bonęberbę.*

*Reſpondetur tertiò cum Petro de Bergamo, et Bartholomęo Spina dicentibus in tabula Sancti Thomę, quod qui ſcit totam Logicam Sancti Thomæ, Philoſophiam etiam moralem, totam Metaphyſicam Sancti Thomę, et totam eiuſdem Theologiam, nullum poteſt facere argumentum contra Sanctum Thomam, et ideò ſubdit, quod iſti recentiores ſtudent tantummodò articulo, ſuper quem componunt, et non habent in mente omnia opera Sancti Thomę loquentis pręſuppoſitiuè, præſupponendo omnia ſu-*

Digitized by Google

*ſupradicta, & dicendo, qua propter prgrumpunt in verba in tantum Magnum Doctorem nullo modo applicanda, quòd Sanctus Thomas contradicat ſibi ipſi, et ideò Cardinal. Sarnanus, quia ſciebat totum Sanctum Thomam concordauit ſimilitèr, etiam Ioannes Capræolus ſoluit argumenta aduerſariorum, cum locis Sancti Thomæ, quia totum in mente habebat Sanctum Thomam, et ideò Bellarmin. dicebat bene omnia ſoluere Capreolum.*

*Argumenta verò Vaſquez, Valentiç, Molinæ, Suarez, etc. quia colliguntur, et ſoluuntur, clarè, diſtinctè, et breuitèr à Ripa, à Nazario, à Conſales, à Nauarretto, à Zenardo, et prçcipuè à Montagnolo, in tertia parte Sancti Thomæ quæſtione de Euchariſtia, & in 4. ſent. hic, ideo vide ibi.*

*Vide noſtram expoſitionem Petri Lombardi aperiētem mentem huius materiç, vt in folio 77. hic, & infra pro 3. reſponſione Vulpes. Ac etiam vide 1.2. & 3. folium pro reſponſione quarta, quinta, & ſexta ad argumentum eiuſdem Vulpes.*

*Reſpōdet. 7. declaratione Scoti, & Sancti Thomç per Radam Franciſcanum hic declarantem S. Thom.*

*Loca Sacræ Scripturæ hic, & infra à Salmerone, Emanuel Sa, à Toleto, à Prierio, Vegha, à Poſſeuino, à Salian, Torello in annalibus à creatione Mundi, quæ videntur repugnare aliquo modo Thomiſtis, quia ſunt concordata à nobis in fine noſtrç expoſitionis totius Bibliæ, et in Anatomia Bibliç impreſſa ideò vide ea illic.*

*Reſponſiones apparentes contradictiones apud Vulpes, vide in fine huius quarti.*

## DISTINCTIO XIV.

### *Quæſtio* I.

CIrca Diſtinctionem decimāquartam quærũtur duo. Primò vtrũ Sacramentum pœnitentiæ, poſſit tollere culpam manente reatu.

¶*Secundo*. Vtrum poſt pœnitentiam reſurgat homo in æquali virtute.

Quantum ad primum hæc eſt prima concluſio. Pœnitentia eſt Sacramentum. Hanc ſic probat Sanct. Doct. 3. parte quæſt. 84. articul. 1. Vbicunque fit aliqua ſanctificatio ſenſibilibus ſignis, ibi eſt Sacramentum, ſed hoc eſt, in pœnitentia: ergo.

Contra arguit Durādus hic quæſt. 14. Quod non debeat dici Sacramentum pœnitentiæ, ſed Sacramentum confeſſionis. Omnis pœnitentia, aut eſt habitus, vel actus interior, aut eſt exterior executio ſatisfactionis. Sed pœnitentia, quæ eſt interior, non eſt Sacramentum, ſed præuia ad ipſum tanquam diſpoſitio ſuſcipientis. Pœnitentia verò exterior eſt conſequens ad hoc Sacramentum: ergo nulla pœnitentia eſt intrinſeca huic Sacramento.

Reſpondeo. Negatur maior. Nam præter contritionem quæ eſt pœnitentia interior, & ſatisfactionem, quæ eſt exterior, etiam erubeſcentia confeſſionis, & ligamen Sacerdotis ad pœnam, ſunt quædam pœnæ, & omnia iſta ſunt intrinſeca huic Sacramento, & ideò benè dicitur Sacramentum pœnitentiæ.

¶Dico ſecundò, quòd Sacramentum pœnitentiæ ex prædictis tribus integratur tanquam ex partibus, quarum vna eſt prior altera ſecundum materiam, & quandoque etiam tempore. Nam illorum trium actiuum, ſcilicèt contritionis, confeſſionis, & ſatisfactionis, qui ſunt materiales in pœnitentia, non eſt totum eſſe ſimul, ſed ſuccedunt ſibi inuicem.

Ex his ſequitur, quòd Sacramentum pœnitētiæ incipit in contritione, & habet ſuum complementum in ſatisfactione.

*Concluſio II.* Pœnitentia eſt virtus ſpecialis, ab alijs diſtincta. Hanc probat quoad primam eius partem, tertia parte, quæſt. 85. Ex hoc quod elicit actum rectum, ſcilicet dolorē de peccatis commiſſis. Quoad ſecundam partem probat vbi ſupra, artic. 2. & 4. ſententiar. diſtinct. 14. artic. 1. quæſtiunc. 3. Ex hoc, quòd habet ſpeciale obiectum, ſcilicet deteſtationē peccati ad expugnationem eius, & quantum ad culpam, & quantum ad reatum, & in hoc diſtinguitur ab alijs virtutibus, quæ licet deteſtentur peccatum, non tamen hoc modo.

Contra primam partem arguit Durandus primò. Principalis actus virtutis non præſupponit actum vitij in operante, ſed principalis actus pœnitentiæ qui eſt pœnitere præſupponit actum vitij: ergo. Pęnitentia non eſt virtus.

Reſpondeo. dico primò, quòd maior poteſt negari in virtutibus illis, quæ principalitèr retrahunt à malo cuiuſmodi eſt pœnitentia cuius principalis actus eſt electio deteſtationis peccati.

¶Dico ſecundò, quòd cum gratia infunditur habitus pœnitentiæ, ſicut & aliæ virtutes, ſed non poteſt exire in actum, niſi præcedente aliquo peccato.

Secundò arguit. Pœnitentia non eſt virtus intellectualis, vt de ſe patet, nec theologica, quia non habet Deum pro obiecto, ſed actum humanum malum nec moralis, quia virtus moralis non habet pro fine proximo, nec pro circircunſtantia informantę aliquid excedens di-

ctamen

ctamen rationis naturalis, finis autem proximus pœnitentiæ eſt vt homo recõcilietur Deo, iſtud autem non cadit ſub dictamine rationis naturalis: ergo pœnitentia non eſt virtus.

Reſpondeo, quod pœnitentia eſt virtus moralis. Ad improbationem dico, quod licet virtus non habeat ex ſe pro fine proximo, vel pro circunſtantia informante aliquid excedens dictamẽ rationis naturalis, poteſt tamẽ hoc habere ex cõcurſu, & imperio alicuius virtus Theologicæ, cui coniungitur, & hoc habet pœnitentia à charitate, & gratia.

¶ Dico etiam, quod licet illa maior ſit vera de virtutibus moralibus acquiſitis non tamen de infuſis, cuiuſmodi eſt pœnitentia.

Tertiò omnis virtus, quę ordinat ad alium in ratione debiti, eſt iuſtitia, aliæ enim virtutes, aut non ordinant hominem ad alium, vt temperantia, aut ſi ordinant non tamen in ratione debiti, vt liberalitas, ſed pœnitentia ordinat hominem ad Deum in ratione debiti: ergo ſi eſt virtus, non eſt diſtincta à iuſtitia.

Reſpondeo, negatur maior, quia præter illa requiritur æqualitas ad iuſtitiam, quæ non poteſt propriè eſſe niſi inter æquales: homo autẽ non eſt Deo æqualis. Dico tamen, quod pœnitentia eſt quaſi pars potentialis iuſtitiæ communiter dictæ, vel pars ſubiectiua, ſicut etiam religio, & pietas pertinent ad iuſtitiam, non tamen ſunt, propriè iuſtitia, quia non reddunt ęquale Deo, vt dicit Sanct. Doct. 2.2.q.80. ar.1. Similiter pœnitentia non reddit tantam pœnã quantam homo meretur pro peccato.

Iſta argumenta, quæ ſequuntur, militant cõtra primam concluſionem.

Contra eandem arguit Aureolus primò. Sacramentum pœnitentiæ poteſt eſſe ſine ſatisfactione: ergo ſatisfactio non eſt de eſſentia eius, conſequentia patet antecedens probatur, tùm quia tanta poteſt eſſe contritio, quòd nulla ſatisfactio requiritur ad delendum peccatum, vel pœnam, vt omnes dicunt, tùm quia Papa poteſt remittere omnem pęnam per indulgentias: ergo ei non eſt neceſſaria ſatisfactio.

Reſpondeo, negatur antecedens. Ad primam probationem dico, quod in tali caſu eſſet ſatisfactio tripliciter. Primò in propoſito, alioquin talis non eſſet contritus, niſi proponeret ſe ſatisfacere. Secundò in ſigno, quia ex quo confitetur ſubire ſe arbitrio Sacerdotis, & ſignificat ſe paratum ſatisfacere. Teriò in ſui initio, vel medio, quia ſatisfactio incipit in cõtritione, & mediat in confeſſione, & completur in exteriori pœna, vt dicit Doct. Sanct. 4. ſentẽt. diſt. 16. art. 2. quæſtiunc. 3.

¶ Ad ſecundam probationem dico, quod dũ Papa dat indulgentias, non tollit ſatisfactionẽ, ſed ſatisfactionem, & pœnas Sanctorum, qui ſunt in gloria applicat taliter abſolutis, vt dicit D.S.4.ſent. diſt. 20.

Secundò in materia cuiuslibet Sacramenti eſt virtus cauſatiua gratiæ, vt dicit S. Thom. ſed in ſatisfactione non eſt talis virtus, cum ante ſatisfactionem ſit collata gratia: ergo, &c.

Reſpondeo, negatur maior, neç S. Thom. dicit illam propoſitionem vniuerſalitèr, ſed tantũ de ſacramentis, in quibus verba miniſtri dirigũtur ad materiam ſanctificandam, qualis materia non eſt ſatisfactio.

Tertiò contritio, & ſatisfactio mentalis non ſunt ſigna ſenſibilia: ergo non ſunt materia ſacramenti. Antecedẽs, & cõſequẽtia de ſe patet.

Reſpondeo, dico primò, quòd licet contritio in ſe non ſentiatur ab alijs, ſentitur tamen interius ab eo, qui eſt contritus, & etiam ab alijs, nõ quidem in ſe, ſed in ſuò ſigno, & effectu, & ſatisfactione. Ipſa autem ſatisactio licet, vt volita præcisè non ſit ſenſibilis, tamen, vt volita, & ſignata, & mediata eſt ſignum ſenſibile etiam materia huius ſacramenti.

*Concluſio III.* Peccatũ eſt materia, & obiectum pœnitentiæ. Hanc ponit S. Do. 3.p q.84. art. 2. dicens quod peccata commiſſa ſunt eius materia proxima, peccata verò nõ attendenda ſunt eius materia remota. Probatur autem ſic iſta concluſio. Illa eſt materia pęnitentiæ circa quam cadit principalis eius actus, ſed dolere, & deteſtari, quæ ſunt principalis actus pęnitentiæ, cadunt ſupra peccatum: ergo, &c.

Contra arguit Aureolus, primò. Omnis iuſtitia punitiua habet pœnam quam infert pro obiecto, & materia, vt patet. 2. Ethy. c. 2. ſed pęnitentia eſt iuſtitia punitiua ſaltem communitèr accipiendo iuſtitiam: ergo eius materia eſt pœna, & non peccatum.

Reſpõdeo, negatur conſequẽtia. Dico enim primò, quod iuſtitia punitua, & pęnitentia habent pro obiecto, & pęnam, & peccatum, licet differẽter, quia peccatum reſpicit tanquam materiam, circa quam agit, pęnam verò, vt id qood agit, & quaſi proprium effectum, vnde peccatũ eſt id ſupra quod cadit principalis actus pęnitẽtiæ, ſcilicet deteſtatio. Iſta habentur in ſuo ſimili à S.D.2.2.q.61.ar.3.

¶ Dico ſecũdò, quòd pęnitẽtia eodem actu dolet de peccato, & eligit pęnam, qui quidem actus habet duo obiecta, ordinem inter ſe habẽtia, vt finis, & id quod eſt ad finẽ, vel alio quouis modo.

Secũdò omnis virtus ponit mediũ circa obiectũ, & materiã ſuã, vt dicitur 2. Ethi. c. 5. ſed pęnitẽtia nõ ponit mediũ circa peccata. ſ. dictãdo quãdo, vel vbi, vel quomodo debeant cõmitti: ergo peccatum non eſt eius materia.

Reſ-

Digitized by Google

Reſpõdeo.negatur minor. Iſtud autem medium,vt dicit S.D.4.quæſtione decimaquarta. art.primo,quæſt.quarta,ad quartum. Non eſt quòd pœnitentia aliqua peccata recipiat, & aliqua abijciat: ſicut ſe habet temperantia circa voluptates,ſed medium & circunſtantia, quæ ponit pœnitentia ſunt quia cuilibet peccato dat proportionatam pœnam, & quando, & vbi,& quomodo debet. Et ſimiliter ipſum peccatum expellit: & in hoc diſtinguitur ab alijs virtutibus, quæ non deſtruunt ſua obiecta.

*Concluſio IV.* Sacramentum pœnitentiæ quandoque tollit culpam, & totum reatum quandoque tollit remanente aliquo reatu.Hãc concluſionem probat S.D.tertia parte. quæſt. octuageſimaſexta, artic.4.& præſenti diſtinct. quæſtione 2.articulo 1.ex hoc quod Deus aliquando remittit culpam,& omnem obligationem ad pœnam:aliquando remittit culpam, manente aliqua obligatione ad pœnam.

Contra arguit Aureolus.primo reatus non eſt quid abſolutum:nec eſt quid relatiuum,ergo non eſt ponendus,conſequentia patet. Prima pars antecedentis probatur:ſi talis obligatio eſſet in anima:ipſa eſſet immediatè à Deo, qui obligat animam ad pœnam: ſed non eſt à Deo, quia anima dicitur peccatrix ex illa obligatione: non autem peccatrix eo quod immediatè eſt à Deo. Secunda pars antecedentis probatur: ſi eſſet relatio aut eſſet intrinſecus adueniens aut extrinſecus. Non primum quia non ſtatim inſurgit poſitis extremis.patet,quia manente anima,& Deo ſeu pœna eodem modo ſe habente non propter hoc anima eſt obligata ad pœnam:quia non ante peccatum. Nõ ſecundum, quia omnis reſpectus extrinſecus adueniens eſt terminus actionis realis vt patet de vbi, ſed iſtius obligationis dari non poteſt actio realis,non enim eſt ab anima quia peccãdo habent tantum vnam actionem deordinatam, quæ facit ad illud velle priuatum debitis circunſtantijs,& ita non ad iſtum reſpectum.

Reſpondeo. Dico primò.quòd obligatio nõ eſt ens abſolutum,nec aliquis reſpectus realis: ſed eſt reſpectus rationis.

Ad cuius euidentiam eſt ſciendum vt elicitur à S.D.2.ſenten.diſtinctione quadrageſima-ſecunda,articulo ſecundò,quòd in eo qui peccat eſt triplex defectus ſiue priuatio. Vnus eſt defectus in operatione, quæ eſt priuata debita rectitudine. Alius eſt defectus in anima peccantis;quæ eſt priuata gratia. Tertius eſt tranſgreſſio ordinis diuinæ iuſtitiæ & inæqualitas ex actu inducta. Nam peccãdo abſtulit à Deo honorem,quantum in eo fuit,& plus voluntati ſuæ indulſit quàm deberet. Iſte autem tertius defectus manet etiam alijs duobus non exiſtentibus. Nam tranſeunte actu peccati & collata gratia,ſi debet reduci æqualitas, oportet quòd homo qui plus voluntati ſuæ indulſit, quàm deberet aliquid patiatur contra voluntatem ſuam, obligatio autem ad hoc patiendũ dicitur reatus:& ſemper remanet, quouſque patiatur.

¶ Dico ſecundò, quòd iſte reſpectus eſt extrinſecus adueniens & habet pro cauſa remota actum peccandi,nec valet improbatio,quia illa actio quæ eſt ad velle inordinatum per ſe primo: eſt ad hunc defectum & reatum conſecutiuè.

¶ Dico tertiò, quòd illa obligatio eſt à Deo, & à creatura à Deo quidẽ eſt quòd omnis tranſgrediens legem obligetur ad pœnam, quòd autem iſte tranſgrediatur legem,non eſt à Deo:ſed à propria voluntate. Et illa iſtum obligari ad pœnam,eſt à Deo ſicut à cauſa primaria & vniuerſali,ſed à propria voluntate ſicut à cauſa proxima, vt propria.

Et ſi dicatur. Iſte reſpectus eſt rationis: & per conſequens à ſolo intellectu, ſed non ab intellectu creato, qui fortè eum non conſiderat, ergo tantum à Deo.

¶ Dico quod eſt potentialiter & aptitudinaliter,& exigitiuè ex parte peccantis, ſed cõpletiuè eſt per intellectum: qui intelligit peccantem in ordine ad pœnam eo modo, quo natura exigit ſumpta lege diuina vel humana vel recta ratione.

¶ Secundò arguit. tranſeunte actu peccati, adhuc homo dicitur peccator ſolum ex hoc quod diuina voluntas ordinat eum ad pœnã: & eius intellectus videt hunc ordinem, ergo reatus eſt reſpectus rationis conſequens ſolũ intellectum,& voluntatem de ſe.

Reſpondeo,negatur antecedens, ſed dicitur peccator etiam propter reſpectum inæqualitatis,& indignitatis:qui reſpectus non ſolum inſurgit ex actus diuini intellectus ſed etiam ex actu intellectus ipſius peccãtis vel ſui principis aut ſuperioris,cui facienda eſt æqualitas. Nec tantum conſurgit ex actu intellectus: ſed deformitas & indignitas peccatoris quæ ſunt quædam negationes,fundant illum reſpectum ex natura rei, ſicut etiam in eo qui legem ſeruat eſt,reſpectus meriti,& debiti,& congrui in ordine ad præmium.

¶ Dico ſecundò, quod reatus & macula & offenſa diſtinguuntur. Nam macula eſt ipſa priuatio luminis gratuiti vel naturalis ex actu peccati derelicta, reatus vero eſt obligatio ad pœnam,& differt à macula ſicut effectus à ſua cauſa, offenſa vero eſt inæqualitas quædam quæ ſimiliter eſt cauſa reatus ceſſante autem actu

Digitized by Google

actu peccati adhuc homo dicitur formaliter peccator, non tamen ratione reatus & maculæ quæ manet, ſed per peccatum præcedens quod manet aliquo modo in ſuo effectu: derelicto ex parte conuerſionis vel auerſionis. Nec oportet, ſi iſte dicitur actu peccator quod ſit peccator per aliquid actu manens; quia nō vniuocè dicitur quis peccator eſſe: dum actu peccat & dum ceſſat ab actu peccati, licet non à reatu, & ideo propter talem analogiam huius nominis peccator poteſt quis denominari peccator formaliter non ſolum à peccato præſente, ſed etiam à peccato præterito, dummodo aliqualiter maneat.

¶ Reliqua argumenta tam Scoti quam Aureoli dicta concludunt reatum non eſſe reſpectum realem: quod gratis conceditur.

## QVAESTIO. II.

### *Diſtinct.* 14. 4. *Sent.*

QVæritur ſecundò vtrum poſt pœnitentiā reſurgat homo in æquali virtute.

*Concluſio I.* Per pœnitentiam virtutes reſtituuntur hanc ſic probat *S.* D. 3. parte, q. 89. art. 1. Per pęnitentiam reſtituitur gratia; ergo & virtutes: conſequẽtia tenet, quia cum gratia omnes virtutes infunduntur.

¶ *Concluſio II.* Pęnitens non ſemper reſurgit in æquali gratia: imo quandoque in minori. Hanc probat vbi ſupra, art. 2. & 3. Et tertio ſen. diſt. 51. art. ex hoc quod homo non ita præparat ſe.

Contra arguit Scotus primò, reſurgens reſurgit in omnibus bonis quæ ante habebat: quia per pęnitentiam viuificantur: & præter illam habet hunc actum pęnitentiæ, quo reſurgat: ergo habet plena merita: & per conſequẽs maior gloria ei debetur.

Reſpondeo, dico primo, quod admiſſo quod reſurgat in pluribus meritis: non tamen ſequitur, quod reſurgat ſemper ad maiorem gloriā: quia quandoque merita præcedentia peccatũ, & ſequentia poſt pęnitentiam innituntur minori charitati & gratiæ quàm ante: & per cōſequens ſunt minus gratifica. Huius autem ratio eſt, quia præmium eſſentiale propriè debetur habitui gratiæ, actibus vero debetur præmium accidentale. Quod non eſt ita intelligẽdum quaſi quod per actum elicitum ab habitu gratiæ aliquis mereatur nouum gradum gloriæ vltra illud, quod debetur habitui elicienti, ſed eſt intelligendum quod ille gradus gloriæ, qui debebatur actui elicito per eam & vltra hoc debetur ei nouus gradus gloriæ correſpōdens nouo gradui gratiæ, quam mereretur; ſi gratia ſit augmentabilis & non in termino: nullus enim meretur nonum gradum gradum gloriæ: niſi quia prius natura meretur augmẽtum gratiæ.

Dico ſecundò, quod licet pęnitens reſurgat in omnibus meritis, quæ ante habebat & pro quolibet correſpondeat ei nouus gradus gloriæ: non tamen tantus quantus ante peccatũ ſibi correſpondebat niſi reſurgat in æquali charitate: quia ſi reſurgat in minori iam eſt indiſpoſitus ad recipiendum totum effectum præcedentium meritorum: vt dicit S. D. 3. ſen. diſt. 31 quæſt. 1. art. 4. & art. 1. ad ſecundum.

¶ Dico tertiò, quod licet cuilibet operi elicito à gratia præſenti correſpondeat aliquis gradus gloriæ: non tamen ſemper commenſuratur præſenti gratiæ, ſed vel præſenti vel futuræ. Nam omnis actus meritorius noui gradus gloriæ: eſt etiam meritorius noui gradus gratiæ cui correſpondet & commenſuratur gradus gloriæ: vt dicit S. D. prima ſecundæ, quæſtione centeſimadecimaquarta, art. 8. ad tertium.

¶ Dico quartò, quòd non fuit intentio S. D. quod operibus correſpondeat tantũ præmium accidentale, & non eſſentiale, nam huius oppoſitum dicit tertia parte, quæſtione octuageſimanona, art. 5. ſed benè verum eſt, quòd eis non correſpondet præmium eſſentiale: niſi ratione gratiæ cui primo correſpondet: & ideo ſecundum quantitatem gratiæ accipitur quantitas præmij eſſentialis.

Secundò arguit contra hanc reſponſionem: quia ſcriptura dicit, quod gloria datur operibus, nam Deus reddet vnicuique ſecundum opera ſua: vt dicitur in Pſal. non autem dicitur quod detur habitui gratiæ, ergo.

Reſpondeo, quia licet ſcriptura dicat gloriā dari ſecundum opera, dicit tamen alibi, quòd datur gratiæ: vt patet ad Romanos tertio, gratia Dei vita æterna, & ideo principalis conatus debet eſſe cuilibet, vt creſcat in charitate, & gratia, in qua principaliter conſiſtit obſeruatio diuinæ legis: vt dicit Sanct. Doct. prima ſecundæ q. 116. art. primo, & Aug. ſuper Pſal. 70.

Contra eandem arguit Aureolus. Primò, qui habet plura merita: eſt Deo magis charus: & per conſequens habet maiorem gratiam: ſed pęnitens habet plura merita quàm ante, nam habet omnia quæ ante habebat: quia per pęnitentiam viuificantur, & præter hoc, habet hunc actum meritorium; quo actu pęnitet, ergo.

Reſpondeo, negatur maior, niſi cætera ſint paria, oportet enim præter hoc quòd habeat tantam, vel maiorem gratiam quàm ante.



Digitized by Google

Contingit enim aliquem habentem pauca merita, eſſe Deo magis charum eo,qui habet plura, ſicut de Angelo reſpectu hominis,& de anima Chriſti reſpectu animæ Virginis Mariæ, cōpara eas pro inſtanti Conceptionis Chriſti. In illo enim inſtanti illa anima erat ſummè accepta Deo, & tamen habebat pauca merita,quia non fecerat multos actus meritorios, ſimilitèr vnus homo eſt magis charus Deo cū quatuor meritis tempore, quo habet maiorem gratiam, quàm cum quinque tempore quo habet minorem gratiam. Pœnitens autē licet habeat plura merita quàm prius illa, tamen non æqualitèr operantur, ſi remiſſius ſe diſponat ad gratiam.

Secundò arguit. Cuilibet merito correſpōdet determinatus gradus gloriæ: ergo, & gratiæ, & per conſequens, qui habet plura merita habet maiorem gratiam,ſed pœnitens habet plura materia, quàm ante, vt probatum eſt: ergo, &c.

Reſpondeo, quòd licet per illa plura merita mereatur maiorem gratiam, non tamen ſequitur,quòd illud augmentū gratiæ ſtatim ei infūdatur, ſed in futurum, quando ad hoc erit diſpoſitus,& ſic non reſurgit in maiori gratia.

Contra eandem arguit Henricus quolibet. 5. quæſt. 23. & maximè arguit contra rationem. Primò, conatus ad gratiam eſt ad bonū ſupernaturale,vt de ſe patet, ergo non poteſt eſſe ſine gratia præueniente,& inclinātè liberum arbitrium ad illum conatum, & per conſequens ſequitur,quòd talis ante gratiam habeat gratiā, quod eſt falſum: ergo.

Reſpondeo, negatur conſequentia, quia illa gratia perueniens, ſcilicet deteſtatio peccati, & appetitus iuſtitiæ non eſt gratia gratum faciēs, ſed eſt ſimplex motio qua Deus mouet voluntatem ad appetitū iuſtitiæ, vt dicit Sanct. Doct. 1.2.q.112.art.2.

Secundò. Si gratia datur ſecundum conatum,ſequitur quod iuſtificatio eſſet ex merito, nàm homo per illum conatum mereretur gratiam,hoc eſt falſum, quia etiam Auguſt. dicit, quòd gratia iuſtificans præcedit omnem motū liberi arbitrij: ergo,&c.

Reſpondeo,negatur conſequentia, quia illa diuina motio voluntatis ad gratiam nō poteſt dici meritum gratiæ,neque de congruo neque de condigno,niſi impropriè. Ad Auguſtinum, dico,quòd auctoritas duplicitèr exponitur. Primò,quòd gratia præcedit omnem motum liberi arbitrij meritorium. Secundò, quòd Auguſtinus non loquitur de gratia gratum faciente ſed de illa diuina motione,quàm appellat gratiam iuſtificantem, quia ea primo incipit moueri liberum arbitrium ad gratriam. Et quia iſte dicit ſine probatione, quòd in recipiente gratiam non requiritur aliqua diſpoſitio poſitiua, huius oppoſitum tenet Sanctus Doctor dicens,quod etiam in paruulis,qui Baptizantur, requiritur talis diſpoſitiò, recipiunt enim characterem,qui eſt diſpoſitio ad gratiam.

Alia,quæ iſte dicit, non ſunt contra concluſiones,ſed tantum valent ad declarandum quādam opinionem ipſius Henrici, de qua alias videbitur.

*In hac decimaquarta Diſtinct. quarti Sententiarum,& 2. quæſtionibus ſequentibus confutantur hæreſes damnatæ, vt in noſtro Commenntar. in text. Magiſtri, & confutantur etiam hæreſes, quæ ſunt in Abecedario, & in Ethimologijs hæreſum, & confutantur ſimilitèr Idolatriæ, vt in Abecedario Idolorum in principio, vide ibi lit. A.C.D.H.P.& S. ac etiam cōfutantur falſæ Theologię Phœnicum, Egyptiorum, Gręcorum, Atlāticorum, Phrygiorum, Gentium, &c. ab Euſebio in primo, ſecundo, tertio, & quarto libro de præparatione Euangelica contra Theologiam fabuloſam Poetarum antiquorū. Contra genealogias Deorū falſorū Heſiodi,& contra genealogias falſorum Deorū Homeri, ex quibus Boccacius de Græco in Latinum verſauit ſuam geneologiam, & de Latino in Hetruſcum, vt ait Aſcenſius,& Seruius ſuper Virgilium, etc. & vide Ouid & Anguillaram in Metamorph.*

*Ex concluſionibus,probationibus, & ſolutionibus argumentorum Capręoli ſoluuntur argumenta Vulpes, & aliorum recentiorum facile, vt facit Ariſtotiles ad argumenta Antiquorum, quod veritatis cognitio dubiorum eſt ſolutio, & cum Cardinali Bellarmino dicente in libro de Scriptoribus Eccleſiaſticis de Ioanne Capræolo, quòd Ioann. Capreolus ſit defenſor Egregius Sancti Thomæ, & optimè diſſoluit omnia argumenta aduerſariorum: dicunt verba formalia Bellarmini, ergò ſi optimè diſſoluit per Bellarminum ſunt ſoluta argumenta cum his doctrinis hic: Sicut ſoluit Ariſtoteles contra antiquos dicendo in 3. de Cœlo, & in 3. Metaphiſic. veritatis cognitio, dubiorum eſt reſolutio.*

*Reſpondetur ſecundò cum Cardinali Sarnano Franciſcano doctiſſimo, cum 120. concordantia, et ſimilitèr cum concordantia Bonęberbę.*

*Reſpondetur tertiò cum Petro de Bergamo, et Bartholomęo Spina dicentibus in tabula Sancti Thomę, quod qui ſcit totam Logicam Sancti Thomæ, Philoſophiam etiam moralem, totam Metaphyſicam Sancti Thomę, et totam eiuſdem Theologiam, nullum poteſt facere argumentum contra Sanctum Thomam, et ideò ſub-*

*ſubdit, quod iſti recentiores ſtudent tantummodò articulo, ſuper quem componunt, et non habent in mente omnia opera Sancti Thomę loquentis prȩſuppoſitiuè, præſupponendo omnia ſupradicta, & dicendo, quæ propter prȩrumpunt in verba in tantum Magnum Doctorem nullo modo applicanda, quòd Sanctus Thomas contradicat ſibi ipſi, et ideò Cardinal. Sarnanus, quia ſciebat totum Sanctum Thomam concordauit ſimilitèr, etiam Ioannes Capræolus ſoluit argumenta aduerſariorum, cum locis Sancti Thomæ, quia totum in mente habebat Sanctum Thomam, et ideò Bellarmin. dicebat bene omnia ſoluere Capreolum.*

*Argumenta verò Vaſquez, Valentię, Molinæ, Suarez, etc. quia colliguntur, et ſoluuntur, clarè, diſtinctè, et breuitèr à Ripa, à Nazario, à Conſales, à Nauarretto, à Zenardo, et prȩcipuè à Montagnolo, in tertia parte Sancti Thomæ quæſtione de pęnitentia, & in addictione, ideo vide ibi.*

*Vide noſtram expoſitionem Petri Lombardi aperiẽtem mentem huius materię, vt in folio 77. hic, & infra pro 3. reſponſione Vulpes. Ac etiam vide 1.2.& 3. folium pro reſponſione quarta, quinta, & ſexta ad argumentum eiuſdem Vulpes.*

*Reſpõdet. 7. declaratione Scoti, & Sancti Thomę per Radam Franciſcanum hic declarantem S. Thom.*

*Loca Sacræ Scripturæ hic, & infra à Salmerone, Emanuel Sa, à Toleto, à Prierio, Vegha, à Poſſeuino, à Salian, Torello in annalibus à creatione Mundi, quæ videntur repugnare aliquo modò Thomiſtis, quia ſunt concordata à nobis in fine noſtrę expoſitionis totius Bibliæ, et in Anatomia Biblię impreſſa ideò vide ea illic.*

*Reſponſiones apparentes contradictiones apud Vulpes, vide in fine huius quarti.*

## DISTINCTIO XV.

### *Quęſtio.* 1. 4. *Sent.*

IN Diſtinctione decimaquinta quæritur. Vtrum Homo poſſit Deo ſatisfacere pro peccato.

*Concluſio I.* Homo non poteſt perfectè ſatisfacere Deo, niſi in virtute meriti Chriſti. Hæc ſic probat 3. parte, quæſt. 1. articul. 2. ad ſecundum. Vbi ſciendum, quòd duplex eſt ſatisfactio. Vna eſt perfecta, & hæc eſt quando læſo redditur æquiualens. Alia eſt imperfecta, & hæc eſt quando ille, qui læſus eſt acceptat id quod ſibi datur etiam ſi non ſit æquiualens offenſæ.

Arguitur ergo ſic pro concluſione. Ad perfectã ſatisfactionẽ requiritur adæquatio ſatisfactionis ad offenſam, ſed talẽ, & tantam nõ poteſt purus homo exhibere, niſi coniuncto merito paſſionis Chriſti: ergo, &c.

Contra arguit Scotus hic quæſt. 1. & Aureolus quorum argumenta habent idem medium. Primò vbi eſt redditio æquiualentis, ibi eſt perfecta ſatisfactio, ſed purus homo poteſt Deo reddere æquiualens offenſæ in Deum commiſſæ: ergo, &c. maior patet, minor probatur. Quantum malum fuit in actu auerſionis à Deo, tantum bonum eſt in actu cõuerſionis ad Deũ, quia vterque iſtorum actum habet idem obiectum, & elicitur ab eodem libero arbitrio: ergo, &c.

Reſpõdeo, negatur maior, ſed præter id quod ponitur in illa maiori requiruntur etiam alia. Primum eſt, quòd ſicut offendens fuit principalis, & totalis cauſa malitiæ in offenſa, ita ſatisfaciens ſit principalis cauſa totius bonitatis, quæ eſt in ſatisfactione, & non ille cui ſit ſatisfactio. Secundum eſt quod ſatisfaciens ſatisfaciat per aliquid totalitèr ſuum, & quod non ſit principalitèr eius cui faciẽda eſt ſatisfactio, nàm ſi quis offerat regi id quod principalius eſt regis quàm offerentis nõ propriè ſatisfacit Regi. Tertium eſt, quòd id quod exhibet quis in ſatisfactione non teneatur alias exhibere propter alia debita ipſi offenſo, dato quod eum nũquam offendiſſet. Bonum autem meritorium, quod homo facit principalitèr eſt à Deo, quia actus noſter non eſt meritorius, nec ſatisfactorius, niſi inquantum eſt, à Spiritu ſancto, & etiã tenemur omnia reddere Deo propter alia beneficia nobis collata, dato quod ipſum nunquam offendiſſemus. Prædictæ autem tres cõditiones erant in Chriſto ratione diuini ſuppoſiti, & ideò ſuum meritum fuit æquiualens peccato Adæ, negatur etiam minor, non enim tantũ bona eſt cõuerſio puri hominis ad Deũ, ſicut mala fuit auerſio. Nã auerſio ẽ infinita, tũ quia ab infinito bono hominẽ ſeparat, tũ quia infinitã pęnam meretur de condigno, conuerſio autẽ hominis ad Deum per gratiam, non eſt talitèr infinita potiſſimè inquantum pendet ex libero arbitrio, quia vt ſic non eſt meritoria, vitæ æternæ, niſi de congruo, vt dicit Sanct. Doct. prima ſecundæ, quæſt. 114 articulo tertio, plus enim requiritur ad meritum quàm ad demeritum, nàm non tantum meretur, qui ſalutat regem, ſicut demeretur, qui ei maledicit.

Secundò arguit. Si infinitas arguit ſatisfactionem non eſſe poſſibilem puræ creaturæ, ſe-



Digitized by Google

quitur quod paſſio Chriſti non perfectè ſatiſfecerit, hoc eſt falſum: ergo conſequentia prima probatur, quia meritum Chriſti non fuit infinitum, alioquin Deus fuiſſet beatus, acceptãdo illam paſſionem, ſicut eſt beatus amando ſuam eſſentiam, & bonitatem, quia eſt infinita.

Reſpondeo, negatur prima conſequentia. Meritum enim paſſionis Chriſti fuit infinitum, non ſimplicitèr ſicut diuina bonitas, ſed ſecundum quid, & in genere meriti, ſicut & eius gratia fuit infinita in genere gratiæ, vt declaratum eſt in 3. ſentent. diſtinct. 18.

Tertiò. Meritum hominis, vt eſt à libero arbitrio, eſt finitum, vt autem eſt à Spiritu Sancto, & à gratia habet quandam infinitatem, vt dicit Sanctus Doct. prima ſecundæ, quæſt. 114. ergo aliqua actio puri hominis poſſet eſſe ſatiſfactoria, vt eſt à Spiritu ſancto, quia vt ſic habet infinitatem ſicut, & meritum Chriſti.

Reſpondeo, negatur conſequentia, quia per meritum puri hominis cum quantacunque gratia nulla perſona Diuina meretur, ſed purus homo, ſecus autem eſt de merito Chriſti.

Contra eandem arguit Durandus ſic. Quicquid habebat Chriſtus debebat Deo propter accepta beneficia, ſicut & nos: ergo pariformitèr non poterat ſatisfacere reddendo æquiualens.

Reſpondeo, quod licet humanitas Chriſti nõ poſſet reddere æquiualens, tamen diuinum ſuppoſitum poterat, & ideo actio quam faciebat mediante natura humana, habebat virtutem diuinam, & poterat ſupra totam naturam humanam, & ſingula eius ſuppoſita, quoad ſatiſfactionem de condigno ſtrictiſſimè accepto.

*Concluſio II.* Nullus poteſt ſatisfacere Deo de vno peccato, non ſatisfaciendo ei de alio, ſed illud retinendo. Hanc ſic probat Sanctus Doctor præſenti diſtinctione, artic. 3. Nullum opus inſufficiens ad amicitiæ rectitudinem eſt Deo ſatisfactorium, ſed omne opus factum cũ retentione peccati mortalis ex affectu eſt huiuſmodi: ergo.

*Concluſio III.* Nullus poſt remiſſionem peccati mortalis ſibi factam per contritionem de nouo mortaliter peccans, poteſt in ſtatu illo ſatisfacere pro peccatis prius ſibi dimiſſis. Hanc probat vbi ſupra, quia nullum opus factum extra charitatem eſt Deo ſatisfactorium.

Contra arguit Scotus. Ille qui poſt peccatum mortale commiſſum facit pœnitentiam prius ſibi iniunctam, facit id quod ſibi iniunctum eſt tanquam pars ſatisfactionis: ergo vere ſatisfacit

Reſpondeo, negatur conſequentia, quia talis actu ſatisfaciens, cum non ſit acceptus Deo propter defectum charitatis, poteſt tamen dici materialiter ſatisfactio, quia apta eſt eſſe ſatiſfactio, ſi charitate informaretur. Quod autem non ſatisfecerat patet, quia ille qui continuat offenſam Regis non ſatisfacit ei, huiuſmodi autem eſt peccator.

Contra eãdem arguunt alij, quos refert Petrus de Palude hic quæſt. 1. Primò ille, qui accepta pœnitentia, poſt eã cadit in mortali eſt debitor tantum pęnæ finitæ ſibi impoſitæ: ergo ſi eam exſoluit ſatisfacit.

Reſpondeo, negatur conſequentia, quia non eſt debitor pęnæ finitæ qualitercunque ſoluendæ, ſed in ſtatu gratiæ in quo ſolo Deo accepta, alioquin eſt debitor tantæ pęnæ quantam meretur culpa, & illa eſt infinita.

Contra ex hoc ſequitur quòd ſi talis in peccato decederet, ita puniretur pęna infinita pro culpa aliquando ſibi dimiſſa, quòd videtur inconueniens.

Reſpondeo, quòd hoc non eſt inconueniens, nec propter hoc ſequitur quòd contritio ſit inutilis, quia ipſa per ſe liberat à pęna æterna, per accidens autẽ impeditur iſta liberatio per peccatum ſuperueniens.

Secundò, ſecundum iuſtitiam humanam ſi quis pęnam taxatam, & acceptatam pro præcedente offenſa ſibi dimiſſa exſolueret etiam poſtquam denuo offendit totalitèr liberatus eſt: ergo ſimilitèr eſt ſecundum iuſtitiam diuinam.

Reſpondeo, negatur conſequentia, quia offẽſæ commiſſæ in hominem poteſt correſpondere pęna ſecundum æqualitatem rei, offenſæ autem commiſſæ in Deum non, ſed ſolum ſecundum acceptationem diuinam.

*Concluſio IV.* Opera extra charitatem facta non ſunt alicuius præmij etiam temporalis propriè meritoria. Hanc ponit Sanctus Doctor, præſenti diſtinctio, artic. 3. & probatur, quia peccator non meretur amari à Deo. Amor autem eſt primum donum: ergo per conſequẽs nullum aliud donum meretur.

Quidam arguunt licet non propriè contra concluſionem, quòd nullus poteſt mereri aliquid à Deo de condigno, quia Deus quicquid dat ex ſua liberalitate dat: ergo non ſecundum debitum.

Reſpondeo, vt dicit Sanct. Doct. prima ſecũdæ, quæſt. 115. artic. 1. quòd Deus nullo modo eſt nobis debitor, licet apud eum mereamur, ſed benè efficitur debitor ſibi ipſi. Vnde etiam ſi non redderet creaturæ, id quod ipſa meretur ſecundum Diuinam ordinationem non faceret iniuſtitiã creaturæ, ſed ſibi ipſi reddendo ſe fallacem in promiſſis, quod eſt impoſſibile, nec tamen tunc propriè faceret ſibiipſi iniuſtum, quia nullus iniuſtum patitur volens, niſi diceremus, quòd non ſecundum idem attributum, ſed ſecun-

Digitized by Google

cundum diuerſa ſecundum rationem, ageret & pateretur iniuſtum.

*In hac decimaquinta Diſtinct. quarti Sententiarum, & unica quæſtione ſequenti confutantur hæreſes damnatæ, vt in noſtro Commentar. in text. Magiſtri, & confutantur etiam hæreſes, quæ ſunt in Abecedario, & in Ethimologijs hæreſum, & confutantur ſimilitèr, Idolatria, vt in Abecedario Idolorum in principio, vide ibi lit.* D. H. P. *& S. ac etiam confutantur falſa Theologia Phœnicum, Ægyptiorum, Græcorũ, Atlanticorũ, Phrygiorum, Gentiũ, &c. ab Euſebio in primo, ſecundo, tertio, & quarto libro de præparatione Euangelica contra Theologiam fabuloſam Poetarum antiquorum. Contra genealogias Deorum falſorum Heſiodi, & contra ganealogias falſorum Deorum Homeri ex quibus Boccacius de Græco in Latinum verſauit ſuam genealogiam, & de Latino in Hetruſcum, vt ait Aſcentius, & Seruius ſuper Virgilium, &c. & vide Ouid. & Anguillaram in Metamorph.*

*Ex concluſionibus, probationibus, & ſolutionibus argumentorum Capræoli ſoluuntur argumenta Vulpes, & aliorum recentiorum facilè, vt facit Ariſtotiles ad argumenta Antiquorum, quod veritatis cognitio dubiorum eſt ſolutio, & cum Cardinali Bellarmino dicente in libro de Scriptoribus Eccleſiaſticis de Ioanne Capræolo, quòd Ioannes Capræolus ſit defenſor Egregius Sancti Thomę, & optimè diſſoluit omnia argumenta aduerſariorum: dicunt verba formalia Bellarmini, ergo ſi optimè diſſoluit per Bellarminum, ſunt ſoluta argumenta cum his doctrinis hic: Sicut ſoluit Ariſtoteles contra antiquos dicendo in 3. de Cœlo, & in 3. Metaphiſic. veritatis cognitio, dubiorum eſt reſolutio.*

*Reſpondetur ſecundo cum Cardinali Sarnano Franciſcano doctiſſimo, cum 121. concordantia, & ſimilitèr cum concordantia Bonaherba.*

*Reſpondetur tertio cum Petro de Bergamo, & Bartholomæo Spina dicentibus in tabula Sancti Thomæ, quod qui ſcit totam Logicam Sancti Thomę, Philoſophiam etiam moralem, totam Metaphyſicam Sancti Thomæ, & totam eiuſdem Theologiam, nullum poteſt facere argumentum contra Sanctum Thomam, & ideo ſubdit, quod iſti recentiores ſtudent tantummodo articulo, ſuper quem componunt, & non habent in mente omnia Opera Sancti Thomæ loquentis præſuppoſitiuè, pręſupponendo omnia ſupradicta, & dicenda, quæ propter prærumpunt in verba in tantum Magnum Doctorem nullo modo applicanda, quod Sanctus Thomas contradicat ſibi ipſi, & ideo Cardinal. Sarnanus, quia ſciebat totum Sanctum Thomam concordauit ſimilitèr, etiam Ioannes Caprȩolus ſoluit argumenta aduerſariorum, cum locis Sancti Thomæ, quia totum in mente habebat Sanctum Thomam, & ideo Bellarm. dicebat bene omnia ſoluere Caprȩolum.*

*Argumenta vero Vaſquez, Valentię, Molina, Suarez, &c. quia colliguntur; & ſoluuntur, clarè, diſtinctè, & breuitèr à Ripa, à Nazario, à Conſales, à Nauarretto, à Zenardo, & præcipuè à Montagnolo, in tertia parte Sancti Thomæ, quæſtione 1. & 3. ſent. de pęnitentia, ideo vide ibi.*

*Vide noſtram expoſitionem Petri Lombardi aperientem mentem huius materiæ, vt in folio 72. hic, et infra pro 3. reſponſione Vulpes. Ac etiam vide 1. 2. et 3. folium pro reſponſione quarta, quinta, et ſexta ad argumentum eiuſdem Vulpes.*

*Reſpondetur ſeptimo declaratione Scoti, de Sancti Thomæ per Radam Franciſcanum hic declarantem S. Thom.*

*Loca Sacræ Scripturæ hic, et infra à Salmerone, Emanuel Sa, à Toleto, à Prierio, Vegha, à Poſſeuino, à Salian, Torello in annalibus à creatione Mundi, quę videntur repugnare aliquomodo Thomiſtis. quia ſunt concordata à nobis in fine noſtrę expoſitionis totius Bibliæ, & in Anatomia Bibliȩ impreſſa, ideo vide ea illic.*

*Reſponſiones apparentes contradictiones apud Vulpes, vide in fine huius quarti.*

## DISTINCTIO XVI.

*Quæſtio 1. 4. Sent.*

CIRCA Diſtinctionem decimamſextam quæritur. Vtrum peccatum veniale poſſit remitti ſine mortali.

*Concluſio I.* Peccatum veniale non poteſt dimitti voluntate manente ad illud. Hanc ponit Sanct. Thom. in præſenti diſtinct. quæſt. 2. art. 1. in ſolutione primæ quæſt.

Ratio eſt. Manente cauſa non poteſt tolli effectus. Sed adhærentia voluntatis inordinata ad aliquid erit cauſa venialis peccati. Ergo manente voluntate fixa in illo, non poteſt ipſũ remitti.

*Concluſio II.* Vnum peccatum veniale poteſt dimitti ſine alio veniali. Hanc ponit ibidẽ in ſolutione ſecunda quæſtione. Huius ratio eſt. Maioris gratiæ eſt remiſſio peccati mortalis, quàm venialis. Sed vnum peccatum veniale

niale manens fixum in corde non impedit remiſſionem peccati mortalis. Ergo multominus impedit remiſſionem alterius venialis.

¶ *Concluſio III.* Peccatum veniale non poteſt dimitti ſine mortali, vel mortali remanēte. Hanc ponit ibidem in ſolutione 3. quæſt. Ratio eſt. Quicquid repugnat cuilibet feruori charitatis, impedit remiſſionem peccati venialis. Sed peccatum mortale eſt huiuſmodi: ergo.

Contra arguit Durandus hic quæſt. 2. In remiſſione venialis tantum inueniuntur duo, quæ fieri poſſunt ab exiſtente in mortali, ergo antecedens probatur. In peccato mortali ſunt tria, culpa, offenſa, & pœna. Vnde in remiſſione mortalis ſunt tria, reordinatio voluntatis per contritionem contra culpam, reſtitutio gratiæ contra offenſam, commutatio pœnæ æternæ in temporalem, in peccato autem veniali non eſt offenſa, ſed tantum culpa, & pœna, reordinatio verò voluntatis, & ſolutio pœnæ finitæ fieri poſſunt ab exiſtente in mortali: ergo.

Reſpondeo, negatur antecedens. Ad probationem dicitur, quòd in peccato veniali non ſolum ſunt illa duo, verùm etiam tertium ſcilicet aliqualis macula, & offenſa non quidem, vt ait Sanctus Thomas in præſenti diſtinctione; quæſtione 2. artic. 2. quæſtiunc. prima, in ſolutione primi, per priuationem pulchritudinis, quia non tollit gratiam, quæ eſt decor, ſed per impedimentum apparentiæ pulchritudinis exterius. Vnde nō oportet, quòd talis macula per infuſionē gratiæ tollatur, ſed per actũ, qui gratiæ impedimentũ tollat. Simile dicit 3. par. quæſt. 87. artic. 2. ad 3. Veruntamen iſta macula non eſt ita propriè dicta, ſicut macula peccati mortalis. Et ſic debet intelligi, quòd idem. Sanctus Thomas dicit prima ſecundæ, quæſt. 89. articulo primo.

Sciendum quòd Sanct. Thom. oſtendit, quòd in peccato veniali ſit aliqua offenſa Dei, præſēti diſtinct. quæſt. 2. artic. 1. quæſtiunc. 2. Ex quibus patet, quòd & ſi propter peccatum veniale Deus non offendatur, peccanti tamen offenditur peccato inquantum ipſum deteſtatur, & punit tanquam ſibi diſplicens. Eſt ibi ergo nonnulla offenſa, & per conſequens ad eius remiſſionem requiritur aliquis actus cōtrarius, Deo placēs in ordine ad vitam æternam, ſcilicet, aliquis actus à charitate, & gratia elicitus, ſicut peccatum veniale retardat à vita æterna, & cōſequutionem illius impedit. De hoc S. Thom. de malo, q. 7. art. 11.

¶ Dico ſecundò ad argumentum, quòd licet in peccato veniali non ſit macula ſtrictè, & propriè, tamē ille qui habet veniale cum mortali ratione mortalis offendit Deum, & Deus offenſus eſt illi. Ideò quamdiù caret gratia, non ſufficienter poteſt ſe habere ad dimiſſionē venialis, & ſolutionem pœnæ, de ma. quæſt. 7. artic. 10. ad 6. item 3. part. quæſt. 87. artic. 4. itē 2. ſent. diſtinct. 42. quæſt. 1. artic. 5. ad 6. item 4. ſenten. diſtinct. 21. quæſt. 1. in ſolutione 3. quæſt. Ex quibus patet quòd exiſtens in mortali non poteſt ſufficientèr reordinare voluntatem, quia nec contritio, nec ſatisfactio eſt extra gratiam. Reordinatio verò voluntatis eſt contritio, vt poſt dicetur.

Secundò. Puer cum originali, & veniali præcisè decedens non punietur in inferno pœna infinita, quia veniali non debetur. Ergo finita. Hanc verò eam hic ſoluere potuit.

Si dicatur, quòd caſus non eſt dabilis quia neceſſariò prius mortalitèr quàm venialitèr peccabit.

Contra. Hoc manifeſtè falſum eſt in pueris, in quibus ante mortalia, experimur agere venialia.

Reſpondeo. Caſus eſt impoſſibilis, puer .n. ante vſum rationis ſicut à mortali excuſatur, ita à veniali, & multo magis. Sed poſtquam habet vſum rationis peccat mortalitèr, ſi non facit quòd in ſe eſt ad quærendum ſuam ſalutē. Si autem faciat, gratiam conſequitur, per quam erit immunis à peccato originali. De malo, q. 7 artic. 10. ad 8. item 2. ſentent. diſtinct. 42. in expoſitione literæ. Et quæſt. 1. art. 5. ad 7. item prima ſecundæ, quæſt. 87. art. 5. da 2.

¶ Ad probationem caſus, quòd qui iudicant pueros non habentes vſum rationis, prius peccare venialitèr quam mortalitèr, falſe iudicant, licet poſſint facere multa quam ſecundum ſuũ genus ſunt venialia, quæ in eis non ſunt peccata.

Tertiò arguit. Bona opera in mortali facta ſunt meritoria expiationis alicuius pœnæ temporalis. Ergo ſunt meritoria expiatione ſatiſfactoriæ pœnæ debitæ veniali.

Reſpondeo. Negatur conſequentia, quia ibi eſt fallacia conſequentis, arguendo ab indefinita ad eius ſingularem.

Pro cuius declaratione ſciendum, quòd bona opera facta in mortali ſunt meritoria de congruo, ſi debeat dici meritum quintuplicis boni, vel præmij. Valent enim primò ad diſponendum ad gratiam. Secundò ad aſsueſactionē bonorum operum. Tertiò ad conſequutionem bonorum temporalium, vel vitationem malorum. Quarto minuunt pœnam inferni retrahēdo à peccato omiſſionis, & à maiori contemptu. Quintò ad dilationem, vel minutionem pœnæ temporalis, quarto ſententiarum, diſtinctione decimaquinta, quæſtione prima, articulo

lo tertio, in ſolutione quartæ, & quintæ quæſtionis.

¶ Dicitur ſecundò, quòd per talia opera nullus meretur de congruo aliquod bonum temporale, nec expiationem alicuius pœnæ temporalis, quæ ſit poſterior natura infuſione gratiæ gratum facientis. Sic autem eſt de pœnâ ſatisfactoria, debita peccato veniali.

Quartò. Si veniale dimitti nequit, manente mortali, hoc ideò eſt, quia opera facta in mortali, non ſunt accepta Deo. Sed hoc nihil eſt. Quia licet non ſint accepta ad remunerationẽ vitæ æternæ, ſunt tamen accepta ad remuuerationem boni temporalis. Cuiuſmodi eſt iſta remiſſio pœnæ. Ergo in hoc euacuatum eſt totum fundamentum tuæ opinionis.

Reſpondeo. Bona facta in mortali non ſunt accepta Deo tanquam remuneranda vita æterna, aut aliquo bono temporali, quod naturalitè præſupponit gratiam, vt dictum eſt. Secus eſt de alijs pœnis debitis in hoc ſeculo, quæ nõ ſunt purgatiuæ, vel ſatisfactoriæ, vtputa, quæ ſunt initium damnationis, vel ad gloriam Dei vel bonorum aliorum hominum. Ad præſeruationem enim à talibus valent opera facta in mortali.

Sciendum, quòd ſi arguens non diſtinxit intèr remiſſionem culpæ, & pœnæ peccati venialis deceptus eſt, quia illa duo diſtinguuntur. De malo, quæſt. 7. artic. 11. ſi verò arguens diſtinxerit, tunc falsè putauit veuiale remitti, quòad culpam per diſplicentiam peccati ſine gratia, & dilectione Dei ſuper omnia. Et quòad pœnã remitti per exſolutionem pœnæ finitæ extra gratiam, & charitatem. Nullus enim dolor de peccato ſine gratia habet rationem contritionis.

Quintò arguit contra rationem probantem concluſionem, falſa enim eſt minor. Non enim mortale opponitur formalitèr charitati, & veniale feruori, ſed conſequutiuè tantum, quòad mortale. Quod probatur. Vtrumque conſiſtit formalitèr in deordinatione actus. Ergo vtrique formalitèr opponitur reordinatio actus deordinationem verò actus mortalis conſequitur priuatio charitatis, & reordinationem charites. Feruor autem charitatis, neç formalitèr, vt probatum eſt, nec etiam conſequutiuè opponitur veniali. Quod probatur. Stat enim veniale cum feruore charitatis, ſiuè ſit intenſio charitatis quantum ad habitum, quia per nullũ veniale tollitur, ſiuè quantum ad actum. Sola autem diſplicentia ſine tali actu tollit veniale: ergo.

Reſpondeo Negatur quòd feruor non opponatur veniali conſequutiuè.

Ad probationem, dicitur quòd feruor charitatis, qui delet veniale nullo modo ſtat cum eo quod delet, licet poſſit ſtare cum alijs venialibus. Talis enim feruor eſt diſplicentia, & cõtritio de illo veniali, & non de alijs Sanct. Tho. in præſenti diſtinct. quæſtione ſecunda, artic. 1. quæſtiunc. 2. ad ſecundum. Item artic. 2. in ſolutione ſecundæ quæſtionis. Item 3. par. quæſtione 87. art. 1.

Ex quibus omnibus patet, quòd feruor charitatis opponitur virtualitèr peccato veniali vni, vel pluribus, vel omnibus. Et ideò ſufficit ad deletionem venialium peccatorum vnius, vel plurium, vel omnium. Et quòd arguẽs malè intellexit talem feruorem. Et quòd diſplicentia, quam ipſe ponit nihil valet ad remiſſionem venialis. Item quòd feruor actualis charitatis aliquando opponitur peccato veniali virtualitèr licet non ſemper, ideò aliquando tollit illud licet non ſemper.

Sextò arguit. Quia dictum Gregorij non iuuat dicentis, veniale obſcurat, mortale obtenebrat. Charitas enim non minuitur. Obſcurari verò dicitur ex defectu luminis rationis naturalis.

Reſpondeo. Inſufficientèr exponit arguens dictum Gregorij, quia Gregorius non loquitur de obſcuratione luminis naturalis rationis, ſed luminis gratiæ, vel charitatis. Quod quidem licet non minuatur quantum ad habitum per peccatum veniale, minuitur tamen quãtum ad actum vel feruorem. De malo, quæſt. 7. artic. 2. ad ſextum, & ad 17. Poteſt tamen intelligi diminutio charitatis quòad habitum, non quidẽ per ſe, ſed per accidens, ibidem, ad quartum.

¶ Ad idem arguitur ab alijs, primo quia nõ plus pendet remiſſio venialium à remiſſione mortalium quàm econtra.

¶ Tertiò, quia ibi non eſt offenſa.

¶ Quartò, quia nec actu, nec aptitudine tollitur gratia per peccatum veniale. Ergo eam non eſt neceſſe reſtitui in ablatione venialis.

Reſpondeo, ad primum dicitur, quòd magis pendet, quia omnis peccati remiſſio eſt per gratiam Dei, non ex operibus hominis.

Ad ſecundum dicitur, quòd licet pœna ſit finita, non tamen erit Deo accepta ſine gratia.

Ad tertium dicitur, quòd ibi eſt offenſa, quæ tollitur per reordinationem voluntatis, quæ eſſe non poteſt ſine gratia.

Ad quartum dicitur, quòd licet non tollatur gratia, ſupponitur tamen in reſtitutione.

Sciendum, quòd præfatæ reſponſiones ſunt Petri de Palude tenentis, quod veniale non ſit remitti ſine mortali in habente mortale, poteſt tamen remitti in habente originale tantum, Quòd eſt contra S. Thom. prima ſecundæ, quæſt. 109. art. 3.

QVAE.

Digitized by Google

QVAESTIO II.

16.Diſtinct.4.Sent.

Circa eandem Diſtinctionem quęritur ſecũdo. Vtrum pęnitentia habeat partes.

Pro hac quęſtione ſit prima concluſio, pęnitentia habet partes. Hanc probat Sanct.Thom. pręſenti diſtinct.quęſt.1.artic.1. in ſolutione 1. quęſt. Item 3.part.quęſt.90. artic.1. Huius ratio eſt, omne Sacramentum habens plures, & diuerſos actus ſecundum ſpeciem loco materię habet partes. Sed pęnitentia eſt huiuſmodi: ergo.

*Concluſio II*. Pęnitentia ſecundum, quod eſt virtus, non habet partes. Hanc ponit pręſenti diſtinct.vbi ſuprà in ſolutione 4.quęſt. Itẽ tertia parte, vbi ſuprà, ad ſecundum. Huius ratio eſt. Nullus habitus habet actus humanos pro partibus, ſed virtus pęnitentię eſt quidam habitus, partes autem pęnitentię ſunt actus humani: ergo.

*Concluſio* III. Partes pęnitentię ſufficienter aſſignantur tres, ſcilicèt contritio, confeſſio, ſatisfactio. Hanc ponit tertia parte vbi ſuprà, artic. ſecundo, item in pręſenti diſtinctione, quęſtione prima, articulo primo, in ſolutione ſecundę quęſtionis. Huius ratio eſt. Tot, & non plures ſunt partes pęnitentię, quot ſunt actus pęnitentis requiſiti ad recompenſationem Deo faciendam. Sed ad talem recompenſationem requiruntur iſti tres actus pęnitentis, & non plures, nec alij, ſcilicet contritio, confeſſio, & ſatisfactio: ergo.

Contra tertiam hanc concluſionem arguit Durandus hic quęſt.1. Omne Sacramentum diſpenſatur à miniſtris, ſecundum quamlibet ſui partem. Sed prędicta tria non conferuntur ab Eccleſię miniſtris: ergo non ſunt partes Sacramenti.

Reſpondeo, ſecundum Sanct. Thom. in pręſenti diſtinctione quæſtione 1 articulo 1.quęſt. 2. in ſolutione primi. Maior non eſt vera in Sacramentis habentibus pro materia actum humanum, niſi ſecundum conſummationem, vtputà ſecundum àbſolutionem, aut pœnæ iniunctionem. Vnde, vt ait Petrus de Palude. Maior habet locum ſolum in Sacramentis, quorum materia eſt aliud ab actu ſuſcipientis.

Secundò arguit, prædictæ partes non ſunt ſubiectiuè, quia totum tale ſaluatur in qualibet parte. Non autem ſaluatur in ſola contritione, neque integrales, quia totum integrale requirit actualiter quamlibet ſui partem. Sacramentum autem pœnitentiæ actualitèr dum exhibetur non requirit ſatisfactionem: ergo.

Reſpondeo. Sunt partes integrales, & non ſubiectiuæ, neque potentiales. Ad improbationem dicitur, quòd totum integrale permanens requirit omnes partes ſimul, non autem ſucceſſiuum. Pœnitentia autem eſt totum ſucceſſiuum, vbi ſuprà, quęſtione tertia, ad tertium, & ad ſecundum.

Tertiò. Præter materiam, & formam non eſt dare partes in Sacramentis propriè dictas. Sed contritio, & ſatisfactio, neque ſunt materia, neque forma: ergo.

Reſpondeo. Confeſſio eſt ſicut materia propinqua, contritio verò quia præit confeſſionem poteſt dici materia remota, & ſicut abſolutio eſt forma, ita ſatisfactio in abſolutione iniuncta eſt pars formalis, perficiens abſolutionem. Non enim eſt abſolutio perfecta à culpa, & à totali pœna niſi ſatisfactione completa.

Dici etiam poteſt, quòd ſatisfactio ſe tenet ex parte materiæ, quia præcedit abſolutionem quoad conceptum, & propoſitum, vel intentum, incipiens in contritionis dolore. Licet quoad ad exercitium, & eius exequutionem ſequatur abſolutionem. Conſona eſt hæc reſponſio dictis Sanct.Thom. in 4.diſtinct.22.quęſtione 2.articul.2. in ſolutione primæ, & ſecundæ quæſtionis.

Quartò arguit ſpecialitèr de contritione. Quicquid eſt de integritate Sacramenti, oportet, quòd ſit aliquid ſenſibile extrinſecus adhibitum. Sed contritio non eſt quid ſenſibile: ergo.

Reſpondeo. Negatur maior. Sufficit enim, quòd ſit ſenſibile in ſe vel in ſuo ſigno, vel effectu proximo, aut ſenſu interiori arganico, quarto ſententiarum, diſtinctione 42. quæſtione 2. articulo 1. quæſtiuncula 2. ad tertium. Item diſtinctione 17. quæſtione 2. articslo. 1. quæſtione 2. ad primum. Ideò contritio prout eſt pars Sacramenti, eſt aliqualiter ſenſibilis, & non ſolum intelligibilis.

Quintò arguit. Deficiente ſatisfactione, prius Sacramentum fuit verum Sacramentum. Ergo ſatisfactio non eſt pars Sacramenti propriè, ſed tantum largè accipiendo partem pro omni eo, quod requiritur ad debitam cofeſſionem, ſiuè antecedentis, ſiuè conſequentis.

Reſpondeo, quòd illud fuit quidem verum Sacramentum, ſed non completum vltimo cõplemento. Ad id quod dicitur, quod ſunt partes largè accipiendo partem, falſum eſt. Quia tunc non deberet dici Sacramentum pœnitentiæ, ſed confeſſionis, vel abſolutionis. Ex quo nec pęnitentia interior, nec exterior eſt de eius eſſentia, & tunc Sacramentum pœnitentiæ non eſt

Digitized by Google

eſt in lege, ſed tantum Sacramentum confeſſionis, & abſolutionis. Quod differt ſpecie nihil habens eſſentiale tale quale Sacramentum pœnitentiæ habuit in lege naturæ, vel Moyſi, quod videtur abſurdum.

¶ Sanctus autem Thomas in 4. diſtinctione 8. quæſt. 1. articul. 2. in ſolutione primæ quæſtionæ, quòd pœnitentia, vt eſt Sacramentum, non erat in lege veteri, hoc verò non intendebat, Sanct. Thom. ſed ſolum, quòd non fuit illo modo Sacramentum, quo nunc in lege noua eſt Sacramentum, prima parte, diſtinctione 4. quæſt. 1. articul. 2. quæſt. 3. ad ſecundum. Item diſtinctione 26. quæſt. 2. art. 2.

Contra eandem arguunt alij. Tùm quia existente magna contritione ſine ſatisfactione eſt perfectum Sacramentum pœnitentiæ. Ergo non eſt pars eſſentialis.

¶ Tum, quia ſequeretur, quòd in confitente ſine contritione, nihil cauſaretur ex confeſſione, quod eſt falſum.

Reſpondeo, quòd ibi eſt ſatisfactio in propoſito, quæ ſola ſufficere poteſt ad aſſequendũ perfectum effectum ſacramenti.

Ad aliud dicitur, quòd Sacramentum poteſt conſiderari ſecundum ſuam primam perfectionem, ſine qua non manet eſſentia, & iſto modo partes eius ſunt abſolutio, confeſſio, & aliqualis diſplicentia de peccatis, ſiuè ſit contritio, ſiuè attritio, ſiuè qualiſcunque alius dolor, vel deteſtatio peccatorum. Et vna harum partiũ deficiente, nihil eſt Sacramentum. Alio modo poteſt conſiderari quantum ad ſecundam perfectionem ſuam, qua ſcilicet continet Sacramentum, & rem, & id quod eſt res, & Sacramẽtum, & hanc ſecundam perfectionem non habet ſine contritione, nec eſt, niſi ſit contritio, eſt ergo illud Sacramentum informe, ex quo in eo aliquid relinquitur, quod eſt Sacramentum, & res Sacramenti, ſcilicet ornatus. Non tamen recipit gratiam. Sacramenti autem pœnitentiæ formati pars eſt contritio.

*Concluſio IV.* Prædictæ partes dicuntur partes pœnitentiæ integrales, non autem propriè ſubiectiuæ, vel potentiales. Hanc ponit præſenti diſtinctione, quæſtione prima, articulo primo, in ſolutione tertia quæſtione. Item tertia parte, quæſtione nonageſima, articulo 3. Huius ratio eſt. Illæ partes, de quibus ſimul ſũptis totum prædicatur in ſingulari numero, & non in plurali, & quarum nulli totum adeſt cõpletè ſecundum totam eſſentiæ rationem, ſunt partes integrales, non autem ſubiectiuæ, vel potentiales. Sed contritio, confeſſio, & ſatisfactio ſunt huiuſmodi partes reſpectu pœnitentiæ: ergo.

*In hac decimaſexta Diſtinct. quarti Sententiarum, & 2 quæſtionibus ſequentib. confutantur hæreſes damnatæ, vt in noſtro Commentar. in text. Magiſtri, & confutantur etiam hæreſes, quæ ſunt in Abecedario, & in Ethimologijs hæreſum, & confutantur ſimiliter Idolatriæ, vt in Abecedario Idolorum in principio, vide ibi lit.* M. P. R. *& V. ac etiam confutantur falſæ Theologiæ Phænicum, Ægyptiorum, Græcorũ, Atlanticorũ, Phrygiorum, Gentiũ, & c ab Euſebio in primo, ſecundo, tertio, & quarto libro de præparatione Euangelica contra Theologiam fabuloſam Poetarum antiquorum. Contra genealogias Deorum falsorum* Heſiodi, *& contra genealogias falſorum Deorum Homeri ex quibus Boccacius de Greco in Latinum verſauit ſuam genealogiam, & de Latino in* Hetruſcum, *vt ait Aſcentius, & Seruius ſuper Virgilium, &c. & vide Ouid. & Anguillaram in Metamorph.*

*Ex concluſionibus, probationibus, & ſolutionibus argumentorum Capræoli ſoluuntur argumenta Vulpes,* & *aliorum recentiorum facilè, vt facit* Ariſtotiles *ad argumenta Antiquorum, quod veritatis cognitio dubiorum eſt ſolutio, & cum Cardinali Bellarmino dicente in libro de Scriptoribus Eccleſiaſticis de Ioanne Capræolo, quòd* Ioannes Capræolus *ſit defenſor Egregius Sancti Thomę, & optimè diſſoluit omnia argumenta aduerſariorum: dicunt verba formalia Bellarmini, ergo ſi optimè diſſoluit per Bellarminum ſunt ſoluta argumenta cum his doctrinis hic: Sicut ſoluit Ariſtoteles contra antiquos dicendo in 3. de Cœlo, & in 3. Metaphiſic. veritatis cognitio, dubiorum eſt reſolutio.*

*Reſpondetur ſecundo cum Cardinali Sarnano Franciſcano doctiſſimo, cùm 122. concordantia, & ſimilitèr cum concordantia Bonæberbæ.*

*Reſpondetur tertio cum Petro de Bergamo, & Bartholomæo Spina dicentibus in tabula Sancti Thomæ, quod qui ſcit totam Logicam Sancti Thomę, Philoſophiam etiam moralem, totam* Metaphyſicam *Sancti Thomæ, & totam eiuſdem Theologiam, nullum poteſt facere argumentum contra Sanctum Thomam, & ideo ſubdit, quod iſti recentiores ſtudent tantummodo articulo, ſuper quem componunt, & non habent in mente omnia Opera Sancti Thomæ loquentis præſuppoſitiuè, prę ſupponendo omnia ſupradicta, & dicenda, qua propter prærumpunt in verba in tantum* Magnum *Doctorem nullo modo applicanda, quod Sanctus Thomas contradicat ſibi ipſi, & ideo* Cardinal. *Sarnanus, quia ſciebat totum Sanctum Thomam concordauit ſimilitèr, etiam*

Zzzz Ioan-

*Ioannes Capreolus ſoluit argumenta aduerſariorum, cum locis Sancti Thomæ, quia totum in mente habebat Sanctum Thomam, & ideo Bellarm. dicebat bene omnia ſoluere Capreolum.*

*Argumenta verò Vaſquez, Valentię, Molina, Suarez, &c. quia colliguntur; & ſoluuntur, clarè, diſtinctè, & breuitèr à Ripa, à Nazario, à Conſales, à Nauarretto, à Zenardo, & præcipuè à Montagnolo, in tertia parte Sancti Thomæ, quæſtione 97. de remiſſione venialium peccatorum, ideo vide ibi.*

*Vide noſtram expoſitionem Petri Lombardi aperientem mentem huius materiæ, vt in folio 72. hic, et infra pro 3. reſponſione Vulpes. Ac etiam vide 1. 2. et 3. folium pro reſponſione quarta, quinta, et ſexta ad argumentum eiuſdem Vulpes.*

*Reſpondetur ſeptimo declaratione Scoti, & Sancti Thomæ per Radam Franciſcanum hic declarantem S. Thom.*

*Loca Sacræ Scripturæ hic, et infra à Salmerone, Emanuel Sa, à Toleto, à Prierio, Vegha, à Poſſeuino, à Salian, Torello in annalibus à creatione Mundi, quę videntur repugnare aliquomodo Thomiſtis. quia ſunt concordata à nobis in fine noſtrę expoſitionis totius Bibliæ, & in Anatomia Biblię impreſſa, ideo vide ea illic.*

*Reſponſiones apparentes contradictiones apud Vulpes, vide in fine huius quarti.*

## DISTINCTIO XVII.

### *Quæſtio 1. 4. Sent.*

CIRCA Diſtinctionem decimamſeptimam quæritur. Vtrum verè contritus, & pœnitens, plus debeat eligere pœnam inferni, vel omninò non eſſe, quam peccare.

Pro hac quæſtione ſit prima concluſio. Côtritus tenetur in generali velle pati magis quâcunque pœnam, quàm peccare, non tamen tenetur in ſpeciali deſcendere ad pœnam inferni, vel aliam. Hanc ponit Sanct. Thom. in 2. quolibet. quęſt. 9. Item pręſenti diſtinctione, quęſt. 2. articu. 3. quęſt. 1. ad quartum. Huius ratio eſt pro prima parte concluſionis. Quicunque diligit Deum pluſquam ſeipſum, magis eligit quodcunque detrimentum boni proprij quam detrimentum boni diuini. Sed culpa mortalis eſt detrimentum tùm boni diuini, & iniuſtitia, offenſa, pœna verò non eſt niſi detrimentum boni proprij: ergo quilibet talis pręelegit omnem pœnam, quàm diuinam offenſam Dei. Quilibet autem contritus diligit Deum ſuper omnia: ergo. Pro ſecunda parte arguitur, quia deſcendere in talibus, & ad ſingula, eſt inducere hominem in tentationem, & prębere occaſionem peccandi, quòd nemo facere debet: ergo.

Contra arguit Durandus hic quęſt. 5. probando, quòd pro vitando malo culpę nullus debet eligere pœnam inferni, vel omninò non eſſe, primò. Nullum malum pœnę eſt neceſſarium ad vitandum culpam, niſi ſit materia virtutis oppoſitę, ſicut patet in fortitudine, cuius materia eſt ſufferentia triſtium, ſed pœna inferni non eſt materia alicuius virtutis, ſimilitèr puta nô entitas, cùm non eſſe, & virtutem, & ſubiectum deſtruat virtutis: ergo.

Reſpondeo. Negatur minor. Nam pœna inferni pręſcindendo in ea rationem culpæ, in caſu poſſibili de potentia Dei abſoluta, poteſt eſſe materia alicuius virtutis. Poſſet enim Deus reuelare alicui viatori præſcito ſuam dânationem, & cauſare in eo firmum aſſenſum de hoc. Quo facto talis teneretur conformare voluntatem ſuam Diuinæ voluntati, non quidê volendo per ſe, & abſolutè ſuam damnationê, ſed obſeruari ordinem iuſtitię circa ſe, de verit. quæſtione vigeſimatertia, articulo octauo, ad ſecundum. item prima ſecundæ, quæſtione decimanona, articulo decimo, ad ſecundum, itê in primo ſententiarum, diſtinctione vltima, quæſt. vlt. artic. vlt. ad ſecundum.

¶ Ex quibus patet, quòd facta tali reuelatione, ille cui fieret, non teneretur, velle culpâ ſuâ, nec finalem impenitentiam, nec abſolutè pœnam perpetuam inferni, nec per ſe damnationem ſuam, ſed ordinem Diuinæ iuſtitię. & ſic illa pœna, vt præſcindit à culpa, eſt materia virtutis, & electio illius in eo caſu eſſet neſſaria ad vitandum peccatum.

Secundò arguit. Concluſio ſupponit falſum: ergo, antecedens probatur. Supponit enim vnû eſſe eligendum pro altero vitando, & quærit quid pro quo, & tamen neutrum eſt pro altero eligendum: ergo, antecedens declaratur, quòad primam partem. Nam ſupponit, quod ſit licitû eligere malum pœnæ propter vitandum malum culpæ. Secunda pars antecedêtis probatur. Nûquam licet eligere pęnam propter vitandam culpam niſi, quia pœna eſt promotiua virtutis oppoſitæ puta affligere corpus ieiunijs, propter promotionem boni temperantiæ, & repreſſionem vitij, ſed pœna inferni, vel omninò non eſſe, non promouet ad aliquam virtutem: ergo.

Contra. Primò, quia hoc non eſt ad propoſitum. Non enim quærimus vtrum iuſtè dânatus

natus teneatur potius velle ſuam pœnam quam ſuam culpam, manere impunitam, ſed quærimus vtrum contritus, qui illam pœnam non metetur, teneatur potius illam eligere, quàm tentationi ſuccumbere.

Secundò. Quia etiam falſum eſt. Damnatus enim ad mortem temporalem ſine præiudicio iuſtitiæ, poteſt velle quòd pœna mortis ſibi miſericorditer relaxetur.

Si autem ponatur caſus, quòd neceſſe ſit culpam, vel pœnam incurrere, dico, quòd eſt impoſſibilis, & incompoſſibilis, quia cum nullus peccet, niſi volens, ſi nolens peccare incurrat iſtas pœnas, quas ſolus Deus infligit, idem eſt, ac ſi dicat Deus, ſi non peccaueris ponam te in inferno, & conſequenter ille peccabit, & non peccabit, qui obedit Deo.

Reſpondeo. Negatur antecedens. Ad probationem negatur ſecunda pars antecedentis. Ad probationem dicitur, quòd maior eſt falſa. Nam ad hoc, quòd aliqua pœna licite eligatur, vel voluntariè tolleretur, non oportet, quòd per eam promoueatur bonum alicuius virtutis, ſed ſufficit, quòd ſine ea haberi aliquod bonum nõ poſſit. Falſa etiam eſt minor, quia licet pœna inferni ſecundum præſentem curſum, & ordinẽ rebus inditum, non promoueat bonum alicuius virtutis, ſecus tamen eſt in caſu poſſibili, vt ſuprà dictum eſt.

Reſponſio quoque ibidem data bona eſt.

¶ Ad primam improbationem dicitur, quod licet alia ſit quæſtio de contrito, qui eſt in via, & de damnato, qui eſt in inferno, tamen ambæ in hoc conueniunt, quod vterque eorum potius debet eligere pœnam inferni, aut quãcunque aliam pœnam, quàm peccare mortalitèr, ſi occurreret articulus.

¶ Ad ſecundam improbationem dicitur, ꝙ licet damnatus ſi vigeret ratione, poſſet ſine peccato optare illam pœnam ſibi remitti à Deo miſericorditer, voluntate antecedente, non tamen voluntate conſequente, vel ſi voluntate conditionata, non tamen abſoluta, ex quo conſtat ſibi de iuſtitia, & immutabilitate Diuinæ voluntatis circa eius perpetuam punitionem.

Ad caſum dicitur primo, quod nullus caſus de præſenti apparet dari poſſibilis, in quo vitãs culpam incurrat pœnam inferni. Poſſibilis eſt autem caſus, & fortè ſæpe contingit de facto, quod aliquis omninò reſpuendo pœnam inferni, peccat mortalitèr. Et ſi illam voluntariè ſuſtineret, vitaret nouum peccatum mortale, ex quo ſequitur quod, nec illa poſitio eſt impoſſibilis, nec includẽns contradictoria.

Sciendum, quod non quicunque omittit peccare timore pœnarum infernalium, peccat in hoc, ſed ſolum quando ſolum omittit propter hoc, vel principalitèr omittit illius pœnæ timere, quam fugit, ſicut ſummum malum. Et in ſuo proprio bono naturali conſtituit vltimum finem, tertio ſententiarum, diſtinctione trigeſimaquarta, quæſtione ſecunda, articulo ſecundo in ſolutione primæ quæſtionis, item ſecunda ſecundæ, quæſt. 19. artic. 16.

*Concluſio II.* Quilibet contritus magis dolet, & maiorem diſplicentiam habet de peccato, inquantum eſt offẽſa Dei, quàm de eodem, vt nociuum ſibi ipſi. Hanc ponit Sanct. Thom. præſenti diſtinctione, quæſtione 2. articulo 3. quæſtiuncula prima ad primum. Huius ratio eſt. Quilibet contritus maiorem diſplicentiam habet de eo quòd peius eſt, & plus habet de ratione malitiæ, ſed peccatum plus habet de ratione malitiæ, inquantum eſt offenſiuum Dei, quàm prout eſt nociuum ſuo ſubiecto: ergo.

Contra arguit Durandus hic, quæſtione ſeptima, quod diſtinctio ibi facta non valet dicẽs. Culpa, & pœna nociua ratione culpæ, ſunt idẽ: ergo, male ibi ponitur diſtinctio. Et per conſequens culpa non eſt magis odienda quàm pœna antecedens probatur. Ira offenſa ſunt in Deo non ſecundum affectum, ſed ſecundum effectum, inquantum infert pœnam, & ſeparat a ergo offenſa Dei non eſt niſi pœna inflicta, vel infligenda peccatori. Et ſic in idem coincidit culpa cum pœna.

Reſpondeo. Negatur antecedens. Ad probationem dicitur, quod licet ira, & offenſa non dicantur in Deo ſecundum affectum, tamen cùm dicuntur de Deo ponunt in Deo aliquem actum iuſtæ, & tranquillæ voluntatis, & non purè metaphoricè dicuntur, ſine aliqua rei veritate, & proprietate, primo contra gentil. capi. 91. item de veritate quæſtione 28. articulo ſecũdo, item prima ſecundæ, quæſtione 113. articulo 2. Ex quibus patet quod offenſa non purè metaphoricè dicitur de Deo, nec eſt ſolus effectus Dei poſitiuus, vel priuatiuus in peccatore, ſed vltra hoc in Deo ponit aliquem actũ voluntatis.

¶ Dico ſecundò, quòd poſito, ſed non conceſſo antecedẽte, ideſt, quod pœna, & culpa diſtinguerentur ſola ratione, non eſſet vanum quærere ſub qua ratione, debeat peccatum magis diſplicere, vel vt eſt offenſiuum Dei, vel vt nociuũ peccatori. Quod oſtendit Sanctus Thomas in quodam ſimili prima ſecundæ, quæſtione 36 articulo 1. indè eſt quod peccatum, vt offenſa Dei, habet potiſſimè rationem mali nocumentum, aut potius habet rationem boni amiſſi. Quare contritus plus debet dolere de peccato, inquantum eſt offenſa Dei, quàm de eodem, vt eſt nocumentum proprij ſubiecti.

*Concluſio III.* Fortis fortitudine politica



Digitized by Google

plus debet fugere peccatum oppoſitum fortitudini, quàm mortem corporalem. Et ſecundum rectam rationem exponit ſe morti, & eligit mortem propter bonum commune, cuius eſt pars. Hanc ponit Sanct. Thom. prima parte, quæſtione 60. articulo 5. Similia ponit prima ſecundæ, quæſtione 109. articulo tertio. Itē tertio ſententiarum, diſtinct. 29. quæſt. prima, articulo tertio, & articu. 5. ad tertium. Item ſecunda ſecundæ, quæſtione 26. articulo tertio. Item quæſtione 123. articulo quinto. Huius ratio eſt. Omnis inclinatio rationis conformis inclinationi naturæ non corruptæ, nec vitiatæ, eſt laudabilis, & virtuoſa, vel ad virtutem pertinens. Sed electio, qua fortis politicus eligit mortem corporalem pro conſeruatione Reipublicæ, & plus fugit damnum Reipublicæ, quàm damnum vitæ propriæ corporalis, eſt cōformis inclinationi naturæ integræ: ergo.

Contra arguit Durandus hic quæſtione ſexta, probando, quod loquendo de fortitudine purè morali, de qua tractauerunt Philoſophi ignorantes aliam vitam, non liceat forti eligere mortem pro defenſione reipublicæ, vel in quocunque alio caſu, primo. Electio qua eligitur maximum malū pro aliquo bono ad cuius boni conſeruationem obeſt, non eſt virtuoſa. Sed electio mortis, quæ eſt maximum malum ſecūdum non credentes aliam vitam, nocet ad conſeruationem Reipublicæ: ergo, prima nota, de ſe. Nam talis electio eſſet fatua, minor probatur. Belli enim ſuſcepti pro Republica finis eſt conſeruatio Ciuium, & victoria. Mors autem vnius magis impedit victoriam: ergo.

Confirmatur, quia ſimile eſt de vno ciue, & de omnibus ſimul, ſed nihil eſt dictum, quod omnes ciues ſimul debeant eligere mortem pro defenſione Reipublicæ, quia eſſet eorum mors, totalis deſtructio Reipublicæ.

Reſpondeo. Negatur maior. Peccatum enim maius eſt malum quàm mors; licet mors ſit maximè malum inter pœnalia, vt ait Philoſophus tertio Ethicorum cap. 16. Ex quo patet ſecundum Philoſophum, quòd maius eſt bonū virtutis, quàm diuinitas vitæ corporalis, & maius malum eſt peccatum, quàm priuatio vitæ per mortem.

¶Ad approbationem minoris dicitur, quod mors vnius ciuis poteſt aliter prodeſſe quàm ad victoriam habendam etiam ſecundum Philoſophos: ſicut patet ex multis exemplis tùm apud Romanos, tùm apud diuinas literas. Falſum etiā eſt quod mors vnius magis impediat victoriam. In ſua enim cauſa antecedente, vel conſequente, poteſt eſſe cauſa victoriæ.

¶Item dicitur, quod argumentum nihil cōcludit, niſi quod fortis non debet eligere mori in bello abſolutè, & in ſe. Poteſt tamen eligere mortem laudabilitèr, & virtuoſè in ſua cauſa ex ſuppoſitione, & propter aliud, modo quo ſuprà dictum eſt.

Ad confirmationem negatur illa ſimilitudo. Mors enim Eleazari interficientis elephantem, profuit populo Dei, primi Machab. 6. non autem profuiſſet ſi totus exercitus periiſſet.

Secundò arguit ſecundum Beatum Auguſtinum de Trinitate. Omnis rectè eligens efficitur, quando illud aſſequitur, quòd rectè eligit. Sed qui aſſequitur mortem non credens, vel nō ſperans aliam vitam, non efficitur melior, quia non ens ſecundum opinionem Philoſophorum Gentilium. Ergo talis mors non rectè, & per conſequens, nec virtuoſè eligitur.

Reſpondeo. Dico primò negando minorē, nam efficitur melior propter adeptionem antecedentis, vel concomitantis vel conſequentis mortem. Et hoc in ſe, vel in Republica cuius ipſe eſt pars.

¶Dico ſecundò, quòd mors poteſt dupliciter conſiderari. Vno modo prout eſt in facto eſſe, alio modo prout eſt in fieri. Primo modo ſecundum opinionem Gentilium non ſtat cum actu virtutis, ſed ſecundo modo ſtat, quia moriens exercet actum fortitudinis agendo, & patiendo. Sanct. Thom. in ſuo ſimili ſecunda ſecudæ, quæſt. 124. artic. 4. ad quartum. Item 3. par. q. 50. art. 6.

Arguens etiam aſſumit falſum, ſcilicèt, quod Gentiles Philoſophi ſenſerint, quod fortis poſt moriens efficiatur non ens. De hoc inferius. Di. 45. quæſt. 2 Patet ergo, quòd Ciuis ſperans probabilitèr, quod mors ſua gignat bonum Reipublicæ, laudabilitèr exponit ſe morti, propter quod Philoſophus vocat optimum.

Vltimò arguit. Dictum Philoſophi 9. Ethic. cap. 8. dicentis, quod pro amicis oportet multa pati, & mori ſi oporteat, non prodeſt, quia conſtat quod nullus debet diligere amicum plus quam ſeipſum, & per conſequens, nec pro amico mori, aut pro ſuis rebus temporalibus conſeruandis, & ſic nec pro communitate.

Reſpondeo, Arguens ſubuertit mentem, & verba Ariſtot. Nam ipſe negat hanc conſequētiam. Aliquis exponit ſe morti propter amicū: ergo magis diligit amicum quàm ſe. Immò oppoſitum, ſequitur, vt patet ex dictis. Habet enim ea mors aliquid appetibilitatis. Nam 3. Ethic. cap. 9. mortem in bello ſuſceptam pro republica vocat frequenter bonam mortem, & optimum periculum.

Dicitur ſecundò, quòd nullus virtuoſè exponit ſe periculo mortis pro conſeruatione rerum temporalium, pro quanto ſunt pure temporalia, & purè propria, ſed pro quanto habēt aliquid

Digitized by Google

aliquid ſpiritualis, vel communitatis; puta ſi ſint neceſſaria ad actum virtutis, ad quem tenetur ex præcepto; vel alio modo, vel ſi talia bona ſint collegij, vel communicatis, cui tenetur prouidere, tunc virtuosè pro talium conſeruatione poteſt ſe exponere periculo mortis. Nec ſequitur quòd plus diligat talia bona quam ſeipſum, ſed quòd plus diligit bonum virtutis quàm vitam corporalem.

Quamuis autem Petrus de Paludæ 12. quolibet. quæſt. 13. in aliquibus ſentiat oppoſitum. Henricus tamen ſentit cum prædictis.

## QVAESTIO II.

17. *Diſtinctio* 4. *Sent.*

VTrum confeſſio facta ab illo, qui non eſt contritus, nec pœnitens aliquid valeat.

Pro quæſtione ſit prima concluſio. Confeſſio facta ſine contritione non valet pro tempore, quo ſit ad remiſſionem peccati, quòad culpam, vel pœnam.

*Concluſio II.* Talis confeſſio recedente fictione, incipit eſſe fructifera confitenti.

*Concluſio III.* Taliter confeſſus non tenetur iterare confeſſionem prius factam, ſed ſolum confiteri ſuam fictionem. Has tres ponit Sãctus Thom. præſenti diſtinct. quæſt. 3. art. 4. in ſolutione 1. quæſtiunculæ.

Pro prima concluſione arguitur ſic. Peccatum non remittitur, niſi adſit gratia. Sed cõfeſſus incontritus caret gratia: ergo non conſequitur remiſſionem pro tunc.

Pro ſecunda concluſione arguitur. Non minoris efficaciæ eſt Sacramentum pœnitentiæ quàm baptiſmi. Sed fictus ſuſcipiens Sacramentum Baptiſmi, recedente fictione, conſequitur vltimum effectum baptiſmi, & rem Sacramenti: ergo.

Pro tertia concluſione arguitur. Sicut eſt de baptiſmo, ſic videtur eſſe de Sacramento pœnitentiæ. Sed fictus recipiens Sacramentũ baptiſmi non tenetur iterato baptizari: ergo.

Contra ſecundam concluſionem arguit Durandus hic quæſt. 13. Supponens quòd aliquis poteſt dici nõ contritus, ſiuè non pœnitens dupliciter. Vno modo quia dolet de peccatis, ſed non ſufficienter. Alio modo, quia non dolet de peccatis, nec pro tunc abſtinere proponit. Primo modo confeſſio facta à non contrito valet, quia credibile eſt, quod Deus ſuppleat reſiduum virtute clauium. Secundò autem modo non valet.

¶ Tùm primò quia nihil imprimitur per Sacramentum. Ornatus enim fictio eſt.

¶ Tùm ſecundò, quia non manet niſi cum gratia. Ergo non imprimitur niſi per confeſſionem, & abſolutionem, quòd non eſt in propoſito.

Tertiò, quia ſi poteſt eſſe ſine gratia ad ipſum non ſequeretur gratia, recedente fictione.

¶ Quartò. Talis impœnitens, aut confitetur ſuam fictionem, aut nõ, ſi ſic non debet abſolui à miniſtro, qui ſcit eum nõ abſolui à Deo ſecundum Dion. de cęl. Hierar. & ſi abſoluitur nihil conſequitur, quia ſine principali cauſa nihil agit inſtrumentum. Si ſecundum: ergo ſi ctio illa eſt ſpeciale peccatum, & contemptus Sacramenti, & ita confeſſio non eſt integra, ſed reiteranda.

Reſpondeo. Ad primum negatur, quòd ornatus ſit pura fictio. Cum enim omnia Sacramenta gratiæ in hoc conueniant, quod gratiã conferunt non effectiuè, ſed diſpoſitiuè, probabile eſt, quod quæ non imprimunt characterẽ, imprimant conſimilem diſpoſitionem, quæ dicitur ornatus.

Ad ſecundum dicitur, quòd talis ornatus cũ non habeat contrarium, indelebilis eſt, ſicut, & character.

Vel dicendum melius, quòd ſicut virtus in Sacramento manet quouſque diſpoſitionem cauſauerit, quia cauſata, eſſe deſinit, ſic diſpoſitio cauſata, quæ non eſt character, ſed ornatus, tantum durat vſque ad infuſionem gratiæ incluſiuè, qua habita, deſinit eſſe ſicut diſpoſitio habitualis non manet.

Ad tertium dicitur, quòd licet ornatus poſſit ſtare cum priuatione gratiæ. Eſt tamen diſpoſitio ad gratiam.

Ad quartum dicitur oportet diſtinguere de multiplici fictione, quia talis poſſet eſſe fictio in qua dicta Durandi locum haberent, puta cum confitens non intendit recipere Sacramẽtum, ſed deridere Eccleſiam, vel cum intendit recipere Sacramentum, ſed non rem Sacramẽti, eſt autem multiplex alia fictio, in qua locum habent dicta S. Thom. vt bene dicit Petrus.

Contra concluſiones arguit Godofredus, 5. quolibet. quæſt. 12. primo. Si verè ſunt concluſiones, verificatur ratione diſpoſitionis impreſſæ, ſed hoc non eſt: ergo minor probatur, quia illa diſpoſitio, aut poteſt manere cũ peccato, aut non, ſi non: ergo nulla talis facta eſt in fictè confitente cum remãſerint peccata, ſi ſic, tunc habens ex vna abſolutione talem diſpoſitionem, ſi iterauerit peccatum, non tenetur illud cõfiteri, quia habet effectum abſolutionis, ad quẽ debet ſequi gratia, & peccatorũ remiſſio. Reſ-

Digitized by Google

Reſpondeo. Imprimitur diſpoſitio in Sacramento ritè collato. Confertur autem ritè abſolutio, ſi ſit auctoritas, & notitia de peccatis ex parte conferẽtis, & miniſtratio materiæ, quæ ſunt peccata ex parte recipiẽtis, vt fiat talis ratio. Omne Sacramentum habens debitum miniſtrum, & debitam formam, & materiam, & debitum recipiens, aliquid operatur. Sed ſic eſt in caſu noſtro, quia Sacerdos eſt debitus miniſter, & vtitur debita forma. Item eſt ibi debita materia ſcilicet peccata, & recipiens abſolutionem ab homine ſcilicet peccator, qui licet ſit fictus, & non recipiat abſolutionem à Deo, quia non infunditur ei gratia, recipit tamen abſolutionem humanam ab homine. Sic in Baptiſmo non obſtante fictione, imprimitur character, & non gratia, ſicut in naturalibus ignis calefaciens aquam, licet non imprimat formam ſubſtantialem ignis, imprimit tamen diſpoſitionem, quæ eſt calor.

¶ Negatur ergo minor. Ad probationem dicitur, quod illa diſpoſitio manet cum peccato quouſque habeat effectum ſuum in virtute Sacramenti.

¶ Ad improbationem, negatur conſequentia.

¶ Ad probationem dicitur, quod illa diſpoſitio non agit niſi in virtute abſolutionis. Ideo ſolum habet virtutem ad illa peccata, quæ fuerunt materia abſolutionis illius numeralis, quæ non ſe extendit ad futura.

Secundò arguit. Ea confeſſio caret parte eſſentiali Sacramenti pœnitentiæ, quæ eſt contritio, ergo non eſt Sacramentum.

Reſpondeo. Sufficit quòd erit, & tunc erit perfectè Sacramentum. Nam licet ſit conueniens ordo inter partes pœnitentiæ, vt ſcilicet contritio præcedat; tamen eſt neceſſarius, ſed ſufficit, vt contritio ſequatur. Et poteſt ſic formari ratio. Non minus poteſt confeſſio præterita, quàm futura, immò magis. Sed contritio cum propoſito futuræ confeſſionis delet peccatum. Ergo etiam contritio virtute cõfeſſionis præteritę, ſufficit ad delendum peccatum totaliter, ita quòd nulla obligatio eſt nec quòad Deum, nec quòad Eccleſiam.

Tertiò, talis fictus fingendo committit nouum peccatum. Ergo eius confeſſio non eſt integra, & ſic non tollit obligationem præcepti.

Reſpondeo negatur antecedens. Quia pęnitere de peccatis eſt tantum, noua conditio peccati non trahens ad aliud genus peccati. Vnde non eſt neceſſarium eam confiteri, licet congruum pariter dicendum eſt, quòd non eſt nouum peccatum accedere ad confeſſionem indignam, vt ſoluat obligationẽ, ſed noua conditio, vt dictum eſt. Hæc Bernardus.

Sciendum quòd, id quòd dicitur, quòd fictio pęnitentis in nullo caſu ſit nouum peccatum: ſed tantum conditio, eſt falſum, vt ait in ſuo ſimili. Sanct. Thom. tertia parte, quæſtione octuageſima, articulo quarto. Nam fictè accedens ad confeſſionem poſitiuè, & ſciẽter fictus, talis committit mendacium, facti, & ſacrilegium, & violationem Sacramenti, & ſic nouiter peccat noua ſpecie peccati.

Sciendum eſt, quòd confiteri cum pęnitentia interiori, non eſt præceptum Eccleſiæ, & ſimilitèr confiteri fictionem interiorem, ſicut; & alia peccata cordis, licet non ſit præceptum Eccleſiæ, eſt tamen præceptum Dei. Idem dico de acceſſu cum fictione ad Sacramentum baptiſmi, vel pęnitentiæ, hypocriſis enim à Deo prohibetur.

Sciendum quoque, ſi confitens non habeat aliquam diſplicentiam de peccatis, in hoc caſu non eſt materia integra, vel ſufficiens Sacramenti. Si autem habet aliquam diſplicentiam, etiam non attingentem ad rationem contritionis, vel attritionis, vltimatam perfectionem dabit contritio. Si verò omninò nulla adſit diſplicentia, tunc nulla contritio ſequens perficiet Sacramentum, quòd nullum fuit.

*In hac decimaſeptima Diſtinct. quarti Sententiarum, & 2. quæſtionibus ſequentibus confutantur hæreſes damnatæ, vt in noſtro Commenntar. in text. Magiſtri, & confutantur etiam hæreſes, quæ ſunt in Abecedario, & in Ethimologijs hæreſum, & confutantur ſimilitèr Idolatriæ, vt in Abecedario Idolorum in principio, vide ibi lit. C. E. I. & P. ac etiam cõſutantur falſæ Theologię Phœnicum, Egyptiorum, Gręcorum, Atlãticorum, Phrygiorum, Gentium, &c. ab Euſebio in primo, ſecundo, tertio, & quarto libro de præparatione Euangelica contra Theologiam fabuloſam* Poetarum *antiquorũ. Contra genealogias Deorũ falſorũ Heſiodi, & contra genealogias falſorum Deorũ Homeri, ex quibus Boccacius de Græco in Latinum verſauit ſuam geneologiam, & de Latino in* Hetruſcum, *vt ait Aſcenſius, & Seruius ſuper Virgilium, etc. & vide Ouid. & Anguillaram in Metamorph.*

*Ex concluſionibus, probationibus, & ſolutionibus argumentorum Caprçoli ſoluuntur argumenta Vulpes, & aliorum recentiorum facile, vt facit Ariſtotiles ad argumenta Antiquorum, quod veritatis cognitio dubiorum eſt ſolutio, & cum Cardinali Bellarmino dicente in libro de Scriptoribus Eccleſiaſticis de Ioanne Capræolo, quòd* Ioann. Capreolus *ſit defenſor*

Digitized by Google

*ſor Egregius Sancti Thomæ, & optimè diſſoluit omnia argumenta aduerſariorum: dicunt verba formalia Bellarmini, ergò ſi optimè diſſoluit per Bellarminum ſunt ſoluta argumenta cum his doctrinis hic: Sicut ſoluit Ariſtoteles contra antiquos dicendo in 3. de Cœlo, & in 3. Metaphiſic. veritatis cognitio, dubiorum eſt reſolutio.*

*Reſpondetur ſecundò cum Cardinali Sarnano Franciſcano doctiſſimo, cum 123. concordantia, et ſimilitèr cum concordantia Bongberbę.*

*Reſpondetur tertiò cum Petro de Bergamo, et Bartholomęo Spina dicentibus in tabula Sancti Thomę, quod qui ſcit totam Logicam Sancti Thomæ, Philoſophiam etiam moralem, totam Metaphyſicam Sancti Thomę, et totam eiuſdem Theologiam, nullum poteſt facere argumentum contra Sanctum Thomam, et ideò ſubdit, quod iſti recentiores ſtudent tantummodò articulo, ſuper quem componunt, et non habent in mente omnia opera Sancti Thomę loquentis pręſuppoſitiuè, præſupponendo omnia ſupradicta, & dicendo, quæ propter pręrumpunt in verba in tantum Magnum Doctorem nullo modo applicanda, quòd Sanctus Thomas contradicat ſibi ipſi, et ideò Cardinal. Sarnanus, quia ſciebat totum Sanctum Thomam concordauit ſimilitèr, etiam Ioannes Capraolus ſoluit argumenta aduerſariorum, cum locis Sancti Thomæ, quia totum in mente habebat Sanctum Thomam, et ideò Bellarmin. dicebat bene omnia ſoluere Capreolum.*

*Argumenta verò Vaſquez, Valentię, Molina, Suarez, etc. quia colliguntur, et ſoluuntur, clarè, diſtinctè, et breuitèr à Ripa, à Nazario, à Conſales, à Nauarretto, à Zenardo, et pręcipuè à Montagnolo, in tertia parte Sancti Thomæ quæſtione 84. de Sacramento pęnitentię, ideo vide ibi.*

*Vide noſtram expoſitionem Petri Lombardi aperientem mentem huius materię, vt in folio 77. hic, & infra pro 3. reſponſione Vulpes. Ac etiam vide 1.2. & 3. folium pro reſponſione quarta, quinta, & ſexta ad argumentum eiuſdem Vulpes.*

*Reſpõdet. 7. declaratione Scoti, & Sancti Thomę per Radam Franciſcanum hic declarantem S. Thom.*

*Loca Sacræ Scripturæ hic, & infra à Salmerone, Emanuel Sa, à Toleto, à Prierio, Veghę, à Poſſeuino, à Salian, Torello in annalibus à creatione Mundi, quæ videntur repugnare aliquo modo Thomiſtis, quia ſunt concordata à nobis in fine noſtrę expoſitionis totius Biblia, et in Anatomia Biblię impreſſa ideò vide ea illic.*

*Reſponſiones apparentes contradictionis apud Vulpes, vide in fine huius quarti.*

## DISTINCTIO XVIII.

### *Quęſtio. 1. 4. Sent.*

CIRCA Diſtinctionem decimam octauam quæritur. Vtrum cõfeſſio non integra poſſit aliquid valere.

Pro quæſtione ſit prima concluſio Confeſſio ſic debet eſſe integra, vt homo confiteatur vni omnia peccata, quæ habet in memoria. Hanc ponit Sanct. Thom. præcedenti diſtinct. quæſt. 3. artic. 4. in ſolutione 2. quæſt. Huius ratio eſt. Non minor morbi ſpiritualis detectio eſt neceſſaria in medicina ſpirituali quàm morbi corporalis in medicina corporali. Sed in medicina corporali, oportet detegere vni, & eidem Medico omnẽ morbum corporalem memoriæ occurrentem: ergo conſimilitèr in medicina ſpirituali.

Contra concluſionem arguit Durandus in præcedenti diſtinctione q. 15. Confitens poteſt manifeſtare partem peccatorum vni Sacerdoti ſigno, alteri ſcripto: ergo, probatur conſequentia. Quia ſicut confeſſio habet determinatum miniſtrum, ita videtur habere determinatam materiam, quę eſt illud per quòd peccata manifeſtentur.

Reſpondeo. Negatur conſequentia. Ad probationem dicitur, quòd non eſt ſimile de plurificatione materiæ, & miniſtrorum. Quia ſicut per contritionem cordis fit Deo neceſſariò integra confeſſio, ſic confeſſio oris debet fieri alicui miniſtro. Sed ſignum non eſt tantum vnum, quidam enim ſunt muti, &c.

Contra rationem arguit. Hæc ratio non probat eſſe neceſſarium, ſed tantum quod ſit congruum: ergo. Ratio ineficax, antecedens probatur. Si enim hoc eſt neceſſarium, aut eſt ratione grauitatis, quam habet vnum peccatum ex alio, vel ratione medicinæ. Non primum, quia illę circunſtantię non mutãt ſpeciem. Non ſecundum, quia aut loquimur de medicina expulſiua morbi, vel pręſeruatiua. Non propter medicinam expulſiuam, quia eadem eſt reſpectu omnis peccati, ſcilicet gratia. Neque propter pręſeruatiuam, quia nõ eſt de ratione pęnitentię, non recidiuario.

Reſpondeo. Secundum Petrum Sanct. Tho. ratio eſt probabilitèr tantum perſuadens, & loquitur de medicina pręſeruatiua. Nam tenetur quis taliter confiteri, vt poſſit adhiberi

reme-

Digitized by Google

remedium contra recidiuum.

Mihi autem videtur, quod ratio Sanct. Tho. alijs fulciatur rationibus vtputa, quod confeſſio, quæ fit homini debet correſpondere contritioni, quæ fit Deo, & neceſſariò eſt confiteri, quando nouum conſtituit peccatum. Omnia vero peccata ſunt cofitenda, vt ſufficies remedium præſtetur, quia vnum aggrauatur ex alio, non ſolum contrario, ſed etiam deſperato. Tũ quia ex vtroque conſtituitur maius onus, & maior culpa extenſiuè, & ex confeſſione integra magis ſcitur grauitas, ſingulorum. Tum quia priora aggrauant ſequentia, inquantum relinquunt maiorem contemptum, & econuerſo ſequentia aggrauant priora, inquantum indiſponunt ad pœnitentiam.

*Concluſio II.* Non eſt neceſſarium, quod confitens ſemper abſoluatur ab omnibus peccatis confeſſis per vnum, & eundem, immò poteſt per vnum abſolui ab aliquibus, & non ab alijs, ſed remitti ad alium, qui abſoluat à reliquis. Hanc ponit Sanct. Thom. vbi ſuprà in ſolutione quarti argumenti. Huius ratio eſt. Deficiente cauſa propria alicuius effectus, tollitur effectus. Sed cauſa quare dimidiata confeſſio non valet eſt, quia illa dimidiatio tollit notitiã quantitatis peccati, quæ neceſſaria eſt Sacerdoti, & impedit eius curationem. Dimidiatio verò curationis non tollit talem notitiam, nec impedit curam: ergo.

Contra arguit Durandus vbi ſuprà, licet Eccleſia ſeruet modum poſitum in concluſione, tamen ſequuntur ex eo multa inconuenientia. Primum, quod confeſſio facta inferiori integra non habeat integram abſolutionem. Secundum, quod confeſſio facta ſuperiori, tãtum de reſeruatis, non eſt integra. Tertium quod id, quod quis ritè confeſſus eſt inferiori, iterato tenetur confiteri ſuperiori. Quartum, quia diuerſæ erunt abſolutiones de diuerſis peccatis. Quæ omnia videntur inconuenientia: ergo.

Reſpondeo. Eccleſia rationabilitèr illud obſeruat, & præcipuè, quia Romana, ideò ſupponendum eſt, quod poſſit ita fieri. Nam per cõtritionem, omnia remiſſa ſunt crimina. Ideò, quod remanet ſe tenet ex parte Eccleſiæ, & poteſt dimidiari, nec vllum ſequitur inconueniẽs.

¶Ad primum autem, dicitur quod nõ oportet tali confeſſioni correſpondere aliquam abſolutionem adæquatam, ſed duas.

¶Ad ſecundum dicitur, quod illa confeſſio eſt integra in virtute, pro quanto confitens illũ caſum eſt paratus confiteri omnia, ſi ſuperior vellet audire. Rurſus quia illa dimidiata confeſſio valet in virtute integræ confeſſionis, prius factæ inferiori.

¶Ad tertium dicitur, quod per ſe nullus tenetur bis idem confiteri, per accidens tamen poterit teneri, ſicut in caſu.

¶Ad quartum dicitur, quod non eſt inconueniens diuerſa illa abſolutio. Poteſt etiam confitens aliter abſolui quam per dimidiationẽ abſolutionis, puta quod ſuperior remittat eum abſoluendum ab omnibus per inferiorem.

Secundò arguit. Abſurdum videtur, quod aliquis teneatur confiteri de aliquo peccato Sacerdoti, qui non poteſt eum abſoluere. Ergo poteſt quis dimidiare licitè confeſſionem.

Reſpondeo, quod poterit eum abſoluere tẽpore debito, ſcilicet facta remiſſione per ſuperiorem.

¶Vnde apparet mihi, quod ſecurior modus eſt in caſu, vbi inferior non poteſt de omnibus abſoluere, nec ſuperior vult omnia audire, vel ab omnibus abſoluere, tunc inferior primo audiat omnia peccata, ſecundo ſine abſolutione remittat ad ſuperiorem, vt cõfiteatur ei caſum retentum tertio ſuperior audito illo, remittat ad inferiorem abſoluendum, vnica abſolutione ab omnibus peccatis ſicut omnia eidem cõfeſſus fuit. Et ſic omnia prædicta inconuenientia ceſſarent.

*In hac decimaoctaua Diſtinct. quarti Sententiarum, & vnica quæſtione ſequenti confutantur hæreſes damnatæ, vt in noſtro Commenntar. in text. Magiſtri, & confutantur etiam hæreſes, quæ ſunt in Abecedario, & in Ethimologijs hæreſum, & confutantur ſimilitèr Idolatriæ, vt in Abecedario Idolorum in principio, vide ibi lit.* C. I. P. *&* V. *ac etiam cõfutantur falſæ Theologiæ Phænicum, Egyptiorum, Græcorum, Atlãticorum, Phrygiorum, Gentium, &c. ab Euſebio in primo, ſecundo, tertio, & quarto libro de præparatione Euangelica contra Theologiam fabuloſam Poetarum antiquorũ. Contra genealogias Deorũ falſorũ Heſiodi, & contra genealogias falſorum Deorũ Homeri, ex quibus Boccacius de Græco in Latinum verſauit ſuam geneologiam, & de Latino in* Hetruſcum, *vt ait Aſcenſius, & Seruius ſuper Virgilium, etc. & vide Ouid & Anguillaram in Metamorph.*

*Ex concluſionibus, probationibus, & ſolutionibus argumentorum Capreoli ſoluuntur argumenta Vulpes, & aliorum recentiorum facile, vt facit Ariſtotiles ad argumenta Antiquorum, quod veritatis cognitio dubiorum eſt ſolutio, & cum Cardinali Bellarmino dicente in libro de Scriptoribus Eccleſiaſticis de Ioanne Capræolo, quòd Ioann. Capreolus ſit defenſor Egregius Sancti Thomæ, & optimè diſſoluit omnia argumenta aduerſariorum: dicunt verba formalia Bellarmini, ergò ſi optimè diſſoluit*

Digitized by Google

*ſoluit per Bellarminum ſunt ſoluta argumenta cum his doctrinis hic: Sicut ſoluit Ariſtoteles contra antiquos dicendo in 3. de Cœlo, & in 3. Metaphiſic. veritatis cognitio, dubiorum eſt reſolutio.*

*Reſpondetur ſecundò cum Cardinali Sarnano Franciſcano doctiſſimo, cum 124. concordantia, et ſimilitèr cum concordantia Bonęberbę.*

*Reſpondetur tertiò cum Petro de Bergamo, et Bartholomęo Spina dicentibus in tabula Sancti Thomę, quod qui ſcit totam Logicam Sancti Thomæ, Philoſophiam etiam moralem, totam Metaphyſicam Sancti Thomę, et totam eiuſdem Theologiam, nullum poteſt facere argumentum contra Sanctum Thomam, et ideò ſubdit, quod iſti recentiores ſtudent tantummodò articulo, ſuper quem componunt, et non habent in mente omnia opera Sancti Thomę loquentis pręſuppoſitiuè, praſupponendo omnia ſupradicta, & dicendo, qua propter pręrumpunt in verba in tantum Magnum Doctorem nullo modo applicanda, quòd Sanctus Thomas contradicat ſibi ipſi, et ideò Cardinal. Sarnanus, quia ſciebat totum Sanctum Thomam concordauit ſimilitèr, etiam Ioannes Capræolus ſoluit argumenta aduerſariorum, cum locis Sancti Thomæ, quia totum in mente habebat Sanctum Thomam, et ideò Bellarmin. dicebat bene omnia ſoluere Capreolum.*

*Argumenta verò Vaſquez, Valentię, Molinæ, Suarez, etc. quia colliguntur, et ſoluuntur, clarè, diſtinctè, et breuitèr à Ripa, à Nazario, à Conſales, à Nauarretto, à Zenardo, et pręcipuè à Montagnolo, in tertia parte Sancti Thomæ quæſtione 85. de effectu penitentiæ. ideò vide ibi.*

*Vide noſtram expoſitionem Petri Lombardi aperiètem mentem huius materię, vt in folio 77. hic, & infra pro 3. reſponſione Vulpes. Ac etiam vide 1.2. & 3. folium pro reſponſione quarta, quinta, & ſexta ad argumentum eiuſdem Vulpes.*

*Reſpõdet. 7. declaratione Scoti, & Sancti Thomę per Radam Franciſcanum hic declarantem S. Thom.*

*Loca Sacræ Scripturæ hic, & infra à Salmerone, Emanuel Sa, à Toleto, à Prierio, Vegha, à Poſſeuino, à Salian, Torello in annalibus à creatione Mundi, quæ videntur repugnare aliquo modo Thomiſtis, quia ſunt concordata à nobis in fine noſtrę expoſitionis totius Bibliæ, et in Anatomia Biblię impraſſa ideò vide ea illic.*

*Reſponſiones apparentes contradictiones apud Vulpes, vide in fine huius quarti.*

## DISTINCTIO XIX.

*Quæſtio 1. 4. Sent.*

CIRCA Diſtinctionẽ decimamnonam quæritur. Vtrum quilibet Sacerdos poſſit vti claue, quam habet in quemlibet hominem.

Pro quæſtione hæc eſt prima concluſio. In Eccleſia ſunt, & debuerunt eſſe claues. Hanc ponit Sanct. Thom. quartò ſententiarum, diſtinct. 18. quæſtione 1. artic. 1. in ſolutione primæ quæſtiunculæ. Huius ratio eſt. Quicunque habet poteſtatem remouendi obſtaculum claudens oſtium regni Cœlorum, habet clauem metaphoricè dictam. Sed miniſtri Eccleſiæ Sacerdotes habent huiuſmodi poteſtatem: ergo habent clauem.

Confirmatur per illud quod dicitur Petro, Matthæi 16. Tibi dabo claues regni cœlorum.

*Concluſio II.* Eſt poteſtas Eccleſiæ eſt poteſtas ligandi, atque ſoluendi, quia iudex Eccleſiaſticus dignos recipere: indignos excludere debet à regno cęlorum. Hanc ponit Sanctus Thom. in ſolutione 2 quæſt. Huius ratio eſt cuiuslibet poteſtatis rectè aſſignatur diffinitio per actum, & obiectum actus, & modum proprium agendi. Sed diffinitio clauis aſſignatur illo modo: ergo.

Quia Beatus Thom. vbi ſuprà, ad primum inter cætera dicit, quod character, & poteſtas conficiendi, & poteſtas clauium eſt vnum, & idem per eſſentiã, ſed differt ratione, ideo Scot. hic quæſt. 1. articul. 3. arguit probando, quod non ſunt idem character Sacerdotalis, & claues Eccleſiæ. Primò quia poteſtas conficiendi poteſt eſſe in aliquo ſine poteſtate clauium, vt in Apoſtolis qui poteſtatem conficiendi receperunt in Cęna Domini; poteſtatem verò clauium poſt reſurrectionem: ergo.

Reſpondeo, negatur antecedens. Ad probationem ditur, quod eadem fuit poteſtas data Apoſtolis, primo in ordine ad actum primum, ſcilicet conficiendi, ſecundo in ordine ad actũ ſecundum, ſcilicet ſoluendi, & ligandi. Chriſtus enim ſic diſpoſuerat Apoſtolos aliter coagere poſſe vnico charactere ante reſurrectionẽ, & aliter poſt, ſic eodem inſtrumento poteſt faber vti ad diuerſa.

¶ Ad hunc ſenſum intelligo Sanct. Thom. 4. diſt. 24. q. 2. art. 3 in ſol. ſecundi.

Secũdò arguit character eſt purus reſpectus. Relatio autem non poteſt eſſe eadem ad plures termino: ergo id quod eſt relatio ad conſecrationem, non eſt idem cum poteſtate ad abſolutionem.

Reſpondeo, maior, & minor ſunt falſæ. Nam character eſt abſolutum cum reſpectu. Filiatio verò, quæ eſt relatio realis, eſt ad patrem, & matrem.

Vltimò arguit, quòd ſint duæ claues ſimpliciter ſecundum eſſentiam, de potentia Dei abſoluta ſeparabiles. Quia alicui poteſt committi auctoritas cognoſcendi cauſam ſine auctoritate iudicandi, & econtra, ſi qua eſſet voluntas non obliquabilis: ergo.

Reſpondeo. Probatur tantum quòd Deus poſſit dare poteſtatem vni, quòad vnum actũ, non dando quòad alium, conceditur autem, quòd poteſtas Sacerdotalis eſt vna, & eadem quòad eſſentiam ſuam abſolutam, implicans diuerſos actus, & effectus ad quos ordinatur, diſt. 18. q. 1. art. 1.

*Concluſio* III. Sacerdos non poteſt vti claue ſuæ poteſtatis, in quemlibet hominem. Hãc ponit Sanct. Thom. diſtinctione 19. quæſt. 1. artic. 3. in ſolutione primæ quæſtiunculæ, & ad primum. Huius ratio eſt. Nullus habens diſtinctam, & reſtrictam, & poteſtatem in militante Eccleſia, poteſt vti tali poteſtate indiſtinctè in quemlibet illius Eccleſiæ. Sed multi Sacerdotes habentes claues, ſunt huiuſmodi: ergo probatio mediæ, quia Petro præ alijs data eſt, & ſingulariter poteſtas iuriſdictionis.

Contra arguit Durandus, quòd circumſcribẽdo omnem ordinationem Eccleſiæ, quilibet Sacerdos poſſit quemlibet abſoluere concurrentibus ad Sacramentum neceſſarijs, verum eſt Sacramentum. Sed circumſcribendo à Sacramẽto pœnitentiæ omnem ordinationem Eccleſiæ, quilibet Sacerdos eſt debitus miniſter, & confeſſio peccatorum eſt debita materia, forma autem debita abſolutio: ergo, maior patet, minor clara eſt quantum ad materiam, & formam Sacramenti, de miniſtro autem probatur.

¶ Primò, quia Sacerdos eſt iudex voluntariè aſſumptus à Deo inter ſe, & homines. Sed peccator poteſt voluntariè aſſumere quemlibet Sacerdotem, quem Deus prius aſſumpſit ad hoc, circumſcripta omni ordinatione Eccleſiæ: ergo, maior declaratur, quia Sacerdote ſciente peccatum pœnitentis, nullum eſt iudicium Sacerdotis, niſi peccator voluntariè ſe ſubijciat: ergo.

Secundò, quia Papa à quo circumſcribitur ius humanum, poteſt hoc facere.

Tertiò, quia in extrema neceſſitate, ideò hoc quilibet Sacerdos poteſt facere. Nulla enim neceſſitas poteſt mutare miniſtrum Sacramẽti.

¶ Quartò, quia conſuetudo dat iuriſdictionem. Sed tunc fuiſſet conſuetudo: ergo.

Reſpondeo, dico primò, ſupponendo quædam ex Petro de Palude, primo. Nullus poteſt eligere iudicem, quòad ea in quibus alteri iam ſubiectus eſt. Secundò ex ordinatione Chriſti, omnis anima Chriſtiana peccans mortalitèr, Petro ſubdita eſt, vnde ſine Petro abſolui non poteſt. Tertiò voluit Chriſtus vnum Vicarium, & vnum Caput Eccleſiæ eſſe, à quo cæteri tenerent, quicquid haberent.

¶ Ad primum ergo dicitur, quòd licet Sacramentum ſit nullum, peccatore nolente, non tamen valet econuerſo, ideſt peccatore volente ſit aliquid ratione dicta.

¶ Ad ſecundum dicendum, quòd Papę commiſſa eſt omnium cura, ideò nulli ſubeſt, & peccans poteſt ex omnibus quem voluerit eligere.

¶ Ad tertium dicitur, quòd in extrema neceſſitate iure diuino, & iuris auctoritate poteſt eligere Sacerdotem. Nam auctoritas collata Petro intelligitur, quando poteſt habere arbitrium Petri vel ſui Vicarij.

¶ Ad quartum dicitur, quòd conſuetudo nõ præiudicat iuri diuino. Vnde bene dicitur de pœnitentia, cap. 2. Nulla conſuetudine introduci poteſt, vt quis ſine licentia proprij Sacerdotis ſibi valeat eligere confeſſorem Sãct. Thom. quarto ſententiarum, diſtinctione 20. quæſt. 1. art. 1. quæſt. 2. ad primum.

Sciendum, quod Beat. Thom. videtur dicere, quòd quolibet Sacerdos per ordinationem Eccleſiæ habet poteſtatem limitatam, vbi ſupra in ſolutione 2. quæſt. Sed non intendit ſolum ſic quod non etiam ex ordinatione Chriſti, diſt. decimanona, quæſt. 1. articul. 3. quæſt. 1. ad primum. Item diſtinct. 24. quæſt. 3. art. 2. quæſt. 3. ad primum. Eſt ergo illa ordinatio non ſolũ Eccleſiæ ſed etiam Chriſti.

*Concluſio* IV. Sacerdos poteſt abſoluere, & ligare pœnitentem ſecundum proprium arbitriũ diuino inſtinctu regulatum, aliter non. Hanc ponit Sanct. Thom. diſtinct. 18. quæſt. 1. artic. 3. in ſolutione quarta quæſtio. Huius ratio eſt. Nullum inſtrumẽtum habet efficacem actum, niſi ſecundum, quod mouetur à principali agẽte. Sed Sacerdos ligando atque ſoluendo, ſe habet, vt inſtrumentum reſpectu Dei: ergo.

Contra arguit Scotus vbi ſuprà probando, quòd Sacerdos non habeat poteſtatem arbitrãdi. Primò, quia nulli committitur poteſtas arbitrandi in aliqua cauſa, cuius arbitrium nunquam erit rectum propter quamcunque diligẽtiam poſſibilem adhiberi ab ipſo, ſed tantum à caſu vel per miraculum ſpeciale. Sed Sacerdos ſic non poteſt pertingere ad illud indiuiſibile pœnæ debitæ peccatori: ergo.

Reſpondeo. Talis pœnæ non eſt arbiter Sacerdos, ſed pœnæ quo in hoc ſæculo expedit pœnitenti ſecundum iudicium Eccleſiæ, & quantũ ad hoc non à caſu, & ſine miraculo poteſt eſſe

rectum

rectum iudicium Sacerdotis.

Item arguit. Si Sacerdos imponat pęnitentiam aliquantulò maiorem, tenetur. Ergo ſi fuerit minor, illa videtur ſufficere.

Reſpondeo. Penitens maiorem condigno pęnam in hoc ſæculo, ſi poteſt quando imponitur tenetur implere, ſed in alio ſæculo non exigitur, quod totam exoluat. Neque ſi minor imponitur, exigitur, quòd maiorem in hoc ſæculo exoluat, ſed in futuro, diſtinctione vigeſima, quæſtione prima, articulo ſecundo in ſolutione ſecundæ quæſtionis, & ad ſecundum, & ad tertium.

Ex quibus patet, quòd ad rectum iudicium Confeſſoris non exigitur, quòd ſemper imponat pęnam condignam pęnitenti, ſed ſufficit, quòd imponat quantum expedit ei, pro nunc conſideratis regulis patrum, & diſpoſitione pęnitentis. Cuius oppoſitum arguens putabat fundans ſe in hoc paralogiſmo fallaciæ conſequentis. Sacerdos non poteſt rectè arbitrari quoad hoc: ergo nullo modo.

*In hac decimaſexta Diſtinct. quarti Sententiarum, & 2. quæſtionibus ſequentib. confutantur hæreſes damnatæ, vt in noſtro Commentar. in text. Magiſtri, & confutantur etiam hæreſes, quæ ſunt in Abecedario, & in Ethimologijs hæreſum, & confutantur ſimilitèr, Idolatriæ, vt in Abecedario Idolorum in principio, vide ibi lit.* M. P. R. *& V. ac etiam confutantur falſæ Theologiæ Phænicum, Ægyptiorum, Græcorũ, Atlanticorũ, Phrygiorum, Gentiũ, & ab Euſebio in primo, ſecundo, tertio, & quarto libro de præparatione Euangelica contra Theologiam fabuloſam Poetarum antiquorum. Contra genealogias Deorum falſorum Heſiodi, & contra gænealogias falſorum Deorum Homeri ex quibus Boccacius de Gręco in Latinum verſauit ſuam genealogiam, & de Latino in* Hetruſcum, *vt ait Aſcentius, & Seruius ſuper Virgilium, &c. & vide Ouid. & Anguillaram in Metamorph.*

*Ex concluſionibus, probationibus, & ſolutionibus argumentorum Capræoli ſoluuntur argumenta Vulpes,* & *aliorum recentiorum facilè, vt facit Ariſtotiles ad argumenta Antiquorum, quod veritatis cognitio dubiorum eſt ſolutio, & cum Cardinali Bellarmino dicente in libro de Scriptoribus Eccleſiaſticis de Ioanne Capræolo, quòd Ioannes Capræolus ſit defenſor Egregius Sancti Thomę, & optimè diſſoluit omnia argumenta aduerſariorum: dicunt verba formalia Bellarmini, ergo ſi optimè diſſoluit per Bellarminum, ſunt ſoluta argumenta cum his doctrinis hic: Sicut ſoluit Ariſtoteles contra antiquos dicendo in 3. de Cælo, & in 3. Metaphiſic. veritatis cognitiò, dubiorum eſt reſolutio.*

*Reſpondetur ſecundo cum Cardinali Sarnano Franciſcano doctiſſimo, cum 122. concordantia, & ſimilitèr cum concordantia Bonæherbæ.*

*Reſpondetur tertio cum Petro de Bergamo, & Bartholomæo Spina dicentibus in tabula Sancti Thomæ, quod qui ſcit totam Logicam Sancti Thomę, Philoſophiam etiam moralem, totam* Metaphyſicam *Sancti Thomæ, & totam eiuſdem Theologiam, nullum poteſt facere argumentum contra Sanctum Thomam, & ideo ſubdit, quod iſti recentiores ſtudent tantummodo articulo, ſuper quem componunt, & non habent in mente omnia Opera Sancti Thomæ loquentis præſuppoſitiuè, prę ſupponendo omnia ſupradicta, & dicenda, quæ propter prærumpunt in verba in tantum* Magnum *Doctorem nullò modo applicanda, quod Sanctus Thomas contradicat ſibi ipſi, & ideo* Cardinal. *Sarnanus, quia ſciebat totum Sanctum Thomam concordauit ſimilitèr, etiam* Ioannes *Capręolus ſoluit argumenta aduerſariorum, cum locis* Sancti *Thomæ, quia totum in mente habebat* Sanctum *Thomam, & ideo* Bellarm. *dicebat bene omnia ſoluere Capręolum.*

*Argumenta vero Vaſquez, Valentię, Molinæ, Suarez, &c. quia colliguntur; & ſoluuntur, clarè, diſtinctè, & breuitèr à Ripa, à Nazario, à Conſales, à Nauarretto, à Zenardo, & præcipuè à* Montagnolo*, in tertia parte Sancti Thomæ, quæſtione 97. de remiſſione venialium peccatorum, ideo vide ibi.*

*Vide noſtram expoſitionem* Petri Lombardi *aperientem mentem huius materiæ, vt in folio 71. hic, et infra pro 3. reſponſione Vulpes. Ac etiam vide 1. 2. et 3. folium pro reſponſione quarta, quinta, et ſexta ad argumentum eiuſdem Vulpes.*

*Reſpondetur ſeptimo declaratione* Scoti*, & Sancti Thomæ per Radam Franciſcanum hic declarantem S. Thom.*

*Loca Sacræ* Scripturæ *hic, et infra à* Salmerone, Emanuel Sa, *à Toleto, à* Prierio, *Vegha, à Poſſeuino, à* Salian, *Torello in annalibus à creatione* Mundi, *quę videntur repugnare aliquomodo Thomiſtis. quia ſunt concordata à nobis in fine noſtrę expoſitionis totius Bibliæ, & in Anatomia Biblię impreſſa, ideo vide ea illic.*

*Reſponſiones apparentes contradictiones apud Vulpes, vide in fine huius quarti.*

## DISTINCTIO. XX.

*Quæſtio. 1. 4. Sent.*

CIRCA Diſtinctionem vigeſimam quæritur. Vtrum per indulgentias poſſit aliquid remitti de pęna ſatisfactoria.

Pro quæſtione ſit prima concluſio. Indulgentiæ, quas concedit Eccleſia, aliquid valent tam in foro Eccleſię quàm in iudicio. Hanc probat Sanct. Thom. præſenti diſtinctione, quæſtione prima, artic. 3. quæſtione 1. Huius ratio eſt prima, quia hoc eſt priuilegium Petro conceſſum, vt quod ille remitteret in terris, remitteretur in cœlis, ergo valent in vtroque foro.

*Concluſio II.* Huiuſmodi Indulgentiæ valorem habent propter merita Chriſti, & aliorum Sanctorum. Hanc ponit ſtatim vbi ſuprà. Huius ratio eſt. Quicunque poteſt alicui pœnitenti diſtribuere ſatisfactiones Chriſti, & Sãctorum, poteſt dare illi indulgentias, ſed primũ poteſt Prælatus Eccleſiæ: ergo, & ſecundum.

Contra arguit Durandus hic quæſt. 3. de merito Chriſti non dubitans, quin pertineat ad theſaurum Eccleſiæ, & ſufficit pro toto mundo, primæ Ioan. 1. Ipſe eſt propitiatio pro peccatis noſtris, & non ſolum pro noſtris, ſed etiã totius mundi. De merito verò paſſionis Sanctorum ponit in dubium.

¶Tùm quia intentio merentis eſt neceſſaria ad hoc quòd meritum ſuum redundet in alterum. Sed de hac intentione nulla habetur hiſtoria: ergo.

¶Tùm quia illæ paſſiones, & illa merita ſunt plenè remunerata.

¶Ad primum dicitur, quod Sancti intendũt explicitè, vel implicitè. Nàm Sanctus quilibet conformatur capiti Chriſto, cuius merita illata ſunt in Eccleſia, & quotidie inferuntur ab exiſtentibus in gratia. Hinc eſt illud Pauli ad Corint. 1. Adimpleo ea, quæ deſunt paſſionibus Chriſti, & totius Eccleſiæ, cuius caput eſt Chriſtus, adimpleo id eſt addo menſuram. Et ſic exponit gloſſa. Hoc idem ſequitur ex charitate faciente merita ſingulorum communia.

¶Ad ſecundum dicitur, quòd paſſiones, & pœnæ vt ſunt meritoriæ ſufficienter ſunt remuneratæ, non autem, vt ſunt ſatisfactoriæ. Hoc patet in eo qui ſatisfacit pro alio oratione, quæ tamen in ſinu eius conuertitur.

Contra eandem arguunt alij dicentes, quod dubium eſt de merito Chriſti, de pœna damni, quòd eam non ſoluerit, quia eam non ſuſtinuit: ergo.

¶Secundò, quia pęna ſenſus perpeſſa à Chriſto, neque intenſiuè, neque extenſiuè tanta fuit, quanta eſt pœna ſenſus externa, quæ eſt in inferno. Nec tantus dolor, quantus eſt dolor debitus omnibus peccatis confeſſis, & confitendis: ergo.

Reſpondeo, hæ duæ negatur conſequentiæ, quia ad hoc quòd aliqua pœna ſit ſufficienter ſatisfactoria pro alio, non requiritur, quòd ſit tanta intenſiuè, vel extenſiuè in duratione, quãta eſt pœna, quàm talis meretur in alio ſæculo, ſed ſufficit, quòd ęquè, vel plus ſit accepta Deo, quàm culpa fuit diſplicens, tertia parte, quæſt. 48. artic. 2.

¶Item reſpondet Petrus, quòd paſſio Chriſti inquantum meritoria, & inquantum ſatisfactoria, fuit infinita ratione ſuppoſiti.

Tertiò arguunt. Pertinet ad poteſtatem excellentiæ dare effectum Sacramenti ſine Sacramento. Ergo purus homo non poteſt dimittere pœnam, quæ eſt effectus Sacramenti, per Indulgentias.

Reſpondeo, per indulgentias non dimittitur pœna, ſed ſoluitur de bonis communibus Eccleſiæ pręſenti diſtinct. quæſt. 1. art. 3. quæſtiunc. 1. ad tertium.

Sed Petrus reſpondet, quòd duplex eſt effectus Sacramenti. Primus qui eſt remiſſio culpæ, & collatio gratiæ. Secundus, qui eſt remiſſio, vel diminutio pęnæ, prius haberi nequit ſine Sacramento, ſed ſecundus.

Vtrum verò ad ſuſcipiendas indulgentias ſit neceſſaria confeſſio, & abſolutio Sanct. Thom. videtur tenere, quòd ſic, præſenti diſtinct. vbi ſuprà, item artic. 2. eiuſdem, quæſt. in ſolut. primæ quæſt. Sed Sanct. Thom. loquitur de indulgentijs quas Papa communitèr concedit in ſuis reſcriptis. Videtur enim mihi cum Durãdo, quòd Papa poſſet, ſi vellet, concedere indulgentias verè contritis, & valerent eis ante actualem confeſſionem ad ſatisfactionem.

Contra arguit Aureolus, probando, quòd Papa etiam auctoritatiuè poteſt quas voluerit pœnas relaxare primo. Hoc modo vtuntur reſcripta Apoſtolica. De omnipotentis Dei miſericordia, & auctoritate Apoſtolorum *Petri, &* Pauli.

Reſpondeo, negatur antecedens. Ad probationem cum dicitur de omnipotentis Dei miſericordia, dico ſicut à miſericordia Dei non ſeparatur iuſtitia, ita nec miniſter eius poteſt vtranque ſeparare, præſenti, diſtinctione, quęſt. 1. art. 3. in ſolutione.

¶Ad hoc quòd addit auctoritate Apoſtolorum, non valet, quia Papa nequit relaxare peccata, ſiuè quacunque ſatisfactione, ſed eſt ea auctoritas, vt theſaurum Eccleſiæ poſſit diſpenſare

re fidelibus in recompenſationem 4. ſententiar. diſtinct. 18. q. 1. art. 3. q. 4.

Secundò, Papa poteſt omne vinculum ſoluere ſuper terram, ſed obligatio ad pœnam eſt vinculum: ergo autenticè poteſt illud Papa ſoluere.

Reſpondeo maior eſt falſa ad intellectum arguentis, ſolus enim Chriſtus habet poteſtatẽ excellentiæ, ideò Papa non poteſt peccata dimittere ſine ſatisfactione.

Tertiò arguit, cui committitur maius, committitur minus, ſed maius eſt abſoluere à culpa, quam à pœna, & commiſſum eſt capiti Eccleſiæ ab omni culpa ſine exceptione abſoluere: ergo.

Reſpondeo, argumentum non concludit, quia ſequeretur, quòd omnis Sacerdos poſſit remittere omne peccatum, quòad reatum, qui poteſt remittere, quòad culpam, quòd eſt falſum.

¶Dico ſecundò ad minorem, quòd maius eſt abſoluere à culpa ſeorſum, quàm à pęna, abſoluere autem à tota pœna, & à culpa maius eſt ſimul quàm abſoluere à culpa ſolum, vel à culpa, & ab aliqua parte pęna. Ideo non ſequitur, quòd cui committitur abſolutio à culpa, & à pęna tota, vel parte pęnæ.

¶Dico tertiò, quòd maior ſemper non decet, quia abſolutio à pęna aliquandò eſt impeditiua maioris boni, nunquam autem culpa, prima ſecundæ, quæſtione 87. articul. ſexto ad tertium.

Quartò arguit. Claues extendunt ſe ad pęnam, & culpam: ergo ſaltem princeps Eccleſiæ poterit miniſtrando Sacramentum pęnitentiæ, totam pęnam relaxare.

Reſpondeo, Claues extẽdunt ſe ad culpam, media ſatisfactione, ſicut etiam in Baptiſmo fit ſatisfactio per merita Chriſti.

Item dato, quòd Papa mediante Sacramento poſſit omnem pęnam remittere, hoc non eſt niſi per completum Sacramentum. Non eſt autem completum vltima completione, niſi quælibet pars Sacramenti ſit completa, ſcilicet confeſſio, contritio, & ſatisfactio.

*In hac vigeſima Diſtinctione quarti Sententiarum, & vnica quæſtione ſequenti confutantur hæreſes damnatæ, vt in noſtro Commentar. in text. Magiſtri, & confutantur etiam hæreſes, quæ ſunt in Abecedario, & in Ethimologijs hæreſum, & confutantur ſimiliter Idolatriæ, vt in Abecedario Idolorum in principio, vide ibi lit. I. P. R. & S. ac etiam cõfutantur falſa Theologię Phænicum, Egyptiorum, Grẹcorum, Atlãticorum, Phrygiorum, Gentium, &c. ab Euſebio in primo, ſecundo, tertio, & quarto libro de præparatione Euangelica contra Theologiam fabuloſam Poetarum antiquorũ. Contra genealogias Deorũ falſorũ Heſiodi, & contra genealogias falſorum Deorũ Homeri, ex quibus Boccacius de Græco in Latinum verſauit ſuam geneologiam, & de Latina in Hetruſcum, vt ait Aſtenſius, & Seruius ſuper Virgilium, etc. & vide Ouid. & Anguillaram in Metamorph.*

*Ex concluſionibus, probationibus, & ſolutionibus argumentorum Capreoli ſoluuntur argumenta Vulpes, & aliorum recentiorum facile, vt facit Ariſtotiles ad argumenta Antiquorum, quod veritatis cognitio dubiorum eſt ſolutio, & cum Cardinali Bellarmino dicente in libro de Scriptoribus Eccleſiaſticis de Ioanne Capraolo, quòd Ioann. Capreolus fit defenſor Egregius Sancti Thomæ, & optimè diſſoluit omnia argumenta aduerſariorum: dicunt verba formalia Bellarmini, ergò ſi optimè diſſoluit per Bellarminum ſunt ſoluta argumenta cum his doctrinis hic: Sicut ſoluit Ariſtoteles contra antiquos dicendo in 3. de Cœlo, & in 3. Metaphiſic. veritatis cognitio, dubiorum eſt reſolutio.*

*Reſpondetur ſecundò cum Cardinali Sarnano Franciſcano doctiſſimo, cum 126. concordantia, et ſimilitèr cum concordantia Bonęberbę.*

*Reſpondetur tertiò cum Petro de Bergamo, et Bartholomęo Spina dicentibus in tabula Sancti Thomę, quod qui ſcit totam Logicam Sancti Thomæ, Philoſophiam etiam moralem, totam Metaphyſicam Sancti Thomę, et totam eiuſdem Theologiam, nullum poteſt facere argumentum contra Sanctum Thomam, et ideò ſubdit, quod iſti recentiores ſtudent tantummodò articulo, ſuper quem componunt, et non habent in mente omnia opera Sancti Thomę loquentis præſuppoſitiuè, præſupponendo omnia ſupradicta, & dicendo, quæ propter prorumpunt in verba in tantum Magnum Doctorem nullo modo applicando, quòd Sanctus Thomas contradicat ſibi ipſi, et ideò Cardinal. Sarnanus, quia ſciebat totum Sanctum Thomam concordauit ſimilitèr, etiam Ioannes Capraolus ſoluit argumenta aduerſariorum, cum locis Sancti Thomæ, quia totum in mente habebat Sanctum Thomam, et ideò Bellarmin. dicebat benè omnia ſoluere Capreolum.*

*Argumenta verò Vaſquez, Valentię, Molina, Suarez, etc. quia colliguntur, et ſoluuntur, clarè, diſtinctè, et breuitèr à Ripa, à Nazario, à Conſales, à Nauarretto, à Zenardo, et precipuè à Montagnolo, in tertia parte Sancti Thomæ quæſtione 90. de partibus penitantiæ in generali. ideo vide ibi.*

Vide

*Vide noſtram expoſitionem Petri Lombardi aperiẽtem mentem huius materię, vt in folio 77. hic, & infra pro 3. reſponſione Vulpes. Ac etiam vide 1.2. & 3. folium pro reſponſione quarta, quinta, & ſexta ad argumentum eiuſdem Vulpes.*

*Reſpõdet. 7. declaratione Scoti, & Sancti Thomę per Radum Franciſcanum hic declarantem S. Thom.*

Loca Sacrę Scripturę hic, *& infra à Salmerone, Emanuel Sa, à Toleto, à Prierio, Vegha, à Poſſeuino, à Salian, Torello in annalibus à creatione* Mundi, *quæ videntur repugnare aliquo modo Thomiſtis, quia ſunt concordata à nobis in fine noſtrę expoſitionis totius Bibliæ, et in Anatomia Biblię impreſſa ideò vide ea illic.*

*Reſponſiones apparentes contradictiones apud* V*ulpes, vide in fine huius quarti.*

## DISTINCTIO XXI.

### *Quęſtio.* 1. 4. *Sent.*

CIRCA Diſtinctionem vigeſimam-primam quæritur primò. Vtrum peccatum veniale poſſit expiari, quòad culpam per pęnam Purgatorij.

Pro quæſtione ſit prima concluſio. Culpa venialis in eo, qui cum gratia decedit, remittitur poſt hanc vitam in purgatorio. Hanc ponit Sanct. Thom. in præſenti diſtinctione, quæſt. prima, artic. 3. quæſt. prima. Item de malo quęſt. 7. artic. 11. & ad nonum. Huius ratio eſt. Ad remiſſionem venialis ſufficit actus charitatis deteſtãtis veniale peccatũ propter Deum, ſed talis actus poteſt eſſe in purgatorio: ergo.

Sciendum, quòd videtur eſſe contradictio in dictis Sanct. Thom. Nam in ſcripto dicit, quòd poteſt eſſe actus meritorius in purgatorio reſpectu præmij accidentalis, id de malo verò negat omne meritum in purgatorio.

Reſpondeo. Meritum dupliciter ab eodem accipitur. Largè pro quacunque diſpoſitione ad donum gratiæ, vel gloriæ, vel dignitate ad remotionem impedimenti gratiæ, vel gloriæ. Et ſtrictè pro profectu, vel augmento ſpiritualis boni æterni præſertim glorię primò modo loquebatur in ſcriptis, ſecundo modo in de malo.

Aut intendit dicere, quòd poſt hanc vitam non eſt ſtatus merendi ſicut nunc, nec vniuocè dicitur meritum hic, & ibi.

Contra arguunt quidam quos recitat Petrus hic qu. 1. quòd veniale ſolum remittatur in anima. Quia decedens in gratia, aut recolit de veniali, aut non. Si recolit actu, & pęnitet, culpa dimittitur. Si non pęnitet, peccat mortaliter: quia eligit a gloria retardari, ſi verò non recolit, aut ſic eſt diſpoſitus, quòd ſi recoleret, pęniteret, & tunc dimittitur, aut non pęniteret, & ſic mortaliter peccat.

Reſpondeo. Argumentum aſſumit ſex falſa. Primum quia ſupponit, quòd moriens cum charitate, & venialibus ſemper vigilet, aut ſit in ſtatu vtendi ratione. Secundum falſum eſt, quòd quicunque in articulo mortis recolens de veniali, & non actualiter de ipſo pęnitens peccet mortaliter. Non enim tenetur homo plus expiare peccatum, quàm vitare. Vnde ſi ſine mortali poteſt homo non vitare veniale, ita ſine mortali poteſt non pęnitere de veniali. Tertium falſum eſt, quòd ſola habitualis diſpoſitio conſtituat, ac diluat peccatum. Quartum eſt, quòd quicunque non pęnitet de veniali in mortis articulo, eo ipſo velit retardari à gloria. Quintum, quòd in omni caſu retardari volens à gloria peccet mortaliter, qualicunque modo velit illam retardationem, vel in ſua cauſa, vel in ſuo antecedente explicitè, vel implicitè verè, vel interpretatiuè. Sextum, quòd quęcunque pęnitentia deleat peccatum veniale, quantumcunque debilis, vel remiſſa ſit.

*Concluſio II.* Peccatum veniale in inferno nullo modo poteſt expiari quòad pęnam. Hãc ponit Sanct. Thom. de malo q. 7. artic. 10. Item pręſenti diſtinct. q. 1. art. 2. in ſolutione 3. q. Huius ratio eſt. Omne peccatum irremiſſibile quòad culpam, per ſe, vt per accidens, ęternaliter punietur. Sed venialia damnatorum ſunt irremiſſibilia: ergo.

Contra arguunt quidam, volens malum ſimpliciter poteſt velle bonum ſecundum quid, ſicut adhærens bono fini per charitatem, poteſt peccare venialiter, ſicut inhærens firmiter malo fini, poteſt ſecundum quid velle bonum, & ſic pœnitere de veniali.

Reſpondeo, quòd adhęrens malo, poteſt velle bonum, niſi ſit tali adhæſioni oppoſitum, ſicut eſt in damnatis. Nam quia damnati adhæret puerſo fini vltimatè, omnia alia refert actu, & habitu ad malum finem, ideoque omnis eius volitio non merè naturalis eſt peccatum mortale, ac per hoc indiſpoſitio ad pœnitentiam, & peccati remiſſionem.

Item arguunt. Multi in morte euolant, & habent multa venialia, quia ſepties in die cadit iuſtus: ergo erant ante dimiſſa, quòad pœnam: ergo veniale poteſt dimitti, quòad pœnam non dimiſſa culpa. Reſ-

Digitized by Google

Reſpondeo. Cõtradictio eſt,quòd aliquis ſit in culpa,& non ſit dignus pœna. Perfectorum autem venialia, & aliorum cum vſu rationis exeuntium de hac vita cum charitate remittũtur communitèr in hac vita, de malo quæſt. 7. articul.11. Probabile enim eſt quòd in charitate videns ſe mori,mouetur motu charitatis in Deum, vt in deteſtationem peccatorum etiam venialium,quòd ſufficit ad eorum delectionem. Quibus verò aufertur vſus rationis remittuntur peccata poſt hanc vitam.

Contra eandem arguit Scotus hic quæſt. 1. probando quòd nec per ſe, nec per accidens peccato veniali debeatur pęna æterna. Omninò iniuſtum eſt pœnam æternam infligere pro illo, cui ſecundum ſe debetur pœna temporalis, ſed peccatum veniale eſt huiuſmodi: ergo, maior probatur. Quia Deus ſemper punit citra condignum.

Si dicatur, quòd hoc eſt, quia coniungitur mortali. Hoc non facit illud in infinitum exire illud genus culpæ: ergo non iuſtè correſpondet ſibi pœna in infinitum excedens.

Reſpondeo. Dico primò, quòd argumenta probantia, quòd per ſe peccato veniali non debeatur pęna æterna, non militant contra Sanct. Thom. ideò non ſunt recitata, ſed contra Herueum quolib.5.quæſt.33. Falſum tamen vnum ibidem dicit Scotus, quod peccatum mortale non relinquat poſt ſe niſi reatum, vel debitum pœnæ. Relinquit enim maculam, & corruptionem boni naturæ,& offenſam.

¶Dico ſecundò, quòd hoc argumentum facit Beatus Thom.de malo quæſt.7. artic.10. & eſt ſeptimum. Soluit verò quòd Deus veniale punit citra condignum, quamuis grauius quàm homo puniret. Item in reſponſione ad quintum, dicit quòd æternitas pœnæ debetur veniali ratione indelebilitatis, quæ prouenit ex adiuncto. Item prima ſecundæ,quæſt.87.artic. 5. ad ſecundam, & tertiam, dicit quòd veniali competit æternitas pœnæ, non propter quantitatem culpæ,ſed propter irremiſſibilitatem.

Sciendum cum Beat.Thom.videatur ſentire quod in purgatorio non eſt contritio,nec ſatisfactio, nec meritum vniuocè,vt hic,quod ad delectionem venialis in purgatorio ſufficit actus charitatis in Deum deteſtatiuus peccatorum venialium in hac vita commiſſorum, ſiuè talis actus dicatur propriè,& vniuocè contritio, ſiuè ſit meritorius,ſiuè non.

## QVAESTIO II.
### 21.*Diſtinct*.4.*Sent.*

VTrum in quolibet caſu teneatur Sacerdos celare peccata,quæ ſub ſigillo confeſſionis nouit.

Pro quęſtione ſit, prima concluſio. Sacerdotes debent celare peccata ſibi confeſſa. Hãc ponit Sanct.Thom. præſenti diſtione quæſt. 3. articul.1.quæſt.1. Huius ratio eſt. Quicunque miniſter Sacramenti agit exterius directè contra ea, quæ ſignificantur interius in Sacramento, peccat. Sed reuelans peccata, quæ per ſolam confeſſionem nouit, eſt huiuſmodi ergo minor declaratur quoniàm Deus peccatum tegit eius,qui ſe ei ſubijcit per confeſſionem.

Contra rationē arguit Durand.hic q.4. quoniam maior vera non eſt niſi in effectu principali Sacramenti. In confeſſione verò principalis effectus eſt remiſſio peccatorũ ſignificata per verba: ergo abſoluo te. Celare vero peccata,non eſt effectus Sacramenti, ſed obligatio miniſtri de qua quæritur, vnde veniat: ergo ratio inſufficiens.

Reſpondeo. Remiſſio peccati eſt eius tectio,& occultatio, & ſic tectio peccati eſt effectus huius Sacramenti, vt patet per gloſſam ſuper primo verſu Pſalmi 31.

¶Ad hoc facit quod legitur Prouerbiorum decimo. Vniuerſa delicta operit charitas, & Iacobi 5. Charitas operit multitudinem peccatorum. Cum ergo effectus huius Sacramēti ſit infuſio charitatis, & effectus charitatis ſit occultatio peccatorum, conſequens eſt, quòd occultatio peccatorum ſit effectus huius Sacramenti mediatus, vel immediatus.

Secundo arguit,quærendo qualitèr intelligatur,quòd Chriſtus celat peccata confitentium. Non pro præſenti intellegitur ſęculo,quia Chriſtus æqualitèr celat confeſſa,&non confeſſa.Nõ etiam pro futuro, quia nullus vnquam dixit, quod Sacramenta ſignificent illud quod in futuro ſæculo agitur: ergo malè aſſignatur effectus huius Sacramenti celatio peccatorum.

¶Reſpondeo,quòd vtroque modo intelligitur. In præſenti enim ſæculo Chriſtus per delectionem maculæ, ac reatus pœnæ in futuro, quia nullus videbit ea ad confuſionem confitentis. Sanctus Thomas 4. ſententiarum, diſt. 43.quæſt.prima,artic.5. quæſt.2. in ſolutione tertij argumenti.

¶Dicitur etiam,quòd falſum eſt nullum doctorem dixiſſe Sacramenta ſignificare ea, quæ erant in futuro ſæculo, 4.ſententiarum diſtinct. prima,quæſt.1.articulo 1.quæſt.1.ad quartum. Item tertia parte quęſt.60.artic.3. Tùm quia Sacramentum Euchariſtię ſignificat fruitionē beatiſiam,3.parte,quęſt.73.artic.4.Tùm quia Sacramentum matrimonij ſignificat vnionem Chriſti,& Eccleſię, non ſolum per gratiam,ſed etiam per gloriam,vt communitèr dicunt Doctores ſuper 4.diſt.26.

*Concluſio II.* Sacerdos debet celare non ſolum

ſolum peccata confitentis, verum etiam alia in confeſſione ſibi dicta, per quę peccata confitẽtis poſſent deprehendi. Hanc ponit Sanctus Thom. vbi ſuprà in ſolutione ſecundæ quæſt. Huius ratio eſt. Sacerdos tenetur celare omnia dicta confitentis, quæ aliquo modo primo, vel ſecundo, directè, vel indirectè ad ſigillum confeſſionis pertinent, cum huiuſmodi ſigillũ non ſit aliud quàm debitum celandi confeſſionem, ſed ad tale ſigillum pertinet non ſolum peccata confeſſa, ſed etiam multa alia: ergo.

Cõtra poteſt argui, vt recitat Petrus hic q.2. Sequeretur ex concluſione, quòd tertia perſona cum qua confitetur ſe peccaſſe confitens caderet ſub ſigillo, ſed hoc eſt falſum: ergo minor probatur. Tum quia tertia perſona non eſt circunſtantia peccati. Tùm quia ſicut hora, tempus, & locus non cadunt ſub ſigillo: ergo nec à ſimili cadit perſona. Tùm quia eſſet in præiudicium obſeruantiæ diuinæ, quia tunc non poſſet corrigi tertia perſona accuſata in confeſſione.

¶Reſpondeo. Peccata confitentis cadunt ſub ſigillo primò, & directè, & ex omnibus cauſis in ordine ad ipſum perſona verò ex neceſſitate quidem cadit licet non primo, ſed ex conſequenti indirectè, & ex aliquibus cauſis. Eſt enim directe materia Sacramenti pœnitentiæ.

Ad primam ergo probationem dicitur, quòd perſona cadit ſub ſigillo ex conſequenti; peccata verò, & circunſtantiæ directè.

Ad ſecundam negatur ſimilitudo.

Ad tertiam dicitur, quòd habita licentia, à confeſſore poteſt fieri correctio, non habita, non tenetur Confeſſor corrigere, in præſenti diſtinctione, quæſt.3. artic.1. in ſolutione prima.

Confirmat verò Petrus dicta de celatione tertiæ perſonæ, tamen quia tenetur celare omne dictum, quo confitens prodi poteſt, & mala ſuſpicio generari, tùm quia hoc retraheret homines à confeſſione.

Sciendum quòd Sacerdos etiam peccata de quibus confitens non eſt contritus tenetur celare, præſenti diſtinct. quæſt.3. articul.1. quæſt.1 ad primum Cauere etiam debet quomodo referat audita in confeſſione, quia ex relatione peccatorum tantum cognitorum via confeſſionis oritur aliquod inconueniens ſemper.

*Concluſio III.* Sacerdos propter nullum præceptum Eccleſiæ, vel Prælati debet reuelare confeſſionem. Hanc ponit Sanct. Thom. vbi ſuprà in ſolutione 2. 1. quæſt. Huius ratio eſt. Contra ea, quæ ſunt de iure diuino, non poteſt cogere humana iuſſio, nec ad oppoſitum licentiare, ſed celatio confeſſionis eſt de iure diuino: ergo.

Contra rationem arguitur, tùm quia Papa poteſt diſpenſare, ne faciat pœnitentiam iniũctam, & quòd Sacerdos non teneatur celebrare: quòd tamen ſequitur ex natura Sacerdotij. Tùm quia celatio peccati nullo modo pertinet ad Sacramentum, neque enim pertinet ad formam, vel materiam: ergo.

Reſpondeo, ratio eſt bona. Ad primam improbationem dicitur, quòd in pœna taxata in iudicio Dei Papa non poteſt diſpenſare ne ſoluatur licet poſſit diſpenſare vnde ſoluitur, ſed in taxata ab homine ſic eſt, qui dedit, & ſuperior. Illa autem pœna ſequitur naturam confeſſionis, mediante præcepto hominis iniungentis. Vnde etiam Papa diſpenſat cum ordinato, vt contrahat matrimonium, quia caſtitas ordini annectitur ex ſtatuto humano. Item celebrare non ſequitur naturam Sacerdotij, ſed poſſe celebrare, quòd Papa auferre nequit.

Ad aliud dicitur quòd celatio eſt de natura Sacramenti. Tùm quia eſt pars formalis negatiua, quia celatio ſignificat eandem relationem in ordine ad Deum. Tùm quia eſt perfectum ſignum oblationis reatus. Tùm quia eſt propria paſſio conſequens Sacramentum. Hęc Petrus.

Sciendum cum dicitur, quòd celatio eſt de eſſentia Sacramenti intelligendum eſt, quia conſequitur ſicut dicitur, quòd ferri ſurſum eſt de naturà leuis. Cum autem dicit, quòd præceptum de celatione conſequitur Sacramentum, non legi in Sanct. Thom. Et ſi dicat intelligatur de cõſequentia logica, ſicut animalitas ſequitur ad hominem, non autem de conſequentia phyſica, vel metaphyſica, qua totum ſequitur ad partem, & accidens ad ſubiectum.]

*Concluſio IV.* Sacerdos de voluntate confitentis poteſt reuelare peccatum ſibi confeſſum. Hanc ponit Sanct. Thom. vbi ſuprà art.2. Huius ratio eſt. Ceſſante cauſa ceſſat effectus, ſed confitens dans licentiam Sacerdoti reuelandi ſuam confeſſionem tollit cauſam celationis: ergo, & effectum.

Contra arguit Durandus hic quæſt. 4. Licentia non dat notitiam eius, quod per confeſſionem cognoſcitur: ergo propter licentiam non licet reuelare.

Reſpondeo. Negatur antecedens. Quia cognoſcit, licentia habita, vt homo.

¶ Si dicatur Papa non poteſt licentiare, ergo nec iſte negatur conſequentia, quia hoc nõ eſt in fauorem Papæ, ſed confitentis, ſicut vir poteſt licentiare, vt voueat caſtitatem vxor ſua, quod non poteſt Papa.

Secundò. Quia talis licentia eſſet via ad reuelationem confeſſionum, & ſuſpitionum criminum:

Digitized by Google

minum:ergo non ſufficit, ſed oportet quod pęnitens dicat Sacerdoti idem peccatum extra confeſſionem.

Reſpondeo. Negatur antecedens, quia non tenetur quis eam dare, & ſecundum iura. Teſtis non debet torqueri contra Dominum, ſed pro Domino. In caſu autem quo Confeſſor imponeret falſum confitenti, imminet ei probatio, quod in confeſſione audierit.

Ad idem arguitur ab alijs, tùm quia iudex non poterit iudicare de eo, quod occultè nouit tum quia celatio eſt de iure naturæ.

Reſpondeo. Ad primum negatur ſimilitudo, habet enim poſt licentiam illud ſecretum, vt homo, non autem, vt homo iudex fuit.

¶ Ad ſecundum dicendum, quod lex naturę eſt, vt illud celet, quãdiù illud habet, vt Deus.

Sciendum, quòd hæ duæ propoſitione ſingulares ego ſcio hoc, & ego neſcio hoc, licet dictę à Sacerdote videantur contradictoriæ, non tamen ſunt, quia ibi eſt multiplicitas propter illud verbum ſcio, quia poteſt importare quandoque notitiam neceſſariæ veritatis, quandoque contingentis. Similitèr quandoque contingentis. Similitèr quandoque notitiam hominis, vt homo, quandoque notitiam hominis, vt Dei Vicarius eſt. Talis autem æquiuocatio impedit contradictionem propoſitionum vocaſium apud dicentem, licet cõtradicant apud audientem.

*In hac 21. Diſtinctione. quarti Sententiarum, & duabus quæſtionibus ſequent. confutantur hæreſes damnatæ, vt in noſtro Commenntar. in text. Magiſtri, & confutantur etiam hæreſes, quæ ſunt in Abecedario, & in Ethimologijs hæreſum, & confutantur ſimilitèr Idolatriæ, vt in Abecedario Idolorum in principio, vide ibi lit. C. P. & V. ac etiam cõfutantur falſæ Theologię Phœnicum, Egyptiorum, Grecorum, Atlãticorum, Phrygiorum, Gentium, &c. ab Euſebio in primo, ſecundo, tertio, & quarto libro de præparatione Euangelica contra Theologiam fabuloſam Poetarum antiquorũ. Contra genealogias Deorũ falſorũ Heſiodi, & contra genealogias falſorum Deorũ Homeri, ex quibus Boccacius de Græco in Latinum verſauit ſuam geneologiam, & de Latino in* Hetruſcum, *vt ait Aſcenſius, & Seruius ſuper Virgilium, etc. & vide Ouid & Anguillaram in Metamorph.*

*Ex concluſionibus, probationibus, & ſolutionibus argumentorum Caprϱoli ſoluuntur argumenta Vulpes, & aliorum recentiorum facile, vt facit Ariſtotiles ad argumenta Antiquorum, quod veritatis cognitio dubiorum eſt ſolutio, & cum Cardinali Bellarmino dicente in libro de Scriptoribus Eccleſiaſticis de Ioanne Capræolo, quòd Ioann. Capreolus ſit defenſor Egregius Sancti Thomæ, & optimè abſoluit omnia argumenta aduerſariorum: dicunt verba formalia Bellarmini, ergò ſi optimè diſſoluit per Bellarminum ſunt ſoluta argumenta cum his doctrinis hic: Sicut ſoluit Ariſtoteles contra antiquos dicendo in 3. de Cœlo, & in 3.* Metaphiſic. *veritatis cognitio, dubiorum eſt reſolutio.*

*Reſpondetur ſecundò cum Cardinali Sarnano Franciſcano doctiſſimo, cum 127. concordantia, et ſimilitèr cum concordantia Bonęberbę.*

*Reſpondetur tertiò cum Petro de Bergamo, et Bartholomęo Spina dicentibus in tabula Sancti Thomę, quod qui ſcit totam Logicam* Sancti *Thomæ, Philoſophiam etiam moralem, totam Metaphyſicam* Sancti *Thomę, et totam eiuſdem Theologiam, nullum poteſt facere argumentum contra* Sanctum *Thomam, et ideò ſubdit, quod iſti recentiores ſtudent tantummodò articulo, ſuper quem componunt, et non habent in mente omnia opera* Sancti *Thomę loquentis pręſuppoſitiuè, præſupponendo omnia ſupradicta, & dicendo, qua propter pręrumpunt in verba in tantum* Magnum *Doctorem nullo modo applicanda, quòd* Sanctus *Thomas contradicat ſibi ipſi, et ideò Cardinal.* Sarnanus, *quia ſciebat totum* Sanctum *Thomam concordauit ſimilitèr, etiam* Ioannes *Capræolus ſoluit argumenta aduerſariorum, cum locis Sancti Thomæ, quia totum in mente habebat* Sanctum *Thomam, et ideò Bellarmin. dicebat bene omnia ſoluere Capreolum.*

*Argumenta vero Vaſquez, Valentię,* Molinæ, *Suarez, &c. quia colliguntur; & ſoluuntur, clarè, diſtinctè, & breuitèr à Ripa, à Nazario, à Conſales, à Nauarretto, à Zenardo, & præcipuè à* Montagnolo, *in tertia parte Sancti Thomæ, quæſtione 87. de remiſſione venialium peccatorum, ideo vide ibi.*

*Vide noſtram expoſitionem Petri* Lombardi *aperiẽtem mentem huius materię, vt in folio 77. hic, & infra pro 3. reſponſione Vulpes.* Ac *etiam vide 1.2. & 3. folium pro reſponſione quarta, quinta, & ſexta ad argumentum eiuſdem Vulpes.*

*Reſpõdet. 7. declaratione* Scoti, *&* Sancti *Thomę per Radam Franciſcanum hic declarantem S. Thom.*

Loca *Sacræ Scripturæ hic, et infra à* Salmerone, Emanuel Sa, *à Toleto, à* Prierio, *Vegha, à Poſſeuino, à* Salian, *Torello in annalibus à creatione* Mundi, *quę videntur repugnare aliquomodo Thomiſtis. quia ſunt concordata à nobis in fine noſtrę expoſitionis totius Bi-*

Bbbbb blię,

*blia, & in Anatomia Biblię impreſſa, ideo vide ea illic.*

*Reſponſiones apparentes contradictiones apud ſ ulpes, vide in fine huius quarti.*

## DISTINCTIO XXII.

### *Quæſtio* 1, 4. *Sent.*

CIRCA Diſtinctionem vigeſimam ſecundam quæritur primò. Vtrũ pœnitentia interior ſit res Sacramenti pœnitentiæ.

Pro quæſtione ſit prima cõcluſio. In Sacramento pœnitentiæ ſacramentale ſignum eſt exterior pœnitentia, ita quòd Sacramentum, & non res Sacramenti. Hanc ponit ſanct. Thom. præſenti diſtinctione quæſt. 2. artic. 1. in ſolutione primæ quæſtiunculæ. Huius ratio eſt. In ſacramentali ſanctificatione, qua homo per actum proprium cooperatur exteriori ſanctificanti, ſacramentale ſignum, non eſt aliqua materia exterius nomini appoſita. ſed actus humani, tàm recipientis, quàm conferentis Sacramentum, ſed pœnitentiæ Sacramentum eſt huiuſmodi: ergo.

*Concluſio II.* In Sacramento pœnitentiæ res proxima, quæ ſe habet ſicut res, & Sacramẽtum, eſt ipſa pœnitentia interior. Hanc ponit ſanct. Thom. vbi ſuprà, in ſolutione ſecundę quęſtiunculę, item ibidem in ſolutione primi. Huius ratio eſt, illud eſt re proxima Sacramenti pœnitentię, quod ſignificatur, & efficitur per ſacramentum exterius proximè, & non vltimatè. Sed pœnitentia interior eſt huiuſmodi: ergo.

*Concluſio* III. In Sacramento pœnitentiæ vltimata res, quę ſic eſt res, quòd non ſacramẽtum, eſt remiſſio peccatorũ per gratiam. Hanc ponit ſanct. Thom. vbi ſuprà in ſolutione tertię quęſtionis. Huius ratio eſt, curatio illius morbi eſt res in ſacramento, ad quod curandum eſt inſtitutum. Sed pœnitentia eſt inſtituta ad curandum morbum actualis peccati: ergo remiſſio eius eſt res huius ſacramenti.

Contra duas vltimas concluſiones arguit Petrus de Palud. diſtinct. 4. quęſt. 1. Probãdo quod pręter pœnitentiam interiorem, & peccati remiſſionem ſit ponenda tertia res huius ſacramenti, quę dicitur ornatus, de quo cum ſanct. Thom. non fecerit mentionem videtur imperfectè loquutus.

Sciendum verò, quòd de hoc ornatu, quem ponunt Petrus, & Bernardus de Gannaco, & quidam, non multum expreſsè loquitur ſanct. Thom. quòad ſacramentum pœnitentię, quantum perpendere potui in dictis eius. Poteſt tamen dici, quod in virtute, & ſententialitèr, & implicitè concedit talem ornatum, vel aliquã diſpoſitionem ad gratiam, quæ ſe habeat per modum actus primi, & non ſit motus liberi arbitrij tantum, quia ſecundum ipſum immediatus effectus ſacramentorum nouæ legis eſt gratia ſacramẽtalis, quæ eſt diſpoſitio ad gratiam, gratum facientem, de verit. quæſt. 27. artic. 7. item artic. 5. ad 12. item artic. 4. ad tertium, item 4. ſententiarum diſtinct. 1. quæſt. 1. art. 4. in ſolution. 1. quæſtiunc.

¶Si itaque tale quid vocetur ornatus, concedenda ſunt dicta Petri, & negando dicta Durandi. Pro prædictis facit quod dicit ſanctus Thom. 5. ſententiarum diſtinct. 17. quæſt. 1. artic. 3. quæſtiuncula 2. ad tertium, item 3. parte, qu. 62. artic. 2.

Sciendum ſecundò, quòd remiſſio peccatorum; & ſanatio, & renouatio poteſt ſumi triplicitèr. Primò pro actuali iuſtificatione, & ſanatione, & ſic eſt ſaltem ſecunda res ſacramenti pœnitentiæ. Secundò pro iuſtitia, & ſanitate, & gratia, & ſic eſt tertia, & vltimata res huius ſacramenti. Tertiò pro principio actiuo, vel paſſiuo interiori diſponente ad illa. Et ſic pœnitentia interior cum aliquo abſoluto virtute ſacramenti cauſato eſt prima res huius ſacramenti. Et poteſt dici ſanatio peccati, & ſi non formalitèr, ſaltim cauſalitèr. Illud autem additũ pœnitentiæ interiori, & per ſacramentum cauſatum poteſt dici ornatus, & prima res ſacramenti pœnitentiæ tanquam res ſignificata, & cauſata ab eo etiam ſecundum eſſentiam ſuam. Ad hunc ſenſum intelligo ſanct. Thom. 4. ſentẽt. diſtinctione decimaſeptima, quæſtione ſecunda, articulo quinto, in ſolutione primæ quæſt. item tertia parte, quæſtione 86. art. 6.

Sciendum tertiò, quòd hũc ornatum recipit tàm contritus, quàm attritus, quàm etiam fictus, dummodo tamen fictio non euacuet eſſẽtiam ſacramenti.

¶Et hæc ſat ſint, quòad mentem ſanct. Tho. & argumenta Petri.

Contra ſecundam concluſionem arguit Durandus. Illud quod eſt res, & ſacramentum; ſimul ſupponit illud quod eſt ſacramentum tantum, tanquam cauſam inſtrumentalem, vel cauſam, ſine qua non. Sed pęnitentia interior communitèr præcedit: ergo non eſt res, & ſacramentum.

Reſpondeo. Pęnitentia pro eodem tempore, quo præcedit abſolutionem non eſt res, & ſacramentum in actu, ſed in potentia tantum, ideò ipſa præſupponit quidem ſacramentum tan-

tantum non quidem actu, ſed in propoſito, & deſiderio. Et pro tali tempore eſt quidem actu effectus,& res ſacramenti,ſed non eſt quid actu ſignatum, Eſt autem actu ſignum alicuius effectus futuri,tertia parte.quæſt.84. articul.5. in ſolutio. 2.

Si dicatur, quod cauſa, & effectus in actu ſunt ſimul, ſed ſacramentum non eſt actu:ergo pœnitentia non erit effectus ſacramenti ante ſacramentum.

Reſpondeo. Quod eſt in propoſito ſacramentum. Quia verò Deus eſt principale agẽs effectuum ſacramentalium, poteſt ſine ſacramento actu producere effectum ſacramenti.

Contra. Si ſic:ergo ens intellectum, & volitum, ſiuè deſideratum tantum agit,hoc eſt falſum,quia ſequeretur, quòd intellectio, ſiuè volitio ageret:ergo.

Reſpondeo. Intellectio, vel deſiderium ſacramenti poteſt tripliciter conſiderari, primò in ſe,ſecundò modo ex parte ſui ſubiecti,tertiò modo ex parte obiecti. Talis efficacia competit ſacramẽto in deſiderio tertio modo,ſicut finis antequam habeat eſſe reale monet efficiẽtem,prout habet eſſe deſideratum. Credo tamen,quod talis efficacia non vniuocè attribuitur ſacramento, cum dicitur agere, & actu ſuſceptum,& in propoſito, vel voto habitum, ſed analogicè.

Secundò arguit. Ornatus non eſt potentia, quia per eum non producitur nouus actus, neque eſt habitus, quia per eum non nos habemus ad actum benè, vel malè: ergo non eſt prima res huius ſacramenti.

Reſpondeo. Neutrum eſt, ſed diſpoſitio ad patiendum, vel recipiendum gratiam Dei, & eſt diſpoſitio neceſſaria, & neceſſitans non ſimpliciter,ſed ſub conditione:ſuppoſito quod in ſuſcipiente ſacramentum non ſit contritio.Neceſſitat autem quia ex Dei voluntate neceſſe eſt gratiam infundi.

Tertiò arguit. Ille ornatus,aut manet,amiſſa gratia,vel non. Si manet, ergo eſt indelebilis, & multiplicatur ſecundum numerum receptionis ſacramenti. Si non manet,tunc eſſet fruſtra,quia non ponitur niſi propter ornatum animæ, vel operationem: ergo.

Reſpondeo. Amiſſa gratia, non manet ornatus, quia non eſt habitus de difficili mobilis. Nec etiam manet cum gratia, quia eſt diſpoſitio ad receptionem gratiæ. Manet autem, donec introducatur gratia.

Sciendum verò ſecũdum Sanct.Thom. quod ornatus non ſolum eſt diſpoſitio ad ſuſceptionem gratiæ, ſed etiam effectiuè operatur ad ſanationem.

Sciendum etiam,quòd licet ſine ornatu poſſit induci gratia gratum faciens ſi adſit cõtritio non tamen eſt gratia ſacramentalis integra, ne ita intẽſa gratia gratum faciens ſicut cum iſto ornatu,nec ita perfecta remiſſio peccati, quoad culpam,& reatum,& peccati reliquias. Item aduerte,quòd ornatus vnius ſacramenti puta pœnitentiæ,non eſt eiuſdem ſpeciei cum ornatu alterius ſicut, & gratiæ ſacramentales ſunt ſpecificè diſtinctæ.

Quartò. Contra eandẽm ſecundam concluſionem arguunt quidam, res ſacramentorũ ſunt de iure diuino, pœnitentia autem interior de iure naturæ,quia actus virtutis,ergo non eſt res ſacramenti pœnitentiæ.

Reſpondeo. Pœnitentia interior eſt pœnitere ad expiationem peccati, vt vitetur gehenna,& habeatur gratia,& hoc de iure diuino eſt, vnde negatur ſecunda pars antecedentis.

## QVAESTIO II.

*22.Diſtinctio 4.Sent.*

QVæritur ſecundò. Vtrum peccata per pœnitentiam dimiſſa in aliquo caſu redeant in eo,qui recidiuat.

Pro quæſtione ſit prima concluſio. Nullum peccatum per pœnitentiam ſemel dimiſſum vnquam redit in ſe idem numero, quòad identitatem actus.

*Concluſio II.* Nullum peccatum per pœnitentiam ſemel dimiſſum redit idem numero, quòad identitatem culpæ,vel maculæ.

*Concluſio III.* Nullum peccatum ſemel per pœnitentiam dimiſſum, redit idem numero, quòad identitatem reatus.

*Concluſio IV.* Peccatum per pœnitentiam dimiſſum poteſt redire non in ſe, ſed in ſuo effectu.

Has quatuor concluſiones ponit S.Tho. præſenti diſtinctione,quæſt.1.art.1.

¶ Pro prima concluſione ratio eſt. Actus liberi arbitrij poſt ſui deſitionem, & ceſſionem in nihilum, non poteſt redire virtute creata idẽ numero, ſed ſi peccatum dimiſſum rediret idẽ numero, quòad actum,hoc fieri non poſſet,niſi per illum modum impoſſibilem: ergo non redit quòad identitatem actus.

¶Secundæ concluſionis ratio eſt. Opus Dei non poteſt irritari per opus hominis, ſed ſi peccatum dimiſſum rediret,quòad maculam,opus Dei irritaretur per opus hominis:ergo.

¶ Tertiæ concluſionis ratio eſt, ſicut ſecundæ.



Digitized by Google

¶Quartæ concluſionis ratio eſt. Illud peccatum dicitur redire in ſuo effectu, per cuius remiſſionem aliquid relinquitur in peccatis ſequentibus. Sed per peccatum dimiſſum per pœnitentiam, aliquid relinquitur in peccatis poſt remiſſionem ſequentibus: ergo.

Contra primam concluſionem arguit Petrus de Palude hic quæſt.1. Subſtantia actus peccati eſt à Deo, ſed Deus idem numero corruptũ, ſiuè manens, ſiuè tranſiens poteſt reparare: ergo idem peccatum redit quòad identitatem actus, non autem, vt peccatum. Quòd ſi homine coagente Deus illum actum repararet, eſſet duo peccata.

Reſpondeo. Negatur minor de tranſeunte. Succeſſiua enim per nullam potentiam reparari poſſunt ſanct. Thom. 4. quolib. quæſt. 5. Dicta verò Petri verificata de permanentibus, vera ſunt, rediret enim idem actus, & homine cooperante eſſent duo peccata.

Contra ſecundam, & tertiam concluſiones, arguit Scotus probando quòd peccatum dimiſſum, poteſt redire idem numero quòad reatum eundem, qui eſt obligatio ad pęnam, Deus poteſt obligare iſtum pro b. inſtanti temporis futuri ad eandem pęnam, quàm pro a. inſtanti tẽporis præteriti. Et iſte poteſt obligari ad eandem, & per conſequens habere eundem reatum, antecedens probatur, quia voluntas mea poteſt non ordinare hunc ad pęnam, ſi non offendat veluti ſeruus manumiſſus propter ingratitudinem pœnę, iterum ſeruitio iuſtè ſubijcitur 12 quæſt. 2. Epiſcopus: ergo, & Diuina voluntas hoc iuſtè poteſt.

Confirmatur. Actus diuinus non dependet à peccato recidiuantis: ergo Deus etiam de potentia abſoluta poteſt reducere obligationẽ iſtius ad eandem pęnam, quam prius, & ſic idẽ peccatum redire.

Reſpondeo. Argumenta bene probant reparationem eiuſdem obligationis numeralis, ſed illa obligatio non eſſet propriè reatus, nec haberet rationem reatus. Non enim quæcunque obligatio ad pęnam eſt propriè reatus, ſed illa ſolum, quæ eſt propriè effectus peccati. Talis autem obligatio eſſet effectus ſolius Dei prima ſecundæ, quæſt. 86. articul. 1. ad tertium. Itẽ 2. ſententiarum, diſtinct. quadrageſima ſecunda, artic. 2 ad quartum.

Ex quibus patet, quòd per ſolius Dei actionem peccatum dimiſſum non poteſt redire, quòad eundem reatum. Obligatio enim alia à ſolo Deo cauſata, non habet propriè rationẽ reatus.

Ad cõfirmationem dicitur, quod licet actus diuinus non dependeat, reatus tamen ſic depẽdet, quod poteſt fieri, nec eſt, niſi cauſetur partialitèr à peccato, peccatum autem præteritũ per nullam potentiam reparari poteſt,

Contra eaſdem argui poteſt, quod non plenè diſtinguit de reatu. Eſt enim duplex damni, & ſenſus, quòad pœnam damni, per peccatum ſequens, redeunt omnia peccata, prius dimiſſa, quia æquè priuatur gratia, & gloria. Et ſic loquitur Iacobus in canonica. Qui offenderit in vno, factus eſt omnium reus, loquendo verò de pœna ſenſus, non redeunt dimiſſa peccata, niſi ſecundum quia homo eſt debitor aliquantæ maioris pœnæ propter ingratitudinem.

Reſpondeo, probatur quod redeat æqualis reatus pœnæ, non autem idem numero.

Argumentum in pede quæſtionis eſt. Ponatur, quod quis poſt veram contritionem de peccatis cadat in nouum peccatum, & moriatur ſtatim. Conſtat, quod ad infernum deſcendet: ergo de peccatis, quæ erant ſibi dimiſſa, punietur, cum non ſit ſibi tota pęna remiſſa: ergo ſimilem reatum incurrit.

Reſpondeo. Pro pęna, cuius eſt debitor, punietur in inferno temporalitèr. Nec propter hoc ſequitur, quod ſit in inferno redemptio, quia pęna, quæ ſoluitur, non redimitur. Nec eſt inconueniens, quod quantum ad aliquid accidentale pęna inferni minuatur vſque ad diem iudicij, ſicut etiam augetur. Hæc eſt reſponſio Sanct. Thom. hic quæſtione prima, artic. primo ad quintum.

Contra hanc reſponſionem arguit Petrus multiplicitèr, argui etiam poteſt quia Sanct. Thom, alibi oppoſitum dixit, ſcilicet quintadecima diſtinctio. huius, quæſtio. 1, articul. 3. quęſtiunc. 2. & ad 4. Item diſtinct. 21. diſtinct. huius, quæſt. 1. artic. 2. in ſolutione tertiæ quæſt. Ideò videtur propter prædicta dicendum, quòd nullus reatus in inferno poſſit expiari, ſiuè peccatum remiſſum fuerit veniale, ſiuè fuerit mortale.

Ad primam verò reſpõſionem dicitur, quòd Sanct. Thom. forſan illam dedit inaduertentèr, aut tanquam recitans dicta aliorum, aut quod intendebat, quod non puniretur æternalitèr, ex reditu primi reatus, ſed virtute reatus ſequentis vltimum peccatum.

¶Cum verò ait, quod pęna inferni ante iudicium poteſt minui. Debet intelligi, non quia tollatur culpa, vel reatus pęnæ, ſed quia damnati de multis actu non cogitant cauſantibus dolorem, ſi actu de eis cogitarent.

¶Multis etiam alijs modis poteſt reſponderi pro reuerentia Sanct. Doct. Nam & Beatus Auguſtinus multa retractauit.

Si quæratur, quomodo ergo ſuſtinebitur, quod peccata dimiſſa non redeant, ſi peccatum in hoc ſæculo ſemel dimiſſum, quòad culpam, & pę-

Digitized by Google

& pęnam æternam, poſtea in recidiuante æternalitèr in inferno puniatur.

Reſpondeo, quòd ille quidem punietur ęternalitèr, non tamen tàm acerbè, ac ſi peccata præcedentia non fuiſſent dimiſſa, nec punietur pro primo reatu, nec pro ſecundo directè, & per ſe æternalitèr, ſed per accidens, ex adiunctione tertij reatus, qui causâtur ex vltimo peccato mortali. Vnde redit culpa, & reatus, niſi in ſuo effectu occaſionalis, inquantum reatus ſequentis peccati eſt grauior occaſione præcedentium dimiſſorum.

*In hac 22. Diſtinctione, quarti Sententiarum, & duabus quaſi ſequentibus confutantur hæreſes damnatæ, vt in noſtro Commentar. in text. Magiſtri, & confutantur etiam hæreſes, quæ ſunt in Abecedario, & in Ethimologijs hæreſum, & confutantur ſimilitèr, Idolatriæ, vt in Abecedario Idolorum in principio, vide ibi lit. P. R. & S. ac etiam confutantur falſæ Theologiæ Phænicum, Ægyptiorum, Græcorũ, Atlanticorũ, Phrygiorum, Gentiũ, &c. ab Euſebio in primo, ſecundo, tertio, & quarto libro de præparatione Euangelica contra Theologiam fabuloſam Poetarum antiquorum. Contra genealogias Deorum falſorum Heſiodi, & contra genealogias falſorum Deorum Homeri ex quibus Boccacius de Gręco in Latinum verſauit ſuam genealogiam, & de Latino in Hetruſcum, vt ait Aſcentius, & Seruius ſuper Virgilium, &c. & vide Ouid. & Anguillaram in Metamorph.*

*Ex concluſionibus, probationibus, & ſolutionibus argumentorum Capræoli ſoluuntur argumenta Vulpes, & aliorum recentiorum facilè, vt facit Ariſtotiles ad argumenta Antiquorum, quod veritatis cognitio dubiorum eſt ſolutio, & cum Cardinali Bellarmino dicente in libro de Scriptoribus Eccleſiaſticis de Ioanne Capræolo, quòd Ioannes Capræolus ſit defenſor Egregius Sancti Thomę, & optimè diſſoluit omnia argumenta aduerſariorum: dicunt verba formalia Bellarmini, ergo ſi optimè diſſoluit per Bellarminum, ſunt ſoluta argumenta cum his doctrinis hic: Sicut ſoluit Ariſtoteles contra antiquos dicendo in 3. de Cœlo, & in 3. Metaphiſic. veritatis cognitio, dubiorum eſt reſolutio.*

*Reſpondetur ſecundo cum Cardinali Sarnano Franciſcano doctiſſimo, cum 128. concordantia, & ſimilitèr cum concordantia Bonaherba.*

*Reſpondetur tertio cum Petro de Bergamo, & Bartholomæo Spina dicentibus in tabula Sancti Thomæ, quod qui ſcit totam Logicam Sancti Thomę, Philoſophiam etiam moralem, totam Metaphyſicam Sancti Thomæ, & totam eiuſdem Theologiam, nullum poteſt facere argumentum contra Sanctum Thomam, & ideo ſubdit, quod iſti recentiores ſtudent tantummodo articulo, ſuper quem componunt, & non habent in mente omnia Opera Sancti Thomæ loquentis præſuppoſitiuè, pręſupponendo omnia ſupradicta, & dicenda, quapropter prærumpunt in verba in tantum Magnum Doctorem nullo modo applicanda, quod Sanctus Thomas contradicat ſibi ipſi, & ideo Cardinal. Sarnanus, quia ſciebat totum Sanctum Thomam concordauit ſimilitèr, etiam Ioannes Capręolus ſoluit argumenta aduerſariorum, cum locis Sancti Thomæ, quia totum in mente habebat Sanctum Thomam, & ideo Bellarm. dicebat bene omnia ſoluere Capręolum.*

*Argumenta verò Vaſquez, Valentię, Molinæ, Suarez, etc. quia colliguntur, et ſoluuntur, clarè, diſtinctè, et breuiter à Ripa, à Nazario, à Conſales, à Nauarretto, à Zenardo, et pręcipuè à Montagnolo, in tertia parte Sancti Thomæ quæſtio. 85. de pænitentia ſecundum quod eſt virtus. ideo vide ibi.*

*Vide noſtram expoſitionem Petri Lombardi aperientem mentem huius materiæ, vt in folio 72. hic, et infra pro 3. reſponſione Vulpes. Ac etiam vide 1. 2. et 3. folium pro reſponſione quarta, quinta, et ſexta ad argumentum eiuſdem Vulpes.*

*Reſpondetur ſeptimo declaratione Scoti, & Sancti Thomæ per Radam Franciſcanum hic declarantem S. Thom.*

*Loca Sacræ Scripturæ hic, & infra à Salmerone, Emanuel Sa, à Toleto, à Prierio, Vegha, à Poſſeuino, à Salian, Torello in annalibus à creatione Mundi, quæ videntur repugnare aliquo modo Thomiſtis, quia ſunt concordata à nobis in fine noſtrę expoſitionis totius Bibliæ, et in Anatomia Biblię impreſſa ideò vide ea illic.*

*Reſponſiones apparentes contradictiones apud Vulpes. vide in fine huius quarti.*

## DISTINCTIO XXIII.

### *Quęſtio. 1. 4. Sent.*

CIRCA Diſtinctionem vigeſimam tertiam quæritur. Vtrum extrema vnctio ſit Sacramentum.

Pro quæſtione ſit prima concluſio, Extrema vnctio non eſt merum, & purum ſacramentale, ſed Sacramentum. Hanc ponit ſanct. Thom. præſenti diſtinct. quæſt. 1. in ſolutione primæ quæſtiun.

Digitized by Google

quæſtiunc. Huius ratio eſt. Attingens ad effectum principalitèr intétum in adminiſtratione Saramentorum, eſt Sacramentum. Sed extrema vnctio eſt huiuſmodi: ergo minor probatur ex dicto b. Iacobi. Si in peccatis fuerint dimittentur ei.

Contra rationem arguit Petrus de Palude. Ratio eſt dubia: ergo antecedens probatur. Nã effectus Sacramenti eſt character, vel ordinatus, quem attingit etiam fictus. Effectus auté extremæ vnctionis, eſt gratia gratum faciens, quam non attingit fictus: ergo.

Reſpondeo. Dico primò, quòd ſenſus eſt, quòd attingit ad effectum principalitèr intentum, non effectiuè tanquam perficiens, ſed ſolum tanquam diſponens diſpoſitione immediata ad perfectionem vltimatè intentam, quam diſpoſitionem efficit inſtrumentalitèr non tanquam agens principale.

¶Dicitur ſecundò, quòd gratiæ ſacramentales diſtinctæ à gratia gratum faciente, ſunt vno modo diſpoſitiones ad eandem gratiam, & alio modo ſunt eius effectus. Diſpoſitiones quidé, inquantum eis poſitis ſublato gratiæ obice, ponitur gratia, ſicut vltima diſpoſitio materiæ infert formam principalitèr intentam. Sunt verò effectus gratiæ, quantum ad eſſe formatam, aut quantum ad aliquam perfectionem ſecundam.

*Concluſio II.* Effectus huius Sacramenti principalis eſt remiſſio peccatorum, quòad reliquias peccati, & ex conſequenti etiam quantum ad culpam ſi eam inueniat. Hanc ponit Sanct. Thom. vbi ſuprà, articul. 2. in ſolutione prima quæſtiunc.

Huius prima ratio eſt. Ille eſt effectus principalis Sacramenti, qui directè, & principalitèr ſignificatur per Sacramentum. Sed hoc Sacramentum principalitèr, & directè ſignificat medicationem infirmitatis ex peccato relictæ: ergo.

Secunda ratio eſt. Omne Sacramentum conferens gratiam non ponenti obicem, tollit culpam ſit eam inueniat. Sed extrema vnctio eſt huiuſmodi: ergo.

Contra arguit Durandus hic quæſt. 1. probando, quod effectus eius Sacramenti non ſit roboratio naturæ contra debilitatem, ex peccato relictam. Primò ſequeretur, quòd tale Sacramentum etiam ſanis eſſet exhibendum, qui egent exhilaratione mentis, & in quibus reperitur talis debilitas, per quam patiuntur difficultatem ad opera gratiæ. Hoc eſt inconueniens: ergo.

Reſpondeo. Dico primò, quod Sanct. Tho. non ponit, quod exhilaratio mentis ſit effectus huius Sacramenti, ſed robur mentis contra prædictam debilitatem, & habilitatio ad actus gratiæ, & gloriæ contra inhabilitatem, & ineptitudinem ad tales actus relictam ex peccato, vt declaratum eſt.

¶Dico ſecundò, quòd licet prædicta debilitas reperiatur in ſanis, non tamẽ ſequitur, quod paritèr eis ſit exibendum Sacramentum hoc. Tùm quia ſacra ſcriptura præcipit, illud tantum dari infirmis. Tùm quia in hoc Sacramento infirmitas ſpiritualitèr debet ſignari per infirmitatem, & ſpiritualis curatio per corporalem, à præſenti diſtinct. quæſt. 2. artic. 2. in ſolutione primæ quæſtiunc. Et ad primum. Tùm quia ſanis non imminet de propinquo ſtatus exercendi actus gloriæ, ſicut infirmis, ibidem in ſolut. 2. quæſt. & ad ſecundum.

Item arguit. Difficultas ad opera gratię eſt naturalis. Effectus autem huius Sacramenti eſt indulgentia aliqua peccatorum, vt patet ex forma eius. Ergo illa difficultas non eſt effectus huius Sacramenti.

Reſpondeo, negatur, quòd illa difficultas ſit naturalis, ſed eſt effectus peccati per ſe, inhabilitas enim naturalis ad actus gloriæ, dicitur negatiuè, quia vero eſt ex peccato contrariè, qui tollitur per hoc Sacramentum Sanct. Thom. diſtinct. 47. hic artic. 1. in ſolutione primæ quæſt. ex quibus ſequitur, quòd peccatum non ſolum inhabilitat creaturam rationalem ad actus gloriæ, ſed etiam creaturas inanimatas.

¶Inhabilitat quoque ad actus virtutum, & gratiæ, prima ſecundæ, quæſt. 85. art. 1. & 3. item de malo, quæſt. 2. art. 11.

¶Petitur ergo per illam orationem indulgeat tibi Dominus, indulgeri peccatum quòad reliquias ab ipſo relictas.

Sciendum, quòd ſanct. Thom. nunquam dicit, vt legit quòd exhilaratio ſit effectus huius Sacramenti, ſed bene dicit hic quæſt. 1. artic. 2. quæſtiunc. 3. ad tertium, quod in hoc Sacramẽto res, & Sacramẽtum non eſt character, & quędam interior deuotio, quę eſt ſpiritualis vnctio. Si itaque talis deuotio, vocetur exhilaratio, nõ contendo. Puto tamen, quòd illa deuotio nõ ſit actualis, ſed magis habitualis, & potius actus primus per modum formę, quàm actus ſecundum per modum operationis. Et forte poteſt vocari ornatus, & diſpoſitio ad gratiam vel deliberatio quędam ad futuram gloriam, ſicut dicit ſanctus Thomas diſtinct. 2. huius quęſtio. 1. articulo 2. in ſolutione quęſtiunc. primę. Remiſſio autem peccatorum, de qua ſit mentio in forma huius Sacramenti, eſt vltimus illius effectus.

Sciendum quoque, quòd cum dicit ſanctus Thom. quod hoc ſacramentum non debet dari furioſis, & amentibus, intelligitur de illis, qui nec tunc, nec ante habuerunt actualem deuotionem,

tionem, & deſiderium percipiendi hoc Sacramentum.

Huius itaque effectus principalis non eſt fortificatio contra tentationem, nec remiſſio venialium, quòad culpam, vel ad pœnam, ſed præparatio ad gloriam animæ, & corporis, per ſublationem reliquiarum peccati. Ex quo ſequitur, quòd iſta vnctio potius aſſimilatur vnctioni dedicatiuæ quàm pugilatiuæ, quòad finem, ad quem ordinatur.

*Concluſio* III. Materia proxima huius Sacramenti eſt oleum, per Epiſcopum conſecratum. Hanc ponit ibidem, artic. 3. in ſolutione 2. quæſtiunc. huius ratio eſt. Omnis efficacia Sacramentorum à Chriſto deſcendit, & ideò Sacramenta illa, quibus ille vſus eſt, habent efficaciam ex ſuo vſu ſicut tactu ſuæ carnis vim regeneratiuam contulit aquis. Sed hoc Sacramento non eſt vſus, nec aliqua corporali vnctione. Et ideò in omnibus vnctionibus requiritur ſanctificatio.

Contra rationem arguit Durandus in 4. diſt. Hæc ratio non valet propter duo, Primò quia ſequeretur: quòd non oporteret ſanctificare materiam in alijs ſacramentis, quinimo ſi ſanctificatur, fit iniuria primæ ſanctificationi, quaſi inſufficienti, hoc autem eſt falſum: ergo ſecũdo, quia aſſumit falſum, ſcilicet quod Chriſtus non fuerit vſus vnctionibus, ſicut patet Ioann. 12. & Lucæ 7. vnguento vngebat. Et Io. 19.

Si dicatur, quòd Chriſtus non fuerit vſus per modum ſacramentalis, non obſtat: quia à ſacramentis Chriſtus nihil accepit, & ſuo tactu dedit virtutem omnibus venientibus in vſum Sacramentorum.

Ad primum negatur ſequela. Quia non fit iniuria niſi idem genus ſanctificationis repetatur. Si autem aliud, & aliud repetatur, & ad aliud ordinatum non fit iniuria. Sicut enim in naturalibus ſunt plura accidentia diuerſorũ generum, ſic nihil prohibet in ſupernaturalibus eſſe plures ſanctificationes diuerſorum generũ 1. quæſt. huius diſtinct. art. 3. quæſt. 2. item diſt. 7. q. 1. art. 2. q. 3.

Ad ſecundum dicitur, quòd reſponſio ibidẽ data eſt vera. Fuit enim vſus vnctionibus, ſed non per modum Sacramenti. Ad improbationem dicitur, quod fundatur in conſequentia nullius apparentiæ, & exiſtentiæ, ſcilicet Chriſti contactus dedit virtutem aliquibus materialibus ſacramentalibus. Ergo dedit virtutẽ omnibus venientibus in vſum ſacramentorum. Non enim quilibet contactus Chriſti contulit virtutem rebus, ſed ſolum ille quo inſtituebat materiam Sacramenti.

*Concluſio IV.* Forma huius Sacramenti eſt oratio deprecatiua, & non indicatiua. Hanc ponit ibidem articulo quarto in ſolutione ſecundæ quæſtiunculæ.

Contra quoddam dictum b. Thomæ videlicet, quòd nullus effectus ſequitur ex hoc Sacramento concurrentibus omnibus, quæ ſunt de eſſentia Sacramenti, arguit Petrus de Palude hic quæſt. 1. Gratia non minoris virtutis eſt quàm natura, ſed concurrentibus omnibus cauſis naturalibus, impoſſibile eſt non ſequi effectum: ergo, & hic.

Reſpondeo, Sanct. Thom. intendebat non quòd ſequatur aliquis effectus, ſed quod integratio effectus huius Sacramenti, quæ includit ſanationem mentis, & corporis, non ſemper ponitur poſito perfecto Sacramento, & remota omni fictione ex parte ſuſcipientis, vt patet præſenti diſtinct. quæſt. 1. artic. 2. in ſolutione ſecũdæ quæſtiunculæ, item artic. 4. q. 3. ad 3. Ex quibus patet, quòd hoc Sacramentum ſemper inducit ſuum effectum principalem niſi ſit defectus ex parte recipientis, ſecundarium verò nõ ſemper. Defectus eſt multiplex, indiſpoſitio recipientis, puta ſit puer ſanus fingens ſe infirmum carens omni deuotione actuali præſenti, & præterita.

Secundò. A patribus decretum fuit quò officium Ambroſianum in ſua Diœceſi teneretur. Gregoranum verò per orbem. Nec aliquid eſt reprobatum de his, quæ Ambroſius docuit in cultus religionis Chriſtianæ. Sed Beatus Ambroſius, vſus eſt ſaltem tempore ſuo verbis indicatiui modi in exhibendo hoc Sacramento. Ergo oratio deprecatiua non eſt forma huius ſacramenti, minor declaratur, quia dicebat. Vngo oculos tuos, &c.

¶ Reſpondeo. Dico vt ſanct. Thom. prima quæſt. huius diſtinct. artic 4. quæſt. 2. ad tertiũ, quòd illa verba indicatiua non ſunt forma huius Sacramenti, ſed ſunt quædam diſpoſitio ad formam, inquantum intentio miniſtri determinatur ad actum illum per illa verba. Hæc ille. Vnde quælibet Eccleſia vtitur verbis deprecatiuis, & nulla ſolis indicatiuis.

*In hac 23. Diſtinctione, quarti Sententiarum, & vnica quæſtione ſequenti confutantur hæreſes damnatæ, vt in noſtro Commentar. in text. Magiſtri, & confutantur etiam hæreſes, quæ ſunt in Abecedario, & in Ethimologijs hæreſum, & confutantur ſimiliter, Idolatria, vt in Abecedario Idolorum in principio, vide ibi lit. E. S. & V. ac etiam confutantur falſæ Theologiæ Phœnicum, Ægyptiorum, Græcorũ, Atlanticorũ, Phrygiorum, Gentiũ, & c ab Euſebio in primo, ſecundo, tertio, & quarto libro de præparatione Euangelica contra Theologiam fabuloſam Poetarum antiquorum.*

Digitized by Google

*rum. Contra genealogias Deorum falſorum Heſiodi, & contra gænealogias falſorum Deorum Homeri ex quibus Boccacius de Gręco in Latinum verſauit ſuam genealogiam, & de Latino in Hetruſcum, vt ait Aſcentius, & Seruius ſuper Virgilium, &c. & vide Ouid. & Anguillaram in Metamorph.*

*Ex concluſionibus, probationibus, & ſolutionibus argumentorum Capræoli ſoluuntur argumenta Vulpes, & aliorum recentiorum facilè, vt facit Ariſtotiles ad argumenta Antiquorum, quod veritatis cognitio dubiorum eſt ſolutio, & cum Cardinali Bellarmino dicente in libro de Scriptoribus Eccleſiaſticis de Ioanne Capræolo, quòd Ioannes Capræolus ſit defenſor Egregius Sancti Thomę, & optimè diſſoluit omnia argumenta aduerſariorum: dicunt verba formalia Bellarmini, ergo ſi optimè diſſoluit per Bellarminum, ſunt ſoluta argumenta cum his doctrinis hic: Sicut ſoluit Ariſtoteles contra antiquos dicendo in 3. de Cœlo, & in 3. Metaphiſic. veritatis cognitio, dubiorum eſt reſolutio.*

*Reſpondetur ſecundo cum Cardinali Sarnano Franciſcano doctiſſimo, cum 129 concordantia, & ſimilitèr cum concordantia Bonæherbæ.*

*Reſpondetur tertio cum Petro de Bergamo, & Bartholomæo Spina dicentibus in tabulà Sancti Thomæ, quod qui ſcit totam Logicam Sancti Thomę, Philoſophiam etiam moralem, totam Metaphyſicam Sancti Thomæ, & totam eiuſdem Theologiam, nullum poteſt facere argumentum contra Sanctum Thomam, & ideo ſubdit, quod iſti recentiores ſtudent tantummodo articulo, ſuper quem componunt, & non habent in mente omnia Opera Sancti Thomæ loquentis præſuppoſitiuè, pręſupponendo omnia ſupradicta, & dicenda, qua propter prærumpunt in verba in tantum Magnum Doctorem nullo modo applicanda, quod Sanctus Thomas contradicat ſibi ipſi, & ideo Cardinal. Sarnanus, quia ſciebat totum Sanctum Thomam concordauit ſimilitèr, etiam Ioannes Capręolus ſoluit argumenta aduerſariorum, cum locis Sancti Thomæ, quia totum in mente habebat Sanctum Thomam, & ideo Bellarm. dicebat bene omnia ſoluere Capręolum.*

*Argumenta verò Vaſquez, Valentię, Molinæ, Suarez, etc. quia colliguntur, et ſoluuntur, clarè, diſtinctè, et breuitèr à Ripa, à Nazario, à Conſales, à Nauarretto, à Zenardo, et pręcipuè à Montagnolo, in ſupplemento tertiæ partis Sancti Thomæ quæſtio. 29 de Sacramento Extremæ vnctionis. ideo vide ibi.*

*Vide noſtram expoſitionem Petri Lombardi aperientem mentem huius materiæ, vt in folio 72. hic, et infra pro 3. reſponſione Vulpes. Ac etiam vide 1. 2. et 3. folium pro reſponſione quarta, quinta, et ſexta ad argumentum eiuſdem Vulpes.*

*Reſpondetur ſeptimo declaratione Scoti, & Sancti Thomæ per Radam Franciſcanum hic declarantem S. Thom.*

*Loca Sacræ Scripturæ hic, & infra à Salmerone, Emanuel Sa, à Toleto, à Prierio, Vegha, à Poſſeuino, à Salian, Torello in annalibus à creatione Mundi, quæ videntur repugnare aliquo modo Thomiſtis, quia ſunt concordata à nobis in fine noſtrę expoſitionis totius Bibliæ, et in Anatomia Biblię impræſſa ideò vide ea illic.*

*Reſponſiones apparentes contradictiones apud Vulpes, vide in fine huius quarti.*

## DISTINCTIO. XXIV.

### *Quæſtio. 1. 4. Sent.*

CIRCA Diſtinctionem vigeſimamquartam quæritur. Vtrum Ordo ſit Sacramentum.

Pro quæſtione ſit prima concluſio. Ordo Eccleſiaſticus, in quo datur ſpiritualis poteſtas, eſt verè ſacramentum. Hanc concluſionem quòad tres ſui partes, ponit ſanct. Thom. præſenti diſtinctio. q. 1. art. 1.

Prima ratio pro prima parte, quòd Ordo ſit, & debeat eſſe in Eccleſia, eſt. Status Eccleſiæ eſt medius inter ſtatum naturæ, & gloriæ. Sed in natura inuenitur ordo, quo quædam alijs ſuperiora ſunt, & ſimilitèr in gloria, vt patet in Angelis: ergo in Eccleſia debet eſſe Ordo.

Ratio ſecundæ partis cõcluſionis quòd in ordine detur ſpiritualis poteſtas poſita ibidem in ſolutione ſecundę quęſt. eſt à diffinitione ad diffinitum. Magiſter enim ſic diffinit ordinem. Ordo eſt ſignaculum quoddam Eccleſię, per quod confertur ſpiritualis poteſtas.

Ratio pro tertia parte concluſionis, quòd Ordo ſit ſacramentum poſita ibidem in ſolutione tertię quęſtio. eſt. Sacramentum nihil aliud eſt quàm quędam ſanctificatio hominis exhibita cum aliquo ſigno viſibili. Sed Ordo eſt huiuſmodi: ergo ſacramentum.

Contra arguit Scotus, hic quęſtio. prima probando, quòd Ordo non ſit poteſtas ſpiritualis ad aliquem actum in Eccleſiaſtica Hierarchia, primo ſequitur enim quòd Epiſcopatus ſit Or-

Digitized by Google

ſit Ordo condiſtinctus, quia habet condiſtinctā poteſtatem ad actum conferendi ſacros Ordines, & cōfirmandi.

Reſpondeo, conſequens illatum non eſt inconueniens, vt videbitur in ſequenti quæſtione.

Secundo ſequitur, quòd ſub Sacerdote, non ſit aliquis Ordo, quòd eſt contra omnes: ergo, probatur ſequela. Nam laicus poteſt facere, quod faciunt diaconenus, & ſubdiaconus, licet non congruè, ſimpliciter tamen efficit.

Reſpondeo. Dico primo, quod cæteri ordinati habent poteſtatem ſpiritualem, & recipiunt characterem in ſua ordinatione, præſenti diſtinct. q. 1. artic. 8. in ſolutione 2. quæſtiunc.

¶ Ad improbationem dicitur quod potius confirmat quàm infirmet propoſitum, quia actus licitus, & actus illicitus licet quandoque ſint eiuſdem ſpeciei in eſſe naturæ, differunt tamen ſpecie, vel genere in eſſe moris, vel iuris. Secundò itaque modo laycus non poteſt facere actum eiuſdem ſpeciei cum eo, quem facere poteſt diaconus. Item quicquid ſit de actu exteriori, tamen character Ordinis aliquem actum interiorem habet, cui ſimilem non poteſt habere non ordinatus, puta ſignare diſtinguere, & configurare, quarta diſtinctio. huius q. 1. ar. 1.

¶ Dico ſecundò, quòd character Ordinis aliquis eſt poteſtas ad faciendum aliquid, quod ſine illo non poſſet fieri, nec licitè, nec illicitè, ſicut character Sacerdotij, vel exorciſtæ. Aliquis verò eſt poteſtas ad faciendum aliquid, quòd ſine illo fieri poteſt, ſed non licitè, ſicut character diaconatus, & ſubdiaconatus. Aliquis verò eſt poteſtas ad faciendum aliquid, quòd ſine illò fieri poteſt etiam licitè, ſed non ex officio, ſicut eſt character trium ordinum minorum ſeptima diſtinctio. 4. articulo primo, quæſtio tertia.

Dico tertiò non eſſe manifeſtum, nec à Doctoribus determinatum. Vtrum character ſex ordinum extendat ſe ad aliquem actum interiorem, ad quem non ſe extenderent carentes tali ordine. Fortè verò actus ſuperiorum ordinum aliquem effectum habent nobis ignotum in corpore Chriſti myſtico poſitum, vel priuatiuū, diſponentem ad Sacramentum dignam ſuſceptionem, quem effectum non habet actus exercitus per laicum. Exorciſta autem indubitanter habet. Vnde puto, quòd nullus laicus poteſt exercere licitè actum exorciſtæ, quod ſi præſumeret nihil faceret, & mortalitèr peccaret.

Tertiò arguit, ſequeretur quòd Sacerdotium eſſet duo ordines, quia habet duplicem poteſtatem ſcilicet conficiendi quam acceperunt Apoſtoli ante reſurrectionem, & abſoluendi, quàm acceperunt poſt. Hoc eſt inconueniens ergo illa diffinitio incompetens.

Reſpondeo, negatur conſequentia. Ad probationem dicitur, quod poteſtas eſt vnica per eſſentiam habens reſpectus diuerſos actus. Dataque fuit Apoſtolis primò ad primarium vſū, poſt reſurrectionem verò, quoad ſecundarium, de his ſupra dictum eſt. Ad quorum dilucidationem valebunt dicenda ad obiecta contra ſecundam concluſionem.

*Concluſio II.* Eſt. Licet ſint plures ordines, omnes tamen ſunt vnum totale perfectum Sacramentum, & non plura totalia perfecta, nec plures ordines totales, & perfecti, ſed vnus totalis, & perfectus Ordo. Primam partem huius concluſionis ponit Sanct. Thom. præſenti diſtinct. quæſt. 2. artic. primo in ſolutione primæ quæſtionis. Secundam partem ponit ibidem ad ſecundum. Huius ratio eſt. Totum poteſtatiuum non prædicatur pluralitèr cum ſua totalitate de partibus ſuis collectiue ſumptis, ſed ſolum ſingulariter, ſed hoc quod dico Sacramentum Ordinis, vel Ordo eſt quoddam totum poteſtatiuum reſpectu ſeptem Ordinū. Ergo nō prædicatur cum totalitate de illis pluralitèr, ſed ſingulariter, vt poſſit dici, quòd illa ſeptem ſunt vnum totale Sacramentum perfectum Ordinis, & non plura totalia perfecta Sacramenta, vel Ordines perfecti totales.

¶ Contra arguit Durandus hic quæſt. 2. probando, quòd Ordo in generali acceptus non diuidatur in ſpeciales ordines ſicut in Sacramenta, ſed ſicut in Sacramenta, & ſacramentalia, ita quòd ſolum Sacerdotium eſt Ordo, primò. Quando plures actiones ordinantur ad vnum ſpiritualem effectum, & vna tantum illā attingit, ceteræ diſponunt, ibi eſt vnum tantum Sacramentum ſcilicet attingens cetera ſacramentalia ſcilicet diſponentia, ſed in Sacramento Ordinis eſt ſic actione Sacerdotis tantum attingente: ergo maior patet de catechiſmo, & exorciſmo reſpectu abſolutionis.

Reſpondeo. Petrus dicit, quòd maior eſt vera quando plures actiones ordinantur ſic ad vnum effectum communem, quòd non habent proprium ſicut in exemplificatis. Hic verò, actiones habent proprium effectum ex opere operato. Quia verò proprij effectus ſunt propropter aliquid vnum. Ideò omnes actiones ſimul faciunt vnum perfectum Sacramentum, ſed quælibet illarum imperfectum.

¶ Dicitur quoque, quòd maior eſt vera de actionibus ordinatis ab Eccleſia, non autem à Chriſto, præcipuè de diuerſis actionibus ſuper diuerſa ſuppoſita, & cum diuerſis formis ad conferendum ſpecialem gratiam, vel effectum gratiæ.

 Se-

Digitized by Google

Secundò arguit, poteſtas ordinis eſt actiua ad dandum, vel conficiendum Sacramenta, ſicut baptiſmi eſt paſſiua ad ſuſcipiendum. Sed nulla talis eſt ſub Sacerdotio: ergo, neque ſub eo eſt Ordo.

Reſpondeo, maior eſt inſufficiens, addendũ enim eſt, vel ad præparandum, miniſtrandum ad conficere, vel conferre. Nec valet ſimilitudo, ſicut vna eſt potentia paſſiua, ita vna actiua, quia plura exiguntur ad agendum, quam ad patiendum. Sufficit autem ad ſimilitudinẽ factam de Baptiſmo, & Ordine, quòd ſicut in Baptiſmo confertur potentia paſſiua ad ſuſcipiendum Sacramenta ſic in Ordine confertur aliqua potentia actiua, ad exercendum aliquā actionem mediatè, vel immediatè ordinatam ad Euchariſtiam, in præſenti diſtinct. quæſt. 1. in ſolut. 2. q.

Sciendum eſt, quod Ordo Oſtiariorum lectorum, & acolitorum nō ſolum eſt ex inſtitutione Eccleſiæ, ſed etiam diuina Sanctus Thom. vbi ſuprà in ſolut. ſecund argumenti.

Sciendum ſecundo, cum dicit Sanct. Thom. quod tota plenitudo huius Sacramenti eſt in ſolo Sacerdotio, & in alijs eſt quædam participatio, non loquitur de participatione ſacramenti, quoad nomen, & rationem, ſed quoad poteſtatem, quia illa perfectè eſt in ſacerdotio, ſed participatiuè in alijs. Eodem artic. 1. q. 1. ad tertium. Si autem intelligatur de participatione ſecundum nomen, & rationem, intellige non quia nullo modo participetur, aut in alijs non ſaluetur, ſed quia non ita perfectè, & completè.

Contra eandem concluſionem arguunt alij, Petrus quæſt. 24. artic. 3. Si omnes Ordines ſunt vnum Sacramentum perfectum: ergo aut quilibet Ordo æqualitèr pertinet ad Sacramentum eſſentialiter, aut in vno tantum conſiſtit ratio Sacramenti, ſcilicèt ſacerdotio. Sed primũ nullus dicit. Secundum autem ſi concedatur habetur intentum, erit enim vnum Sacramentum, & reliqui Ordines ſacramentalia.

Reſpondeo, ſunt vnum Sacramentum propter Ordinem ad vnum, & cuilibet conuenit ratio Sacramenti eſſentialitèr, licet non æqualitèr. Sicut ratio vitæ conuenit eſſentialitèr vegetatiuo, ſenſitiuo, & intellectiuo, non tamen æqualitèr, quia ſolo intellectiuo totalitèr, & perfectè, poteſt autem dici, quòd ſeptem Ordines ſunt ſeptem Sacramenta materialitèr, ſed vnũ ſacramentum formaliter, & perfectiuè propter ordinem ad vnum finem, qui eſt Euchariſtiæ ſacramentum.

Item arguunt. Illud ſolum eſt ſacramentum, quòd attingit ad effectum principaliter intentum, quòd verò diſponit, eſt ſacramentale, vt dixit ſanct. Thom. diſtinct. 23. quæſt. 1. ſed ſolum ſacerdotiũ attingit ad effectum principale: ergo erit tantum ſacramentum, & reliqua ſacramentalia.

Reſpondeo, finis principalitèr intentus eſt duplex, proprius, qui ſacramentis eſt gratia ſacramentalis, & deputatio ad aliquid. Ad proprium finem omnes attingunt Ordines, & communis, qui eſt celebratio Miſſæ, quam licet ſolum attingat ſacerdotium, tamen ad illam omnes alij ordines ordinantur, & operantur.

*In hac 24. Diſtinctione. quarti Sententiarum, & vnica quæſtione ſequenti confutantur hæreſes damnatæ, vt in noſtro Commenntar. in text. Magiſtri, & confutantur etiam hæreſes, quæ ſunt in Abecedario, & in Ethimologijs hæreſum, & confutantur ſimilitèr Idolatriæ, vt in Abecedario Idolorum in principio, vide ibi litera O. & S. ac etiam cõfutantur falſæ Theologię Phænicum, Egyptiorum, Gręcorum, Atlãticorum, Phrygiorum, Gentium, &c. ab Euſebio in primo, ſecundo, tertio, & quarto libro de præparatione Euangelica contra Theologiam fabuloſam Poetarum antiquorũ. Contra genealogias Deorũ falſorũ Heſiodi, & contra genealogias falſorum Deorũ Homeri, ex quibus Boccacius de Græco in Latinum verſauit ſuam geneologiam, & de Latino in Hetruſcum, vt ait Aſcenſius, & Seruius ſuper Virgilium, etc. & vide Ouid & Anguillaram in Metamorph.*

*Ex concluſionibus, probationibus, & ſolutionibus argumentorum Caprçoli ſoluuntur argumenta Vulpes, & aliorum recentiorum facile, vt facit Ariſtotiles ad argumenta Antiquorum, quod veritatis cognitio dubiorum eſt ſolutio, & cum Cardinali Bellarmino dicente in libro de Scriptoribus Eccleſiaſticis de Ioanne Capraolo, quòd Ioann. Capreolus ſit defenſor Egregius Sancti Thomæ, & optimè diſſoluit omnia argumenta aduerſariorum: dicunt verba formalia Bellarmini, ergò ſi optimè diſſoluit per Bellarminum ſunt ſoluta argumenta cum his doctrinis hic: Sicut ſoluit Ariſtoteles contra antiquos dicendo in 3. de Cœlo, & in 3. Metaphiſic. veritatis cognitio, dubiorum eſt reſolutio.*

*Reſpondetur ſecundò cum Cardinali Sarnano Franciſcano doctiſſimo, cum concordantia huius diſtinct. et ſimilitèr cum concordantia Bongherbę.*

*Reſpondetur tertiò cum Petro de Bergamo, et Bartholomęo Spina dicentibus in tabula Sancti Thomę, quod qui ſcit totam Logicam Sancti Thomæ, Philoſophiam etiam moralem, totam Metaphyſicam Sancti Thomę, et totam eiuſ-*

*eiuſdem Theologiam, nullum poteſt facere argumentum contra Sanctum Thomam, et ideò ſubdit, quod iſti recentiores ſtudent tantummodò articulo, ſuper quem componunt, et non habent in mente omnia opera Sancti Thomę loquentis pręſuppoſitiuè, præſupponendo omnia ſupradicta, & dicendo, quæ propter prærumpunt in verba in tantum Magnum Doctorem nullomodo applicanda, quòd Sanctus Thomas contradicat ſibi ipſi, et ideò Cardinal. Sarnanus, quia ſciebat totum Sanctum Thomam concordauit ſimilitèr, etiam* Ioannes *Capræolus ſoluit argumenta aduerſariorum, cum locis Sancti Thomæ, quia totum in mente habebat Sanctum Thomam, et ideò Bellarmin. dicebat bene omnia ſoluere Capreolum.*

*Argumenta vero Vaſquez, Valentię, Molinæ, Suarez, &c. quia colliguntur; & ſoluuntur, clarè, distinctè, & breuitèr à Ripa, à Nazario, à Conſales, à Nauarretto, à Zenardo, & præcipuè à Montagnolo, in tertia parte* Sancti *Thomæ, quæſtione 60. de Sacramentis, & quid ſit Sacramentum, ideo vide ibi.*

*Vide noſtram expoſitionem Petri Lombardi aperientem mentem huius materię, vt in folio 77. hic, & infra pro 3. reſponſione Vulpes. Ac etiam vide 1.2.& 3. folium pro reſponſione quarta, quinta, & ſexta ad argumentum eiuſdem Vulpes.*

*Reſpõdet. 7. declaratione* Scoti, *&* Sancti *Thomę per Radam Franciſcanum hic declarantem S. Thom.*

*Loca Sacræ Scripturæ hic, et infra à* Salmerone, Emanuel Sa, *à Toleto, à* Prierio, *Vegha, à Poſſeuino, à* Salian, *Torello in annalibus à creatione* Mundi, *quę videntur repugnare aliquomodo Thomiſtis. quia ſunt concordata à nobis in fine noſtrę expoſitionis totius Bibliæ, & in Anatomia Biblię impreſſa, ideo vide ea illic.*

*Reſponſiones apparentes contradictiones apud Vulpes, vide in fine huius quarti.*

## DISTINCTIO XXV.

### *Quæſtio 1. 4. Sent.*

CIRCA Diſtinctionem vigeſimam quintam, & finem præcedentis quæritur. Vtrum Epiſcopatus ſit Ordo.

Pro quæſtione ſit prima concluſio. Epiſcopalis poteſtas, quòad aliqua eſt ſuperior poteſtate Sacerdotis non Epiſcopi. Hanc ponit ſanct. Thom. 24. diſtinct. huius quæſt. 3. artic. 2. in ſolut. 1. quæſt. Ex quibus duplex ratio poteſt formari pro duplici parte concluſionis. Pro prima quidem, ſcilicet quòd poteſtas Epiſcopalis non ſit ſuperior poteſtate ſimplicis ſacerdotis, ſic. Poteſtas ſacerdotalis poteſt exire in actum ſuum principalem, non ſuppoſito aliquo actu poteſtatis Epiſcopalis: ergo quòad hoc poteſtas ſacerdotalis non eſt inferior Epiſcopali. Quòad ſecundam partem, ſcilicet, quòd Epiſcopalis ſit ſuperior Sacerdotali, quòad actum ſecundarium, ſic poteſtas quæ non poteſt exire in actum ſuum ſecundarium, niſi præſuppoſita ordinatione, vel actione alterius poteſtatis eſt ea inferior, quòad hoc. Sed poteſtas ſacerdotalis eo modo ſe habet ad poteſtatem Epiſcopalem: ergo.

Contra hanc concluſionem, ſunt multa dicta Beat. Hieron. qui videtur velle, quòd ſacerdotalis, & Epiſcopalis poteſtas ſunt penitus idem, ſed Eccleſia propter periculum ſchiſmatis ſtatuit, vt vnus ſacerdos ſit ſuper alios, & Epiſcopus dicatur, cui aliquis benedictiones, & conſecrationes reſeruauit, vt habetur in decretis 93. di. c. legimus in Eſaia. Sed quia dicta opinio, non eſt plus contra ſanct. Thom. quam contra alios Doctores, & rationes eius ſufficientèr ſoluit, Durandus, & Petrus dicta Hieronym. conuenienter exponunt, ideò eas non recito de præſenti.

*Concluſio II.* Epiſcopatus eſt Ordo, accipiendo largè, prout Ordo dicitur tàm de ſacramento, quàm de officio, non ſacramento, non autem propriè, & ſtrictè, prout Ordo eſt ſacramentum. Hanc ponit ſanct. Thom. vbi ſuprà, in ſolutione ſecundæ quæſtionis, ad ſecundum.

Ratio pro prima parte concluſionis eſt. Omne officium habens poteſtatem exercendi ſacras actiones, & conferendi aliqua ſacramenta, quàm non habent carentes tali officio, eſt Ordo communitèr dictus, ſed Epiſcopatus eſt huiuſmodi: ergo.

Pro ſecunda parte, ratio eſt. Ordo importat poteſtatem ordinatam ad Euchariſtiæ ſacramentum. Sed talem poteſtatem non importat Epiſcopatus ſuperiorem ſacerdotio: ergo non eſt Ordo, qui ſit verè, & propriè, vel ſtrictè loquendo ſacramentum.

Contra rationem pro ſecunda parte arguit Durandus diſtinct. 24. quæſt. 6. primo, cùm enim dicitur in maiori, quod ſacramentum, importat habitudinem ad Euchariſtiam, aut intelligitur in conſecrando tantum, & ſic ſequitur, quòd minores ordines non ſint ſacramenta, quia nullã habent poteſtatem, aut intelligitur in conſecrã-



Digitized by Google

do,& diſponendo ad conſecrationem, ſeù conſecrati ſuſceptionem, ſequitur quod Ordo Epiſcopalis ſit magis Ordo, quàm minores Ordines, quia eius poteſtas eſt propinquior, & nobilior ad ſacramentum, ordinat enim miniſtros ad eius conſecrationem, vel confeſſionem: ergo.

Reſpondeo, illa diffinitio bona eſt, & intelligi debet ſub disiunctione, vel in conſecrando Euchariſtiam, vel in miniſtrando conſecranti, vel celebranti actualitèr,

¶ Ad improbationem negatur ſequela.

¶ Ad probationem negatur, quod habitudo illa ſit propinquior, & nobilior, cuius ratio eſt, ordines enim minorum ſunt ad miniſtrandũ actualitèr cõſecranti, non autem poteſtas Epiſcopalis. Item poteſtas minorum eſt ad ordinandum populum, & diſponendum, vt actu ſuſcipiat Euchariſtiam, poteſtas Epiſcopalis ordinatur ad corpus myſticum confirmandum, vel conſecrandum, vel benedicendum, vel regendum. Nec valet hæc conſequentia, Epiſcopatus confert ordinem: ergo eſt Ordo, ſicut nec iſta. Sacerdotium conficit Euchariſtiam: ergo eſt Euchariſtia.

Secundò arguit, ſummum ſacerdotium, & ſimplex conſtituunt vnum perfectum, & completum ordinem ſacerdotij: ergo Epiſcopatus eſt Ordo, conſequentia nota. Antecedens probatur, ſicut ſe habet conſecratio panis, & vini, ita & illi duo ordines, ſed talis conſecratio habet illa duo tanquam partes integrales Euchariſtiæ: ergo etiam conſecratio Epiſcopi, & ſacerdotis conſtituunt vnum perfectum ſacramentum.

Reſpondeo, negatur conſequentia. Ad probationem negatur ſimilitudo, quia conſecratio panis, & vini ordinantur ad vnum, & eundẽ finem, ſacerdotium verò, & Epiſcopatus ad diuerſos, ſacerdotium ad Corpus Chriſti verum Epiſcopatus ad corpus Chriſti myſticum.

Sciendum quòd Petrus de Palude à ſancto Thom. hic in duobus diſſentit, primò, quia ponit poteſtatem Epiſcopalẽ non differre à charactere ſacerdotali, niſi ſicut formam intenſam à ſeipſa remiſſa. Hoc enim eſt contra ſanct. Thom. vt patet ex dictis eius allegatis pro concluſione ſecunda, eſt etiam contra veritatem, quia non poſſe in actum alterius ſpeciei quam prius poſſet. Secundò quia ponit Epiſcopatũ eſſe ſacramentum non tamen diſtinctum à ſacerdotio. Nec obſtat, quod Epiſcopus dicitur ſummus ſacerdos, quia hoc non dicitur ex hoc, quod habeat ſuperius, aut perfectius ſacramẽtum, quam ſimplex ſacerdos, ſed ideò quia habet ſuperiorem poteſtatem non ſolum iuriſdictionis, ſed ordinis, & conſecrationis.

Tertiò arguit, Epiſcopi poſſunt diſpenſare confirmationem, & Ordinem ſacrum, quæ non poſſunt ſacerdotes ſimplices: ergo Epiſcopatus eſt Ordo.

Reſpondeo, conceditur quod ſit Ordo, ſed non talis Ordo, qui eſt sacramentum, quia non poteſt eſſe ſacramentum ſuperius, nec inferius, nec æquale, ſicut Papatus non eſt ſacramẽtum. & tamen habet poteſtatem ſingularem, tàm in ſacramentalibus, quàm in ſacramentis diſpenſandis præ cęteris Epiſcopis.

Contrà eandem arguunt alij. Ordo Acoliti eſt Sacramentum, qui debet portare candelabrum: ergo mirabile videtur, ſi Epiſcopus à quo dependet totus Ordo Eccleſiaſticus, non ſit Sacramentum.

Reſpondeo, negatur conſequentia, quia Ordo Eccleſiaſticus plus dependet à Papatu, quã ab Epiſcopatu, nec tamen nouam conſecrationem ſibi tribuit. Vnde etiam Epiſcopus in Papam electus, non aliter conſecratur.

Secundò arguunt, Epiſcopatus eſt à Deo inſtitutus, & cum ſigno viſibili conſecrationis datur, & ex opere operato gratiam confert, cum illa Epiſcopus plus indigeat: ergo eſt Sacramẽtum, probatur conſequentia, quia ibi ſunt omnia, quæ requiruntur ad eſſentiam ſacramenti.

Reſpondeo, negatur conſequentia, ad probationem negatur, quòd ibi ſint omnia. Licet enim ibi conferatur gratia ex opere operato, non habet tamen verè, & propriè rationem alicuius Sacramenti, quia ſcilicèt non habet completè perfectam rationem alicuius ſpeciei Sacramenti. Et de cœteris quidem patet, de Ordine verò probatur, quia non ordinatur ad Euchariſtiæ Sacramentum, ſed ad Corpus Chriſti myſticum, eſt ergo officium, vel poteſtas ſuperueniens Sacramento Ordinis, & eius characteri, & complementum eius quòad actum ſecundarium ſacerdotij, & perfectio accidentalis per accidens conſequens characterem Sacerdotij. Si quis autem contendat Epiſcopatum eſſe verè Sacramentum, hoc erit æquiuocè, vel analogicè, & non vniuocè cum alijs Sacramentis.

Quòd autem non oporteat omnem conſecrationem, in qua confertur gratia ex opere operato eſſe verè, & propriè Sacramentum teſtatur Sanct. Thom. 2. diſtinct. huius quæſt. 1. articul. 2. ad nonum. Item 3. parte, quæſt. 65. articul. 3. Item quarto diſtinct. 38. quæſt. 1. artic. 5. ad ſecundum. Non itaque erit Sacramentum, quia non ordinatur ad curationem morbi peccati.

Si quæratur, quomodò conſecratio Virginũ, & Regum conferat gratiam ex opere operato, cum non ſit inſtituta à Chriſto, ſed ab Eccleſia.

Reſpondetur, quòd Eccleſia illam inſtituit conſi-

Digitized by Google

conſilio, & inſtinctu Spiritus ſancti, confertur autem à ſimilibus gratia non tanquam à cauſa in qua exiſtat aliqua virtus, ſicut faciunt Sacramenta, ſed tanquam à cauſa, ſine qua non. Veruntamen cõſecratio Epiſcopalis ab ipſo Chriſto inſtituta creditur.

Contra concluſiones ambas ſimul arguit Aureolus probans, quòd Epiſcopatus à Sacerdotio non ſit Ordo diſtinctus. Primò ſi eſſet Ordo diſtinctus, aut eſſet ſuperior, aut inferior, aut æqualis. Non ſuperior, quia non habet actum ſuperiorem, vt diſtinguitur contra Sacerdotium. Conficere enim eſt actus melior, & dignior quam ordinare. Non inferior, cum præſupponat Sacerdotium. Non æqualis. Tũ quia conficere, & ordinare non ſunt æquales. Tùm quia in ordine hierarchico non poſſunt eſſe duo æqualia: ergo non eſt Ordo diſtinctus.

Reſpondeo eſt inferior, & ſuperior diuerſimodè. Inferior quidem Epiſcopatus, vt præſcindit à Sacerdotio, ideſt poteſtate Ordinis, ſuperior verò poteſtate iuriſdictionis, inferior quòad Euchariſtiam, ſuperior quoad Corpus Chriſti myſticum, inferior etiam eſt, quia non habet rationem characteris.

¶ Ad probationem, quòd non ſit inferior dicitur, quòd Sacramentum inferius prius ſumitur quam ſuperius de neceſſitate præcepti, ſed non eſt ſic de ordine, qui non eſt ſacramentum, vt eſt Epiſcopatus. Accipit enim quis prius Sacerdotium dignius quã magiſterium in theologia indignius.

Præſupponit autem Epiſcopatus Sacerdotium, ſicut poteſtas ligandi poteſtatem coficiẽdi, 12. diſtinct. huius quæſt. 1. artic. 1. quæſt. 2. ad primum. Tùm etiam quia Epiſcopus perfectè repreſentat Chriſtum, qui fuit Sacerdos, & Epiſcopus, 4. huius diſtinct. 24. quæſt. 3. art. 2. quæſt. 2. ad tertium. Et propter hoc Epiſcopus ſpecialitèr ſponſus Eccleſiæ dicitur ſicut Chriſtus.

Secundò, gradus Epiſcopalis, & Sacerdotiũ non ſunt diſtinctæ poteſtates: ergo idem Ordo, antecedens probatur. Sacerdos auctoritate Papæ poteſt Sacerdotem inſtituere: ergo nõ differunt poteſtas Epiſcopalis, & Sacerdotij, niſi ſicut poteſtas impedita, & non impedita, quæ tamen eſt eadem: ergo. Antecedens probatur. Quia omnis virtus actiua non impedita, poteſt transfundere ſeipſam.

Confirmatur. Papa Sacerdoti, omni alio circumſcripto, poteſt committere Ordines, cęteris autem poſitis, ſine Sacerdotio non. Et ſic reductio illius poteſtatis ad vſum dicitur ampliatio poteſtatis, & per conſequens erunt idem Ordo Epiſcopatus, & Sacerdotium.

Reſpondeo, negatur antecedens. Ad probationem dicit, quod illa propoſitio omnis forma, &c. eſt falſa, vt patet de intellectu agente, de voluntate, de anima rationali, de Angelo, & præſertim eſt falſa de virtutibus inſtrumentalibus ſacramentalibus. Non Diaconus poteſt Diaconum facere, &c. diſtinct. 25. quæſt. 1. artic. 1.

Quòd verò dicitur de impedimento characteris ſacerdotalis non apparet. Non enim prohibitio Dei, vel Eccleſiæ hoc efficit, quia ſchiſmatici, & hæretici ritè ordinati ordinant, non obſtante prohibitione Dei, & Eccleſiæ, diſtinct. 25. quæſt. 1. artic. 2. Forma etiam verborum conſecrationis Epiſcopi oſtendit, quod aliqua ibi poteſtas concedatur, & non ſit ibi remotio impedimenti.

Ad confirmationem dicitur, quod falſum, & erroneum eſt, & contra determinationem Eccleſiæ, quòd Papa poſſit committere collationem maiorum Ordinum Sacerdoti non Epiſcopo, ſanct. Thom. diſtinct. 25. huius quæſt. articul. 1. ad tertium. Præterea dicunt iura, quòd ea quæ ſunt ordinis, & conſecrationis, non poteſt Papa committere niſi Epiſcopis. Item Petrus de Palude multa ad hoc propoſitum dicit.

*In hac 25. Diſtinctione, quarti Sententiarum, & vnica quæſtione ſequenti confutantur hæreſes damnatæ, vt in noſtro Commentar. in text. Magiſtri, & confutantur etiam hæreſes, quæ ſunt in Abecedario, & in Ethimologijs hæreſum, & confutantur ſimilitèr, Idolatriæ, vt in Abecedario Idolorum in principio, vide ibi lit. E. S. & O. ac etiam confutantur falſæ Theologiæ Phænicum, Ægyptiorum, Græcorũ, Atlanticorũ, Phrygiorum, Gentiũ, & ab Euſebio in primo, ſecundo, tertio, & quarto libro de præparatione Euangelica contra Theologiam fabuloſam Poetarum antiquorum. Contra genealogias Deorum falſorum Heſiodi, & contra ganealogias falſorum Deorum Homeri ex quibus Boccacius de Greco in Latinum verſauit ſuam genealogiam, & de Latino in Hetruſcum, vt ait Aſcentius, & Seruius ſuper Virgilium, &c. & vide Ouid. & Anguillaram in Metamorph.*

*Ex concluſionibus, probationibus, & ſolutionibus argumentorum Capræoli ſoluuntur argumenta Vulpes, & aliorum recentiorum facilè, vt facit Ariſtotiles ad argumenta Antiquorum, quod veritatis cognitio dubiorum eſt ſolutio, & cum Cardinali Bellarmino dicente in libro de Scriptoribus Eccleſiaſticis de Ioanne Capræolo, quòd Ioannes Capræolus ſit defenſor Egregius Sancti Thomę, & optimè diſſoluit omnia argumenta aduerſariorum: dicunt verba formalia Bellarmini, ergo ſi optime*

*mè diſſoluit per Bellarminum, ſunt ſoluta argumenta cum his doctrinis hic: Sicut ſoluit Ariſtoteles contra antiquos dicendo in 3. de Cœlo, & in 3. Metaphiſic. veritatis cognitio, dubiorum eſt reſolutio.*

*Reſpondetur ſecundo cum Cardinali Sarnano Franciſcano doctiſſimo, cum concordantia huius diſtinctio. & ſimilitèr cum concordantia Bonæherbæ.*

*Reſpondetur tertio cum Petro de Bergamo, & Bartholomæo Spina dicentibus in tabula Sancti Thomæ, quod qui ſcit totam Logicam Sancti Thomę, Philoſophiam etiam moralem, totam* Metaphyſicam *Sancti Thomæ, & totam eiuſdem Theologiam, nullum poteſt facere argumentum contra Sanctum Thomam, & ideo ſubdit, quod iſti recentiores ſtudent tantummodo articulo, ſuper quem componunt, & non habent in mente omnia Opera Sancti Thomæ loquentis præſuppoſitiuè, pręſupponendo omnia ſupradicta, & dicenda, quapropter prærumpunt in verba in tantum* Ma*gnum Doctorem nullo modo applicanda, quod Sanctus Thomas contradicat ſibi ipſi, & ideo* Cardinal. Sarnanus, *quia ſciebat totum Sanctum Thomam concordauit ſimilitèr, etiam Ioannes Caprgolus ſoluit argumenta aduerſariorum, cum locis Sancti Thomæ, quia totum in mente habebat* Sanctum *Thomam, & ideo Bellarm. dicebat bene omnia ſoluere Caprgolum.*

*Argumenta verò Vaſquez, Valentię, Molinæ, Suarez, etc. quia colliguntur, et ſoluuntur, clarè, diſtinctè, et breuitèr à Ripa, à Nazario, à Conſales, à Nauarretto, à Zenardo, et pręcipuè à* Montagnolo, *in ſupplemento tertiæ partis Sancti Thomæ quæſtio. 34. de Sacramento* Or*dinis. ideo vide ibi.*

*Vide noſtram expoſitionem* Petri *Lombardi aperientem mentem huius materiæ, vt in folio 72. hic, et infra pro 3. reſponſione Vulpes. Ac etiam vide 1. 2. et 3. folium pro reſponſione quarta, quinta, et ſexta ad argumentum eiuſdem Vulpes.*

R*eſpondetur ſeptimo declaratione Scoti, & Sancti Thomæ per Radam Franciſcanum hic declarantem S. Thom.*

*Loca Sacræ Scripturæ hic, & infra à Salmerone, Emanuel* Sa, *à Toleto, à Prierio, Vegha, à Poſſeuino, à Salian, Torello in annalibus à creatione* Mundi, *quæ videntur repugnare aliquo modo Thomiſtis, quia ſunt concordata à nobis in fine noſtrę expoſitionis totius Bibliæ, et in Anatomia Bibliæ impreſſa ideò vide ea illic.*

*Reſponſiones apparentes contradictiones apud Vulpes, vide in fine huius quarti.*

## DISTINCTIO. XXVI.

## VSQ; AD XXIX.

*Quæſtio. 1. 4. Sent.*

IN Diſtinctione vigeſima ſexta, & tribus ſequentibus quæritur. Vtrũ Matrimonium ſit Sacramentum. Ad hanc quæſtionem reſpondetur tribus concluſionibus.

*Concluſio* I. Matrimonium eſt ſacramentum verè & propriè. Hanc ſic probat 4. ſententiarum, diſtinct. 26. quæſt. 2. artic. 1. omne quod eſt in remedium contra peccatum & confert gratiam ad virtutem ex opere operato eſt ſacramentum, cum iſta ſit diffinitio ſacramenti, ſed Matrimonium eſt huiuſmodi, confert enim gratiam, vt ſciat vnuſquiſque vas ſuum poſſidere, nec habet ex natura actus, ꝙ gratiam conferat, ſed ex diuina inſtitutione, non enim poteſt reddi ratio naturalis quare Deus dederit illis verbis, quòd conferant gratiam ex opere operato plus quàm orationi diuinæ: ergo eſt ſacramentum.

Confirmatur, extra de hæreticis cap. ad abolendum, & Apoſtolus ad *E*pheſios 5. dicit quod Matrimonium eſt magnum ſacramentum in Chriſto, & in Eccleſia.

Contra arguit Durandus hic quæſt. 3. quod matrimonium non dicatur vniuocè ſacramentum cum alijs. Primo quia quæ exterius ſunt in alijs ſacramentis non ſignificant naturalitèr rem contentam in ſacramento, ſed tantum ex diuina inſtitutione, aqua enim, quæ adhibetur in Baptiſmo, non ſignificat naturalitèr deletionem peccati, ſed ſignum exterius in Matrimonio ſcilicet ipſa verba ſignificant naturaliter rẽ contentam, quæ eſt res, & ſacramentum ſimul ſcilicet obligationem viri, & mulieris.

Reſpondeo. Dico primo, quòd ſimilitèr poſſet argui de omni ſacramento, quia omne ſacramentum habet aliquid proprium, per quod ab alijs diſtinguitur.

Dico ſecundò, quòd propria ratio ſacramẽti eſt eſſe ſignum, & cauſam rei ſacræ, iſta autem ratio æquè conuenit Matrimonio, & alijs ſacramentis, & ideò vniuocè dicuntur ſacramenta, licet vnum ſit dignius alio, ſicut etiam homo, aſinus vniuoce dicuntur animalia, licet homo ſit perfectius animal. Matrimonium autem nõ eſt ita perfectum ſacramentum ſicut alia, quia minus perfectè cauſat gratiam.

¶ Dico tertiò, quòd ea quæ exterius ſunt in Matrimonio ſcilicet coniunctio viri, & fœminæ non ſignificãt naturaliter coniunctionẽ Chriſti, & Ec-

Digitized by Google

& Eccleſiæ, nec verba exprimentia conſenſum ſignificant naturaliter obligationem viri, & fœminæ, inquātum illa obligatio eſt ſacra, & actu ſacrans, licet naturaliter ſignificent eam, vt eſt quædam res, ſed quod eam ſignificent, vt eſt actu ſacrans eſt ſolùm ex diuina inſtitutione.

¶Dico quartò, quòd res exterius apparens in Matrimoniò eſt Sacramentum tantum, obligatio autem viri, fœminę eſt res, & Sacramentum, gratia autem eſt res contenta in hoc Sacramento, & vltimus effectus eius, ſed coniunctio Chriſti, & Eccleſiæ eſt res ſignificata licet non contenta.

¶Dico quintò, quòd licet materialitèr ſubiectum, ſiue opus operatum, quod exterius apponitur in hoc Sacramento, eſt in alijs ſint diuarſarum rationum, conueniunt tamen vniuocè in vna ratione communi, quia omnia talia ſunt inuiſibilis gratiæ viſibilis forma.

Secundò. Nullum Sacramentum deijcit hominem à perfectiori ſtatu cum conferat gratiam, ſed matrimonium deijcit hominem à perfectiori ſtatu, ſcilicet à ſtatu virginitatis, aut continentiæ.

Reſpondeo negatur maior, ſed ſufficit quòd conferat gratiam ex opere operato, hoc autem facit Matrimonium, & non ipſa continentia, quæ confert gratiam tantum ex opere operantis.

¶Dico ſecundò, quòd conceſſa maiori, negaretur minor, quia licet actus Matrimonij deijciat à ſtatu perfectiori, non tamen ipſum Matrimonium deijcit, vt patet in Beata Virgine, cuius perfectio non eſt imminuta per Matrimonium.

Tertiò. Nullum Sacramentum poteſt eſſe ſine Baptiſmo, cum iſtud ſit ianua Sacramentorum, ſed Matrimonium poteſt eſſe ſine Baptiſmo, vt patet in infidelibus: ergò non eſt Sacramentum.

Reſpondeo, quòd licet Matrimonium, vt eſt in officium, poſſit eſſe ſine Baptiſmo, non tamē Matrimonium, vt eſt Sacramentum; vnde Matrimonium infidelium non eſt Sacramentum, ſed ſi Baptizentur erit poſtea Sacramentum.

Contra, in omni Sacramento opus eſt nouo facto, cum conſiſtat in operę operato, ſed in tali matrimonio nihil eſt de nouo factum, poſtquam ſunt Baptizati: ergo, &c.

Reſpondeo, negatur minor, quia oportet, q̄ tales habeant nouum conſenſum, vel nouam approbationem antiqui conſenſus, & nouam expreſſionem conſenſus per verba, vel aliquid æquipollens verbis, alioquin Baptiſmus non faceret Matrimonium antiquum eſſe de nouo ſacramentum nouæ legis.

Quartò. Omne Sacramentum habet formam diſtinctam à materia, ſed Matrimonium hoc non habet, quia verba viri non ſunt magis forma aut materia, quam verba fœminæ: ergo, &c.

Reſpondeo, negatur minor, quia vt dicit Petrus, verba exprimentia conſenſum ſunt loco formæ, & corpora coniugum ſunt loco materiæ, vel vt dicit ſanct. Doct. diſtinct. 26. quæſt. 2. articul. primo, primum, actus ipſorum coniugum ſunt loco formæ, & materiæ, quod dupliciter poteſt intelligi. Primò, quòd verba illius coniugum, qui primo profert conſenſum ſuum ſunt loco materiæ, verba illius qui vltimo profert ſunt forma, quia complent Matrimonium, ſicut etiam vltima ſyllaba complet ſignificatū termini, & vltima, & vnitas eſt forma numeri. Secundò intelligitur ſic, quòd conſenſus interior aliquo modo expreſſus, & ſenſibilis factus ſe habet loco materiæ, ſed verba per quæ exprimitur ſunt loco formæ.

Quintò. Omne ſacramentum, excepto Baptiſmo, quia eſt neceſſitatis diſpenſatur per miniſtros Eccleſiæ tātum, ſed Matrimonium non diſpenſatur per miniſtros Eccleſiæ, benedictio enim nubentium non eſt de neceſſitate: ergo.

Reſpondeo, negatur maior, de illo, quod nō habet pro materia, & forma aliud ab actu ſuſcipientis ſacramentum, ſic eſt in Matrimonio, vt dictum eſt.

*Concluſio II.* Matrimonium confert gratiam. Hanc probat vbi ſuprà, articulo 3. quia conferre gratiam conuenit omnibus Sacramētis nouæ legis.

Contrà arguit Durandus vbi ſuprà, quia huius oppoſitum tenent Godofredus, & Hoſtienſis in ſumma, & Bernardus in apparatu iſta ratione, quia non licet dare pecuniam pro eo in quo confert gratia, alioquin eſſet ſimonia, ſed licet dare pecuniam pro Matrimonio: ergo, &c.

Reſpondeo, quòd auctoritates illorum Doctorum non recipiuntur in Theologia.

Ad rationem dicitur, quòd licet ſit licitum dare pecuniam pro matrimonio, inquantum eſt in officium, non tamen vt eſt ſacramentum, vt dixit ſanct. Thom. 4. ſententiarum, diſtin. 25. q. 3. art. 2.

Secundò, Magiſter dicit in 4. diſtinct. 2. q̄ aliqua ſacramenta conferunt gratiam, & aliqua ſunt in remedium, vt coniugium.

Reſpondeo non fuit intētio Magiſtri, quòd coniugium non conferat gratiam, ſed voluit dicere, quòd principalitèr ordinatum eſt in remedium, licet conſequentèr gratiam conferat, ſicut, & alia.

*Concluſio III.* Matrimonium quantum ad id quod eſt res, & ſacramentum eſſentialitèr, eſt quædam relatio. Hanc ſic probat diſtin. 27. art. 1.

Digitized by Google

articul. 1. Matrimonium eſt coniunctio, per quam coniuges coniunguntur ad generationē prolis, & ad vnam vitam domeſticam: ergo eſt relatio. Sed quia iſta relatio eſt diuerſa numero in ipſis coniugibus: ideò appellantur his nominibus vxor, & maritus, quia non eſt vna ex parte materiæ omni ad vnam numero generationem ordinentur nominaliter hoc nomine Matrimonium.

Contra arguit Petrus hic. Omnis diſpoſitio eſt de genere qualitatis, & in prima eius ſpecie, ſed Matrimoniū eſt diſpoſitio ad gratiā ſicut, & alia ſacramenta: ergo eſt qualitas, & non relatio.

Reſpondeo. Dico primò, quòd per matrimonium datur quædam poteſtas coniugibus ad actus matrimonij, poteſtas autem dicit rem abſolutam, principium actus, ſuper hac verò poteſtate fundatur dicta coniunctio. ſufficit autem ad Matrimonium, quòd cauſet tale abſolutum, quale eſt illa poteſtas.

¶Dico ſecundo, quòd non oportet omnem diſpoſitionem eſſe de genere qualitatis, nam relatio propinquitatis eſt diſpoſitio ad hoc, quod agens agat in paſſum, & ſimiliter figura eſt diſpoſitio cultello ad agendum, & tamen non eſt de ſecunda, ſed de quarta ſpecie qualitatis.

Secundò arguit, quòd talis diſpoſitio, ſiuè ſit abſoluta, ſiuè relatiua ſit in corpore, vbi eſt id quod diſponitur, ibi eſt diſpoſitio, ſed Matrimonium diſponit ad reprimendas concupiſcētias, quæ ſunt in carne: ergo talis diſpoſitio eſt in corpore, ſiuè in carne.

Reſpondeo, negatur maior, ſed ſufficit, quòd talis diſpoſitio ſit in anima, quia etiam diſponit ad gratiam, à qua fluit aliquis effectus in corpore, & in potentijs corpori affixis, deinde eſt concupiſcibilis, & ſic patet, quòd poſſet etiam negari minor, ſi loquamur de immediatione, quia Matrimonium immediatè diſponit ad gratiam. Quod autem iſte nexus, ſit in anima, patet quia eſt nexus ſpiritualis, cum cauſetur ex conſenſu coniugum, qui eſt ſubiectiuè in voluntate. Formæ autem ſpiritualis habens eſſe fixum non poteſt eſſe in re corporali. Poſſet etiam fortè dici, quòd ſunt duo nexus, quorum vnus eſt materialis, & eſt in toto compoſito ſubiectiuè, alius eſt ſpiritualis, & eſt in anima, vterque autem eſt relatio realis.

*In hac 26. cum 3. alijs Diſt. ſeqq. 4. Sententiarum, & vnica quæſtione ſequenti confutantur hæreſes damnatæ, vt in noſtro Commentar. in text. Magiſtri; & confutantur etiam hæreſes, quæ ſunt in Abecedario, & in Ethimologijs hæreſum, & confutantur ſimiliter, Idolatria, vt in Abecedario Idolorum in principio, vide ibi lit. M. R, & S, ac etiam confutantur falſæ Theologiæ Phænicum, Ægyptiorum, Græcorū, Atlanticorū, Phrygiorum, Gentiū, & c. ab Euſebio in primo, ſecundo, tertio, & quarto libro de præparatione Euangelica contra Theologiam fabuloſam Poetarum antiquorum. Contra genealogias Deorum falſorum Heſiodi, & contra ganealogias falſorum Deorum Homeri ex quibus Buccacius de Græco in Latinum verſauit ſuam genealogiam, & de Latino in Hetruſcum, vt ait Aſcentius, & Seruius ſuper Virgilium, &c. & vide Ouid. & Anguillaram in Metamorph.*

*Ex concluſionibus, probationibus, & ſolutionibus argumentorum Capreoli ſoluuntur argumenta Vulpes, & aliorum recentiorum facile, vt facit Ariſtotiles ad argumenta Antiquorum, quod veritatis cognitio dubiorum eſt ſolutio, & cum Cardinali Bellarmino dicente in libro de Scriptoribus Eccleſiaſticis de Ioanne Capræolo, quòd Ioannes Capræolus ſit defenſor Egregius Sancti Thomę, & optimè diſſoluit omnia argumenta aduerſariorum: dicunt verba formalia Bellarmini, ergo ſi optimè diſſoluit per Bellarminum, ſunt ſoluta argumenta cum his doctrinis hic: Sicut ſoluit Ariſtoteles contra antiquos dicendo in 3. de Cœlo, & in 3. Metaphiſic. veritatis cognitio, dubiorum eſt reſolutio.*

*Reſpondetur ſecundo cum Cardinali Sarnano Franciſcano doctiſſimo, cum concordantia huius diſtinctio. & ſimiliter cum concordantia Bonaberbæ.*

*Reſpondetur tertio cum Petro de Bergamo, & Bartholomæo Spina dicentibus in tabula Sancti Thomæ, quod qui ſcit totam Logicam Sancti Thomę, Philoſophiam etiam moralem, totam Metaphyſicam Sancti Thomæ, & totam eiuſdem Theologiam, nullum poteſt facere argumentum contra Sanctum Thomam, & ideo ſubdit, quod iſti recentiores ſtudent tantummodo articulo, ſuper quem componunt, & non habent in mente omnia Opera Sancti Thomæ loquentis præſuppoſitiuè, præſupponendo omnia ſupradicta, & dicenda, quæ propter prærumpunt in verba in tantum Magnum Doctorem nullo modo applicanda, quod Sanctus Thomas contradicat ſibi ipſi, & ideo Cardinal. Sarnanus, quia ſciebat totum Sanctum Thomam concordauit ſimiliter, etiam Ioannes Caprȩolus ſoluit argumenta aduerſariorum, cum locis Sancti Thomæ, quia totum in mente habebat Sanctum Thomam & ideo Bellarm. dicebat bene omnia ſoluere Caprȩolum.*

*Argumenta verò Vaſquez, Valentię, Molinæ, Suarez, etc. quia colliguntur, et ſoluuntur, clarè, diſtinctè, et breuiter à Ripa, à Nazario, a Con-*

*à Conſales, à Nauarretto, à Zenardo, et præcipuè à Montagnolo, in ſupplemento tertiæ partis Sancti Thomæ quæſtio. 42. de matrimonio inquantum eſt Sacramentum, ideo vide ibi.*

*Vide noſtram expoſitionem Petri Lombardi aperientem mentem huius materiæ, vt in folio 72. hic, et infra pro 3. reſponſione Vulpes. Ac etiam vide 1. 2. et 3. folium pro reſponſione quarta, quinta, et ſexta ad argumentum eiuſdem Vulpes.*

*Reſpondetur ſeptimo declaratione Scoti, & Sancti Thomæ per Radam Franciſcanum hic declarantem S. Thom.*

*Loca Sacræ Scripturæ hic, & infra à Salmerone, Emanuel Sa, à Toleto, à Prierio, Vegha, à Poſſeuino, à Salian, Torello in annalibus à creatione Mundi, quæ videntur repugnare aliquo modo Thomiſtis, quia ſunt concordata à nobis in fine noſtræ expoſitionis totius Bibliæ, et in Anatomia Bibliæ impræſſa ideò vide ea illic.*

*Reſponſiones apparentes contradictiones apud Vulpes, vide in fine huius quarti.*

## DISTINCTIO XXX. XXXI. ET XXXII.

### *Quæſtio. 1. 4. Sent.*

CIRCA Diſtinctionem trigeſimam, & duas ſequentes quæritur. Vtrũ Matrimonium Beatæ Virginis Mariæ habuerit aliqua bona excuſantia illud.

Pro quæſtione ſit prima concluſio. Matrimonium debet habere aliqua bona excuſantia illud. Hanc probat Sanct. Tho. diſtinct. 31. quæſt. prima, artic. Huius ratio eſt. Nullus ſapiens debet iacturam aliquam ſuſtinere niſi pro aliqua recompenſatione alicuius æqualis, vel melioris boni, vnde electio illius ordinetur, & honeſtetur. Sed in coniunctione maris, & fœminæ iactura accidit. Tùm propter vehementiam delectationis, in qua ratio abſorbetur. Tùm etiam propter tribulationem carnis, quam ſuſtinet ex ſolicitudine temporalium: ergo debet habere aliqua bona excuſantia. Sunt autem ea fides, proles, & Sacramentum.

Contra rationem arguit Scotus hic primo. In ſtatu innocentiæ fuiſſent illa bona, nec excuſaſſent tunc actum carnalem, quia ibi non fuiſſet aliquod damnum rationis, ergo nec nunc excuſant.

Reſpondeo, negatur conſequentia, quia licèt tunc non eguiſſet excuſatione, tamen pro ſtatu iſto indiget. Vnde bona quæ nunc matrimonium excuſant, tunc perfeciſſent, ſicut pro illo ſtatu gratia non deleret peccata, ſed gratum faceret Deo. Nunc autem habet triplicem actũ, ſcilicet delere peccata, ſanare naturam, & gratum facere Deo.

Sciendum, quòd ſtatu innocentiæ durante quicunque actus carnalis fuiſſet actus matrimonij, non ſolum materialitèr quòad ſubſtãtiam, immò quòad omnes virtutis circũſtantias, nec poterat alitèr eſſe. Nunc autem non omnis actus carnalitèr etiam inter coniuges eſt actus matrimonij formaliter, nec actus virtutis.

Sciendum quoque quòd concluſio intelligitur de matrimonio conſummato, perfecto vltima perfectione, quale non fuit matrimonium Beatæ Mariæ, & Sanct. Ioſeph.

Item arguit. Stante illa ratione, non liceret dormire niſi propter aliquid melius cum tunc ſit rationis iactura maior intenſiuè, & extenſiuè, quam in coitu.

Si dicatur, quòd bonum ibi excuſans, eſt cõfortatio organorum, ſine quibus non eſt intelligere. Vel non eſſe iacturam, quia vigorantur inſtrumenta cognitionis.

Contra. Priuare perpetuo vſu rationis propter aliquem actum virtutis, eſt mortale, quia ille vſus eſt melior. Priuare autem ſe momentaneè, non eſt peccatum, ſicut Martyres elegerunt tormenta, quæ ſunt priuatiua talis vſus, ſicut, & voluptates: ergo.

Reſpondeo. Admiſſa illa reſponſione, dicitur ad replicam, quòd licet priuatio vſus rationis momentanea non ſit peccatum, eſt tamen pœna, ideò indiget aliqua recompenſatione, quę dicitur excuſatio, vnde Martyres elegerunt propter melius, præſenti diſtinct. quæſt. 2. artic. primo, & ad primum. Idem reſpondet Petrus de Palude.

Contra concluſionem arguit Aureolus. Nullus actus virtutis indiget aliquo excuſante, ſed actus matrimonij eſt actus virtutis: ergo.

Reſpondeo, negatur maior, accipiendo excuſationem pro recompenſatione.

Vnde ſciendum, quod actus poteſt conſiderari dupliciter. Primo materialitèr, ſcilicet quòad ſubſtantiam actus, & ſic cum ſit indifferens ad actum bonum, & malum indiget excuſatione extrinſeca ſcilicèt circũſtãtijs facientibus eum eſſe actum matrimonij formalitèr. Secundò poteſt conſiderari formaliter prout ſcilicet comprædendit actus, & omnes circumſtantias virtutis, & hoc modo indiget ideſt exigit partes ſicut dicimus quòd totum indiget partibus. Et hoc modo actus matrimonij indiget excuſatione

tione intrinſeca idest debitis circũſtantijs: eget ergo excuſatione idest recompenſatione damni, vel pœnæ, non autem excuſatione à culpa, quæ inſit, ſed quæ ineſſet, ſi dictis careret.

*Concluſio II.* Per prædicta bona actus matrimonij excuſatur à peccato, & non ſine illis. Hanc probat Sanct. Thomas diſtinct. trigeſimaprima, quæſt. ſecunda, articulo primo, & ſecundo, & ad ſecundum.

Huius ratio primæ partis eſt. Illa quæ actũ reddunt bonum bonitate virtutis, & bonitate Sacramenti excuſant actum à peccato. Sed hoc faciunt bona matrimonij, quando concurrũt in actum matrimonij: ergo.

Secundæ partis ratio eſt. Actus humanus cadens ſuper indebitam materiam, vel non relatus ad debitum finem, nec veſtitus debitis circunſtantiis, eſt peccatum, ſed actus matrimonij carens prædictis bonis, eſt huiuſmodi: ergo.

Contra quoddam ſequens ex concluſione, quòd eſt, quòd cognoſcere vxorem ad vitandũ fornicationem, non in vxore, ſed in ſe peccet, arguunt Durandus, & alij quidam primo, plus tenetur quis ſibi, quam alteri, ſed indiſtinctè propter vitandam fornicationem in coniugem petens debitum, non peccat: ergo multominus propter vitandam in ſe.

Reſpondeo. Quando vir ſiuè in ſe, ſiue in in vxore aliter prohibere poteſt fornicationẽ quàm per actum abſorbentem rationem, peccat vtens, ſi verò alitèr non poteſt, non peccat, ſiuè vt prohibeat in ſe, ſiuè vt prohibeat in vxore. Hæc Petrus.

Item arguit. Nulla paſſio eſt peccatum, niſi deordinet hominem, ſed cognoſcere vxorem propter vitandam fornicationem non deordinat hominem, quia ipſa eſt ordinata per rationem ad hoc ne peccatum incurrat: ergo.

Reſpondeo, negatur minor. Ad probationem dicitur, quòd non eſt rectè ordinata, quia finem poterat æque habere non perdendo vſũ rationis, vnde peccat ſaltem venialitèr.

Vltimo arguit. Quando principalis finis nõ eſt poſſibilis, puta proles in ſene, licitum eſt ratione ſecundarij, puta vitandæ fornicationis contrahere: ergo propter eundem ſecundarium finem licet petere debitum, non autem propter ſanitatem, quæ non eſt finis Sacramenti huius, ſicut neque propter ipſam licet baptizari, etiã ſi alitèr haberi non poſſit.

Reſpondeo, propter finem ſecundarium licet conuenire, quando principalis non ſperatur nec ſecundarius melius haberi non poteſt. Nã ſi alitèr poſſet haberi ſine detrimento rationis, & conuenitur cum detrimento rationis, vtpote cum voluptate, culpa eſt.

*Concluſio III.* Beata Maria non obſtante voto virginitatis, per eam emiſſo, contraxit verum matrimonium. Hanc ponit Sanct. Thom. diſtinct. trigeſima, quæſtione. ſecuda, articulo primo, in ſolutione primæ quæſtiunculæ. Item tertia parte, quæſt. 28. art. 4. & ad primum. Ex quibus hæc eſt ratio pro prima parte concluſionis. Virginitas Beatæ Virginis fuit optima, & Deo acceptiſſima, ſed laudabilior eſt virginitas, quæ eſt cum vno voto quam ſine: ergo. Quod autem erat prohibitum pro tunc noluit vouere ſimplicitèr, ſed ſub conditione, dubitãs an deberet.

¶ Secundæ partis ratio eſt. Vbi eſt forma matrimonij, ex qua matrimonium ſpeciem ſortitur, & finis, ibi eſt verum matrimonium. Sed in matrimonio Beatæ Virginis fuit talis forma, quæ eſt indiuiſibilis coniunctio animorum, per quam vnus coniugum indiuiſibilitèr alteri fidem ſeruare tenetur, item finis, quæ eſt proles, non quidem generanda ibi, ſed educanda: ergo.

Contra id quòd dictum eſt, quòd Beata Virgo vouit virginitatem ſub conditione, arguit Scotus diſtinct. 30. quæſt. 2. probans quòd vouerit ſimpliciter primo. Per nullam conditionem, quæ in omni voto abſoluto continetur, ſit votũ ſub conditione, ſed Beata Virgo vouit, ſi Deo placeret, quæ conditio in omni voto ordinato continetur: ergo, propter illam conditionem votum non debet dici ſub conditione.

Reſpondeo. Cum tali conditione intellecta habitualitèr, & non actualitèr, nec expreſſa vocalitèr ſtat votum abſolutum. Si autem ſit actu intellecta, volita, & expreſſa, votum non eſt abſolutum, & tale fuit votum Beatæ Virginis ante eius deſponſationem, excepta vocali expreſſione.

Secundò. Sancti conuincunt Beatam Virginem cum firmo propoſito vouiſſe, quia dixit, Virum non cognoſco: ergo votum eius nõ fuit ſub conditione.

Reſpondeo. Ante deſpoſationem prius B. Virgo vouit conditionaliter, & mentaliter. *Poſt* deſponſationem verò vna cum Ioſeph ante aduentum Gabrielis vouit abſolutè. Ideò argumentum non concludit. Hæc ſolutio habetur ex dictis B. Auguſtin. vt habere potes à Magiſtro diſtinct. 30. cap. 2.

Tertiò arguit. Votum ſimpliciter de virginitate ſeruanda non dirimit matrimonium cõtrahendum: ergo non eſt dicendũ ab his, quod propter hoc votum Beatæ Virginis fuerit conditionatum, antecedens probatur, quia ſtant ſimul illa duo. Cum in matrimonio ſint tantũ duo, mutua datio corporum, & carnalis copula implicite, ſi petatur.

Reſpondeo, negatur antecedens. Et ſimiliter conditio interpoſita de virginitate ſeruanda

in con-

in contractu matrimonij facit matrimonium eſſe nullum. Ideò ſi Beata Virgo tale votum emiſiſſet, non contraxiſſet verum matrimoniũ cum Ioſeph, vel illud attentando peccaſſet Sãctus Thomas præſenti diſtinctio. quæſtio. ſecũda, articulo primo, quæſtiuncula ſecunda ad primum.

Sciendum, quòd qui vouit abſolutè, & ſimpliciter virginitatem, ſi poſtea contrahat, dando corpus ſuum ſub conditione, ſi petatur, peccat, ſicut nec monialis profeſſa, poteſt contrahere cum illa conditione, quntumcumque ſit certificata, quod coniunx nunquam petat ab ea carnalem copulam, quia non ſolum ei damnabile eſt dare vſum corporis, immò dare poteſtatem corporis ſui.

¶Vltimò arguit exemplo ſic. Si quis contraxiſſet ſponſalia cum iuramento, & poſt vouiſſet virginitatem, conſulendum ei eſſet, vt cõtraheret de facto, deinde ante copulam volaret ad ordinem: ergo pariter licet contrahere, ſi sciret coniugem nunquam petiturum.

Reſpondeo. Conſilium illud eſſet malum, & peruerſum, excuſaretur autem ille à peccato periurij, ſi religionem ingrederetur, contrahendo verò abuteretur Sacramẽto, & committeret fictionem, & mendacium facti.

*Conclusio IV.* Illud matrimonium fuit licitum, nec indiguit aliqua excuſatione ſicut reliqua. Hanc probat trigeſima diſtinctio. huius quæſt. ſecundæ, articul. primo, in ſolutione ſecundę quæſtiunculæ. Item tertia parte, quæſt. 29. art. 1. ad 3.

¶Huius concluſionis primæ partis ratio eſt. Id quod habet multiplicem conuenientiæ rationem, & nihil contra rectam rationem, licitũ eſt. Sed matrimonium B. Virginis fuit huiuſmodi: ergo.

¶Secundæ partis ratio eſt. Ceſſante cauſa, ceſſat effectus cauſæ adæquatus. Sed cauſa, quare matrimonium requirit aliqua bona excuſantia ipſum, non fuit in matrimonio Beatæ Mariæ, cum neuter coniugum aliquam iacturã ex illo matrimonio reportauerit, ſed potius magnum bonum: ergo non oportuit, quod haberet aliqua bona excuſantia, & recompenſantia damnum.

*In hac 30. cum 2. Diſt. ſequentib. 4. Sententiarum, & vnica quæſtione ſequenti confutantur hæreſes damnatæ, vt in noſtro Commenntar. in text. Magiſtri, & confutantur etiam hæreſes, quæ ſunt in Abecedario, & in Ethimologijs hæreſum, & confutantur ſimilitèr Idolatriæ, vt in Abecedario Idolorum in principio, vide ibi lit. A. B. E. H. M. & V. ac etiam cõfutantur falſæ Theologię Phœnicum, Egyptiorum, Gręcorum, Atlãticorum, Phrygiorum, Gentium, &c. ab Euſebio in primo, ſecundo tertio, & quarto libro de præparatione Euangelica contra Theologiam fabuloſam Poetarum antiquorũ. Contra genealogias Deorũ falſorũ Heſiodi, & contra genealogias falsorum Deorũ Homeri, ex quibus Boccaſius de Græco in Latinum verſauit ſuam geneologiam, & de Latino in* Hetruſcum, *vt ait Aſcenſius, & Seruius ſuper Virgilium, etc. & vide Ouid & Anguillaram in Metamorph.*

*Ex concluſionibus, probationibus, & ſolutionibus argumentorum Caprɛoli ſoluuntur argumenta Vulpes, & aliorum recentiorum facile, vt facit Ariſtotiles ad argumenta Antiquorum, quod veritatis cognitio dubiorum eſt ſolutio, & cum Cardinali Bellarmino dicente in libro de Scriptoribus Eccleſiaſticis de Ioanne Capræolo, quòd Ioann. Capreolus ſit deſenſor Egregius Sancti Thomæ, & optimè diſſoluit omnia argumenta aduerſariorum: dicunt verba formalia Bellarmini, ergò ſi optimè diſſoluit per Bellarminum ſunt ſoluta argumenta cum his doctrinis hic: Sicut ſoluit Ariſtoteles contra antiquos dicendo in 3. de Cælo, & in 3. Metaphiſic. veritatis cognitio, dubiorum eſt reſolutio.*

*Reſpondetur ſecundò cum Cardinali Sarnano Franciſcano doctiſſimo, cum concordantia huius diſtinct. et ſimilitèr cum concordantia Bongherbę.*

*Reſpondetur tertiò cum Petro de Bergamo, et Bartholomęo Spina dicentibus in tabula Sancti Thomę, quod qui ſcit totam Logicam Sancti Thomæ, Philoſophiam etiam moralem, totam Metaphyſicam* Sancti *Thomę, et totam eiuſdem Theologiam, nullum poteſt facere argumentum contra* Sanctum *Thomam, et ideò ſubdit, quod iſti recentiores ſtudent tantummodò articulo, ſuper quem componunt, et non habent in mente omnia opera* Sancti *Thomę loquentis prɛſuppoſitiuè, præſupponendo omnia ſupradicta, & dicendo, quæ propter prɛrumpunt in verba in tantum Magnum Doctorem nullo modo applicanda, quòd* Sanctus *Thomas contradicat ſibi ipſi, et ideò Cardinal. Sarnanus, quia ſciebat totum* Sanctum *Thomam concordauit ſimilitèr, etiam* Ioannes *Capræolus ſoluit argumenta aduerſariorum, cum locis Sancti Thomæ, quia totum in mente habebat* San*ctum Thomam, et ideò Bellarmin. dicebat bene omnia ſoluere Capreolum.*

*Argumenta vero Vaſquez, Valentię, Molina, Suarez, &c. quia colliguntur; & ſoluuntur, clarè, diſtinctè, & breuitèr à Ripa, à Nazario, à Conſales, à Nauarretto, à Zenardo, & præcipuè à* Montagnolo, *in ſupplemẽto*



Digitized by Google

*tertia parte Sancti Thomæ, quæstione 29. de deſponſatione* Matris Dei, *ideo vide ibi.*

*Vide noſtram expoſitionem Petri Lombardi aperiẽtem mentem huius materię, vt in folio 77. hic, & infra pro 3. reſponſione Vulpes. Ac etiam vide 1. 2. & 3. folium pro reſponſione quarta, quinta, & ſexta ad argumentum eiuſdem Vulpes.*

*Reſpõdet. 7. declaratione Scoti, & Sancti Thomę per Radam Franciſcanum hic declarantem S. Thom.*

Loca *Sacra Scripturæ hic, et infra à Salmerone,* Emanuel Sa, *à Toleto, à Prierio, Vegha, à Poſſeuino, à Salian, Torello in annalibus à creatione* Mundi, *quę videntur repugnare aliquomodo Thomiſtis. quia ſunt concordata à nobis in fine noſtrę expoſitionis totius Bibliæ, & in Anatomia Biblię impreſſa, ideo vide ea illic.*

*Reſponſiones apparẽtes contradictiones apud Vulpes, vide in fine huius quarti.*

## DISTINCTIO. XXXIII.

## VSQVE AD XLII.

*Quæſtio. 1. 4. Sent.*

IN Diſtinctionẽ trigeſimãtertiam, & nouem ſequentes quæritur. Vtrum votum continentiæ annexũ ordinibus ſacris impediat ne ordinatus poſſit habere ſimul duas vxores.

Pro prima quæſtione hæc eſt prima concluſio. Licet habere duas vxores ſimul ſit aliquomodo contra legem naturæ, tamen talis pluralitas quandoque fuit licita ex Dei diſpenſatione.

¶Primam partem huius concluſionis ponit Sanct. Doct. 4. ſentent. diſtinct. 33. quæſt. 1. art. 2. dicens quòd principalis finis matrimonij eſt procreatio filiorum, vt dicitur 8. Ethic. Secundarius verò finis eſt communicatio operum, quæ ſunt neceſſaria in vita humana. Tertius finis eſt ſignificatio coniunctionis Chriſti, & Eccleſiæ. Primum finem nec totaliter tollit, nec impedit pluralitas vxorum, quia vnus vir ſufficit ad plures fœcundandas. Secundum verò finem multum impedit, quia non facilè poteſt eſſe pax in familia, vbi plures vxores vni viro iungantur. Tertium verò finem totalitèr impedit, quia Chriſtus eſt vnus, & Eccleſia eſt vna. Eſt ergo pluralitas vxorum aliquomodo contra legem naturæ, quia eſt contra ſecundarios fines matrimonij.

¶Secundam partem concluſionis probat vbi ſuprà, eo quod de facto Deus diſpenſauit, vt patet de Abraham, & multis alijs.

Contra declarationem primæ partis arguit Durandes primò, hic diſtinctione trigeſimaſecunda, quæſtio. prima. Id quod eſt per accidens, non cadit ſub arte, ſed quod pluralitas vxorum impediat pacem, eſt per accidens, nõ enim turbant pacem eo quòd ſint plures, ſed quia ſunt rixoſæ: ergo hoc non debet accipi pro ratione, & probatione concluſionis.

Confirmatur, quia communicatio operum, quæ ſunt neceſſaria ad vitã præter procreationem, & educationem liberorum conuenit, ſed matrimonio tantum per accidens: ergo eius impedimentum non eſt ſufficiens ratio, quòd pluralitas vxorum ſit contra legem naturæ, cõſequentia patet, antecedens probatur, quia Auguſtin. dicit ſuper Gent. quòd excepta educatione, omnia alia opera melius fiunt per virum, quàm per mulierem.

Reſpondeo, quòd licet pluralitas vxorum per accidens turbet pacem, tamen vt in pluribus eam turbat, ars autem, & lex non ſolum cõſiderat ea, quæ ſunt per ſe, ſed etiam ea, quæ vt in pluribus eueniunt.

¶Ad confirmationem, negatur antecedens, nam eius oppoſitum dicit Philoſophus 8. Ethi. cap. 10. & aliter experientia docet. dictum verò Auguſtini intelligendum eſt pro ſtatu innocentiæ antequam Adam peccaret.

Secundò arguit, quòd etiam ſine diuina diſpenſatione liceat habere duas vxores. Primò Abraham, Iacob habuerunt plures vxores, nõ tamen fuit cum eis à Deo diſpenſatum, cum nullibi habetur in ſcriptura: ergo.

Reſpondeo. Negatur minor, nam Deus per internam inſpirationem diſpenſauit cum eis, & poſtea per exemplum iſtorum deriuata eſt diſpenſatio ad alios Patres veteris Teſtamenti.

Contra. Non ſolum fidelibus, ſed etiam infidelibus innotuit, quòd prædicti habebant plures vxores: ergo non peccabant infideles, imitando eos in hoc.

Reſpondeo. Negatur conſequentia, quia ſic innotuit fidelibus, quòd etiam eis innoteſcebat eis licere, non ſic autem infidelibus. Et ideò lex naturalis quaſi in omnibus infidelibus erat quantum ad hoc obfuſcata, ſicut & circa multa alia grauiora, vt dicit Sanct. Doct. vbi ſupra art. 3.

¶Ex prædictis patet, quod nullus vnquam licitè accepit duas vxores, ſeù propter alterius eorum ſterilitatem, ſiuè cum eius conſenſu, niſi Deus cum eo diſpenſauerit.

Tertiò, viro licet emittere votum caſtitatis de conſenſu mulieris: ergo & habere aliam vxorem

rem de eius conſenſu. tenet conſequentia, quia per emiſſionem voti in totum præiudicatur vxori, per acceptionem verò ſecundæ vxoris præiudicatur ei tantum in parte, quia adhuc poteſt ei reddere debitum: ergo.

Reſpondeo. Negatur conſequentia, & ratio eſt, quia de ratione matrimonij eſt, quod vterque coniugum det alteri poteſtatem ſuper totum corpus ſuum, & ideò non poteſt hanc poteſtatem alteri dare ſine licentia eius, qui eſt auctor naturæ matrimonij. Quando autem quis vouet caſtitatem de licentia alterius, non per hoc accipit aliquis poteſtatem ſuper corpus eius ad actus carnales, & ideò non eſt ſimile.

Quartò ſicut eſt contra legem naturæ ſuper inducere aliam vxorem, ita & eijcere caſtam: ſed Abraham ſine diſpenſatione voluit eijcere Agar caſtam: ergo & ei licuit ſine diſpenſatione aliam accipere vxorem.

Reſpondeo. Negatur minor, dictum enim eſt Abrahæ, eijce ancillam. Potius autem ſcripta eſt iſta diſpenſatio quam diſpenſatio accipiendi duas vxores propter myſterium, ſcilicet ad ſignificandum, quòd filius eius non debebat eſſe hæres, vt dicit Sanct. Doct. 4. ſentent. diſt. 33. q. 1. art. 3. quæſtiunc. 3. ad 3.

Contra eandem arguit Aureolus, quòd nullo modo poſſit diſpenſari ſuper pluralitate vxorum, primò, quia non licet vna repudiata, aliã accipere vt dicitur Matthæi 19: ergo multominus licet duas ſimul habere.

Confirmatur quia gloſſa Geneſ. reprehendit Lamech, qui fuit primus duas vxores habens.

Reſpondeo. Negatur conſequentia, quia licet de facto non liceat, poſſet tamen Deus diſpenſare quoad vtrumque illorum, & tunc liceret.

Ad confirmationem dico, quod Lamech peccauit, quia non erat cum eo diſpenſatum. Iſta enim diſpenſatio fuit primo facta Abrahæ propter augmentum cultus diuini, quod non erat in alijs gentibus.

Secundò in contractu matrimonij eſt æqualitas inter virum, & vxorem de iure naturæ, ſed vnquam licuit vxori habere duos viros: ergo nec viro habere duas vxores.

Reſpondeo. Negatur maior, quia ſi vxor haberet duos viros totalitèr tolleretur educatio prolis propter incertitudinem, reſpectu patris, vt dicit Sanct. Doct. 4. ſententiarum, diſtinctio. 33. quæſtione 1. articul. 1. ad ſeptimum, non ſic eſt ſi quis habeat dũas vxores.

Tertiò vir dat vxori totam ſui corporis poteſtatem: ergo non poteſt eam alteri dare, contrahendo cum ea.

Reſpondeo, ad hoc reſpondet Sanct. Thom. vbi ſuprà ad 6. dicens, quòd vir non dat vxori totam poteſtatem ſui corporis ex vi matrimonij, vt eſt inſtitutum à natura, quia non tenetur ei ſemper reddere debitum, ſed tantum tempore imprægnationis, licet teneatur ſemper reddere debitum inquantum matrimonium eſt ſacramẽtum, quia vt ſic inſtitutum eſt in remedium.

Quartò. Contractus matrimonij eſt cõtractus intenſiſſimæ amicitiæ, ſed amicitia intenſiſſima non poteſt eſſe ad plures, vt dicitur nono ethicorum, cap. 9. ergo, &c.

¶Reſpondeo. Negatur conſequentia, quia intenſiſſima amicitia non eſt principalis finis matrimonij, & ideò ex diſpẽſatione Dei poteſt contrahi matrimonium ſine tali intenſiſſima amicitia.

*Concluſio II.* Votum ſolemne impedit matrimonium contrahendum, ita quod nec Papa poteſt in hoc diſpenſare. Hanc concluſionem probat Sanct. Doct. ſecunda ſecundæ, quæſt. 88 articulo vndecimo, quamuis oppoſitum dixit 4. ſententiarum diſtinct. 38. quæſt. 1. art. 4.

¶Poteſt autem probari quadrupliciter.

Primò, quia extra de ſtatu mon. ca. cum ad Monaſterium dicitur quod continentia ſi annexa eſt ſtatui Monachali, quòd nec Papa poteſt diſpenſare.

Secundò quia conſecrata tandiù durant conſecrata quamdiù, & illæ res, vnde etiam Leuitici vltimo dicitur, quod eſt Deo conſecratum non debet ad alios vſus deputari.

¶Nec valet expoſitio Durandi dicentis, ꝙ prædicta auctoritas intelligitur excepto caſu neceſſitatis, quòd probat, quia Dauid in caſu neneceſſitatis comedit panes Domino conſecratos.

¶Ad quod dicitur, quòd illi panes non erãt totalitèr Domino conſecrati per modum holocauſti, quin poſſent cedere in vſus hominum. homo autem per votum ſolemne conſecratur Deo, quaſi holocauſtum, vt dicit Sanct. Doct. in lib. de perfectione vitæ ſpecialis cap. 12. de holocauſto autem nulli hominum edere licebat, nec in alios vſus conuertere.

¶Dicitur ſecundò, quòd Dauid fecit illud ex ſpeciali inſtinctu Spiritus Sancti.

Tertia ratio eſt, quia Papa non poteſt diſpẽſare in matrimonio non conſummato, ſed profeſſio ſoluit matrimonium non conſummatũ, & ſic eſt fortius vinculum: ergo multominus diſpenſabile.

Quartò ſi profeſſus poſſet ducere vxorem, ſequitur quòd caſu poſſibili poſito poſſet contrahere cum alia, viuente legitima vxore, hoc eſt falſum, vt patet. Probatur conſequentia in eo qui intraſſet religionem poſt matrimonium initiatum non conſummatum, & eo profeſſo, vxor eius contraxiſſet cum alio.

Con-

Digitized by Google

Contra arguit Scotus hic diſtinct.37. Papa poteſt diſpenſare in voto ſimplici caſtitatis: ergo, & in voto ſolemni, antecedens eſt communiter conceſſum, conſequentia probatur, quia omnia intrinſeca voto, vt reſpicit actum voluntatis, per quem obligat ſe vouendo, & trasfert dominium ſuum in alterum, ſunt æqualitèr hic ſicut ibi:

Reſpondeò. Negatur conſequentia, quia in voto ſimplici eſt ſimplex promiſſio, in voto autem ſolemni eſt traditio ipſius rei.

¶ Ad probationem dico, quòd licet actus voluntatis ſit æqualis hic, ſicut ibi, non tamē actus exteriores ſunt æquales, aut conſimiles in vtroque voto, nec circunſtantiæ temporis, & loci, & perſonarum, coram quibus emittitur votum, nec actus interior habet ęqualem virtutem obligandi hic, & ibi, vt dicit Sanct. Doct. 4. ſententiarum, diſtinct. 38. quæſtione prima, articulo primo, quæſtione ſecunda, & quæſtione octuageſimaoctaua, artic. 7.

Contra eandem arguit ſic Aureolus, interpretatio voti non poteſt vergere in præiudicium communitatis, vel ſalutis ipſius vouentis: ergo votum ſolemne poteſt commutari auctoritate Papæ.

Reſpondeo. Negatur conſequentia, quia indiſpenſabilitas illa in nullo præiudicat bono communi, uel ſaluti uouentis, immò diſpenſatio multum obſſet, cum non ſit congruum medium ad aliquem bonum finem, ut dicit Sanct. Doct. ſecunda ſecundæ, quæſtione 88. artic. 11 ad primum.

Secundò. Papa aliquandò diſpenſauit cum Rege Aragonum, qui erat monachus: ergo potuit facere.

Reſpondeo, quòd aut ille non erat ſolemnitèr profeſſus, aut hoc fuit factum ex ſpeciali inſtinctu Spiritus Sancti, & non de poteſtate ordinaria.

¶ Diceret fortè aliquis, quòd Papa in hoc errauit, ſed ego non auſim iſtud nunc affirmare.

Contra eandem arguit Durandus primo, hic diſtinct. 37. quæſt. 2. Si non licet diſpenſare in uoto ſolemni, aut hoc eſt propter excellentiam materiæ, aut propter ſolemnitatem uoti, non primum, quia licet diſpenſare in uoto contemplationis, & orationis, quę eſt dignior uoto caſtitatis, non ſecundum, quia illa ſolemnitas eſt accidentalis uoto, & ſine ea uotum eſt ita eſſentialitèr perfectum, ſicut cum ea: ergo, &c.

Confirmatur, quia ſi non poſſet diſpenſari hoc eſſet aliquando contra charitatem, puta quando pro diſpenſatione pax unius regni poſſet acquiri.

Reſpondeo, dico primò, quòd iſta indiſpenſabilitas eſt propter ſolēnitatem uoti, quæ quidem ſolemnitas eſt ei intrinſeca, ut dictum eſt ad argumentum Scoti, & maior eſt ſolemnitas in profeſſione quàm in ſuſceptione ſacri Ordinis, quia ſuſceptio ſacri Ordinis eſt ſimplex ſacrificium, profeſſio uerò ſolemnis eſt holocauſtum, & per eam homo offert ſe totum, & omnia ſua Deo.

¶ Dico ſecundò, quòd iſta indiſpenſabilitas eſt etiam propter dignitatem materiæ, quia caſtitas eſt uirtus, & bonum ſecundum ſeipſam, ut infra declarabitur, quamuis poſſit breuius ad argumentum reſponderi, negando conſequentiam, quia peccat ſecundum non cauſam, ut cauſam. Quod enim uotum ſolemne Religionis, nec eſt quia caſtitas ſit ſummum bonū uirtutis, nec quia maius nō reperiatur, ſed quia eſt quid conſecratum, & Deo dicatum, quod nullo modo licet uiolari, nec propter maius, nec propter minus, nec propter æquale bonum.

Ad confirmationem negatur conſequentia, quia illa indiſpenſabilitas procedit ex perfecta dilectione Dei, & proximi. Et quòd argumentum non ualeat, patet quia à ſimili poſſet argui, quòd Papa poſſet diſpenſare in pluralitate uxorum, & maritorum.

¶ Dico ſecundò, quòd de iure diuino eſt, ꝙ profitens ſequatur Chriſtum per uiam obediētiæ, & paupertatis, & caſtitatis, & quod non reſpiciat retro, in quo præcipitur perſeuerantia uſque ad finem, nec Papa accepit poteſtatem ad deſtructionem perfectionis, ſicut de ſeipſo dicit Apoſtolus 2. ad Corint. 13.

Contra eandem arguit Petrus de Palude duobus medijs, & Godofredus vnico medio, & Henricus alio medio, quę omnia coincidunt cū aliquo prædictorum.

*Concluſio III.* Ordo ſacer impedit matrimonium contrahendum, & dirimit iam contractum. Hanc probat Sanct. Doct. 4. ſententiar. diſtinct. trigeſimaſeptima, quæſtione prima, articulo primo, ex hoc quòd ordini ſacro annexū eſt votum continentiæ ab Eccleſia, non ad hūc ſenſum, quòd Eccleſia ſanat eum, qui ſuſcipit ordinem ſacrum actu vouere per actum voluntatis eius, quia hoc nō poteſt Eccleſia, ſed quia Eccleſia occidentalis annexit tali ordini debitum, & obligationem ad ea quæ ſunt voti, & propter hoc Eccleſia poſſet in hoc diſpenſare, non autem in voto profeſſionis. Ordo igitur ſacer impedit, & dirimit matrimonium, non in quantum eſt Ordo, ſed inquantum eſt Ordo ſacer, cui talis obligatio annexa eſt.

*Concluſio* IV. Quam incidentèr pono propter primum argumentum Durandi hæc eſt. Continentia, & virginitas eſt bonum ſecundum ſe.

Contra arguit Durandus primò. Abſtinere

ab

Digitized by Google

ab eo quod eſt bonū ſecundū ſe, nō eſt ſecundū ſe bonū, ſed continētia facit abſtinere à matrimonio, quod eſt ſecundum ſe bonum: ergo, &c.

Reſpondeo, negatur minor, quando illud bonum, quod tollitur eſt priuatiuum maioris boni, bonum autem matrimonij, quod tollitur per continentiam, eſt priuatiuum contemplationis, quæ eſt maius bonum.

Secundò. id quod eſt ſecundū ſe bonū fuiſſet in ſtatu innocentiæ, ſed continentia non fuiſſet in ſtatu innocentiæ: ergo, &c.

Reſpondeo, negatur maior, nām matrimonium, vt concedit etiam arguens, eſt ſecundum ſe bonum, & tamen non erit in ſtatu naturæ ſaniſſimæ, ſcilicet in ſtatu gloriæ.

*In hac 33. cum 9. alijs Diſt. ſeqq. 4. Sententiarum, & vnica quæſtione ſequenti confutantur hæreſes damnatæ, vt in noſtro Commentar. in text. Magiſtri, & confutantur etiam hæreſes, quæ ſunt in Abecedario, & in Ethimologijs hæreſum, & confutantur ſimilitèr, Idolatria, vt in Abecedario Idolorum in principio, vide ibi lit. C. O. S. & V. ac etiam confutantur falſæ Theologiæ Phœnicum, Ægyptiorum, Græcorū, Atlanticorū, Phrygiorum, Gentiū, &c ab Euſebio in primo, ſecundo, tertio, & quarto libro de præparatione Euangelica contra Theologiam fabuloſam Poetarum antiquorum. Contra genealogias Deorum falſorum Heſiodi, & contra genealogias falſorum Deorum Homeri ex quibus Boccacius de Græco in Latinum verſauit ſuam genealogiam, & de Latino in Hetruſcum, vt ait Aſcentius, & Seruius ſuper Virgilium, &c. & vide Ouid. & Anguillaram in Metamorph.*

*Ex concluſionibus, probationibus, & ſolutionibus argumentorum Capreoli ſoluuntur argumenta Vulpes, & aliorum recentiorum facilè, vt facit Ariſtotiles ad argumenta Antiquorum, quod veritatis cognitio dubiorum eſt ſolutio, & cum Cardinali Bellarmino dicente in libro de Scriptoribus Eccleſiaſticis de Ioanne Capræolo, quòd Ioannes Capræolus ſit defenſor Egregius Sancti Thomę, & optimè diſſoluit omnia argumenta aduerſariorum: dicunt verba formalia Bellarmini, ergo ſi optimè diſſoluit per Bellarminum, ſunt ſoluta argumenta cum his doctrinis hic: Sicut ſoluit Ariſtoteles contra antiquos dicendo in 3. de Cœlo, & in 3. Metaphiſic. veritatis cognitio, dubiorum eſt reſolutio.*

*¶ Reſpondetur ſecundo cum Cardinali Sarnano Franciſcano doctiſſimo, cum concordantia huius diſtinctio. & ſimilitèr cum concordantia Bonaberba.*

*Reſpondetur tertio cum Petro de Bergamo, & Bartholomæo Spina dicentibus in tabula Sancti Thomæ, quod qui ſcit totam Logicam Sancti Thomę, Philoſophiam etiam moralem, totam Metaphyſicam Sancti Thomæ, & totam eiuſdem Theologiam, nullum poteſt facere argumentum contra Sanctum Thomam, & ideo ſubdit, quod iſti recentiores ſtudent tantummodo articulo, ſuper quem componunt, & non habent in mente omnia Opera Sancti Thomæ loquentis præſuppoſitiuè, præſupponendo omnia ſupradicta, & dicenda, quæ propter prærumpunt in verba in tantum Magnum Doctorem nullo modo applicanda, quod Sanctus Thomas contradicat ſibi ipſi, & ideo Cardinal. Sarnanus, quia ſciebat totum Sanctum Thomam concordauit ſimilitèr, etiam Ioannes Caprçolus ſoluit argumenta aduerſariorum, cum locis Sancti Thomæ, quia totum in mente habebat Sanctum Thomam, & ideo Bellarm. dicebat bene omnia ſoluere Caprçolum.*

*¶ Argumenta vero Vaſquez, Valentię, Molinæ, Suarez, &c. quia colliguntur; & ſoluuntur, clarè, diſtinctè, & breuitèr à Ripa, à Nazario, à Conſales, à Nauarretto, à Zenardo, & præcipuè à Montagnolo, in ſupplemēto tertia parte Sancti Thomæ, quæſtione 40. de his quæ ſunt anexa Sacramento Ordinis, ideo vide ibi.*

*Vide noſtram expoſitionem Petri Lombardi aperiētem mentem huius materię, vt in folio 77. hic, & infra pro 3. reſponſione Vulpes. Ac etiam vide 1. 2. & 3. folium pro reſponſione quarta, quinta, & ſexta ad argumentum eiuſdem Vulpes.*

*Reſpōdet. 7. declaratione Scoti, & Sancti Thomę per Radam Franciſcanum hic declarantem S. Thom.*

*Loca Sacræ Scripturæ hic, et infra à Salmerone, Emanuel Sa, à Toleto, à Prierio, Vegha, à Poſſeuino, à Salian, Torello in annalibus à creatione Mundi, quę videntur repugnare aliquomodo Thomiſtis. quia ſunt concordata à nobis in fine noſtrę expoſitionis totius Bibliæ, & in Anatomia Biblię impreſſa, ideo vide ea illic.*

*Reſponſiones apparentes contradictiones apud Vulpes, vide in fine huius quarti.*

## DISTINCTIO XLIII.

*Quæſtio 1. 4. Sent.*

CIRCA Diſtinctionem quadrageſimamquartam, & quaſdam ſequentes quæritur. Vtrum corruptum, vel annihilatum per diuinam potentiam, poſſit idem numero reparari.

Pro quæſtione ſit prima concluſio. Nullum

corrup-

Digitized by Google

corruptum poteſt per agens naturale, idem numero reparari Hanc concluſionem, & ſequentes ponit Sāct. Thom. 4. quolib. quæſtio. 5. & ad tertium. Huius ratio eſt. Alietas motus, & mutationis infert alietatem eorum, quæ per motum, aut mutationem producuntur. Sed quod bis producitur per agens naturale, duplici motu, vel mutatione producitur: ergo nõ eſt idem numero, ſed ſpecie.

Contra arguit Scotus hic quæſt. 3. Si agens idem, & materia eadem, effectus erit idem octauo Metaph. text. 12. Sed poſſibile eſt, quòd ſit idem efficiens, & eadem materia reſpectu ſecũdo producti, vt patet in multis caſibus, vt ſi in vaſe vitreo corrumpatur ignis incluſus, & denuò per ſolis radios generetur: ergo.

¶ Si dicatur, quod auctoritas Philoſophi eſt intelligenda vbi fuerit identitas tẽporis 5. phyſic. text. 41.

Sed contra arguit ſecundò. Si agat agens in inſtāti. A. vſque ad inſtans. B. cauſabit idem: ergo ſi cauſet in a. & tempore intermedio inter. a. & b. deſtruatur illud cauſatum, & iterum agat in inſtanti b. cauſabit illud idem, tenet conſequentia. Ex hoc quòd continuitas temporis intermedij nihil facit ad identitatem permanẽtis, quia habet idem eſſe in tempore intermedio, & in terminis eius.

Si dicatur quòd in b. inſtanti agens non cauſabit, quia cauſa ſecunda non poteſt habere eãdem influentiam à cœlo, quàm habuit in inſtanti a.

Contra. Tùm quia ſimilis ſufficit influentia. Tùm quia illa influentia non eſt aliquid abſolutum receptum in cauſa inferiori, ſed tantum ordo in cauſando.

¶ Ad cauſam ſuperiorem continuo coagentem, ibi verò eſt idem ordo: ergo eadem influentia.

Reſpondeo. Auctoritas Philoſophi, in octauo Metaph. non eſt de identitate numerali, ſed ſpecifica, vt ibidem exponit Sanct. Thom. Scito quòd Scotus ſibi in hac materia contradicit. Nam ſupra tenuit, quòd vnum agens producere poteſt de aliqua materia idẽ numero, quod aliud agens de eadem produxit. Hic verò tenet oppoſitum, dicens, quòd ſi agens ſit aliud, effectus erit aliud.

Sciendum quòd plura requiruntur ad diſtinctionem ſpecificam quam ad numeralem. Cõceditur tamẽ, quòd in cauſis, & affectibus creatis diſtinctio numeralis effectuum neceſſariò requirit aliquam diſtinctionem in cauſis efficientibus, vel materialibus, ſed non oportet, quòd talis diſtinctio ſit ſecundum realem diuerſitatẽ ſubſtantiæ ipſius efficientis, vel materiæ. Sed ſufficit aliqua diſtinctio accidentalis, puta quia alia actione, vel motu, aut mutatione agit nunc quàm prius. Ad diuerſitatem, aut motus, vel actionis, ſufficit interruptio temporis.

Ad ſecundum, quòd eſt replica contra primam rationem, negatur conſequẽtia. Ad probationem dicitur, quòd licet continuitas temporis intermedij nihil faciat ad identitatem permanentis, vt permanens eſt, facit tamen ad eius vnitatem, & identitatem, vbi ſubeſt motui, vel mutationi, & à qua dependet, vt à per ſe cauſa, & ut à principio quo, uel quod. Sic autem eſt de omni producto ab agente naturali. Cum ergo agens naturale non poſſit actionem præteritam reſumere, conſequenter, nec poteſt terminum actionis illius iterum producere, quia nunquam duæ actiones eiuſdem ordinis poſſunt terminari ad eundem effectum numero.

¶ Ad ea quę dicit de influentia negatur, quòd ſimilis influentia ſufficiat ad producendum eundem effectum, immò cõtradicit dictis in primo argumento, vbi vult, quòd cauſa, & effectus ſe conſequuntur in identitate, & diuerſitate.

Ad aliud negatur, quod influentia ſit pura relatio. Eſt enim principium agendi realiter, quod non competit puro reſpectiuo.

Tertiò arguit. Idem numero bis produci non eſt impoſſibile ſimpliciter: ergo cum prius fuerit in cauſalitate rerum naturalium, & nunc erit.

Reſpondeo, negatur conſequentia, quia eſt ibi fallacia conſequentis, ratio eſt ſecundum Petrum, quia natura agentis, & ſubiecti non ſe habent eodem modo numeraliter adinuicem ſicut prius.

Quartò arguit. Potentia ad formam ſemel productam remanſit in materia, deſtructa illa forma, vel quocunque modo ceſſante: ergo poteſt eadem forma produci per agens naturale. Antecedens probatur, quia per actionem Dei eadem forma vnita materiæ faciet idem conſequentia etiam probatur, quia omne, quod eſt in potentia materiæ, poteſt in actum reduci per agens naturale.

Reſpondeo, potentia materiæ poteſt accipi dupliciter quòad ſuum abſolutum tantum, & quòad abſolutum, & quòad ordinem ad formã. Primo modo, negatur conſequentia. Secundò modo conceditur, ſed negatur antecedens. Ad eius probationem dicitur, quòd procedit duntaxat in primo ſenſu.

Quintò arguit. Negatio ſuccedens corruptioni rei, eſt eiuſdem rationis cum negatione præcedente generationem, ſed ſecunda non impedit generationem rei: ergo nec prima.

Reſpondeo. Illæ negationes, vt negationes ſunt

Digitized by Google

ſunt, ſunt eiuſdem rationis, non autẽ effectiuè. Nam negatio ſuccedens corruptioni, quatenus interrumpens entitatem rei præexiſtentis, facit quòd productio ſequens non eſt eadem cum præcedenti, propter quod nec res producta eſt eadem, & hæc eſt reſponſio Durandi, quæ intellecta de actione creaturæ eſt ad mentem Beati Thomæ quolib. quarto, artic. 5. ad tertium.

Sextò arguit. Variato poſteriori non oportet variari prius. Sed vnitas rei eſt prior quàm ſit eius permanentia: ergo variata permanẽtia, quæ eſt per mediam corruptionem generationem rei, & eius reparationem non impedit eius vnitatem.

Reſpondeo. Maior eſſe vera poteſt virtute diuina, non autem ſecundum naturam ſemper. Sicut mutatio accidentium abijcit à ſubſtãtia, & ſic naturalitèr variata rei permanentia, variatur vnitas, licet reſpectu Dei non ſemper ſit neceſſe. Item argumentum peccat ſecundum non cauſam, vt cauſam, quia vnitas rei permanentis ſecundum numerum in ſecunda productione poſt corruptionem non impeditur propter ſolam variationem in permanẽtia, ſed propter variationem productionis, quæ eſt cum mutatione, loquendo de agente creato.

Item contra probationem concluſionis arguit idem Scotus vbi ſupra probando, quod maior aſſumpta eſt falſa. Tùm quia motus circularis, & rectus poſſunt ad idem terminari. Tũ quia Beatus Auguſtinus 3. de Trinitatę 9. inquit, quòd generatio vniuoca, & æquiuoca poſſunt ad idem terminari. Tùm quia reſurrectio, & naturalis propagatio ad idem terminantur: ergo.

Reſpondeo. Non eſt ſimile de actionibus, quarum quælibet producit terminum actionis, vt ſit, & de actionibus quarum neutra, vel ſaltẽ alia non producit terminum actionis, vt ſit, ſed vt ſit in hoc, vel aliud in ipſo. Pluralitas enim primarum actionum, neceſſariò ponit pluralitatem terminorum, non autem pluralitas ſecũdarum, quales ſunt duo motus locales, & ſimilitèr generatio, & reſurrectio, ex quibus patet reſponſio ad primam, & tertiam inſtantias adductas.

Ad ſecundam, non fuit intentio Auguſtini dicere, quod idem numero poſſit produci per agens vniuocum, & æquiuocum, ſed quod idẽ ſpecie.

Sciendum, quòd impoſſibile eſt quacunque virtute idem productum bis produci duplici actione creata, quæ ſit per ſe cauſa ipſius producti. Sed non eſt inconueniens idem produci primo productione creata, tanquam per ſe cauſa, & ſi corrumpitur poſtea, vel annihilatur iterum productione increata, tanquam per ſe cauſa, quòd ſi concurrat productio creata cum increata illa ſecunda productio creata, non erit per ſe cauſa, ſed per accidens illius producti, ſed ſolum productio increata.

Vltimò arguit, quòd auctoritas Philoſophi 2. de gener. text. vltimò, quòd eorum quorum ſubſtantia non deperit, redeũt eadem numero, ſed ea, quorum ſubſtantia deperit, non eſt neceſſe, quòd redeant eadem numero, non confert propoſito, cum non intendat, quòd non ſit poſſibile: ergo.

Reſpondeo. Gloſſa allegata non valet, quia ſi eſt poſſibile, aut per naturam, & raro, aut frequenter, vel ſemper. Si ſecundo modo, ſic eſt neceſſe, quod eſt contra Ariſtotelem, ſi primo modo, eſt contra modum loquendi Ariſtotelis. Debuit enim dicere magis, quòd redeunt, quã quòd non redeunt. Item hoc eſt falſum, quia virtutes naturales agunt frequenter, vel vt ſemper.

Contra eandem concluſionem primam arguit Aureolus dicens, quòd non apparet ratio, quare non poſſit per agens naturale idem numero redire, niſi propter diuerſitatem temporis præcedentis, & ſequentis, ſed hoc non valet, quia identitas temporis, non requiritur ad idẽtitatem effectus, quòd probat in duobus caſibus. Primus, capio inquit ignem, & ſtupam, tunc in illo inſtanti poſſum applicare ignem ad ſtupam, non applicando verò, ſed in alio tempore, ſequitur inconueniens, ſcilicèt quod non generabitur idem ignis. Secundus caſus eſt. Calefacto aliquo ab igne vſque ad certum gradum, & interpoſita calefactione per tempus: pono quòd poſt horam incipiat iterum calefacere idem. Hoc poſito, manifeſtè patet, quòd eadem numero intenſione intendit nunc iſtum calorem illius calefactibilis, quo intendiſſet ſi prima calefactio non ceſſaſſet: ergo identitas temporis nihil facit ad propoſitum.

Reſpondeo, peccant hæc argumenta ſecundum non cauſam, vt cauſam, quia cauſa per quam agens naturale idem numero corruptũ producere nequit, non ea eſt, ſed diuerſitas primæ mutationis cum ſecunda.

Dicitur ſecũdò ad primum caſum, quòd exiſtentibus omnibus cauſis iiſdem, fuiſſet productus idem ignis in alio tempore, qui fuiſſet in illo inſtanti. Nec tamen ſequitur, quòd ignis corruptus poſſit idem numero generari, quia aliud eſt loqui de effectu nunquam producto, quoniam eſt in potentia naturali agentis, & paſſi, vt producatur. Aliud eſt loqui de eo corrupto, qui non ſic ſe habet. In ſecundo autem caſu falſum aſſumitur ſine quacunque probatione, ſcilicet, quod intenſio calorum interrupta, ſit eadẽ numero, cũ intenſione non interrupta.



Digitized by Google

*Conclusio II.* Per diuinam potentiam res permanens, ſi fuerit corrupta, vel annihilata, poteſt eadem numero reparari. Hanc ponit Sanct.Thom. vbi ſuprà. Cuius ratio eſt. Omne non implicãs contradictionem eſt Deo poſſibile, ſed permanens corruptum, vel annihilatum idem numerò reparari ſine motu, & mutatione nullam implicat contradictionem: ergo.

Sciendum quòd Sanct.Thom. de hac ſecunda concluſione videtur alitèr ſenſiſſe in 4. ſententiarum, diſtinct.44.quæſt.1.artic.1. quæſt.2. Item quarto contra gent.cap.80.& 81. Ex quibus videtur velle, quòd accidẽtia, & formæ ſubſtantiales, quarum eſſe per corruptionem, vel annihilationem eſt interruptum, non poſſunt eadem numero quacunque virtute reparari.

Contra arguit Durandus hic quæſt.3. primò ſic. Salua reuerentia diuinæ potentiæ cui ſubeſt omne poſſibile, videtur quòd nullum permanens corruptum poſſit idem numero reparari, ſic. Non plus poteſt Deus nũc agens per voluntatem, quàm ſi ageret de neceſſitate naturæ, ſed agens ex neceſſitate naturæ, non poſſet corruptum reparare: ergo. Maior patet, quia voluntas in Deo nec addit, nec minuit potentiam, vnde etiam Philoſophi ponentes Deum agere de neceſſitate naturæ in Deo, & ipſi poſuerunt potentiam infinitam, minor probatur, quia Deus ageret modo aliorum agentium naturalium: ergo.

Reſpondeo, negantur præmiſſæ. Ad probationem minoris dicitur quòd licet Deus tunc ageret ſicut creaturæ quòad modum, non tamen quòad virtutem, quia poſſet etiam tunc producere Angelum, & cœlum, quod nulla natura poteſt, & ita ſi ageret ex neceſſitate non ſequitur, quòd non poſſet idem numero reparare per hoc, quod natura non poteſt. Ratio verò falſitatis maioris eſt, quia ſi Deus ageret mere naturaliter, non poſſet in toto oppoſita ſicut nunc poteſt, puta producere, vel non producere mundum, annihilare, vel non annihilare.

Sciendum, quòd ſi diuina generatio interrũperetur per impoſſibile, & iteraretur, rediret eadem numero, & idem eſſet numero filius genitus, quia nec generatio Diuina, nec perſona ſunt apta nata multiplicari.

Secundò arguit. Agens naturale non poteſt reparare idem ſecundum numerum: ergo nec Deus conſequentia probatur. Si enim Deus hoc poſſet, & non agens naturale. hoc erit, vel propter differentiam virtutis agentis, vel propter diuerſum modum agendi. Non propter differentem modum, vtpotè quia Deus agit ſine motu, natura verò cum motu. Nam reparatio corrupti à quocunque fiat ſemper eſt vera mutatio, quia ſubiectum ſe habet aliter nunc quàm prius. Item facilius videtur, quòd corruptum reparetur per motum vbi manet aliquid ſcilicet materia quam per creationem, vel recreationem, vbi nihil manet. Non etiam propter differentem virtutem agendi, vtpote quia Deus agit virtute infinita, & naturale agẽs finita, quia producibile per virtutem finitam non neceſſariò exigit virtutem infinitam in ſua cauſa. Omne autem naturale eſt huiuſmodi, excepta anima rationali: ergo. Cauſa ergo quare natura idem, reparare nequeat eſt quod ait Philoſophus 2. de gene. Text. 53. Idem manens idem ſemper natum eſt facere idem, ſcilicet quòad ſubſtantiam, virtutem, & actionẽ quod etiam in Deo reperitur per comparationem ad ea quorum ſubſtantia deperit in toto, vel in parte, quia actio Dei in creaturam interrumpitur: ergo.

¶ Reſpondeo, eſt propter vtrumque. Ad primam probationem dicitur, quòd reparatio corrupti non eſt vera mutatio, vbi enim totum corruptum, & annihilatum repararetur in inſtanti recrearetur, & ſic nulla ibi vera mutatio, ſicut nec in creatione. Vbi verò remaneret materia corrupti ſi Diuina virtute repararetur, ibi eſſet vera mutatio, vt probatur, ſed non ſe ſic haberet ad Diuinam virtutem, ſicut ſe habet ad agens creatum, in opere enim diuino illa mutatio non eſt per ſe cauſa, nec reparationis formæ in identitate numerali, nec vnionis eius ad materiam, quia hæc Deus, ſine quacunque mutatione agere poteſt, ſecus eſt de agente creato, ſe igitur habet mutatio per accidens ad opus Dei.

Ad aliud dicitur, quòd corruptum non poteſt produci per motum, vnde nec per conſequens facilius, idem tamen terminus producibilis per ſe, per motum, & creationem, facilius producitur per motum.

Reliqua ibidem dicta conceduntur excepto eo quod dicit de interruptione actionis Dei in comparatione ád creaturam, hoc enim falſum eſt. Cum actio Dei ſit eius intellectio, & volitio.

Tertiò arguit. Nullæ duæ actiones, terminantur ad eandem formam, vt ſit ſimplicitèr: ergo corruptum non poteſt reparari per actionem diuinam.

Reſpondeo. Verum eſt antecedens de actionibus creatis, à quibus per ſe dependet effectus. Sed negatur ſi vna actio fuerit creata, & alia increata, quia aliter omnis productio tranſiens materialitèr eſt eadem cum termino realitèr, licet differat à termino quòad ſuum formale.

Quartò arguit, ſi Deus Angelum crearet, annihi-

nihilaret poſtea, & repararet, Angelus fuiſſet bis productus: ergo tantum numeratione Angeli, vel durationis eius.

Reſpondeo. In caſu Angelus eſſet bis creatus non numero creati, vel creantis, ſed numero creationis paſſiuè non actiuè, qui non numeratur.

Si dicatur ita identificatur paſſio ſuo termino, vel plus, quam actio creata. Sed propter identitatem actionis creatæ negas duas actiones creatas ad eundem terminum: ergo ſimilitèr debes negare de paſſionibus, ſed modo conceſſit duas creationes paſſiuas terminari poſſe ad eundem Angelum.

Dicitur, quòd creatio paſſiua, non eſt propriè mutatio, licèt ſignificetur modo paſſionis, primæ part. queſtione quadrageſimaquinta, articulo ſecundo.

Item arguit. Multiplicato eo, à quo per ſe, & totalitèr dependet effectus, multiplicatur effectus, ſed productum illo modo dependet à productione: ergo impoſſibile eſt eſſe vnũ productum, & duas productiones.

Reſpondeo. Minor eſt falſa, ſiuè intelligatur de actione creata, ſiuè de increata, & negatur propter falſam implicationem. Nullus .n. effectus dependet in genere cauſæ efficientis neceſſariò à productione creaturæ, quia ſine ea poteſt fieri à Deo ſolo, à cuius actione dependet eſſentialitèr in eſſe, & in fieri. Et ſi verò dictum ſit ſuperius, quòd aliquis effectus depẽdet de per ſe ex actione creata, hoc intelligendum ex ſuppoſitione, ſcilicet ſi producatur ab agente creato, non autẽ ſimplicitèr, & abſolute.

Sciendum quòd Sanctus Thomas hanc quæſtionem, vtrum corruptum per Dei potentiam poſſit idem numero reparari, nõ legitur ex propoſito pertractaſſe niſi in præfato quolibet. In ſcripto verò, & in ſumma incidentèr loquens, vt plures ſui temporis doctores loquebantur, dixit quòd non. Nec tamen ex dictis eius poteſt plene inferri, quòd hoc ſit impoſſibile diuinæ potentiæ, ſed quòd hoc non contingit de potẽtia Dei ordinaria, ſiuè ſuppoſita propoſitione Philoſophi ſecundò de Gener. Quorum ſubſtantia corrumpitur, &c. quæ non eſt vera ad propoſitum, diſtinctione quadrageſimaquarta, quæſtione prima, articulo primo, quæſtione, ſecunda, ad primum. Cum itaque dicit in tertia parte, quæſtio. ſeptuageſimaſeptima, articulo quinto, quòd illud quod in nihilum decidit, nõ redit idem numero, intelligit quòd hoc contingere non poteſt ſine nouo miraculo, vt patet ex verbis eius in fine argumenti. Et eodem modo intelligenda ſunt verba ſimilia, quæ ponit in eadem materia decimaſecunda diſtinct. quæſt. 1. ar. 2. q. 4.

Contra eandem concluſionem arguit Aureolus probando, quòd corruptum redire idem numero aliquo modo implicet contradictionem. Primò id circa quod apprehenſum omnibus alijs ſtantibus, intellectus neceſſariò ponit diuerſitatem numeralem, impoſſibile eſt quod ſit idem, illo ſtante. Sed apprehenſo hoc, quòd aliquid fuit corruptum, & rediit omnibus alijs ſtantibus paribus, intellectus ponit circa illud diuerſitatem numeralem: ergo impoſſibile eſt, quòd corruptum redeat idem numero. Maior nota, minor probatur, de die interrupto per noctem, eodem ſtante motore, & mobili, & quotidiana illuminatione aeris à Sole, & de lumine candelæ pluries abſconſæ.

Reſpondeo, hoc argumentum, & ſequentia omnia argumenta Aureoli, ſi quid probant ſolũ probant quòd ſucceſſiuum corruptum reparari idem numero implicat contradictionem, & ſimilitèr de permanentibus quantum ad eſſe ſubiectum motus, & ſucceſſionis, non autem probant de entitate permanente, vt abſtrahit à motu, & à mutatione, quin annihilata per Dei potentiam poſſint eadem numero reparari. Vnde ad hoc argumentum negatur minor in permanentibus, licet ſit vera in ſucceſſiuis. Poteſt autem intellectus circa interpoſitionem numeri, puta inter radium, & radium ſæpe falli, quia ſequitur fallacias phantaſiæ, ſed hoc nihil ad propoſitum.

Item arguit. De intellectu omnis eſſe, vel actus eſt tempus, quia ſecundum Commentatorem iſta eo quòd ſint formæ fluentes, ſignificantur per verba: ergo. interrupto tempore interrumpuntur talia, & eo non redeunte, non redeunt. Eſt autem impoſſibile tempus interruptum idem numero redire, quia non poteſt continuari cum priori: ergo.

Reſpondeo, negatur antecedens. Nam tempus non eſt de intellectu eſſe permanentis, nec per ſe de cointellectu exiſtentiæ ipſius intelligibilis, ſi autem tempus cointelligatur ipſi eſſe permanenti, hoc eſt de per accidens, propter imperfectionem noſtri intellectus, qui pro iſto ſtatu non intelligit ſine phantaſmate, & admiſcetur continuum, & tempus, primæ part. queſt. octuageſimaquinta, articulo quinto, ad ſecundum. Item in primo ſentent. diſtinctione octaua, quæſtione ſecunda, articulo tertio. Ideò ſubſtantiæ ſeparatæ non neceſſariò cointelligunt tempus cum eſſe, nec cum alijs actibus, quia tempore non menſurantur. Intelligitur verò dictum Commentatoris de verbis adiectiuis, vt curro, ambulo, non autem de verbis ſubſtantiuis, vt hoc verbum eſt, alitèr iſta eſſet falſa, Deus eſt, & ly eſt tantum affirmaretur de ſucceſſiuis.



Digitized by Google

Dicitur quoque, ſi cœlum ſtaret, & poſtea moueretur, ſicut fortè accidit tempore Ioſue, quòd interruptio temporis præteriti, & futuri ſine aliquo continuante illa poteſt intelligi idẽtitate numerali eiuſdem eſſe permanentis.

*Concluſio III.* Nulla res ſucceſſiua corrupta, vel annihilata poteſt quacunque potentia eadem numero reparari. Hanc ponit Sanctus Thom. in quolibetis vbi ſupra. Huius ratio eſt. Nullum implicans contradictionem eſt Deo poſſibile. Sed ſucceſſiuum annihilatũ, vel corruptum idem numero reparari claudit contradictionem: ergo.

Contra arguit Aureolus, quòd omne ens ſucceſſiuum præter tempus poteſt Deus idem numero reparare. Primò Deus poteſt facere, quicquid non implicat contradictionem, ſed ſi Deus faciat quid ſucceſſiuum, quod fuit prioritate eſſe ſub poſterioritate, non implicat contradictionem: ergo. Probatio mediæ, contradictio eſt affirmatio, & negatio eiuſdẽ prędicati de eodem ſubiecto. Sed hic non eſt, quia ſubiectum prioritatis eſt idem numero, & non eſt ipſa prioritas, & poſterioritas. Vnde non ſequitur, quòd poſterioritas ſit prioritas: ergo.

Reſpondeo. Licet non ſequatur contradictio, de qua loquitur argumentum, ſequuntur tamen multæ aliæ, puta quòd motus eſt vnus cum priori, & nõ eſt vnus cum priori, vt deducit Sanct. Thom. Et quòd idem ſubiectum ſimul & ſemel eſt ſubiectum prioritatis, & poſterioritatis, & non ſolum ſucceſſiuè, & hoc reſpectu vnius, & eiuſdem, & quòd contraria inſunt ſimul eidem ſubiecto, & quòd quodlibet per ſe, & eſſentialitèr. Si enim reparetur motus, cuius partes ſint. A. B. C. partes eius habebunt eundem ordinem, vt prius, quia ſicut prioritas eſt eſſẽtialitèr de ratione motus, ita hæc prioritas eſt de ratione illius motus, habebunt etiam ordinem oppoſitum, quia prima pars, I. A. B. erit poſterior ſecunda, I. B. C. quia erit reparata poſt eam, vel poſt eius corruptionem. Itẽ ſequitur quòd tẽpus corruptum idem numero reparari poteſt, ſi motus idem numero repareretur. Quia motus localis vniformitèr habet ſuum proprium tempus ſibi ſubiectiuè inhærẽs, quòd non eſt aliud quam numerus prioris, & poſterioris. Ex alia parte ſequitur, quòd ſit aliud tempus, & ſic contradictoria.

Aliud argumentum ipſius Aureoli per prædicta ſoluitur, aſſumitque multa falſa.

Sciendum quòd Godofredus facit tres rationes ad probandum hanc tertiam concluſionẽ, quæ videntur coincidere cum ratione Sancti Thom. inducta, & cum probatione Henrici ſeptimo, quolib. quæſtio. decimaquarta, contra quas arguit Durandus dicens, quòd videntur ſolubiles, verum quia inſtantiæ Durandi ex ſuperioribus ſoluuntur, nihil dicemus ad eas, excepto quòd hæc propoſito. Omne ſucceſſiuum ad ſui vnitatem numeralem requirit continuitatem, eo quòd ſua vnitas eſt ſua continuitas, ſic eſt intelligenda, quòd continuitas, quæ requiritur ad identitatem motus numeralem non eſt continuitas eius cum alio motu, nec cũ ſeipſo, ſed quod totum tempus menſurans ipſum ſit continuum.

Arguit etiam pro concluſione Durandus, contra cuius rationes inuehit Petrus de Palude, in 4. diſt. 43. q. 3.

Vlterius Bernardus de Gãnaco in impugnationibus Henrici quolibet. 7. quæſtione decimaquarta, arguit quòd Deus poſſet eundem motum numero reparare. Omne corruptum etiam ſucceſſiuum eſt in potentia obiectiua materiæ, & in potentia actiua Dei, cum ipſa non minuatur ex rei corruptione, eo quòd ex nihilo facere poſſit, & ex aliquo: ergo omne tale reparari poteſt idem numero.

Reſpondeo. Licet diuina potentia non minuatur ex corruptione rei, res tamen ſucceſſiua poſt ſui corruptionem perdit rationem producibilis, & poſſibilis Deo per accidens, vnde potentia nulla creata, aut increata habet vlterius ordinem ad illam, quia ad impoſſibile nulla potentia ordinatur primæ par. quæſtione vigeſimaquinta, articulo quarto, & primo ſentent. diſtinct. 42. q. 2. art. 2.

Sciẽdum, quòd Scotus ſex rationes facit probantes tertiam concluſionem, & improbantes illud quod Sanct. Thom. viſus eſt tenuiſſe in quarto, diſtinctione quadrageſimaquarta, quæſtione prima, articulo primo. Sed in quolibetis expreſſit mentem ſuam, quare non oportet eis reſpondere: arguit autem ſeptimo loco contra Sanct. Thom. quòd non totum eſſe hominis remaneat in anima ſeparata, cuius oppoſitum dicit Sanct. Thom. in multis locis, puta, 4. diſtinctione quadrageſimaquarta, quæſtione prima, articulo primo, quęſtiuncula ſecunda in ſolutione primi. Item contra Gent. 4. cap. octuageſimoprimo. Item de ſpiritualibus creaturis, quæſtione ſecunda, ad tertium. Item in quæſtione de anima, q. 1. ad 1.

Arguit itaque ſic. Tùm quia totale eſſe interrumpitur, vt probatum eſt.

¶Tùm quia homo eſt aliquod ens præter animam: ergo habet aliquod eſſe proprium, & non tantum eſſe animæ.

¶Tùm quia ſecundum te ſtatus animæ in corpore eſt perfectior quàm ſtatus eius extra corpus.

¶Tùm quia in homine eſt alia forma ſubſtantialis ab anima intellectiua: ergo anima intel-

Digitized by Google

intellectiua non eſt totale eſſe compoſiti.

Ad primum dicitur, quod non interrumpitur totale eſſe exiſtentiæ hominis, quo totus homo actualitèr exiſtit, & ſubſtantialitèr. Quòd etiam differt à qualibet parte hominis, & ab humanitate, & ab homine, & ab hoc homine. Interrumpitur autem eſſe eſſentiæ, de quo non loquitur nunc 4. contra gent. cap. 81. Similia ponit 4. ſentent. diſt. 44. q. 1. art. 1. q. 2. in ſolutione ſecundi.

Ad ſecundum dicitur, quòd eſſe eſſentiæ hominis eſt aliud ab eſſe ipſius animæ, non autem eſſe exiſtentiæ, immò penitus, ideò negatur conſequentia ibidem facta, licet enim oporteat quod omne ens habeat proprium eſſe eſſentię, non tamen exiſtentiæ.

Ad tertium dicitur, quòd non contradicit animam habere ſtatum perfectiorem in corpore quàm extra, & tamen ſit idem eſſe exiſtentiæ. Quia ille exceſſus perfectionis non attenditur ſecundum intrinſeca, vel eſſentialia ipſi animæ, ſed quantum ad aliquid extrinſecum, vel accidentale, vt quia aliquos effectus habet coniuncta, quos non poteſt habere à corpore ſeparata, de ſpiritu. cre. quæſt. 2. ad quintum, vnde etiam ad hoc de potentia, quæſt. 7. art. 10. Item 4. diſtinct. 48. quæſt. 1. articul. 2. in ſolutione ſecundæ, quæſt. & prima ſecundæ, quæſt. 3. artic. 2. & prima parte, quæſt. 6. articul. 3. Item tertio contra gent. cap. 20. Item de anima, quæſt. 1. ad ſeptimum. Anima autem iuncta corpori, licet non acquirat nouum eſſe exiſtentiæ, acquirit tamen nouam naturam ſpecificã, nouam perſonam, & nouum ſuppoſitum, largè loquendo de nouitate, vt accipiatur pro inceptione, vel duratione.

Ad quartum reſponſum eſt in ſecundo ſententiarum.

## QVAESTIO II.

*43. Diſtinctio 4. Sent.*

Circa eandem diſtinctione quæritur ſecundò. Vtrum reſurrectio omnium mortuorum erit in eodem inſtanti.

Pro quæſtione ſit prima concluſio. Reſurrectio mortuorum non ſolum fide tenetur, ſed etiam probabilitèr conuincitur. Hanc probat Sanct. Thom. 4. contra gent. cap. 79. Huius prima ratio eſt. Quod eſt ſecundum naturam animæ probabile eſt, quòd aliquando habeat, ſed eſſe coniunctum corpori eſt ſecundum naturam animæ ſeparatæ, & immortalis: ergo probabilitèr conuincitur, quòd ipſa aliquãdo vniatur corpori, ſed fieri non poteſt niſi per reſurrectionem: ergo maior patet, quia nullum violẽtum perpetuum, minor probatur, quia anima ſecundum eſſentiam ſuam eſt forma corporis & eſt immortalis, vt probat Sanct. Thom. in prima parte, quæſt. 75. artic. 6. Item ſecundo contra gent. cap. 79. Item cap. 55. probat duodecim. rationibus, quòd omnis ſubſtantia intellectualis eſt incorruptibilis, & eaſdem rationes in virtute ponit in quæſtione de anima, quæſt. decimaquarta.

Contra fundamentum concluſionis arguit Scotus probans, quòd rationes probantes immortalitatem animæ non ſint efficaces, & probat, quod ratio non ſit bona, quæ fundatur in hac propoſitione, quòd naturale deſiderium non eſt fruſtra, arguendo primo ſic. Deſiderium naturale ad ſemper eſſe, aut ſupponit animam poſſe eſſe ſemper, aut appræhenſionem mouentem eſſe rectam, ſed vtrumque eorum eſt æquè ignotum, aut magis: ergo antecedens patet, quia deſiderium naturale poteſt dici dupliciter, vel de inclinatione naturali, & tũc coincidit cum potentia naturali, aut de actu elicito conformi naturæ, & tunc oportet oſtendere hunc actum eſſe conformem, aut per potentiã naturæ, & redit primum, aut per rectitudinem cognitionis repræſẽtantis tale appetibile, quòd erat ſecundum.

Reſpondeo. Dicitur primò, quòd naturale deſiderium propriè dictum in cognoſcentibus eſt actus elicitus, & non ſola inclinatio naturæ ad aliquid, prima parte, quæſtione octuageſimaſecunda, articulo primo, & ſecundo, & quæſtione 90. articulo primo. Item prima ſecundæ, quæſtione decima, articulo primo. Item de verit. quæſtione vigeſimaſecunda, articulo quinto, & quarto ſententiarum, diſtinctio. 49. quæſt. 1. art. 3.

¶Dicitur ſecundò, quòd per rationem naturalem ſufficientèr probatur, quòd in natura animæ rationalis, vel intellectus humani eſt potentia naturalis ad perpetuitatem, & ſemper eſſe, vt patet ex dictis Philoſophi tertio de anima. Item ſecundo contra gent. cap. 54. vbi idẽ probat. 13. rationibus.

¶Dicitur tertiò, quòd appræhenſio, qua anima rationalis appræhendit immortalitatem eſſe ſibi poſſibilem, eſt recta, & non erronea, quod patet tum ex Philoſopho tertio de anima, text. 5. & deinceps. Tùm ex rationibus præcedentibus, tùm ex aliquibus ſequentibus.

¶Dicitur qnartò, quòd Sanct. Thom. non intendit concludere immortalitatem animæ ex deſiderio naturali perpetuitatis quaſi demõſtratiuè, ſed ſolum probabilitèr, vel ſi demonſtra-

Digitized by Google

ſtratiuè non tamen demonſtratione propter quid,& à poſteriori,& quaſi per ſignum quoddam,vt patet ex modo loquendi Sancti Thomæ in quæſtione de anima,quæſt.14. & in prima parte vbi ſuprà. Et iſta ſufficiat ad exſufflandum inſtantiam Scoti contra hãc quintam rationem S.Thomæ.

Secundò arguit contra rationem,quæ ſumitur ex immaterialitate ipſius. Fundatur enim ea ratio ſuper hac propoſitione. Omne corruptibile habet materiam. Non eſt,inquit,ſic intelligendum,quod materia eſt,qua res cuius eſt pars, poteſt eſſe, & non eſſe, ſed ſic quod materia eſt, quam res cuius ipſa eſt pars, vel quæ recipitur in ipſa,poteſt eſſe, & non eſſe, alioquin forma ignis non poſſet non eſſe, quia materia non eſt pars formæ ignis.

Reſpondeo. Ratio Sanct. Thom. fundatur ſuper hac propoſitione. Omne corruptibile, habet materiam ex qua, vel materiam in qua, à qua dependet ſecundum ſuum eſſe naturalitèr, quæ quidem euidens eſt, vel demonſtrabilis ratione naturali. Anima autem rationalis neutro modo habet materiam, vt oſtendit S. Thom. in quæſt.de anima, quæſtione prima. Item prima parte,quæſtione ſeptuageſimaquinta, articul. ſecundo. Item ſecundo contra gent. cap. 51. Inſtantia verò de forma ignis in oppoſitum adducta non habet apparentiam, quia habet materiam in qua à qua naturalitèr dependet.

Tertiò arguit, quòd illa ratio, quæ ſumitur ex identitate eſſe ipſius animæ in corpore, & extra corpus,non valeat,quia quum dicis, Anima humana habet eſſe per ſe,aut ſumis ly per ſe, vt diſtinguitur contra ineſſe accidentis, & tunc nihil valet argumentum, quia etiam forma ignis habet ſic eſſe per ſe, aut vt ly per ſe dicit modum eſſendi compoſiti, ſeù ſuppoſiti, & ſic falſum aſſumitur, quia illud eſſe incommunicabile eſt. Aut intendis quod ly per ſe non ſolum, vt diſtinguitur contra ineſſe accidentis,ſed vt dicit naturalem independentiam illius eſſe à corpore,& tunc eſt propoſitio credita,& non probata ſufficientèr.

Reſpondeo,dicitur,quòd ſumitur per ſe tertio modo, & propoſitio illa probatur ſufficienter ex modo operandi animæ.

Quartò arguit principaliter, quia illa ratio, quæ fundatur in hoc quòd anima nõ eſt ſeparabilis à ſeipſa, &c. non concludit. Quia non omnis corruptio eſt per ſeparationem alicuius ab alio. Accipiendo enim,eſſe Angeli, ſi illud ponatur aliud ab eſſentia,non eſt ſeparabile ab ipſo, eſt tamen deſtructibile per ſucceſſionem oppoſiti ad ipſum eſſe.

Reſpondeo, dicitur primò, quòd aliquid eſt deſtructibile ſine ſeparatione, duorum adinuicem, ſed illud non propriè vocatur corruptibile,prima parte,quæſtione ſeptuageſimaquinta, articulo ſecundo. Item de potentia Dei, quæſtione quinta, articulo tertio. Item contra Gent. ſecundo capit. quinquageſimoquinto.

¶Dicitur ſecundò, quòd nihil eſt corruptibile per ſe,niſi per ſeparationem formæ ab ipſo,de anima,quæſtione decimaquarta.

¶Dicitur tertiò, quòd inſtantia allata de eſſe Angeli,non valet. Tùm quia eſſe Angeli nõ eſt corruptibile,ſed ſimplicitèr incurruptibile. Tùm quia eſſe etiam in aſino non eſt corruptibile per ſe,ſed per accidens tantum. De anima,quæſtione prima ad decimumquartum. Tùm quia inſtantia eſt potius ad propoſitum, quàm ad oppoſitum,cum manifeſte appareat, quòd nulla corruptio poteſt cogitari niſi per ſeparationem alicuius ab aliquo. Quare illatæ inſtantiæ contra probationem concluſionis ſunt indiſciplinatæ,& proteruę.

Arguit etiam Scotus,quod rationes probãtes animam non poſſe perpetuò remanere extrà corpus,ſint inefficaces. Primò quidem contra primam rationem fundatam ſuper hac propoſitione. Nulla pars extra totum eſt perfecta. Iſta,inquit propoſitio eſt vera tantum de forma recipiente perfectionem aliquam in toto, Anima verò non recipit, cùm ſit æquè perfecta ſeparata ſicut coniuncta.

Reſpondeo. Falſum eſt, quod anima non recipiat perfectionem à toto. Tùm quia coniuncta poteſt in aliquos effectus, in quos non poteſt ſeparata. Tùm quia ſeparata non habet integram naturam ſpeciei, nec finem, ad quem naturalitèr ordinentur. Tùm quia coniuncta habet, quæ requiruntur ad propriam operationem ſpeciei. Multa etiam alia contra iſtam proteruiam ſuperius dicta ſunt.

Secundò inſtat,quia ſecunda ratio fundata ſuper hoc quòd ſeparatio animæ à corpore eſt violenta, non procedit. Quia duplex eſt naturalis inclinatio. Vna ad actum primum cõſequens potentiam eſſentialem. Alia ad ſecundum conſequens accidentalem, cuiuſmodi eſt inclinatio animæ ad corpus, oppoſitum primæ eſt violentum,& non eſt perpetuum, quia ponit imperfectionem perpetuam,quod inconuenit Philoſopho ponenti cauſas in vniuerſo aliquando ablatiuas omnis imperfectionis. Sed ſecunda inclinatio,& ſi perpetuò ſuſpendatur, nullum violentum propriè dicitur, quia nec imperfectio. Inclinatio autem animæ eſt tantum ſecundo modo. Vel diceretur ſecundum Auicen.quòd appetitus animę ſatiatus eſt,per hoc quòd perfecit corpus,qui anima coniuncta ſemel

Digitized by Google

mel acquiſiuit quantum ipſum ſimpliciter appetijt acquirere illo modo.

Reſpondeo, dicitur primò quòd inclinatio naturalis animæ ad corpus etiam eſt ſecundo modo, rationibus iam dictis.

¶Dicitur ſecundò, quòd dictum Auicennæ parum valet, quia licet appetitus animæ acquirendo habitus eſſet ſatiatus ſecundò modo, nõ tamen primo modo, ſeparata priuatur ſua perfectione prima.

Tertiò arguit, quia tertia ratio fũdata ſuper Diuina Iuſtitia Dei retribuentis, nõ valet, quia non apparet ratione naturali, quòd ſit vnus rector omnium hominum ſecundum leges iuſtitiæ retributiuæ, & punitiuæ, & eſto quod ſic diceretur, fit retributio ſufficientèr, ſicut dicit Auguſtinus. Iuſſiſti Domine, & ita eſt, vt ſit ſibi pœna omnis peccator.

Reſpondeo, dico primò, quòd ratione naturali probatur Deum eſſe rectorem omnium ſecundum leges iuſtitiæ, tertio contra gent. capit. 131. ibidem etiam capit. 144. probat, quòd actui malo debetur non ſolum excluſionis à fine, ſed etiam experimenti alicuius nociui.

¶Dico ſecũdò, quòd ex prædictis omnibus apparent rationes naturales Sancti Tho. probantes futuram hominum reſurrectionem eſſe multum probabiles, & ſi fortè non demonſtrẽt cum ſit articulus Fidei. Inſtantiæ verò contra eas adductę ſunt multum improbabiles, & proteruæ.

*Concluſio II.* Licet reſurrectio ſola Diuina virtute perficiatur, tamen Angeli cooperabũtur ad aliquid præambulum reſurrectioni. Hãc ponit Sanctus Thomas quarta, diſtinct. 43. art. primo, in ſolutione tertię quæſt. Ex quibus poteſt argui prima parte cõcluſionis, quia nullum principium creatum actiuum poteſt animam ſeparatam corpori coniungere. Secundam verò partem concluſionis ponit ibidem articulo ſecundo, in ſolutione tertiæ quæſtione. Huius ratio eſt. In omni corporali tranſmutatione diuinitus facta, Deus vtitur miniſterio Angelico, ſed reſurrectio mortuorum eſt huiuſmodi: ergo.

Contra arguit primo. Aureolus probando, quòd opinio noſtra habet ponere, quòd anima beata poteſt virtute propria ſe vnire corpori organico, & diſpoſito, & ita quòd reſurrectio mortuorũ non ſolũ fiat virtute Diuina quoad vnionem animæ, & corporis. Quęro, inquit, quid intelligas per talem vnionem. Aut enim eſt intima præſentialitas, vel cum hoc eſt animatio. Vtrumque autem horum poteſt anima reſpectu corporis proprij diſpoſiti. Primum quidem, quia ſicut poſt reſurrectionem ſe cum ſuo corpore præſentare poteſt alteri corpori, ita ſeparata poteſt ſe ſuo corpori præſentare, poteſt alteri corpori pręſentare. Confirmatur quia eſt ſimile de Angelo, qui ſe alicui, & præſentem, & non præſentem facit. Secundum etiam probatur, quia omne Agens habet potentiam reſpectu eius, quod ab eo dicitur profluere. Modo animare, & viuificare dicitur profluere ab anima: ergo.

Reſpondeo. Vnio animæ ad corpus, quam anima efficere ꝓpria virtute inquit poteſt tria importare. Primò quidem actionẽ, vel paſſionem, qua anima vnitur corpori, vel qua ex anima, & corpore fit vnum. Secundò poteſt importare vnitatem, & indiuiſionẽ animæ ad corpus, in quadam natura, vel perſona, ex eis reſultante, & in quodam eſſe cõmuni animę, & corpori, quę quidem vnitas eſt terminus prędictę actionis. Tertiò poteſt importare relationem animę ad corpus conſequentem prędictam actionem, 3. ſentent. diſtinct. 5. quęſt. primo in ſolutione 1. quęſt. Item in eadem diſtinct. q. 2. artic. 2. in ſolutione tertiæ quæſt. & ad primũ. Item diſt. 1. q. 1. art. 1.

¶Dicitur ſecundò, quòd præter intimam præſentialitatem per identitatem ſitus, vel loci, aut præſentiã motoris ad mobile, dicit vnio relationem, quam non poteſt efficere, niſi diuina virtute.

¶Dicitur tertiò, quod animare profluit ab anima, non tanquam à principio effectiuo, ſed formali, quod pręſupponit actionem efficientis reducentis materiam de potentia ad actum, ſecundo contra gent. cap. 67. item cap. 70.

¶Dicitur quartò, quod argumentum imaginatur falſum, ſcilicet, quod perfecta diſpoſitio corporis ad receptionem animæ rationalis poſſit eſſe, vel fieri ſine vnione animæ ad corpus. Quia prius natura anima vnitur materiæ, & informat eam, & dat ei eſſe corporeitatis, quàm materia recipiat aliquod accidens, vel diſpoſitionem qualemcumque, licet ſimul duratione det vltimam perfectionem ſubſtantialem, de anima, quæ. 9. item 4. ſententiarum diſtinct. 17. qu. 1. artic. 4. in ſolutione ſecundæ quæſtionis.

Secundo arguit, quod vnio animæ cum materia non importet habitudinem merè poſitiuam, ſed magis aliquid priuatiuum, ſcilicet indiuiſionem. Anima, inquit, & corpus non ſunt vnita in aliquo medio, ſed potius ſunt vnũ indiuiſum in actu. Tùm quia vnitas duarum partium ligni eiuſdem continui ſub quantitate, eſt vnitas omnimodæ indiuiſionis. Qua vnitate non eſt maior vnio materiæ cum forma: ergo. Tùm quia compoſitum eſt tertia res reſultans ex materia, & forma, & ſic vnum, & indiuiſum. Quæro ergo huius indiuiſionis, quod ſit ſubie-

ſubiectum. Aut enim eſt materia, & forma diſtincta adinuicem, quod non, quia indiuiſo non poteſt fundari in rebus diuiſis. Aut ipſum compoſitum eſt ſubiectum,quòd non, quia tũc eſſet tertia res compoſita: ergo fundabitur in vtroque,ſcilicet materia, & forma, & hoc modo reſultatiuè conſtituent vnum ſuppoſitum.

Confirmatur,quia Ariſtot.dicit,quod ſubiectum, & forma ſunt duo in potentia,ſed non in actu.

Reſpondeo. Dicitur primò,quòd anima, & corpus ſunt vnita in aliquo medio,& cum hoc inter ſe;conſtituuntquè vnum tertium, ſcilicet naturam,vel ſuppoſitum, quod ex eis reſultat. Improprie autem dicuntur vnum in actu,inquantum vniuntur in vno eſſe,& in vno tertio medio,& ex eis reſultante, & ſic intelligenda ſunt dicta Doctorum, dicentium, quod materia, & forma,actus,& potentia ſunt vnũ.

¶Dicitur ſecundò,quod prima probatio cõcludit.quod iſta habent vnitatem priuatiuam in tertio. Cum quo ſtat,quod eſſentialiter inter ſe ſint diſtincta,& habentia relationẽ vnionis.

¶Dicitur tertiò, quod ſecunda probatio nõ valet,quia compoſitum eſt tertia res diſtincta à materia,& forma,ſicut effectus à cauſis Item quod materia, & forma non propriè dicuntur vnum,ſed vnita. Item quod indiuiſio illius tertię entitatis,fundatur in illa tertia entitate,quę dicitur homo,vel humanitas.

¶Ad confirmationem dicitur, quod mens philoſophi eſt, quod ſubiectum, & forma ſint vnum in actu,quia ex materia:& forma conſtituitur vnum tertium,vel ſunt indiuiſa in vno eſſe,ſuppoſito,vel natura. Nec tamen ſequitur. quod ſint vnum propriè, ſed quod ſint in vno, vel ad inuicem vnita in tertio.Indiuiſio autem materiæ ad formam fundatur in vtroque,vt cõſtituunt tertium.

Henricus quolibet.11.quæſt.14.quoque probat,quod anima ſeparata poſſit reuniri virtute propria corpori diſpoſito ſic. Proprium actiuum approximatum,ſuo paſſo, naturalitèr producit in eo actionem ſuam. Sed anima reſpectu proprij corporis eſt proprium actiuum, & eius actio eſt eſſe, ergo cum fuerit per volũtatem approximata corpori, ei vnietur naturaliter. Non enim voluntariè,niſi voluntate concomitante vnitur corpori,& dat ei eſſe ſubſtantiale.

Reſpondeo. Negatur minor. Quia anima rationalis non eſt principium actiuum eſſendi corpori,ſed ſolum formale,vt ſuprà dictum eſt. Nec habet inclinationem naturalem ad corpus animandum effectiuè,ſed formalitèr.

Sciendum,quod materia diſpoſita,vnionem animæ cum ea non faciat ipſa anima effectiuè, ſed agens cauſans diſpoſitionem vltimã. Deus quidem,vt agens principale, agens verò creatum inſtrumentalitèr. Quod verò hoc anima non poſſit,probat Scotus. Tũm quia anima non poteſt eſſe cauſa effectiua hominis, quia ignobilior eo. Tùm quia dicitur 2.phyſi. tex. 70.quod forma, & efficiens non coincidunt in idem ſecundum numerum.

*Concluſio III.* In reſurrectione erit aliquid quod fiet in inſtanti, & aliquid quod fiet in tẽpore. Hanc ponit ibidem,art.3.in ſolutione 3.quæſt. Huius ratio eſt. Omnis motus fit in tempore,ſimplex verò mutatio in inſtanti.Sed in reſurrectione Angeli operabuntur per motũ localem;Deus verò per ſimplicem mutationẽ, vel productionem: ergo opus Angelorum erit in tempore,operatio verò diuina erit in inſtãti.

Contra arguit Durandus hic q.4. probãdo, quod reſurrectio mortuorum quantum ad organizationem corporum non fiat in inſtanti impoſſibile eſt motum localem fieri in inſtanti,ſed ſi organizatio corporum in reſurrectione ſubito fieret, motus fieret in inſtanti, ergo iſta organizatio non fiet in inſtanti, maior ſupponitur,minor probatur. Nam pulueres,aut erunt maiores,aut minores corpore formãdo, aut æquales. Si primum, in inſtanti moueretur aer ad aliquem locum puluerum, aut aliquid de loco puluerum manebit vacuum.Si ſecundum,idem ſequitur,quod corpus formatum ſubito occupabit maiorem locum, & aer ſubito localiter cedet. Si tertium, idem ſequitur,quia in ipſa organizatione nouam figuram accipient pulueres, per nouum motum partiũ.

Reſpondeo, reſurrectio fiet in inſtãti quoad organizationem,& animationẽ, non autẽ quo ad puluerum collectionem. Nec quando corpus erit maius, oportet ponere annihilationẽ, nec quando eſt minus vacuum, quia iſta ſunt monſtra in natura,ſed per condenſationem, & rarefactionem, quæ cum ſint alterationes, ſubito fieri poſſunt à Deo.

Secundò arguit, quod animatio, & organizatio non fiant in eodem inſtanti ſic. Animatio eſt quædam mutatio.Sed termini mutationis,ſunt habitus, & priuatio ſecundum Philoſophum quinto Phy.tex.26. non poſſunt eſſe ſimiliter tempore in eodem ſubiecto. Ergo animationem præceſſit tempore in corpore organizato,ꝙ ſubijcitur animæ, priuatio actualis exiſtens ipſius animæ,& ſic animatio corporis, & eius organizatio non fuerunt ſimul.

Reſpondeo,dicit idem Durandus,quod animatio illa erit vera mutatio præcedens organizationem natura. Sed ſubiectum termini eius à quo non erit corpus organizatum,ſed materia

ria

Digitized by Google

ria nuda, Petrus verò dicit quòd animationem præcedere organizationem in eſſe, & fieri videtur contra Philoſophum, quia actus actiuorum ſunt in patiente diſpoſito.

*Concluſio IIII.* Omnes homines reſurgent ſimul, & in eodem inſtanti. Iſtam concluſionem ponit Apoſtolus Paulus prima ad Corint. 15. dicens In momento in ictu oculi, &c. per quæ verba Doctores concludunt quòd reſurrectio omnium erit in eodem inſtanti, eadem ponit virtualitèr Sanctus Thom. 4. ſententiarum, diſtinct. 43. articulo tertio, quæſtio tertia, item in ſolutione primi quartæ, quæſtio. Huius ratio eſt. Omnium reſurrectio erit in vltimo inſtanti ſonitus tubæ Angelicæ, & in vltimo inſtãti motus Cœli. Sed illud non erit niſi vnum, & multa: ergo omnium reſurrectio erit in eodem inſtanti.

Contra arguit Durandus, quòd poſterius reſurgent hi, qui viui in aduentu iudicis reperiẽtur, quàm alij prius mortui. Nam ad Theſalon. quarto dicitur quod mortui qui in Chriſto ſunt, reſurgent primi. Deinde nos qui relinquimur, ſimul rapiemur cũ illis in nubibus obuiam Chriſto in aera. Ex quo patet quòd prius reſuſcitatis mortuis, tunc ſimul qui viui inueniẽtur rapientur, & in ipſo raptu erit viuorũ mors, & reſurrectio. Hoc .n. dicere cogimur propter ly primi, quia non poteſt intelligi de primitate dignitatis apud Deum, quia multi viui erũt priores eo modo quam multi mortui. Nec de prioritate naturæ, quia inter indiuidua eiuſdem ſpeciei non eſt ordo naturæ: ergo intelligitur de prioritate temporis.

Reſpondeo. Secundum Petrum omnes in ictu oculi in nouiſſima tuba reſurgent. Et ad argumentum dicendum eſt, quòd mortui qui in Chriſto ſunt, ideſt in fide Chriſti formata mortui ſunt, reſurgent primi, primitate dignitatis, quia in reſurrectionem vitæ. Nicolaus verò de Lyra exponit ly primi de primitate quietis in Chriſto per bonam mortem ſic iungendo literam, & mortui qui in Chriſto ſunt, id eſt requieſcunt in eius fide mortui primi reſpectu noſtri, quia adhuc viuimus, reſurgent cum poſteris. Deinde nos qui viuimus ſupple quieſcemus in Chriſto in eius fide moriendo, & ſimul rapiemur cum illis, iam reſuſcitati cum ipſis, &c.

¶ Alij dicunt, quòd ly primi intelligitur de prioritate temporis, & tunc exponitur in momento, quoad reſurrectionem ſingulorum, non autem omnium ſimul. Alij quòd omnes ſimul reſurgent, ſed priores primi dignitate. Ad obiectum contra hoc dicunt quod Apoſtolus non loquitur in perſona ſua, ſed eorum qui tunc viuent.

*In hac 43. Diſtione quarti Sententiarum, & duabus quaſtionibus ſequentibus confutantur hæreſes damnatæ, vt in noſtro Commenntar. in text. Magiſtri, & confutantur etiam hæreſes, quæ ſunt in Abecedario, & in Ethimologijs hæreſum, & confutantur ſimilitèr Idolatriæ, vt in Abecedario Idolorum in principio, vide ibi lit. A. C. & P. ac etiam cõfutantur falſæ Theologię Phænicum, Egyptiorum, Gręcorum, Atlãticorum, Phrygiorum, Gentium, &c. ab Euſebio in primo, ſecundo, tertio, & quarto libro de præparatione Euangelica contra Theologiam fabuloſam Poetarum antiquorũ. Contra genealogias Deorũ falſorũ Heſiodi, & contra genealogias falſorum Deorũ Homeri, ex quibus Boccacius de Græco in Latinum verſauit ſuam geneologiam, & de Latino in Hetrùſcum, vt ait Aſcenſius, & Seruius ſuper Virgilium, etc. & vide Ouid. & Anguillaram in Metamorph.*

*Ex concluſionibus, probationibus, & ſolutionibus argumentorum Caprɛoli ſoluuntur argumenta Vulpes, & aliorum recentiorum facile, vt facit Ariſtotiles ad argumenta Antiquorum, quod veritatis cognitio dubiorum eſt ſolutio, & cum Cardinali Bellarmino dicente in libro de Scriptoribus Eccleſiaſticis de Ioanne Capraolo, quòd Ioann. Capreolus ſit defenſor Egregius Sancti Thomæ, & optimè diſſoluit omnia argumenta aduerſariorum: dicunt verba formalia Bellarmini, ergò ſi optimè diſſoluit per Bellarminum ſunt ſoluta argumenta cum his doctrinis hic: Sicut ſoluit Ariſtoteles contra antiquos dicendo in 3. de Cœlo, & in 3. Metaphiſic. veritatis cognitio, dubiorum eſt reſolutio.*

*Reſpondetur ſecundò cum Cardinali Sarnano Franciſcano doctiſſimo, cum concordantia huius diſtinct. et ſimilitèr cum concordantia Bonghɛrbę.*

*Reſpondetur tertiò cum Petro de Bergamo, et Bartholomęo Spina dicentibus in tabula Sancti Thomę, quod qui ſcit totam Logicam Sancti Thomæ, Philoſophiam etiam moralem, totam Metaphyſicam Sancti Thomę, et totam eiuſdem Theologiam, nullum poteſt facere argumentum contra Sanctum Thomam, et ideò ſubdit, quod iſti recentiores ſtudent tantummodò articulo, ſuper quem componunt, et non habent in mente omnia opera Sancti Thomę loquentis prę ſuppoſitiuè, præſupponendo omnia ſupradicta, & dicendo, quæ propter prœrumpunt in verba in tantum Magnum Doctorem nullo modo applicanda, quòd Sanctus Thomas contradicat ſibi ipſi, et ideò Cardinal. Sarnanus, quia ſciebat totum Sanctum Thomam concordauit ſimilitèr, etiam Ioannes Capræolus ſol-*

Ffff uit

*uit argumenta aduerſariorum, cum locis Sancti Thomæ, quia totum in mente habebat Sanctum Thomam, et ideò Bellarmin. dicebat bene omnia ſoluere Capreolum.*

*Argumenta verò Vaſquez, Valentiæ, Molinæ, Suarez, etc. quia colliguntur, et ſoluuntur, clarè, diſtinctè, et breuiter à Ripa, à Nazario, à Conſales à Nauarretto, à Zenardo, et præcipuè à Montagnolo, in quolib. 4. quæſt. 5. Sancti Thomæ vtrum Corpus Christi in Cruce, & in ſepulchro ſit vnum numero.*

*Vide noſtram expoſitionem Petri Lombardi aperientem mentem huius materiæ, vt in folio 72. hic, et infra pro 3. reſponſione Vulpes. Ac etiam vide 1. 2. et 3. folium pro reſponſione quarta, quinta, et ſexta ad argumentum eiuſdem Vulpes.*

*Reſpondetur ſeptimo declaratione Scoti, & Sancti Thomæ per Radam Franciſcanum hic declarantem S. Thom.*

*Loca Sacræ Scripturæ hic, & infra à Salmerone, Emanuel Sa, à Toleto, à Prierio, Vegha, à Poſſeuino, à Salian, Torello in annalibus de creatione Mundi, quæ videntur repugnare aliquo modo Thomiſtis, quia ſunt concordata à nobis in fine noſtræ expoſitionis totius Bibliæ, et in Anatomia Bibliæ impreſſa ideò vide ea illic.*

*Reſponſiones apparentes contradictiones apud Vulpes, vide in fine huius quarti.*

## DISTINCTIO XLIIII.

### *Quæſtio. 1. 4. Sent.*

CIRCA quadrageſimamquartam Diſtinctionem quæritur primò. Vtrum in reſurrectione, anima reſumet idem corpus numero, quod prius habuit.

Pro quæſtione ſit prima concluſio. Ad veritatem reſurrectionis requiritur, quòd anima reſumat idem corpus numero, quòd prius habuit. Hanc ponit Sanctus Thomas, quarto ſententiarum, diſtinctione quadrageſimaquarta, quæſtio prima, articulo primo, in ſolutione primæ quæſtio. Huius ratio eſt.

Reſurrectio eſt iterata ſurrectio. Sed eiuſdem eſt ſurgere, & cadere, cadit verò tantum corpus: ergo. Ad idem eſt auctoritas Iob. 19. in carne mea videbo Deum Saluatorem meũ.

*Concluſio II.* Eſt. Ad identitatem reſurgẽtis, requiritur quod habeat eandem materiam numero, quàm prius habuit. Hanc ponit Sanct. Thom. vbi ſuprà artic. primo, in ſolutione tertiæ quæſtio. Huius ratio eſt. Identitas totius requirit identitatem partium eſſentialium. Sed in reſurrectione erit idem numero, cuius materia eſt pars eſſentialis: ergo.

*Concluſio III.* Si anima Petri informaret corpus, vel materia corporis Pauli, non eſſet idem Petrus qui prius. Hæc concluſio poteſt haberi ex dictis Sanct. Thom. decimoprimo quol. quæſt. ſexta, item ſecunda contra Gent. cap. 81 Huius ratio eſt. Diuerſitas ſecundum numerum eſt ex diuerſitate materiæ. Sed Petrus, & Paulus diſtinguuntur numero: ergo. Item pro prius actus propriæ potentiæ correſpondet. Non ergo vna materia pluribus corporibus vnitur.

Contra tertiam concluſionem arguit Durandus hic quæſt. 1. Nullam habens diuerſitatem ex ſe, ſed ab alio formalitèr, & effectiuè habens eam quam habet, tale debet iudicari idem, vel diuerſum ab alio. Sed materia prima eſt huiuſmodi, & habet à forma diuerſitatem omnẽ. Ergo exiſtente eadem forma, omnis materia ſibi vnita nunc, & prius debet iudicari eadem, & per conſequens idem compoſitum prima eſt Philoſophi 7. Methaphyſ. Text. 8. dicẽtis, quòd materia ſecundum ſe nec eſt quid nec quantũ, &c. Commentator de ſubſtantia orbis dicit, quòd materia ſubſtantiatur per poſſe. Minor probatur ex natura materiæ quæ eſt pura potẽtia.

Reſpondeo. Dicitur primò, quòd materia eſt pura potentia ad recipiendum quamlibet formam, ſecundum tamen certum ordinem.

¶ Dicitur ſecũdò, quòd materia, vt præcedit vnionem ſui ad omnẽ formã, ſic inquã materia cõſiderata nullã habet partitionẽ, nec vna materia, aut pars materiæ ad aliam, habet tamen ordinem ad diuerſas formas, quibus poteſt ſubijci, & conſequenter potentiam ad actualem diſtinctionem, & ad ſui partitionem ſecundum numerum, ita quòd ſecundum ſui diuerſas partes ſubijciatur diuerſis formis vnius rationis, & diuerſarum rationum.

¶ Dicitur tertiò, quòd diuerſæ partes materiæ poſtquam fuerint ſub diuerſis formis, perpetuo retinent ordinem ad eas, quem non habent ad eas, ſub quibus nunquam fuerunt.

¶ Dicitur quartò, quòd partes materiæ non habent adinuicem actualem diſtinctionem, vel vnitatem ex ſe effectiuè, vel formalitèr, habent autem ex ſe fundamentalitèr, & ſubiectiuè, ſicut & aliæ relationes dependent ex fundamento, & ſubiecto. Non ergo vnitas formæ ſufficit ad vnitatem materiæ ſubiectæ, nec quòd omnes materiæ vnitæ animæ Petri ſimul, vel ſucceſſiuè, ſint eadem materia.

¶ Dici-

Digitized by Google

¶Dicitur quintò, quòd illa ratio ſeipſam deſtruit, quia ſi ex identitate formæ ſequitur idẽtitas materiæ: ergo ex diuerſitate formarum ſequitur diuerſitas materiarũ, & ſic materia quæ fuit ſub alia forma, & nunc eſt ſub anima Petri erit diſtincta, & non diſtincta, quod eſt contradictio.

Secundò arguit. Niſi tota vnitas materiæ, & compoſiti eſſet à forma, ſequitur, quòd animal nutritum non ſit idem ſimplicitèr, quòd prius, & quoad eſſentiam. Sed hoc eſt falſum, vt dicit Damaſce. lib. 4. cap. 5. dicentis quod in nutritione non fit aliud corpus: ergo. Item probatur minor ratione. Si enim eſt aliud animal, aut eſt ſecundum totum, quod non, quia tunc nutritio eſſet noua generatio, nec ſecundũ partem, quia non ſecundum formam. Nam vt dicit Philoſophus primo de generatione, tex. 41. materia in nutritione ſit ſolum ſub forma, quæ prius exiſtit. Non etiam ſecundum materiam quia neque ſecundum totam materiam, quia non tota abijcitur. Non ſecundum partem, quia materia non habet de ſe partem, & partem circumſcripta quantitate: ergo manente eadem forma, erit eadem materia, vndecunque veniat; & per conſequens idem compoſitum.

Reſpondeo. *Ex* Petro, & Sanct. Thom. 1. quæſt. 119. artic. 1. ad 5. Item 2. ſententiarum diſtinct. 30. quæſt. 2. artic. 1. ad 4. Et in 1. quolib. quæſt. 5. ad ſecundum. In nutritione ſemper manet forma aliquid materiæ prioris, & illud quod aduenit eſt vnum cum eo quod præerat effectui, & ideò eadem materia, & idem indiuiduum manet per totam vitam, vnde negatur illa conditionalis aſſumpta.

Sciendum primò, quòd non eſt ſimile de alietate materiæ, quæ aduenit nutrito, & de alietate materiæ, quæ adueniret animæ Petri in caſu noſtro. Nam in nutrito remanet aliqua vnitas materiæ, vel identitas, & ideò idem indiuiduũ, in ſecundo verò caſu nulla manet vnitas materiæ, & ideò nec idem indiuiduum.

Sciendum ſecundò, quòd in nutritione non eſt omninò idem indiuiduum ſimplicitèr quantum ad materiam. Ideò non oportet in generalibus tantam quærere vnitatem, & identitatem, quantam eſt in corporibus cœleſtibus, nec quantam habebunt corpora glorificata.

Tertiò arguit contra rationes pro concluſione ſic. Diſtinctio actualis numeralis vnius materiæ ab alia materia, non eſt ſine forma, ſed per formam: ergo ex vnitate formæ ſequitur vnitas materiæ.

Reſpondeo, negatur conſequentia. Tùm quia licet vnitas actualis materiæ ad materiam licet quoad actualitatem ſit à forma, tamen quoad ſuum materiale eſt à materia, & in genere cauſæ materialis. Ideò ſola vnitas formæ non infert vnitatem materiæ ad materiam, niſi cùm hoc eſſe huius ſit eſſe illius. Tùm quia partes materiæ ſimul actuatæ ab eadem forma, licèt conſtituant ſimul vnam materiam, non tamen materia digiti eſt materia pedis. Vnde ad diſtinctionem materierum ſufficit diſtinctio formarum, quibus ſimul actualitèr informãtur, ſed ad actualem vnitatem materierum non ſufficit vnitas formæ ſubſtantialis, qua illę materię ſucceſſiuè informatæ fuerunt. Conceditur tamen, quòd ſicut materiæ ſimul ſubiectæ diſtinctis formis ſunt actualitèr diſtinctæ, ita materię ſimul ſubiectæ eidem formæ, conſtituunt vnam materiam.

Sciendum, quod licèt via Durandi euadat aliquas difficultates, ſicut illa de coſta Adæ, nõ tamen ſine multo inconuenienti. Opinio autẽ communis Sanct. Thom. euadit illias difficultates ſine quocunque alio inconuenienti, vt patet diſt. 44 q. 1. art. 2.

Contra eandem arguit Ioann. de Neapoli 2. quolib. quæſt. 6. Exiſtente eadem forma numero, & eadem materia, eſt idẽ compoſitũ numero. Sed ſi anima Petri informaret corpus Pauli eſſet ibi eadẽ forma, & materia eadẽ numero: ergo. Maior nota, minor quoq; quoad hoc, ꝙ ibi ſit eadem forma, probatur verò de materia, ſupponendo, ꝙ triplex eſt vnitas materiæ. Prima eſt intrinſeca, & eſſentialis, & illa eſt potẽtia de genere, qua vnitate eſt materia vna omnium generabilium. Alia eſt ſuperueniẽs actualis ſubſtantialis, quam habet à forma ſubſtantiali, ratione cuius dicitur eſſe vna materia vnius compoſiti. Tertia eſt actualis accidentalis, quam habet à quantitate dimenſiua ſecundum quam dicitur eſſe vna materia generati, & corrupti, quia formæ earum ſuccedunt ſibi in eadem parte materiæ, ſed ibi eſt vna materia primo, & ſecundo modo, vt patet. Nec ad vnitatem eiuſdẽ ſuppoſiti numeralis requiritur, quod ibi ſit materia tertio modo: ergo. Probatur verò, quod non requiratur vnitas materiæ tertio modo. Tùm quia uno mixto, & cibato, quod eſt vnum numero, ſunt plures partes materiæ tertio modo. Tùm quia proles nutrita carnibus humanis, vel lacte ex his generato, ſi continuè veſceretur carnibus humanis, in reſurrectione materia talis nutriti eſſet ſub formis illorum hominum, quorum carnibus talis proles nutrita fuiſſet, & mater eius paſta, & non eſſet idem homo propter vnitatem materiæ tertio modo, ſecundum tantum primo, & ſecundo modo: ergo.

Reſpondeo, In caſu, materia Pauli nullam di-



Digitized by Google

dictarum vnitatum haberet, ad eam, quæ fuit Petri. Non quidem primam, quia non eſt eadem materia omnium generabilium ſecundum numerum, licèt ſit ſecundum rationem. Aliud eſt enim loqui de materia prima abſolutè, aliud de materia prima huius indiuidui 2. ſententiar. diſtinct. 30. quæſt. 2. art. 2. Non ſecundam, actualem, ſcilicet ſubſtantialem, quia hæc non ſolum dependet à forma, ſed etiam à materia. De tertia parte.

Secundò Beatus Auguſtinus 22. de Ciuitate Dei cap. 20. hoc tenet adducens rationem de eo, qui veſcitur carnibus humanis.

Reſpondeo, Auguſt. nunquam fuit huius opinionis, quod poſſit eſſe idem homo ſecundum numerum, habens duas materias totalitèr adinuicem diſtinctas, nec quod materia, quæ eſt ſub forma vna, ſic eadem numero vnitate eſſentiali, ſubſtantiali, aut accidentali, potentiali, vel actuali cum materia, quæ eſt ſub alia forma, nec quod duo homines ſimul habeant eandem materiam ſicut habet dicere iſte, qui arguit diſtinct. quadrageſimaquarta, quæſtione prima, artic. 2. quæſtione quarta, ad tertium. Ex quibus patet, quod in nullo caſu anima reſurgentis, vnietur materiæ totalitèr nouæ, quin in corpore ſumpto aliquid præcedentis materiæ remaneat. Illud autem, quod virtute diuina ſupplebitur. faciet vnum cum priori materia. Et ſic erit idem corpus, quod prius aliqua in vnitate, & ſi non omnimoda.

## QVAESTIO II.

### 44. *Diſtinctio 4. Sent.*

Circa eandem diſtinctione quæritur ſecundò. Vtrum corpora Sanctorum poſt reſurrectionem erunt impaſſibilia.

Pro quæſtione ſit prima concluſio. Corpora Sanctorum poſt reſurrectiom erunt paſſibilia, paſſione communitèr dicta, prout omnis receptio dicitur paſſio.

*Concluſio II.* Corpora Sanctorum poſt reſurrectionem non erunt paſſibilia, paſſione propriè dicta, quæ eſt motus præter naturam, vel abiectio alicuius conuenientis, aut receptio alicuius diſconuenientis.

*Concluſio III.* Talis impaſſibilitas, prouenięt ex pleno dominio animæ ſupra corpus. Has tres concluones ponit Sanct. Thom. præſenti diſtinct. quæſtione ſecunda, artic. 1. in ſolutione 1. quæſt.

Primæ concluſionis ratio eſt: Omne receptiuum formæ conuenientis eſt aliqualiter paſſiuum. Sed corpora Sanctorum poſt reſurrectionem erunt huiuſmodi: ergo erunt paſſiua, paſſione communiter dicta, minor probatur. Quia ſenſus Beatorum ſentient obiecta, ſibi cóuenientia. Sed quælibet ſenſatio fit cum receptione ſpeciei ſenſibilis in organo corporeo: ergo.

¶Secundę concluſionis ratio eſt. Nihil importans violentiam, aut inordinationem naturæ ponendum eſt in Beatorum corporibus glorioſis, ſed huiuſmodi eſt paſſio ſtrictè ſumpta: ergo.

¶Tertiæ concluſionis ratio eſt. Forma ſubſtantialis perfectè dominans ſuæ materiæ excludit ab ea paſſionem cuiuslibet agentis ad priuationem talis formæ, & inducentis oppoſitum, ſed poſt reſurrectionem anima perfectè dominabitur ſuæ materiæ: ergo, maior patet per exemplum formę cœleſtium corporum.

Contra arguit Scotus in 4. diſtinct. 49. quæſt. decimatertia, probando quod impaſſibilitas corporis glorioſi non proueniat ex pleno dominio animæ ſuper corpus, nec ex ceſſatione motus cœli. Non quidem propter primum. Nam anima non repugnat inquantum forma qualitatibus actiuis, etiam non reductis ad medium, quia eas in ſuo ſuſceptiuo patitur, & exigit. Neque etiam repugnat effectibus earum, quia ſtant cum anima vſque ad magnam intéſionem. Nec etiam repugnat eis per actum voluntatis, quaſi ex pleno dominio ſuper corpus. Quia nec ſupremus Angelus poteſt ſolo imperio voluntatis impedire actioné alicuius cauſę naturalis.

¶Si dicatur, quod ex anima plenariè beata redundat in corpus aliqua qualitas prohibens huiuſmodi paſſionem corruptiuam, ſicut durities eſt quędam impaſſibilitas, ſcilicèt prohibens hanc paſſionem, quę eſt facilitèr incidi.

Contra arguitur. Illa qualitas non eſt qualitas cœleſtis. Tùm quia nec perſpicuitas, nec lux, nec lumen. Tùm quia corpus humanum, cum ſit mixtum, non eſt receptiuum qualitatis cœleſtis, erit ergo qualitas elementaris, vel propria mixti, ſed ſiuè ſic ſiuè non impedit omnẽ actionem, vel paſſionem, ſicut durities, licèt impediat inciſionem, non tamen combuſtionem. Item omnes formæ eiuſdem ſuſceptiui proximi ſunt eiuſdem generis Phyſici ex quinto tex. 33. & 10. Met. text. 22. & contrariæ, vel mediæ: ergo non prohibêt actionem mutuam, ſed ſunt eius principia. Item ſi illa qualitas repugnat alijs qualitatibus, tunc non prohibet omnem actionem.

Reſpondeo. Prohibet anima beata actioné qualitatum elementarium adinuicé tertio modo

do

Digitized by Google

do tantum, ſcilicèt quia ex anima plenariè beata redundat quædam qualitas, vt dictum eſt. Vnde licet impaſſibilitas ſecundum rationem nominis videatur importare ſolā priuationē, tamē eius cauſa erit in corporib' glorioſis aliqua forma paſſiua, præſenti diſtinctione, quæſtione ſecunda, articul. 1. in ſolutione 2. quæſt. & ad ſecundum, item diſtiĉt. 49. quæſt. 4. artic. 5. in ſolutione 3. quæſt. & in ſolutione 2. quæſt.

Ex quibus apparet, quòd ſecundum mentē eius quęlibet dos corporis glorioſi eſt aliquid poſitiuum ſubiectiuè exiſtens in corpore glorioſo. Tùm quia hoc requirit perfecta ſubiectio corporis glorioſi ad animam. Tum quia hoc requirit nobilitatis regiminis excedens impaſſibilitatem ſtatus Adæ, & impaſſibilitatem viæ, quæ poſſet præſtari alicui per ſolam virtutis diuinæ aſſiſtentiam.

Ad primam improbationem dicitur, quòd procedit ex ſufficienti diuiſione. Eſt enim qualitas ſupernaturalis non dependens effectiuè ex actione alicuius corporis, nec reſultans ex mixtione quacunque, qui tamen poteſt dici qualitas mixti ſubiectiuè, quia ſubiectum eius erit corpus humanum, & ideò cum ſit ſupernaturalis, poteſt prohibere omnem actionem intrinſecam ſubiecti proprij corruptiuam, diſtin. 43. q. 1. ar. 1. q. 1. it ſolut. 3.

Ad ſecundam improbationem dicitur, quod illa propoſitio. Omnes formæ eiuſdem generis Phyſici, eſt vera in formis naturalibus, non autem in formis ſupernaturalibus ad quas ſubiectum ſolum ſe habet in potentia obedientiali, diſtinct. 48. quæſt. 2. art. 1. ad tertium. Item 1. par. q. 73. ar. 1. ad 3.

Ad tertiam improbationem dicitur, quòd ſupponit ſtatim negatum, ſcilicèt quod impaſſibilitas ſit qualitas eiuſdem generis cum qualitatibus elementaribus. Item quod forma alteri non repugnans non prohibet actionem illius. Nam impaſſibilitas compatitur qualitates elemētares, nec prohibet omnem actionem earum, ſed ſolum quæ eſt contra diſpoſitionem animæ. Repugnat quoque inordinatis actionibus, & paſſionibus ſui ſuſceptiui, prohibens omnem paſſionem abiectiuam tàm ab intrinſeco, quàm ab extrinſeco. Cauſa verò impaſſibilitatis prima eſt dominium animæ ſupra corpus, quo modo forma cœli dominatur eius materiæ, cauſa verò proxima impaſſibilitatis eſt qualitas effluens ab anima in corpus ſibi ſubiectum.

Quod verò ceſſatio motus cœli non ſit cauſa huius impaſſibilitatis, probatur. Tùm quia contra hoc eſt articulus Parrhiſienſis, ſtante cęlo, igne approximato ſtupæ, quod ignis non corrumpat ſtupā, error. Tùm quia ſecundum Phyloſophum 2. de generatione, text. 55. Motus cęli pro tanto eſt cauſa generationis, quia adducit generans. Ergo ſi ſine motu habetur eadem præſentia generantis, vel approximatio æquè foret generatio, ſicut ſi Sol ſubito crearetur eodem modo illuminaret, & calefaceret, ſicut nunc.

Reſpondeo. Dicitur primò, quòd ceſſatiò motus cęli eſt aliqualis cauſa incorruptibilitatis corporum tàm beatorum, quàm dānatorum, licet diuina iuſtitia ſit cauſa principalis talis incorruptibilitatis diſt. 44. q. 3. art. 1. in ſolut. 2. q. & 3.

¶ Dicitur ſecundò ad articulum Parrhiſienſem, quod articuli illi indigent bona correctione, vt ait Godofredus 8. quolib. quæſt. 5. potiſſimè vbi tangunt doctrinam Sanct. Thom. Nā ſunt reuocati, vt eam tangunt. Hic verò articulus recipit gloſſam, ſicut dicta Chriſti, Sanctorum, & canonum. Eſt enim ſenſus, quod ſtante cęlo, ignis approximatus ſtupæ non poſſet corrumpere ſtupam, per quancunque potentiam creatam, vel increatā, & hoc aſſerere eſſet erroneū, quia eſſet derogare diuinæ potentiæ. Non autem eſt erroneum, ſi hoc intelligatur fieri non poſſe, per cauſas naturales, nec ſine miraculo.

¶ Dicitur tertiò, ad aliam improbationem, quod nō tantum motus cęli eſt cauſa, quia adducit generans, ſed etiam, quia omnes alij motus corporales naturales, & alteratiui corporum dependent ab illo, ſicut à primo ſui generis, & ſicut ab actione eſſe ſuperioris, ſcilicet ſubſtantiæ ſeparatæ, de potentia Dei quæſt. 5. artic. 8. Item quæſt. 6. art. 3. & ad ſecundum. Item prima parte, quæſt. 110. artic. 2. ad ſecundum.

¶ Dicitur quartò quòd auctoritas Philoſophi 2. de gener. ineptè allegatùr ad propoſitū, quia non loquitur ibi de motu primi mobilis, ſed de motu zodiaci, vt patet conſideranti textum. Cum verò in textu dicitur, quod motus primus non eſt cauſa generantis, intellige immediata, quia mediante circulo obliquo.

Contra eandem tertiam concluſionem, arguit Aurelus, probando quod impaſſibilitas non proueniat ex aliqua forma paſſiua. Primò impaſſibilitas non ſolum conſiſtit in non poſſe pati aqie ctionem formæ conuenientis, ſed etiam translationem violētiam de loco ad locum. Sed hanc non habet per aliquam qualitatem, quia tunc eſſet fortior in reſiſtendo quacunque potentia motiua creata: ergo probatur minor per Ariſt. de motu animalium, dicentem quod oportet potentiam reſiſtentis eſſe fortiorem mouente. Nihil autem creatū excedit potentiam mouentem Angelorum.

Reſ-

Reſpondeo. Dicit Petrus, quod non eſt ſimile de motu locali, qui eſt à fortiori virtute, & nõ eſt per ſe ad corruptionem. Nec videtur incredibile, vel impoſſibile, ponere in corpore humano glorioſo nobiliorem, & fortiorem virtutem omni alia, quæ ſint in quocunque alio corpore, ſicut nobiliorem, & perfectiorem claritatem, quàm in Sole. Reſpectu verò Angeli nõ oportet, quæ ne patiatur à ſpiritu, eſt per diuinam protectionem.

Secundò arguit. Nulla virtus creata poteſt ſuſpendere virtutem actiuam ab agere, nec materiam à pati. Quod tamen faceret illa qualitas: ergo non prouenit impaſſibilitas à forma paſſiua, antecedens probatur, quia nulla virtus creata poteſt ſeparare ſubiectũ à propria paſſione.

Rerſpondeo, negatur antecedens. Ad probationem dicitur quod neque agere quocunq; modo eſt paſſio virtutis actiuæ, nec pati materiæ, ſed ſolum agere in ſubiectum diſpoſitum. Similitèr nec pati à quocunque eſt paſſio materiæ, ſed poſſe pati à determinato agente, vnde ſi iſta ratio valeret, æquè concluderet, quod in cęlo, aut in quocunque corpore non eſt aliquod qualitas prohibens actionem ignis in illud.

Tertiò arguit. Nulla virtus creata poteſt auferre illud, quod conuenit alicui in ſecundo modo dicendi per ſe, ſed per ſe eſt, quod omne corruptibile corrumpatur, vt dicitur primo cęli: ergo non poterit hoc auferri per qualitatẽ, aut formam paſſiuam.

Reſpondeo, negatur minor. Nàm poſſe agere, & pati conuenit, & eſt propria paſſio corruptibilis, quæ manet, licet impedita, non autem agere, & pati diſtinct. præſenti, quæſt. 2. art. 1. quæſt. 1. in ſolutio 2.

Sciendum, quòd corpus glorioſum per illã qualitatem reſiſtere poterit omni corruptiuo, ligando potentiam materiæ, & eam ad vnum determinandum ne poſſit recipere contrariũ. Neque oportet qualitatem illam eſſe formalitèr contrariam qualitatibus actiuis, & paſſiuis, quamuis ſit ratio reſiſtendi eorum actioni.

Contra eandem arguit Durandus diſti. 44. quæſt. 4. probando quod impaſſibilitas corporum glorioſorũ non erit per aliquam formam inhærentem, ſed ſolum per diuinam virtutem aſſiſtentem beatis, & prohibentem actionem cuiuslibet inferentis pæſſionem, ſic. Incorruptibilitas beatorum non erit per aliquam virtutem ſibi inhærentem: ergo nec impaſſibilitas, patet conſequentia, quia ſibi inuicem correſpondent, antecedens probatur. Effectus cõmunis habet cauſam cõmunem, ſed incorruptibilitas eſt communis beatis, & damnatis, & in damnatis non eſt incorruptibilitas per aliquam formam inhærentem: ergo nec in beatis.

Reſpondeo, negatur ſimilitudo incorruptibilitatis damnatorum, & beatorum. Cum in damnatis nihil ſupernaturale pertinens ad gratiam, & dignitatem poni debeat. Neque ibi eſt eadem cauſa: vbi eſt tam differens effectus. Eſt enim in damnatis paſſibilitas ſine corruptione; hic vero neutrum. Incorruptibilitas beatorum ex duplici cauſa prouenit, damnatorum ex vna tantum.

Tertiò arguit auctoritate Beati Auguſtini in Epiſtola ad Dioſcorum dicẽtis, ſicut ab igne fornacis abſtulit Dues virtutem comburendi, ita auferet ab omnibus incorruptionem, & dimittet eis naturam: ergo impaſſibitas Beatorum erit per virtutem diuinam aſſiſtentem.

Reſpondeo. Virtus diuina non excludit formam intrinſecam inhærentem. Haberi quoque poteſt ex dictis Beat. Auguſtini, quòd impaſſibilitas ſit forma intrinſeca inhærens. Cum ait ad eundem Dioſcorum ſcribens. Tam potenti natura Deus fecit animam, vt ex eius pleniſſima beatitudine redundet in corpus plenitudo ſanitatis, & incorruptionis vigor. Et recitatur à Sanct. Thom. tertia parte, quæſt. 14. articulo 1. & quæſt. 54. art. 2.

Vltimò arguit. Effectus priuatiuus non requirit, niſi cauſam priuatiuam: ergo impaſſibilitas non eſt per aliquam formam inhærentẽ.

Reſpondeo ſecundum Petr. Conceditur antecedens de cauſa formali, negatur verò de effectiua, & fundamentali. Efficiens autem ſicut effectum poſitiuum cauſat directe influendo, ita etiam priuatiuum cauſat non influendo, ſicut Deus non ſeruando annihilaret, & etiam impediendo alterius cauſæ influentiam, ſicut opacum cauſat vmbram.

## QVAESTIO III.

*44. Diſtinct. 4. Sent.*

Circa eandem diſtinctio. queritur tertiò. Vtrum corpus glorioſum per dotem ſubtilitatis poſſit eſſe in eodem loco ſimul cum alio corpore.

Pro quæſtione ſit prima concluſio. Corpora Beatorum erunt ſubtilia, propter plenum dominium animæ ſub corpus, vt perfectè informet, & per aliquam formam eis inhærentẽ, quæ dicitur dos ſubtilitatis. *Primam* partem huius concluſionis ponit Sanct. Thom. præſenti diſt. q. 2. art. 2. in ſolut. primę quæſt.

Huius

Huius ratio eſt. Corpus non poteſt dici, vel imaginari ſubtile eſſe, niſi ex paruitate materiæ, vel quantitatis, aut ex completiſſima ſui perfectione per formam. Sed corpora glorioſa, non erunt ſubtilia primis duobus modis; ergo tertio modo. Ille autem tertius modus poteſt dupliciter intelligi, ſcilicet ex natura quintæ eſſentiæ, aut ex completo dominio animæ beatæ ſuper corpus. Primus modus non eſt probabilis, reſtat ergo ſecundus.

Secundam partem concluſionis ponit diſt. 44. q. 2. ar. 3. in ſolutione primæ, quæſt. Item diſtinct. 49. quæſt. 4. art. 5. in ſolutione 2. quæſt. Huius ratio eſt. Beatitudo corporis glorioſi, & eius dotes, proportionantur beatitudini animæ glorioſæ, & eius dotibus. Sed beatitudo, & eius dotes ſunt quædam formæ poſitiuæ inhærentes animæ beatæ: ergo ſimile eſt de dotibus corporis glorificati, quarum vna dicitur dos ſubtilitatis. Item hoc idem apparet ex diffinitione dotis, quã cõ nuniter ponũt doctores vt recitat Sanct. Thom. diſt. 49. articul. 1. quæ talis eſt. Dos eſt perpetuus ornatus animæ, & corporis vitæ ſufficiens in æterna beatitudine iugiter perſeuerans: ergo, &c.

Contra arguit Durandus hic quæſtio. 5. probando, quòd dos ſubtilitatis non ſit qualitas inhærens corpori glorioſo, ſubiectio inquit corporis ad animam, quoad operationes cognitiuas, appetitiuas, videtur pertinere ad dotem ſubtilitas, aut eſt puritas operationum ſenſitiuarum, & ſic ſufficit puritas ſpirituum humanorum. Aut eſt obiectiua virium ſenſitiuarũ per quarum rebellionem corpus nunc dicitur animale. Et ſic ſufficit diuina virtus aſſiſtens. Nec apparet benè, quomodo per talem qualitatem hoc poſſit, quia omnis actus cuiuſcunq; qualitatis ſemper inclinat ad vnum: ergo.

¶Et licet diuina hæc aſſiſtentia non poſſit dici forma habitualis, poteſt tamen dici dos, quia ſponſum ornat extrinſecè, vt ſi ad tutionẽ eius daretur ei militum cuſtodia.

Reſpondeo. Dicitur primò, quod dos ſubtilitatis nõ eſt habitus vnus, vel plures ordinatus ad perficiendum potentias partis ſenſitiuæ apprehenſiuas, vel appetitiuas. Hoc enim pertinet ad dotem agilitatis, ſed ordinatur ad hoc, quòd corpus ſit ſubiectum perfectè animæ, vt participet actum primum, qui eſt eſſe ſubſtantiale, diſtinct. 49. quæſt. 4. art. 5. in ſolut. 3. q. item diſt. 44. q. 2. art. 3. q. 1. ad 3.

¶ Dicitur ſecundò, quòd habitus virtutis non determinat, vt dicit Petrus ad vnum materialitèr, ſed tantum formalitèr, ſcilicet ad modum. Hoc autem falſum eſt, quia habitus temperantiæ determinat per modum inclinationis ad obiectum temperantiç puta ad medium inde lectationibus tactus, & non ſolum ad modum operandi 3. ſentent. diſt. 23. q. 1. art. 4. q. 2. in ſolutione quarti. Item 1. par. q. 1. art. 6. ad tertiũ. Quomodo autem idem habitus poſſit nunc inclinare ad hunc actum, nunc ad oppoſitum, vel ad diuerſa obiecta, oſtendit Sanct. Thom. 1. 2. q. 54. art. 2. & 4.

*Concluſio II.* Corpus glorioſum non habet ratione ſubtilitatis, quòd poſſit eſſe ſimul cum alio corpore in eodem loco localitèr. Hãc ponit S. Thom. diſt. 44. q. 2. artic. 2. in ſolut. 2. q. Huius ratio eſt. Manente cauſa, manet effectus. Sed cum dote ſubtilitatis manet cauſa incompoſſibilitatis duorum corporũ ad ſimul exiſtendum in eodem loco: ergo cum illa dote manet effectus.

Contra arguunt aliqui. Primò dotis ſubtilitatis proprius effectus eſt penetratio corporum: ergo.

Reſpondeo, negatur antecedens, & de ſuo effectu iam dictum eſt.

Secundò, Chriſtus diuina virtute poteſt facere, quòd corpus glorioſum ſit ſimul cum glorioſo, non autem ſimul cum non glorioſo, igitur non tantum per Diuinam Potentiam, ſed per aliquid creatum, quod erit dos ſubtilitatis.

Reſpondeo, Diuina Virtute corpus glorioſum poteſt ſimul eſſe cum glorioſo, & non glorioſo diſt 44. q 2. art. 2 in ſolut. 4. q.

Tertiò. Si dos ſubtilitatis non eſt ratio eſſendi cum alio corpore, tunc corpus poſt reſurrectionem eſſet in onus animæ, quæ quantũ ex ſe, poterit eſſe, cum quocunque corpore.

Reſpondeo. Poterit eſſe, non tamen propria virtute, ſed diuino miraculo, non tamen erit, quia non erit conueniens, vt ſeruetur debitus ordo, qui diſtinctionem requirit.

Quartò. Deus poteſt facere, & conſeruare perpetuo vnum corpus cum alio: ergo poterit dare vnam formam, per quam idem fiat.

Reſpondeo, negatur conſequentia. Quia per nullam formam creatam aufertur à corpore glorioſo, quod eſt principium incompoſſibilitatis coexiſtendi alteri corpori.

Quintò. Duo corpora non glorioſa poſſũt eſſe ſimul: ergo, & duo glorioſa. Antecedens probatur in igne, & ferro, & pane, ac vino. Ferrum enim ignitum comburit, & ſcindit. Item vini humiditas eſt vbique in pane.

¶Reſpondeo. Negatur antecedens. Ad probationem reſpondet Sanct. Thomas ſuper Boetio de Trinitate in illa quæſtione. Vtrum duo corpora poſſint intelligi eſſe in eodem loco. Ad quintum vbi ait in ferro ignito non ſunt duo corpora, ſed vnum corpus habens, quidem ſpeciem ferri, ſed aliquas qualitates ignis.

Ad id

Digitized by Google

Ad id quod dicitur de vino, & pane, reſpondet Petrus de pane, inquit, intincto, vel imbibito in vino, vel aqua, dicendum eſt; quòd vbi eſt poroſitas, ibi eſt ſolū vinū, vel ſola aqua. Vbi autem eſt panis ſolidus nihilominus humectatus, ibi eſt ſolus panis alteratus tamē à qualitatibus aquę, vel vini, quorū ſubſtantia corrupta eſt, & ſic nunquā eſt ſimul ferrum, & ignis, nec panis, & vinum. Hęc Petrus, & benè.

*Concluſio* III. Diuina virtute duo corpora poſſunt eſſe ſimul in eodem loco. Hanc ponit S.Thom. diſt. 44. q. 2. ar. 2. in ſolut. 3. q. Huius ratio eſt. Cauſa prima poteſt conſeruare rem in eſſe ceſſantibus cauſis ſecundis, vt patet per primam propoſitionem libri de cauſis. Sed duo corpora remanere duo nequeunt, niſi habeant eſſe diſtinctum, quod dependet à cauſis ſecundis, ſicut à cauſis proximis: ergo. Diuina virtute fieri poterit, quòd remaneāt diſtincta, quā uis eius materia non ſit diſtincta in ſitu ab alterius corporis materia.

Cōfirmatur, quia corpus Chriſti pueri exiēs de vtero Beatæ Virginis clauſtra pudoris non fregit. Et Dominus intrauit ad diſcipulos clauſis ianuis.

Contra arguit Durandus hic q. 6. quòd per nullam potentiam poſſit fieri, quod duo corpora ſint ſimul in eodem loco proprio, ſiuè, ꝙ ſint indiſtincta ſecundum ſitum. Primò, ſupponendo, quòd ſola quantitas ſecundum naturā impediat ſimultatem plurium corporum in eodem loco. Tunc arguit. Non minus, neceſſe eſt duo corpora diſtingui ab inuicē ſitu, & poſitione, quàm duas partes eiuſdem corporis. Sed impoſſibile eſt partes eiuſdem corporis ſimul eſſe ſimultate oppoſita huic diſtinctioni: ergo pariter duo corpora non poſſunt eſſe ſimul ſimultate oppoſita huic diſtinctioni. Maior probatur, Actualis diuiſio partium quantitatis non tribuit partibus diuiſis, quod poſſint eſſe plus ſimul quàm ante diuiſionem: ergo ſimultas, quæ repugnat partibus eiuſdem quantitatis, repugnat quibuſcunque duabus quantitatibus. Minor quoque probat. Quia de eſſentia, & ratione quidditatiua quantitatis, eſt habere partem extra partem ideſt diſtinctā ſitu, alioquin totum non eſſet maius ſua parte.

¶Reſpondeo. Negatur minor. Ad probationem dicitur, non eſſe de ratione formali quantitatis, quod partes eius ſitu diſtinguantur. Tùm quia ſitus eſt prædicamentum formaliter diſtinctum à quantitate, & quidditatiue, vnde ſitum à quantitate Deus ſeparare poteſt. Tùm quia completa diffinitio quantitatis eſt, quod quantum eſt diuiſibile in ea quæ inſunt, propter quod habere partes, & completa ratio quantitatis, quod autem illæ partes ſint diſtinctæ ſitu, vel loco, hoc accidit. Si dicatur, quod continuum eſt, cuius partes copulātur ad eundem communem terminum, quod ſupponit diſtantiam partium extremarum à media. Dicendum quòd non. Quia magis copularentur termino communi, ſi non diſtarent quam per hoc quod diſtant. Hæc eſt reſponſio Petri, in quam redit ſolutio quam dat Ioann. de Neapoli ad prædictam ſolutionem in quolib. q. 4. & addit quod de intrinſeca ratione quantitatis eſt habere partem extra partē, vel iuxtà partem ſitu, vel poſitione non actu, ſed aptitudine, ſicut de intrinſeca ratione accidentis eſt ineſſe ſubiecto non actu, ſed aptitudine. Vterque concordat cum dictis S. Tho. diſtinct. 44. q. 2. art. 1. q. ad 1. item diſtinct. 10. q. 1. art. 2. q. 4. ad 3. item art. 3. q. 3. in ſolutione ſecundi. Ex quibus patet quod duplex eſt ſitus. Et quod ſitus qui dicit ordinem partium in loco, non eſt de intrinſeca ratione partium quantitatis dimenſiuæ, ſed accidit ei.

Secundò. Si ſic, ergo eadem ratione duæ partes eiuſdem quantitatis poſſunt in ſe inuicem replicari totiens, quod maximi corporis erit minimus locus.

¶Reſpondeo, Ioann. de Neapoli dicit; quod virtute diuina magnum corpus poſſet eſſe in loco paruo, & minimo æquali vni parti eius, vt corpus Chriſti totum eſt in minima parte Sacramenti Altaris. Ex hoc fortè innuit Saluator Matth. 19. vbi dicit quod facilius eſt Camelum per foramen acus tranſire, quàm diuitem intrare in Regnum Cęlorum. Et ſubditis paucis interpoſitis, Apud homines hoc eſt impoſſibile, apud Deum autem omnia ſūt poſſibilia. Concordat S.Thom. diſt. 44. q. 2. ar. 2. in ſolut. quintæ q.

Tertiò. Sicut eſt ordo durationis in motu, & tempore, & quantitatibus ſucceſſiuis, ita eſt ordo ſitus in permanentibus. Sed nulla virtute fieri poteſt, vt partes temporis ſint ſimul, cū de ratione earum ſit prius, & poſterius: ergo nulla virtute pariter fieri poteſt, quod partes quantitatis permanentis ſint ſimul poſitione, & per conſequens, nec duo corpora ſimul.

Reſpondeo negatur maior. Quia ſucceſſio eſt differentia ſpecifica, & eſſentialiter motus, & temporis, vnde non poteſt fieri motus ſine ſucceſſione plus quam homo ſine ratione. Sed poſitio non eſt differentia ſpecifica quantitatis, cum ſit aliud prædicamentum, ſed benè eſt propria paſſio eius à qua Deus poteſt ſeparare ſubiectum. Aptitudo ergo ad ſitum eſt per ſe in primo non reſpectu quātitatis, ſed actualis, inhærentia pertinet ad ſecundum modum. In idem redit ſolutio Io. de Neap.

Quartò duo accidentia eiuſdem ſpeciei nō poſſunt

poſſunt eſſe ſimul in vno ſubiecto. ergo neque duo corpora in eodem loco.

¶ Reſpondeo. Secundum Petrum. Negatur conſequentia. Tum quia accidentia ad ſubiectum comparantur informatiuè: corpora vero ad locum extrinſecè. Tum quia Duo accidentia reſpectiua ſunt in duobus filijs reſpectu vnius patris, & ſimiliter duo vbi in duobus corporibus reſpectu vnius loci.

Arguit quintò: quòd rationes S. Th. ſunt ſolubiles. Nam veriſſimum eſt beatam virginem ſemper permanſiſſe virginem. In qua naſcente Chriſto fuit virtute diuina facta dilatatio neruorum & meatuum naturalium non fractio: & ideo non fuerunt duo corpora ſimul. Et hunc modum videntur tenere Gregorius Nyſſenus & Ambroſius ſuper illo verbo Luc. 2. Omne maſculinum &c. ait enim editus virginalem vterum aperuit. & Ambroſius, hic eſt qui aperuit matris ſuæ vuluam.

Ad id quod dicitur quòd Chriſtus ſurrexit clauſo ſepulchro: dicit hoc non haberi ex ſacra Scriptura. quod ſi ex dictis aliquorum ſanctorum haberetur, accipiendum eſt pro opinione.

Neque habetur, quod Chriſtus intrauerit per ianuas clauſas: ſed clauſis ianuis: quia potuit inuiſibilis diſcipulis intrare per feneſtras: aut per ianuas ſubito apertas, & ſubito clauſas: vel multis alijs modis.

Item Chriſto aſcendente: ceſſit cœlum diuinitus. Nec omne diuiſibile eſt corruptibile: ſed ſuppoſita corruptibilitate: diuiſum facilius corrumpitur. Vnde corpus mathematicum diuiſum non corrumperetur à contrario aut corruptione ſubiecti aut diuiſione vſque ad minima.

Nec eſt ſimile: ſi virtute diuina corpus Chriſti ſit ſimul cum quantitate panis: quòd poſſit eſſe ſimul cum ſubſtantia: quia oſtenſum fuit: quòd quantitas Chriſti non eſt in hoc Sacramento: nec ex vi conuerſionis: nec ex aliqua concomitantia. Item ab omnibus conceditur quòd corpus Chriſti non eſt in Sacramento Altaris quantitatiuè: ergo.

Reſpondeo. Solutiones prædictæ non valẽt: vt inquit Petrus. Et ad id quod dicitur de apertione vel dilatatione neruorum. b. Virginis: exponendum eſt inquit cum aliqui dicunt Chriſtum aperuiſſe vterum clauſum: ſicut dicitur infernum aperuiſſe. Habet enim clauem Dauid: qui aperit, & nemo claudit. Quia enim nullus exit de domo ſine apertione: ideo dicitur aperuiſſe Chriſtus, quia exiuit: quia ad modum aperientis exeundo ſe habuit: non quòd dilatauerit: quia talis apertio etiam ſine fractione apponitur clauſioni & non ſolum fractioni. Sancti autem dicunt non ſolum clauſum pudoris ſignaculum: ſed etiam ipſum verum & portam in domo Domini clauſam. Et quod illa porta clauſa erit principi, & non aperietur, & Dominus intrat, & exit per eam: inde b. Gregorius in homelia ſuper illud Io. 20. Vna ſabbatorum cum fores eſſent clauſæ: ait, Moriturus veniens non aperto vtero virginis exiuit. Auctoritatem vero adductam. b. Ambroſij exponit: vt dictum eſt, S. Thom. in 3. par. q. 28. art. 2. ad primum. Idem reſpondet ad auctoritatẽ Gregorij Nyſſeni.

Ad reſponſiones quas dat ad illud de reſurrectione Chriſti clauſo ſepulchro: dicitur quod non valent. Non prima: quia ex dictis ſacræ Scripturæ habetur aliqualiter: quod Chriſtus reſurrexit clauſo ſepulchro. Nam dicitur Mat. 26. quod mulieres viſitantes ſepulchrum dicebant adinuicem: quis reuoluet nobis lapidem &c. & Mat. vltimo dicitur accedens reuoluit lapidem: & conſtat quòd Chriſtus iam reſurrexerat. Inde Chryſoſtomus ſuper illud Lucæ 24. Et inuenerunt reuolutum lapidem. Amotus eſt inquit lapis poſt reſurrectionem propter mulieres: vt credant. Item Beda Ipſe enim factus immortalis clauſo ſepulchro potuit exire reſurgendo. Illud autem, quod dicunt ſancti conformiter exponendo euangelia: non eſt accipiendum pro opinione: ſed pro veritate ab Eccleſia approbata.

Reſponſiones etiam, quas dat ad illud de ingreſſu Chriſti ad diſcipulos, ianuis clauſis: non valent. Tum quia prima expreſsè eſt contra Auguſtinum in quodam ſermone paſchali expreſsè tenentem, quòd intrauit per oſtia clauſa Chriſtus ad diſcipulos. Secunda etiam reſponſio expreſsè contradicit Scripturæ. Io. penul. quæ dicit. Ingreſſus eſt ad diſcipulos, cum fores eſſent clauſæ, & clauſis ianuis.

Id verò quod dicitur de aſcenſu Chriſti ad cœlos: non valet. Tum quia eſt contra modum loquendi. b. Auguſtini. Tum quia apud Philoſophum pariter eſt impoſſibile cœlos ſcindi ſicut duo corpora eſſe in eodem loco. Inde b. T. diſtin. 44. q. 2. art. 2. ad tertium ait. Corpus glorioſum tranſibit ſphæras cœlorum ſine eorum diuiſione: non ex vi ſubtilitatis ſed ex diuina virtute, quæ eis ad nutum in omnibus ſubueniet.

Ad alia ſupra reſponſum eſt.

Quia etiam reſponſiones datæ ad rationes Scoti probantis concluſionem infringuntur ex ſuperioribus: ideo pro nunc ſat ſint dicta. Vno excepto quod eſt Sanctus Thomas ſuper Boem. de Trinit. & primo quolib. quæſtio duodecima ſecunda, ad ſecundum dicentis quod impoſſibile eſt duas lineas mathematicas eſſe



Digitized by Google

infrà duo puncta, quia ratio diſtinctionis eſt tãtum ex ſitu, ſed duas naturales eſt poſſibile, nõ quidem per naturam ſed per miraculum, vt etiam ſupra dictum fuit.

Contra eandem arguit Scotus in 4. diſt. 49. q. 16. improbando modum ponendi quo dicitur: ſolum Deum poſſe facere duo corpora eſſe ſimul in eodem ſitu primo. Vel manent principia iſtorum corporum eſſentialia, vt ſunt in vno loco diſtincta, vel non. Si ſic, ergo cum ſint creata Deus non conſeruat tantum, ſi non ſequuntur contradictoria ſcilicet quod Deus conſeruat & non conſeruat vnum & idem ſimul, quia ſecũdum te conſeruat vnum & idem ſimul, quia ſecundum te conſeruat illud eſſe diſtinctum eis, & non conſeruat, quia non conſeruat niſi quod eſt, ſed materia illius eſt materia iſtius & forma illius eſt forma iſtius, ergo non ſunt diſtincta, ergo nec conſeruat vt diſtincta, ergo contradictio.

Reſpondeo. Manent principia intrinſeca eſſentialia diſtinctionis illorum corporum, quo ad ſuam entitatem, ſ. duæ materiæ duæ formæ & duæ dimenſiones, ſed non manent quantum ad ſufficientem virtutem cauſandi naturaliter diſtinctionem illorum corporum: licet habeant aliqualem virtutem diſtinctiuam, cui ſuperadditur virtutis diuinæ miraculum. Cum autem obijcitur, quod tunc ſolus Deus non conſeruat illam diſtinctionem, ſed cum cauſis ſecundis. Dicitur quod licet illæ cauſæ concurrant: non tamen ſolæ ſufficerent. Dicitur autem ſolus Deus hoc facere, quia principaliter & inſolitè hoc facit, tollendo à dimenſionibus ſuum naturalem effectum. ſ. expellere aliam dimenſionem ab eodem ſitu S. Thom. 2. quol. q. 20. & q. 21. item ſuper Boem. de Tri.

Sciendum, quod ex prædictis habentur ſex. Primum quod naturalis effectus corporis Phyſici eſt expellere aliud corpus de ſuo proprio loco. Secundum quod diſtinctio corporum Phyſicorum cauſatur ex diſtinctione materiæ per diuiſiones diſtinctæ. Tertium quod naturaliter diſtinctio dimenſionum ſimul cauſat diſtinctionem corporum. Quartum quod diuina virtute dimenſiones poſſunt ſuſpendi à ſecundo effectu: licet non ſuſpendantur à primo. Quintum quod in caſu noſtro dimenſiones diſtinguunt corpora formaliter: non tamen ſufficienter vel principaliter: cauſa vero principalis ſupplens inſufficientiam principiorum formalium, & materialium & conferens eis nouum modum eſſendi & cauſandi eſt diuina virtus. Sextum eſt quod Deus poteſt conſeruare effectum ſecundarium cauſæ formalis: quando proxima cauſa non ſufficit: licet non poſſet cõſeruare primarium eius effectum ſine ſufficientia cauſæ formalis: vt patet in propoſito de duplici effectu dimenſionum: quorum quilibet poteſt dici formalis, licet ſecundus non ita propriè ſit formalis ſicut primus: ſed poſſet dici effectus quaſi cauſæ efficientis.

Secundò arguit. Situs aut eſt formale diſtinctiuum, & eſſentiale quantitatis aut accidentale & caſuale. Si formale & eſſentiale: ergo Deus non poteſt conſeruare quantitatem ſine ſitu. Si autem accidentale: ergo ante illud habuit cauſam propriam diſtinctionis: & tunc Deus conſeruat illa diſtincta per ſuas cauſas proprias.

Reſpondeo. Situs duplex. primus eſt differentia quantitatis ſiue eam circumloquitur & eſt formale & eſſentiale diſtinctiuum quantitatis dimenſiuè: nec per quamcunque potentiam fieri poteſt vt diſtinguatur quantitas ſine eo. Alius eſt ſitus qui eſt prædicamentum ſpeciale, & hic non eſt principium formale diſtinctiuum, ſed conſequitur ſicut effectus cauſam: à qua tamen naturaliter non poteſt ſeparari ſuper Boem. de Tri. in q. qua quærit. Vtrum loci varietas aliquid faciat ad diſtinctionem ſecundum numerum. Item in primo quolib. q. 21.

Sciendum quod diuerſa vbi exiſtentia in diuerſis corporibus ſubiectiuè reſpectu eiuſdem loci naturaliter repugnant & incompoſſibilitatem habent ratione incompoſſibilitatis ſuarum cauſarum quarum vna aliam excludit, ſcilicet diuiſio diuiſionem. Item duo reſpectus extrinſecus aduenientes ſunt compoſſibiles reſpectu vnius termini, quando neuter illorum adæquat terminum, vt duos reſpectu ſimilitudinis in diuerſis ad vnum ſimile: ſecus autem eſt quando alter eorum adæquat, & comprehendit ſuum terminum.

Contra eandem concluſionem arguunt alij Scotus vbi ſuprà, quòd per nullam potentiam duo corpora poſſunt eſſe ſimul in eodem loco ſic. Dimenſio eſt formalis ratio repugnandi duo corpora eſſe ſimul: ergo ea ſtante, non poſſunt eſſe ſimul.

Confirmatur, eadem eſt repugnantia duarum dimenſionum ad eſſendum in eodem loco: quæ repugnantia duorum contrariorum accidentium ad eſſendum in eodem ſubiecto, ſed eſſe nequeunt duo accidentia in eodem loco, ergo.

Reſpondeo negatur antecedens, quia eſt effectus quaſi cauſæ efficientis, vel ſi effectus formalis: non tamen primarius ſed ſecundarius vt eſt dictum: qui poteſt ſuſpendi per diuinam potentiam à cauſis ſecundis.

Ad confirmationem dicitur negando ſimilitudinem: quia prima eſt quaſi duarum cauſarum efficientium, ſecunda quaſi duarum cauſarum formalium.

Item

Digitized by Google

. Item arguunt. Si duo indiuiſibilia eſſent ſimul, eſſent vnum, vt dicitur 6. Phyſ. ergo ſi duo corpora eſſent ſimul, eſſent vnum.

Reſpondeo, negatur antecedens. Poſſunt. n. duo indiuiſibilia eſſe ſimul, vt dicitur, 4. Phyſic, tex. 34. de ſupeficie corporis locantis, & locati, licet non poſſint eſſe immediata. Negatur etiã ſimilitudo, quia indiuiſibilia non ſunt propriè in loco, ſicut corpora.

Vltimò arguunt à puncto ad punctum non poteſt trahi niſi vna linea, ſed ſi duo corpora eſſent ſimul, tunc traherentur duæ.

Reſpondeo, Sanct. Thom. diſtinct. quadrageſimaquarta, quæſt. 3. in ſolutione ſecundi, negatur conſequentia, quia ſuppoſito miraculo intelligerentur duæ lineę ſine diſtinctione ſitus, & ſic traherentur à diuerſis punctis exiſtentibus in diuerſis ſubiectis.

## QVAESTIO. IV.

*Diſtinct. 44. 4. Sent.*

Circa eandem diſtinct. 44. quæritur quartò. Vtrum anima ſeparata poſſit pati ab igne corporeo.

Pro hac quæſtione ſit prima concluſio. Ignis Inferni affliget corpora damnatorum, non tamen alterabit ea à ſua naturali qualitate. Hanc probat Sanct. Thom. in præſenti diſtinct. quæſt. 3. articul. 1. in ſolutione 3. quæſt. item contra Gent. 4. cap. 89. Ratio pro prima parte concluſionis eſt. Tangibile improportionatum armoniæ tactus approximatum ſenſui, & corpori, non omninò ſubiecto animæ, natum eſt affligere ſenſum. Sed ignis Inferni talitèr ſe habebit ad corpora damnatorum, & tactum illorum: ergo affliget ea. Pro ſecunda parte ratio eſt: Ceſſante primo motu, ceſſabit omnis motus corporum alteratiuus à ſua naturali diſpoſitione, ſed poſt reſurrectionem ceſſabit primus motus, qui eſt primi mobilis: ergo.

Contra arguit Durãdus in quarto diſtinctione 44. quæſt. 10. Ibi nihil reale abijcitur, & cõueniens naturæ introducitur: ergo non eſt paſſio afflictiua, conſequentia nota, antecedens probatur, quia per ſpiritualem immutationem nihil reale abijcitur, & eſt perfectio ipſa ſenſuũ.

Reſpondeo, negatur antecedens quòad ſecũdam partem. Ad probationem dicitur, quòd non omnis ſpiritualis, vel intentionalis immutatio ſenſuũ eſt conueniens naturæ animalis, aut ſenſui tàm exteriori, quàm interiori, vt patet de viſu extremorum cœlorum, & de auditu diſproportionatorum ſonorum.

Sciendum, quòd ſpecies rei ſenſibilis, vel ipſa ſenſatio poteſt comparari ad ſẽſum dupliciter, ſecundum duo, quæ ſunt in ſenſu, ſcilicet potẽtia ſenſitiua, & organum eius. Quoad primum. Omnis ſenſatio perficit ſenſum, non autem quòad ſecundum, quia organum ſenſus per ſenſationem obiectorum conuenientium non perficitur, ſed imperficitur, & affligitur.

Secundò arguit. Commune damnatis, & beatis non poteſt poni afflictio damnatorum, ſed ſpiritualis immutatio eſt huiuſmodi: ergo illa non afflictiua damnatorũ, maior patet, quia poſita cauſa, ponitur effectus, minor de ſe nota eſt.

Si dicatur, quòd hoc prouenit ex varia apprehenſione, damnatis apprehendentibus ignẽ, vt nociuum.

Contra. Illa apprehenſio, aut erit falſa, aut vera. Non falſa, quia illa non eſt à Deo, quia Deus nulli immittit iudicium falſum ſicut, nec peruerſum appetitum. Neque illa apprehenſio eſt à ſeipſis, quia damnati poſt reſurrectionem erũt æquè perfecti ſicut perfecti ſicut nũc, ideò ſicut nunc poſſunt iudicare, vtrum ignis ſit verè nociuus, ita tunc. Si vera: ergo ille ignis erit verò nociuus, & ſic damnati affligerentur vera paſſione naturali ab igne illata.

Reſpondeo, ſecundum Petrum vera eſt illa maior, niſi alteri parti aliquid addatur, vel minuatur. Poteſt enim effectus alicuius cauſæ impediri dupliciter, aut propter agens contrariũ, aut propter contrariam diſpoſitionem. Vnde ignis, qui combuſſit Chaldæos, & non pueros non fuit alterius rationis, ſed natura ignis fuit impedita in pueris, & non in Chaldæis. De diſpoſitione contraria patet in calefactione ceræ ad quam ſequitur rarefactio, in calefactione verò oui condenſatio. Idem Sanct. Thom. 4. contra Gent. cap. 89. itẽ 86. Ex quibus patet, quod licet immutatio ſpiritualis ſenſus tactus ſit cõmunis beatis, & damnatis, tamen beatos non affligit, quia conrpora eorum perfectè erunt ſubiecta animæ, affliget autem damnatos ratione oppoſita.

Ad id quod dicitur de apprehenſione vera, vel falſa, reſpondetur quod non eſt propter diuerſam apprehenſionem, ſed diuerſam receptionem. Nam beatus recipit ſenſationem, non vt læſiuam, damnatus verò ſic. Item poteſt dici quod beatus ſi poneret manum in ignem iudicaret ignem læſiuum aptitudine, damnatus verò actu, & ſic non eſt falſum iudicium. Nec obictum eſt poſt actum, ſed ante, ſic etiã prius dolet homo, quod percipiat ſe dolere. Hæc eſt ſolutio Petri.

Sciendum vero, quòd hæc ſolutio, ac præceden-



Digitized by Google

dentes non videntur aſſignare modũ, quo ignis ille ſit realitèr læſiuus, vel actu lædens corpus damnati pluſquam corpus beati. Ideò dicendum videtur, quòd lęſio corporis, quæ eſt obiectum, & cauſa doloris ſenſibilis damnati, eſt aliquid prius natura præcedens illum dolorem, quod ſic eſt proprium damnati, quod non conuenit beato. Hoc autem videtur eſſe coacta detẽtio ab illo igne, & coacta ſenſatio illius impediens libertatem ſentiendi alia delectabilia, & eſſendi quo vellet, & coacta coniunctio cum obiecto tàm diſconuenienti organo tactus, violentans virtutes apprehenſiuas, & appetitiuas, & motiuas ipſius damnati. Hanc autem cõparationem habet ille ignis ad corpus damnati, quàm non poteſt habere ad corpus beati.

Sciendum quoque, quòd ignis inferni non calefacit corpus damnati, nec aliquam eius formam ſubſtantialem, aut accidentalem corrumpit, aut intendit, aut remittit, aut aliquam qualitatem nouam habentem eſſe naturale imprimit, ſed alio modo, & illud lædere poteſt, vt ſupra dictum eſt.

Sciendum tertiò, quòd ille ignis, & ſi virtute propria non poſſet cauſare in damnato dolorẽ ſenſibilem immediatè ſine corporali læſione propriè dicta, poſſet tamen mediate cauſare præſuppoſita violenta detentione ſpiritus in illo, vt ſit talis ordo in pœnis, quòd ille ignis primo cauſat damnato coactam ſenſationem, & detentionem. Secundò ex hac ſenſatione ſimul cum aliqua interiori perceptione huiuſmodi nocumenti ſequitur triſtitia interior. Tertio ex hac interiori triſtitia redundat in ſenſualitate dolor ſenſibilis per modum, quem oſtendit Sanct. Thom. 4. ſentent. diſtinct. 17. quęſt. 3. articul. 3. in ſolutione primæ quæſt. Item in 4. ſentent. diſtinct. 50. quæſt. 2. artic. 3. quæſt. 2. ad primum.

Sciendum quartò, quòd ille ignis lædet aliquo modo corpora damnatorum, non ſoluendo continuum, aut corrumpendo, vel alterando alteratione naturali, vel abiectiua alicuius conuenientis, ſed per immiſſionẽ alicuius qualitatis, aut formæ, vel ſenſationis, vel alterius, quomodocunque diſconuenientis corpori, aut organis ſenſuum. Statim quoque ſenſationes quinque ſenſum lędet corporum damnatorum, concurrente tamen aliqua ſenſatione interiori, lædet igitur inferni corpora damnatorum multiplicitèr, improportionabilitèr, ſcilicet diſconuenientèr, mouendo, detinendo & impediendo potentias apprehenſiuas, & appetitiuas, & motiuas organicas, & corpori affixas.

Arguit quoque idem contra probationem conclusionis, qua dicitur, quòd ceſſante motu cœli, ceſſabit omnis alteratio. Primò, dicit articulus Parrhiſienſis. Dicere quòd ceſſante motu cœli, ſi ignis eſſet iuxtà ſtupam, non combureretur eam, error: ergo.

Reſpondeo. Ille articulus ſanè intelligendus eſt, & ſic, quòd ceſſante motu cęli, ignis nõ combureret ſtupam etiam virtute diuina, quaſi ignis aliquid poſſit in virtute cœli, quod non poſſit in virtute Dei, & ſic intendebant illi, qui contra articulum de igne Inferni probabant, ꝙ ceſſante motu cœli, ignis nullo modo poſſet affligere damnatos, ſed dicere, quòd ignis hoc nõ poſſit per naturam ſuam, hoc non eſt erroneum ſicut nec dicere. Virginem non poſſe parere per naturam ſuam.

Secundò. Cœlum eſt omnis alterationis cauſa: ergo ceſſante motu cœli, ceſſabit omnis alteratio, quòd eſt contra tuam poſitionem, qui dicis, ꝙ nõ ceſſabit intentionalis, ſed naturalis.

Reſpondeo. Ceſſabit omnis mutatio naturalis, cœli, motu ceſſante, non autem naturalis, vide rationem de potentia Dei, quæſt. 5. arti. 8. item de potentia Dei, quæſt. 5. artic. 10. ad 8. vbi dicit, quòd ceſſante motu cœli, ceſſabit motus, qui à cœlo dependet, ſed non motus cordis, qui ab anima dependet. Per oppoſitum verò ceſſabit omnis brutorum motus quoniam omninò à cœlo dependet, eadem quæſt. art. 9. item de malo, quæſt. 16. art. 10. ad 5. quòd motus poſſunt fieri ab alijs cauſis, vt à voluntate hominis, dæmone, vel Angelo, & hi non ceſſabunt. Generalitèr, ergo etiam ſecundum Petrum ceſſabunt omnes motus, qui à cœlo pendent, non autem violenti.

Tertiò. Iſta opinio diſtinguit de paſſionibus ſenſuũ, quæ quædã eſt naturalis & realis. Naturalis quidẽ, quia eſt ex principijs naturalibus naturalitèr agẽtibus, realis verò, quia per eã ſit, & realis forma in ſusceptiuo habẽs eſſe, circũſcripta omni operatione animæ, alia intenſionalis.

Contra, oẽs ſunt reales, & naturales, & æqualitèr dependent à primo alterante; ideò ſi ceſſãte motu cœli, poteſt eſſe immutatio ſoni, & coloris: ergo, & immutatio naturalis ſecundum qualitates tangibiles.

Reſpondeo. Secundum Petrum. Immutatio intentionalis eſt vera naturalis, & realis, ſicut alia, immo magis naturalis, quia perficit naturam, illa deſtruit, & magis realis, quia nobilior eſt ſenſatio qualitatis, quàm ipſa qualitas. Cõdiſtinguitur naturalitèr, & realitèr eo modo, quo ſecundo de anima, forma, quę eſt anima diſtinguitur à forma, quæ eſt natura, quæ eſt determinata ad vnum; alia autem non, vnde etiã dicitur, quòd aliqua paſſio eſt naturalis, & aliqua animalis. Item condiſtinguitur, quia naturalis eſt per motum, intentionalis permutationem inſtantaneam. Dicitur autem intentionalis

lis non realis: quia non eſt res illa quæ ſentitur, ſed Deus ſimilitudo.

¶ Verumtamen S. Thom. aliter accipit illam diſtinctionem vocat enim immutationem naturalem ſecundum quem forma recipitur in immutato ſecundum eſſe naturale ſicut calor in calefacto: intentionalis verò ſiue ſpiritualis, ſecundum qua forma immutabilis recipitur in immutato: ſecundum eſſe ſpirituale vt forma coloris in pupilla, diſt. quadrageſimaquarta, quaſtione tertia, artic. primo in ſolutione tertiæ quæſtio. Item prima parte, quæſtione ſeptima, artic. tertio. Item de potentia Dei q. 5. articul. octauo.

Arguit Durandus vbi ſuprà quoque: quod cœlum ratione ſui motus localis: non ſit cauſa alicuius alterationis: primo. Quo alterans alteratus eſt aliqua qualitas in eo: ſed motus cœli non eſt qualitas: ergo. Maior probatur: quia non eſt ſubſtantia per Ariſtot. de ſenſu & ſenſa. Nec quantitas: quia non eſt principium actionis. Nec relatio 5. Phy. tex. 10. ergo qualitas. Minor de ſe patet.

Reſpondeo. Vera eſt maior de agente principali: quod agit per formam propriam: tamen generaliter falſa eſt de agente inſtrumentali: quod mouet motum: ſic cœlum eſt inſtrumentum ſubſtantiæ ſeparatæ mouentis. Ideo motio ſubſtantiæ ſeparatæ eſt cœlo ratio agendi, attento quod in illa motione eſt virtus ſubſtantię ſeparatæ per modum intentionis quæ eſt qualitas.

Sciendum itaque quod de mente, S. Thom. videtur eſſe præfata reſponſio. ſ. quod motus cœli ſit ei ratio agendi; & non ſolum cauſa ſine qua non de potentia Dei, q. 5. art. 8. Item, 4. ſen. diſt. 1. q. 1. art. 4. q. 2. ad quartum. Item prima parte, quæſt. 110. art. 2. ad ſecundum. Item de potentia Dei, quęſtio. ſexta, artic. tertio, ad primum. Idem de malo, quæſtione decimaſexta, art. 9. & 10.

Secundò arguit, ceſſante motu cœli, ignis remanebit ita calidus ſicut prius; & ſtupa ita diſpoſita. Ergo eis approximatis neceſſariò, ignis comburet ſtupam; ſicut prius, & eodem modo cum corpora damnatorum ſint verè paſſibilia, poterunt verè calefieri & immutari ab igne ſicut nunc.

Reſpondeo, negatur antecedens, quia nullũ agens inferius eſt diſpoſitum benè ad mouere; nec patiens ad moueri niſi ſuppoſito motu cœli; ſine quo non eſt actio illa cęli à qua dependent inferiora, de potentia Dei, q. 5. artic. 8. ad quartum.

Contra eandem arguit Aureolus probando; quod organa ſenſuum damnatorum puta tactus caleſiant realiter. Primo quia apprehenſio excellentis calidi eſt quædam calefactio; trahens medium armoniæ tactus ad extremum. Sed ita erit in damnatis; ergo.

Secundò, ſcriptura dicit, quòd damnati mittentur in ignem, & ardebunt.

Tertiò, quia auctoritates ſanctorum puta Auguſtini & Gregor. nunquam diſtinguunt paſſionem intentionalem à reali.

Reſpondeo. Negatur antecedens ad primũ quia ex Auerroi. 2. de anima. conſ. 135. apparet quòd organa ſenſuum ad hoc, quòd fiat ſenſatio non neceſſariò, nec de per ſe requirũt aliquam receptionem niſi ſpiritualem; & ſi alia concurrat; illa de per accidens ſe habet ad ſenſationem.

¶ Ad ſecundum dicitur, quòd veraciter ardebunt, & torquebunt modo prædicto.

¶ Ad tertium dicitur, quòd argumentum ab auctoritate negatiuè non valet. & præterea, ſancti ipſi dubitatiuè in multis locis loquuti ſunt, vtrum ille ignis ſit materialis, aut corporalis, aut merè ſpiritualis, præſenti diſt. q. 3. art. 2. q. 1. ad primum.

Item probat idem Durandus, quòd paſſio intentionalis eſt realis quinque medijs; quorũ ſolutio patet ex prædictis; & ad abundantiorẽ doctrinam aduertito.

Primò, paſſio poteſt dici realis dupliciter. Primò, vt diſtinguitur contra nihil, & ſic omnis paſſio ſenſus, vel intellectus eſt realis. Secundò dicitur realis, quia paſſum recipit formam realem, ſimilem formæ agentis quò ad modum eſſendi; qua forma realiter tranſmutatur cum abiectione alicuius ſibi conuenientis; & hæc paſſio non erit in damnatis. Corruptio vero ſenſus à ſenſibili, ſiue debilitatio organi ſunt per accidens in ſenſatione, id eſt non inquantum mouet intentionaliter, ſed naturaliter. prima ſecundæ, quæſtione 22. art. 2. ad tertium. Et prima parte, q. 78. art. 3.

Ex quibus patent tria. Primum poſt viſionem coloris poteſt remanere in oculo ſpecies coloris aut luminis; non autem realis color aut reale lumen.

¶ Secundò poſt auditionem magni ſoni ſpecies ſoni in auditu remanere poteſt.

Tertiò, quòd odoris ſpecies recipitur in organo odoratus nõ autem odor; licet odor poſſit pertingere vſque ad cerebrum, non tamen faciens ſenſationem odoratus.

Secundò aduertendum per dicta Philoſophi & Commentatoris quod ſenſus, inquantum huiuſmodi non recipit formam ſui obiecti vniuocè, ſed tantum eius ſpeciem, vel intentionẽ. Cum verò dicit philoſophus, quod viſio eſt quædam coloratio; intellige id eſt actio coloris.

Ter-

Digitized by Google

Tertiò, Intentiones per ſe; poſſunt contriſtari & lædere, vt patet in ſomniantibus. Et habetur à Commen. 2. de anima com. 121. item à S. Thom. 3. ſen. diſt. 15. quæſt. 2. articulo 1. in ſolutione 2. quæſt.

Contra concluſionem arguit Henricus, Si in damnatis non eſt immutatio corruptiua; nec Deus immittit dolorem, ergo pro nihilo eſſet ignis, ergo deceptio eſſet, ſicut in dormientibus, qui ſomniant ſe comburi.

Reſpondeo, vt dictum eſt per ſolam immutationem intentionalem poteſt ignis inferni cauſare dolorem ſenſibilem, modo præexpoſito. Deus etiam prædicto igni poteſt conferre virtutem cauſandi immediatè dolorem ſenſibilem talem & tantum, qualem & quantum cauſaretur, mediante reali immutatione obiectiua. Defert etiam alia incommoda corporibus damnatorum, prima ſecundæ, q. 35. art. 2. ad tertium. item art. 7. quòd autem ſola ſenſatio cauſabit dolorem exteriorem in damnatis declarat S. Tho. 8. quol. art. 18. & 11.

Contra eandem concluſionem arguit Bernardus, quòd iſta poſitio, Sanct. Thom. videatur irrationabilis. Tum quia damnati ſcirent, quòd ignis ille ſpiritualiter immutans non poteſt eis nocere. Tum quia æquæ immutaret ignis abſens ſicut præſens, quia ex quo non immutat realiter, ſufficeret quod eſſet imaginatus. Et ſic non plus faceret in eis quàm ignis ad memoriã reuocatus, quod eſt inconueniens; ergo.

Reſpondeo, iſta poſitio eſt oppoſita rationabilior; nec illud ſequitur, falſum eſt enim. Ille nempè ignis nocet immittendo dolorem exteriorem, & triſtitiam interiorem; habens quoque actionem impeditiuam, & detentiuam.

¶ Ad aliud dicitur, negando conſequentiã; quia ignis imaginatus non coniungitur tactui, ſicut ignis inferni tactui damnatorum, ideoque imaginatio non cauſat dolorem exteriorẽ immediatè, & vlterius ignis imaginatus non poteſt eſſe tam multipliciter nociuus corporibus damnatorum, ſicut ignis realiter coniunctus.

Vlterius non conuenit diuinæ prouidentiæ, quod per ſolam imaginationem ignis; corpora damnatorum crucientur præſenti diſt. q. 3. art. 2. q. prima. Ideo damnati non decipiuntur; iudicando illum ignem eſſe nociuum. Eſt enim veraciter nociuus & multipliciter cauſando ſimilitudinem intenſam, & diſconuenientem; excludendo ſenſationem omnem conuenientem; cauſando dolorem, & triſtitiam in virtutibus appetitiuis; detinendo corpora damnatorum, & impediendo libertatem arbitrij diuertendi.

*Concluſio II.* Anima ſeparata poteſt pati, & affligi ab igne corporeo. Hanc ponit S. Tho. præſenti diſt. q. 3. in ſolutione, 3. q. Item quolib. 2. q. 13. Item 3. quolib. q. 23. & 4. contra gen. cap. 90. Huius ratio eſt. Quicquid impeditur à ſuo proprio motu vel inclinatione ab aliquo; patitur ab illo. Sed anima ſeparata impeditur per ignem corporeum à ſua propria inclinatione; ergo.

Contra ſecundam concluſionem arguit Durandus hic q. 11. ſuppoſito, quod ſpiritus ſit in loco per operationem; id eſt quod operatio ſit ratio angelo eſſendi in loco ſicut quantitas ſubſtantiæ. Non enim inquit videtur apparenter aſſignari; qualiter patiatur ſpiritus à loco per detentionem. Aut enim patitur per operationem immanentem; quæ eſt intelligere, aut velle; & per iſtas non poteſt eſſe magis in loco quàm per eſſentiam.

¶ Item operationes tales ſunt voluntariæ ipſa vero voluntas cogi nequit. Aut patitur per tranſeuntem. Et hæc animæ competere non poteſt; aut per actionem quam recipiunt in loco; & hoc non; quia talis paſſio præſupponit eſſe in loco.

Reſpondeo. Secundum S. Thom. anima ſeparata, vel Angelus, aut dęmon eſt in loco, ſic quòd ſola eſſentia ſpiritus ſeparati; non eſt ei ratio eſſendi in loco: nec ſola actio in locum; nec ſola paſſio à loco; ſed contactus virtutis. In q. de anima, q. 21. art. 15. item primo quolib. q. 4. Poteſt itaque ſpiritus eſſe in loco, non ſolum per actionem immanentem, vel tranſeuntem; ſed per qualemcunque vnitionem eius ad locũ factam virtute propria; & multò fortius virtute diuina.

¶ Ad id quod obijcit de operatione immanente, dicitur quòd licet per huiuſmodi alligationem non impediatur ab intellectuali operatione: impeditur tamen à quadam naturali libertate; quæ eſt abſolutio ad omnem locum corporalem, de anima, q. 21. ad 17.

Contra eandem arguit Henricus 8. quol. quæſt. 34. Si ſpiritus pateretur ab igne per alligationem; qua nequit ſeparari ab eo, & impeditur à ſua naturali inclinatione; ſequitur, quod non patiatur ab eo niſi occaſionaliter, ſed potius à ſeipſo; ſicut cor hominis excitaret paſſionem iracundiæ ad pręſentiam repugnantis.

Reſpondeo. Negatur conſequentia. Nam in ſpiritu alligato corpori, eſt duplex paſſio. Prima eſt qua detinetur, & eſt ab igne immediatè. Secunda eſt verus dolor exiſtens in appetitu. Et hæc eſt à ſpiritu mediante prima paſſione, & intellectione de anima, q. 21.

*Concluſio III.* Priuatio diuinæ viſionis eſt principalis pœna damnatorum. Hanc ponit S. Tho.

Digitized by Google

Sanctus Thomas de anima, quæſt. 21. item tertio contra gent. cap. 141. Huius ratio eſt. Illa pœna eſt maxima pęna damnati, per quam priuatur vltimo fine ſummè deſiderato. Sed priuari diuina diuiſione, & fruitione, eſt huiuſmodi: ergo.

Contra arguit Aureolus probãdo, quòd miſeria damnatorum eſſentialius, & formalius, & principalius ſit in æterna diſplicentia de Deo, quàm in pœna damni, vel ſenſus. Illud quod habet maiorem rationẽ deteſtabilis, habet maiorẽ rationẽ mali, ad potẽtiã cui ineſt, cõparatum. Sed diſplicere de diuinitate eſt huiuſmodi, quàm non videre Deum: ergo probatur minor, quia non videre Deum, eſt tantum malum videnti, odium verò Dei eſt actus, qui quantum eſt de ſe, vellet Deum non eſſe.

Reſpondeo. Argumentum non procedit cõtra concluſionem. Concedit enim quòd maxima miſeria damnatorum, & eorum maximũ malum non conſiſtit in triſtitia, nec in quacunque priuatione diuinæ viſionis, aut qualicunq; dolore, ſed in eorum peruerſa operatione, & culpa 4. ſententiarum, diſtinctio. 50. quęſtio. 2. articulo primo, in ſolutione 6. quæſt. item prima ſecundę, quæſt. trigeſimanona, articulo quarto, item prima parte quęſt. 48. arti. 6. Pœna verò damnatorum non conſiſtit in tali miſeria, ſed in priuatione, vel dolore, aut triſtitia, de malo quęſtio. prima, articulo quarto, ad primum. item prima ſecundæ, q. 86. arti. 2. vbi ſummariè ponit, quòd culpa, & pęna tripliciter differunt.

Ex his patet falſitas opinionis cuiuſdam moderni dicentis, quod quilibet damnatus plus punitur à ſeipſo quam à Deo. Opinabatur enim quod culpa inquantum huiuſmodi, eſſet pœna. Et quòd ſummum malum eſſet ſumma pœna, ſicut Aureolus.

*In hac 44. Diſtione quarti Sententiarum, & quatuor quæſtionibus ſequentibus confutantur hæreſes damnatæ, vt in noſtro Commenntar. in text. Magiſtri, & confutantur etiam hæreſes, quæ ſunt in Abecedario, & in Ethimologijs hæreſum, & confutantur ſimilitèr Idolatriæ, vt in Abecedario Idolorum in principio, vide ibi lit. A. C. H. & R. ac etiam cõfutantur falſæ Theologię Phœnicum, Egyptiorum, Gręcorum, Atlãticorum, Phrygiorum, Gentium, &c. ab Euſebio in primo, ſecundo, tertio, & quarto libro de præparatione Euangelica contra Theologiam fabuloſam* Poetarum *antiquorũ. Contra genealogias Deorũ falſorũ Heſiodi, & contra genealogias falſorum Deorũ Homeri, ex quibus Boccacius de Græco in Latinum verſauit ſuam geneologiam, & de Latino in Hetruſcum, vt ait Aſcenſius, & Seruius ſuper Virgilium, etc. & vide* Ouid. *& Anguillaram in Metamorph.*

*Ex concluſionibus, probationibus, & ſolutionibus ãrgumentorum Capręoli ſoluuntur argumenta Vulpes, & aliorum recentiorum facile, vt facit Ariſtotiles ad argumenta Antiquorum, quod veritatis cognitio dubiorum eſt ſolutio, & cum Cardinali Bellarmino dicente in libro de Scriptoribus Eccleſiaſticis de Ioanne Capræolo, quòd Ioann. Capreolus ſit defenſor Egregius Sancti Thomæ, & optimè diſſoluit omnia argumenta aduerſariorum: dicunt verba formalia Bellarmini, ergò ſi optimè diſſoluit per Bellarminum ſunt ſoluta argumenta cum his doctrinis hic: Sicut ſoluit Ariſtoteles contra antiquos dicendo in 3. de Cœlo, & in 3.* Metaphiſic. *veritatis cognitio, dubiorum eſt reſolutio.*

*Reſpondetur ſecundò cum Cardinali Sarnano Franciſcano doctiſſimo, cum concordantia huius diſtinct. et ſimilitèr cum concordantia Bonęherbę.*

*Reſpondetur tertiò cum Petro de Bergamo, et Bartholomęo Spina dicentibus in tabula Sancti Thomę, quod qui ſcit totam Logicam Sancti Thomæ, Philoſophiam etiam moralem, totam Metaphyſicam Sancti Thomę, et totam eiuſdem Theologiam, nullum poteſt facere argumentum contra Sanctum Thomam, et ideò ſubdit, quod iſti recentiores ſtudent tantummodò articulo, ſuper quem componunt, et non habent in mente omnia opera Sancti Thomę loquentis pręſuppoſitiuè, præſupponendo omnia ſupradicta, & dicendo, quæ propter pręrumpunt in verba in tantum Magnum Doctorem nullo modo applicanda, quòd Sanctus Thomas contradicat ſibi ipſi, et ideò Cardinal. Sarnanus, quia ſciebat totum Sanctum Thomam concordauit ſimilitèr, etiam* Ioannes *Capræolus ſoluit argumenta aduerſariorum, cum locis Sancti Thomæ, quia totum in mente habebat Sanctum Thomam, et ideò Bellarmin. dicebat bene omnia ſoluere Capreolum.*

*Argumenta verò Vaſquez, Valentię, Molinæ, Suarez, etc. quia colliguntur, et ſoluuntur, clarè, diſtinctè, et breuitèr à Ripa, à Nazario, à Conſales, à Nauarretto, à Zenardo, et pręcipuè à* Montagnolo, *in ſupplemento tertiæ partis quęſt. 77. Sancti Thomæ de tempore, & modo reſurrectionis. ideo vide ibi.*

*Vide noſtram expoſitionem* Petri Lombardi *aperientem mentem huius materiæ, vt in folio 72. hic, et infra pro 3. reſponſione Vulpes. Ac etiam vide 1. 2. et 3. folium pro reſponſione quarta, quinta, et ſexta ad argumentum eiuſdem Vulpes.*

Reſ

Digitized by Google

*Reſpondetur ſeptimo declaratione Scoti, & Sancti Thomæ per Radam Franciſcanum hic declarantem S. Thom.*

*Loca Sacræ Scripturæ hic, & infra à Salmerone, Emanuel Sa, à Toleto, à Prierio, Vegha, à Poſſeuino, à Salian, Torello in annalibus à creatione Mundi, quæ videntur repugnare aliquo modo Thomiſtis, quia ſunt concordata à nobis in fine noſtræ expoſitionis totius Bibliæ, et in Anatomia Bibliæ impræſſa ideò vide ea illic.*

*Reſponſiones apparentes contradictiones apud Vulpes, vide in fine huius quarti.*

## DISTINCTIO XLV.

### *Quæſtio. 1. 4. Sent.*

CIRCA quadrageſimamquintam Diſtinctionem quæritur. Vtrum Sancti qui ſunt in patria, cognoſcant orationes noſtras.

Pro quæſtione ſit prima concluſio. Beati vident in verbo orationes vocales eis directas.

*Concluſio II.* Beati vident in verbo deuotiones mentales eorum, qui eis afficiuntur, & cogitationes. Has duas concluſiones ponit Sanct. Thom. præſenti diſtinct. quæſt. 3. artic. 1. Harum ſimul, hæc eſt ratio. Quilibet beatus omnia illa videt in diuina eſſentia, quæ pertinet ad ſuæ beatitudinis perfectionem. Sed cognoſcere cogitationes affectiones, & voces beatis directas pertinet ad perfectionem ſuæ beatitudinis: ergo Beati talia cognoſcunt.

Contra ambas arguit Durandus hic q. 4. in hunc modum. Triplex ponitur cognitio in Beatis naturalis beatifica, & media, quæ eſt reuelatio. Sed naturalitèr non cognoſcunt beati orationes noſtras. Tùm quia anima coniũcta, quæ eſt perfectior, eas non cognoſcit naturali cognitione. Tùm quia talis cognitio eſt communis bonis, & malis: mali verò nõ cognoſcunt, vt dicit Gregorius ſumens exemplum de anima diuitis Epulonis. Neque etiam cognitione beata, quia cognitio beata eſt vna cognitio ſemper manens reſpectu vnius principalis obiecti, eodem modo ſemper ſe habentis. Cogitationes verò noſtræ non manent: ergo. Si verò quæratur de cognitione reuelatoria, ſic dicendum eſt, quòd cognoſcunt, ſecundum Beat. Auguſtin. & habetur diſtinctio. quadrageſimanona in litera. Hęc autem cognitio reuelatoria pertinet ad beatitudinem accidentialem.

Reſpondeo. Dicendum quòd anima tota & eadem videt in verbo per viſionem beatificam, in primo inſtanti ſuæ beatitudinis, quot, & quę poſtea viſura eſt ibidem in ęternum, prima parte, quæſt. 12. artic. 10. Propter hoc illa viſio manet, nec quoquo modo mutatur licet repræſentata per diuinam eſſentiam quæ eſt principale obiectum ſint mutabilia.

Sciendum, quòd Petrus affert quandam aliã reſponſionem, quæ non eſt probabilis ſcilicet, quòd eadem viſione non intenſa, ſed extenſa, beatus nunc videat plura nunc pauciora, vel quod de nouo videat aliqua nulla facta mutatione in viſione beatifica. Item inducit quoddam exemplum de videntibus ſpeculum quorũ vnus habet plures maculas in facie. Quòd non valet pro pter multa. Tùm quia talitèr videntes vident per diuerſas ſpecies numero, non ſic autem eſt in videntibus diuinam eſſentiam. Tùm quia viſio rerum in verbo non aſſimilatur per omnia viſioni in ſpeculo.

*In hac 45. Diſtione quarti Sententiarum, & vnica quæſtione ſequenti confutantur hæreſes damnatæ, vt in noſtro Commenntar. in text. Magiſtri, & confutantur etiam hæreſes, quæ ſunt in Abecedario, & in Ethimologijs hæreſum, & confutantur ſimilitèr Idolatriæ, vt in Abecedario Idolorum in principio, vide ibi lit. G. O. P. & S. ac etiam cõfutantur falſæ Theologiæ Phænicum, Egyptiorum, Gręcorum, Atlãticorum, Phrygiorum, Gentium, &c. ab Euſebio in primo, ſecundo, tertio, & quarto libro de præparatione Euangelica contra Theologiam fabuloſam Poetarum antiquorũ. Contra genealogias Deorũ falſorũ Heſiodi, & contra genealogias falſorum Deorũ Homeri, ex quibus Boccacius de Græco in Latinum verſauit ſuam geneologiam, & de Latino in Hetruſcum, vt ait Aſcenſius, & Seruius ſuper Virgilium, etc. & vide Ouid. & Anguillaram in Metamorph.*

*Ex concluſionibus, probationibus, & ſolutionibus argumentorum Caprȩoli ſoluuntur argumenta Vulpes, & aliorum recentiorum facile, vt facit Ariſtotiles ad argumenta Antiquorum, quod veritatis cognitio dubiorum eſt ſolutio, & cum Cardinali Bellarmino dicente in libro de Scriptoribus Eccleſiaſticis de Ioanne Capræolo, quòd Ioann. Capreolus ſit defenſor Egregius Sancti Thomæ, & optimè diſſoluit omnia argumenta aduerſariorum: dicunt verba formalia Bellarmini, ergò ſi optimè diſſoluit per Bellarminum ſunt ſoluta argumenta cum his doctrinis hic: Sicut ſoluit Ariſto-*

te-

*teles contra antiquos dicendo in 3. de Cælo, & in 3. Metaphiſic. veritatis cognitio, dubiorum eſt reſolutio.*

*Reſpondetur ſecundò cum Cardinali Sarnano Franciſcano doctiſſimo, cum concordantia huius diſtinct. et ſimilitèr cum concordantia Bonęherbę.*

*Reſpondetur tertiò cum Petro de Bergamo, et Bartholomęo Spina dicentibus in tabula Sancti Thomę, quod qui ſcit totam Logicam Sancti Thomæ, Philoſophiam etiam moralem, totam Metaphyſicam Sancti Thomę, et totam eiuſdem Theologiam, nullum poteſt facere argumentum contra Sanctum Thomam, et ideò ſubdit, quod iſti recentiores ſtudent tantummodò articulo, ſuper quem componunt, et non habent in mente omnia opera Sancti Thomę loquentis prȩſuppoſitiuè, præſupponendo omnia ſupradicta, & dicendo, quæ propter prȩrumpunt in verba in tantum Magnum Doctorem nullo modo applicanda, quòd Sanctus Thomas contradicat ſibi ipſi, et ideò Cardinal. Sarnanus, quia ſciebat totum Sanctum Thomam concordauit ſimilitèr, etiam Ioannes Capræolus ſoluit argumenta aduerſariorum, cum locis Sancti Thomæ, quia totum in mente habebat Sanctum Thomam, et ideò Bellarminus dicebat bene omnia ſoluere Capreolum.*

*Argumenta verò Vaſquez, Valentię, Molina, Suarez, etc. quia colliguntur, et ſoluuntur, clarè, diſtinctè, et breuitèr à Ripa, à Nazario, à Conſalue, à Nauarretto, à Zenardo, et precipuè à Montagnolo, in prima parte Sancti Thomæ queſt. octuageſimanona de cognitione animæ ſeparatæ. ideo vide ibi.*

*Vide noſtram expoſitionem Petri Lombardi aperientem mentem huius materiæ, vt in folio 72. hic, et infra pro 3. reſponſione Vulpes. Ac etiam vide 1. 2. et 3. folium pro reſponſione quarta, quinta, et ſexta ad argumentum eiuſdem Vulpes.*

*Reſpondetur ſeptimo declaratione Scoti, & Sancti Thomæ per Radam Franciſcanum hic declarantem S. Thom.*

*Loca Sacræ Scripturæ hic, & infra à Salmerone, Emanuel Sa, à Toleto, à Prierio, Vegha, à Poſſeuino, à Salian, Torello in annalibus à creatione Mundi, quæ videntur repugnare aliquo modo Thomiſtis, quia ſunt concordata à nobis in fine noſtrę expoſitionis totius Bibliæ, et in Anatomia Biblię impreſſa ideò vide ea illic.*

*Reſponſiones apparentes contradictiones apud Vulpes, vide in fine huius quarti.*

## DISTINCTIO. XLVI. XLVII. ET XLVIII.

*Quæſtio. 1: 4. Sent.*

CIRCA quadrageſimam ſextam, quadrageſimam ſeptimã, & quadrageſimam octauam, Diſtinctiones quæritur. Vtrum Chriſtus in generali, & vltimo iudicio iudicãs ſecundum formam humanam, ſit oſtenſurus reprobis formam diuinam.

Pro queſtione ſit prima concluſio. Chriſtus in vltimo iudicio iudicabit non ſolum in natura humana, ſed etiam ſecundum naturam diuinam. Hanc ponit Sanctus Thomas quarta diſtinctio. 48. queſt. 1. artic. 1. item tertia parte, quæſt. 59. artic. 2. Huius ratio eſt. Iudicare homines Chriſto competit aliqualiter, ſecundũ illam naturam ſecundum quam habet dominium ſuper homines, & poteſtatem introducẽdi homines ad regnum, vel excludendi, & ſecũdum quam eſt caput Eccleſię. Sed omnia hęc competunt Chriſto non ſolum ſecundum naturam diuinam, ſed etiam ſecundum humanã: ergo Chriſto competit iudicare non ſolum ſecundum naturam diuinam, ſed etiam humanã.

Contra arguit Scotus diſt. 48. q. 1. Cum dicis, Chriſtus iudicabit ſecundum formam humanã, ſenſus eſt duplex. Primus id eſt in humana natura, & dicit ly ſecundum tantum concomitantiam ad actum. Secundus eſt vt non ſolum dicat concomitantiam, ſed etiam cauſalitatem naturæ humanę reſpectu actus. Si primo modo non videtur alius ſenſus queſtionis niſi hic. An quando Chiſtus iudicabit, deponet naturã humanam. Si ſecundo modo. Hoc eſt falſum loquendo de iudicare principalitèr, quia eſt ſolius diuinæ virtutis potentis coniungere animã obiecto beatifico: ergo.

Reſpondeo. Non procedit contra intellectũ concluſionis. Non enim intendit Sanct. Thoquòd Chriſtus ſecundum quòd homo habeat principaliter iudicare illo modo, quo arguens improbat, ſed tantũmodò, quòd ipſe Chriſtus, ſecundum quòd homo iudicabit auctoritate, ſecundaria, ſub primaria auctoritate, quę reſidet apud Trinitatem, ſicut Pater per dicta eius in probatione concluſionis allegata. Item diſt. 48. q. 1. art. 1. & ad 4. item 3. parte, q. 59. art. 3. itẽ diſt. 48. q 1. art. 1. ad 2. item 3. parte, q. 59. art. 2. & ad 3. Per hæc pariter ſoluuntur duo alia obiecta contra hanc concluſionem.



Digitized by Google

Sciendum quod Scotus in duobus argumentis non recitatis ſupponit, quòd Chriſtus ſecundum quòd homo non habeat aliam rationem cauſalitatis reſpectu ſalutis humanæ, quò ad gratiam, & gloriam, niſi duntaxat per modum meriti, quod eſt falſum, cum etiam habeat, vt cauſa efficiens inſtrumentalis 3. par. quæſt. 48. artic. 6. & ad tertium, item 3 par. quæſt. 59. artic. 3.

*Conclusio II.* Chriſti diuinitas, in iudicio à ſolis bonis videbitur. Hanc ponit Sanct. Tho. diſtinct. 48. quęſt. 1. artic. 3. Huius ratio eſt. Dãnandi in iudicio videndo Chriſtum non gaudebunt, ſed triſtabuntur. Sed ſi viderent eius diuinitatem gauderent, & non triſtarentur: ergo non videbunt Chriſti diuinitatem.

Contra concluſionem arguit Scotus primo probando, quòd Diuina eſſentia poteſt videri ſine hoc, quòd videns eam gaudeat primo. Omne abſolutum prius alio poteſt ſine contradictione eſſe ſine eo. Sed viſio Diuinę eſſentię eſt abſolutum quid ſaltem ab omni reſpectu ad gaudium, & eſt prius naturalitèr eo. Non enim obiectum delectat, niſi prius apprehenſum: ergo poteſt eſſe viſio Diuinę eſſentię ſine delectatione. Nec hoc negaret philoſophus, niſi quia poneret primam cauſam neceſſariò coagere ſecundę, quod negant theologi.

Reſpondeo. Conceditur quòd de potentia Dei abſoluta viſio Diuinę eſſentię poſſet eſſe in intellectu humano nullo actu delectationis, vel dilectionis Dei exiſtente in voluntate, ſed hoc nõ eſt poſſibile de potentia Dei ordinaria, nec ſecundum ordinem naturalem actuum intellectus, & volũtatis eodem modo ſatisfit aliis inſtantijs.

Sciendum verò quod per illud Ioan. decimo ſeptimo. Hęc eſt vita ęterna non intelligitur actio intellectus, quę eſt quędam vita, vt dicitur decimaſecunda metaphiſ. textu 39. & per conſequens ſi ſit ęterna eſt vita ęterna, quia ſic damnati haberent vitam ęternam. Scriptura etiam contradicit, quę vitam ęternam ſolis beatis promittit, Matth 25. iuſti verò in vitam æternam. Item Ioann. 17. vt omne quod dediſti ei, det eis vitam ęternam, quart. diſtinct. quadrageſimaſexta, quęſtio prima, art. ſecundo, quęſt. 3. in ſolutione 4.

Contra eandem concluſionem arguit item Scotus quòd beatus nõ neceſſariò fruatur Deo, & quòd clara viſio non inferat neceſſariò dilectionem ſui primo. Cauſa prima operationis eſt potentia, habitus verò ſecunda, & inſtrumẽtum. Sed cauſa prima non neceſſitatur per ſecundam: ergo. Nullus habitus, aut lumen glorię, neceſſitat voluntatem ad fruendum Deo.

Reſpondeo. Dicitur primò, quòd habitus, dicitur lumen gloriæ, poteſt dupliciter conſiderari. Primo modo, vt eſt quędam qualitas habitualis inhærens intellectui, & ſic non neceſſitat. Secundo modo, vt eſt lumen oſtẽdens voluntati ſuum perfectiſſimum obiectum ſub omni ratione boni, & excludens omnem falſam ęſtimationem practicam de volẽdo, vel nolendo, & ſic neceſſitat.

¶ Dicitur ſecundò, quòd lumen cum ſit ſubiectiuè in intellectu potentia priore voluntate habet rationem cauſę primę reſpectu voluntatis, tùm ex parte ſubiecti, tùm ex parte obiecti, quòd facit eſſe præſens tàm intellectui quàm voluntati. Obiectũ enim prius eſt potentia, vel actu potentiæ. Et vlterius, vt perfecta qualitas ligat mentes beatorum cum Deo, vt ſint vnus ſpiritus cum illo 3. contra Gent. cap. 62.

Secundò. Beata Virgo habuit in via maiorem charitatem, charitate alicuius beati inferioris gradus, & tamen illa charitas non neceſſitabat eam ad fruendum Deo, etiam quando contemplabatur Deum.

Reſpondeo. Similitudo nulla, quia Beata Virgo in via non habuit lumen gloriæ in intellectu, quamuis habuerit perfectam charitatem in voluntate prima parte, q. 82. arti. 2. item de verit. q. 24 art. 8.

Tertiò arguit. Voluntas imperat illam viſionem: ergo poteſt non imperare, & per cõſequẽs non frui. Antecedens eſt Beat. Auguſt. de Trinit. dicentis. In gignitione verbi concurrit voluntas ſic copulans. Conſequentia patet, quia contingentèr coniungit.

Reſpondeo. Si imperat, neceſſariò imperat, & non contingentèr, quia intellectus non poteſt oſtendere voluntati beati, illud eſſe bonum beato. Nam vt dictum fuit, viſio illius ſummæ veritatis omnem falſam æſtimationem excludit, tàm ſpeculatiuam, quàm practicam, in vniuerſali, & in particulari. De verit. quæſt. 24 artic. 8.

Quartò. Voluntas beata eſt eadẽ, quæ prius fuit non beata: ergo omnia poteſt, quæ prius, quia nihil eam impedit, nec aliquid ei deficit: ergo.

¶ Reſpondeo. Negatur conſequentia, quia aliqua deficiunt, quæ non deficiebant ſibi ante beatitudinem, ſcilicet falſum iudicium rationis quò aliquid non bonum oſtenditur ſub ſpecie boni. De verit. quæſt. 24. art. 8. & ar. 2.

Quintò arguit. Contra libertatem voluntatis eſt, quòd determinetur ad bene velle per quemcunque habitum inhærentem ſibi: ergo non ſubiacet habitui, & per conſequens nec neceſſitatur.

¶ Reſpondeo. Negatur antecedens, licet autem

Digitized by Google

autem voluntas ſit prior habitu ſibi inhærente, eſt tamē poſterior intellectu,& eius habitibus. Et vltra hoc eſt poſterior Deo, qui per habitū voluntati impreſſum determinat eam neceſſariò, vel contingenter ad aliquid. De ver. quæſtione vigeſimaſecunda, artic.8.item prima parte, quæſt.105.art.4.

Sextò arguit. Si voluntas beati neceſſitaretur ad fruendum Deo, ideò eſſet, quia illa viſio tanquam includens perfectionem cuiuslibet alterius finis, intrinſecè non relinquit voluntatē in potentia reſpectu alterius, & tollit omnem priuationem ſicut forma cœli à ſui materia, ſed hoc nihil eſt, quia nulla forma tollit priuationem à ſuſceptiuo alterius formæ. Stante enim aptitudine ad recipiendum, non poteſt tolli carentia, niſi ponatur illud. Forma ergo cœli à ſua materia non tollit priuationem aliarum formarum, quia eas non continet eminentèr eo modo, quo ens infinitum. Vnde iſta via ponendi cœlum incorruptibile, videtur irrationabilis.

Reſpondeo. Hæc ratio non aſſignatur à S. Thom. in propoſito, ſed quia videnti Deum euidentèr apparet Deum eſſe ſummum bonū, nihil habens odibile, vel triſtabile. Nec poteſt ei apparere ſub ratione boni, quòd tale bonum odiat, aut ab eius dilectione ceſſet. Et vlterius quia habitus gratiæ,& charitatis patriæ, neceſſariò inclinat voluntatem ad diligendū, & fruēdum.

Dicitur ſecundò quòd Sanct.Thom. aſſignat cauſam incorruptibilitatis cœli, quoniam forma cœli replet totam potentialitatem ſuæ materiæ, & tollit omnem priuationem ab illa, prima parte, quæſtione ſexageſimaſexta, articulo ſecundo.

Ad argumenta Godofredi, & Durandi, & Bernardi patet ſolutio per prædicta, quia verū concludunt, ſed non contra intellectum concluſionis.

*Concluſio III.* In vltimo iudicio quilibet legere poterit in ſua,& aliena conſcientia omnia merita,& demerita, propria,& aliena. Hanc ponit Sanct.Thom. diſtinctione quadrageſimatertia, quæſtione prima, artic. quinto, in ſolutio. quæſtione ſecunda. Huius ratio eſt. Quicunque manifeſtè, & euidenter cognoſcit aliquam ſententiam eſſe iuſtam, cognoſcit merita ſentētiati. Sed quilibet in finali iudicio cognoſcet manifeſtè,& euidenter ſententiam ſui, & aliorum eſſe iuſtam: ergo cognoſcet manifeſtè ſua, & aliena merita, vel demerita.

Contra arguit Durandus hic diſtinct.47.q.2. Primò. Ad notitiam iuſtę ſentētiæ ſufficit ſcire, quòd hi ſunt boni,& illi mali ergo non oportet ſingillatim ſcire omnia merita,& demerita.

Reſpondeo. Negatur antecedens. Nam licet ad generalem,& confuſam notitiam illud ſufficiat, non tamen ad perfectè cognoſcēdum diuinam iuſtitiam.

Secundò. Nulla auctoritas ſcripturæ aſſerit, quòd peccata alicuius in ſpeciali fiant alijs nota, licet de peccatis proprijs dicat Beat. Auguſt. 2.de Ciuit.Dei, quòd omnia vnico mentis intuitu enumerabuntur: ergo.

Reſpondeo, negatur antedens. Nam Apoſtolus primę ad Corint.4 ait illuminabit abſcōdita tenebrarum, vbi gloſſa ait Geſta,& cogitata bona,& mala tunc aperta,& nota erunt omnibus. Idem Chryſoſtomus,& recitatur, 4.ſententiarum, diſtinct.decimaſeptima, cap. cum ergo. Pariter Anſelmus in libro de ſimilitudinibus,& alij multi Sancti ſimilia dicunt.

*Concluſio IIII.* Probabile eſt quòd illud iudicium quantum ad diſceptationem,& ſententiam, fiat mentalitèr,& non vocalitèr. Hanc ponit Sanct.Doct. diſtinct.47. articulo primo, in ſolutio 2 quæſt. Huius ratio eſt. Ad vltimum iudicium non requiritur inæſtimabilis magnitudo temporis. Sed ſi illud fieret vocalitèr, illud exigeretur: ergo.

Contra arguit Durandus 1. diſtinct.47. q.1. Chriſtus iudicabit, vt Deus, & vt Homo. Ergo fiet diuino modo, ſcilicet mentalitèr quòad diſcuſſionem,& modo humano, ſcilicèt vocalitèr, quòad prolationem ſententiæ.

Reſpondeo. In iudicio erit duplex ſententia, ſcilicet particularis cuiuslibet, qua adiudicabitur tali, & tantæ pęnę, vel tali, & tanto prę mio. Et iſta fiet mentalitèr ſicut, & diſcuſſio meritorum. Alia verò ſententia erit generalis vna pro beatis, alia pro damnatis,& de iſta generali probabile eſt, quòd fiat vocalitèr, quia non requirit temporis prolixitatem ſicut prima requireret, & de illa prima intelligit Sanctus Thomas, vt credo, vbi ſupra arguendo in oppoſitum.

Secundò ſententia debet aptari ſententiato: ergo ſicut contra animas tantum, fit ſpiritualiter, contra totum hominem fiet corporalitèr, & mentalitèr.

Reſpondeo. Concludit de ſententia generali, non autem particulari. Et iterum patet, quòd ſententia plus debet coaptari accuſationi, vel excuſationi quàm ipſi iudicando. Conſtat autem quòd illa diſcuſſio erit tantum mentalis.

*In hac 46.47. & 48. Diſtinct. quarti Sententiarum, & vnica quæſtione ſequenti confutantur hæreſes damnatæ, vt in noſtro Commentar. in text. Magiſtri, & confutantur etiam hæreſes, quæ ſunt in Abecedario, & in*



Digitized by Google

*Ethimologijs hæreſum, & confutantur ſimilitèr Idolatriæ, vt in Abecedario Idolorum in principio, vide ibi lit. C.F.G.H.I.& R. ac etiam cõſutantur falſæ Theologię Phænicum, Egyptiorum, Grecorum, Atlãticorum, Phrygiorum, Gentium, &c. ab Euſebio in primo, ſecundo, tertio, & quarto libro de præparatione Euangelica contra Theologiam fabuloſam Poetarum antiquorũ. Contra genealogias Deorũ falſorũ Heſiodi, & contra genealogias falſorum Deorũ Homeri, ex quibus Boccacius de Græco in Latinum verſauit ſuam geneologiam, & de Latino in Hetruſcum, vt ait Aſcenſius, & Seruius ſuper Virgilium, etc. & vide Ouid & Anguillaram in Metamorph.*

*Ex concluſionibus, probationibus, & ſolutionibus argumentorum Capreoli ſoluuntur argumenta Vulpes, & aliorum recentiorum facile, vt facit Ariſtotiles ad argumenta Antiquorum, quod veritatis cognitio dubiorum eſt ſolutio, & cum Cardinali Bellarmino dicente in libro de Scriptoribus Eccleſiaſticis de Ioanne Capreolo, quòd Ioann. Capreolus ſit defenſor Egregius Sancti Thomæ, & optimè diſſoluit omnia argumenta aduerſariorum: dicunt verba formalia Bellarmini, ergò ſi optimè diſſoluit per Bellarminum ſunt ſoluta argumenta cum his doctrinis hic: Sicut ſoluit Ariſtoteles contra antiquos dicendo in 3. de Cœlo, & in 3. Metaphiſic. veritatis cognitio, dubiorum eſt reſolutio.*

*Reſpondetur ſecundò cum Cardinali Sarnano Franciſcano doctiſſimo, cum concordantia huius diſtinct. et ſimilitèr cum concordantia Bongherbę.*

*Reſpondetur tertiò cum Petro de Bergamo, et Bartholomęo Spina dicentibus in tabula Sancti Thomę, quod qui ſcit totam Logicam Sancti Thomæ, Philoſophiam etiam moralem, totam Metaphyſicam Sancti Thomę, et totam eiuſdem Theologiam, nullum poteſt facere argumentum contra Sanctum Thomam, et ideò ſubdit, quod iſti recentiores ſtudent tantummodò articulo, ſuper quem componunt, et non habent in mente omnia opera Sancti Thomę loquentis pręſuppoſitiuè, præſupponendo omnia ſupradicta, & dicendo, quæ propter prærumpunt in verba in tantum Magnum Doctorem nullo modo applicanda, quòd Sanctus Thomas contradicat ſibi ipſi, et ideò Cardinal. Sarnanus, quia ſciebat totum Sanctum Thomam concordauit ſimilitèr, etiam Ioannes Capreolus ſoluit argumenta aduerſariorum, cum locis Sancti Thomæ, quia totum in mente habebat Sanctum Thomam, et ideò Bellarmin. dicebat bene omnia ſoluere Capreolum.*

*Argumenta verò Vaſquez, Valentię, Molina, Suarez, etc. quia colliguntur, et ſoluuntur, clarè, diſtinctè, et breuitèr à Ripa, à Nazario, à Conſales, à Nauarretto, à Zenardo, et pręcipuè à Montagnolo, in ſupplemento tertiæ partis Sancti Thomæ quęſt. 90., de forma Iudicis venientis ad Iudicium. ideo vide ibi.*

*Vide noſtram expoſitionem Petri Lombardi aperientem mentem huius materiæ, vt in folio 72. hic, et infra pro 3. reſponſione Vulpes. Ac etiam vide 1. 2. et 3. folium pro reſponſione quarta, quinta, et ſexta ad argumentum eiuſdem Vulpes.*

*Reſpondetur ſeptimo declaratione Scoti, & Sancti Thomæ per Radam Franciſcanum hic declarantem S. Thom.*

*Loca Sacræ Scripturæ hic, & infra à Salmerone, Emanuel Sa, à Toleto, à Prierio, Vegha, à Poſſeuino, à Salian, Torello in annalibus à creatione Mundi, quæ videntur repugnare aliquo modo Thomiſtis, quia ſunt concordata à nobis in fine noſtrę expoſitionis totius Bibliæ, et in Anatomia Biblię impraſſa ideò vide ea illic.*

*Reſponſiones apparentes contradictiones apud Vulpes, vide in fine huius quarti.*

## DISTINCTIO XLIX.

*Quęſtio. 1. 4. Sent.*

CIRCA Diſtinctionem quadrageſimamnonam quæritur primo. Vtrum vltima beatitudo, vel felicitas humana, ſit aliquis actus æternus.

Pro quæſtione ſit prima concluſio. Beatitudo eſt actus, & non habitus. Sanctus Doct. 4. ſententiarum, diſtinct. quadrageſimanona, quæſt. prima, artic. 2. in reſponſione ſecundę quęſtiunculæ.

Contra arguit Scotus hic quęſt. 1. omnis beatitudo eſt perfectio beati, ſed nulla operatio, ſiuè actus eſt formalitèr perfectio operantis: ergo nulla operatio eſt beatitudo maior nota, minor probatur. Nullus effectus eſt formalitèr pfectio ſuę cauſę, ſed operatio eſt effectus operantis: ergo, &c. minor nota, maior probatur. Omnis cã, vel eſt ęquiuoca, vel vniuoca, ſi ęquiuoca eſt perfectior effectu ſi vniuoca, eſt æquè perfecta, cõfirmatur minor primi argumenti. Quicquid perficitur mutatur, ſed agens inquantum agens, non mutatur, alioquin inquantum eſt in actu, eſſet in potentia: ergo, &c.

Secundo, nulla creatura eſt cauſa ſuę beatitudinis: ergo.

¶Ad

Digitized by Google

¶ Ad hoc argumentum, negatur minor. Nã omnis operatio, vel eſt tranſiens, vel immanẽs, vt dicitur 9. Metaph. Text 15. & primo Ethic. Aliquæ tranſeuntes ſunt perfectio agentis, vt declarat Sanct. Doct. de potentia, quæſtione ſeptima, artic. primo, omnis verò operatio immanens eſt perfectio formalis ipſius agentis, prima ſecundæ, quæſtione tertia, ad tertium. Item 3. contra Gent. capit. vigeſimoquarto. Ex quo loco elicitur, quod vltimũ, per quod vnaquæque res ordinatur ad finem, eſt eius operatio, diuerſimodè tameſi ſecundum diuerſitatẽ operationis. Nam quædam operatio rei eſt, vt eſt alicuius mouentis, ſicut calefacere, & ſiccare, quædam vt ab alio motæ, ſicut calefieri, quædam eſt perfectio operantis actu exiſtentis in aliud tranſmutandum non tendens, cuiuſmodi eſt intelligere, & velle ad probationem dictæ minoris, negatur maior, nam agens producens effectum vniuocum, vel æquiuocum per talem productionem formaliter perficitur in actu, quia ſic producendo attingit ſuum vltimum finem, quia eſt perfectior omni tali agẽte, & actione, & effectu. Vnde Sanct. Doct. 3. contra Gent. cap 21.

Ad improbationem dicitur; quod argumentum nihil probat, niſi quod omnis cauſa eſt nobilior vel æquè nobilis ſicut effectus, quod cõceditur; cum hoc tamen ſtat; quod effectus aliquis ſit perfectio cauſæ, Manifeſtum eſt enim quod accidens & omnis propria paſſio eſt effectus ſui ſubiecti, vt probat Philoſophus. 7. Met. Tex. 4. & tamen ſubiectum ſuum perficitur formaliter, licet enim ſubiectum ſit ſimpliciter perfectius accidente tamen vt perfectiuũ ſubiecti, eſt ſecundum quid ſubiecto ipſo perfectius; ſicut albedo, inquantum dat ſubiecto eſſe album.

Ad confirmationem minoris primi argumẽti negatur maior; tamen quia Philoſophus 7. Phyſicorum. tex. 6. negat conſequentiam ibidẽ factam. hoc perficitur, ergo mutatur, ſic probat de acquiſitione ſcientiarum & quantitatum & vniuerſaliter qualitatum de prima & quarta ſpecie, tamen quia non eſt inconueniens dicere omne agens creatum; dum de ocio exit in operationem, aliquo modo mutari; ſicut dicit Philoſophus ibidem. Vnde S. D. 1. ſen. diſt. 8. q. 3. artic. 1. ad quartum. In omnibus, in quibus operatio differt à ſubſtantia, oportet eſſe aliquem modum motus; ex hoc, quod exit de nouo in operationem, quia acquiritur in ipſo operatio; quæ prius non erat.

Contra hanc reſponſionem; ſic arguitur, probando illam conſequentiam eſſe bonam, hoc perficitur, ergo mutatur, omne illud mutatur, quod acquirit aliquid, quod ante nõ habebat; ſed quicquid perficitur, eſt huiuſmodi, ergo, &c.

Reſpondetur, negando maiorem. Nullus enim mutatur niſi aliquam formam acquirat, ad quam ſit motus; omnis autem motus vel eſt ad quantitatem, ſicut augmentum & diminutio; aut ad vbi ſicut loci mutatio, aut ad qualitates tertiæ ſpeciei, ſicut alteratio, & ſi ergo quis acquirat de nouo aliquam qualitatem primæ ſpeciei; ſiue aliquam relationem propter hoc non mutatur; quia ad hoc non eſt motus, vt probatur, 5. & 7. Phyſic.

Secundò principaliter arguitur ſic contra concluſionem. Illud non eſt beatitudo, cuius non ſumus cauſa, ſed nos ſumus cauſa noſtræ operationis, ergo, &c.

Reſpondet ad hoc S. D. 4. ſen. diſt. 49. vbi ſuprà, quod in actu ſunt duo. ſ. ſubſtantia actus & forma ipſius à qua perfectionem habet. Vide ibi; ex qua reſponſione negatur maior. ſ. quod ſimus cauſa actus inquantum eſt beatificus; licet ſumus cauſa, quantum ad eius ſubſtantiam.

¶ Contra hanc reſponſionem arguitur ſic. A quocunque dependet prius; dependet etiam poſterius, in eſſentialiter ordinatis, ſed ſubſtantia, actus, & eius perfectio ſiue ſubſtantia ſunt eſſentialiter ordinata, ergo ſi ſubſtantia actus dependet ab intellectu creato; ab eo dependet etiam eius perfectio.

Item potentia nunquam elicit actum, nec cum aliqua circunſtantia; circunſtantia autem eſt forma actus, ergo potentia eſt cauſa formæ actus.

Item cauſa prima & ſecunda non habent diſtinctos effectus proprios; tum quia reſpectu neutrius, eſſet hæc prima, & illa ſecunda; tum quia illa forma ſiue perfectio actus, quam dicis cauſari ab habitu, eſſet neceſſario forma abſoluta; cum relatio non ſit per ſe terminus actionis, non eſt autem probabile actionem attingentem obiectum beatificum includere duo abſoluta.

Ad hæc reſpondetur dicendo primò, quod omnia procedunt ex falſa imaginatione, opinantur enim. ſ. doctorem dicentem, quod in actu ſunt duo realiter diſtincta, quod non dicit; ſed ſolum quod illa viſio beatifica habet duo diſtincta ſecundum rationem. Primum eſt, quod ille actus in generali eſt intellectio ſiue viſio, & ſecundum hanc conſiderationem, principium eius eſt intellectus. Secũdum eſt quod eſt viſio ſiue intellectio talis obiecti; & hoc habet non quod à potentia intellectiua, ſed ab habitu, vel ſpecie; vel eſſentia diuina ſupplente vicem ſpeciei, quæ determinat actum ipſius potentiæ ad tale obiectum; ſicut patet in ſimili de intellectione lapidis, & viſione corporali; vt diffu-

Digitized by Google

diffuſè declarat S.D.2. contra Gen. cap.76.& 4.ſenten.diſt.49.quæſtio.2 1.ad decimum.

¶ Dicitur ergo ad primum quod totus actus viſionis beatificæ ſecundum quodlibet ſui abſolutum:eſt ab vtroque.ſ.à potentia intellectiua & ab habitu gloriæ, quæ ſupplet vicem ſpeciei, ſed à potentia habeat quod ſit cognitio:ab habitu autem quod ſit reſpectu talis obiecti Et quia ſecunda conſideratio eſt formalior & determinatior.ideo S.Doct. dicit quod actus ille ſecundum ſubſtantiam ſuam:eſt à potentia naturali & ſecundum ſuam formam eſt ab habitu. negatur ergo minor. Quia vbi eſt prius & poſterius ſiue ordo eſſentialis ibi eſt realis diſtinctio, ſed actus & forma eiuſdem non ſunt realiter diſtincti, vt dictum eſt; ideo non ſequitur.

¶ Ad ſecundam improbationem patet per idem;quia forma de qua S.D.loquitur: non eſt aliquid abſolutum diſtinctum à ſubſtãtia actus, ſed ipſemet actus ſecundum vnam conſiderationem eſt formalis ad ſeipſum & ſecundum aliam materialis, ſicut patet de anima, quæ vt ſenſitiua eſt materialis ad ſeipſam; vt eſt materia.

¶ Ad tertiam eodem modo reſpondetur, quia ex illo falſo præſuppoſito procedit.

Tertiò principaliter arguit ſic. In eo conſiſtit beatitudo,quod eſt perfectius; ſed habitus eſt perfectior actu.ergo in habitu conſiſtit beatitudo.maior nota.Minor probatur.Tum quia illud eſt perfectius;quod eſt diuturnius.3.Top. ſed habitus eſt diuturnior actu,ergo,&c.tum quia habitus eſt cauſa æquiuoca reſpectu actus; ergo eſt perfectior actu.

Reſpondetur, negando minorem prima ſecundæ.q.71.art.3.vbi diffuſè probat;actum eſſe nobiliorem habitu.

¶ Ad primam probationem primæ minoris,negatur maior, loquendo de perfectione ſimpliciter;licet ſit vera de perfectione ſecundum quid S.Doct. vbi ſupra.

¶ Ad aliam improbationem dicitur quod licet habitus ſit cauſa actus in genere cauſæ efficientis;tamen actus eſt cauſa habitus in genere cauſæ finalis;hoc eſt autem nobilius.Negatur etiam conſequentia, quia licet cauſa æquiuoca principalis ſit nobilior effectu,non tamen cauſa inſtrumentalis; cuiuſmodi eſt habitus reſpectu actus.

Quartò. Nulla operatio immediatè perficit eſſentiam animæ,ſed beatitudo immediatè perficit eſſentiam animæ,ergo, &c. Maior nota. minor probatur. Nobiliori perfectioni correſpondet nobilius perfectibile, ſed beatitudo eſt nobiliſſima perfectio;eſſentia autem eſt nobilius perfectibile quàm potentia,ergo,&c.

¶ Secundò probatur eadem minor; quia tunc ſi potentia ſepararetur ab eſſentia animæ eſſet beata;anima autem non; quia careret immediato ſuſceptiuo beatitudinis.

Tertiò, quia ſequitur; quod natura intellectualis non eſſet beata, niſi per accidens.ſ.ratione ſuæ potentiæ;quæ eſt accidens; ſicut caleſieri ineſt ligno per accidens; ratione caloris.

¶ Quartò gratia eſt beatitudo, ſed gratia eſt in eſſentia animæ, ergo,&c.

Reſpondetur,negando minorem. Ad primã probationem;dicitur ad ſecundam partem minoris, quod licet anima ſecundum ſuam naturam ſit nobilior potentijs;potentię tamen ſunt nobiliores ſecundum quid ipſa anima, inquantum ſunt actus eius.

¶ Vel aliter reſpondetur; quod anima dupliciter poteſt conſiderari. Vno modo cũ præciſione è potentijs. Alio modo;vt includit potentias,& ſic eſt nobilior ſeipſa; primo modo conſiderata. Ideo illa probatio non valet,quia falsè. imaginatur quod operatio beatifica recipiatur ſolum in potentia animæ & non in eſſentia;perfectius enim licet non immediatius; recipitur in eſſentia quam in potentia. Quomodo autem potentia animæ poſſit eſſe ſubiectum alicuius. vide in q.de vir. quæſt. 3. vbi quærit;vtrum potentia animæ; poſſit eſſe ſubiectum virtutis.

¶ Ad ſecundam improbationem dicitur primo quod potentiæ non poſſunt ab anima ſeparari;quia ſunt naturales proprietates. Ideo caſus eſt impoſſibilis.

¶ Dicitur ſecundò;quod poſito,ſed non cõceſſo,quod ſeparentur ab anima,negatur conſequentia.ſ.quod poſſit beatificari,quia potentia animæ taliter ſeparata,non eſſet principale nec ſubſtantiale ſuſceptiuum; nec elicitiuum beatitudinis;nec operatio beatifica nec ſic immanens & vitalis; poſſet in tali accidente ſeparato recipi.

¶ Item dato,quod in ea poſſet recipi ſub ratione qua eſt viſio aut volitio; non tamen ſub ratione qua eſt beatitudo; ſed Sortes ſub altera;ſicut nec intellectus videntis Deum; non eſt propriè beatus,ſed anima; quia non videt ipſe intellectus;vt quid,ſed vt quo.

¶ Item dato, quod aliquo modo poſſet dici beatum; non tamen ſimpliciter, ſed ſolum ſecundum quid.

Ad tertiam improbationem negatur conſequentia,quia potentia animæ licet ſint accidẽtia animæ, non tamen conueniunt ei per accidens,cum ſint naturales eius proprietates, & ſunt ei per ſe ratio agendi & recipiendi tam actus primos quàm ſecundos. Similitudo autem

rem de ligno calido non eſt ad propoſitū, quia calor non ineſt ligno, niſi per accidens; tum etiam quia calor non poteſt eſſe principium operationis immanentis.

Ad quartam improbationem dicitur, quòd maior poteſt habere duplicem ſenſum; vnus quod ſit ibi prædicatio eſſentialis, id eſt quod gratia ſit eſſentialiter beatitudo, & ſic eſt falſa. Gratia enim conſummata idem eſt, quod gloria: nec talis gloria eſſētialiter beatitudo. Alius ſenſus eſt, quod ſit ibi prædicatio cauſalis, id eſt, quod gratia conſummata ſit principium actiuum beatificorum, ſicut etiam nūc eſt principium actiuum meritoriorum. Sic ergo non omnis gloria eſt beatitudo, ſed ſolum gloria quę conſiſtit in actu ſecundo, attingente obiectum beatificum.

Contra eandem arguit Aureolus, quod beatitudo non conſiſtit in ſuam operationem, ſecundum rationem abſolutam, ſed inquantum exhibitiua obiecti, & facit ipsū nobis præſens. primo operatio ſub illa ratione eſt beatificatiua: ſub qua eſt ſatiatiua: ſed non eſt ſatiatiua: vt eſt operatio: ſed vt exhibitiua obiecti. ergo maior nota per Auguſtinum 12. de Ciuit Dei. minor patet, quia ſolum finis habet ſatiare, non autem id quod eſt ad finem vt ſic, operatio autem in ratione, qua eſt operatio præciſa exhibitione obiecti, eſt ad finem.

Ad hoc reſpondetur, quòd non militat contra concluſionem, ſed magis eam declarat.

¶ Vbi notandum, quòd in actu beatifico quatuor conſiderari poſſunt. Primum eſt ſua entitas abſoluta, & ſic eſt beatificatiuus in potentia intellectualis naturæ formaliter tanquā potiſſima perfectio receptibilis in eadem formaliter, ſed ex hoc non habet quòd actu beatificet, ſicut nec albedo ex ſua abſoluta eſſentia habet, præciſo omni alio, quòd actu dealbet, quia ſi non informaret ſubiectum, non dealbaret. A ſimili, viſio Dei ſi ſepararetur ab omni ſubiecto, non beatificaret actu: eſſet tamen beatificatiua in potentia. Secundum eſt eſſe ſuum per modum inhærentis: & ſic actu beatificat. Tertium eſt reſpectus ad eius proprium ſubiectum quid & quale ſit, & talis non eſt nacta indifferenter, quodlibet ſubiectum: ſed ſolum ſubiectum ſibi proportionatum. Quartum eſt reſpectus ad obiectum beatificum. Qui quidem reſpectus dupliciter conſiderari poteſt, vno modo ſecundum ſe, & ſic nullo modo beatificat, alio modo ex parte ſui fundamenti; quod eſt viſio beatificatiua, & ſic habet quòd ſit cōpletiuum beatitudinis formalis, inquantum, ſcilicet eſt connunctio perfectiſſima materiæ intellectualis, cum ſuo perfectiſſimo obiecto per actum perfectiſſimum, & eſt exhibitio beatitudinis obiectiuè, non tamen qualicunq; præſentia, ſed tali præſentia eſt terminus, & obiectum viſionis, & fruitionis, quia nulla alia pręſentia ſufficit ad beatitudinem S.D. 4. ſen. diſt. 49. q. 1. art. q 2. ad 5.

*Concluſio* II. Beatitudo ſiue fœlicitas hominis eſt actus æternitate menſuratus ſiuę vita æterna, vbi ſupra. q. 3. Item contra Gentiles 3. c. 61.

Contra arguit Scotus hic, q. 2. Actus ſecundum ſuam ſubſtantiam menſuratur æuo, ergo etiam ſecundum ſuam formam, tenet conſequentia, quia ſi ſecundum ſubſtantiam menſuratur æuo, & ſecundum formam æternitate, & ſequeretur quod eſſet immutabilior ſecundum formam quam ſecundum ſubſtantiam.

Reſpondetur primò, quod arguens decipitur non intelligendo S.D. Supponit enim quod S.D. opinatur, quod operatio beatifica quantū ad ſubſtantiam menſuratur æuo, & quantum ad formam æternitate, hoc etiam S.D. nunquā dixit. Verumtamen ponit S.D. quod eſſe Angeli, vel animæ rationalis menſuratur æuo, & eius eſſentia nunc æui; operatio autem beatifica menſuratur æternitate: non quaſi menſura adæquata; ſed per quandam participationem. Vnde ſi contra hoc intendit arguere: oportet arguere ſic, ſubſtantia Angeli ſiue animæ menſuratur æuo. ergo & actus beatificus; alioquin ſubſtantia Angeli eſſet mutabilior quàm actus; hoc autem eſt falſum, cum ſubſtantia non ſit mutabilior accidente.

Reſpondetur. Negando conſequentiam. Ad probationem negatur falſitas conſequentis. Nullum enim accidens eſt propriè loquendo, mutabile; & tamen ſubiectum eius eſt mutabile, potiſſimè in propoſito de ſubſtantia Angeli; vtpotè ſubiectum diuerſarum mutationum exiſtens; quantum ad volitiones, & cognitiones.

¶ Sed operatio beatifica eſt immutabilis tripliciter.

¶ Tum quia cum ſit actus ſecundus, & nihil habens de potentia paſſiua, non poteſt eſſe ſubiectum motus aut mutationis.

¶ Tum ſecundò, quia per nullius creaturæ potentiam poteſt incipere; aut deſinere aut quomodolibet variari.

¶ Tum tertiò, quia eſt operatio vniformis, & ſupernaturalis, & participatio diuinæ operationis, & diuinæ immutabilitatis.

¶ Ad hoc faciunt verba S. Doct. præſenti di. q. 1. art. 2. q. 3. tertij.

Secundò principaliter arguit ſic. Nullum menſuratum æternitate poteſt non eſſe; ſed actus beatificus poteſt non eſſe; ſaltem per diuinam potentiam ergo, &c.

Reſ-

Digitized by Google

Reſpõdeo, quod maior eſt falſa de eo, quod menſuratur æternitate ſolum per participationem huiuſcemodi eſt actus beatificus Ad hoc enim, quod aliquid ſit æternum participatiuè, non requiritur omnimoda carentia potentiæ non eſſendi, ſed ſufficit immutabilitas ſupradicta.

Tertiò pœna damnatorum non menſuratur æternitate diſtincta ab æuo, ergo nec gloria beatorum.

Reſpondetur, negando conſequentiam: quia vita æterna beatorum non ſolum eſt æterna ex defectu finis; per quem modum etiam pœna damnatorum dicitur æterna, ſed vlterius quãtum ad remotionem omnis mutationis; non ſolum in actu; quam etiam æuum includit; ſed etiam in potentia. In pœnis autem damnatorum eſt tranſmutatio ſecundum id. Iob. 24. Ibunt ab aquis niuium ad calorem nimium. S. Doct. prima par. quæſt. 10. artic. 3. ad ſecundum.

## QVAESTIO. II.

*Diſtinct. 49. 4. Sent.*

QVæritur ſecundò. Vtrum vltima hominis beatitudo, conſiſtat eſſentialitèr in actu intellectus.

Pro quæſtione ſit prima concluſio. Hominis fœlicitas nõ conſiſtit eſſentialitèr in aliquo actu voluntatis, 4. ſententiarum diſtinct. 49. q. 1. artic. 1. quæſt. 2. item prima ſecundę, quæſt. 3. artic. 4. item 3. contra Gent. cap. 24.

Contra arguit Scotus hic quæſt. 4. Primò in eo conſiſtit beatitudo eſſentialitèr, quòd immediatius tendit in Deum, vt in vltimum finẽ, ſed actus voluntatis eſt huiuſmodi: ergo, &c. conſequentia nota. Maior probatur, quia beatitudo eſt vltimus finis, minor probatur, quia finis inquantum huiuſmodi eſt obiectum voluntatis. Secundò, in eo non conſiſtit fœlicitas, quòd ad aliud ordinatur, ſed actus intellectus ordinatur ad actum voluntatis: ergo non conſiſtit in actu intellectus: ergo voluntatis. Maior nota, minor probatur. Aut inter actum intellectus, & volũtatis nullus eſt ordo, & hoc non, quia in ordinatis per ſe ad eundem finem, eſt aliquis ordo, aut amare eſt propter intelligere, & hoc non, quia ſecundum Anſelmum 2. Cur Deus homo cap. 1. ordo peruerſus eſt velle amare, vt intelligere: ergo intelligere ordinatur ad amare.

Tertiò, illud eſt beatitudo, quòd eſt maximè volendum, huiuſmodi eſt actus voluntatis: ergo, &c. maior nota, minor probatur. Voluntas plus appetit perfectionem ſuam quàm alterius, ſed actus voluntatis eſt eius perfectio: ergo, &c.

Quartò. Voluntas eſt nobilior intellectu: ergo, &c. conſequentia nota 10. Ethic. antecedens probatur. Voluntas eſt maioris capacitatis quàm intellectus: ergo, &c. antecedens probatur, voluntas recipit nobiliorem habitũ: ergo, &c.

Quintò. Si nullus actus voluntatis eſt de eſſentia beatitudinis: ergo Deus poteſt ſeparare omne gaudium, & delectationem. Confirmatur, quia perfectius eſt aliquid, ſi de eſſentia eius ſit aliqua perfectio, quàm ſi ſit tantum concomitans, ſed beatitudo eſt perfectio maxima: ergo delectatio non ſolum concomitatur, ſed eſt de eſſentia beatitudinis.

Sextò, pœna damnatorum eſt eſſentialitèr triſtitia: ergo primum eſt eſſentialitèr gaudiũ, antecedens probatur. De ratione pœnæ eſt, quod pertineant ad voluntatem, nullus autem actus voluntatis eſt pœnalis, niſi triſtitia: ergo.

Ad primum dicitur, quòd actus intellectus immediatius attingit Deum, & vltimum finẽ, quàm actus voluntatis, ita quòd coniũctio per actum intellectus eſt prior ordine, quaſi præſuppoſitus ab omnibus alijs, & eſt prior cauſalitate, quia viſio illa eſt cauſa omnium aliarum coniunctionum, & eſt menſura aliarum, quia qui intenſius videt intenſius diligit, & fruitur Deo, 1. quolib. q. 19.

¶ Si dicatur, quòd actus intellectus non tendit in Deum ſub ratione finis vltimi, ſed ratione veri, dicitur quod hoc non obſtat. Ex iſtis enim concluditur, quòd beatitudo pertinet ad voluntatem tanquam eius obiectum, ſed non ſequitur, quòd ſit eius actus: negatur ergo maior argumenti.

Si contra arguitur. Vnaquæque potentia immediatius attingit rationem formalem ſui obiecti, quàm quæcunque alia potentia: ergo voluntas immediatius attingit rationem finis, negatur antecedens in illis potentijs, quarum vna pręſupponit actum alterius tanquam pręparantem, & oſtendentem obiectum, cuiuſmodi eſt voluntas reſpectu intellectus, quia bonũ cognitum eſt voluntati obiectum.

Sciendum tamen, cum dicitur, quòd intellectus non fertur in Deum ſub ratione finis, ſed ſub ratione veri, quòd tales locutiones poſſunt habere duplicem ſenſum. Si enim intelligatur quòd ratio boni, vel finis, non ſe habeant ad intellectum, vt mouens, falſum eſt, quia intellectus prius natura, & cauſalitate attingit in Deo rationem boni, & finis quam voluntas, immò volun-

Digitized by Google

voluntas per actum ſuum talia non attingit, niſi prius eſſent apprehenſa ab intellectu, & oſtēſa voluntati. Si verò intelligatur, quòd tales rationes ſe habeant ad intellectum, vt terminātes, ſed non vt mouentes, verum eſt, formalis ratio, & motiua ad actum intellectus eſt ratio veri, ſed quælibet alia ratio poteſt eſſe materialis, & terminatiua. Ex his ergo poteſt negari minor, quia intellectus immediatius fertur in obiectum beatificum ſub quacunque ratione conſideratum, quàm voluntas, licet voluntas feratur in ipſum formalius. Item ſciendum, quòd licet ratio ſummi boni ſit communis ratio obiecti beatifici, vt beatificum eſt, tamen ratio primæ veritatis eſt eius ratio ſpecialis, primo modo formalius reſpicit voluntatem ſecũdo modo intellectum.

Si dicatur contra. Vnumquodque ordinatur ad ſuam perfectionem, ſed delectatio eſt perfectio operationis: ergo.

Reſpondeo, quòd eſt duplex perfectio, vna vt habentis ſpeciem, alia eſt contra gent. 3. cap. 26. ad ſecundum.

Ad ſecundum negatur minor, immò omnes actus omnium potentiarum ordinatur ad illã viſionem, inquantum ſunt, aut diſpoſitiui, aut conſeruatiui, aut perfectiui illius viſionis, tertio contra gent. cap. 25. Niſi enim Deus diligeretur, eius viſio non quæreretur, nec placeret, nec ei inſiſteretur perfectè.

Ad probationem dicitur, quòd Anſelmus loquitur de intellectionibus viæ.

Ad tertium negatur minor. Voluntas enim magis vult viſionem Dei, quam alios omnes actus, quia viſio eſt eius principale obiectum poſt Deum, plus autem diligit, quælibet potentia principale obiectum ſuum quam actũ proprium, quia actus non habet bonitatem niſi ex obiecto, loquendo de obiecto principali volũtatis, quod eſt vltimus finis. Ad probationem dicitur, quòd voluntas non eſt propriè volens, ſed anima, & hæc magis appetit id quod eſt maior perfectio ipſius animæ, vel hominis, quàm quod eſt bonum ipſi voluntati.

Ad quartum negatur antecedens. Ad probationem negatur etiam antecedens, quia capacitas intellectus incomparabiliter eſt maior quàm capacitas voluntatis, quia intellectus eſt capax Diuinæ eſſentiæ per modum formæ intelligibilis, & eſt etiam capax luminis gloriæ. Ad huius improbationem negatur conſequentia, quia capacitas intellectus eſt in recipiēdo, capacitas autem voluntatis in mouendo, primum reſpicit prɛmium, ſecundum reſpicit meritum, ideò capacitas intellectus minus impletur in via quam capacitas voluntatis, ſecus eſt in prima.

Ad quintum negatur conſequentia, quia gaudium ex naturali concomitantia ſequitur illam viſionem.

Dicitur ſecundò, quòd poſito illo caſu, vidēs Deum, & non amãs, eſſet beatus quòad aliquid inquantum haberet principalem actum beatitudinis, non tamen eſſet beatus ſimplicitèr, quia ad eſſe beatum ſimplicitèr concurrit actus vtriuſque potentiæ.

Vel dicendum, vt inquit Durandus, quòd beatitudo duplicitèr accipi poteſt. Vno modo, vt includit omnem perfectionem hominis, & ſic ad beatitudinem pertinet quicquid pertinet ad perfectionem hominis, ſiuè ſecundum corpus, ſiue ſecundum animam, & ſic non loquimur hic de beatitudine, in quo principalitèr conſiſtat, quia talis includeret omnem perfectionem intellectus, & voluntatis. Alio modo dicitur beatitudo, id quod eſt optimum inter omnia bona, & omnes perfectiones humanas. Et de iſta loquimur in quo actu eſſentialitèr conſiſtat. Hæc Durandus.

Ad ſextum negatur antecedens, quia pœna damnatorum eſſentialitèr conſiſtit in priuatione Diuinæ viſionis, licet triſtitia, & odium Dei concomitantur. Ad probationē dicitur, quòd ſi maior ſic intelligatur, quòd pœna pertineat ad voluntatem, ideſt ſit repugnans voluntati, vera eſt, ſed in hoc ſenſu negatur minor, multa enim præter triſtitiam repugnant voluntati. Si verò intelligatur, quòd pœna ſit actus voluntatis, negatur illa maior, quia nullus actus volũtatis, quòad ſuum abſolutum eſt eſſentialitèr malum, & per conſequens nec pœna, ſed ſolum ratione alicuius adiuncti.

De hoc tamen dicit Greg de Arimino ſecundo ſententiarum diſtinct. 34. qui dicit, quòd malum vnde primo aliquid denominatur malum per ſe, vel malum ſimplicitèr non eſt aliqua entitas. Item quòd malum denominatiuè sũptum, quòd non ſimplicitèr dicitur malum, ſed malum alicui eſt aliqua entitas.

*Concluſio II.* Vltima hominis fœlicitas cōſiſtit eſſentialitèr in actu intellectus. Hæc cōcluſio patet ex probationibus præcedentibus, & etiam tertio contra gent. vbi ſuprà.

Contra arguit Scotus vbi ſuprà, quòd beatitudo non conſiſtat eſſentialitèr in vnica operatione primo. Beatitudo conſiſtit in perfecta vnione cum Deo, ſed perfecta vnio non eſt tantum in vna operatione: ergo, maior nota, minor probatur, Perfecta vnio includit omnem vnionem ſecundum omnem potentiam ſecundum quam creatura eſt vnibilis Deo, ſed vnibilis per intellectum, & voluntatem: ergo, &c.

Secundò. Beatitudo eſt quies perfecta in Deo, ſed perfecta quies includit duo: ergo, &c.



Digitized by Google

maior nota, minor probatur, per quam virtutē aliquid mouetur ad terminū, per eandem quieſcit in termino, ſed tàm per intellectum, quàm per voluntatem mouetur in Deum: ergo, &c.

Tertiò. Beatitudo conſiſtit eſſentialitèr in omni ea operatione per quam beatus diſtinguitur à non beato per ſe, ſed beatus per ſe diſtinguitur à non beato per actum intellectus, qui videt obiectum beatificum, & per actum voluntatis, quia ſi cauſæ ſint diſtinctæ, & effectus, ſed actus intellectus eſt cauſa actus volūtatis: ergo, &c.

Quartò dicit Auguſtin. 14. de Trinit. beatus eſt qui habet quicquid vult, ſed non ſolum vult actum intellectus, ſed etiam voluntatis: ergo.

Ad primum dicitur, quòd perfecta vnio poteſt dupliciter intelligi. Vno modo intenſiuè, & ſic non requirit vnionem ſecundum omnem potentiam, ſed ſecundum perfectiſſimum actū, qui eſt actus intellectus. Alio modo extenſiuè, & ſic requirit vnionem ſecundum omnem potentiam beatitudo autem non conſiſtit in perfecta vnione ſecundo modo dicta, ſed primo modo.

Ad ſecundum negatur maior, licet beatitudo quantum ad ſuum accidentale, ſit perfecta quies, non tamen quantum ad ſuum eſſentiale, 4. ſententiarum diſtinct. 49. quæſt. 1. artic. 2. q. 4. item prima ſecundæ, quæſt. 3. artic. 4. ad primū, & ibi art. 2.

Ad tertium negatur maior, nam homo diſtinguitur per ſe ab aſino, non ſolum per ſua eſſentialia, ſed etiam ſecundum ſuam propriam paſſionem, ità in propoſito delectatio eſt per ſe accidens beatitudinis, ideo per ipſam poteſt diſtingui beatus à beato, licet enim actus voluntatis non ſit aliquid optimum, eſt tamē aliquid optimi, 4. ſententiarum diſt. 49 quæſt. 3. artic. 4. quæſt. 3. item prima ſecundæ, quæſt. 2. art 6.

Ad quartum dicitur, quod Aug. in illa auctoritate loquitur de beatitudine quantum ad id, quod eſt eſſentiale, & accidentale in ea, non autem quantum ad id quod eſt tàtum eſſentiale. Item dicitur, quod per vnam operationem homo habet quicquid vult formalitèr, vel cauſalitèr, ſcilicet per operationem intellectus.

Sed contra arguitur, ergo tantum valet illa propoſitio Auguſtin. ac ſi diceret beatus eſt qui intelligit quicquid vult, & ita ſequitur, quod viator ſit beatus cum intelligat quicquid vult.

Reſpondetur, quòd conſequētia non valet, quia licet per aliquam intellectionem diuinæ eſſentiæ beatus habeat quicquid vult, non tamen ſequitur, quod iſta æquipolleant, beatus eſt qui habet quicquid vult, & beatus eſt qui intelligit quicquid vult, ſed eſt fallacia conſequētis arguēdo affirmatiuè à particulari ad vniuerſale. Diffinitio .n. æquipollet propoſitioni vniuerſali. Vnde licet aliqua intellectio ſit eſſētialitèr beatitudo, & per eam homo habeat quicquid vult, non tamen quælibet eſt huiuſmodi, ſed ſolum illa quā diuina eſſētia videtur. Ità ad hoc quòd illa conſequentia valeret, oportet addere, quod habere, & intelligere eſſent idem conuertibiliter in beatitudine, ſic quòd omne habere eſſet intelligere, & omne intelligere eſſet habere, quod eſt falſum. De prædictis Sāctus Doct. tertio contra gent. cap. 62. Item prima ſecundæ, q. 3. ar. 4. ad 5.

Contra has duas concluſiones arguunt alij, vt recitat Pet. de Palude primo, hic quæſt. 3. artic. 2. Ad illam potentiam pertinet beatitudo quæ eſt pars imaginis Dei, ſi ſit potentia paſſiua, ſed voluntas eſt huiuſmodi: ergo.

Secundò omnis actus per quem immediatè, & perfectè attingitur obiectum beatificum ſub ratione, qua eſt beatificum; eſt eſſentialitèr beatificus, ſed actus voluntatis eſt huiuſmodi: ergo, &c. maior probatur dupliciter, primò quia finis quo, eſt eſſentialitèr actus, quo immediatè habetur finis gratia cuius. Secundò quia actus quo immediatè attingitur viſibile, inquantum eſt viſibile, eſt eſſentialitèr viſio, ita in propoſito.

Tertiò arguitur ſic. Potentia, quæ habet actū eſſentialem in merito habet actum eſſentialem in præmio, ſed voluntas eſt huiuſmodi: ergo, &c. maior probatur, quia merens inquantum merens, & per ſe, præmiatur ratione meriti; ergo debet præmiari ſecundum illud ſecundum quòd fuit merens. Dico autem de potentia non de habitu, quia actualis habitus, ſcilicet fidei habuit actum eſſentialem in merito, non tamen in præmio, quia non manet, minor probatur, quia diligere Deum eſt eſſētialitèr actus meritorius, & pertinet ad voluntatem: ergo, &c.

Quartò potentia eſſentialitèr libera eſt eſſentialitèr beatificabilis, ſed voluntas eſt huiuſmodi: ergo, &c. maior probatur, quia oppoſita nata ſunt fieri circa idem, non per accidens, ſed per ſe, ſed damnatio, & beatitudo ſunt oppoſita, & damnatio non habet eſſe, niſi in his, qui ſunt liberi arbitrij: ergo.

¶ Si dicatur quod intellectus agens eſt liber, cum ſit immaterialis, nec tamen eſt beatificabilis, dicitur quod non omnis potentia immaterialis eſt libera eſſentialitèr, ſed illa quæ eſt ſubiectum actus liberi, non propter hoc, quod ipſum patitur, ſed propter hoc, quod actus ſuus elicitus, vel imperatus eſt in poteſtate ſua, quod eſt de intellectu poſſibili, & voluntate, nō de intellectu agente, qui penitus agit de neceſſitate.

Ad

Digitized by Google

Ad primam negatur maior, ſi intelligitur, quod omnis talis actus pertineat ad beatitudinem eſſentialitèr,licet ſit vera, ſi intelligitur ꝙ ſaltem concomitanter, falſum eſt etiam, quòd voluntas ſit potentia paſſiua.

Ad ſecundũ negatur maior, quia ſolus Deus eſt eſſentialitèr beatificus, quo primo attingitur obiectum beatificum, & per quem fit præſens ipſi beato,& per quem habetur obiectum, talis autem eſt actus intellectus,& non voluntatis.

Ad primam probationem dicitur, quòd ſupponit vnum falſum,ſcilicet quod per quemlibet actum mediatè attingentem finem habeatur finis,hoc enim falſum eſt, quia per actum voluntatis nunquam habetur finis, & nec per illum fit præſens, vt ſupra dictum eſt.

Ad ſecundam probationem negatur ſimilitudo,quia viſio requirit viſibile, vt præſens,non ſic eſt de quolibet actu immediatè attingente obiectum beatificum, & multæ aliæ ſunt diſſimilitudines.

Contra hanc reſponſionem inſtatur in eo quod dicit, quòd de ratione actus beatifici eſt, quod per ipſum primo attingatur obiectum, quia ſi viſio interrumperetur, & poſtea haberetur ſicut fuit in Paulo, adhuc eſſet beatifica ſecunda viſio ſicut fuit prima. Vnde viſio non habet rationem beatificæ,quia prima, ſed quia immediata.

Reſpondetur quod id. quod dicitur de interruptione viſionis, nõ facit ad propoſitum, quia intellectus præcedit actum voluntatis, non ſolum primitate temporis, ſed naturæ, & perfectionis, talis autem primitas non eſt inter duas viſiones, de quibus loquitur argumentum. Quando etiam dicitur, quòd Deus eſt obiectũ beatitudinis ſub ratione qua eſt ſummum bonum,oportet addere,quod Deus ſub tali ratione eſt obiectum beatificum creaturæ quaſi in habitu, ſed non eſt beatificum in actu completo, niſi vt eſt præſens. Quòd fit per actum intellectus,& cum dicitur, quòd actus intellectus nihil poteſt circa obiectum, dicitur quod per actum intellectus Deus habetur à beato. Ipſe etiam actus intellectus eſt quoddam obiectum beatificum, ſummè poſt Deum deſideratum 4.ſententiarum diſtinct.49.quæſt. 1.artic.3. q.1. in ſolutione argumentorum.

Ad tertium negatur maior. Ad probationem dicitur,quòd merens inquantum merens, tendit in finem,ſed præmiatus inquantum præmiatus habet finem vnde ſic non oportet finē, & ea quæ ſunt ad finem eſſe vnius rationis, ſic nec meritum cum præmio,ſed ſufficit,quòd idē ſuppoſitum ſit quod meruit, & præmiatum, & quod voluntas habeat Deum pro præmio, non tamen per actum proprium, ſed intellectus, nec oportet, quòd præmium ſit actus voluntatis,ſed obiectum, ſicut patet in ſimili. Curſor enim meruit pedibus,non tamen præmiatur in pedibus,ſed in manu, vel in alia parte corporis.

Ad quartum negatur maior. Ad probationem dicitur,quod damnatio non eſt eſſentialiter in voluntate, ſed in intellectu eſt enim carentia viſionis diuinæ. Sciendum autem,quòd cum libertas conſiſtat in mouendo, & meritum etiam conſiſtat in agendo, & præmium in patiēdo, potentia ex eo quod eſſentialiter libera nõ habet, quòd ſit præmiabilis ſubiectiuè, ſed obiectiuè, habet tamen ex libertate, quòd ſit principalis in merendo, & ſic patet, quòd nullus actus voluntatis eſt eſſentialitèr beatitudo,non tamen negatur quin aliquis actus voluntatis pertineat ad beatitudinem per modum formalis perfectionis,non negatur etiam,quin aliquis actus voluntatis poſſit pertinere ad beatitudinem practicam, quæ tamen non erit potiſſima hominis beatitudo.

Contra eandem concluſionem arguunt alij, vt recitat Durandus primo,hic diſtinct.49.q. 1. Beatitudo cõſiſtit in actu nobiliſſimo,ſed actus voluntatis eſt huiuſmodi:ergo, maior nota, 1. Ethic.cap.9.minor probatur. Ille actus eſt nobilior,ſecundum quem ſumus liberi,quam ille, ſecundum quem non ſumus liberi,ſed actus intellectus:ergo,&c.

Secundò Beatitudo conſiſtit in potentia perfecta per nobiliſſimum habitum, ſed voluntas eſt huiuſmodi, perficitur enim charitate: ergo, &c.

Tertiò. In illa potentia magis conſiſtit beatitudo quæ reſpicit magis obiectum ſub ea ratione qua eſt beatificum, ſed voluntas eſt huiuſmodi,maior nota, minor probatur. Voluntas reſpicit obiectum ſub ratione ſummi boni, & ſub hac eſt beatificum:ergo,&c.

Quartò. In illa potentia conſiſtit beatitudo,per quam perfectius vnimus Deo, ſed volũtas eſt huiuſmodi:ergo maior nota,minor probatur,quia vnio inchoatur in viſione, & conſummatur in delectatione. Item actus voluntatis eſt poſterior actu intellectus:ergo eſt perfectior.

Quintò. Actus voluntatis eſt optimus: ergo in eo conſiſtit fœlicitas,conſequentia nota, antecedens probatur. Ille actus eſt melior, quo efficimur meliores, ſed per actum voluntatis efficimur boni ſimpliciter,& per actum intellectus ſolum ſecundum quid: ergo. Item ille actus eſt melior,cuius oppoſitum eſt peius, ſed dilectioni Dei opponitur odium Dei, quod eſt peius ignorantia,vel infidelitate, quæ oppo



Digitized by Google

nitur cognitioni Dei: ergo diligere Deum eſt melius quàm ipſum cognoſcere.

Sextò. Si in actu voluntatis non conſiſteret beatitudo, tunc videns Deum, & non delectatus in ipſo eſſet beatus hoc eſt falſum: ergo conſequentia nota, falſitas conſequentis probatur, quia ſi videns Deum non delectaretur poſſet triſtari, quia viſio Dei non excludit triſtitiã niſi inferat delectationem, qui autem triſtatur, miſer eſt, & ſic idẽ eſſet beatus, & miſer, quod eſt impoſſibile.

¶ Iſtæ reſponſiones ſunt Durandi.

Ad primum, negatur minor. Ad probationem dicitur, quod libertas dupliciter accipitur vno modo, vt opponitur coactioni, & ſic maior eſt vera, in aliquo ſenſu, negatur minor, ſicut .n. voluntas cogi non poteſt, ſic neque intellectus, quia illud ſolum eſt coactum, quod eſt contrà inclinationem rei, ſed nullum intelligere eſt cõtra inclinationem intellectus, immò ad omne intelligere inclinatur, cùm ſit ſua perfectio, & breuitèr noſtra potentia, ſiuè appetitiua reſpectu proprij actus poteſt cogi, quia nec hoc inuenitur in potentijs naturalibus, non enim cogitur igitur ignis ad calefaciendum, nec graue ad deſcendendum. Verum quia poteſt contingere, quòd intellectus aſſentiat alicui, cuius oppoſitum voluntas magis acceptaſſet, ideò volũtas hoc actu imperato non tamen elicito cogitur quatenus hoc ſit contra eius inclinationẽ, non tamen intellectus cuius inclinatio eſt ad omnia intelligendum. Alio modo ſumitur libertas, vt opponitur neceſſitati, & ſic negatur maior, alioquin melior eſſet voluntas eorum, quæ ſunt ad finem, quia ipſius finis, quem volumus de neceſſitate. Item ſi propter libertatem ponitur beatitudo in actu voluntatis, deberet poni in actu libero, & non in neceſſariò, ſed actus voluntatis in patria erit neceſſarius reſpectu Dei.

Ad ſecundum, negatur minor. Ad probationem dicitur, quòd licet charitas ſit nobilior habitibus, in via exiſtentibus in intellectu, tamen in patria intellectus perficietur lumine gloriæ, quòd eſt nobilius charitate.

Ad tertium, negatur minor voluntas enim minus reſpicit obiectum ſuum, vt beatificum, quàm intellectus, quia voluntas non poteſt ferri niſi in cognitum, propter quod omne, quod offertur voluntati, & ſub omni ratione ſub qua offertur quæcunque ſit illa, ſiuè ratio beatificãtis, ſiuè quæcunque alia, oportet quod prius ſit oblatum intellectui, & ab eo apprehenſum.

¶ Ad probationem minoris, dicitur, quod bonum cadit de per ſe. & prius materialitèr loquẽdo ſub obiecto intellectus, quam voluntatis, ſed quia bonum eſt obiectum adæquatum voluntati, non autem intellectui, qui conſiderat aliquid magis commune, ideò conſueuit dici, quod bonum ſit magis obiectum voluntatis quàm intellectus.

Ad quartum. Primò poſſet negari maior, quia ſufficit, quòd per actum beatificum primo vniamur Deo, ita quod per ipſum efficiatur nobis præſens. Secundo negatur minor. Ad probationem dicitur, quod vnio conſummatur in delectatione, conſũmatione accidentali, propter hoc enim delectationes adiunctæ ſunt operationibus, vt permaneatur in eiſdem, & ſic rẽdundat in ipſam operationem diuturnitas, eſſẽtialitèr autem, & immediatè vnimur Deo tamẽ ſola viſione, & delectatione ſimul, quia delectatio non eſt immediatè de Deo, ſed de viſione Dei. Sed eſto, quòd anima plus vniatur Deo fruitione quàm viſione, hoc erit pro tãto, quod vnio ſecundum fruitionem includit eam, quæ eſt per viſionem, & non econtra, maior autem eſt vnio ſecundum duo quàm ſecundum vnum.

¶ Ad ſecundam probationem dictę minoris, dicitur, quòd illud quod eſt prius in generatione, & ſe habet in ratione materiæ, vel ſubiecti reſpectu alterius, eſt imperfectius ſicut eſt de materia reſpectu formæ, ſed inter perfectiones differentes generatione, prior eſt perfectior, ſicut forma ſubſtantialis eſt perfectior qualibet accidentali, ipſam conſequente ordine naturæ. Hæc Durandus, & bene, niſi pro quantò dicit, Deum non eſſe obiectum immediatum delectationis. Hoc enim dubium eſt, hoc autem argumentum ſoluit Sanct. Doct. 4. ſentent. diſt. 49 q. 1. art 1. q. 2. ad 5.

Ad quintum reſpondet Durandus, negando antecedens. Ad probationem negatur minor, poteſt enim aliquis dici bonus ſimplicitèr, & abſolutè, quia eſt in ſe perfectus, & talem bonitatem magis habet homo per intellectum quã per voluntatem, vnde ſcientiæ ſunt ſimplicitèr meliores habitibus perficientibus voluntatem. Alio modo dicitur bonus bonitate relata ad aliquid acquirendum, & ſic magis dicitur bonus per voluntatem, hæc autem bonitas reſpicit meritum, prima verò præmium.

*Iſta* reſponſio aliquo modo diſcordat cum dictis S. D. prima ſcundæ, quæſt. 66. artic. 3. vbi in fine articuli, & ad primum, & ad ſecundum dicit, quòd habitus intellectuales ſunt ſimplicitèr meliores habitibus moralibus, & in hoc verum dicit Durandus. Secundò quòd per habitus morales dicitur homo bonus ſimplicitèr potius quàm per habitus intellectuales viæ, & in via, & in hoc malè dicit Durandus. Tertia quod per habitus intellectuales patrię homo potius dicetur bonus ſimpliciter quã per habitus perficientes appetitum, & in hoc vterq; cõcordat.

Ad

Digitized by Google

Ad ſecundam probationem dictæ minoris dicitur, quòd ibi eſt duplex defectus. Primus, quia maior eſt intelligenda in diſperatis, quorum vnum non ſupponit aliud, in propoſito autem diligere includit cognoſcere, & non econtra. Secundus defectus eſt, quia oppoſitio non eſt vtrobique vniformitèr: Odium .n. opponitur dilectioni contrariè, ignorantia verò non opponitur cognitioni contrariè, ſed priuatiuè.

Ad ſextum negatur falſitas conſequentis. Ad probationem negatur maior, triſtitia enim nõ poteſt eſſe niſi de aliquo apprehenſo ſub ratione mali, & noliti. Deus autem, & viſio eius ſi ponatur ſola, non poteſt habere rationem mali, & noliti. & ideò quàmuis poſſet virtute diuina ſuſpendi actus delectationis ne ſequeretur ad viſionem, non poſſet tamen in vidente Deũ cauſari triſtitia neque de Deo, neque de eius viſione. Si autem in vidente Deum de alio poſſet cauſari triſtitia, tunc ſequitur quod eſſet, & miſer, ſecundum aliud, & aliud, & beatus ſimplicitèr, & miſer ſecundum quid.

*Concluſio III.* Vltimò fœlicitas non conſiſtit in operatione intellectus practici, ſed ſpeculatiui, prima ſecundæ, q. 3. ar. 5.

Contra hanc concluſionem facit tria argumenta Petrus de Palude, ad quæ reſpondetur in cõmuni, quod ſi ipſe intelligat, quod ad Dei viſionem contemplatiuam, & ſpeculatiuam nullus ſequatur actus voluntatis, quæ ſit dilectio, aut delectatio, licet præter illam viſionem requiratur alius actus realitèr differens à diuina viſione, qui dicatur actus intellectus practici, ad quem ſequatur actus voluntatatis, falſum dicit, quia ſicut beatus eodem actu ſimplici, quo videt Deum, videt creaturas in Deo, vt ait S.D 1. parte, q. 12. ar. 8. 9 & 10 ita multo fortius quilibet beatus eodem actu, quo videt diuinã eſſentiam videt eam ſub ratione entis, & veri, & boni, & ſummè diligibilis, & ad talem cognitionem ſequitur dilectio Dei, & delectatio in Deo viſo, nec requiritur alius actus intellectus diſtinctus à clara Diuinæ eſſentiæ viſione, nec aliqua compoſitio, aut diuiſio, aut ſyllogizatio, quia dicta viſio omnia talia virtualitèr continet.

Dicitur ſecũdò, quòd clara viſio Dei eſt ſimplicitèr cognitio ſpeculatiua ratione principalis obiecti, ſcilicet Dei quod non eſt operabile à vidente, ſed cum hoc eſt cognitio ſecundum, quid practica, inquantum eſt regula omnium intelligendorum, & volendorum, & agendorũ à beato vidente Deum, vt dicit S. Doct. 1. parte, quæſt. 12. ar. 8. & prima ſecundæ quæſt. 4. artic. 4. Et huiuſmodi, ſimile eſt de habitu theologico in via, qui eſt principaliter ſpeculatiuus, & ſecũdum quid practicus, vt dicit S. Doct. 1 parte quæſt. 1 artic. 4. Et de cognitione Dei, qua cognoſcit ſe, & alia vbi ſuprà, quæſt. 15. artic. 16. & de verit. quæſt. 3. ar. 3.

## QVAESTIO III.

*49. Diſtinctio 4. Sent.*

Qværitur tertiò. Vtrum omnes homines appetant beatitudinem.

Pro quæſtione ſit prima concluſio. Quælibet creatura rationalis naturaliter ſuam beatitudinem appetit, prima ſecundæ, quæſti. 5. articulo 8.

*Concluſio II.* Beatitudo à quolibet appetitur aliqua neceſſitate, prima ſecundæ, quæſt. 10 artic. 2.

Contra arguit Scotus probando, quod implicat contradictionem, quod omnes appetant beatitudinem in vniuerſali, & non in particulari apprehenſam, primò. Beatitudo in vniuerſali appetitur neceſſariò propter hoc quod eſt in ea omnis ratio boni, & non ratio mali, ſed iſta ſunt multomagis in beatitudine in particulari apprehenſa: ergo.

Secundò. Vniuerſale non includit maiorem perfectionem quàm particulare: ergo beatitudo in vniuerſali, non dicit maiorem perfectionem quàm in particulari, & ſic non magis appetitur.

Tertiò. Si voluntas appetit neceſſariò beatitudinem in vniuerſali apprehenſam, hoc eſt propter naturalem inclinationem uoluntatis in eam, ſed inclinatio voluntatis eſt ad particulare: ergo magis eſt neceſſitas ad appetendam beatitudinem in particulari.

Quartò. Intellectus dictat, quòd non eſt beatitudo, niſi in illo particulari: ergo nec voluntas appetit.

Quintò. Si voluntas neceſſariò vult beatitudinem, ſequitur quòd neceſſariò determinet intellectum ad conſiderandum de ea ſemper, hoc eſt falſum: ergo, &c. conſequẽtia probatur, quia ſi cauſa ſuperior neceſſariò agit eadem neceſſitate mouet cauſas inferiores ad agendũ, quarum actiones neceſſariò requiruntur ad actionem ſui, ſed voluntas eſt ſuperior ad intellectum, & apprehenſio intellectus, neceſſariò requiritur ad actum voluntatis: ergo, &c.

Sextò. Voluntas ſemper eſt libera: ergo à nullo obiecto neceſſitatur.

Reſpondeo. Ad primum dicitur ad maiorẽ, quòd illa non eſt totalis, nec principalis cauſa, ſed quia illud importat hic propriam rationẽ, ex

ex qua habet, quòd ſit per ſe obiectum voluntatis, nullum autem particulare bonum ex propria ratione hoc importat Sanct. Doct. quarto ſententiarum, diſtinct. 49. quæſt. 1. artic. 3. quæſtiunc. 1. ad primum, & ad ſecundum.

Ad ſecundum. Patet per idem. Dicitur enim ad maiorem, quòd licet non includat maiorem perfectionem ſecundum rem, includit tamen ſecundum rationem, quia ex ſua ratione dicit bonum perfectum, & ſummum, non autē Diuina viſio, nec quodcumque bonum in particulari conſideratum.

Ad tertium. Dicitur ad minorem, quod licet inclinatio voluntatis ſit ad bonum particulare, non tamen ſub ratione particulari, ſed ſub vniuerſali Sanct. Doct. prima ſecundæ, q. 5. arti. 8. ad primum, 4. ſententiarum, diſt. 49. quæſt. 1. art. 3. quæſtiuncula 3. Item de verit. quęſt. 22. artic. 7.

Ad quartum, negatur antecedens, quia intellectus non dictat naturalem beatitudinem eſſe in iſto, vel iſto particulari, ſed in aliquo particulari, cui competit ratio communis beatitudis, ſed tale dictamentum eſt per gratiam, aut inuentionem rationis.

¶ Dicitur ſecundò, quòd voluntas non appetit naturalitèr aliquid vniuerſale prout abſtrahit à ſingularibus, ſed naturalitèr, & neceſſariò appetit rem particularem, puta Dei viſionem ſub ratione communi.

¶ Dicitur tertiò, quòd non eſt inconueniens, quòd aliquod bonum particulare ſecundum vnam rationem neceſſariò appetitur, & non ſecundum aliam, & merè contingentèr.

Ad quintum dicitur, quòd voluntatem neceſſitari reſpectu alicuius obiecti, poteſt duplicitèr contingere, vno modo quòad exercitium actus, alio modo quòad ſpecificationem actus, ſi primo modo, conceditur conſequentia, ſed non eſt contra concluſionem, quia non intelligitur de tali neceſſitate, ſi ſecundo modo, negatur conſequentia Sanct. Doct. de verit. quæſ. 22. art. 6. Item de malo. q. 6. art. vnico.

Ad ſextum. Dicitur primò, quòd antecedēs eſt verum, ſi benè intelligatur, ſcilicet eo modo quo declarat Sanct. Doct. in locis immediatè allegatis. Secundò poteſt dici, quòd licet voluntas, vt voluntas ſemper ſit libera, non tamē, vt natura, ſed eſt determinata ad vnum, & ſic fertur in vltimum finem, non vt voluntas, ſed vt natura.

Sciendum tamen cum dicit San. Doct. quod voluntas non appetit neceſſariò vltimum finē, quòad exercitium actus, & quòd reſpectu cuiuſlibet obiecti poteſt ſuſpendere actum, hoc nō eſt ſic intelligendum, quòd ſtante apprehenſione practica vltimi finis, voluntas poſſit omnem actum volentis circa illum ſuſpendere, hoc. n. repugnat dictis eius maximè, quia æquiparat voluntatem reſpectu vltimi finis intellectui, reſpectu primorum principiorum. Conſtat autem, quod impoſſibile eſt intellectui proponi primum principium, quin ſtatim habeat actualitèr aſſenſum reſpectu illius pariformitèr: ergo habet dicere, quòd propoſito vltimo fine, volūtati præſertim practicæ, vtputa, vtrum ſit appetendus, vel non, ſtatim voluntas elicit actum volendi finem vltimum: Dicendum ergo, quòd voluntas non neceſſariò elicit actum volendi circa vltimum finem abſolutè pro tanto, quia poteſt apprehēſionē practicā finis ſuſpēdere, & ſic mediāte tali ſuſpenſione apprehēſionis, poteſt ſuſpendere actū proprium. Et vlterius, nec proprium actum, nec alterius, poteſt directè ſuſpendere niſi inquantum talis ſuſpenſio proponitur voluntati per intellectum ſub ratione boni.

Contra eandem arguunt alij, vt recitat Durandus, hic quæſt. 8. Primo. Nullus actus naturalis appetitus, eſt actus elicitus, ſed tantum inclinatio, ſed appetitus beatitudinis eſt actus elicitus: ergo non eſt naturalis, minor patet, maior probatur. Actus appetitus naturalis ſemper eſt, ſtante natura, ſed non experimur, quòd aliquis actus elicitus, ſit ſemper in nobis maximè in voluntate: ergo, &c.

Confirmatur per quod dicit Philoſophus ſecundo poſteriorum. Text. 20. contra Platonē, quòd inconueniens eſt in nobis eſſe habitus nobiliſſimos, & quòd lateant nos: ergo multo minus de actibus.

Item appetitus naturalis in non cognoſcentibus, non eſt actus elicitus ſicut appetitus materiæ, ergo nec in cognoſcentibus, patet conſequentia, quia eſt communis vtriſque.

Reſpondeo. Negatur maior, quia actus, quo voluntas naturaliter vult finem vltimum, eſt actus elicitus vt ait Sanct. Doct. prima parte, q. 60 art. 1. Ex quibus apparet quòd appetitus naturalis in voluntate, non eſt ſolus ordo eius in aliquid. Similia ponit de veritate, q. 22. art, 5. & prima ſecundæ, q. 10. ar. 1.

Ad primam probationem maioris, dicit S. Doct. in locis prææallegatis maximè in prima parte vbi ſupra, quod appetitus naturalis conſequens formam ſemper ineſt, non autem conſequens materiam, ſemper eſt actu, per idem patet ad confirmationem.

¶ Ad ſecundam probationem dictæ maioris negatur conſequentia, quia appetitus naturalis diuerſimodè eſt in diuerſis, vt dicit Sanct. Doct. in locis allegatis, maximè prima parte, vbi ſupra.

Con-

Digitized by Google

Contra eandem arguit Scotus, quod voluntas non neceſſariò, ſed libere appetat beatitudinem. Primò, ſi neceſſariò appetit: ergo non habet hanc neceſſitatatem ab aliqua potentia, conſequentia, tenet, quia potentia ſuperior nõ neceſſitatur ab inferiori, ſed voluntas eſt ſuperior omnibus potentijs, ergo habet à ſe neceſſitatem, tunc vltra potentia ſuperior, quæ habet neceſſitatem in ſua actione, eadem neceſſitate mouet potentias ſibi ſubiectas, ſed voluntas eſt altior alijs, ergo neceſſitaret eas ad oſtendendum ſibi ſemper ſuum obiectum, quod eſt falſum.

Secundò, nullus habitus acquiſitus quantũcumque ſit intentus, poteſt tantum inclinare voluntatem quantum appetitus naturalis, ſed ſi neceſſitaretur ad volendum, tunc tantum inclinaretur per habitum acquiſitum: ergo. Et ſic neceſſariò actu elicito, & cõcurrente quocunq; habitu acquiſito, neceſſitaretur ad aliquid volẽdum.

Tertiò. Auguſtinus in Enchi. cap. 86. dicit hoc, quod voluntas etiam appetens beatitudinem, eſt libera.

Reſpondeo. Ad illa reſpondet Durandus. Ad primum negatur conſequentia, nàm potentia ſuperior, & ſi non totalitèr, tamen conſecutiuè neceſſitatur ab inferiori, ſicut intellectus neceſſariò apprehendit, quod primò ſibi offertur à viribus ſenſitiuis. Negatur etiam minor probationis, immò intellectus eſt altior voluntate.

¶Ad id quod poſtea infertur negatur maior, ſed voluntas mouet alias potentias ſolum, eo modo quo intellectus iudicat eas eſſe mouendas.

Ad ſecundum. Dicitur primò, quòd non eſt ad propoſitum, quia non loquimur de inclinatione voluntatis per aliquem habitum acquiſitum, ſed per ipſammet naturam potentiæ, quæ habet neceſſariam habitudinem ad aliquod obiectum, vt in ipſum feratur actu elicito, negatur etiam maior, conſtat enim, quòd habitus primorum principiorum inclinat æquè efficacitèr intellectum ad aſſentiendum neceſſariò primis principijs, ſicut appetitus naturalis ipſius intellectus, inclinat ipſum intellectum ad intelligere.

¶Ad tertium dicitur, quod Auguſtinus loquitur de libertate à coactione.

Contra eandem arguit Durandus vbi ſuprà. Nullus appetit id quod reputat ſibi impoſſibile, ſed damnati ſunt huiuſmodi: ergo, &c.

Reſpondeo. Maior eſt vera de eo, quod eſt impoſſibile per ſe, & ex conditione naturæ, in quo ſenſu negatur minor. Nihil tamen prohibet illud, quod quis naturalitèr appetit eſſe ſibi impoſſibile per accidens, ex aliqua conditione indiuidui, & in hoc ſenſu negatur maior, & conſequentèr minor.

¶Ad maiorem intelligentiam concluſionis oſtendit Sanct. Doct. prima ſecundæ, quæſt. 29. articul. 6. Quomodo voluntas abſolutè poteſt odire, fugere, deteſtari, & amare aliquid in vniuerſali. Multa alia de hac quæſt. ponit Capreolus, primo ſentent. diſt. 1. quæſt. vltima.

## QVAESTIO IIII.

### *49. Diſtinct. 4. Sent.*

QVæritur quartò. Vtrum intellectus creatus ex ſolis naturalibus poſſit pertingere ad videndum Deum per eſſentiam.

Pro quæſtione ſit concluſio prima. Impoſſibile eſt quod aliquis intellectus creatus per ſua naturalia ſola Dei eſſentiam videat Sanct. Doct. 1. par. quæſt. 12. artic. 4. quarto ſententiar. diſt. 49. quæſt. 2. artic. 6. de verit. quæſt. 8. arti. 3. Item 3. contra gent. cap. 52. Ex quibus formari poteſt talis ratio. Nulla potentia poteſt naturalitèr cognoſcere quidditatem obiecti, ſibi improportionati, ſed omnis intellectus creatus eſt ſic reſpectu Diuinæ eſſentiæ: ergo.

Contra arguit Scotus. Primò contra verba Sanct. Doct. dicens. Aut ipſum arguere ex propoſitionibus non ſyllogizatis, aut oportere ſic argui. Modus cognitionis eſt ſecundum cognoſcentem: ergo nulla cognitio naturalis excedit modum naturæ cognoſcentis, cùm autem cognitio ſit etiam ſecundum modum cognoſcibilis, ſi modus eſſendi rei cognitæ excedat modum cognoſcentis, cognitio eius erit ſupernaturalis. Dicit autem Scotus, hoc eſſe falſum, alias ſequitur, quod Angelus inferior nõ poſſet naturalitèr cognoſcere ſuperiorem.

Secundò, quia tunc intellectus beati cum lumine gloriæ, vel quocunque habitu non poſſet videre Deum, hoc eſt falſum, conſequentia probatur, quia modus naturæ cognoſcentis cũ omnibus illis eſſet inferior in infinitum modo naturæ cognitæ.

Reſpondeo. Ad primũ dicitur primò quod Sanct. Doct. non arguit expoſitionibus non ſyllogizatis.

¶Sciendum igitur, quod cognitio cum ſit actus ſecundus proportionatur formæ, qua cognoſcens cognoſcit tanquam actu primo, talis autem actus primus commenſuratur potentiæ in qua recipitur, quia omnis perfectio fit in proprio perfectibili, potentia autem commen-

men-

menſuratur naturæ,& ſic de primo ad vltimum cognitio commenſuratur naturæ. Et ideò ſi obiectum excedat naturalem modum eſſendi naturæ cognoſcitiuæ potiſſimè,q̃a nec eſt eiuſdem ſpeciei,nec eiuſdem generis cum tali natura,oportet quod forma, qua tale obiectum perfectè cognoſcitur,ſit ſupra facultatem naturæ cognoſcitiuæ. Sic autem eſt de quolibet intellectu creato reſpectu Diuinæ eſſentiæ Sanct. Doct.4.ſentent.diſtinct.49.quæſt.2. art.6. ad 3. & ad 4.de verit.quæſt.8.art.3.ad quintum.

¶Dicitur ſecundò, quòd forma arguendi, quam arguens format,bona eſt, nec vlla illarũ propoſitionum eſt falſa, quòd enim cognitio ſit ſecundum modum naturæ cognoſcens declaratum eſt, quod etiam ſit ſecundum modũ cognoſcibilis patet,quia oportet,quod fiat per formam perfectè repræſentantem obiectum cognoſcibile;& ad hanc improbationem negatur conſequentia, quia omnes Angeli habent eundem modum eſſendi in genere,ſcilicèt quia quilibet eſt ſubſtãtia ſeparata nullo modo dependẽs à materia,nec in eſſe,nec in operari,& quilibet habet naturalitèr ſpecies ſibi innatas ſufficienter repræſentatiuas omnium ſpecierum vniuerſi tàm corporalium,quàm ſpiritualium.

Ad ſecundum negatur conſequentia. Primò quia probatio concluſionis arguit ſolum de cognitione naturali, & ideò conceditur, q̃ cum omnibus illis non poſſet deuenire ad cognitionem Diuinæ eſſentiæ; quæ eſſet ſibi naturalis non tamen ſequitur,quòd non poſſit,ſupernaturalitèr.

Secundò negatur dicta conſequentia,quia per lumen gloriæ intellectus beatus efficitur ſuſceptiuus formæ intelligibilis, & cuiuſdã actus primi,quo intellectu ſufficit elicere ſufficientẽ viſionem diuinæ eſſentiæ. In ſimili dicit Sanc. Doct. de verit.quæſt.24.artic.8.ad quartum.

Et ſi iterum arguatur. Ordinatum in finem, poteſt naturalitèr finem attingere,quælibet natura intellectualis ordinatur in viſionem Diuinæ eſſentiæ tanquam in finem: ergo, &c.

Reſpondetur ad maiorem,quòd ordinatum in finem ſupernaturalem, non oportet eſſe ſic proportionatum fini, quod per naturam ſuam poſſit ipſũ perfectè attingere,ſed ſufficit, quod per naturam, vel gratiam mediatè, vel immediatè Sanct.Doct.de veritate, quæſt.8. artic.3. ad decimum.

Contra eandem arguit Durandus vbi ſuprà. Quicquid cadit ſub formali ratione alicuius obiecti alicuius potentiæ,poteſt naturalitèr cognoſci ab illa potentia, ſed diuina eſſentia cadit ſub formali ratione obiecti intellectus, ſcilicet entis: ergo, &c. Et ſi detur inſtantia de lumine Solis reſpectu oculi noctuæ, dicit, hoc non eſſe per ſe;ſed per accidens;eo quòd potẽtia viſiua læditur ab organo corporali, quod non conuenit de intellectu.

Reſpondeo, negatur maior, loquendo de perfecta notitia. Si autem loquamur de qualicunque notitia,ſiuè perfecta,ſiuè imperfecta, ſiuè quid,ſiuè quia,ſiuè an eſt, ſiuè *quid* eſt cõceditur totum, ſed non eſt contra concluſionem.

Item dicitur, quod excellentia alicuius ſenſibilis non ſolum per accidens,ſed etiam per ſe excedit naturalẽ proportionem ſenſitiuæ potentiæ Sanct. Doct.de anima, artic. decimoſexto,ad quintum.

¶Dicitur tertiò,quòd dato quod oculus noctuæ non læderetur à claritate ſolis,non tamen poſſet videre clarè claritatem Solis,quia non eſt capax naturalitèr actus primi reſpectu talis viſionis,& conſimilis defectus naturalitèr cõcomitatur omnem intellectum creatum reſpectu diuinæ eſſentiæ non tamen repugnat ei, quia naturalitèr eſt in potentia obedientiali ad ſuſcipiendum ipſum.

*Concluſio II.* Intellectus creatus ad videndum Diuinam eſſentiam indiget adiutorio luminis gloriæ, 1.parte,quæſt.12. art.5. de verit. quæſt.8.art.3.& probat ſic. Nulla potentia poteſt eleuari ad eliciendum actum ſupernaturalem,niſi addita ſibi virtute ſupernaturali, ſed intellectus creatus eſt huiuſmodi reſpectu diuinæ eſſentiæ:ergo,&c.

Contra ſecundam concluſionem arguit Scotus hic, quæſtione vndecima. Lumen non requiritur ad hoc, quòd intellectus ſit ſuſceptiuus gloriæ viſionis,nec ad hoc quòd ſit actiuus ergo nullo modo requiritur, conſequentia patet à ſufficienti diuiſione,antecedens pro prima parte probatur primo. Nullum poſterius eſt ratio ſuſcipiendi prius, ſed lumen eſt poſterius viſione:ergo,&c. maior nota,minor probatur. Habitus eſt poſterior actu,cum ex actibus generetur, ſed lumen eſt habitus, & viſio actus: ergo, &c. Secundò, ſuſceptiuum quod ordinatur ad multas formas maximè ordinatur ad perfectiſſimam, ſed anima ordinatur ad multas,perfectiones ſupernaturales, ergo maximè ad perfectã perfectiſſima eſt beatitudo, ſiuè viſio:ergo maximè ordinatur ad eam,ergo immediatè,probatur idem antecedens pro ſecunda parte. Si lumen eſt neceſſarium ad eliciendum operationẽ, aut hoc eſt ratione obiecti,aut propter potentiam, non propter obiectum cum ſit per ſe præſens, non propter potentiam, quia ipſa ſe habet ad viſionem merè paſſiuè. Item quia habitus non eſt principium agendi, ſed talitèr agendi, ergo intellectus de

ſe

Digitized by Google

ſe poteſt acquirere viſionem ſine lumine, licet non eo modo, quo acquirit cum lumine.

Secundò principalitèr. Omni potentiæ paſſiuę in natura correſpõdet aliqua potẽtia actiua: ſed in anima eſt potentia paſſiua, naturaliter ſuſceptiua beatitudinis: ergo, &c.

Tertiò, quia poſſet fieri à Deo aliqua natura intellectualis in tanto gradu, in quanto lumẽ gloriæ eſt neceſſarium naturæ intellectuali inferiori: ergo tali naturæ ſic factæ lumen gloriæ eſſet naturale.

Reſpondeo. Ad primum negatur conſequẽtia, nec eſt ſufficiens diuiſio. Dico enim, quòd requiritur ad hoc, quòd intellectus recipiat diuinam eſſentiam per modum formæ, & vt ea mediante eliciat actum viſionis. Primum ergo membrum diuiſionis non militat ſecundum mentem S. D. nec probationes eius.

¶ Ad ſecundam tamen probationem negatur conſequentia, quia mutat modum maioritatis in modum immediationis materia enim prima maximè ordinatur ad ſuſcipiendam animam rationalem, nec tamen immediate, & intellectus poſſibilis ad ſuſcipiendum actum ſecundum, non tamen immediate.

¶ Ad ſecundam partem diuiſionis dicitur, quòd requiritur illud lumen ad vigorandum intellectum creatum, vt poſſit elicere viſionem Diuinæ eſſentiæ 3. contra gent. capit. 52. eligitur ergo ſecunda pars, ſcilicet, quòd requiritur propter potentiam.

¶ Ad primam improbationem negatur antecedens, quia intelligere eſt actio immanens, & idem habet pro ſubiecto, & pro efficiente, vnde per nullum actum intelligendi poteſt intelligere ipſemet intellectus creatus niſi coefficiat illum vna cum obiecto, vel ſpecie intelligibili obiecti.

¶ Ad ſecundam improbationẽ negatur maior, loquendo de habitibus intellectualibus, qui ſunt ſpecies intelligibiles, niſi dicamus cũ S. Doct. quod in actu ſunt duo, &c. vt ſupra dictum eſt, & per illud ſoluamus argumentum dicentes, quòd intellectus eſt cauſa quantum ad ſubſtantiam actus, & Diuina eſſentia vnita intellectui per modum ſpeciei intelligibilis eſt cauſa quantum ad formam actus.

Ad ſecundum negatur minor, vt declaratũ eſt in ſecunda concluſione.

Ad tertium negatur conſequentia. Lumen enim gloriæ perfectius eſt quacunque natura intellectuali creata ſecundum vnum modum, licet ſit imperfectius ſecundum alium modũ, ideoque non poteſt eſſe naturale alicuius creaturæ, Sanct. Doctor, 4. ſententiarum, diſtinct. 49 quæſt. 2. artic. 6. ad ſeptimum, 1. parte, quæſtione 12. artic. 5. ad tertium. Exiſtimo autem huius eſſe rationem, quia lumen gloriæ inquãtum eleuat intellectum creatum ad hoc quòd ei vniatur diuina eſſentia, habet quandam infinitatem, ſicut in ſuo ſimili dicit Sanct. Doctor, prima part. quæſt. 25. quòd licet poſſit facere nobiliorem mulierem, quàm fuerit Beata Virgo; non tamen nobiliorem matrem.

Contra eandem arguit Aureolus, probans quòd intellectus agens non cooperatur tali viſioni, & arguit quinque medijs, quæ ideò hic non ponuntur, quia hoc gratis cõceditur, quia omnis actus intellectus agentis eſt intelligibilis in potentia, facere intelligibilia in actu, vel dato quod habeat aliam actionem, illa tamen præſupponit prædictam, quòd non habet locũ in beatifica viſione in qua diuina eſſentia ſe habet per modum formæ intelligibilis principiãtis viſionem, & per modum obiecti terminantis eam, illa autem eſt ſummè intelligibilis in actu, tàm in ſe, quã in reſpectu intellectus creati perfuſi lumine gloriæ.

¶ Dicitur ſecundò, quòd omnis intellectio actualis partialitèr eſt ab intellectu poſſibili, & partialiter à ſpecie intelligibili S. D. de verit quæſt. 8. art. 6.

Contra hoc arguit Aureolus, quòd nulla actiuitas eſt attribuenda intellectui poſſibili reſpectu actus intelligendi,

¶ Primò ſicut ſe habet materia prima in genere ſenſibilium, ita intellectus in genere intelligibilũ, ſed materia prima nullam habet actiuitatem: ergo, &c.

¶ Secundò Philoſophus dicit in tertio de anima; quòd intellectus agens eſt quo eſt omnia agere: ergo compoſitio, diuiſio, diſcurſus, & huiuſmodi ſunt intellectus agentis.

Tertiò, quia ſequitur quod eſſent duo agentia reſpectu intellectionis, ſcilicet intellectus, & illud cuius virtuti ſpecies imprimitur, ſed hoc eſt contra dicta Sanctorum, & Philoſophorum.

Item ſequitur quòd intellectus poſſibilis eſſet nobilior agente, quia agens ad nobiliorem effectum, ſcilicet ad actum ſecundum, & intellectus agens ſolum ad actum primum, ſcilicet ad ſpeciem intelligibilem.

Reſpondeo. Ad primum dicitur, quòd materia prima dupliciter conſiderari poteſt: Vno modo quantum ad ſuam potentialem entitatem, vt præſcindit ab omni actu primò, & ſic conceditur minor. Secundò conſiderari poteſt, vt participans formam, & ſic poteſt eſſe principium actus non ratione ſuæ potentialitatis, ſed ratione formæ, quàm participat, quia ex ipſa, & forma reſultat compoſitum, quod ſolum eſt agens 7. Metaph. tex. 22. ſic etiam intellectus poſſibilis factus in actu per ſpeciem,



Digitized by Google

poteſt eſſe principium actus,licet hoc non habeat ex ſua pura potentialitate S.D.de virtutibus quæſt.1.item quæſt.3.ad 5.

Ad ſecundum negatur conſequentia, quia Philoſophus loquitur ſolum de actu primo,& non de ſecundo. Et dato, quod loqueretur de actu ſecundo,dicitur quod intellectus agēs eſt quo eſt omnia fieri tanquam agens primum & intellectus poſſibilis tanquam agens proximum.

Ad tertium negatur conſequentia, quia intellectus agens,& poſſibilis non reputātur duo agentia diſtincta, ſed vnum quia agit intellectus poſſibilis quicquid agit in virtute intellectus agentis Sanct. Doct. de anima quæſt. 4, ad ſextum.

Ad ſecundum inconueniens negatur conſequentia, & ad probationem negatur quod intellectus poſſibilis agat ad nobiliorem effectū, quia principalitèr cauſans ſcientiam eſt lumē intellectus agentis, & ex conſequenti etiam conſiderationem S. D. de ſpiritualibus creatu. q.9 ad 6 & ad 7.

¶Item intellectus agens eſt lumen per eſſētiam, ſed intellectus poſſibilis eſt lucidus per participationem, & generalitèr omnia, quæ ſunt principia intellectualis operationis, poſſunt dici lumina, inquantum ſunt manifeſtatiua, prima parte,quæſt.67. artic.4. item quæſt. 106.art.1.item q.12.art.2.

Et ſi dicatur. Viſio beatifica eſt præmium: ergo creatura ad ipſum non agit.

¶Reſpondetur, quod viſio beatifica à ſolo Deo eſt,ſed nihil prohibet, quin alio modo ſit effectiuè ab intellectu poſſibili.

Contra eandem arguit Aureolus, quod lumen gloriæ non exigitur ad vigorandum intellectum poſſibilem. Primò illud non indiget vigorari reſpectu alicuius obiecti,quod ab illo obiecto non patitur paſſione obiectiua,ſed intellectus creatus eſt huiuſmodi reſpectu Diuinæ eſſentiæ:ergo,&c.

Secundò ſicut ſe habet materia prima in genere ſenſibilium, ſic intellectus in genere intelligibilium,ſed materia non indiget vigorari, immò ſemper eſt pura potentia: ergo nec intellectus.

Tertiò lumen non vigorat intellectum, tāquam diſpoſitio media inter potētiam, & actū ſicut ſuperficies iter corpus,& calorem,neque ſicut diſpoſitio medians inter potentiam, & agens,eo modo,quo mollicies inter ſigillum, & ceram:ergo nullo modo vigorat.

Reſpondeo. Ad primum negatur maior,ſicut ſupra dictum eſt,quòd oculus noctuæ,etiā ſi non corrumperetur à lumine ſolis,indigeret tamen noua diſpoſitione ad recipiendum actum primum, ſcilicet ſpeciem luminis Solaris.

¶Ad ſecundum dicitur, quod licet materia non indigeat vigorari, indiget tamen diſpoſitione. Secundò dicitur quod licet non habet vigorem eſſentialitèr, habet tamen ſubiectiuè, ſcilicet formam ſubſtātialem, ita & intellectus habet lumen naturæ gratię,& gloriæ,& multos habitus conſtituentes cum ipſo intellectu poſſibili quoddam vigoroſum principium agendi.

Ad tertium negatur conſequentia,quia non eſt ſufficiens diuiſio, ſed eſt dare tertium membrum,ſcilicet quod vigorat ad eliciēdum actū ſecundum ſcilicèt viſionem Diuinæ eſſentiæ.

Vltimò ponit quatuor dubia. Primum: Omnem vigorem quem poteſt Deus dare per aliquod accidens, videtur quod poſſit dare per eſſentiam, poterit ergo facere aliquem intellectum, qui naturalitèr habebit tantam claritatem, quantam habet intellectus inferior cum lumine gloriæ.

Secundum dubium eſt, quia illam claritatē, in qua datur intellectus in naturalibus conſtitutus,videtur quod poſſit ſupplere perfectio actus beatifici,& claritas ſua.

Tertium dubiū eſt, quia videtur quod Deus poſſit facere immediatè quicquid facit,mediāte creatura,ſed facit quod creatura videt Deū mediante lumine gloriæ: ergo poteſt facere, quod immediatè.

Quartum eſt, quia qualitas quæ eſt alicui accidentalis,poteſt eſſe alteri connaturalis, ſicut caliditas quæ eſt accidentalis igni, poterit ergo lumen gloriæ alicui naturale facere.

Ad illa ipſe reſpondet. Ad primum dicitur, quod claritas habitus habet rationem determinantis,& approprianțis intellectum in ordine ad obiectum. Vnde reſpectu diuerſorum obiectorum diuerſæ ſunt, & diſtinctæ vigorationes per conſuetudinem acquiſitæ,prout patet claritas autem naturalis intellectui condeterminata ē reſpectu omnis obiecti, ſicut, & intellectus agens,& ideò nulla claritas naturalis intellectus agētis poſſet ſupplere vicem luminis gloriæ pro eo quod lumen gloriæ habet vigorem appropriatum,& proportionatum,& determinatum reſpectu diuinæ eſſentiæ. lumen autem naturale non eſt proportionatum proportione appropriationis, ſed eſt indifferens, & ſic maior eſt falſa,nam etiam viſio beatifica eſt accidens animæ,& tamen repugnat, quod ei conueniat naturalitèr.

Ad ſecundum dicit,quòd perfectio actus nō poteſt dici claritas, & propter hoc ſupplere non poteſt claritatem illam, quæ exigitur ex parte intellectus.

Ad tertium falsè reſpondet. Ideò dicēdum, quod

Digitized by Google

quod Deus ſine lumine creato poſſet facere illud accidens,per quod nunc intellectus creatus videt Deum,ſed in illo caſu intellectus creatus per tale accidens nihil videret,quia illud nõ efficeret,cum excedat naturalem facultatem intellectus,viſio autem eſt actus immanẽs producens eam, falſa ergo eſt maior. Facit enim hominem,album mediante albedine, quem tamen ſine ipſa eſſe album, contradictionem implicat.

Ad quartum dicitur dupliciter Primò, quòd ineſt ab origine,& ſic lumen gloriæ poteſt eſſe connaturale alicui ſicut animæ Chriſti. Secundò dicitur connaturale id,quod oritur ex principijs naturæ tanquam proprietas naturã conſequens,& ſic nulli poteſt eſſe connaturale,ſed ſemper eſt accidens commune.

Contra eandem arguit Durandus. Si lumẽ requiritur,aut hoc eſt vt intendat intellectum, aut vt ex eo,& intellectu efficiatur vnum perfectum agẽs.hoc eſt falſum ergo,&c. non enim primum,tùm quia intellectus non ſuſcipit magis,& minus, tum quia lumen non eſt tale formalitèr, nec virtualitèr, qualis eſt intellectus. Non ſecundum quia quodlibet eorum non habet ſimilem virtutem reſpectu actus intelligẽdi. Quod tamen requiritur, quando ex duobus fit vnum perfectè agens,ſicut duo trahentes nauem:ergo.

Secundò arguit. Aut lumen recipit in intellectu,mediatè,aut immediatè,ſi mediatè:ergo, & Diuina eſſentia immediatè recipitur in eo, & ſimilitèr viſio,patet conſequẽtia,quia vtrũque eſt ſupernaturale,ſi mediatè;aut illa diſpoſitio media eſt naturalis,aut ſupernaturalis, ſi ſupernaturalis:ergo recipitur, ipſa mediante alia ſupernaturali,& ſic in infinitum, ſi natura lis:ergo,& lumen eſt naturale cum vltima diſpoſitio ad formam, & ipſa forma ſit eiuſdem ordinis.

Tertiò. Quia intellectus cum lumine gloriæ adhuc diſtat ab obiecto in infinitum:ergo, &c.

Quartò, quia Sanct. Doct.in 4. ſentẽtiarum diſtinct. 49. dicit, quod viſio beatifica poteſt communicari intellectui exiſtenti in puris naturalibus.

Reſpondeo. Ad primum negatur conſequentia, quia diuiſio non eſt ſufficiens, ſed requiritur tanquam noua ratio agendi ſuperaddita intellectui alterius rationis, vt ex tali lumine,& intellectu poſſibili,& eſſentia diuina ſupplente vicem ſpeciei intelligibilis,cõſtituatur aliquo modo conſtitutionis, vnum perfectum intelligens in actu,eo modo quo dicitur in tertio de anima, quòd intellectus in actu, non ergo requiritur tanquam diſtinctum, & partiale agens nec oportet, quod vtrumque habeat ſimilem virtutem, nec quod vtrunque ſit potentia, ſicut etiam intellectus poſſibilis intelligit mediante ſpecie intellectuali,quæ tamen non eſt potentia.

Ad ſecundum dicitur, quòd immediatè, & ad huius improbationem negatur conſequentia,quia in perfectionibus ſupernaturalibus eſt ordo,quia natura eſt immediatè capax aliquarum,non autem omnium, ſicut etiam materia prima recipit formam ſubſtantialem,mediantibus diſpoſitionibus, ipſas tamen immediatè recipit.

Ad tertium negatur conſequentia,quia non requiritur tantum propter diſtantiam infinitã, ſed etiam propter inappropriationem naturalem intellectus ad obiectum. Et quaſi formalitèr ſoluit hoc argumentum Sanct. Doct. de verit.quæſt 8.art.3.ad 4.

Ad quartum dicitur,quòd illud dictum S.D. in quarto eſt ſic intelligendum, quod per diuinam potentiam miraculosè fieri poteſt, quod intellectus viatoris Diuinam eſſentiam videat ſine hoc quod intellectus diſponatur lumine gloriæ per modum habitus, & formæ manentis, non tamen ſine lumine gloriæ ſe habente per modum habitus,ſiuè formæ tranſeuntis.

## QVAESTIO. V.

*Diſtinct.49. 4.Sent.*

QVæritur quintò. Vtrum eſſentia diuina ab intellectu creato per aliquam ſimilitudinem videatur.

Pro quæſtione ſit prima concluſio. Diuina eſſentia per nullam creatam ſimilitudinem ipſam repræſentantem videri poteſt Sanct. Doct. 1.par.q.12.ar.2. Prima ratio fundatur in auctoritate Dionyſij cap. 1. de diu. no. qui dicit, quod per ſimilitudinem inferioris ordinis rerũ non poſſunt ſuperiora cognoſci.

¶Secunda quia diuina eſſentia eſt ſuum eſſe quod nulli formæ creatæ competere poteſt.

¶Tertia quia Diuina eſſentia eſt infinita; omnis autem forma creata eſt finita.

Contra arguit Aureolus, quod limitatio ſpeciei non impediat. Primò actus, quo videtur Diuina eſſentia,eſt expreſſiſſima ſimilitudo ipſius, ſed actus eſt finitus:ergo,&c. minor nota. Maior probatur in dictis auctoritatibus Auguſtini,& aliorum.

¶Item ratione ſic. Illud quod facit formalitèr,vt res aliqua menti appareat eſt expreſſa ſi-

ſimilitudo eius, ſed talis actus eſt huiuſmodi: ergo.

Secundò. Viſio rei ſenſibilis eſt facialis, & tamen eſt ibi ſpecies: ergo ſpecies non impedit viſionem facialem.

Tertiò illud quod tollit viſionem facialem eſt medium creatum ſe tenens ex parte obiecti, quia potentia attingit illud medium, & non obiectum per ſe, medium autem quod eſt ratio cognoſcendi, non tollit viſionem facialem, ſed ſpecies eſt ratio cognoſcendi: ergo, &c.

Quartò. Diuina eſſentia videtur per actũ ergo per ſpeciem. Antecedens patet, conſequentia probatur, quia actus, & ſpecies idem ſunt omninò realiter: ergo, &c. Antecedens ſumptum probatur, ſi actus eſſet diſtinctus à ſpecie, ſequitur quod actus non eſſet primum impreſſum in potentia ab obiecto, quia primo imprimit ſpecies, hoc eſt contra Auguſtinum, & alios, qui dicunt, quod actus eſt primum impreſſum ab obiecto. Item ſequitur quòd intelligere non eſſet purum pati, hoc eſt contra Philoſophum 3. de anima, text. 2. ergo, &c. conſequentia probatur, quia præter ſpeciem receptam, eſſet ibi productio actus.

Quintò ſi diſtinguuntur, aut ſunt eiuſdem rationis, aut alterius, non primum quia duo accidentia eiuſdem rationis non poſſunt ſimul eſſe in eodem ſubiecto, non ſecundum quia tũc actus eſſet nobilior ſpecie, & ſic eam virtute continet: ergo, &c.

Secundò loco dicit rationes Sanct. Doct. nihil valere. Ad primam dicit Dionyſium intelligere, quod per ſimilitudinem repræſentantẽ inferiora non poſſunt ſuperiora cognoſci, non autem intendit, quod ſimilitudo inferior per eſſentiam non poſſit ducere in notitiam ſuperioris, quia clarum eſt quod ſpecies ſubſtantiæ eſt inferior ſubſtantia, & tamen ducit in eius cognitionem.

¶ Secundam etiam dicit non valere, quia ſpecies quę non eſt per ſe ſubſiſtens ducit in cognitionem per ſe ſubſiſtentis: ergo. Illa quę non eſt ſuum eſſe ducit in cognitionem eius quod eſt ſuum eſſe.

¶ Similitèr dicit, tertiam non concludere, quia repreſentatio fundatur ſuper quantitate, ideò non oportet quòd repręſentatiuum ſit æquale repręſentato.

Reſpondeo. Ad primum negatur maior. Ad probationem dicitur quòd Auguſtinus, & alij loquuntur de viſione quòad ſui principiũ, quod eſt ſpecies intellectualis, aut de verbo, vel conceptu, quòd eſt terminus intellectionis, primo contra Gent. cap. 53. de potentia quæſtione 8. artic 1. prima parte, quæſt. 27. art. 1.

¶ Ad ſecundam probationem negatur conſequentia, quia viſio quòad ſui eſſentiam, non eſt formalis apparitio, ſed quòad ſuum principium, vel terminum.

¶ Vtrum autem beati forment verbum? cõmunitèr tenetur, quòd non habent aliud verbum à verbo increato diſtinctum propter intimam præſentiam verbi ad intellectum creatum beatum, ſicut nec habent aliam ſpeciem à Diuina eſſentia diſtinctam.

Ad ſecundum negatur conſequentia, nam Sanct. Doct. non negat quin aliquid obiectum poſſit clarè videri per ſpeciem ſibi adæquatã, ſed quòd nulla ſpecies imperfectè repręſentãs obiectum, poteſt eſſe principium facialis viſionis.

Ad tertium negatur minor loquendo de medio imperfectè repreſentante.

Ad quartum negatur conſequentia. Ad probationem negatur antecedens, ad probationẽ negatur falſitas conſequentis quia Auguſtinus loquitur de viſione, non vt eſt actus ſecundus, ſed vt eſt actus primus, ſcilicet ſpecies.

Ad ſecundam probationem negatur eodẽ modo falſitas conſequentis, nec hoc dicit Philoſophus, niſi loquendo de actu primo, quia intelligere qui eſt actus ſecundus, eſt operatio immanens cuius ratio eſt, quia operatio vitalis eſt à principio intrinſeco, intelligere autem eſt operatio vitalis. Dico igitur, quod intellectus patitur, inquãtum intelligibilem, & agit inquantum elicit actum intelligendi, non tamẽ oportet, quod quandocunque intellectus intelligit, quòd actualiter nouam ſpeciem recipiat, ſed ſufficit, quòd prius eam receperit ab intellectu agente ſecundo contra Gent. cap. ſeptuageſimoſecundo.

Ad quintum dicitur quòd ſunt alterius rationis, quia vnus eſt actus primus, & alius eſt actus ſecũdus, ſpecies etiam eſt alterius rationis à verbo producto, quia mediante eadem ſpecie intelligibili poſſunt formare diuerſas conceptiones de eodem obiecto, de veritate quæſtione 8. art. 13. ad 2.

¶ Dicitur ſecundò, quod verbum productũ eſt etiam ſimilitudo obiecti, & quandoque expreſſius repræſentat obiectum, quàm ſpecies, puta cum mediante ſpecie formatur diffinitio, vel compoſitio, aut demõſtratio, nec ſequitur, quòd vnum contineat aliud: quia ſpecies ſe habet per modum habitus, verbum autem, & actus ſe habent per modum paſſionis faciliter tranſeuntis quantum eſt de ſe. Nec eſt verũ generalitèr, quod accidens perfectius contineat imperfectius, quia actus volũtatis eſt perfectior voluntate, non tamen cõtinet ea. Nec eſt inconueniens vnum ſubiectum ſimul, & ſemel aſſimilari eidem obiecto per duas ſimilitudi-

tudines diuerſorum ordinum. Et ſi argumentum aliquid concluderet, eodem modo concluderet, quòd nunquam in eadem potentia eſſent ſimul diuerſi habitus, diuerſarum rationum, & quorum vnus eſſet alio perfectior.

Ad ea quæ ſecundò loco adducit, contra rationes Sanct. Doct. dicitur ad primum, quòd Dionyſius intelligit intranſitiuè ſic quod nulla ſpecies creata poteſt Diuinam eſſentiam perfectè repræſentare, ita vt poſſit eſſe principium viſionis eius, quia data quacunque ſpecie creata, Deus poteſt creare aliquam eſſentiam adæquantem repræſentationem illius ſpeciei.

Secunda etiam non valet, quia ſpecies quæ non eſt ſuum eſſe, eſt adæquabilis alicui eſſentiæ creatæ, quæ tanta erit in reali exiſtentia, quanta eſt illa ſpecies in repræſentando.

Tertia ſimilitèr, quia ſola forma infinita poteſt perfectè repræſentare eſſentiam infinitam, & ad repræſentandum perfecte obiectum infinitum, non ſufficit qualitas finita.

*Concluſio II.* Ad videndum Diuinam eſſentiam requiritur, quòd ipſa Diuina eſſentia vniatur intellectui noſtro, vt intelligibilis forma. Hanc ponit Sanctus Thomas 4. ſententiarum, diſtinct. 49. quæſt. 2. artic. 1. ſimilia dicit de verit. quæſt. 8. art. 1. Item ſecundo contra gent. cap. 50. Et prima parte, quæſt. 12. artic. 2 ad 3. Huius ratio eſt. Ad videndum intellectualitèr aliquod obiectum requiritur, & ſufficit forma perfecte repræſentans illud, ſed Diuina eſſentia ſola ſufficit perfecte repreſentare ſeipſam in viſione intellectuali: ergo illa requiritur, & ſola ſufficit.

## QVAESTIO VI.

*49. Diſtinct. 4. Sent.*

VTrum videntes Deum videāt omnia, quæ Deus facere poteſt.

Pro deciſione ſit prima concluſio. Nullus intellectus creatus videt in Diuina eſſentia omnia, quæ Deus facere poteſt. Hanc probat S. Doct. in 1. parte, quæſt. 12. artic. 8. & 4. ſentent. diſtinct. 49. quæſt. 2. articul. 4. & tertio contra gen. cap. 55. vbi arguit ſic. Quicunque videt omnia, quæ Deus facere poteſt, comprehendit ipſum cum cognoſcat eius veritatem tantum quantum eſt cognoſcibilis, & ex conſequenti eſſentiam, ſed nullus intellectus creatus poteſt Deum comprehendere: ergo. &c.

Contra arguit Godofredus quolibet. 6. q. 3. Quilibet videns Deum, videt quicquid in Diuina eſſentia naturalitèr repræſentatur, ſed omnes quidditates, quæ fieri poſſunt naturaliter, in Diuina eſſentia repræſentantur: ergo, &c.

Reſpondeo. Capræolus hic recitat quaſdā reſponſiones Bernardi quibus tuetur doctrinā Henrici quam Godofredus impugnat, in quibus verbis quaſi tota diſputatio eſt de ideis, quare illa omiſſa facio; cum diffuſè in primo determinata ſint.

Vnde ad argumentum dico duo. Primum eſt, quòd Diuina eſſentia poteſt videri ab intellectu creato, ſine hoc quòd repræſentet ſibi aliquam creaturam, cuius ratio extra, quia poteſt vniri eum tam modico lumine gloriæ, quòd nō vnietur ſibi omnis ratio alicuius creaturæ, & licet ipſa de ſe ſit ratio omnium creaturarum, nulli tamen intellectui vnitur, vt ratio omniū creaturarum vnitur ſecundum totum ſuum poſſe, ſcilicet intellectui diuino 4. ſent. diſt. 49. q. 2. art. 5. ad. 4.

¶Dico ſecundò, quòd Diuina eſſentia quantum eſt de ſe naturalitèr, & neceſſariò repreſentat omnes creaturas, ſed ſolum intellectus diuinus eſt capax talis repræſentationis, de verit. quæſt. 8. art. 3. ad quartum. Vnde non ponit intellectum creatum ſufficientèr in actum primo ad intelligendum omnia propter defectum ipſius intellectus, & ſic ad argumentum negatur maior.

Secundò. Qui videt id quod eſt maius poteſt etiam videre id, quod eſt minus, ſed Diuina eſſentia eſt quid maius quàm infinitæ creaturæ, & beati vident Diuinam eſſentiam: ergo, &c.

Reſpondeo, primò negatur maior, licet enim ſit vera quando maius habet neceſſarium ordinem ad minus, nàm qui poteſt portare centū, poteſt etiam portare viginti, quia centum neceſſariò continent viginti, non tamen vniuerſalitèr, qui enim poteſt generare hominem, nō poteſt generare aſinum. In propoſito non eſt ordo neceſſarius viſionis Diuinę eſſentiæ ad viſionem creaturarum.

¶Dicitur ſecundò ad minorem, quod licet videre Diuinam eſſentiam ſit maius quàm videre creaturas, tamen videre Eſſentiam Diuinam, & in ea creaturas, eſt maius quàm videre ſolum eſſentiam.

Contra. Iſtæ duæ viſiones ſunt per idem medium: ergo vna non eſt maior alia.

Reſpondeo. negatur conſequentia, quia illud medium alitèr ſe habet ad oſtendendum Deum, & creaturas, nam neceſſariò offert Deū, non autem neceſſariò offert quamlibet creaturam cuilibet intellectui, tertio contra gent. cap. 55.

Tertiò arguit contra probationem concluſionis.

Digitized by Google

ſionis. Qui vident infinitas creaturas in verbo, non vident verbum infinita limpiditate: ergo non comprꝍhendere ipſum poſſunt.

Reſpondeo, negatur antecedens, quia qui tot videt in verbo, quot verbum æquè limpide videt verbum, ſic verbum ſeipſum.

¶ Alia quæ tangit arguens alibi declarata ſunt, ſcilicet quòd nec beati, nec viatores vident creaturas in Deo, tanquam ſicut in ſpeculo reſultant ſimilitudines rerum ab ipſis rebus quod non ſit in Deo, de verit. quæſt. 12. articul. 6. & licet Augu. dicat, quòd Deus eſt ſpeculum voluntarium, ibi accipit ſpeculum pro omni eo, in quo aliqua reſultent, & licet quantum ex ſe repræſentet omnem creaturam naturalitèr, dicitur tamen voluntarium, quia manifeſtat nobis tantum ea quæ vult.

Contra eandem arguit Durandus hic qu. 3. vnico argumento, quod eſt idem cum argumēto primo Godofredi, & eodem modo ſoluitur. Implicat tamen quædam contradicta Sanctus Doct. qui vult quòd creatura cognoſcitur in Deo, eodem modo, quo concluſiones in principijs. Vnde ſicut ille compræhendit principiū, qui cognoſcit omnes concluſiones in eo contentas virtualiter, ita ille compræhēdit Deum, qui cognoſcit omnia, quæ Deus facere poteſt.

Contra hoc arguit. Ille qui cognoſcit principium, non cognoſcit concluſiones, niſi applicando principium ad eas, qui autem cognoſcit Deum, cognoſcit, & creaturas ſine tali applicatione, ergo non eſt ſimilitudo.

Reſpondeo, quòd aliud eſt cognoſcere concluſionem in principio, & aliud ex principio. Nam qui perfectè cognoſcit aliquid naturale ſyllogiſticum, ſtatim cgnoſcit in eo concluſiones ſine aliqua applicatione, & ſumptione ſub illo cognoſcere autem ex principio eſt cognoſcere per ſumptionem minoris ſub ipſo, & per deductionem ſyllogiſticam, de veritq. 8. ar. 5.

Contra eandem arguit Aureol. Si videns omnes effectus diuinæ virtutis compræhendit diuinam eſſentiam, ergo, & videns infinitatē Dei intenſiuam eum compræhendit, hoc eſt falſum; alioquin omnes beati comprꝍhenderent eam: ergo, &c. conſequentia probatur, quia infinitas intenſiua eſt intimior, quàm extenſiua.

Reſpondeo primò, quantum elicitur à San. Doct. de potentia, q. 1. art. 2. Eſſentia diuina ſimilitèr potentia eius eſt infinita, ſed potentia habet quandam infinitatem præter infinitatē eſſentiæ, quæ attenditur penes obiecta. Hæc autem infinitas eſt duplex. Vna intenſiua, quia nunquam agit ita intenſiuè quin intenſius poſſit agere, non in ſe ſed vt attingit effectum. Alia eſt infinitas extenſiua, quia non tot producit, quin plura poſſit producere.

¶ Dico ſecundò, quòd potentia infinita dicit quid poſitiuum ex parte potentiæ, & quandam negationem ex parte infinitatis, ex qua negatione cognita non ſequitur compræhenſio potentiæ, ſed ex cognitione adæquati obiecti, bene ſequitur compræhenſio potentiæ, vt potentia eſt, totum autem ens creabile eſt adæquatum obiectum potentiæ infinite extenſiue, ideò & ſi quis hoc cognoſceret compræhenderet talem potentiam, vt potentia eſt, & ſic intendit Sanct. Doct.

Ad argumentum negatur conſequentia. Ad probationem negatur aſſumptum de infinitate intenſiua potentiæ. Si autem loquamur de infinitate, quæ ſibi conuenit ex parte eſſentiæ, etiam negatur conſequentia, quia illius cognitio non ita infert compræhenſionē diuinę potentiæ, ſicut cognitio infinitatis extenſiuæ quò ad obiecta, & ſic ex ſola cognitione eſſentiæ, & adæquati obiecti, compræhenditur Diuina potentia.

Secundò ſequitur, quod quanto quis plures effectus Dei videt in verbo, tanto perfectius videat Deum, hoc eſt falſum. Alioquin quando reuelatur aliquid beato, intenditur eius beatitudo.

Reſpondeo, negatur falſitas conſequentis, quia reuelationes factæ beatis non fiunt eis in viſione verbi, cum quilibet beatus in primo inſtanti ſuę beatitudinis videat in Diuina eſſentia quicquid eſt in ea ad ſuam ſpectans beatitudinem, licet poſtea poſſint ei aliqua reuelari, ſed iſta non videntur in verbo, nec eodē actu quo videtur Verbum, vt dicit S.D. de verit. quæſt. 8. art. 3. ad 4.

Tertiò, omnes creaturæ in eſſendo non adæquant Dei infinitatem: ergo ſi omnes cognoſcerētur, nō adæquarent Dei cognoſcibilitatē.

Reſpondeo. Virtus, vel potentia Dei poteſt conſiderari duplicitèr. Vno modo, vt eſt quædam res, & ſic antecedens conceditur, & cōſequentia, non enim res ſunt cognoſcibilitatis eiuſdem, qua eſt *Deus*. Alio modo accipitur in ratione potentiæ, & ſic negatur antecedens, q a vniuerſalitas entis eſt effectus proprius, & adęquatus Diuinæ potentiæ, vt potentia eſt Dico tame, quòd ſi quis videret omnia creabilia non in verbo, ſed per ſpecies creatas, ex talis viſione vniuerſitatis non argueretur perfecta compræhenſio Diuinæ potentiæ, ſed ſolum ſecundum quid, quia Diuina potentia in tali caſu non cōprehenderetur quoàd ſuum abſolutum, ſed ſolum quoad ſuos reſpectus, quos habet ad creaturas rationabiles, & non vt quædam ſubſtantia eſt, ſed potentia, aut tale quid relatiuè deſignatum. Si autem vniuerſitas creabilium videretur in verbo, ipſa eſſētia diuina ſimplicitèr, & per-

Digitized by Google

& perfectè comprehenderetur.

Quartò dicit S. D. arguere per fallaciã cõſequẽtis, quia licet, qui perfectius cognoſcit cauſam cognoſcat plures effectus, non tamen ecõtra; vnde non ſequitur, quod qui videt plures effectus in Deo, ipſum perfectius videat, & quæ videt infinita, ipſum comprehendat.

Reſpondeo, negatur antecedens, quia iſta duo conuertuntur, qui perfectius cognoſcit Verbum, plura in Verbo videt, & è cõtra in arguendo ab vno ad aliud nulla fallacia.

*Concluſio II.* Intellectus creatus videns diuinam eſſentiam, aliquo modo videt in ea omnia, aliquo modo non. Hanc ſic probat S. D. tertio contra gent. cap. 5. Intellectus creatus videns Deum, videt omnia genera, & ſpecies, & ordinem omnium rerum: ergo. Aliquo modo cognoſcit omnia, conſequentia patet, antecedens probatur. Intellectus beatus cognoſcit quicquid naturalitèr appetit ſemper, ſed appetit ſemper omnia illa: ergo, &c. Eadem ponit de verit. quæſt. 8. artic. 4. ſecunda parte concluſionis patet ex præcedenti concluſione.

Contra arguit Aureolus, quòd beati quicquid vident in Verbo, vident ſimul, & non modo plura modo pauciora, quod gratis conceditur, cum ſit de mente S. D. prima parte, quæſt. 12. art. 10.

Vult præterea Aureolus, quòd beati non videant, in verbo creaturas terminatiuè, ſed ſolũ eminentèr, quia vident Diuinam eſſentiam, quę eſt omnia eminentèr, & contentiuè.

*In hac 49. Diſtinctione. quarti Sententiarum, & 6. quæſtionibus ſequentibus confutantur hæreſes damnatæ, vt in noſtro Commentar. in text. Magiſtri, & confutantur etiam hæreſes, quæ ſunt in Abecedario, & in Ethimologijs hæreſum, & confutantur ſimilitèr Idolatria, vt in Abecedario Idolorum in principio, vide ibi lit A. B. E. F. & H. ac etiam cõfutantur falſæ Theologię Phænicum, Egyptiorum, Gręcorum, Atlãticorum, Phrygiorum, Gentium, &c. ab Euſebio in primo, ſecundo, tertio, & quarto libro de præparatione Euangelica contra Theologiam fabuloſam Poetarum antiquorũ. Contra genealogias Deorũ falſorũ Heſiodi, & contra genealogias falſorum Deorũ Homeri, ex quibus Boccacius de Græco in Latinum verſauit ſuam geneologiam, & de Latino in Hetruſcum, vt ait Aſcenſius, & Seruius ſuper Virgilium, etc. & vide Ouid & Anguillaram in Metamorph.*

*Ex concluſionibus, probationibus, & ſolutionibus argumentorum Capręoli ſoluuntur argumenta Vulpes, & aliorum recentiorum facile, vt facit Ariſtotiles ad argumenta Antiquorum, quod veritatis cognitio dubiorum eſt ſolutio, & cum Cardinali Bellarmino dicente in libro de Scriptoribus Eccleſiaſticis de Ioanne Capræolo, quòd Ioann. Capreolus ſit defenſor Egregius Sancti Thomæ, & optimè diſſoluit omnia argumenta aduerſariorum: dicunt verba formalia Bellarmini, ergò ſi optimè diſſoluit per Bellarminum ſunt ſoluta argumenta cum his doctrinis hic: Sicut ſoluit Ariſtoteles contra antiquos dicendo in 3. de Cœlo, & in 3. Metaphiſic. veritatis cognitio, dubiorum eſt reſolutio.*

*Reſpondetur ſecundò cum Cardinali Sarnano Franciſcano doctiſſimo, cum concordantia huius diſtinct. et ſimilitèr cum concordantia Bonęherbę.*

*Reſpondetur tertiò cum Petro de Bergamo, et Bartholomęo Spina dicentibus in tabula Sancti Thomę, quod qui ſcit totam Logicam Sancti Thomæ, Philoſophiam etiam moralem, totam Metaphyſicam Sancti Thomę, et totam eiuſdem Theologiam, nullum poteſt facere argumentum contra Sanctum Thomam, et ideò ſubdit, quod iſti recentiores ſtudent tantummodò articulo, ſuper quem componunt, et non habent in mente omnia opera Sancti Thomę loquentis prçſuppoſitiuè, præſupponendo omnia ſupradicta, & dicendo, quæ propter prçrumpunt in verba in tantum Magnum Doctorem nullo modo applicanda, quòd Sanctus Thomas contradicat ſibi ipſi, et ideò Cardinal. Sarnanus, quia ſciebat totum Sanctum Thomam concordauit ſimilitèr, etiam Ioannes Capræolus ſoluit argumenta aduerſariorum, cum locis Sancti Thomæ, quia totum in mente habebat Sanctum Thomam, et ideò Bellarmin. dicebat bene omnia ſoluere Capreolum.*

*Argumenta verò Vaſquez, Valentię, Molinæ, Suarez, etc. quia colliguntur, et ſoluuntur, clarè, diſtinctè, et breuitèr à Ripa, à Nazario, à Conſales, à Nauarretto, à Zenardo, et prçcipuè à Montagnolo, in prima parte Sancti Thomæ quęſt. decima de æternitate Dei, & quæſt. 11. de cognitione, & viſione Dei. ideo vide ibi.*

*Vide noſtram expoſitionem Petri Lombardi aperientem mentem huius materiæ, vt in folio 72. hic, et infra pro 3. reſponſione Vulpes. Ac etiam vide 1. 2. et 3. folium pro reſponſione quarta, quinta, et ſexta ad argumentum eiuſdem Vulpes.*

*Reſpondetur ſeptimo declaratione Scoti, & Sancti Thomæ per Radam Franciſcanum hic declarantem S. Thom.*

*Loca Sacræ Scripturæ hic, & infra à Salmerone, Emanuel Sa, à Toleto, à Prierio, Veghba, à Poſſeuino, à Salian, Torello in annalibus à creatione Mundi, quæ videntur repugnare*

ali-

Digitized by Google

*aliquo modo Thomiſtis, quia ſunt concordata à nobis in fine noſtrę expoſitionis totius Bibliæ, et in Anatomia Biblię impræſſa ideò vide ea illic.*

*Reſponſiones apparentes contradictiones apud* Vulpes,*vide in fine huius quarti.*

## DISTINCTIO. L.

### *Quæſtio. 1. 4. Sent.*

CIRCA Diſtinctionem quinquageſimam, quæritur. Vtrum anima à corpore ſeparata aliquid intelligat.

Pro deciſione ſit hæc prima concluſio. Anima ſeparata poteſt aliquid naturalitèr intelligere. Hanc probat Sanct. Doct. de veritate, quæſt. 19. articu. 1. Nulla re remanente deſtruitur ſua propria paſſio, vel operatio, ſed anima remanet corrupto corpore, & eius propria operatio eſt intelligere: ergo. &c.

*Concluſio II.* Anima ſeparata nihil intelligit per ſpecies abſtractas à rebus materialibus poſt ſuam ſeparationẽ. Hanc probat ſic vbi ſuprà duabus rationibus, quarum prima eſt. Inter recipiens, & id à quo recipit, debet eſſe proportio, ſed inter animam ſeparatam, & res materiales non eſt proportio, cum anima ſit immaterialis, & iſta ſint materialia: ergo, &c. maior nota, & minor ex dictis quoque exiſtit clara.

Contra hanc rationem Scotus in quarta, diſtinct. 45. quæſt. 2. negat minorem. Ad probationem negat conſequentiam. Vnde arguit ſic. Phantaſma agit in intellectum, ſed phantaſma eſt quid materiale, & intellectus eſt immaterialis: ergo materiale agit in immateriale, & ſic non ſequitur quin res materiales poſſint cauſare ſuam ſimilitudinem in anima ſeparata.

Reſpondeo. Primò, quòd illa minor Sanct. Doctoris ſic intelligitur, quòd inter intellectũ ſeparatum, & res materiales non eſt talis, vel tãta proportio, quæ requiritur ſicut inter agens, & patiens.

Dico ſecundò, quòd phantaſma licet habeat eſſe extenſum in organo, tamen habet eſſe quodammodo intentionale, & eſt à materia abſtractum, propter quod valet aliquando in idem agere cum ſubſtantia ſeparata. Et ideò phantaſma non vniuocè dicitur eſſe in materia, ſicut forma ſenſibilis, quam repræſentat, quia forma rei ſenſibilis, nullam habet immaterialitatem, vnde non ſequitur, quòd ſi phantaſma poteſt agere inſtrumentalitèr in intellectum poſſibilem, etiam forma rei ſenſibilis poſſet in ipſum agere, vt habetur à Sãct. Doct. de anima, & quolib. 1. q. 3.

¶Ex hoc ad argumentum Scoti primo negatur minor, ſi intelligatur quòd phantaſma ſit à Deo materiale ſicut res ſenſibiles. Si vero intelligatur quòd habeat aliquam immaterialitatem, ſcilicet eſſe extenſum, negatur conſequentia, quia res ſenſibilis omninò eſt materialis, non autem ſic phantaſma.

Contra iterum arguit. Phantaſma agit in intellectum ſolum, quia repræſentat obiectum, ſed res ſenſibilis etiam repræſentat ſeipſam: ergo poteſt agere in intellectum.

Reſpondeo. Nagatur antecedens. Agit.n. non ſolum: quia repræſentat, ſed etiam quia eſt immateriale, vt dictum eſt.

Secunda ratio Sanct. Doct. pro concluſione hæc eſt. Ab extremo in extremum non ſit trãſitus niſi per medium, ſed forma rei ſenſibilis habet eſſe in re maximè materiale, in intellectu maximè immateriale, & hæc ſunt duo extrema, in potentijs autem ſenſitiuis medio modo: ergo oportet tranſire per tale medium, licet in ſubſtantijs ſeparatis nõ ſint potentiæ ſenſitiuę: ergo, &c.

Contra. Scotus vbi ſuprà negat maiorem. Quia id quod eſt medium vni virtuti, non oportet quòd ſit medium alteri, verbi gratia, virtus creata non poteſt transferre aliquod corpus de vbi proximo ad vbi remotum, niſi per vbi medium, tamen Deus hoc poteſt: ergo. Intellectus ſeparatus non requirit tale medium formę in potentijs ſenſitiuis, licet hoc requirat intellectus coniunctus.

Secundò, negat minorem, quia eſſe formæ in potentijs ſenſitiuis eſt eſſe ſenſibile, & ſic nõ eſt medium.

Reſpondeo. Primò exemplum de traſitu de vno vbi ad aliud, non tranſeundo per medium negatur à Sanct. Doct. 4. ſent. diſtin. 49. quæſt. 2. art. 3. q. 3.

¶Secundò, negatur conſequentia, quia Deus eſt actor naturæ, ideò naturalem ordinem agẽdi, & patiendi, vt transferatur de extrema ad extremum, & non per medium à Deo præfixa, ſolus Deus poteſt mutare, non autem Angelus, vel anima ſeparata, vt dicit Sanct. Doct. de malo, quæſt. 16. art. 9.

¶Eſt autem naturalis ordo à Deo inſtitutus inter formas, quæ ſunt in materia, & eas quæ ab illis immediatè cauſantur in medio, & exinde ad illas, quæ cauſantur in potẽtiis ſenſitiuis, & eas quæ requiruntur ex prædictis in intellectu, vt dicitur ſeptimo Phyſic. text. 20. & ideò, nec Angelus, nec anima poteſt immediatè recipere

cipere

Digitized by Google

cipere à re materiali ſpeciem intelligibilem.

Ad ſecundum negatur aſſumptum tanquam expreſſe falſum, quod ipſe non probat.

*Concluſio III.* Anima ſeparata aliquando intelligit per ſpecies, quas accepit à rebus, dum erat in corpore. Hanc probat ſic vbi ſuprà. ſpecies illæ remanēt in anima ſeparata: ergo p eas aliquando intelligit, conſequentia patet, quia fruſtra remanerent, antecedens probatur, vnū quodque recipitur per modum recipientis, ſed anima ſeparata eſt incorruptibilis: ergo recipit tales formas incorruptibiliter.

*Concluſio IIII.* Anima ſeparata quandoque intelligit per ſpecies in ſui ſeparatione ſibi diuinitus infuſas. Hanc probat ſic vbi ſuprà. Anima recipit aliquas ſpecies naturalitèr, dùm ſeparatur à corpore: ergo per eas quandoque intelligit, cōſequentia patet antecedēs probatur. Quando ſeparatur magis accedit ad ſubſtātias ſeparatas: ergo magis recipit influxum ſpecierum. Antecedens probatur, quia quanto magis aliquid recedit ab vno extremo, tanto plus accedit ad aliud, ſed res corporeæ, & ſubſtantiæ ſeparatæ ſunt duo extrema, & anima recedit à corpore, quando ſeparatur: ergo, probatur etiam conſequentia, quia etiam in ſtatu præſenti, quanto anima à corpore magis abſtrahitur, tanto plus recipit influxum cognitionis à ſubſtantijs ſeparatis, vt patet in ſomno, & extaſi.

Contra arguit Scotus vbi ſuprà. Si anima quanto magis accedit ad modum eſſendi ſubſtantiarum ſeparatarum ſcilicet eſſe ſine corpore, magis eſſet capax influxus ſpecierum, ſequitur quod anima ſeparata magis eſſet capax talis influxus, dum eſt ſeparata, quàm dum eſt coniuncta corpori glorioſo, vt patet, hoc eſt falſum: ergo, &c.

Reſpondeo. Primò, quanto anima magis accedit ad modum eſſendi ſubſtantiarum ſeparatarum, etiam magis accedit ad earum modū operandi, vt dicit Sanct. Doct. 1. parte, quæſt. 89. art. 1.

¶ Ad improbationem dico, quòd loquendo de capacitate naturali, conceditur conſequentia, & negatur falſitas conſequentis, loquendo autem de capacitate gratiæ, vel gloriæ, negatur conſequentia, quia corpus glorioſum nullo modo impedit animam ab influxu ſubſtantiarum ſeparatarum. Dico tamen, quod anima beata nullam ſpeciem intelligibilem recipit de nouo in corpore glorioſo, quia ſimul dum ſeparatur à corpore corruptibili, totum illum influxum recipit.

Secundò, arguit contra aliud dictum in probatione concluſionis, ſcilicet in ſomno fit maior influxus ſpecierum propter maiorem abſtractionem à corpore. Contra, quia ex hoc ſequitur, quod quanto ſomnus eſſet profundior, tanto fieret maior influxus, hoc eſt falſum, quia in ſomno profundiſſimo nihil apparet.

¶ Item ſequitur, quòd epileptici viſitarentur à ſpiritibus, hoc eſt falſum.

Reſpondeo. Primò, quòd dictum S. Doct. ſumptum eſt à Beat. Auguſtino lib. 12. ſuper Gent. ad literam, & Gregor. 4. dialogorum, & ipſe idem ponit, ſecunda ſecundæ, quæſt. 172. art 1. & artic. 92. Ad argumentum negatur conſequentia, quia licet ad recipiendum influxum ſubſtantiarum ſeparatarum diſponat aliqua ábſtractio à ſenſibus, non tamen quælibet ad hoc ſufficit, ſed oportet, quòd fiat à cauſa animali, vel à cauſa naturali ordinata, & non ægritudinali, nec tali, & tanta quæ tollat omnem operationem ſenſuum inferiorum potiſſimè virtutis imaginatiuæ, vel intellectus, quia intellectus, & imaginatio tunc recedunt à corpore, & intendunt eis in corporeis, puta ſpeciebus intelligibilibus, aut imaginarijs tantus autem poſſet eſſe ſomnus, quòd anima nulli obiecto intēderet, & ſic eſt in ſomno profundiſſimo.

¶ Ad aliud negatur conſequentia, quia anima eorum nulli obiecto intendit tempore illius paſſionis.

*Concluſio V.* Anima ſeparata quandoque intelligit videndo ſubſtātias ſeparatas, & in eis ſpecies rerum. Anima ſeparata aſſimilatur Angelis in modo eſſendi, & operandi, ſed Angeli inferiores intelligunt per illuminationem ſuperiorum: ergo, & anima.

Contra quatuor vltimas, & maximè contra ſecundam, arguit Scotus vbi ſuprà. Primò anima habet de ſe, vnde poſſit attingere ad ſuam propriam perfectionem, ſine talibus ſpeciebus: ergo illæ ſuperfluunt, conſequentia patet, antecedens probatur, lapis habet in ſe vnde poſſit in operationem ſibi propriam, ſcilicet deſcendere: ergo, & anima. Alioquin lapis eſſet perfectior anima.

Reſpondeo, negatur antecedens, quia cum omnis intellectio animæ fiat mediante aliqua ſpecie. Anima autem ſeparata non poſſit formare ex ſe huiuſmodi ſpecies, nec res materialis ex ſe poſſit imprimere huiuſmodi ſpeciem in anima ſeparata, oportet ſi debet intelligere ea, quæ non intelligat coniuncta corpori, quod hoc fiat per aliquem influxum ſpecierum à natura ſuperiori, & maximè à Deo, vt elicitur de verit. q. 8. art. 9.

Ad probationem negatur conſequentia, vt elicitur prima parte quæſt. 79 artic. 2. ad tertiū. Et de ver. quęſt. 8. artic. 3. ad duodecimum, quia operatio in qua pòteſt anima, poſt acceptionē ſpecierum excedit imcomparabilitèr omnem actionē lapidis.

LIIII ¶ Di-

Digitized by Google

¶Dico tamen, quod anima accipit æquè naturalitèr illas ſpecies influxas in ſui ſeparatione, ſicut lapis accipit naturaliter grauitatem, quia naturalis acceptio conſequitur naturalis acceptio conſequitur naturam animæ ſeparatæ inquantum huiuſmodi, vt dicit S.D. prima par. q.89. art.1. ad tertium.

Secundò. Duo accidentia eiuſdem ſpeciei non poſſunt ſimul eſſe in eodem. Sed ſpecies acceptæ à rebus, & ſpecies influxæ ſunt eiuſdẽ ſpeciei: ergo non poſſunt eſſe ſimul in anima. Sed in anima remanent ſpecies acceptæ à rebus: ergo nullæ ſpecies influuntur. Conſequẽtia patet, & maior. Minor probatur. Species iſtæ non diſtinguuntur, niſi ex parte principij effectiui: ergo non diſtinguuntur ſpecie. Tenet conſequentia per Auguſt. 3. de Trin. c. 9.

Reſpondeo. Negatur minor, vt dicit San. Thom. prima parte, quæſt. 89. art. 5. ad tertium: ad probationem negatur antecedens, quia diſtinguuntur etiam ex parte principiorum formalium exemplarium. Nam ſpecies acquiſita ab anima corpori coniuncta conformatur tã quam exemplari, quidditati rei materialis elucenti in phantaſmate. Species verò infuſæ cõformantur ideis, quæ ſunt in mente diuina, & ẽt ſpeciebus concreatis ipſis Angelis. & ſunt vniuerſaliores ſpeciebus acquiſitis, vt dicitur S. D. prima parte, q. 89 art. 1.

Tertiò. Animæ ſeparatæ habent de rebus cognitionem intuitiuam, & non per aliquam ſpeciem: ergo cognoſcunt aliquid ſine ſpecie neceſſaria. Maior patet. Minor probatur. Species repræſentat rem, tàm exiſtentem, quã non exiſtentem: ergo nõ eſt principium cognitionis intuitiuæ, qua cognoſcitur exiſtentia rei.

Reſpondeo. Negatur minor, quia per ſpecies influxas poteſt cognoſci natura vniuerſalis, & indiuidua, & eius exiſtentia, ſecundum tempus, aut locum, quia ſunt impræſſiones rationum idealium, quæ ſunt in mente, per quas poteſt directè cognoſci, & vniuerſale, & particulare, vt elicitur à S.D. in quæſt. de anima, art. 20 Et de verit. quæſt. 2. art. 7. Ad probationem negatur antecedens, de ſpeciebus influxis.

Quartò arguit contra quoddam quod dicit Sanct. Thom. declarans tertiam concluſionem, quod anima fruſtra vniretur corpori, niſi in eo poſſet acquirere notiam rerũ, & arguit ſic. Vnio animæ ad corpus eſt propter conſtitutionem totius: ergo dato, quòd adhuc nihil aliud eueneritenon vnitur fruſtra.

Reſpondeo negatur conſequentia, quia licet illa vnio ſit principalitèr propter conſtitutionẽ totius, tamen eſt ſecundario propter perfectionem animæ acquirentis in corpore, vt dicit S. D. in quæſt. de anima, art. 1. ad 7. & in ipſo toto vna pars eſt propter perfectionem alterius, vt dicit S. D. 5. parte, quæſt. 95 art. 2. vnde, & corpus hominis ordinatur ſicùt in finem ad perfectionem animæ rationalis, vt dicit S. D. prima parte, q. 76. art. 5.

Quintò arguit ſic ad idem. Si in aliquo poteſt acquiri ſanitas per potionem, & ſectionem, non fruſtra adhibetur ſectio, dato quod non detur potio: ergo cum anima poſſit acquirere notitiam rerum in corpore, & ſeparata à corpore, non fruſtra vnitur corpori, dato quod in eo nullam ſcientiam acquirat, ſed ſolum quando eſt ſeparata.

Reſpondeo, negatur antecedens, quando ſectio non induceret perfectam ſanitatem, & impeditur à perfecta ſanitate, quam inducere t potio. Ita in propoſito anima non poteſt acquirere æquè perfectam ſanitatem per ſpecies influxas, ſicut poteſt in corpore per ſpecies, acquiſitas, quia cognitio naturalis per ſpecies influxas eſt confuſa.

## QVAESTIO II.

50. *Diſtinctio 4. Sent.*

VTrum anima ſeparata poſſit corpora mouere localitèr. Deciditur hæc quæſtio duabus concluſionibus.

*Concluſio I.* Anima ſeparata non poteſt ſua naturali virtute mouere aliquod corpus. Hãc probat ſic S.D. 1. parte quæſt. 117. art. 4. Omne corpus, quod ab anima mouetur, per eam viuificatur, ſed anima ſeparata nullum corpus viuificat: ergo, &c.

Contra arguit Scotus primo hic diſtin. 49. q. 14. Elementum exiſtens in aliquo loco poteſt ſe mouere, & trahere ſecum aliud corpus: ergo & anima.

Reſpondeo, primò negatur conſequentia, quia motus localis, & locus æquiuocè conueniunt ſpiritibus.

¶Sed pro maiori doctrina dicitur ſecundo, vt elicitur. 4. ſentent. diſt. 45. quæſt. 1. art. 1. q. 1. Quod ſicut animæ ſeparatæ propriè loquendo, non debetur ex natura ſua aliquis locus, ſed ſolum per quandam congruentiam ad merita, vel demerita præcedentia, quod ſit virtute Dei punientis, vel premiantis animam, ita nec propria virtute perdit locum, cui deputatur, niſi virtute diuina, vel Angelica, per quam animæ ſepartæ aliquando à ſuis receptaculis egrediuntur, vt dicit S.D. vbi ſuprà q. 2. & in quæſt. de anima: artic. 21. Ex quo loco etiam patet, quod Angelus

Digitized by Google

lus bonus,vel malus poſſet propria virtute al ligare materiam alicui loco,à quo ipſa nõ poſſet ſua naturali virtute recedere. Dico tertiò, quòd iſta impotentia mouendi corpus,non cõuenit animæ,ratione immaterialitatis,nec propter imperfectionem eius, ſed quia anima naturalitèr eſt nata informare corpus; & eſſe pars compoſiti, & ideo non conuenit ſibi mouere corpus,ſeparatum,niſi mediante coniuncto.

Secundò. Anima habet vbi in ſua virtute actiua:ergo poteſt ſe mouere ad vbi conſequētia patet, antecedens probatur. Lapis habet in ſua virtute actiua,vt acquirat vbi,& moueat aliud:ergo & anima quæ eſt nobilior.

Reſpondeo, primo negatur conſequentia, quia vbi æquiuocè conuenit ſpiritibus. Item quia anima non eſt nata mouere aliquod corpus niſi primò moueat corpus,quod informat, ſicut etiam grauitas terræ ſi eſſet ſeparata, & alligaretur paleæ,non moueret eam niſi miraculosè,lapis autem eſt natus mouere etiam corpus,quod non informat.

¶Secundò,negatur antecedens, quia vbi, & ſitus,non poſſunt ſuſcipi niſi in ſubiecto quanto, & corporeo,& eſſe in loco diffinitiuè,non eſt eſſe ſubiectum vbi, ſed eſt contingere locũ, vel ab ipſo contingi actu virtutis.

Tertiò poſt reſurrectionem: anima mouebit corpus glorioſum non organicè, ſcilicèt mouēdo vnam partem poſt aliam, ſed totum ſimul: ergo & nunc poteſt quando eſt ſeparata mouere aliquid patet conſequentia, quia nulla noua corpori potentia dabitur in reſurrectione.

Reſpondeo: negatur antecedens loquendo de virtute naturali, quia licet anima non habebit virtutem motiuam naturalitèr reſpectu corporis glorioſi, habebit tamen nouam virtutem gratiæ,vel gloriæ. Si autem antecedens intelligitur de virtute ſupra naturali, non eſt contra concluſionem. Non valet etiam hæc conſequentia. Anima poteſt mouere non organicè corpus ſibi vnitum: ergo poteſt non organicè corpus ab ea ſeparatum:cuius ratio iam ſupradicta eſt.

Contra eandem arguit Aureolus primo,anima coniuncta corpori poteſt immediatè mouere corpus,& non organice,ideſt per partem: ergo ſeparata hoc poteſt. Antecedens eſt Philoſophi lib.de cauſa motus animalium.Et Cõmentatoris, 8.Phyſ.cõment.36.vbi dicit, quod ille,qui ſaltat, mouetur totaliter, conſequentia patet,quia non propter aliud dicis animam ſeparatam,non poſſe mouere,quia potentia motiua eſt organica.

Reſpondeo, primò,negatur conſequentia, ſed cauſa huius eſt,quia non eſt nata immediatè mouere,niſi corpus quod viuificat.

¶Dico ſecundò ad antecedens, vt elicitur à S.D.in tractatu de motu cordis, quod aliquis motus corporis cauſatur immediatè ab anima, ſcilicèt motus cordis,& alij ſibi neceſſariò connexi, & iſte motus non cauſatur ab anima per aliquam potentiam mediam inter animam, & corpus pluſquam motus grauium, & leuium, ſed conſequitur animam, vt eſt forma talis corporis ex quo infero,quod anima reſpectus motus cordis,non habet potentiam motiuam.

¶Dico tertiò, quod omnis alius motus animalis cauſatur ab anima mediante corde,& ſpiritibus à corde procedentibus ad reliqua mẽbra, cauſatur etiam mediante aliqua potentia organica, ſcilicet ſenſitiua, & appetitiua, quæ originantur in corde,& capite, & mediante potentia executiua,quæ eſt in neruis,& muſculis, anima autem ſeparata nullam talem potentiā organicam habet. Ad probationem dicitur, quod mens Philoſophi eſt, quòd quælibet pars corporis mouetur ab anima, ſed differentèr, vt dictum eſt. Ad Commentatorem dicitur,quod in eo,qui ſaltat, totum corpus mouetur per ſe, & anima per accidens,ſed alitèr,& alitèr mouētur partes animalis. Nam cor mouetur per ſe motu vitali,qui conſtat ex tractu, & pulſu, ſed motu animali,qui potentiam organicam exercetur,cor mouet alia membra,& conſequentet mouet ſeipſum per accidens ſicut nauta mouet ſe per accidens mouendo nauim,& ſic patet, q in ſaltu anima non mouet immediatè aliquam partem,per potentiam organicam. Ad prædicta faciunt ea,quæ ponit Sanct. Doct.de anima art.9.ad 6.

Secundò,anima conuenit cum ſubſtantijs ſeparatis in virtute motiua, vt dicit Commen. 12.metaph. comm.33. ſed ſubſtantiæ ſeparatæ poſſunt mouere corpus, quod non viuificat: ergo,& anima.

Reſpondeo, ſi loquitur de conuenientia analogicè,vel generis remoti,cõceditur antecedēs, & negatur conſequentia, ſi de conuenientia ſpecifica,negatur antecedens,& conceditur cõſequentia. Non oportet autem, quod ea quæ conueniunt in eadem virtute motiua analogicè,habeant idem obiectum,ideo aliud eſt obiectum potentiæ motiuæ Angeli, & aliud potentiæ animæ,vt elicitur à S.D.in quæſtio. de malo q.16.art.10.

*Concluſio II.* Anima ſeparata virtute diuinitus ſibi collata poteſt mouere localitèr corpora,probatur ſic 4.ſentent.diſt.45.q.1 quæſtiũcula 3. Animæ ſeparatæ aliquando apparent in corporibus aſſumptis ab eis localiter motis, ſicut beata Agatha apparuit Beatæ Luciæ: ergo mouent illa corpora, ſed non ex potentia naturali, vt patuit per præcedentem concluſionem:

nem: ergo ex potentia ſupernaturali. Et ſic eſt ſ… huius vltimæ quæſtionis.

*In hac 30 Diſtinctione. quarti Sententiarum, & 2 quæſtionibus ſequentibus confutantur hæreſes damnatæ, vt in noſtro Commentat. in text. Magiſtri, & confutantur etiam hæreſes, quæ ſunt in Abecedario, & in Ethimologijs hæreſum, & confutantur ſimiliter Idolatria, vt in Abecedario Idolorum in principio, vide ibi lit A. C. & I. ac etiam cõfutantur falſæ Theologię Phænicum, Egyptiorum, Grçcorum, Atlãticorum, Phrygiorum, Gentium, etc. ab Euſebio in primo, ſecundo, tertio, & quarto libro de præparatione Euangelica contra Theologiam fabuloſam Poetarum antiquorũ. Contra genealogias Deorũ falſorũ Heſiodi, & contra genealogias falsorum Deorũ Homeri, ex quibus Boccacius de Græco in Latinum verſauit ſuam geneologiam, & de Latino in Hetruſcum, vt ait Aſcenſius, & Seruius ſuper Virgilium, etc. & vide Ouid. & Anguillaram in Metamorph.*

*Ex concluſionibus, probationibus, & ſolutionibus argumentorum Caprçoli ſoluuntur argumenta Vulpes, & aliorum recentiorum facile, vt facit Ariſtotiles ad argumenta Antiquorum, quod veritatis cognitio dubiorum eſt ſolutio, & cum Cardinali Bellarmino dicente in libro de Scriptoribus Eccleſiaſticis de Ioanne Capræolo, quòd Ioann. Capreolus ſit defenſor Egregius Sancti Thomæ, & optimè diſſoluit omnia argumenta aduerſariorum: dicunt verba formalia Bellarmini, ergò ſi optimè diſſoluit per Bellarminum ſunt ſoluta argumenta cum his doctrinis hic: Sicut ſoluit Ariſtoteles contra antiquos dicendo in 3. de Cœlo, & in 3. Metaphiſic. veritatis cognitio, dubiorum eſt reſolutio.*

*Reſpondetur ſecundò cum Cardinali Sarnano Franciſcano doctiſſimo, cum concordantia huius diſtinct. et ſimilitèr cum concordantia Bonęherbę.*

*Reſpondetur tertiò cum Petro de Bergamo, et Barthólomęo Spina dicentibus in tabula Sancti Thomę, quod qui ſcit totam Logicam Sancti Thomę, Philoſophiam etiam moralem, totam Metaphyſicam Sancti Thomę, et totam eiuſdem Theologiam, nullum poteſt facere argumentum contra Sanctum Thomam, et ideò ſubdit, quod iſti recentiores ſtudent tantummodò articulo, ſuper quem componunt, et non habent in mente omnia opera Sancti Thomę loquentis prçſuppoſitiuè, præſupponendo omnia ſupradicta, & dicendo, quæ propter prçrumpunt in verba in tantum Magnum Doctorem nullo modo applicanda, quòd Sanctus Thomas contradicat ſibi ipſi, et ideò Cardinal. Sarnanus, quia ſciebat totum Sanctum Thomam concordauit ſimilitèr, etiam Ioannes Capræolus ſoluit argumenta aduerſariorum, cum locis Sancti Thomæ, quia totum in mente habebat Sanctum Thomam, et ideò Bellarmin. dicebat bene omnia ſoluere Capreolum.*

*Argumenta verò Vaſquez, Valentię, Molinæ, Suarez, etc. quia colliguntur, et ſoluuntur, clarè, diſtinctè, et breuitèr à Ripa, à Nazario, à Conſales, à Nauarretto, à Zenardo, et prçcipuè à Montagnolo, in prima parte Sancti Thomæ quęſt. 75 de homine quantum ad eſſentiam animæ, ideo vide ibi.*

*Vide noſtram expoſitionem Petri Lombardi aperientem mentem huius materiæ, vt in folio 72. hic, et infra pro 3. reſponſione Vulpes. Ac etiam vide 1. 2. et 3. folium pro reſponſione quarta, quinta, et ſexta ad argumentum eiuſdem Vulpes.*

*Reſpondetur ſeptimo declaratione Scoti, & Sancti Thomæ per Radam Franciſcanum hic declarantem S. Thom.*

*Loca Sacræ Scripturæ hic, & infra à Salmerone, Emanuel Sa, à Toleto, à Prierio, Vegha, à Poſſeuino, à Salian, Torello in annalibus à creatione Mundi, quæ videntur repugnare aliquo modo Thomiſtis, quia ſunt concordata à nobis in fine noſtrç expoſitionis totius Bibliæ, et in Anatomia Biblię impraſſa ideò vide ea illic.*

*Reſponſiones apparentes contradictiones apud Vulpes, vide in fine huius quarti.*

Explicit Epitome Quæſtionum in Quartum Librum Sententiarum Magiſtri Pauli Soncinnatis ad mentem Ioannis Capræoli Tholoſani, Ordinis Prædicatorum, ac Thomiſtarum Principis.

Cum additione recentiorum contradicentium Vulpes, Ferchij, & cæterorum, nec non expoſitione omnium textuum neceſſariorum Magiſt. Petri Lombardi, etiam contra omnes Hæreſes, & Hætimologias Abecedarias recitatas, & reiectas per Magiſtrum Mauritium de Gregorio Siculi Cammaratæ, & cum additione ſcribentium contra omnes hçreſes, & contra Gentiles cunctos.

FINIS QVARTI LIBRI SENTENTIARVM.

*†*†*
*†*
*

POENVL-

Digitized by Google

# POENVLTIMÆ RESPONSIONES AD APPARENTES CONTRADICTIONES SANCTI THOMAE,

*Quæ reuera non ſunt contradictiones S. Thomæ; ſed apud neſcientes totum S. Thomam, vt in omnibus diſtinctionibus dicebamus cum Bellarminio, & cæteris contra ſæpies nominatum.*

APPARENS contradictio Angelicus Doctor in prologo primi periher. dicit, quòd Logica eſt ſciētia rationalis, ſic etiam, & primo poſter. lect. prima. Huius tamen oppoſitum videtur aſſere. re 4. metaph. lect. 4. vbi dicit, quod materia Dialecticæ eſt ens, & ea quæ ſunt entis, de quibus etiam Philoſophus conſiderat; modo ens, & ea quæ ſunt entis, de quibus Philoſophus cōſiderat ſunt entia realia, quia Locica tractat de entibus realibus; ergo erit ſcientia realis, quia ſcientia ſpecificatur ab obiecto, quod conſiderat. Et eò magis apparet hoc ex libro prædicamentorum, qui totus eſt realis; prædicamenta enim, vt ſubſtantia, quantitas, & qualitas, ſunt paſſiones entis realis, de quibus Logicus tractat, & Metaphiſ. 5. metaph. per totum. Reſp. 7.

Dicimus, aliquam ſcientiam dici realem, multis modis intelligere poſſumus; Primò, quia ipſa ſcientia, eſt ens reale, quo pacto omnis ſcientia realis nuncupatur, cùm ſit in prædicamento qualitatis, & in prima eius ſpecie, quæ eſt habitus, vel diſpoſitio. Secundo, aliqua ſcientia poteſt dici realis, quia eſt in ſubiecto reali; & hoc etiam modo, quælibet ſcientia realis vocari debet, quia quælibet earum eſt in intellectu poſſibili ſubiectiuè, qui quidem intellectus eſt potētia animæ noſtræ, quæ eſt Ens realiſſimum. Tertio, ſcientia aliqua realis appellatur, quia habet cauſam realem, & ſic etiā omnis ſcientia realis nuncupari poterit, quandoquidem anima noſtra, quæ eſt ens reale, dicitur cauſa efficiens, & finalis, & materialis omnium ſcientiarum. Quartò, ſcientia aliqua dicitur realis ratione obiecti, circa quod ſcientia illa verſatur, & tunc illa tantùm ſcientia dicitur realis, quæ habet obiectum reale, exiſtens extra animam, vt Philoſophia naturalis, quæ verſatur circa ens mobile; & Mathematica, quæ verſatur circa ens quantum; & Metaphyſica, quæ verſatur circa ens inquantùm ens; ſic & Theologia, quę conſiderat Deum benedictū. Logica verò verſatur circa obiectum, quòd eſt ens rationis, & propterea optimè dixit Sanct. Thomas, quòd Logica eſt ſcientia rationalis, intelligendo obiectiuè, quia obiectum ſuum eſt ens rationis. Nec contradicit ſibi ipſi ex hoc, quod 4. Metaph. affirmat, cum ait Ariſtot. quod circa idem verſatur Logica, & Metaphyſica; ſeù materia Dialecticæ eſt ens, & ea, quæ ſunt entis, quia hoc intelligitur ſecundò intentionalitèr, non autem naturalitèr, & primò intentionalitèr, nàm ens rationis propriè dicitur de illis intentionibus, quas ratio adinuenit in rebus conſideratis, ſicut intentio generis, & ſpeciei, & ſimilium, quæ quidem non inueniuntur in rerum natura, ſed conſequuntur conſiderationem rationis, & poſſunt applicari omnibus rebus conſideratis à Philoſopho reali, & ſic ēt liber Prædicamentorum conſideratur à Logico non in ordine ad paſſiones reales, ſed in ordine ad intentiones ſecundas. Et ideò nulla eſt contradictio in dictis Sancti Thomæ, & Ariſtotelis. Reſp. 7.

Apparens contradictio Angelicus Doctor primo Poſteriorum, lect. prima, dicit, Logicam eſſe artem, quia ſicut ex hoc, quod ratio de actu manus ratiocinatur, adinuenta eſt ars ædificatoria, vel fabrilis, per quas homo facilitèr, & ordinatè hos actus exercere poſſet, eadem ratione ars quędam neceſſaria eſt, quæ ſit directiua ipſius actus rationis, per quam ſcilicet homo in ipſo actu rationis, ordinatè, & facilitèr, & ſine errore procedat, & hæc eſt ars Logica. Oppoſitum huius ſcripſit in prologo primi Periherm. vbi dixit, Logicam eſſe ſcientiam. Confirmatur ex dictis Ariſtot. in anteprædicamentis, vbi vocauit Grammaticam eſſe ſcientiam, quanto magis Logicam? & ars diſtinguitur cōtra ſcientiam, intellectum, prudentiam, & ſapientiam, 1. Poſter. lect. 44. Reſp. 7.

Apparēs cōtradictio hęc prouenit ex ignorātia huius termini ars, q duplicitèr ſumi poteſt;

Pri-

Digitized by Google

Primò communiter, vt continet ſub ſe omnes habitus intellectuales,& ſic non eſt habitus diſtinctus ab alijs,continet enim ſub ſapientiam, quæ eſt cognitio de primis cauſis, & principijs complexis rerum, continet etiam, & habitum intellectus,qui eſt cognitio principiorum indemonſtrabilium, nec non, & ſcientiam, quæ eſt firmas,ac certus, euidens habitus concluſionū, acquiſitus per demonſtrationem, continet adhuc,& habitum practicum,quia ſi eſt circa agibilia,vocatur prudentia, quæ eſt recta ratio rerum agibilium à nobis, ſi verò eſt circa factibilia,tunc vocatur ars, quæ eſt cognitio rerum factibilium. Cùm ergo ars ipſa communitèr ſumpta nil aliud ſit,niſi collectio plurium præceptorum in vnum finem tendentium,quo modo prædicatur de omnibus habitibus intellectualibus,vndè ſapientia,ſcientia, & Grammatica,& Rhetorica artes dici poſſunt; ideò Logici diffiniendo Dialecticam, dicunt, quòd eſt ars artium,& ſcientia ſcientiarum, ad omnium methodorum principia viam habens. Si autē capitur ars propriè ſumpta, prout Ariſtot. 6. Ethic.dicebat,quòd eſt recta ratio rerum factibilium à nobis, ſic diſtinguitur contra alios habitus; & hoc modo diuiditur per ſeptem artes mæchanicas, quæ ita dicuntur,quia faciunt intellectum mæchari, ideſt commiſceri cum rebus exterioribus, & alienari à ſua propria operatione,quæ eſt ſpeculatio: quemadmodū homo mæchari dicitur,quādo derelinquit propriam vxorem,& adhæret alienæ,ſic & intellectus,qui habet quaſi pro vxore ſua ipſam ſpeculationem, quando derelinquit ſpeculationē, & exercet ſe in operatione exteriori, dicitur mæchari. Ex his ergo ſoluitur contradictio; quia quando dixit Sanctus Thomas 1. Poſter. Logicam eſſe artem, loquutus eſt de hoc nomine Ars,communitèr,vt continet ſub ſe cæteros habitus intellectuales, inter quos ſcientia connumeratur, & propterea in prologo 1. Periherm. vocauit Logicam ſcientiam,quia ſcientia,& ars dici poteſt. ſic etiam Ariſtot. in antepredicamentis loquens de ſcientia, dixit, quòd eſt in ſubiecto,ſcilicèt inhæſionis,& dicitur de ſubiecto inferiori, puta de Grammatica,quia Grammatica ſcientia etiam dicitur, cùm conſideret de ſermone congruo, vel incongruo; & Logica de ſermone verò, & falſo; & Rhetorica de ſermone ornato,& inornato: immo dicuntur artes, & ſcientiæ triuiales iſtæ tres, quia tribus vijs in vnum finem tendunt, videlicet in cognitionem ſermonis, queādmodum illæ aliæ quatuor artes, Muſica, Aritmetica, Geometria, & Aſtrologia,dicuntur artes,& ſcientiæ quatriuiales,quia quatuor vijs tendunt in vnum finē, ſcilicet in cognitionem quantitatis; Arithmetica enim tractat de quantitate diſcreta, hoc eſt de numero, qui non eſt contractus ad aliquam materiam ſenſibilem: Muſica tractat de quantitate diſcreta,contracta ad ſonum; Geometriam verò diſputat de quantitate continua ſed non cotracta ad aliquam materiam ſenſibilem; Aſtrologia eſt illa, quæ diſputat de quantitate continua, contracta ad motum cœli. Ex quibus claré habetur, artem continere ſub ſe ſeptem artes liberales, & ſcientiam communitèr ſumptam.

Apparens contradictio Angelicus Doctor in prologo 1. lib. Periherm. loquens de ſubiecto Logices, dicit, ſubiectum eius eſſe operationes intellectus; & probat hoc modo, Illud eſt ſubiectum,circa quod verſatur ars,vel ſcientia, 1.Poſt.tex.179. ſed Logica verſatur circa operationes intellectus,ergo operationes intellectus ſunt eius ſubiectum,probat minorem, quia liber prædicamentorum tractat de pertinentibus ad primam operationem intellectus; liber Periherm. de pertinentibus ad ſecundam; liber Poſt. & conſequentes,de pertinentibus ad tertiam. Oppoſitum huius expreſsè docuit 4. Metaphyſ. in expoſitione tex. 5. vbi ait, Ens rationis eſt propriè ſubiectum Logices. Et propter hanc apparentem contradictionem Hieronym. Balduinus inquirens, de ſubiecto Logices, vocauit S.Thom. varium, &c. Reſp.7.

Aliqui, vt fuerunt Nominales,voluerunt ſubiectum in Logica facultate eſſe terminum; hinc Paulus Venetus,& Paulus Pergulenſis omnia logicalia per terminos diffinierunt: Aliqui vero poſuerunt ſubiectum in Logica eſſe voces; nonnulli verò dixerunt eſſe res; & hinc Ariſtot. de omnibus rebus in prædicamentis conatus eſt diſputare; Multi dixerunt eſſe argumentationem; aliqui ſyllogiſmum, aliqui verò demōſtrationem, aliqui modum ſciendi, aliqui inſtrumentum cognoſcendi, aliqui verò ſecundò intellecta, vt inſtrumenta notificandi, ſicut latius diſputauimus 4 Metaph. dilucid. 5. Sanctus verò Thomas ſemper fuit huius opinionis, ſubiectum in Logica facultate eſſe ens rationis. Si autem 1. Periherm. ſicuti etiam, & 1. Poſter. in prologo, diſtinguendo omnes libros Logicæ facultatis, affirmauit eos de operationibus intellectus ſufficientèr pertractare, non habuit aliam intentionem ab illa,quando dixit, quod ens rationis eſt ſubiectum, quandoquidem operationes intellectus duplicitèr conſiderari poſſunt; Vno modo in ordine ad paſſiones reales,& ſic nulli dubium eſt, quòd ſint entia realia,de quibus Ariſtot.3.de anima diſputat; Alio modo conſiderari poſſunt in ordine ad ſecundas intentiones, ſeù vt breuius dicam, ſecundò intentionalitèr, & ſic nil aliud ſunt, niſi ens ratio-

tionis. Ob hoc nulla eſt contradictio, dicere aliquando ens rationis eſſe ſubiectum, & operationes intellectus, ſecundò intentionalitèr, eſſe etiam ſubiectum in logica facultate, nàm nō loquitur Sanctus Thomas de ente rationis, vt genitiuus ille rationis, accipiatur effectiuè, & ſubiectiuè, quales ſunt conceptus formales, quos intellectus in ſeipſo efficit, & producit: illa enim ſimplicitèr nō dicuntur entia rationis, quia verè ſunt qualitates realitèr inhærentes ſubiecto, ſed accipitur ens rationis, vt eſt conditio in rebus, quæ conuenit illis ſolùm ex operatione intellectus, licet enim omnes res ſint ſingulares, tamen ex hoc, quòd intellectus cognoſcit hominem conceptu communi, abſtrahendo à conditionibus ſingularibus, res ipſa ſic concepta, fit ſpecies, & ſi concipiatur conceptu magis vniuerſali, vt animal fit genus, & illa natura ſic abſtracta, vel reſpectu potius, quē habet ad conceptum abſtrahentem, dicitur cōceptus obiectalis, & ens rationis, quia non hoc eſt eſſe diſtinctam à ſingularibus, niſi per operationem intellectus, & ſi concipiatur ea ratione, qua eſt commune pluribus differentibus numero, eſt ſpecies, & ſi commune pluribus differentibus numero, eſt ſpecies, & ſi commune pluribus differentibus ſpecie, eſt genus, quamuis ſint alia entia rationis in ipſis vocibus, inquantùm ſunt ſigna ſignificatiua ad placitum; nàm ly homo ex natura rei non habet, vt ſit nomen, ſed ex operatione intellectus imponētis, & ſic reſultant intentiones, propoſitiones, ſyllogiſmi, & hæc talia dicuntur entia rationis poſitiua, conſequentèr ad operationes intellectus, & habentia fundamentum in rebus, mediatè, vel immediatè, ad differentiam illorum entium, quæ nullum habent fundamentum in re coniūctim, licet diuiſim, vt mons aureus, & hinnocernus; his enim modis nedum operationes intellectus, ſed cetera entia realia in ordine ad intētiones ſecundas, entia rationis dici poſſunt, & ſic Sanct. Thomas loquutus eſt 4. Metaph. lect. 4. & opuſc. 42. de natura generis cap. 4. & Auic. primo Metaphiſic. quando dixit, quòd Logica eſt de ſecundis intentionibus adiunctis, & Caiet. lib prædicab. cap. de genere. Errat igitur Hieronymus Balduinus tribuēdo S. Thomę quod ei non conuenit.

Apparens contradictio Angelicus Doctor 1. Periermen. lect. 4. dicit: Sunt autem differentiæ entis poſſibile, & neceſſarium, quibus verbis apertè oſtendit, ens habere differentias. Oppoſitum huius ſcripſit Metaphyſ. lect. 7. vbi probat, ens non habere differentias, quia differenrentia eſt extra eſſentiam illius, cuius eſt differentia, ſed nihil poteſt eſſe extra eſſētiam entis, nam quid eſt extra eſſentiam entis? nihil: hoc autem differentia eſſe non poteſt, & propterea Ariſtot probauit 3. Metaphyſ. text. 10. ens non poſſe eſſe genus, quia non habet differentias, quomodo autem poſſibile, & neceſſarium ſunt differentiæ entis? erunt ergo ipſa non entia, &c.

Contradictionem iſtam ſoluit ipſemet Sanctus Thomas 4. Metaphyſices, lect. 4. circa finē, vbi aſſerit vnum, & ens, eſſe genera, ſed non quod ſint verè genera, ſed ratione ſuæ communitatis quandam ſimilitudinem generum hebent, quia genus, cùm triplicitèr capi poſſit, iuxtà ſententiam Porphyrij in prædicabilibus, vel pro principio generationis, vt pater, & patria, vel pro eo cui ſupponitur ſpecies, vt animal, cui ſupponitur homo, vel pro principio multitudinis, vt Romulus dicitur genus Romanorum, & hoc modo ens poteſt dici, quod ſit genus, quia habet quandam ſimilitudinem generis, & ſicuti ens ſimilitudinariè dicitur genus, ſic etiam, & eius differentiæ, ſimilitudinariè differentiæ dici poſſunt, quia non ſunt veræ differentiæ, & propterea nulla eſt contradictio, dicendo in 1. Periermenias, poſſibile, & neceſſarium eſſe differentias entis, ſimilitudinariè capiendo differentias, quando verò 5. Metaphyſ. negauit ens habere differentias, loquutus eſt de differentijs, vt rationale, & irrationale ſunt differentiæ, quibus diuiditur animal, hoc enim modo ens non habet differentias, & propterea optime ſancitum eſt 3. metaph. text. 10. ens non eſſe genus: Et ſi quis quæreret, Quæ namque ſunt differentiæ illæ communitèr ipſius entis? Reſpōdetur, quòd illæ differentiæ ſunt paſſiones eius, quæ ſunt in duplici differentia, nàm quædam ſunt paſſiones ſimplices, vt quinque illa tranſcendentia, vnum, verum, bonum, aliquid, & res; & quædam ſunt paſſiones coniunctæ, vt idem, diuerſum, vnum, & multa, actus, & potentia, dependens, & independens, neceſſarium, & contingens, æquale, & inæquale, & ſimilia, quæ omnia poſſunt dici ens, differentiæ communiter ipſius entis. Sed conſiderandum eſt, quod inter iſtas paſſiones, ſeù differentias, præſertim ſimplices, datur quidam ordo, non quòad res ipſas ſignificatas, ſed quòad rationes formales, hoc modo videlicet, quia intellectus primo concipit ens, ſecundo concipit vnum, quia ex hoc, quòd intellectus concipit ens, venit in cognitionem ipſius non entis, quia ex oppoſito cognoſcitur oppoſitum, & ſic ex ente cognoſcitur non ens, & ex hac cognitione venit intellectus in cognitionem diuiſionis, nàm cognito, quòd ens non eſt nō ens, ſtatim cognoſcit diſtinctionem inter ens, & non ens, cùm ſint oppoſita, & ex hoc etiam venit in cognitionem indiuiſionis, quandoquidem omne ens in ſeipſo eſt indiuiſum

Digitized by Google

ſum aliquo modo indiuiſionis: vnde illud, quòd non eſt vnum, non eſt ens, & propterea intellectus cognito ente, ſtatim cognoſcit ipſum vnũ, & poſt cognitionem vnius, cognſcit ipſum aliquid, & poſt cognitionẽ huius paſſionis, quòd eſt aliquid, immediatè intellectus cognoſcit ipſam rem, quoniam res ipſa dicitur à ſua propria quidditate, vel eſſentia, & poſt cognitionẽ ipſius rei, intellectus ipſe cognoſcit verum, quia conceptus veri eſt prior conceptu boni: quandoquidem qualis eſt ordo inter intelligentiam, & voluntatem, talis eſt inter eorum obiecta, ſed intelligentia eſt prior voluntate, cùm ſequatur apprehenſionem intellectus: ergo verum quod reſpicit intellectum eſt prius cõceptum, quàm quod reſpicit voluntatem. Adde etiam, quia vniuerſalia ſunt priora in cognitione noſtra, vt ſcribitur 1. Phyſ. text. 3. ſed verum eſt vniuerſalius bono, eo quod conſequitur ens abſolutum, bonum autem conſequitur ens actu, igitur verum eſt prius, quàm ipſum bonum: Hic ergo ordo reperitur inter has ſimplices paſſionis entis. De ordine paſſionum coniunctarum erit alibi ſermo; pro nunc ſciendum et eſt, quòd ens quidditatiuè prædicatur de iſtis paſſionibus, ſeù differentijs contra nonnullos oppoſitum docentes. Verum notandum eſt, quòd ens ipſum multiplicitèr capi poteſt; Primò, vt ſignificat actum eſſendi, quòd idem eſt quòd actus exiſtendi, prout eſt participium huius verbi, Sum, es, eſt; Secundò poteſt capi ipſum ens, vt ſignificat naturam rei exiſtentis, tanquam nomen verbale, quemadmodum hoc nomen viuens, aliquando ſignificat actum viuendi, ſeù vitalem, qui eſt participium huius verbi viuo, viuis, & ſic opponitur ipſi mortuo, aliquando viuens, ſignificat ipſam naturam rei viuentis, & ſic ſpectat ad prædicamentum ſubſtantiæ, & opponitur rebus inanimatis, & non eſt participium illius verbi viuo, viuis, ſed nomen verbale, & hoc modo alias diſtinximus de ente, quod capitur duplicitèr, particularitèr, vel nominalitèr. Ens quoque dicitur de re illa, in qua diſtinguitur exiſtentia ab eſſentia, & hoc pacto Diuus Dionyſius lib. de diuinis nom. cap. 5. dicebat, Deum non eſſe ens, ſed eſſe ſupra ens: vnde in iſta propoſitione, quando dicitur, Deus eſt ens, ſi capitur pro participio, eſt in primo modo dicendi per ſe, quia exiſtentia Dei eſt eius quidditas, & eſſentia, & ſic intelligitur illud dictũ Exodi 30. Ego ſum qui ſum, & hoc pacto non prædicatur ens de creaturis, vnde dicendo, Angelus eſt ens, Cœlum eſt ens, vnum eſt ens, bonum eſt ens, iſtæ propoſitiones omnes ſunt falſę, quia non ſunt in primo modo dicendi per ſe, ſicut illa, Deus eſt ens; ſi verò ens capitur prout ſignificat eſſentiam, ſic prædicabitur in quid de omnibus rebus, & earum differentijs, quandoquidem omnia, quibus conueniunt paſſiones entis ſunt quidditatiuè entia, ſed paſſiones entis non communicantur, niſi illis, quibus communicatur quidditas, à qua fluunt, ſed nulla eſt differentia, cui non conueniat eſſe vnum, verum, bonum, rem, aliquid, & alia huiuſmodi, igitur hoc modo ens prędicabitur in quid, & quidditatiuè. Et propterea eſto cautus, quando diſputas de vniuocatione entis, & veri, quòd ſit vniuocum, vel æquiuocum Deo, & creaturis, propter illud argumentum, quòd fieri ſolet; Aequiuocorum idem eſt nomen, & diffinitio diuerſa, ſed Dei, & creaturarũ eſt idem nomen entis, & diuerſa diffinitio, quia iſta propoſitio, Deus eſt ens, eſt in primo modo dicendi per ſe, & creatura eſt ens, non eſt in primo modo dicendi per ſe, ergo Deus, & creaturæ conueniunt æquiuocè ſub ente, & non vniuocè: male ergo docent aliqui vniuocationem entis inter Deum, & creaturas.

Apparens contradictio Doctor Angelicus Sanctus Thomas 1. Poſter. lect. 2. aſſerit, ſubiectũ mobile conſiderari in Philoſophia naturali his verbis: Vnde in illis ſcientijs, quarum ſubiectum eſt aliqua ſubſtantia, id quod eſt ſubiectum, nullo modo poteſt eſſe paſſio, ſicut eſt in Philoſophia prima, & in ſcientia naturali, quę eſt de ſubiecto mobili, ſubiectum autem mobile eſt corpus, igitur corpus mobile eſt ſubiectum in Philoſophia naturali. Quòd etiam expreſſit lect. 25. his verbis: Animal eſt ſpecies corporis naturalis, & ideò ſcientia de animalibus eſt ſub ſcientia naturali, igitur corpus naturale erit ſubiectum, vt lect. 41. clarius dicit, Metaphyſica, quæ eſt de ente, ſiuè de ſubſtantia, eſt communior quàm Phyſica, quæ eſt de corpore mobili. Hoc idem dixit 1. lib. de cœlo lect. 1. & quęſt. 14. de verit. artic. 8. reſpondendo ad vltimum argumentum, vbi apertis verbis dicit, corpus mobile eſt ſubiectum naturalis Philoſophię. Oppoſitum horum dictorum ſcripſit in prologo 1. Phyſic. dicens, ſubiectum phyſicorum eſt ens mobile ſimplicitèr, non dico autem corpus mobile, quia omne mobile eſſe corpus probatur in iſto libro. Ex quibus apparet hic expreſſa contradictio.

Quidam ſoluentes pręſentem contradictionem, dicunt hæc nomina, corpus mobile, corpus naturale, ens mobile, ens naturale, ſic etiã ſubſtantiam mobilis, & ſubſtantia naturalis, necnon ſubſtantia ſenſibilis, & corpus ſenſibile idem ſignificare, & non eſſe diuerſa nomina realitèr, & propterea non eſt mirum, ſi aliquando Sanctus Thomas dixit primo poſteriorum, corpus mobile eſſe ſubiectum Philoſophię naturalis, & aliquando, vt in prologp primi phyſicorum,

ſicorum, dixerit, ens mobile eſſe ſubiectum, vnde nulla eſt contradictio inter hæc dicta. Et ex hac reſponſione conciliantur diuerſæ opiniones, nam Magnus Albertus, Magiſter S. Thomę voluit corpus mobile eſſe ſubiectum in Philoſophia naturali, ſicuti corpus mathematicum in Mathematica, & corpus metaphyſicum in Metaphiſica: Scotus voluit, ſubiectum Philoſophiæ naturalis eſſe ſubſtantiam naturalem, Auerroes verò docuit, eſſe res ſenſibiles, & aliquando (vt patet in 4. metaph. comm. 1.) expreſſit, ens mobile eſſe ſubiectum: Et ſic etiam S. Thom. diuerſimodè vſus eſt in diuerſis locis his nominibus, quæ ſunt diuerſa nominalitèr, non autem realitèr, quandoquidem realitèr pro eodem ſumuntur. Alij verò dicunt, nullam eſſe contradictionem, ſed eſſe potius retractationem, quia etſi 1. Phyſ. dixerit, ens mobile eſſe ſubiectum, tamen in proœmio libri de cœlo, & mundo, quem poſterius ſcripſit in ætate ſenili, & ſapientior effectus, dixit, corpus mobile eſſe ſubiectum, vnde nulla eſt repugnantia inter hæc dicta, quia vnum iſtorum correctum eſt per aliud, ſcilicet prius per poſterius. Verùm nulla harum duarum opinionum videtur eſſe ad aures Sanct. Thomæ, quandoquidem ipſe expreſsè 1. Phyſic. explicans in prologo diuerſas materias ſcientiarum, aſſerit quædam eſſe, quorum eſſe dependet à materia, nec ſine materia diffiniri poſſunt; quædam verò ſunt, quę licet non poſſunt eſſe ſine materia ſenſibili, tamen in eorum diffinitione materia ſenſibilis non cadit, & hæc differunt ad inuicem, vt curuum, ſimum, nàm ſimum eſt in materia ſenſibili, & neceſſe eſt, quod in eius definitione cadat materia ſenſibilis; eſt enim ſimum naſus curuus, & talia ſunt omnia naturalia, vt homo, lapis; curuum verò licet eſſe non poſſit, niſi in materia ſenſibili, tamen in eius diffinitione materia ſenſibilis non cadit, & talia ſunt omnia mathematica, vt numeri, magnitudines, & figuræ. Quædam verò ſunt, quæ non dependent à materia, nec ſecundum eſſe, nec ſecundum rationem, vel quia nunquam ſunt in materia, vt Deus, & aliæ ſubſtantiæ ſeparatæ, vel quia non vniuerſalitèr ſunt in materia, vt ſubſtantia, potentia, & actus & ipſum ens, & de his eſt Metaphyſica, tanquam de ſubiecto: De his verò, quæ pendent à materia ſenſibili ſecundùm eſſe, ſed non ſecundum rationem, eſt Mathematica tanquam de ſubiecto. Subdit deinde, materiam, & ſubiectum Philoſophiæ naturalis, aſſerens, quod de his quæ dependent à materia non ſolum ſecundum eſſe, ſed etiam ſecundum rationem eſt ſcientia naturalis, quæ phyſica dicitur; & quia omne, quòd habet materiam, mobile eſt, conſequens eſt, quod ens mobile ſit ſubiectum naturalis Philoſophiæ; naturalis autem Philoſophia de naturalibus eſt; naturalia autem ſunt, quorum principium eſt natura; natura autem eſt principiũ motus, & quietis eius, in quo eſt. De his igitur, quæ habent inſe principium motus, & quietis eius, in quo eſt. De his igitur, quæ habent in ſe principium motus eſt ſcientia naturalis, & ideo ens mobile ſimplicitèr eſt ſubiectum eius, nõ dico autem corpus mobile, quia omne mobile eſſe corpus probatur in iſto libro, ſcilicet 6. Phyſ. text. 23. & nulla ſcientia probat ſuum ſubiectum. Ex hoc diſcurſu luce meridiana clarius apparet nullam iſtarum duarum reſponſionum ſedare contradictionem propoſitam; & propterea in hac parte repræhenſus fuit à me quidam eximius, & ſapientiſſimus Doctor Georgius Buſtus Vercellenſis, qui in quibuſdam quæſtionibus ſuis de adæquato ſubiecto totius Philoſophiæ naturalis, docuit Sanctum Thomam pro eodem accipere corpus mobile, & ens mobile; & quia ipſe vidit repræhenſionem ſibi factam, rurſus in ætate ſenili ſcribens de eadem materia, idem confirmauit, nulla prorſus ratione motus, ſed ne videatur ſibi ipſi eſſe inconſtans, noluit retractare, quod vidit eſſe retractandum, ſed potius voluit permanere in mendacio. Et ideò poſtpoſitis omnibus affectionibus, & tantum veritatem habentes ante oculos, duplicitèr dicimus contradictionem iſtam poſſe tolli in doctrina Sancti Thomæ. Primò, quia libri Phyſici ſunt vniuerſaliores libro de cœlo, & mundo, nam in eis pertractantur res communes, & principia vniuerſalia, puta materia, forma, priuatio, natura, cauſæ motus in communi, infinitum, locus, tempus, necnon, & primus motor, vt patet in 8. Phyſ. & propterea S. Thomas volens exprimere quoddam ſubiectum commune, omnibus iſtis conſideratis, in octo libris Phyſic. dixit, eſſe ens mobile ſimplicitèr, quod poſuit Ariſt. in definitione motus 3. Phyſic. text. 6. dicens, quod motus eſt actus exiſtentis in potentia, ſeu entis in potentia, ſecundum quod huiuſmodi; hoc autem ens in potentia ſecundum quod huiuſmodi, eſt ens mobile ſimplicitèr, & erit ſubiectum totius Phyloſophię naturalis: Liber autem de cœlo, & mundo, cùm ſit particularior, & ſpecialior liber, & non ita amplior, & cõmunior, propterea tractat de mobili, ſecundum motum localem, qui eſt prima ſpecies motus, mobile autem ſecũdum motum localem eſt corpus mobile, & proptea ſapientiſſimè affirmauit, corpus mobile eſſe ſubiectũ Philoſophiæ naturalis, reſpiciẽdo ad particulares libros, ſicuti in libris de generat. & corrupt. tract. de motu ad formã, & primis mobilibus, ſcilicet eleemẽtis, quantũ ad tranſmutationes eorum in communi, & ideò in eis

eis ſubiectum eſt corpus tranſmutabile : in libris Metheororum diſputatur quoad ſpeciales tranſmutationes eorum,& ideo ſpecialia ſubiecta ſunt eius aſſignanda,ſicuti etiam in libris de mineralibus, & in libris de animalibus. Nulla ergo ex dictis contradictio eſt in dictis S.Thomæ, ſecundum iſta viam. Poteſt etiam ſecũdò dici,quod aliud eſt loqui de ſubiecto totali, & adæquato, aliud eſt de parte ſubiectiua ipſius ſubiecti,quia ſubiectũ, vt ſcribitur 1. Poſt. text. 179. tribus nominibus vocatur. Dicitur primò genus omnium corporum naturalium, quæ ſunt partes ſubiectiuæ,& ſic ens mobile in communi eſt tanquam genus omnium corporum naturalium, quæ ſunt partes ſubiectiuæ, ſeù ſpecies eius. Dicitur etiam compoſitum reſpectu ſuorum principiorum, vt docuit Auerroes 1.Phyſ.com.65. Dicitur etiam, & ſubiectũ in ordine ad ſuas paſſiones, vt ſcripſit Ariſt. 1. Topicor cap.4.& propterea ſubiectum dici ſolet,quod habet tria, ſcilicet partes,principia, & paſſiones. Quando ergo S.Thomas in prologo 1.Phyſic.ſapientiſſimè docuit ens mobile ſimplicitèr eſſe ſubiectum in Phyloſophia naturali,& non corpus mobile,loqutus eſt de ſubiecto totali, adæquato, ſiuè communi; quando verò in alijs locis dixit ſubiectum Phyloſophiæ naturalis eſſe corpus mobile, voluit intelligere de parte,ſeù ſpecie ipſius entis mobilis ſimplicitèr, quæ quidem ſpecies poteſt etiã dici ſubiectũ primũ primitate attributionis ad differentiam ſubiecti primi primitate adæquationis, & ſubiecti primi primitate intentionis, vt latius docuimus in additionibus noſtris phyſicalibus. Poteſt etiam, & tertio non inepte dici,ens mobile ſimplicitèr eſſe ſubiectum formale naturalis philoſophiæ, quia ei primò, & per ſe conuenit paſſio prima,& principalis,quę eſt motus, cùm dictum ſit quod in diffinitione motus poſitum eſt ens mobile; quod clarius oſtendit Ariſtot 4.Metaphyſ.text. 1.aſſignãs ſubiectum Metaphyſicorum eſſe ens ſimplicitèr, ſubiectum verò aliarum ſcientiarum eſſe partes entis ſimplicitèr,puta ens quantum in mathematica, & ens mobile in Phyſica. Et 6. etiam Metaph. text.1. dixit, quod Phyſica eſt Theorica circa tàle ens,quod eſt poſſibile moueri, hòc autem non eſt,niſi ens mobile ſimplicitèr: quando verò Sanct. Doctor ſapientiſſimè primò Poſt. & primo de cœlo, & in diſputatis dixit,corpus mobile eſſe ſubiectum in philoſophia naturali,loquutus eſt de ſubiecto materiali,quia participat rationem ſubiecti formalis; quemadmodum in Logica ſubiectum totale adęquatum,& formale dictum eſt quod eſt ens rationis, ſeù operationis intellectus, ſecundò intentionalitèr; ſubiectum verò materiale, & minus principale eſt Syllogiſmus;quia participat rationem entis rationis. Ex his ergo clariſſimè apparet, nullam eſſe in dictis S.Thomæ controuerſiam,& contradictionem.

Apparens contradictio. Angelicus Doctor lect. 41.Poſt.aſſerit,ſingularia eſſe priora,& notiora,quoad nos, quia ſunt proxima ſenſui, & opponuntur vniuerſalibus,ſiuè oppoſitione propinqua, ſiuè remota. Oppoſitum huius ſcripſit 1.Phyſic.lect.1.dicens: ea, quæ ſunt nobis nota, ſunt confuſa, qualia ſunt vniuerſalia, & propterea in ſcientijs opus eſt nos procedere ab vniuerſalibus ad ſingularia;quod latius oſtẽdit etiam 1. Poſt. quæſt.85. arg.3. & in libello de ente,& eſſentia,ad principium,vbi de mente Auicen. affirmat vniuerſalia magis eſſe nobis primò cognita, vbi Caietanus auream illam quæſtionem de primo cognito agitat.

Præſens contradictio ſecundum diuerſos Doctores diuerſimodè ſedari potuiſſet, ſed quia nos loquimur ad aures Sancti Thomæ,propterea iuxtà eius doctrinam videndum eſt, quomodo conciliari poſſint diuerſa hæc dicta ſua. Scio enim, quid Burleus, & Buridanus 1.lib. Phyſ. & Gregor. Arimin. 1.ſent. diſt.3. arg.2. & Durandus de S.Portiano 2. ſentent. diſtinct. 3. quæſt.7.vno animi conſenſu voluerunt, quod illud quod primo noſter intellectus cognoſcit, ſit quoddam ſingulare indiuiduum,cum ſit magis ſenſatum; Scotus verò 1.ſentent. diſtinct.3. quæſt.2. dixit, minus vniuerſalia eſſe nobis notiora magis vniuerſalibus, & ſic voluit, quod ſpecies ſpecialiſſima eſt primo cognita,& deinde genus. Marcus Antonius Zimarra in quadam quæſtione ſua peculiari de primo cognito,nouam viam adinuenit,circa id,quod primo intellectus cognoſcit, dixit enim ipſe, quod nõ ſemper ſernat eundem ordinem, ſed aliquando vniuerſaliora ſunt primò cognita, vt viuens, & animal prius cognoſcuntur,quàm equus,& leo; aliquando verò minus vniuerſalia prius cognoſcuntur, intellectus enim prius cognoſcit ſpecies aliquando,quàm genus. Et mouetur ex quadam doctrina, quam expreſſit Ariſt. 6.Metaphyſ.text.3.vbi dicit,quod equus, & aſina in producendo, ſeù generando mulum,conueniunt in quodam genere innominato,& incognito,quod eſt iumentum.& propterea in hac operatione, intellectus prius cognoſcit minus vniuerſalia, quàm magis. Sanctus autẽ noſter Doctor ſẽper fuit huius opinionis, ꝙ ẽs ẽ illud, ꝙ primo ab intellectu noſtro percipitur. Sed ſano modo eſt intelligenda hæc ſententia,quia ens dupliciter ſumi, & perpendi poteſt; Vno modo,prout eſt commune decem prædicamẽtis,ſignificans immediatè ipſa decem rerum genera,& ſic non intellexit S. Thomas: Alio modo

do ens ipſum ſumi poteſt, vt ſignificant immediatè quamcunque rem, ſiuè ſingularem, ſiuè non: & adhuc dupliciter conſiderari poteſt; Vno modo tranſcendentèr, vt ſignificat, & ſe extendit ad quamcumque rem, cuiuſmodi ſunt res ſenſibiles, & etiam intelligibiles vniuerſalitèr; Secundò vt ſe extendit tantum ad res ipſas ſenſibiles, & ſubiectas ſenſibus noſtris, & tale ens dicitur eſſe obiectum intellectus noſtri, pro iſto ſtatu, quo ſenſibus ipſis eſt alligatus: & hoc ens expreſſit Caietanus per id, quod eſt concretum quidditati ſenſibili, ſeù per ipſammet quidditatem ſẽſibilem, quę primo cognoſcitur cognitione confuſa actuali. Et hanc opinionem tenuerunt Arabes, præſertim Auicennas 1. Metaphyſ. cap. 6. ſic etiam, & Græci, de numero quorum eſt Ammonius, in præfatione libri Porphyrij, nec non, & Themiſtius 2. lib. Poſter. iuxta finem, & Phyloponus 1. lib. Phyſ. Eſt ergo opinio S. Thomæ de primo cognito, quod eſt vniuerſale magis, antiquiſſima inter Phyloſophos, & corroborata validiſſimis rationibus, quas adducere ad præſens eſſet ſuperuacaneũ, cum habeantur exactè apud Caietanũ in quæſtione de primo cognito. Sed ad formam contradictionis attendendo, dico quod ſingulare apud Sanctum Thomam dupliciter ſumi poteſt; Vno modo abſolutè pro indiuiduo, non prædicabili de inferiori, ſicut eſt Sortes, & Plato; Alio modo comparatiuè, ſcilicèt pro minus vniuerſali, ſicut homo poteſt dici ſingulare reſpectu animalis, quia eſt minus vniuerſale, & ſic 1. Poſter. ſcripſit Sanct. Thomas, ſingularia ipſa indiuidua ſenſibilia, quæ ſunt magis nota, quoad nos, quia cognitio ſenſus, quæ eſt ſingularium, præcedit cognitionem intellectus, quæ eſt vniuerſalium, ſed quia cognitio intellectualis eſt perfectior, vniuerſalia autem ſunt intelligibilia in actu, non autem ſingularia, cum ſint materialia, propterea ſimplicitèr, & ſecundum naturam ſunt notiora, primo autem Phyſ. per ſingularia non intellexit ipſa indiuidua ſimplicitèr, ſed minus vniuerſalia. Et ſic nulla eſt cõtradictio, præſertim cum ſingularia cognoſcantur per ſenſum, & vniuerſalia per intellectum. Diuerſimodè ergo ſunt intelligenda hæc dicta, quod vniuerſalia ſint primò cognita cognitione intellectiua, ſingularia verò primò etiam cognita ſint cognitione ſenſitiua: Quam ſolutionem latius videre poteris 1. par. quæſt. 85. ar 3.

Apparens contradictio. Angelicus Doctor lectione ſeptima, 1. Poſter. dicit, prima principia non poſſe demonſtrari, nec cognoſci per aliquod medium extrinſecum, ſed per cognitionẽ proprium terminorum. Oppoſitum huius docuit 1. Phyſ. Lectio 13. vbi aſſerit, Ariſtotelem probare prima principia rerum naturalium, nẽpè materiam, formam, & priuationem, quia inquolibet fieri reperiuntur hæc tria, ſcilicet ſubiectum, & terminus factionis, nec non & oppoſitum eius, & hæc probantur per media extrinſeca, quia materiam probat Ariſtoteles via tranſmutationis, & formam via operationis, quæ ſunt extrinſeca ab eis. Reſp.

Contradictionem iſtam ſoluit ipſemet Sanc. Thomas, continuando ſecundum librum Phyſicorum cum primo, aſſerens Philoſophum, in primo libro determinaſſe de principijs rerum naturalium, in ſecundo verò de principijs ſciëtiæ naturalis. Eſt ergo diſtinctio, quòd principia ſunt in dupplici differentia, quædam ipſarum rerum naturalium, vt materia, & forma, nec non & primus motor, & quædam ſcientiæ, ſeù doctrinæ, & cognitiones, quæ dicuntur principia per ſe nota, & dignitates ſunt in tripli ci differentia, quædam communiſſimæ, quæ sũt neceſſariæ ad omnia ſcientiarum genera, vt eſt iſtud. Omne, quod contingit affirmare, vel negare, & non contingit ſimul affirmare, & negare, ita quod duo contradictoria poſſint eſſe ſimul, vt docuit Ariſt. 1. Poſter. text. 26. & 4. Metaphyſ. text. 28 quædam ſunt dignitates, quæ dicuntur communes, quippè quæ non conueniũt omnibus ſciẽtijs, ſed quibuſdam tantum, vt eſt illa maxima, ſi ab æqualibus æqualia demas, quæ remanent, ſunt æqualia, & quædam dignitates dicuntur eſſe propriæ, vt ſunt oppoſitiones, quæ vnicam tantum ſcientiam conſtituunt, vt expreſſit Ariſt. 1. Phyſ. tex. 10. Subijciantur autem nobis, aut omnia, aut quædam naturalia moueri, iſtæ enim propoſitiones maximæ, quæ ſunt principia complexa, & doctrinæ, ſunt per ſe nota, & non poſſunt demonſtrari, & qui conabitur demonſtrare talia principia, dicit Auerroes, quòd eſt genus hominum prorſus ineptũ ad capeſſendam Phyloſophiam, quo genere hominum nullũ ſtupidius inueniri poteſt, & propterea optimè dixit S. Thomas lect. 7. 1. Poſter. talia principia non poſſe demonſtrari, intellige tu, ratione demonſtratiua, & per mediũ à priori, nam non erit inconueniens aliquando talia ſyllogizari, vt patet de illa maxima; Omne totum eſt maius ſua parte, hęc enim eſt per ſe nota, & qui voluerit iſtam demonſtrare, carebit iuditio, vt docuit Ariſtotel. 2. Phyſicor. text. 6. quia per ſe notum non poteſt demonſtrari, niſi partes ſint exceſſæ, igitur totum erit maius qualibet ſui parte, multa enim topicè ſyllogizamus, quæ demonſtratione non concludimus, quandoquidem demonſtratio eſt inſtrumentum notificans quæſit anaturalitèr occulta, vt dixit Auerroes 2. Poſter. commet. 1 Syllogiſmus verò topicus concludit ea, quæ probabilitèr tantum ſunt ignota, immo



Digitized by Google

etiam quæ ſuapte natura ſunt cognita, vt dixit Auerroes 4. Phyſ. com. 1. Interdum ea, quæ per ſe nota ſunt cauſa confirmationis, vel rationibus topicis, quæ dicuntur materies diſciplinæ apud Auerroem; apud Græcos, conſolatoria argumenta, vt ſunt exemplū, diuiſio, inductio, & ſyllogiſmus hypotheticus naturalis, cuius antecedens eſt æquè notum, vt conſequens, vel etiam probamus talia principia contra negātes ipſa, vtendo rationibus ducentibus ad impoſſibile, ſed quantum eſt ex ſe, ſunt per ſe nota, veluti ianua in domo, quam nemo ignorat: Principia verò rerum naturalium, ſeù ipſius ſubiecti Phyloſophiæ naturalis (vt melius dicam) poſſunt demonſtrari demonſtratione à poſteriori, & demonſtratione ſigni, & multis alijs modis, vt docuit Caietanus 1 par. Sancti Thomæ quæſt. 2. art. 3. loquēs de Deo, qui eſt ſubiectū in Theologia, & tamē ipſū probat eſſe Theologū; ſed hoc non eſt per ſe, ſed per accidens, quia nō ex medijs proprijs, ſed ex alienis, ſeù ex extraneis, appropriatis tamen miniſterialitèr, vel propter imperfectam participationem ipſius in nobis, vt dixit oculatiſſimus Zimarra in contradictionibus ſuis ſuper ſecundum lib. Phyſicorum, quod, quando principia illa ſunt nobis occulta poſſunt in ſcientia, in qua ſunt principia aliquo pacto demonſtrari à poſteriori. & ſic 1. Phyſ. probatur, materiam eſſe, & 8. Phyſ. primum motorem eſſe, tùm quia ſunt principia ſubiecti & non ſcientiæ, tùm quia aliquo pacto latent nos, tùm etiam rationibus topicis, & perſuaſibilibus, tùm contra negantes ipſa, tùm etiam vt annotauit ipſe Caiet. 1. Poſter. quod poſſunt principia, ſiuè ſubiecti, ſiuè ſcientiæ, etiam in parte proœmiali ipſius ſcientiæ probari, non autem in parte ſcientifica, pars enim proœmialis illa dicitur in qua proponuntur principia, dignitates, poſitiones, & poſtulationes; pars verò ſcientifica illa eſt, in qua demonſtrantur paſſiones de ſubiecto. Ex his manifeſtè colligitur, nullam eſſe contradictionem in dictis Sancti Thomæ.

Apparens contradictio. Angelicus Doctor 1. Poſter. lect. 44. ponit ad mentem Ariſt. habitus intellectiuos eſſe octo, ſcilicet, opinionem, ſcientiam, artem, rationem, prudentiam, ſapientiam, intellectum, ſolertiam. Oppoſitum huius docuit 6. lib. Ethicor. cap. 4. vbi quinque tantum habitus intellectuales enumerauit, ſcilicet, artem, ſcientiam, ſapientiam, prudentiam, & intellectum, ac ſi oblitus fuiſſet aliorum triū habituum, quos primo Poſteriorum enumerauit, & quòd peius eſt, quia loquens in Theologia, nempè 1. 2. quæſt. 57. art. 2. aſſeruit hoc idē, non eſſe niſi quinq; habitus intellectuales enumeratos. Ex quibus dictis quiſpiam ſibi perſuadere poterit, Sanctum Thomam repugnantia in doctrina ſua ſcripſiſſe. Reſp.

Sed contradictio hæc prouenit ex hoc, quòd aliquis non benè perſpexit dicta Sanc. Thomæ, quia alitèr Poſterioriſticus conſiderat habitus intellectuales, & alitèr moralis, Poſterioriſticus enim, ſeù logicus conſiderat hos habitus, vt ordinantur ad verum, & falſum, præſertim ſuſpitionem, quæ ob earum ambiguitatem, & inconſtantiam æque ſe habent ad verùm, & falſum, neque rationem magis in hanc, quàm in illam partem flectunt, qua ratione ductus, Simplicius, primo de anima ad principium, dixit ſcientiam eſſe cognitionem certam, incertam verò opinionem, quod tetigit, & Ariſtot. ipſe 1. Poſter. text. 44. Materia verò ſolertiæ poteſt eſſe, & neceſſaria, & contingens, vt in hoc diſcrepet ab opinione, & ſuſpicione, quæ ſunt in rebus contingentibus, nam ſicut ratio æquè diſcurrit in neceſſarijs, vti in probabilibus, ſolertia verò itidem facit, indicant enim exempla Ariſtot. hoc, qui dixit, 1. Poſter. ſolertem eſſe ſollicitum ad inueniēda media, vbi enim viderit Lunam ſplēdere ex ea parte, quæ ad ſolem vertitur, ſtatim affert cauſam illam, quòd luna ſuſcepit lumen à ſole, hoc autem exemplum eſt in re neceſſaria, quando verò ſolers ipſe viderit aliquem hominem contendentem cum diuite, ſtatim reddit cauſam huius rei, quia diues fœneratur, & vult pauperes opprimere, & hoc eſt in maxima contingente. Moralis verò aliter, & alia ratione diſtinguit, & conſiderat ipſos habitus, quia tantum in ordine ad verum, & proptèrea dicit, quod ars eſt habitus factiuus, cuius obiectum ſunt factibilia, prudentia verò eſt habitus actiuus, cuius obiectum ſunt eligibilia; ſcientia eſt habitus concluſionū, vt ſcribitur 1. Poſter. text. 6. Intellectus eſt habitus principiorum, vt habetur in eodem loco: ſapientia verò verſatur in cauſis diuinis, & eſt domina ſcientiarum omnium. Nulla ergo eſt contradictio in dictis S. Thomę circa enumerationem horum habituum, quia diuerſa ratione conſiderantur in logica diſciplina, & in morali. Addo etiam, quia tactum eſt vnum dictum in ſacra Theologia ex prima ſecundæ, quòd quidem latius docuit ipſemet S. Thomas ſecūda ſecundæ, quæſt. 48. per totum, vbi adducit opiniones diuerſorum authorum, de numero horum habituum, qui aliquando loquuti ſunt in generali, aliquando in ſpeciali: & (inter alios Doctores) Iulius in 1. libro Rhetorices loquēs de iſtis habitibus, diſtinguit habitum prudentię in tres alios habitus, ſcilicet in memoriam, intelligentiam, & prudentiam; Macrobius ſecundum

Digitized by Google

dum ſententiam Platonis attribuit prudentiæ ſex, ſcilicet rationem, intellectum, circumſpectionem, prouidentiam, docilitatem, & cautionem. Ariſtot. verò 6. Ethic. cap. 4. dixit, ad prudentiam pertinere euboliam, ſyneſim, & gnomin, & euſtochion, & ſolertiam, ſenſum, & intellectum. Theophraſtus voluit ad prudentiam pertinere euboliam, ſolertiam, prouidentiam, regnatiuam militarem, politicam, œconomicã Dialecticam, Rhetoricam, & Phyſicam: Vnde iſti Doctores inter ſe non ſunt diſcordes, quia aliud eſt, vt dixi, loqui de habitibus intellectualibus in genere, aliud eſt in ſpecie, & de partibus integralibus, & ſubiectiuis, ac potentialibus ipſarum, & ſic etiam non eſt inconueniens Diuũ Thomam in diuerſis locis ſuæ doctrinæ diuerſa de hac re proferre, quæ tamen ſi diligentèr conſiderantur, non repugnant ad inuicem, ſed ad vnum finem tendunt, vt eſt videre in quæſtione iſta allegata, argum. 4. vbi particularitèr loquitur de ſolertia ad mentem ipſius Iſidori, in libro Ethimologiarum, quòd ſolicitus dicitur, quaſi ſolers, & citus; propterea ſolicitudo ſpectat ad prudentiam, & ſic etiam, & ipſa ſolertia, quæ eſt facilis, & prompta coniecturatio circa inuentionem medij, cum ſit habitus, qui prouenit ex repentino inueniendo quod congruit, & in demonſtratiuis, & operatiuis, & in alijs quoq; operibus, & actionibus pertinentibus ad hos ſuprapoſitos habitus.

Apparens contradictio Angelicus Doctor 2. Poſter. Lect. 18. aſſerit cauſam, & cauſatum ſimul ſe conſequi, & per inuicem demonſtrari. Oppoſitum huius voluit 1. Poſter. Lect. 8. vbi improbat antiquos, ponentes omnia poſſe ſciri per demonſtrationem, quia cauſa demonſtratur per cauſatum, & cauſatum per cauſam: hoc autem quod dicebant antiqui, ait S. Thomas, non eſt poſſibile, quia ſic facile eſſet demonſtrare omnia, & non acquireretur ſcientia per demonſtrationem, quod eſt contra definitionẽ datam de ipſa, nam quilibet hoc facere potuiſſet, tàm ſciens, quàm ignorans, &c. Reſp.

Etſi diligentèr difficultas hæc à pluribus ſit examinata, attamen neque nobis, neque alijs eripitur phyloſophandi facultas. Propterea antequam tollatur vis contradictionis, videndum eſſe putamus, quod S. Thomas 1. par. q. 2. artic. 2. ſcripſit de demonſtratione, quòd eſt duplex, Vna, quæ eſt per cauſam, & dicitur propriè quid, & hæc eſt per priora ſimplicitèr; Alia eſt per cauſatum, & effectum, & dicitur demonſtratio quia, & hęc eſt per ea, quę ſunt priora quoad nos: Cùm enim effectus aliquis nobis ſit manifeſtior, quàm ſua cauſa, per cauſatum procedimus ad cognitionẽ cauſæ, ex quolibet enim cauſato, & effectu poteſt demonſtrari, propriã cauſam eius eſſe, ſi tamen cauſata illius cauſæ ſint magis nota, quòad nos, quia cum cauſatum dependeat à cauſa, poſito cauſato, neceſſe eſt cauſam præexiſtere, & propterea Deum eſſe, non eſt per ſe notum, quòad nos, demonſtrabile tamẽ eſt per cauſata nobis magis nota. Nec eſt contrarium id, quod ſcripſit Auerroes in prologo 1. Phyſ. & in 2. etiam Phyſ. com. 22 ponens tria genera demonſtrationum, quia, propter quid, & ſimplicitèr, & S. Thom. poſuit duo genera demõſtrationum, quia, & propter quid quia diuiſio, quam fecit Auerroes eſt ſub diuiſio vnius membri; nàm Sanct. Thomas dixit, quòd omnis demonſtratio, vel eſt quia, vel propter quid: Auerroes autem accepit demonſtrationem propter quid, & diuiſit eam in propter quid, & ſimplicitèr: Demonſtratio propter quid dicitur, demonſtratio cauſæ, quia dat cauſam, & notificat ipſam, quemadmodum eſſe illuminationis hodiernæ, eſt notum ad ſenſum, & ſolum eſt ignotum propter quid, iſtud propter quid non poteſt demonſtrari, niſi demonſtratione cauſæ tantum, quia ita eſt, quæ notificat propter quid ſolum, & non niſi ex cauſa ſua, id eſt ex præſentia Solis. Sol ergo pręſens eſt cauſa propter quid illuminationis hodiernæ. Sol præſens medium in hac demonſtratione propter quid eſt notum prima notitia, & non ſyllogiſmo; prima quidem notitia, quia apud ſenſum patet, vel inductione, ſenſatum. Demonſtratio verò ſimplicitèr ita dicitur, quia eſt vniuerſalitèr, & omne abſoluit vniuerſale, quod haberi poteſt, ſcilicet eſſe, & propter quid, vt omne rationale eſt riſibile, homo eſt rationalis ergo eſt riſibilis. Demonſtratio quia, dictum eſt, quod procedit ex cauſato ad cauſam, & vocatur demonſtratio ſigni, & à poſteriori, & ab effectu. Quo ſtante, dico quod cauſa vna poteſt demonſtrari per aliam cauſam in diuerſis generibus cauſarum, quia cauſæ ſunt ſibi inuicem cauſæ, vt docuit Ariſtot. 2. Phyſ. tex. 3. cauſa, & cauſatam demonſtrari per cauſam demõſtratione ſimplicitèr, & demonſtratione propter quid, & poteſt quoque cauſa per cauſatum demonſtrari, demonſtratione quia: primo modo vſus eſt Albertus 1. lib. Poſter. tractatu 2. cap. 15. vbi demonſtrauit vnam cauſam per aliam, alijs modis vſus eſt Ariſto. in pluribus locis ſuę doctrinæ: nàm 1. Poſter. habemus, quod per nõ ſcintillare demonſtrauit planetas eſſe propinquos demonſtratione, & quia per effectum, & poſtea ex propinquitate demonſtrauit nõ ſcintillare in planetis, demõſtratione propter quid, & 8. Phyſ. tex. 44. demonſtrauit motorem ſeparatum, æternum per motum, & deindè demonſtrauit æternitatem motus, per motorem æternum, & 2. de Anima ex definitione ipſius animæ

mæ

Digitized by Google

mæ, quod ſit actus corporis organici potentia vitam habentis, inueſtigat definitionem propriam cuiuſcunque animæ: & deinde regreditur ex propria definitione animæ, demonſtrando definitionem communem, & ſic 1. Poſt. tex. 5. aſſignauit duplicem definitionem demonſtrationis, & finalem, & materialem, & vna per aliam demõſtrari poteſt, & 2. Cœli tex. 15. probat dextrum eſſe in cœlo per principium motus, & infra regreditur, & probat principium motus per dextrum Cœli. Et ipſe S. Thom. 1. ſent. diſt. 1. quęſt. 4. art. 2. docet, quod ſicut inuenimus in proceſſu cognitionis, quòd in cognitionem principiorum venit quis per principiata, quibus tamen habitis magis ipſa cognoſcit, quam principiata, nec indiget principiatis ad cognitionem principiorum, quę iam per ſe cognoſcit, neceſſariò tamen principiatorum cognitionem admittit, imò illa cognitio per principia perficitur, & ita homo per creaturas cognoſcit Deum, & per Deum ipſum, poſtmodũ perfectè venit in cognitionem creaturarum. Non ergo eſt contradictio aliqua, quòd cauſarum cognoſcatur per cauſam, & cauſa per cauſatum, per diuerſa genera demonſtrationum. Et antiqui reprehenſi ſunt non ex hoc, ſed quia eodem genere demonſtrationis voluerant cauſam cognoſcere per cauſatum, & è contrà; propterea improbata eſt demonſtratio circularis vniformis ab Ariſtot. non autem demonſtratio circularis diſformis, quia hac ipſemet Ariſtot. vſus eſt, & omnes ferè ſapientiſſimi Phyloſophi, &c.

Apparens contradictio. Angelicus Doctor Sanctus Thomas 2. lib. Poſter. lect. vltima aſſerit, ſenſum cognoſcere vniuerſale, exponens verba Ariſtot. ibidem, vbi dicit, quòd ſingulare eſt, dùm ſentitur, aut ſentire quidem ſingulare eſt, ſenſus autem vniuerſale eſt, vt hominis, non Callię; & ſenſus vniuerſale facit, & addit S. Thomas quòd ſenſus facit vniuerſale intus in anima, quod etiam 2. de Anima videtur loqui Clarius lect. 13. vbi enumerat omnes ſenſus, & dicit ipſos cognoſcere vniuerſalia, vt viſus propriè eſt cognoſcitiuus coloris, auditus ſoni, guſtus humoris, ſeù ſaporis, tactus verò plures differentias contrariorum. Huius oppoſitum docet 1. Phyſ. lect. 10. in expoſitione tex. 49. vbi dicit, quod ſenſus non cognoſcit, niſi particulare, ratio verò cognoſcit vniuerſale, & 7. Metaphyſ. text. 35. ait, quod intellectus eſt vniuerſalium, & ſenſus eſt particularium. Reſp.

Contradictionem iſtam diuerſi diuerſimodè conati ſunt è medio tollere. Aliqui enim qui vniuerſalia terminos tantum eſſe, ſibi ipſis perſuaſerunt, in mente quidem terminos primæ intentionis vniuerſalitèr repræſentatiuos, in voce autem, aut in ſcripto primæ impoſitiones, & vniuerſalitèr ſignificatiuos, hi voluerunt nec vniuerſale, nec ſingulare eſſe adæquatum obiectum ſenſus, ſingulare quidem non; quia nec hic color, nec ille eſt obiectum adæquatum viſus. Vniuerſale verò minimè, quia non datur vniuerſalis color præter ſingularia, concedunt tamen, quòd color eſt primum obiectum viſus, & ſonus ipſius auditus, & id genus, quatenus ille terminus color pro ſe ipſo in voce, vel in ſcripto, vel in mente ſumitur, quòd eſt materialitèr ſupponere, non autem pro aliquo colore reali, ſingulari, vel vniuerſali, ſiuè in ſuppoſitione formali: vnde hæc duo non contrariãtur, ſenſum cognoſcere vniuerſale materialitèr, & ſenſum non cognoſcere vniuerſale formaliter, ſed tamen ſingulare cognoſcit hoc modo. Aliqui verò dicunt primum obiectum viſus eſſe colorem, qui eſt aliquid reale præter ſingulares colores, non realiter, ſed ex natura rei diſtinctus ab illis, & cui reſpõdet vnitas media, minor videlicet vnitate ſingularis coloris, maior verò vnitate actu vniuerſalis, & conſequenter dicunt, in ipſo ſenſato, verbi gratia, in ſeipſo colorato, quòd videtur aliud eſſe, quod videtur; & aliud rationem videndi, ſine qua non ſentitur, & videtur, & aliud conditionem ſenſati, ſine qua videlicet non videretur, id enim quod videtur coloratum eſt, & ſingulare. Propterea benè dicitur, quod ſingulare eſt dum ſentitur, & ſentire eſt ſingularis, ratio verò videndi, qua ipſum coloratum videtur, vel ſentitur eſt color, non color hic, vel ille particularis ſed color præter omnes hos ex natura rei diſtinctus ab omnibus illis cuius vnitas eſt media, nam coloratum non videtur ſub ratione ſoni, vel ſaporis, nec ſub ratione huius, vel illius colorati; ſed tamen ſub ratione coloris vniuerſalis. Et propterea bene dicitur, quòd ſenſus eſt vniuerſalis, conditio verò ſenſati, ſine qua nõ videretur ſenſatũ ipſũ, eſt ſingularitas illius, quã hecceitatem appellant, quandoquidem niſi coloratum eſſet hoc, & in hoc loco, & in hoc tempore, non videretur. Ex quibus apparet nullã eſſe contradictionem, quia primum obiectum cuiuſcunque ſenſus, ſub ratione qua dicitur eſſe vniuerſale, non quidem vniuerſale in actu, quia tale vniuerſale eſt ens rationis, ſed vniuerſale in potentia remota. Ratio quoque ſentiendi in quouis ſenſu non eſt ſingularitas, nec vniuerſalitas actu, quæ eſt ens rationis, ſed natura media præter ſingularitates, & minus vniuerſalitate. S. Thomas ex doctrina ſua alitèr videtur diſſoluere hanc contradictionem, 1. 2. quæſt. 29. art. 6. vbi diſputat, vtrum aliquid poſſit haberi odio in vniuerſali, & diſtinguit de vniuerſali,



Digitized by Google

uerſali, quod dupliciter capi poteſt, vno modo ſecundum quòd ſubeſt intentioni vniuerſalitatis; alio modo dicitur de natura, cui talis intẽtio attribuitur, alia eſt enim conſideratio hominis vniuerſalis, & alia hominis, in eo quod eſt homo: Si igitur vniuerſale accipiatur, primo modo, ſic nulla potẽtia ſenſitiuę partis, neq; apprehẽſiua, neq; appetitiua põt in vniuerſale, quia vniuerſale fit per abſtractionẽ à materia indiuiduali, in qua radicatur oĩs virtus ſẽſitiua, poteſt tamen aliqua ſenſitiua, & apprehenſiua, & appetitiua ferri in aliquid vniuerſalitèr, ſicut dicimus, quòd obiectum viſus eſt color, ſecundum genus, non quia viſus cognoſcat colorem vniuerſalem, ſed quia quod color ſit cognoſcibilis à viſu, non conuenit colori, inquantum eſt hic color, ſed inquantum eſt color ſimpliciter; ſic ergo odium etiam ſenſitiuæ partis poteſt reſpicere aliquid in vniuerſali, quia ex natura cõmuni aliquid eſt in vniuerſali, quia ex natura communi aliquid aduerſatur animali, & non ſolum ex eo, quod eſt particularis, ſicut lupus oui, vnde ouis odit lupum generaliter, ſed ira ſemper cauſatur ex aliquo particulari, quia ex aliquo actu lædentis, actus autem particulariũ ſunt, propterea ira ſemper eſt aliquid particulare, odium verò poteſt eſſe ad aliquid in genere: vnde diſtinguendum eſt, quòd natura aliqua dupliciter ſumitur in vniuerſali, ſcilicet aduerbialiter, & nominaliter; aduerbialiter quidem, vt cum dicitur, quod color in communi eſt obiectum viſus, non autem color communis, aut vniuerſalis, ſed color cõmunitèr, & vniuerſalitèr, quemadmodum viſio non terminatur ad colorem vniuerſalem, ſed vniuerſalitèr, ſcilicet in quocunque, quandocunque, & vbicunque inuenitur; & ſic ſenſus eſt vniuerſalis. Nominaliter autem, cum dicitur, quod color in communi intelligitur, ſcitur, & diffinitur, prout eſt abſtractus à conditionibus indiuiduantibus, & ſic non cognoſcitur, niſi ab intellectu. Et quando dixit Sanct. Thomas, quod ſenſus facit vniuerſale intus in anima, intelligitur per viam inductionis, inquantum conſiderantur ab ipſo omnia ſingularia, & ſic nulla apparet contradictio in dictis eius. Poteſt etiam, & facilius ſolui, dicendo, quod ſenſus ratione potentiæ comparatus ad obiectum eſt de re vniuerſali, comparatus verò ſuo actui, qui eſt ſentire, eſt de re ſingulari, & ſic patent diuerſa dicta S. Thomæ ſibi ipſis eſſe conſentanea, &c.

Apparens contradictio. Angelicus Doctor 1. lib. Phyſ. lect. vltima dicit, impoſſibile eſt materiam primam generari, vel corrumpi, ſed ex hoc non excluditur, quem per creationem in eſſe procedat. Oppoſitum huius videtur ſumi ex dictis eius 1. par. quæſt. 45. art. 4. in quo quærit, quæ ſunt illa, quæ creãtur à Deo, & ait, quod ſint res compoſitæ ſubſiſtentes, & propterea dicitur Gen. cap. 1. In principio creauit Deus Cœlum, & Terram, ſed cœlum, & terra ſunt res compoſitæ ſubſiſtentes, materia verò prima, neque eſt res compoſita, neque ſubſiſtens, igitur non poterit procedere in eſſe per creationem, quomodo ergo ſtabunt hæc duo dicta ſimul? Reſp.

Niſi dicamus, quòd antiqui Philoſophi, paulatim, & quaſi pedetentim intrauerunt in cognitionem veritatis ipſius materiæ primæ, à principio enim quaſi groſſiores exiſtentes, non exiſtimabant eſſe entia, niſi corpora ſenſibilia, & ideò aliqui ex eis poſuerunt aquam eſſe primum principium materiale omnium: aliqui verò aerem, ſeu vaporem aliquẽ, & aliqui vnũ, aliqui verò alterum, ſolum Ariſt. & Plato venerunt in cognitionem æqualem ipſius materiæ, licet & ipſe Ariſt. repræhenderit etiam magiſtrum ſuum Platonem de eſſentia ipſius materiæ, quod non eſt magnum, & paruum, vt exiſtimauit Plato, ſed eſt ſubiectum tranſmutationis quòd modo eſt ſub vno termino, modo ſub altero, & hoc eſt æternum, & perpetuum, à parte ante, & à parte poſt, quia omne quod fit, componitur ex ſubiecto, & ex aliquo alio, ſed materia prima non poteſt componi ex aliquo ſubiecto, & ex aliquo alio, quia tunc quæreretur de illo ſubiecto, ex quo fit, & ſic de alio ex conſequenti procederetur in infinitum, quia impoſſibile eſt aliquid fieri ex nihilo, propterea ſequitur materiam eſſe æternã, & non eſſe factam, aut productam à Deo. Sed hæc ratio Ariſt. concludit vtique de fieri particulari, quòd eſt de forma in formam, ſiuè ſubſtantiali, ſiuè accidentali, ſic enim impoſſibile eſt materiam produci, ſcilicet ab agente particulari, & per tranſmutationem, ſed non concludit, quòd non poſſit fieri, & creari à Deo tanquam ab vniuerſali principio eſſedi, à quo omnia emanant, & producũtur: ſicuti ens per participationem neceſſariò cauſari debet ab ente per eſſentiam, ſicut ferrum ignitum fit ab igne, & quia materiæ primæ conuenit eſſe per participationem, ſicuti & omnibus alijs rebus à Deo, conuenit tale eſſe, licet diuerſimodè, propterea ſicuti omnia alia à Deo ſunt producta ab ipſo per ſimplicem emanationem, pariformiter dicendum etiam eſt de materia prima, quòd ſit à Deo glorioſo producta. Quam veritatem notificauit ipſemet Ariſt. 2. Metaphyſ. text. 2. quando dixit. Maximè ens, & maximè verum eſſe cauſam omnis entis, & omnis veri, ſicut maximè calidum eſt cauſa omnis calidi: at Deus glorioſus eſt maximè ens, & maximè verus, vt ipſemet etiam Ariſtotel.

12. Me-

Digitized by Google

12.Metaphyſ.docuit tex. 39.quando dixit Deũ eſſe animal ſempiternum, & optimum, à quo cœlum,& natura pendent, & cum verum verò non contradicat,propterea Apoſtolus ſcribens ad Rom.11.dicebat,Ex ipſo, & per ipſũ, & in ipſo ſunt omnia. Et ex hoc excluditur opinio Dauidis de Dimando, qui dixit Deum eſſe materiam primam, vt notat S. Thom. 1. par.quæſt.3. artic.8. Excluditur etiam opinio Manichei, dicentis materiam eſſe Diabolum aliquando, aliquando verò dicebat Diabolum eſſe Principem materiæ. Quæ opiniones omnes damnatæ fuerunt in Concil.Toletano primo, & authoritate Leonis Papæ confirmato: & excluduntur per illud,quòd dicitur Ioannis primo: Omnia per ipſum facta ſunt,& ſine ipſo factum eſt nihil. Et ad formam contradictionis dicendum eſt, quòd licet materia non ſit producta in eſſe per creationem propriè,eſt tamen producta in eſſe impropriè,pro quanto dicimus,quod creari eſt quoddam fieri, & fieri ordinatur ad eſſe rei,vnde illis propriè conuenit fieri,& creari,quibus conuenit eſſe,hoc cõuenit propriè ſubſiſtentibus,ſiue ſint ſimplicia, ſicut ſubſtantiæ ſeparatæ, ſiuè ſint compoſita, vt ſubſtantiæ materiales: & quia illi propriè conuenit eſſe,quòd habet eſſe ſubſiſtentiæ, atque ſubſiſtit in ſuo eſſe, illud autẽ eſt cõpoſitũ, & ſubſiſtẽs propriè creatur,& ſit formę,& accidentia concreantur,& conſiunt,ſic etiam dicẽdum eſt de materia prima, quod non propriè creatur,& fit, ſed concreatur, & conſit cum ipſa forma,vt docet etiam Caiet.3.par. quæſt. 62. loquens de gratia Sacramentali,quæ non creatur,ſed anima ipſa grata,eſt illa, quæ creatur:

Apparens contradictio. Angelicus Doctor 2.Phyſ.lect.4.ait quod homo generatur ex materia, & ab homine, quaſi ab agente primo, & à ſole tanquam ab agente vniuerſali, vnde ſequitur quod anima,quæ eſt forma hominis, ſit in materia,vnde vſque ad animam rationalem ſe extendit conſideratio naturalis, quæ eſt diſformis. Oppoſitum huius ſcripſit 1.par. q.90. art.2. vbi docet animam non poſſe fieri ex materia præiacente,neque corporali, quia ſic eſſet naturæ corporeæ,neque ſpirituali, quia ſic ſubſtantiæ ſpirituales ad inuicem tranſmutarẽtur; neceſſe ergo eſt dicere quod non fiat, niſi per creationem, ſi ergo anima hominis ſit per creationem,ergo homo non ſit ab homine,& à ſole,& ſi ſic,anima educeretur de potentia materiæ,vel homo ipſe crearet animam,vel ſibi ſimile non generaret, quæ omnia ſunt falſa. Reſp.

Circa contradictionem iſtam multa eſſent dicenda de creatione animæ, & de ſubſtantia eius,dùm aliqui voluerunt ipſam eſſe de ſubſtãtia Dei: Aliqui verò, eſſe à Deo creatam, ſed ſimul cum Angelis, quæ fuit poſitio Origenis, qui non ſolum animam primi hominis, nis, ſed animas omnium hominum ante corpora ſimul cum Angelis creatas poſuit, & propter hoc credidit omnes ſubſtantias ſpirituales,tàm animas,quàm Angelos æquales eſſe ſecundum ſuæ naturæ conditionẽ ſed ſolùm merito diſtare, ſic quod quædam earum corporibus alligantur, quæ ſunt animæ hominum,vel cœleſtium corporum, quædam verò in ſui puritate ſecundùm diuerſos ordines remanſerunt: Aliqui vero dixerunt animas hominum propagari ex ſubſtantia carnis, ſicuti fuerunt Luciferiani: Nonnulli verò,vt Tertullianiſtæ aſſerebant animam filij, eſſe ex anima patris, veluti corpus ex corpore. Multi etiã inter Armenos dicunt animas fieri, quemadmodum ignis excutitur à ferro, & à ſilice, ſic quod quando coniungitur vir cùm fœmina, producitur anima ad ſimilitudinẽ ipſius ignis. Et cum eſſem Romæ,vidi aliquos iſtorum Armenorum, cùm quibus etiam longam diſputationem habui, & pertinaciter defendebant opinionem iſtam, propterea cum talis opinio perueniſſet ad aures Sũmorũ Inquiſitorũ, duo iſtorum fuerunt capti,& carcerati,& abiurauerunt hanc hæreſim, amplectendo veritatem quam docet Sancta Romana Eccleſia, animas ipſas rationales à Deo creari,& infundi corporibus,vt docet Beatus Auguſtinus libro de Eccleſiaſticis dogmatibus, quòd animæ rationales non ſeminantur per coitum, A. ſed à Deo creantur,& ſimul infunduntur corporibus, & cum hoc etiam ſtat,quòd homo hominem producat,& quòd ſibi ſimile generet, inquantum per virtutem ſeminis eius diſponitur materia ad ſuſceptionẽ ipſius animæ,quia adhoc, quòd aliquid dicatur effectiuè producere aliquod compoſitum,non exigitur, quod faciat omnes eius partes, nec requiritur quòd faciat aliquã eius partem,ſed ſufficit, quod effectiuè cauſet coniunctionem partium,ex quibus partibus,& ex qua coniunctione reſultet illud compoſitũ, ſi enim agens producendo Compoſitũ requiratur, quòd faciat omnes partes eius,ſequeretur nullum agens naturale facere aliquid compoſitum,& generare ſibi ſimile: vnde nedum homo non generaret hominem, ſed neque Leo Leonẽm,& Bos Bouem,quia non faciunt materiam, neque etiam dealbans artificialitèr parietem,faceret parietem album, quia neque parietem, neque albedinem producit, ſed addit vnum alteri,& poſito per poſſibile, vel per impoſſibile, quod forma Bouis præexiſteret ante generationem eius,& Bos generationem eſſet

tantæ

Digitized by Google

tantæ virtutis, vt generando coniungeret formam cum materia, nihilominus eſſet cauſa illius compoſiti, ſcilicet Bouis, licet forma eius præexiſtat: Et quia in generatione hominis ſunt duæ actiones, & duo termini intrinſeci earum; vna actio, quæ eſt ſimplex emanatio, ſeu creatio à prima cauſa, ſcilicet Deo glorioſo: altera verò actio eſt ab ipſo ſemine tanquam ab inſtrumento animæ intellectiuæ; propterea anima intellectiua in iſtanti, quo fit, ſortitur duo, ſcilicet eſſe, quia eſt ſubſiſtens, & propriè creatur, vt docet Sanct. Thom. 1. parte, quæſt. 90. artic. 2. vnde ſibi propriè competit eſſe, & fieri, ſortitur etiam, & modum eſſendi, quia ineſt corpori organico, ſeu materiæ corporali, vt actus ſubſtantialis, talis autem modus eſſendi, ſeu ineſſe, poteſt ſumi dupliciter; Vno modo pro relatione actuali vnius inter animam, & materiam, alio modo pro fundamento illius, quòd nihil aliud eſt, quàm materiam eſſe actu formaliter per animam, quod pertinet ad genus ſubſtantiæ, non relationis, & iſta vnio fundamentalis poteſt eſſe ex parte formæ, quia eſt animam eſſe, qua formaliter eſt actu in ſpecie humanæ ſubſtantiæ; & ex parte materiæ, quia eſt materiam eſſe actu per animam, & propterea anima ipſa rationalis eſt terminus intrinſecus creationis in iſtanti primo, quo Sortes incipit eſſe, quo verò ad ſuum modum eſſendi, ſeu ineſſe non terminat creationem, niſi concomitanter; & propterea dicit, quod ex parte materiæ eſt proprius terminus actionis humanæ ſeminis, ſeu generationis, & ideò ſolet fieri illa diſtinctio, quòd anima dupliciter conſideratur, vel quòad eſſe, & ſic creatur à Deo, vel quòad ineſſe, & ſic producitur per generationem, quia vnio animæ, & corporis dicitur eſſe generationis terminus. Non ergo eſt contradictio aliqua in dictis Sancti Thomę, quia ea, quæ dicta ſunt ab ipſo 2. Phyſicorum intelligenda ſunt, quòad eſſe, & terminum generationis; quæ verò prima parte ſcripſit, intelligenda veniunt, quòad eſſe ipſius animæ, quæ à Deo benedicto creatur, vt dictum eſt, &c.

Apparens contradictio. Angelicus Doctor 3. Phyſicorum, lect. 6. circa finem, aſſerit ſubſtantiam, non poſſe eſſe infinitam in actu, quia infinitum in actu eſt quantum, & omne quantum eſt diuiſibile, ſubſtantia vero eſt indiuiſibilis, propterea ſubſtantia infinitum eſſe non poteſt. Oppoſitum huius ſcripſit prima parte, quæſt. 7. artic. 1. vbi ponit infinitum eſſe illud, quod eſt irreceptū ab omni receptiuo, & quia ſubſtantia Dei glorioſi eſt maximè irrecepta, cum ſit actus purus, & per ſe ſubſiſtens, hinc ſequitur Deum glorioſum eſſe maximè infinitū: Sed ſi ex primo dicto Sancti Thomæ infinitum eſt diuiſibile, & ex ſecundo dicto habetur, ſubſtantiam Dei eſſe indiuiſibilem, quomodo poterunt conciliari, & ſtare ſimul hæc duo abſque repugnantia? Reſp.

Contradictionem iſtam ſoluit Sanctus Thomas ſuper vndecimum Metphyſicorum lect. 10. vbi declarat, quid ſit infinitum, & quot modis dicitur infinitum, aſſerens infinitū propriè eſſe, quod menſurando pertranſiri non poteſt, tot ergo modis dicitur infinitum, quot modis dicitur impertranſibile: vtrumque autem dicitur quatuor modis: quorum primus eſt, ſecundum quod infinitum, ſiuè impertranſibile dicitur, quod non poteſt tranſiri menſurando, eo quod non eſt natum ſecundum ſuum genus pertranſiri: ſicut dicimus punctum, aut vnitatem, aut aliquid, quod non eſt quantum, & mēſurabile eſſe infinitum, ſeu impertranſibile, per quem modum vox dicitur inuiſibilis, quia non eſt de genere viſibilium. Secundo modo dicitur infinitum, vel impertranſibile, quod nondum eſt pertranſitum, licet inceptum ſit. Tertio dicitur illud infinitum, quod eſt tranſibile, tamen propter aliquod impedimentum pertranſiri non poteſt: ſicuti eſt profunditas maris, vel altitudo cœli. Quarto dicitur infinitū illud, quod aptum natum eſt habere tranſitionem, & terminum, ſecundum ſuum genus, ſed non habet, puta ſi daretur linea aliqua ſine pūctis terminantibus, vel ſuperficies infinita, aut corpus infinitum. Dicitur etiam aliquod infinitum in entitate, nempè quod perfectionem in ſe, ac in ſua eſſentia habet illimitatam, & cōpræhendit perfectionem totius entis: oppoſito modo finitum dicitur, quod habet in ſua eſſentia limitatam, & contractam perfectionem ad aliquod genus, & ſic infinitum in entitate ſoli Deo conuenit: & alio modo dicitur infinitum negatiuè, id eſt, quod non habet finem; & ne dū ipſe Deus hoc modo eſt infinitus, ſed etiam omnia, quæ in ipſo ſunt, quia nec ipſe aliquo finitur, nec eius eſſentia, nec ſapientia, nec potētia, nec bonitas, vnde omnia in ipſo ſunt infinita. Et hinc etiam eſt, quòd aliqui diſtingunt de infinito, dicendo, quod aliquod infinitum dicitur in vigore, quia habet potentiam operandi infinitam, quæ quidem potentia cum ſit actiua, ſequitur actū. Vnde quātitas potētię ſeqtur quantitatem actus: Vnumquodque enim tantū abūdat in virtute agendi, quantum eſt in actu, ſed Deus eſt actus infinitus: quia actus non finitur niſi dupliciter; Vno modo ex parte agentis, ſicut ex voluntate artificis pulchritudo domus recipit quantitatem, & terminum: Alio modo ex parte recipientis, ſicut calor in lignis terminatur, & quantitatem recipit, ſecundùm

Nnnnn diſpo.

diſpoſitionem lignorum: ipſe autem diuinus actus non finitur ex aliquo agente, quia non eſt ab alio, ſed eſt à ſe ipſo, neque finitur ex aliquo recipiente, quia in eo nulla eſt paſſiua potentia admixta, cum ſit actus purus, non receptus in aliquo, eſt enim Deus ipſum eſſe ſuum, in nullo receptum, & propterea dicitur infinitus negatiuè: quòd ex hoc videri poterit, quia eſſe hominis eſt terminatum ad ſpeciem hominis, quia eſt receptum in natura humanæ ſpeciei, & ſimile eſt de eſſe equi, vel cuiuslibet creaturæ: Eſſe autem Dei, cum non ſit receptum in aliquo, ſed ſit eſſe purum, non limitatum ad aliquem modum perfectionis eſſendi, ſed totum eſſe in ſe habet, & ſicut eſſe in vniuerſali acceptum ad infinita ſe poteſt extendere, ita diuinum eſſe, cùm ſit totum in ſe, & ex ſe, & per ſe, poteſt ſe extendere ad infinitum, & propterea dicitur, quod habet potentiam infinitam in vigore. Datur etiam, & aliud infinitum, quod vocat infinitum in duratione, & eſt illud quod durat tempore infinito, ſicut motus, tẽpus, cœlum; & tale infinitum, vt infinitum eſt, conſideratur à Philoſopho naturali, ſicuti, & aliud infinitum, quòd dicitur per indeterminationem ad recipiendum, veluti potentia materiæ primæ, quæ dicitur infinita, ideſt, indeterminata ad formas, ſine limite, & termino. Eſt & infinitum in quantitate, puta continua, vel diſcreta: quæ ſi fuerit abſtracta à materia ſenſibili, dicitur infinitum Mathematicum; ſi verò nõ fuerit abſtracta, dicitur infinitum Phyſicum: quod poteſt etiã eſſe duplex, vel in actu, ꝙ actu habet magnitudinẽ infinitã, aut multitudinẽ; vel in potentia. Ex his patet ſolutio ad formã cõtradictionis, quia quãdo dicebat Sãct. Thomas 3. Phyſicorum. Infinitum eſſe diuiſibile, loquutus eſt de infinito quantitatiuo, & priuatiuè. & hoc modo ſubſtantia non eſt infinita: quando verò dicebat in prima parte, infinitũ eſſe irreceptum, loquutus eſt de infinito negatiuè, & ſic ſubſtantia Dei eſt infinita. Et ſi diceres, Finis neque finitus, neque infinitus eſt, ſed ſubſtantia Dei eſt finis omnium, ergo neq; eſt finita, neque infinita: Reſpondetur, quod concludit argumentum hoc de infinito priuatiuè, non autem de infinito negatiuè, &c.

Apparens contradictio. Angelicus Doctor 4. Phyſic. lect. 1. in expoſitione ſui textus ait, ꝙ locatum tendit in ſuum locum deſiderio ſuæ conſeruationis: vnde vnumquodque naturaliter fertur in locum ſuum, quando non impeditur, ſicut graue fertur deorſum, & leue ſurſum. Oppoſitum huius ſcripſit lectione 7. in expoſitionẽ 46. text. eiuſdem libri, vbi aſſerit, cœlum eſſe locum ignis, & ignem locum aeris, & aerẽ locum aquæ, & aquam locum terræ: ſed terra non naturaliter, & deſiderio ſuæ conſeruationis fertur in aquam, nec aqua in aerem, quia tunc graue naturalitèr aſcenderet ſurſum. Quomodo ergo ſiant iſta duo ſimul, locatum naturaliter ferri ad locum, & terram non naturalitèr, ſed potius violenter tendi ad aquam ſuum locum, quia naturaliter potius tendit ad cẽtrum, quòd eſt inferius, non autem ad aquã, quæ eſt ſuperior terra. Reſp.

Hæc contradictio diſſoluenda venit ex dictis S. Thomæ, vt nullus alius Doctor loquatur in contradictionibus iſtis, niſi ipſemet Doctor Angelicus, & alterum eius dictum dubium, per alterum declaretur, & intelligatur. Ipſe enim in Opuſculo de natura loci, quòd eſt Opuſculum ſecundum, narrat diuerſas ſententias, & opiniones de loco, dum aliqui dicebant, locũ eſſe ſpatium, propterea, quia locus debet eſſe æqualis locato, & hoc ſpatium non ſubſtantiã, ſed ſolam quantitatem, & dimenſiones exiſtimabant. Aliqui verò affirmabant vtique locum eſſe ſpatium, ſed illud ſpatium non erat reale, ſed vacuum quoddam, cuius eſſe eſt carentia corporis, ita vt repleri poſſit. Aliqui autem affirmebant, ſpatium illud non eſſe quid diſtinctum à corpore, quòd eſt inter extrema, vt ſpatium vaſis interius non eſt aliud quam ipſe aer, cùm plenum eſt aere, aut aqua cum plenum eſt aqua, aut quoduis aliud corpus, ꝙ illic eſt. Aliqui dicebant, locum eſſe materiã. Aliqui formam. Aliqui ſuperficiem, & quia in ſuperficie duo ſunt, alterum ipſamet ſuperficies, & hoc eſt ſubiectum loci, alterum verò eſt virtus conſeruatiua, & hoc eſt ipſius formę, ita quod tota natura loci, ſit iſta virtus, ſuperficies enim ſubiectum eſt non de natura eius: & propterea aliqui reponunt locum in ſecunda ſpecie qualitatis. Nonnulli verò diſtinguunt de loco dicendo, quòd dupliciter proferre ſermonem poſſumus de eo: Vno modo materialiter, & ſic locus eſt ſuperficies; Alio modo formaliter, & ſic eſt relatio quædam; hęc autem relatio alia eſt continentiæ, qua locatum continet; & alia eſt relatio diſtantiæ, quam habet, vt ſit immobilis. Multi verò dicunt, locum eſſe in prædicamento Vbi, quia illa, quorum ſunt eædem ſpecies, ſunt idem genus, ſed locus, & vbi habent eaſdem ſpecies, puta ſurſum, & deorſum, ergo ſunt idem genus, & propterea dum quæritur de locato vbi eſt? puta ignis, Reſpõdetur quod eſt ſurſum; & vbi eſt terra? reſpõdetur, quod ſit deorſum. Patet ergo quomodo locus in prædicamento, vbi aſſignari debet. Hinc etiam eſt, quòd loquendo de immobilitate eius, dicunt locum eſſe mobilem, non quidem per ſe, ſed per accidens ad motum ſubiecti: Immobilis autem dupliciter intelligi poterit

terit

Digitized by Google

terit; Vno modo, quia ad motum corporis, q in loco eſt, non neceſſariò mouetur, ſed manet locus recedente corpore; Altero etiam modo non mouetur illo motu, quo mouetur corpus ad ipſum locum, non enim eſt veluti albedo, quæ mouetur aliquo modo motu tendentis ad albedinem, non ſic autem locus, ſed ipſe manet, corpus eſt illud, quod mouetur ad ipsū, & non locus verſus locatum. Sed Sanct. Thomas addit poſtpoſitis omnibus his, quòd locus eſt ſuperficies corporis continentis, & immobilis, non ſolum motu locati, ſed etiam motu continentis, vnde ſi ſit nauis in aqua fluuij, quę mouetur, magis vtitur ea tanquam vaſe, quam ſicut loco continente, propterea quòd vnitas loci accipienda eſt ſecundum ordinem, & ſitū ad primum locans, quia locus ipſe non ſolum eſt continens, ſed eſt continens, & conſeruans, nihil autem habet rationem conſeruantis aliū, niſi per virtutē, & influentiā corporis cęleſtis, quā recipit, ſecundū quod eſt in determinato ſitu, et in determinata diſtātia, & hæc eſt cauſa, quare aliquid habet rationē loci per cōparationē ad primū locans. Quia verò locus immobilis eſt, propter hoc medium cœli, quòd eſt centrum, & vltima ſuperficies corporis circularis, quæ eſt cęlum, ſic ſe habent, quòd hoc dicitur ſurſum, illud verò deorſum: quæ ſunt duę differentiæ loci, hæc autem minimè manent immobilia, centrum ſemper eſt immobile, cœlum autem licet ſemper moueatur, tamen ſemper eſt in eadem diſtantia quòad nos, & ſecundum iſtam relationem locus ſemper dicitur immobilis, quia licet baculus exiſtens in fluuio ſemper moueatur, & ſic nauis in mari, tamen ſemper remanet idem ordo, ſitus, relatio totius fluuij ad centrum, & ad cœlum, & ſic etiam mare. Et propterea locus dicitur immobilis, & ſuperficies continentis, & licet motus locati non ſit ad ipſam ſuperficiem locantis propter ſuperficiem, ſed propter virtutem conſeruatiuam, & formatiuam locati; & ideo cum virtus formatiua terræ ſit frigiditas, quæ cauſatur ex tanta diſtantia ad primum caleſaciens, quòd eſt cœlum, & inchoatio huius virtutis eſt in concauo aquæ, perfectio autem eius eſt in centro, ideò terra mouetur ad centrum, & non ad ſuperficiem aquæ: & inde eſt, quòd terra eſt ſimpliciter grauis, virtus autem formatiua ignis eſt caliditas perfecta, quæ eſt completa in concauo Orbis Lunæ, propter quod ignis eſt ſimpliciter locus. Ex his ergo ſoluitur contradictio, quod locatum tendit ad locum ſuum naturaliter, ratione virtutis conſeruatiuæ. & ſic terra ad centrum, non autem ratione ſuperficiei continentis, & propterea non naturaliter fertur ad ſuperficiē aquæ, quia aqua eſt locus continens tantum terram, & non conſeruans: ac ſi dicamus, quod locus eſt duplex vel vt conſeruans, vel vt continens. Patet ergo nullam eſſe contradictionem, neque apparentem, in dictis S. Thomæ, circa iſtam materiam, &c.

Apparens contradictio. Angelicus Doctor 5. Phyſicor. lect. 7. dicit, tria requiri ad continuationem motus, quorum primum eſt vnitas ſpeciei, ſecundum eſt vnitas ſubiecti, tertium eſt vnitas temporis. Hæc tria prædicta requiruntur, vt ſit vnus motus continuus ſimpliciter. Oppoſitum huius ſcripſit 1. par. quæſt. 53. artic. 1. & 2. vbi loquens de motu continuo & diſcreto Angelorum, vult ad continuationem motus requiri etiam continuitatem magnitudinis, quod expreſſit primo ſententiarum clarius, diſtinct. 37. quæſt. 4. artic. 2. & quolibet. 1. quæſt. 3. artic. 2. Reſp.

Pro ſolutione huius contradictionis ſciendū eſt illud, quòd tangit Ariſtot. 5. Phyſic. text. 23. quod maximè facit ad cognitionem huius, hoc autem eſt ſcire ea, quæ ſunt ſimul ſecundū locum, & ſunt illa, quæ dicuntur eſſe in eodē loco proprio, ad differentiam eorum, quæ ſunt ſunt in eodem loco communi, puta in cœlo. Separata ſecundum locum illa dicuntur, quæ exiſtunt in diuerſis locis, vt duæ aquæ exiſtentes in duobus ciatis. Tangere verò illa dicuntur, quorum extrema ſunt ſimul, vt duo lapides ſe tangunt, quorum ſuperficies ſimul inhærent. Medium illud dicitur, in quod prius peruenit mobile, quod mouetur motu continuo, quàm ad extremum, vt ſi lapis moueatur à cœlo ad terram, prius peruenit ad mediam regionem aeris, quàm ad ſuperficiem terræ. Continuum verò illud dicitur, cuius extrema ſūt vnum, vel cuius partes coniunguntur ad vnum terminū communem quod eſt principium, & finis illarū partium, vt linea, cuius partes copulantur ad punctum. Secundo ſciendum eſt, quòd aliquis motus dicitur vnus genere generaliſſimo, vt eſt ille, qui terminatur ad rem vnius prædicamenti, & ſic omnes alterationes ſunt vnus motus, & omnia augumenta, & decrementa ſunt vnus motus ratione quantitatis. Secundò aliquis motus dicitur vnus ſpecie ſubalterna, quia terminatur ad ſpeciem ſubalternam, & ſic omnis coloratio eſt vnus motus. Tertiò dicitur aliquis motus, vnus, qui terminatur ad vnam ſpeciem ſpecialiſſimam, vt omnes dealbationes ad albedinem, & denigrationes ad nigredinem. Quartò dicitur motus vnus numero, qui terminatur ad rem vnam numero; Vt hæc ſanatio dicitur vnus motus numero, quia ad vnam rem, puta hanc ſanitatem, quæ eſt in Socrate, terminatur. Et ex his oſtendit Ariſt.



Digitized by Google

5. Phyſicor. tex 40. quòd ad vnum motum numero ſimpliciter requiruntur tria, ſcilicet mobile, quòd mouetur, ad quod, quòd dicitur eſſe terminus ipſius motus, & in quo, quòd dicitur eſſe tempus, in quo fit motus. Et tota difficultas, & dubitatio ſolet eſſe reſpectu ſubiecti, quia quando deſcendit aliquod animal à media regione aeris, inceſſantèr, & in media via, poſito quòd moriatur, tunc eſt difficultas: An hic motus ſit vnus, & continuus? quòd nõ ſit vnus & continuus patet, quia non eſt idem mobile, nam primo erat animal viuum, & deinde effectum eſt mortuum, ſed viuum, & mortuum differunt ſpecie, vt animatum, & inanimatum, & ſimilitèr etiam quando deſcendit gutta aquæ, & cadit per aerem, & in medio fit grando, & lapis, cùm ibi non ſit identitas mobilis, videtur etiam, quòd neque eſt vnitas, & continuitas motus. Sic etiam eſt difficultas de motu, qui fit in chorda, quia videtur, quòd ſit diſcõtinuus & ſic de motu pulſantis chordam, & de baculo, cuius medietas eſt viridis, & alia medietas eſt ſicca, de omnibus iſtis eſt difficultas reſpectu ſubiecti. Ad quæ omnia, ſi de vigore ſermonis reſpondere velimus, dicere poſſumus, motus iſtorum ſubiectorum nõ eſſe cõtinuos, quia non ſunt eadem numero ſubiecta, licet aliqui dicant hoc contradicere ſenſui, & rationi: tamen decipiuntur ſicuti, & ſenſus multoties decipi poſſunt per accidens, vt ſcripſit Themiſtius 2. de anima, & hoc vel ratione diſtantiæ, vel ratione diſpoſitionis organi, vel ratione medij. Sed ratio potius ſuffragatur nobis in hac parte, quandoquidem ſi verùm eſt, quòd ad continuitatem motus requiritur vnitas, & continuitas mobilis, & in exemplis ſupra adductis non eſt continuitas mobilis, manifeſtum eſt, quod ratio naturalis dictat, motus illos non eſſe continuos: propterea optimè Sanct. Thomas 5. Phyſicor. declarauit continuitatem, & vnitatem motus debere illa tria habere, quòd, ad quòd, & in quo, & hoc loquendo de vnitate intrinſeca, & formali, non autem de vnitate, & continuitate extrinſeca, quia ad hanc continuitatem extrinſecam plura alia requiruntur, inter quæ dicitur eſſe magnitudo, de qua ipſe Sanctus Thomas loquutus fuerat prima parte. Et ſic nulla interuenit contradictio, dùm in vno loco loquitur de continuitate, & vnitate intrinſeca, & in alio de vnitate, & continuitate extrinſeca.

Apparens contradictio. Angelicus Doctor 6. Phyſicor. lect. 12. in expoſitione 86. text. loquens contra Democritum ponentem Athomos per ſe mobiles, dicit impartibile, ſeù indiuiſibile nullo modo moueri, quia omne quod mouetur, aut mouetur quando eſt in termino à quo, aut quando eſt in termino ad quem, aut quando partim eſt in vno, & partim in alio: nõ primùm, quia tunc incipit motus: non ſecundùm, quia tunc completus eſt motus, & terminatus, ergo tertio modo, & ſic illud, quòd mouetur non erit impartibile, ſed diuiſibile, & partibile. Oppoſitum huius docuit ipſe Sanctus Thomas prima parte, quæſt. 53. artic. 1. & 1. ſententiarum, diſtinct. 17. quæſt. 4. artic. 1. & in opuſcul. 15 cap. 18. & ſuper Matth. in expoſit. 1. capitis. Reſp.

Clarum eſt, & indubitatum apud Theologos, Angelos moueri, ſimilitèr & animas ſeparatas, quia eſt articulus Fidei, dicere animam beatam localitèr moueri, quandoquidem Chriſtus Dominus noſter, in triduo mortis ſuæ, ſecundum animam deſcendit ad inferos, propterea indubitanter tenendum eſt, tàm Angelos, quã animas ſeparatas moueri localitèr, vnde opus eſt, quod motus corporis ſecundum locũ commenſuretur loco, & ſit ſecundum exigentiam eius, & in de eſt, quod ſecundum continuitatem magnitudinis eſt continuitas motus, & ſecundum prius, & poſterius, in magnitudine eſt prius, & poſterius in motu locali corporis, ſed Angelus non eſt in loco, vt commẽſuratus & contentus, ſed magis vt continens, ob hoc motus Angeli in loco non oportet, quòd commenſuretur loco, nec quod ſit ſecundum exigentiam eius, vt habeat continuitatem ex loco, ſed eſt motus non continuus, & quoniam Angelus non eſt in loco, niſi ſecundum contactum virtutis, neceſſe eſt quod motus Angeli in loco nil aliud ſit, quàm diuerſi contactus diuerſorum locorum ſucceſſiuè, & non ſimul: quia Angelus non poteſt eſſe ſimul in pluribus locis. Huiuſmodi autem contactus non eſt neceſſarium eſſe continuos, poteſt enim in huiuſmodi contactibus continuitas quædam inueniri; vnde nihil prohibet Angelo aſſignare locum diuiſibilem per contactum ſuæ virtutis, ſicut corpori aſſignatur locus diuiſibilis per contactum ſuæ magnitudinis, & propterea ſicut corpus ſucceſſiuè, & non ſimul dimittit locum, in quo prius erat, & ex hoc cauſatur continuitas in motu locali eius, ita etiam Angelus poteſt dimittere ſucceſſiuè locum diuiſibilem, in quo prius erat, & ſic motus eius erit cõtinuus, & poteſt etiam totum locum ſimul dimittere, et toti alteri loco ſimul ſe applicare et ſic motus eius erit non continuus, ſed diſcretus. Patet ergo, quomodo Angelus mouetur, et quo motu: et ſic etiam applicari poteſt hic modus loquendi ad animas ſeparatas, quæ ſunt indiuiſibilia exiſtentia extra totum genus continui, quia ſunt ſubſtantiæ incorporeæ, et applicant ſuam virtutem rebus diuiſibilibus.

Datur

Digitized by Google

Datur etiam, et aliquod indiuiſibile, ſeù partibile, quòd eſt terminus continui, vt punctus in permanentibus, et momentum in ſucceſſiuis, huiuſmodi indiuiſibile in permanentibus, quia habet determinatum ſitum, non poteſt eſſe in pluribus partibus loci, vel in pluribus locis, et ſimilitèr indiuiſibile actionis, vel motus, quia habet determinatum ordinem in motu, vel actione, et non poteſt eſſe in pluribus partibus temporis. Hæc talia impartibilia non poſſunt moueri niſi per accidens, vnde punctum mouetur in toto corpore, vel in quacunque alia magnitudine, in qua reperitur ſcilicet linea, vel ſuperficies: et quia moueri per accidens ad motum alterius contingit dupliciter; Vno modo, quando id quod mouetur ad motum alterius non eſt aliqua pars eius, ſicut illud quod eſt in naui mouetur ad motũ nauis. Alio modo ſicut albedo ad motum corporis in quo eſt ſubiectiue, tamen non eſt eius pars: Impartibile quoque poteſt dici dupliciter, vno modo ſecundum ſpeciem, vt ignis, et aer dicuntur corpora impartibilia, quia non poſſunt reſolui in plura corpora ſpecie diuerſa, et tale impartibile nihil prohibet moueri: Aliud eſt impartibile ſecundum quantitatem, vt dictum eſt, et tale mouetur per accidens; non tanquam pars eius, quòd mouetur; ſed ſicut terminus in terminato: Vnde nulla eſt contradictio in præſenti negotio quia in prima parte Sanct. Thomas locutus eſt de impartibili ſecundum ſubſtantiam; in 6. auth. Phyſicor. de impartibili ſecundum quantitatem, quod mouetur per accidens. Sed contra quia poli mundi ſunt impartibiles ſecundum quantitatem, ſed tamen ſunt immobiles, vt docet Sanctus Thomas 2. Cœli lect. 3. Niſi dicamus, quod illa immobilitas polorum eſt potius ad imaginationem Mathematicorum intelligenda, quia ipſi mathematici abſtrahunt à motu, ſed naturalitèr loquendo etiã ipſi poli mouentur per accidens ad motum orbis in quo ſunt, &c.

Apparens contradictio. Angelicus Doctor 7. Phyſicorum lect. 7. in expoſitione 21. text. dicit, quod ea, quæ ſunt vnius ordinis ſunt comparabilia, non autem illa, quæ ſunt diuerſorum ordinum. Oppoſitum huius voluit 1. parte, quæſt. 6. artic. 2. reſpondendo ad tertium argumentum, vbi ponit Deum, & creaturas eſſe cõparabilia ad inuicem, quia ſummam importat comparationem quandam, & Deus reſpectu creaturarum dicitur ſummum bonum, & tamẽ Deus ipſe, & creaturę ſunt diuerſorum ordinũ, vt ſcripſit ipſemet Sanctus Thomas prima parte, quæſt. 3 artic. 5. & 1. cont. gent. cap. 17. & de potentia Dei quæſtio. 7. articul. 3. & opuſc. 3. cap. 12. Reſp.

Niſi eſſet, quod comparatio multis modis dici poteſt, datur enim aliqua comparatio, quæ vocatur comparatio communis, & eſt quando illud prædicatum, in quo aliqua duo comparãtur, conuenit vtrique ſecundum vnam rationem, ſaltem analogam, vt ſubſtantia eſt perfectior accidente; nam perfectum prædicatur de ſubſtantia, & de accidente, ſicut ens, quòd quidem prædicatur analogicè de prædicamentis, & de ſubſtantia, & accidente, vnde dici poteſt, quòd eſt melior, & ſapientior creaturis omnibus, in hac loquutione eſt comparatio communis, quia bonitas, & ſapientia prædicantur analogicè de Deo, & creaturis, quippe quæ creaturæ non dicuntur bonæ, niſi in ordine ad Deum, qui eſt ens, & bonum per ſuam eſſentiã: alia verò dicuntur entia, & bona inquantum participant ipſum per modum cuiuſdam aſſimilationis, licet remotè, & deficienter, veluti à principio primo exemplari effectiuo, & finali totius bonitatis, quamquam vnaquæque creatura, dicatur etiam bona ſimilitudine diuinæ bonitatis ſibi inhærente, quæ eſt formalitèr ſua bonitas denominans ipſam. Datur, & comparatio, quæ dicitur propria, & eſt quando extrema comparabilia ſũt eiuſdem generis, vel ſpeciei ſpecialiſſimæ; prædicatum autem, in quo comparantur eſt ſemper ſpecies ſpecialiſſima. Exemplum primi; Coruus eſt nigrior columbo. coruus & columbus ſunt eiuſdem generis, quia continentur ſub animali: nigredo autem eſt ſpecies ſpecialiſſima, in qua comparantur: Exemplum ſecundi: Plato eſt albior Socrate. Comparatio verò proprijſſima eſt, quãdo prædicatum, in quo extrema prædicantur, eſt ſemper ſpecies ſpecialiſſima, & extrema comparabilia, ſemper ſunt eiuſdem ſpeciei ſpecialiſſimę, vt Plato eſt albior Socrate, & de hac loquutus eſt Sanct. Thom. 7. Phyſicor. quæ quidem comparatio requirit primò, vt prædicatum, in quo ſit comparatio prædicetur de vtroque extremo comparabili vniuocè, & non æquiuocè: Propterea hæc comparatio nulla eſt, vox Socratis eſt acutior acu, vel gladio, nãm acutum eſt æquiuocum, quia vt prædicatur de voce, nõ prædicatur de acu, non enim dicitur acuta, quia fortiter penetrat auditum: acus verò dicitur acuta, quia fortitèr penetrat tactum, vel corpus denſum. Secundò, comparatio iſta proprijſſimè, debet habere prædicatum, in quo ſit cõparatio, vt ſit ſuſceptibile in vtroque extremo comparabili, & eodem modo, & hinc eſt quod comparatio iſta, in qua dicitur, Plato eſt albior Socrate, iſta eſt bona comparatio, quia albedo recipitur in vtroque, inquantum habent ſuperficiem, quæ eſt immediatum ſubiectum coloris: & iſta alia comparatio non valet.

Digitized by Google

let: Vox Socratis eſt maior Socrate, quia magnitudo recipitur in Socrate, prout eſt ſubſtãtia, in voce verò recipitur magnitudo, prout vox eſt ſonus fortiter immutans auditum. Tertiò requiritur, vt prædicatum, in quo fit comparatio, ſit ſpecies ſpecialiſſima, & ſimiliter extrema cõparabilia, et ꝓpterea iſta cõparatio nõ ē ꝓprijſſima, Plato eſt ſapientior, vel doctior Socrate, quoniã doctrina eſt genus, cuius ſpecies sũt doctrina logicalis, phyſicalis, doctrina geometricalis, & doctrina Theologicalis, ſed iſta eſt proprijſſima comparatio dicendo; Plato eſt magis Geometra, quàm Socrates, quoniam Geometria, in qua conueniunt eſt ſpecies ſpecialiſſima, & extrema comparabilia ſunt eiuſdem ſpeciei, ſcilicet, Plato, & Socrates: & ſimiliter hæc non eſt proprijſſima; equus eſt pulchrior aſino, quoniam pulchritudo non eſt ſpecies ſpecialiſſima, nec equus, & aſinus sũt eiuſdem ſpeciei ſpecialiſſimæ. Patet ergo, quomodo ex diſtinctione comparationum nulla interuenit contradictio in dictis Sancti Thomæ, quia ea, quæ non ſunt in eodem genere, ſed in diuerſis generibus contenta nullo modo comparabilia ſunt; Deus autem neque eſt in eodem genere, neque in diuerſo genere cũ ipſis creaturis, ſed dicitur eſſe extra omne genus, cum ſit principium cuiuſcunque generis; & ſi comparatur ad alia, eſt comparatio per exceſſum, quam comparationem importat ſummum bonum, & ſummum ens, et ſummũ ſapiens, et cætera talia prædicata.

Appparens contradictio. Angelicus Doctor 8. lib. Phyſicor. lect. 2. in expoſitione 10. text. dicit, quòd omnes Philoſophi; præter vnum, idest; Platonem concorditèr videntur ſentire de tempore, quòd ſit ingenitum; vt ipſemet Ariſtot. fatetur in eodem contextu, dicens; *Solus Plato genuit tempus*; quæ verba exponens Sãctus Thomas aſſerit; ideſt Plato dixit; tempus ſimul factum eſſe cum cœlo. Oppoſitum huius ſcripſit 12. Metaphyſicor. lect. 5. in expoſit. 30. text. vbi dicit, quòd Leucyppus ſocius Democriti, et Plato dixerunt ſemper fuiſſe; ſed tẽpus de mente Sãcti Thomæ aut eſt idem quod motus, aut paſſio eius; ita quod non diſtinguitur tempus et motus: valet ergo; ſi tempus eſt genitum; ergo et motus erit genitus; et ſi motus eſt æternus; ergo et tempus erit æternum: quia aut ſunt idem, aut ſe habent; vt ſubiectũ, et paſſio ſcilicet tranſcendens; vt aliàs docuimus, quæ paſſio tranſcendens identificatur cũ ſubiecto. Apparet ergo euidens contradictio in his duobus locis. *Reſp.*

Niſi dicamus; vt ipſemet Sanctus Thomas ſcripſit 1. lib. de cœlo et mundo lect. 22. in expoſitione text. 102. quod de generatione mundi fuerunt tres antiquiſſimæ ſententiæ Phyloſophorum: Quidam enim dixerunt mundum ipſum incepiſſe ab aliquo principio temporis; tamen in ſempiternum durabit, ſicuti primo dixerut quidam Poetæ, vt Orpheus, et Iſidorus, qui dicti ſunt Theologi, quia res diuinas poeticè, et fabularitèr ediderunt, quos in hac poſitione ſequutus eſt Plato, qui poſuit mundum generatum, ſed indiſſolubilem. Secunda ſententia fuit ipſius Democriti; ponentis mundũ corruptibilem eſſe, eo modo, quo quodlibet aliud generatorum; quæ conſtituuntur ex multis: ita ſcilicet, quod mundus poſt corruptionem nunquam reparatur per naturam; quia poſuit mundum generari caſu, per concurſũ athomorum ſemper mobilium; et ita per eorum ſegregationem quandoque eſſe diſſoluendum. Tertia fuit ſententia, dicentium, quòd modus; quandoque viciſſim generatur, et quandoque corrumpitur; et iſta viciſſitudo ſemper durauit et durabit; et hoc dixit Empedocles Agrigentinus: poſuit enim quod amicitia congregante elemementa; & lite diſſoluente ea, mundus generabatur, & corrumpebatur: hoc etiam poſuit Eraclitus, Epheſius, qui poſuit, quod quandoq; totus mũdus exuretur per ignẽ, & poſt certos decurſus tẽporũ totus mũdus generaretur per ignẽ, quẽ ponebat eſſe principiũ oĩũ rerũ, & q̃a poetæ illi, & pręcipuè Plato, volebant, ſapientiã ipſorum quibuſdam fabulis, & ænigmaticis locutionibus occultare, & quod conſuetudo Ariſtotel. fuit in pluribus non obijcere contra intellectum eorum, qui erat ſanus, ſed contra verba eorum; ne aliquis in tali modo loquendi errorẽ incurreret: & hoc modo exponit Simplicius in primo de cœlo, & mundo: vnde volunt, Platonem non diſſentire in ſenſu ab Ariſto. quia quẽadmodum Ariſtotel. poſuit mundum æternũ, & motum, & tempus; eſſe etiam æterna: ita ẽt Plato poſuit: & quando dixit, aliquando Plato tempus generari, & motum generari, & mundũ generari, loquutus eſt de partibus ipſius mundi non autem de toto mundo: & ſic non eſt vera controuerſia, & diſcordia inter Platonem, & Ariſtotel. de generatione mundi. Verùm quia Sanctus Thomas 2. lib. ſententiarum, diſtinct. 1. quæſt. 1. artic. 5. vbi ex profeſſo diſputat, vtrum mundus ſit æternus? & latius narrat eaſdem opiniones, ſoluendo Ariſtot. quæ ſunt contra æternitatẽ mundi: & dicit rationes ipſas, quas adducit Philoſophus, non eſſe demonſtratiuas, ſed probabiles, vel ſophiſticas rationes. Econtra antiquos ponentes diuerſos modos, quibus mundus incęperat, alio modo eſt diſſoluenda præſens contradictio; ſequendo expoſitionem Alexandri, qui vult Ariſtot. arguere, non ſolum contra intellectum verborum ipſorum antiquorum Philoſophorum; vnde 12. Metaphyſicorum Sanctus Thomas lect. 5. aſſerit Platonem poſuiſſe

Digitized by Google

ſuiſſe in elementis, quæ dicebat ante conſtitutionem mundi, mota fuiſſe motibus inordinatis, ſed poſtea à Deo fuiſſe ea reducta ad ordinem motum, & inordinatum quendam: vnde laudat Ariſtotel. Platonem quantum ad hoc, quòd dixit in elementis fuiſſe motum iſtum æternum, ſed reprahendit in hoc, quia non explicauit, quis motus fuerit iſte ſempiternus inordinatus, nec etiam aſſignauit cauſam huius motus æterni, & inordinati, & tamen nihil mouetur ſine aliqua certa cauſa; sẽper enim oportet præexiſtere aliquid, quòd ſit cauſa motus, & hoc vel cauſa naturalis, vel voluntaria: & propterea quòad vnum laudatur Plato, & quòad aliud repręhenditur: laudatur quòad hoc, quòd poſuit motum æternum in ipſis elementis: repræhenditur poſtmodum, quia non declarauit, quis fuerit ille motus, & quæ cauſa eius. Ex quibus de facili ſoluitur contradictio ſecundũ iſtam viam, quia quando dixit Sanct. Thom. 8. Phyſicor. quod Plato poſuit tempus eſſe genitum, & ſimul factum cum cœlo, loquutus eſt de generatione ipſius tẽporis ordinati, quia Deus benedictus deduxit mundum, & tempus, & motum ad ordinem, ſicuti in præſenti videmus: quando verò 12 Metaphyſ. aſſeruit Platonem poſuiſſe motum, & mundum, loquutus eſt de motu inordinato, qui reperiebatur in ipſis elementis ante ordinationem mundi. Hæc quòad contradictionem. Quid autem rei veritatis ſit, docuit Sanct. Thom. 2. ſenteтentiarum mundum eſſe à Deo factum, vt Moyſes prophetizauit de præterito, &c.

Apparens contradictio. Angelicus Doctor primo cœli lect. 6. improbat Auerroem, tenentem corpus cœleſte habere materiam, non ad eſſe, ſed ad vbi, quia ſcilicet non eſt ſubiecta tranſmutationi, quę eſt ſecundum eſſe, ſed ei, quæ eſt ſecundũ vbi: vnde magna digreſſione digreditur, & contra Ioannem Grammaticum, & contra Auerroem lect. illa 6. in expoſit. 19. text. Quòd confirmauit adhuc 1. parte, quæſt. 66. artic. 2. dicens: nec tamen dicendum eſt, vt finxit Auerroes, ipſum corpus cœleſte eſſe materiam cœli in potentia ad vbi, & non ad eſſe, quòd quidem eſt impoſſibile, &c. Oppoſitum huius ſcripſit 2. ſententiar. diſtinct. 1. quęſtion. 1. artic. 5. in reſponſ. ad 8. argumentum ſecundæ claſſis, vbi expreſſe approbat opinionẽ Auerrois, quam repulit primo cœli, & prima parte. Et quòd ſit verum, ecce verba ſua formalia: Ad octauum dicendum quòd in cœlo non eſt potentia ad eſſe, ſed ad vbi tantum ſecundum Philoſophum: & poſt pauca; ſubdit rationem Auerrois 12. Metaphyſ. comm. 44. Et hæc contradictio eſt tanti momenti, quòd ſolertiſſimus Franciſcus Storella in contradictionibus ſuis dicit, ſui autem, vt videtur, oblitus eſt S. Thom. ſi de tanto viro hæc dicere licet, & reliquit contradictionem inſolutam. Reſp.

Propterea, vt de medio tollamus contradictionem iſtam, ſciendum eſt, quòd diuerſimode antiqui Philoſophi loquuti ſunt de materia cęli: vnde aliqui dixerunt in cœlo eſſe materiam eiuſdem rationis cum iſtis inferioribus, non ſolum vt materia accipitur, vt eſt obiectum formæ, ſed etiam prout eſt ſubiectum tranſmutationis: vnde dicebant, quòd cœlum eſt de natura quatuor elementorum, ita quòd communicat cũ iſtis inferioribus in qualitatibus actiuis & paſſiuis; & hæc fuit opinio Platonis, qui poſuit cœlum eſſe igneum, & moueri motu circulari, quia propter defectum loci, quo vltra aſcendere non poteſt reflectitur, ſicut flamma reflectitur in fumo. Quidam diſcipuli ipſius Platonis dixerunt, quòd cœlum eſt corpus mixtum ex elementis, & tamen non corrumpitur, cuius cauſam volebant eſſe diuinam voluntatem, quæ præſeruabat cœlum ipſum à corruptione. Et hanc opinionem narrat Sanct. Thom. prima parte, quæſt. 50. artic. 5. in 2. argumento; vbi portat verba Platonis in Thymæo, ò Dij Deorum, quorum opifex idem paterque ego, opera ſiquidem vos mea diſſolubilia natura, voluntate autem mea indiſſolubilia: & loquitur corporibus cœleſtibus, quæ erant compoſita ex elementis, & ſecundùm naturam diſſolubilia; tamẽ per diuinam voluntatem conſeruabantur in eſſe. Quidam etiam ex diſcipulis Platonis volebant corpora ipſa cœleſtia eſſe ſimplicia, & velociſſimo motu moueri ſuper ignẽ, qui eſt eis immediatus, & ideò non patiebantur ab eo, ſicuti nec manus patitur aliquid, quando citò mouetur ſuper flammam. Aliqui verò loquentes de materia cœli, dixerunt eſſe ſubiectum in actu, & non eſſe in potentia ad formam ſubſtantialem, cùm ſit quædam forma ſubſtrata quantitati, & extenſa per ipſam quantitatem, & hæc forma nõ informat materiam aliquam; & hanc poſitionem ſequutus eſt Auerroes in libro de ſubſtantia Orbis; & in primo de cœlo, & mundo comm. 20. & in 8. Phyſicorum cõment. 79. & 12. Metaphyſic. comm. 44. in omnibus enim locis iſtis ponit corpus cœleſte habere materiam, non ad eſſe, ſed ad vbi, quia ſcilicet non eſt ſubiecta tranſmutationi, quæ eſt ſecundum eſſe, ſed ei, quæ eſt ſecundum vbi. Fuerunt & alij, qui dixerunt in cœlo eſſe materiã eiuſdem rationis, cùm materia eorum inferiorum, de numero quorum fuit Romanus Aegidius, qui tenuit corpora ſuperiora, & inferiora communicare in materia, prout materia ipſa eſt ſubiectum formæ ſed non prout eſt ſubiectũ tranſmutationis ad formam ſubſtantialem,

quia

Digitized by Google

quia non communicant ad inuicem cum qualitatibus actiuis,& paſſiuis, quæ ſunt calidum, frigidum,humidum,& ſiccum, & ſimilia: ſicut ſi eſſent duæ figuræ,quarum vna eſſet in quantitate,quæ non poſſet ſolui, vel diuini, et alia eſſet in quantitate,quæ poſſet ſolui,& diuini,et de facili reciperet impreſſionem, dicerentur communicare in materia eiuſdem rationis, ſecundum quòd eſt ſubiectum figuræ, quia hæc eſt quantitas per eſſentiam ſuam,ſed non dicerentur communicare in quantitate vt eſt ſubiectum tranſmutationis. Opinio Sancti Thomæ vbique locorum in doctrina ſua ſemper fuit, quòd in cœlo eſt materia, et non eſt eiuſdem rationis, cùm materia iſtorum inferiorum, nec ſecundùm quod eſt ſubiectum formæ, nec ſecundum quod eſt ſubiectum tranſmutationis; & propterea impugnat Auerroem prima parte dicens: Impoſſibile eſt ponere aliquod ens actu,quin vel ipſum totum ſit actus,& forma, vel habeat actum, ſeù formam. Remota ergo per intellectum ſubſtantia ſeparata, quæ vnitur cœlo,vt motor,ſi corpus cœleſte non eſt habẽs formam, quòd eſt componi ex materia, & forma, ſequitur quod ſit pura forma, & ſic non erit ſenſibilis, vel erit pura materia, & ſic non erit mobilis, ergo neceſſe eſt ipſum poni compoſitum ex materia,& forma, & ſic materia cęli eſt ad eſſe. Quod autem dixi 2.ſententiarum quod materia cœli non eſt ad eſſe,ſed ad vbi tantùm, intelligendum eſt,quòd non eſt ad eſſe acquiſibile per motum, ſed eſt ad eſſe datum ſibi ab vniuerſali principio,quòd eſt Deus benedictus. Et ſic nulla eſt contradictio;& repræhendendus venit Franciſcus Storella, qui neſciens diſſoluere contradictionem iſtã,impoſuit Doctori Angelico obliuionem, ac ſi eſſet veluti ipſe, qui oblitus fuerat diſſoluere iſtam contradictionẽ, quam nos breuibus verbis, & apertis diſſoluimus, &c.

Apparens contradictio. Angelicus Doctor 2.cœli lect.4.in expoſitione 18.text.ait, quòd ſi vnum contrariorum eſt in natura,neceſſe eſt vt reliquum ſit: & quia ignis,& terra ſunt contraria, quia maximè diſtant ſecundum contrarietatem ſitus,inquantùm vnum eſt grauiſſimum, & aliud leuiſſimum, propterea ſi terra eſt, neceſſe eſt ignem eſſe. Oppoſitum huius habet in quæſt. diſput.de malo quæſt. 1. artic. 1. in 2. argumento,quòd etiam Ariſtotel. inſinuauit in poſtprædicamentis de oppoſitis, vbi affirmat, quod non eſt neceſſarium,ſi alterum contrariorum ſit, & reliquum eſſe: ſanis namquè omnibus exiſtentibus, ſanitas quidem erit, languor verò nõ erit:ſimilitèr ẽt cũ omnes homines albi ſint,albedo quidem erit,nigredo verò non erit. Vnde videtur Sanctus Thomas ſibi ipſi, & Ariſtoteli contradicere.

Sed vt clarius habeatur veritas dictorum Sancti Thomæ,& quod nullo pacto eſt contradictio in locis ſupra citatis,ſciendum eſt, quinque conditiones contrariorum eſſe: quarum prima eſt, (vt ab hac exordiar) quòd contraria omnia aut ſunt in eodem genere,aut in contrarijs generibus,aut ipſa ſunt genera contrariorũ. Secunda conditio eſt, quòd contraria habent naturalitèr fieri circa idem,ſcilicet idem ſubiectum numero, aut ſpecie, aut genere, quòd idem eſt cum eo, quòd pluries in Philoſophia dicitur, ſcilicet, quòd eadem eſt materia contrariorum, ſicut anima reſpectu virtutis, & vitij: & ex hac conditione excluditur plenum, & vacuum non eſſe contraria, aut finitum,& infinitum, quia non eſt eadem materia, & ſubiectum ipſorum, quemadmodum albedo,& nigredo, viciſſim, & ſucceſſiuè poſſũt inhærere eidem ſubiecto. Tertia conditio, & proprietas contrariorum eſt, quòd impoſſibile eſt, cùm alterum contrariorum ineſt alicui,reliquum quoque illi ineſſe,hoc eſt, impoſſibile eſt ambo contraria alicui ineſſe, quia nõ ſe compatiuntur ſimul in eodem: ſi enim Socrates eſt ſanus, impoſſibile eſt ipſum eodem tempore eſſe languidum, quia languor,& ſanitas non poſſunt ſimul inhærere alicui. Quarta conditio eſt,quòd contrariorum alterum ſẽper ſe habet vt habitus, & vt bonum, alterum verò vt priuatio,& malum:hoc docuit Ariſtot. 1.Phyſicorum 44.& 45.contextu. Vltima cõditio contrariorum eſt, quòd ſi vnum ipſorum eſt in natura,neceſſum eſt reliquum eſſe; & hòc expreſſit Sanctus Thomas 2. cœli comm. 18, vbi probauit terram eſſe immobilem, ex hoc quòd cœlum ſemper mouetur ſempiterno, & circulari motu; & ex hoc,quòd terra eſt grauis probauit neceſſarium eſſe ignem, quia ſi datur vnum grauiſſimum in natura, neceſſe eſt dari, & aliud leuiſſimum: quæ conditio contrariorum intelligitur de neceſſitate Phyſica,indiſputatis autem in quæſt. de malo, vbi probauit ſi datur ſummum bonum,non eſt neceſſe dari ſũmum malum,alia via inceſſit, ſicut etiam Ariſt. in poſtprædicam. vbi loquutus eſt ſecundum conſiderationem Logicam,quæ eſt ſecundum rationem, & ſimplex, & abſtracta: differt enim Phyſicus,& Logicus in conſiderationibus ſuis, quia Phyſicus eſt artifex realis,et conſiderat res ſecundum eſſe reale,et vt ſunt ad perfectionem vniuerſi, nàm vniuerſum ipſum eſt omnibus modis perfectum: et propterea in contrarijs propriè dictis, ſicut ſunt formæ poſitiuæ contrariæ,quia tales ſũt ad perfectionem vniuerſi, ſi vnum fuerit,oportet quòd reliquum ſit; hæc enim conditio,et proprietas contrariorum verifica-

Digitized by Google

rificatur in naturali Phyloſophia, quoad neceſſitatem Phyſicam: immò ipſemet Sanctus Thomas volens probare prima parte, queſt. 50. Angelum eſſe incorporeum, & non eſſe corpori vnitum, vſus eſt etiam hoc medio: Datur ſubſtantia intellectualis aliqua corpori vnita, vt eſt anima noſtra; ergo ad perfectionem vniuerſi debet dari aliqua ſubſtãtia intellectualis à corpore ſeparata, & hęc eſt Angelus. Sed Logicus conſiderans quantitatem in prædicamento quantitatis, dixit ei nihil eſſe contrarium, ſic et, & de ſubſtantia affirmauit, quòd ei nihil eſt cõtrarium: ſed 5. Phyſicorum text. 18. concipiens quantitatem, prout eſt terminus motus, affirmauit ipſam habere rationem contrarietatis: ſic etiam loquens 4. cœli de ipſis eleementis, & in libris de gener. & corrupt. dixit, elementa ipſa eſſe contraria ad inuicem, non obſtãte, quòd ſint ſubſtantię, quia in iſtis locis conſiderauit ſubſtantias, prout habent qualitates actiuas, & paſſiuas; puta calidum, frigidum, humidum, & ſiccum, beneficio quarum elementa ipſa dicuntur contraria ad inuicem licet ſint ſubſtantię. Ex his ergo apparet Sanctum Thomam nec ſibi, nec Ariſtoteli, imò prima parte, queſt. 2. artic. 3. affirmauit, quòd ſi vnum contrariorum fuerit infinitum, totalitèr deſtruere aliud: quæ propoſitio intelligenda venit, vt exponit Scotus primo ſententiarum, diſtinct. 2. queſt. 1. quando illud contrarium agit de neceſſitate naturę, non autem per intellectum, & voluntatem: Vel vt exponit Caietanus, quòd tenet de illo contrariò, quòd communicatur effectibus ſuis, ſecundùm eandem rationem vniuocam, non autem Analogicam: & propterea non ſequitur ex hoc, quòd Deus eſt ſummè bonus, ergo nullum malum eſt in vniuerſo, quia Deus non participatur ab vniuerſo vniuocè, ſed analogicè, vt videre poteris in expoſit. 3. artic. 2. q. primę partis.

Apparens contradictio. Angelicur Doctor 3. cœli, lect. 9 in expoſitione 55 text. dicit, quòd ſi daretur aliquod corpus non habens grauitatem, aut leuitatem, erit immobile, veluti corpus Mathematicum, quòd nõ eſt in loco, quod etiam dixit in expoſitione 5. tex. 4. Phyſicorum, corpora Mathematica non eſſe in loco. Cuius oppoſitum in principio 4. Phyſicorum lect. 1. expreſſit, vbi ex communi conſenſu omnium Philoſophorũ dixit, omnia quæ ſunt, in aliquo loco eſſe, & quòd non eſt, illud tantum nuſquã eſt, ſicuti entia fictitia, & chimerica, vt ſphinx, ſed corpus mathematicum nõ eſt ens fictitium, aut chimericum, cum Mathematica ſit ſcientia realiſſima, & ponitur ab Ariſtotel. inter ſpecies ſcientiæ realis 6. Methaphyſ. text 2. Et lect. 7. 4. etiam Phyſicor. approbauit Sanctus Thomas ſententiam Themiſtij contra Alexandrum, & Auerroem, de vltima ſphæra, quæ eſt in loco per partes, & vltima ſphæra non habet grauitatem, neque leuitatem, & tamẽ eſt corpus mobile, & velociſſimo motu mouetur, quia motu circulari, & vniformi, & ſic eſt in loco; corpus quoque Mathematicum, cùm ſit reale, vt dictũ eſt, in loco reperiri oportet. Contradictio ergo apparet in iſtis locis ſupradictis, dicere corpus mathematicum non eſſe in loco, & dicere omnia eſſe in loco exceptis chimericis, &c. Reſp.

Hanc contradictionem quidam ſoluentes, de corpore Mathematico, ſicut & de cæteris rebus Mathematicis diſtingunt, prout duplicitèr, ſcilicet in ſenſibilibus poſita, & à ſenſibilibus ſecundum rationem, non autem ſecundum eſſe ſeparata conſiderari poſſunt ſecundo, minimè ſunt in loco ſicut priori modo. Verùm hi, ſicut difficultatem non attingunt, ita contradictionem non ſoluunt. De Mathematicis enim vertitur in dubiũ, an ſint in loco, quidvè eis in eo quod quanta ſunt debeatur, veluti ſi cum Pythagora conſtituamus Mathematica per ſe ſeorſum exiſtere, aut in intellectus dumtaxat abſtractione: & quidem Ariſtoteles lib. 1. de generatione text. 44. mathematicis tactum, & locum tribuit, cui D. Thom. & Auerroes ibidẽ ſubſcribunt. Quare cum communitèr loquẽtibus diſtinguitur de loco Phyſico, & Mathematico, prout eſt vltima ſuperficies corporis ambientis, cui locus *Phyſicus* virtutem conſeruatiuam ſuperaddit. Vtiquè ergo corpus Mathematicum non eſt in loco Phyſico ſecundũ ſententiam S. Tho. lib. 3. cœli, ſed negatur quod non ſit in corpore Mathematico, vt alibi ipſemet D. Thom. conteſtatur.

Vel diſtinguamus de loco propriè, & ſimilitudinariè, ita vt loco propriè ſumpto omnes conditiones, proprietates loci lib. 4. Phyſicorũ traditæ conueniant, Mathematica ergo cùm in imaginatione tantùm ſint, ſimilitudinariè dumtaxat ſibi determinant locum. Quam ſolutionem Diu. Thom. lib. 2. ſententiarum, diſtinct. 2. quæſt. 2. artic. 2. ad tertium, tradit, ex Philoſophi ſententia lib. 1. de generatione text. 44. quòd Mathematicis ſimilitudinariè dandus eſt tactus, & locus, qnia quanto, in eo quod quantum, propriè non debetur, & per conſequens, neque potentia ad vbi, ſed prout habet determinatam naturam: & quia Mathematicus, vt dicitur lib. 8. Metaphiſic. text. 3. & 15. à materia ſenſibili tantum abſtrahit: quare ſicut Mathematica entia æquiuocè materiam habent cum materia corporum naturalium, ita æquiuocè mouentur, & ſunt in loco. Hęc D. Thom. Quę ſolutio, doctrinæ Peripateticæ circa ixiſtentiã,



Digitized by Google

et abſtractionem entium Mathematicorum, formalitèr loquẽdo, veritatem ſupponit. Quod ſi corpus Mathematicum imaginamur, et locum imaginarium, effingere opus erit. Neque locum ſibi modo determinat corpusMathematicum in eo quod quantum, alioquin in rerum natura modo exiſteret aliquod indiuiduum Mathematicum ſecundum eſſe, ex ſenſibilibus ſeiunctum, quòd ab omnibus negatur.

Apparens contradictio. Angelicus Doctor Sanctus Thomas lib 1. de Anima lect. 1. exponens verba Ariſtotel. text 2 de vtilitate ſcientię de Anima, inquit, quòd ad omnes partes Philoſophiæ inſignes dat occaſiones: quia ſi ad Philoſophiam primam attendamus, non poſſumus deuenire in cognitionem diuinarum, & altiſſimarum cauſarum, niſi per ea quæ ex virtute intellectus poſſibilis acquirimus: ſi enim natura intellectus poſſibilis eſſet nobis ignota, non poſſemus ſcire ordinem ſubſtantiarum ſeparatarum, ex quibus vult, quòd ſcientia de Anima eſt principium quoddam ad cognoſcẽdum ſubſtantias ſeparatas. Oppoſitum habet lib. 2. Metaphyſicor. lect. 1. explicans Philoſophum quando cognoſcendæ veritatis ex parte rei, vel intellectus cognoſcentis difficultas conſurgit, poſt explicatum modum eſſendi, & cognoſcendi animæ humanæ prout ſecundùm naturam eſt actus corporis, & in cognoſcẽdo obiectiuè expendat à corpore abſtrahendo, tandem dicit, quòd ex improportione ſubſtantiarum immaterialium reſpectu ſubſtantiarum ſenſibilium, impoſſibile eſt, quòd anima humana vnita corpori, apprehendat ſubſtantias ſeparatas, vbi per apprehendere videtur excludere adhuc cognitionem imperfectam (& vt communitèr dicitur) cognitionem, in qua cognoſcitur quidditas, ſiquidem à ſenſibilibus tantùm huiuſmodi animæ cognitio pro ſtatu vnionis abſtractum eſt. Reſp.

Hanc contradictionem ſoluentes quidquid cum aduerſarijs extra ſcholam Thomiſticam eſſet diſputandum, (& fortè in ſenſu Scotus à D. Thoma non diſſetit, vt ſentiunt aliqui Thomiſtæ) præmitto, quod de Anima pro ſtatu vnionis controuertitur, & vt ſic vera eſt doctrina quam D. Thom. tradit lib. 2. Metaph. vbi ſupra, impoſſibile eſſe, quòd anima humana pro ſtatu vnionis apprehendat ſubſtantias ſeparatas immediatè per proprias ſpecies, tùm cognitione quiditatiua, & perfecta, tùm verò cognitione imperfecta, & appræhenſiua: quia naturalia ſẽper manent, & anima humana, quæ vnanimũ intellectiuæ virtutis gradum participat, cùm ſit actus corporis, & vt ſic cõnaturale eſt ei vt per abſtractionem à ſenſibilibus cognoſcat. (Subticentes modo quidquid pro ſtatu ſeparationis ei conuenit, vel in ſtatu beatifico; Neque quid Philoſophi pro ſuo arbitratu quiſque cõtenderint.) Cæterum quoad cognitionem qualitercunque, ſeu cognitione abſtractiua non autem per propria phantaſmata, aut ſpecies, poteſt anima noſtra cognoſcere ſubſtantias immateriales, & earum ordinem per ſeipſam magis quam et abſtractione ſenſibilium, vt dicitur lib. 1. de Anima, & vt ſic ſcientia de Anima eſt principium quoddam ad cognoſcendum ſubſtantias ſeparatas, pro ſtatu præſentis vitæ, non ſecundum ſeipſas, & quidditatiuè, ſeu perfectà cognitione, vt docet D. Thom. prima parte quæſt. 88. artic. 1. ſed quoad aliqualem cognitionem, eo quod ſimilitudo, ſeu propria ſpecies obiecti immaterialis, cùm defectiua virtute cognitiua intellectus humani naturam intellectualem in infimo gradu participantis, ad immediatam, & propriam rei notitiam requiſita, eidẽ intellectui imbibi pro tali ſtatu nequeat, oportet enim, vt ſic intelligentem phantaſmata ſpeculari. Multa alia eſſent dicenda, quæ ſuo loco lib. 2. Metaphyſic. iam diximus, & per hęc patet ad contradictionẽ, pro eodem ſtatu vnionis quoad immediatam cognitionem, quòd nulla ſit, ſecus autem ex connaturali modo cognoſcendi Animæ noſtræ, ita enim ex ſenſibiliũ abſtractione apprehenduntur, non autem perfectè cognoſcuntur ſubſtantiæ immateriales, etiam ſi quidquid eſt Animæ noſtræ nobis innoteſcat: ſemper enim deficiens eſt, & incõpleta ſubſtantia in eſsẽdo, tùm verò in repręſentãdo, reſpectu abſtractorũ immaterialiũ, per ſe complete in ſuis quidditatibus ſpecificis quòd fortè non aduerterunt: Alioqui non conciliant Sãct. Thom. cum Scoto: pro omni enim ſtatu vnionis, & ſeparationis (naturalitèr loquendo) quidditatiua animæ noſtræ notitia, abſtractorum notitiæ non adæquatur, ſicut obiectum, & ſpecies, & actus vtriuſque cognitionis, ſingula ſunt improportionata.

Apparens contradictio. Angelicus Doctor lib. 2. de Anima, lect. 14. explicans cùm Philoſopho quid ſit proprium ſenſibile potentię viſuę, inter multa, inquit, quòd lumen habet eſſe naturale, & non tantùm intentionale, & conſequẽtèr realitèr eſt in aere. Oppoſitum huius docet in diſputatis de pot. quæſt. 5. artic. 1. ad ſextum. Non enim lumen eſt in aere ſicut quædã forma naturalis perfecta, prout eſt in corpore lucido, ſed magis per modum intentionis, veluti hominis ſimilitudo in ſpeculo. Reſp.

Hanc contradictionẽ ſoluentes, præmittimus Petrum de Aluerina ex Ordine Prædicatorum quolib. 9. in ea perſtitiſſe ſententia, quòd lumen habet eſſe reale, eo quod in medio habet effectum realem, calefacit, & incendit, ſicut radius Solis refractus ſuper ſpeculo concauo incendit

ignem

Digitized by Google

ignem, deindè ſuum ſubiectum denominat, ac ex lumine aer dicitur, & eſt illuminatus. Ægidius in Examer. par. 2. à cap. 8. vſque ad 12. & lib. 2. ſententiarum, diſtinct. 13. quæſt. 1. artic. 1. 2 & alibi. Scotus 2. ſententiarum, diſtinct. 13. quæſt. 1. & alij, contendunt lumen in medio eſſe tantum formam intentionalem, quoniam poſitum ſupra ſenſum non impedit ſenſationem id quod de reali qualitate experientia teſte, negatur, neque lumen ſicut realis forma ſenſibilis habet contrarium, & in inſtanti per totum medium multiplicatur. Dominus Caietanus in prima parte, ſuper artic. 3. quæſt. 67. vtrumque eſſe naturale, & intentionale tribuit lumini, nō ſecundum proprium eſſe vtriuſque, prout vnū contra alterum diſtinguitur, ſed prout virtualitèr præhabet in ſe, quòd ad vtrumque ſpectat, ſcilicet ad eſſe naturale. Et intentionale: & conciliando Sanctum Thomam cùm Ægidio, & Scoto, poſt multa concludit, & hoc modo omnes aliquo modo dixerunt verum. Quare apud Caietanum, ex parte D. Thom circa hoc dixit verùm. Sed debebat animaduertere Caietanus, quòd D. Thom. lib. 2. ſententiarum, diſt. 13. artic. 3. cor. vtrumque eſſe tribuit lumini, naturale, & intentionale; cùm ſit qualitas actiua in tertia ſpecie qualitatis primi corporis alterantis, & naturalitèr tranſmutando effectum habeat: immò ſecundùm Auicennam corpora cœleſtia, per lucem ab ipſis deriuatā, agunt hæc inferiora. Deinde habet eſſe intētionale dat. n. coloribus eſſe intētionale, in medio, & poſitū ſuper organū viſus ſētitur. Neq; D. Tho. 1. p. q. 67. artic. 3. denegat lumini eſſe intentionale: nam, inquit, in reſp. ad tertium, quod lumen facit colores viſibiles actu, inquantum eſt qualitas primi corporis ſenſibilis, & conſtat quod coloribus in medio non dat niſi eſſe intentionale: ergo præhabet in lumen eſſe intentionale, qua ratione vtitur D. Thom. vbi ſup. lib. 2. ſententiarum. Ex his patet nullam eſſe contradictionē in dictis Sancti Thomæ cùm vtrumque eſſe tribuat lumini, naturale, & intentionale, licet diuerſo modo: nam formalitèr eſt naturalis, & realis qualitas actiua conſequens formam ſolis, &c. & virtualiter habet, et dat eſſe intentionale. Et D. Thom. in diſput. vbi ſupra inſinuauit inquiens: Non enim lumen eſt in aere ſicut quædam forma naturalis perfecta, prout eſt in corpore lucido; ſed magis per modum intentionis. vbi ly, magis, ſe tenet comparatiuè, et ſupponit poſitiuum: et exemplum de imagine in ſpeculo aptiſſimum eſt in hoc dumtaxat, quòad permanentiam imaginis in ſpeculo ad præſentiam imaginati, et luminis in aere ad præſentiam corporis lucidi: cæterum quòad eſſe vtriuſque, diſpar ratio eſt, vt ex dictis patet.

Quæ verò Aegidius Scotus, Petrus de Aluernia, & alij in extremis ſententijs altercantes obijciunt, ex media ſententia quam tenet D. Thom. iam conciliata ſunt, & ex parte quodammodo omnes dixerunt verum.

Apparens contradictio. Angelicus Doctor lib. 3. de Anima lect. 14. diſtinguit inter appetitum qui eſt voluntas & inter appetitum ſenſitiuum partitum in concupiſcibilem, ex hoc quod ſequuntur diuærſos modos cognoſcendi intellectus, & ſenſus, quatenus ex obiectis petenda eſt potentiarum diſtinctio, eſtque bonū appræhenſum appetitiuæ potentiæ obiectum, atque diſpari modo bonum appræhendit intellectus, nimirum ſecundum vniuerſalem rationē boni, ſenſus autem ſub limitata ratione, &c. ex quibus vtriuſque appetitus diſcrimen deducitur. Oppoſitum autem docet in Diſput. de veritate quæſt. 22. artic. 4. ad primum, quod voluntas ab appetitu ſenſibili non diſtinguitur directè per hoc, quòd eſt ſequi appræhenſionem hanc, vel illam, ſed ex hoc, quòd eſt determinare ſibi inclinationem, vel habere inclinationem determinatam ab alio, &c. Reſp.

Hanc contradictionem quidam ſoluūt, quòd Diuus Thomas in Diſput. interprætandus eſt de diſtinctione inter vtrumque appetitum rationalem, & ſenſitiuum, quæ principalis eſt, & primo diſtinguit, ſed lib 3. de Anima loquitur de diſtinctione ſecundaria, & conſequenter. Nam, inquit, in Diſput. Vnde quaſi ex conſequenti accipitur diſtinctio appetitiuarum virtū penes diſtinctiones appręhenſiuarum, & non principalitèr. Vel inquiunt ipſi, potentiæ diſtinguuntur per obiecta, obiectū autem duplicitèr capi poteſt, quòad rationem adæquatam, ſub qua continetur quidquid pertinet ad illam potentiam, & ſic obiectum cuiuslibet potentię eſt vniuerſale, ſicut color reſpectu viſus, quo pacto dicitur ex Philoſopho, quòd ſenſus eſt vniuerſalium, ſentire autem particularium, & ità vniuerſale, & particulare non diuerſificant potentias: vel ſumitur, quòad quod fertur potentia, vel habitus per vnum actum, & ſic ratio eſt vniuerſalium; ſenſus autem ſingularium, &c. Solet & aliter interpretari D. Thom. quòd in primo loco loquitur de diſtinctione reſpectiua, & intrinſeca; atque de materiali obiecto, in ſecundo verò loco de obiecto formali, & de diſtinctione intrinſeca. Sed non nihil difficultatis habent iſtæ ſolutiones ex eodem D. Tho. prima parte, quæſt. 80. artic. 2. vbi aſſignat diſtinctionem inter appetitum ſenſitiuum, & intellectiuum, quia eſt alterius generis appræhēſum per ſenſum: & in reſpon. ad primum dicit, quod differentiæ appræhenſi ſunt per ſe differentiæ appetibilis, nam appetibile non mouet



Digitized by Google

appetitum niſi inquantum eſt appræhenſum, quare ſecundum differentiam apprehenſorum, veluti ſecundum propria obiecta, potentiæ appetitiuæ diſtinguuntur; ex quibus patet confirmatio eorum quæ D. Thom. dixit in lib. de Anima, vnde propria, & ſpecifica diſtinctio formalis vtriuſque appetitus deſumatur. Secunda verò ſolutio genericam tantùm diſtinctionem tangit, quę eſt inter ſenſum, tàm interiorem, quàm externum, & intellectum, penes modum tendendi in obiectum, &c. vt concedunt Thomiſtę in procœmio Metaph. Tertia verò ſolutio iam ex dictis contra primam ſolutionem demolita eſt. Supereſt ergo vt explicemus Diuum Thomam, quòd in Diſp. ſibi non contradicat, & verè ſibi non aduerſatur: quia de diuerſitate apprehenſionum loquitur quę per accidens ad vires appetitiuas ſe habent, ſed ſimul nectendo diuerſitatem apprehenſionum cùm diuerſitate apprehenſorum, quatenus intellectus cùm ſit vniuerſalium, bonitatem abſolutam apprehendit, & ſenſus quia eſt particularium, hoc bonũ tantùm apprehendit, deſumitur formalis, & propria diſtinctio vtriuſque appetitus, in ordine ad propria obiecta, ſub formali ratione; veluti in quolibet appetibili eſt res, quę appetitur, & ratio appetibilitatis, &c. Ex his patet, quid ſit dicendum cùm eodem D. Thom. in Diſp. de verit. q. 25. art. 1.

Apparens contradictio. Angelicus Doctor Sanctus Thomas lib. 1. Metaphyſicorum lect. 1. explicans, & triplici ratione (Cathegoricè tamen) ex parte habitus, actus, & obiecti probãs, quòd omnes homines natura ſcire deſiderant, de naturali duntaxat, & non elicito deſiderio axioma Phyloſophi interpretatur, ex naturali hominis inclinatione, ad intelligere, & ſcire, ſicut graue inclinationem habet, vt moueatur deorſum; & materia appetit formam, & hominis intellectus modo, vt eſt in potentia, omnia conſiderat: quę omnia non niſi de naturali hominis inclinatione ad ſcire interpretari poterunt. Oppoſitum ſecunda ſecundę, queſt. 166. artic. 2. docet, quòd ſicut homo naturalitèr cõcupiſcit delectationes venereas, ſecundùm naturam corporalem, ita ſecundùm animam naturalitèr deſiderat cognoſcere aliquid: vnde Philoſophus dicit in principio Metaph. quod omnes homines naturalitèr ſcire deſiderant, vbi D. Thom. de appetitu ſecundùm animam, idieſt elicito, & rationali, Ariſt. interpratatur. Hæc autem non cohærent, &c. Reſp.

Hanc contradictionem quidam ſoluentes, in eam ſententiam adducunt Sanct. Thom. vt vtrobique, & alibi, de appetitu naturali explicuerit Phyloſophum, eo quòd ipſum ſcire appetere, commune eſt toti ſpeciei. Alij verò in oppoſitam ſententiam diuertuntur, quòd de appetitu elicito, & rationali perpetuo Diu. Thom. fuerit interpretatus illam maximam, omnes homines natura ſcire deſiderant: ſupponunt iſti, quòd actus elicitus potentiæ appetitiuæ rationalis, quamuis ſit liber quòad exercitium, determinatus autem quòad ſpecificationem, eſt naturalis, & vterque actus eiuſdem eſt potentiæ, cũ formalitèr per ſe non ſint diſtinctorum obiectorum voluntatis, & voluntas in natura fundatur, & per conſequens modum proprium ipſius naturæ participat: itaque quia homo naturalitèr appetit ſcire, eius voluntas quòad ſpecificationem ita ad ſcire, quod non ad eius oppoſitũ eſt determinata, quamuis reſpectu huius, vel illius ſcire, libera reſpectu exercitij maneat. Ex his patet ad contradictionem, quòd nulla ſit; etenim D. Thom. lib. 1. Metaphiſic. in illis tribus rationibus de appetitu rationali, intelligit Ariſtotelem, nàm dicitur in tertia ratione, quòd homo coniungitur ſubſtantijs ſeparatis per intelligere; & in ſecunda habet, quòd intelligere eſt propria operatio hominis; in prima verò quòd ſcire eſt propria operatio hominis ſecundùm potentiam intellectiuam: quæ omnia non deſiderantur ab homine, niſi deſiderio rationali, & intellectiuo. Ad illud verò quòd Authores primæ opinionis obijciunt, quod appetere ipſum ſcire, commune eſt toti ſpeciei, ergo ex innato naturali deſiderio prouenit: explicatur autem, quòd appetere ipſum ſcire, conuenit toti ſpeciei humanæ, ſecundùm appetitum fundatum in natura ſpeciei humanæ; & quia appetitus rationalis non eſt inclinatio præcisè appetitiuæ potentiæ in ſuum obiectum, vt vult Scotus, quem nonnulli ex noſtris imitantur, proptereà negatur conſequentia, ergo ex innato appetitu, & naturali deſiderio, &c. ſed, ergo ex appetitu rationali naturali quòad ſpecificationẽ actus, libero verò quòad exercitium, & ſufficit ad naturalitatem, vt verificatur in omnibus, vel in pluribus. Hæc autem ſolutio quamuis acuta, & communior ſit inter Doctores, difficultatem tamen implicat, & rationes D. Thom. lib. 1. Metaphiſ. vbi naturale deſiderium ad ſcire explicat, pro ea propenſione, atque inclinatione appetitiuę potentiæ rationalis, in ſuum obiectũ conſiderando intellectum, vt eſt potentia omnia, & naturalitèr inclinatur ad intelligere, & ſcire, ſicut graue tendit deorſum, & materia appetit formam, quæ de appetitu elicito non poſſunt interpretari. Quare ſuppoſito, quòd actus ſit naturalis, quia ad ipſum inclinat natura; hoc autem dupliciter contingit, vt docet D. Thom. 12. quæſt. 41. articul. 3. cor. Primò quod totum perficitur à natura abſque apprehenſiuæ virtututis operatione. Secundò quia ad ipſum natura



Digitized by Google

tura inclinat, & non perficitur niſi per appræhenſionem: priori modo leuæ tendit ſurſum, & graue deorſum; poſteriori verò modo, motus & actus, tùm appræhenſiuæ, tùm verò appetitiuæ virtutis dicuntur naturales, quia in ipſam naturam ſicut in primum principium reducũtur. Ex qua diſtinctione liquet, quòd actus appræhenſiuæ, & appetitiuæ virtutis, in natura rationali, vt intelligere, & ſcire verùm, & velle bonum in communi (quidquid ſit in particulari quòad exercitium actus ob innatam libertatem præuia indifferentia iuditij rationis in quo fundatur) ſunt naturales initiatiuè ex innata propenſione, & inclinatione naturæ rationalis ad ſcire; completiuè verò per actum elicitum perficiuntur. D. Thom. ergo lib. 1. Metaphiſic. de deſiderio naturali ad ſcire initiatiuè interpretatus eſt Philoſophum, ex naturali appetitu, indito ex proprijs principijs toti ſpeciei humanæ: ſed in ſecunda ſecundæ, de appetitu, & deſiderio rationali, prout eſt actus elicitus, quo inclinatio naturæ rationalis ad ſcire perficitur. Et ita omnia ſunt conſona: Neque Magiſter Aquarius Dilucid. 2. in lib. 1. Metaph. diſſentit, dùm diſtinguit de ſcire confusè, &c.

Apparens contradictio. Angelicus Doctor lib. 2. Metaph. lect. 5. oſtendens, quantùm vim habeant leges ait, quòd lex diuinitus data ordinat hominem ad veram fœlicitatem, & penes hoc diſtinguitur ex legibus ab hominibus alimentæ, quæ ad conuerſationem ciuilem ſicut ad vltimum finem ordinantur. Oppoſitum huius docuit 12. quæſt. 98. artic. 1. argum. vbi exponit verba Ezechielis cap. 20. Dedi eis pręcepta non bona, et iuditia in quibus non viuent, quòd Dominus loquitur de præceptis cerimonialibus, quæ quidem dicuntur non bona, quia gratiam non conferebant, etc. Et tamen iſta fuerunt diuinitus data à Deo, vt patet in lib. Leuit. per totum. Non ergo omnis lex diuinitus data, ordinat ad veram fœlicitatem, ſicut dicitur lib. 2. Metaph. Reſp.

Ad quod reſpondentes, dícimus nullam eſſe penitus contradictionem, quia præcepta legis erant bona in ſe, eo quòd erant contentiua iuſtitiæ, vt inquit Rabi Salomon, ſed non erant bona tranſgreſſoribus qui puniendi erāt grauius poſt agnitam Domini voluntatem, et iuditia in quibus non viuent, ideſt morientur, quia præcepta iuditialia in pluribus caſibus dicebant mortem inferendam tranſgreſſoribus. Aliter dicitur, quòd quamuis hæc lex præceptorum cerimonialium immediatè non ordinaret ad veram fęlicitatem, mediatè tamen ordinabat. Non enim habebat vim medij perfecti ad beatitudinem, quod eſt proprium nouæ legis, quæ iuſtitiam, et gratiam continet, ſed ſolummodo, vt inquit Apoſtolus oſtendebat peccatum, ipſum prohibebat, & diſponebat ad Chriſtum venturũ. Cœterum non iuſtificabat atteſtante Apoſtolo Rom. 4. cap. ſi Abraham ex operibus legis iuſtificatus eſt habet gloriam, ſed non apud Deũ: & loquitur de lege, quæ comprehendit præcepta cerimonialia de diuino cultu, & iuditialia de iuſtitia obſeruanda inter homines, & moralia de actibus virtutum, vt docet Sanct. Thom. 12. quæſt. 100. artic. 12. Vel poteſt dici, quòd Ezechiel Propheta Ironice in illis verbis in perſona Dei loquitur, ſicut ex antecedentibus, ſubſequentibus verbis patet, Exacerbauerunt me filij Iſrael in deſerto, & in præceptis meis non ambulauerunt, & iuditia mea non cuſtodierũt, & ſabata mea violauerunt, & comminatus ſum, vt effunderem furorem meum ſuper eos, & implerem iram meam in eis, vt diſpergerem in nationes, & ventilarem in terras, ergo, & ego dedi eis præcepta non bona, & iuditia in quibus nō viuent? quaſi dicat, non, quia præcepta bona dedi eis, ſed ipſi noluerunt ea obſeruare, vt viuerent in eis, & boni fierent. Sed ſecunda ſolutio magis eſt ad propoſitum, & cōtradictionem eneruat.

Apparens contradictio Angelicus Doctor lib. 3. Metaphyſicorum lect. 3. in calce, inquit, falſum eſt, quod in Mathematicis non ſit bonũ ſicut Philoſophus infra lib. 11. lect. 8. probat, & quidem Mathematicalia realia entia ſunt atq; realia in primo certitudinis gradu ſciētiæ obiectum. Oppoſitum affirmat 1. parte, quæſt. 5. artic. 3. ad quartum, quòd Mathematica non ſubſiſtunt ſeparata ſecundũ eſſe, quia ſi ſic ſubſiſterent, eſſet in eis bonum, ſcilicet ipſum eſſe ipſorum.

Hanc contradictionem quidam ſoluunt, diſtinguendo de bono in ratione boni, & de bono, quòd eſt eſſe, & ipſum quodquid eſt; & priori modo in Mathematicis non reperitur bōnũ, ſicut neque finis, ſub ratione finis, poſteriori verò modo eſt in eis id, quòd eſt bonum, cùm habeant eſſe, & quodquid eſt. Vel diſtinguendo, quòd Mathematica dupliciter conſiderantur: Primò ſecundùm eſſe; Secundò prout ſũt abſtracta ſecundùm rationem, & hoc ſecundo modo nullum eſt inconueniens in Mathematicis non eſſe bonum: nàm cum ratio entis ſit prior cæteris, à ratione boni præſcindi poteſt. Verùm hæ duæ ſolutiones ſicut inter ſe contradicunt, ita contradictionem in dictis D. Thom. non conciliant. Dicitur in prima ſolutione, quòd in Mathematicis eſt, id quod eſt bonum, ideſt eſſe, & ipſum quodquid eſt, vt ipſi explicant: hoc autem eſſe Mathematicalium formalitèr loquendo, non eſt niſi illud eſſe abſtractum ſecundùm rationem, non enim à parte

rei

rei ſubſiſtunt, neque habent eſſe niſi in ſenſibilibus, iuxta Peripateticam doctrinā (quidquid Pitagorici, Platonici, & Herculei falſo fuerint arbitrati) ſed in ſecunda ratione negatur bonū reperiri in Mathematicis, prout abſtrahuntur ſecundùm rationem. Igitur contradictio in ſolutionibus auget difficultatem in contradictione Sanct. Thom. præſertim cum ſecunda ſolutio deducatur ex dictis Diu. Thom. prima parte vbi ſupra. Poteſt tamen defendi vtraque prærecitata conciliatio, explicando D. Thom. cum D. Thoma in prima parte, vbi ſupra qui aſſignans rationem, quare in Mathematicis, quia ſunt ſeparata à materia ſecundùm rationem, & non ſecūdùm eſſe non eſt bonum? inquit, non eſſe inconueniens, cùm ratio entis ſit prior quā ratio boni, quòd in aliquo ente, ſecundùm rationem, non ſit ratio boni, ac ſi dicat D. Thom. quia abſtrahentium non eſt mendatium in prima intellectus operatione, & ratio entis ſicut eſt prima, & vniuerſalior, quam ratio boni ita in abſtractione, & conſideratione Mathematica, poterit eſſe obiectum, & terminus, non conſiderata ratione boni, & hoc modo non eſt inconueniens ſecundùm rationem, ideſt ſecundū eam abſtractionem, & conſiderationem Mathematicam, quòd in aliquo ente non ſit bonum: cæterùm ſecundum eſſe Mathematicalia cùm ſint vera entia realia, bona ſunt. Verùm hęc interpretatio poterit etiam applicari ad Metaphyſicalia, & Naturalia, ſcilicet conſiderando rationem entis, quæ prior eſt, non conſiderata ratione boni. Nam bonum eſt paſſio tranſcēdentalis entis & cùm eo conuertitur, adhuc in abſtractione Mathematica, in qua habetur cōceptus formæ, & actus, & vt ſic neceſſariò habet rationem entis, igitur in omni ſcientia abſque mendatio poterit conſiderari ratio entis, vel talis entis, non conſiderata ratione boni, vel talis boni, cæterarumque paſſionum entis. Deindè verba Sanct. Thom. non ad rationem, ideſt intellectus conſiderationem, prout ipſe ſuper Boetium de Trinit. ſatis explicat referenda ſunt (non enim de modo abſtrahendi, vel cognoſcēdi cōtrouertitur) ſed ad formalem rationem Mathematicalium, quæ verè entia ſunt, & eſſe obiectiuè dumtaxat cùm fundamento in re non habent, ſicuti Logicalia entia, igitur in ſeipſis formalitèr loquendo an bona ſint, quia controuertitur, & ita diſputat D. Tho. ſermone formali cōtrouerſiæ, & contradictioni eſt faciendum ſatis. Dicamus igitur, quòd cū Mathematicalia non ſint entia abſtracta ſecundùm eſſe, immò in ſenſibilibus poſita, ſed tantū ſecundum rationem, vt patet lib. 6. Metaphiſic. text. 2. conſideramus in ipſis illud quod naturale eſt, & exiſtens, atque hoc, quòd ſecundum rationem eſt abſtractum, & Mathematicum. Deinde in eadem abſtractione, quæ neque fictitia eſt, aut remotum fundamentum habens in re, immò directè per proprium conceptum terminatiuè eſt intellectus noſtri obiectum, vera entitas eius realis concipitur, cui à parte rei cōceptus obiectiuus permiſſiuè correſpondet, vt aliqui ſentiunt. Vel melius dicamus, quòd ſūt entia, & bona, bonitate tranſcendentali, non autem bonitate per motum cum cauſa Phiſica habita, vt ſic enim: & ſi cauſam agētem habeat, non tamen ſecundum habitudinem ad cauſam agentem ſub Mathematica conſideratione cadunt: quippè, quòd ſecundum, quòd eſſe habet vnicuique conuenit habere cauſam agentē, ergo Mathematicalia in ſe conſiderata, & entia realia ſunt, & realis ſcientiæ obiecta, & conſequentèr bona. At quoniam inquantum Mathematica ſunt ſpecificatiuè quoddam eſſe ſecundum rationem abſtractum conuenit eis, hinc fit, vt non bona dicantur ea ratione, qua entia abſtracta, ſunt præter ſenſibilia, & infrà intelligibilia: & hac ratione Diu. Thom. prima parte, quæſt. 44. artic. 1. ad tertium argumentum negat in Mathematicis cauſam efficientē, & ſupra quæſt. 5. artic. 3. bonitatem, & cauſam finalem: ſed lib. 3. Metaphyſicorum quidditatē Mathematicalium à parte rei conſiderauit minimè, quòd aliquod indiuiduum in eſſe ſubſiſtentiæ in rerum natura eis correſpondeat, & in quo exiſtant. Quare breuitèr dicamus, Mathematica ſecundum eſſe reale bona ſunt, ita enim exiſtunt ſicut cætera accidentia, non autem ſecundum eſſe intētionale, quo à materia, & motu præſcinduntur, ratione cuius præciſionis dicuntur non bona, quatenus per abſtractionem, quæ fit ab intellectu non includunt hanc proprietatem: conſiderat enim Mathematicus figuram, ſecundum puram ſuam quidditatem, nihil curando an terminos præſcribat ſubiecto & ita de alijs, &c. Si quis plura deſiderat conſūlat Magiſtrum Aquarium lib. 3. Metaphyſic. Dilucid. 2.

Apparens contradictio. Angelicus Doctor lib. 4. Metaphyſic. lect. 1. affirmat cum Philoſopho, ens multis modis dici, non æquiuoce, nec vniuoce, ſed analogice, ideſt, ſecundum rationes, quæ partim ſunt diuerſæ, prout important diuerſas habitudines, & partim non diuerſæ, ideſt per reſpectum ad vnum numero, & non ſolum vnum ſecundum rationem, ad quòd diuerſæ illæ habitudines referuntur. Oppoſitum docet cum eodem Philoſopho lib. 2. Metaph. lect. 2. vbi probat ſempiternorum principia eſſe veriſſima, quia vnumquodque eſt maximè tale, per quòd alijs ineſt vniuocatio, vt patet de igne.

Quæ

Digitized by Google

Quæ Philoſophi conſequtia vim habet ex hoc, quod principia illa ſempiterna ſunt cauſa vniuoca veritatis in alijs, alioquin ſi principia illa eſſe æquiuoca, vel analoga aſſumeret, repugnaret exemplum de igne. Deinde maior propoſitio in vniuocis verificatur: & tandem in ſyllogiſmo Philoſophi eſſent quatuor termini.

Hanc contradictionem ſoluentes dicimus, quod Philoſophus lib. 2. Metaphiſicorum probans, quod cognitio veritatis maximè, & principalitèr ad ſcientiam Metaphyſicam pertinet, inter alias rationes ex eo deducit, quia conſiderat maximè vera, veluti eſt prima cauſa, ex qua veritas in alijs cauſatur: & aſſumit illud principium, Vnumquodq; eſt maximè tale inter alia ex quo cauſatur in alijs, aliquod vniuocè prædicatum de eis, ſicut ignis eſt cauſa caloris, &c. vbi Diuus Thomas exponit Philoſophum de vniuocatione mentionem feciſſe, quia quãdoque contingit, quòd effectus non peruenit ad ſimilitudinem cauſæ ſecundum eandem rationem ſpeciei, propter excellentiam ipſius cauſæ, ſicut Sol eſt cauſa caloris in iſtis inferioribus, & non tamen inferiora corpora poſſunt recipere impreſſionem Solis, ſecundum eandem rationẽ ſpeciei cum non communicent in materia: vnde non dicimus Solem eſſe calidiſſimum, ſicut ignem, ſed dicimus Solem eſſe aliquid amplius quàm calidiſſimum. Quare propoſitio illa aſſumpta ex philoſopho ita explicatur; & duplici ſenſu verificatur. Vnum quod eſt maximè tale ex quo cauſatur in alijs, &c. vel quia in eo aliquid excellentius reperitur, vt patet in Sole reſpectu calidorum, Vel quia eſt cauſa vniuoca, ſicut ignis, &c. cum ergo nomen veritatis alicui ſpeciei non ſit proprium, ſed communitèr ſe habeat ad omnia entia, & prima cauſa veritatis tantum in nomine, & ratione communi communicet cum his quibus eſt cauſa veritatis, non autem in ratione ſpeciei, ſequitur, quòd in ſe ſit veriſſima. Vbi Diuus Thomas euidentèr explicat ſeipſum, quid intelligatur per illam communicationem in ratione communi, ſcilicèt in conceptu analogo ſecundum attributionem: quæ analogia ſtat cum vniuocatione communitèr dicta, prout mediũ, ſicut eſt analogum, participat de extremis, nimirum de æquiuocatione, & vniuocatione, ob vnam eius rationem inæqualitèr participatam. Alitèr ex tranſlatione Arabica ſolet reſponderi, in qua legitur; Vnumquodque principiorum propriè eſt cauſa eorum, ſecundùm quod ſunt aliæ res, quæ conueniunt in nomine, & exponit Comment. quæ conueniunt in nomine, & diffinitione: & vt ſic Deus eſt cauſa entitatis, & veritatis, in alijs ſecundùm idem nomen, & intentionem quia eſſe illud cui conuenit ratio, quæ eſt diffinitio entis, eſt communis omnibus. Sed verior eſt explicatio S. Th. iuxta latinã tranſlationem, de vniuocatione, quæ ad analogiam propendit: non enim verùm in eodem gradu reperitur in Deo, & in creaturis, neque eſt eiuſdem rationis formalis, ſecundum ſpeciem, ſed participate conuenit creaturis (vſurpando modo veritatem pro rei entitate) & per attributionem ad Deum: & cùm veritas in Deo formalitèr reperiatur, prout per eſſentiam, & independenter verus eſt, & increata veritas: Et in creaturis adhuc reperitur veritas formalitèr, licet creata, dependentèr, & participata; & vtraq; veritas, tàm in Deo, quàm in creaturis, communicat in ratione communi entitatis. Hinc eſt, quod de vniuocatione prout recedit ab æquiuocatione in qua ratio eſt omninò diuerſa in æquiuocatis, Philoſophus mentionem fecit: nihil enim abſurdi eſt analogum comparatiuè ad æquiuocum, vt ſic, dici analogum. Ex quibus patet nullam eſſe contradictionem in dictis Sancti Doctoris, niſi proteruientes Philoſophum de vniuocatione propriè dicta intelligamus, & eam Arabicam tranſlationem (quæ D. Thom. minimè latuit) alitèr velimus interpretari, quã præter intentionem iuxtà triplicem modum analogiæ ex eodem Sanct. Thom. lib. 1. ſententiarum, diſtinct. 19. traditum, & explicatum, & vt mihi videtur ad Arabicam tranſlationem cõfugiens, D. Thom. noluerunt intelligere.

Apparens contradictio. Angelicus Doctor lib. 5. Metaphyſicorum lect. 1. inquit ea ratione Philoſophum de principio inchoaſſe ſermonẽ in hoc libro de quoties, qui ex peritis ſeminarium ſcientiarum nuncupatur, quia principium communius eſt quam cauſa. Aliquid enim ita principium, quod cauſa non eſt: veluti terminus à quo principium, & non cauſa eſt motus. Itaque principium, & cauſa inconuertibilitèr ſe habent. Oppoſitum iam ſcripſerat ſupra lib. 4. lect. 2. quod ens, & vnum conuertibilitèr ſe conſequuntur, ſicut principium, & cauſa: quòd totalitèr deſtruit primum dictum. Reſp.

Circa hanc contradictionem multi multa dicunt. Quidam enim diſtingunt de cauſa, quod duplicitèr conſideratur, primo propriè, & ſecundùm rationem cauſæ; alio modo communitèr, vt ſe extendit ad omnem agendi modum: & primo modo principium, & cauſa diſtinguuntur, nam cauſa omnis eſt intrinſeca, vel extrinſeca, & influit ad eſſe cauſati, cum temporis prioritate, & inequali perfectione in cauſa, & effectu. Principium verò communius eſt, cor enim in animali principium eſt, non autem cauſa, & punctus reſpectu lineæ, & Pater in diuinis eſt principium, non cauſa filij, quorum idem eſt eſſe abſque prioritate, vel diminutione in

Digitized by Google

ne in altero, ſed tantùm cùm ordine originis. Secundò verò modo principium,& cauſa conuertuntur, extendendo nomen cauſæ ad omnẽ modum agendi, ſimul nectendo cauſam per ſe, & per accidens, & ita principium, & cauſa cũ diſtinctione rationis, & identitate in ſubiecto ſunt idem conuertibilitèr, vt dicitur lib.4 Metaphiſicorum. Sed repugnat hæc conciliatio Philoſopho,& Sancto Thom. qui lib.5. Metaph. de principio, & cauſa, conſiderant ſecúndum cõmuniſſimas eorum rationes,& cap.2. de cauſa, aſſignat cauſas per ſe, & per accidens: immò omnes modos, & proprietates cauſarum alitèr, quam de principio diſtincta conſideratione. Neque ſufficit diſtinctio rationis ad euadendũ, cùm infrà limites vtriuſque principij videlicet, & cauſæ præciſe ſtandum, ſecundum quod Philoſophus,& D. Thomas loquuntur Metaphyſica conſideratione, ex oppoſitis eorum proprietatibus, & ſeparabilibus realis diſtinctio potius deducitur. Alij, præmiſſo quid Philoſophus ſenſerit de principij ratione, ita ſoluunt cõtradictionẽ, ꝙ principiũ productiuũ, & cauſa productiua, & effectiua, ſunt idẽ cõuertibilitèr, cũ vtriuſque productio ſit ſecundum diſtinctionem eſſentialem; inter producens,& productum: Itaque principium in ſpecie ſumptum, & cauſa, conuertuntur, ſicut habetur lib.4. Metaphiſicorum, ſed principium, vt principium, communius eſt quã cauſa, quæ ſe habet per additionẽ ad ipſum, eſt enim aliquod principium idem eſſentialitèr cùm eo cuius eſt principium, ſicut patet in diuinis, &c. Hæc ſolutio non euadit difficultatem; Primo, quia Philoſophus aſſignãs modos quibus diuiditur principium, inter cæteros aſſignat principium realitèr productiuũ, & aſſumit illud, vt diſtinctum à cauſa ſecundũ rationem principij, ſecus modi principij (formaliter loquendo) confunderentur cum modis cauſæ. Secundò, & ſi principium productiuũ, & cauſa productiua conuertuntur (vt ipſi contendunt) non licet inferre vniuerſalitèr, ergo principiũ, & cauſa conuertibiliter ſe habent. Etenim Philoſophus, & D. Thom. vtrobique vniuerſalitèr loquuntur de principio, vt principio, & de cauſa in ratione cauſæ. Alij conciliant, quòd D. Thom. cum Philoſopho diſtinguit principium à cauſa lib.5. Metaphiſicorum tanquam magis commune à minus communi, & lib.4. Metaph. dum dicit, quòd ens, & vnum conuertuntur, ſicut principium,& cauſa, fortaſſis loquitur Ariſtot. ex ſententia illorum Authorum Græcorum, qui opinabantur cauſam conuerti cum principio, non autem ex propria ſententia. Vel poteſt dici, quòd exemplorum non requiritur veritas, vt inquit Soncinas, & poſt eum Bannes. Poteſt, & aliter dici cum ipſomet D. Thom. quòd principium,& cauſa, non tanquam Synonima, ſed ſicut ea, quæ ſunt idem ſubiecto, & diuerſarum rationum, conuertibiliter ſe conſequuntur: & vt ipſemet Philoſophus lib.5. Metaphyſicorũ text.1. poſt explicatos modos huius nominis principij, ꝙ lib.4. præmiſerat, declarat; Toties autem cauſę quoque dicuntur: omnes namque cauſæ principia; vbi D. Thom. His etiam modis, & cauſæ dicuntur quædam principia: nam omnes cauſæ ſunt quædam principia, ex cauſa enim incipit motus ad eſſe rei, licet non eadem ratione cauſa dicatur,& principium: ac ſi diceret, quia cauſæ omnes principia ſunt, vel ſuo modo, poſſunt dici principia, prout etiam importat quẽdam ordinem, ſecundùm eam acceptionem, vnde incipit Motus, idcircò omneſque cauſæ principia,& conuertibiliter ſe conſequuntur, vt ſic, Verumtamen ex diuerſis eorum rationibus, cũ non ſint ſynonima, communius eſt hoc nomen principium quam cauſa. Nam aliquid eſt principium ſicut terminus à quo, ita eſt motus principium, quòd non cauſa, quo pacto loquutus eſt Philoſophus lib.5. Metaph.& poſt eum D. Tho. Et per hæc patet ad contradictionem.

Apparens contradictio. Angelicus Doctor Sanctus Thomas lib. 6. Metaphyſicorum lect. vltima, exponendo dictum Philoſophi text. cõment.8. non eſt enim verum,& falſum in rebus, vt quodquid bonum,& verũ. &c inquit, quod verum, & falſum, quæ ſunt obiecta cognoſcitiuæ virtutis, ſunt in mente, bonum autem, & malum, quæ ſunt obiecta virtutis appetitiuæ, ſunt in rebus: ex quibus verbis liquet, verum formaliter, & per ſe fore intellectus obiectum. Oppoſitum huius colligitur 1. parte quæſt. 16. artic.3. ad tertium quippè quod, verum non eſt per ſe obiectum intellectus, ſed quædam obiecti intellectus adæquata paſſio, quoniam ens abſque ratione veri apprehendi poteſt, licet nõ apprehendatur ens, niſi ratio veri conſequatur rationem entis, quoniam cognitio per aſſimilationem cognoſcentis ad rem cognitam perficitur,& id Capreolus defendit lib.1. ſentent. diſt. 2. q 1. conc.2.

De obiecto noſtri intellectus, non vno modo eſt dicendum, quemadmodum & multiplex apud Sanct. Thom. conſtituit. Eſt autem primum, & per ſe obiectum noſtri intellectus ens cum ratio, & conceptio entis prima ſit inter omnes, & in eam omnes aliæ ſoluantur, quòd & Auicenna 1. lib. ſuæ Metaphyſic. affirmat, eſt enim ens primum, ideſt adæquatum noſtri intellectus obiectum, propterea quod primo illi imprimitur, & vnumquodque quatenus actu ens, intelligibile eſt lib.9. Metaph. text.20. immo non ens, ſub ratione entis apprehenditur,

quo

quo pacto negationes, & priuationes, entia dicuntur, & de eis ens dicitur lib. 4. Metaph. tex. 2. & vt docet Sanct. Thom. in diſputatis de veritate quæſt. 1. artic. 1. ſicut in demonſtrationibus oportet fieri reductionem in aliqua principia per ſe, intellectui nota: ita in inueſtigando, quid eſt vnumquodque, ne detur proceſſus in infinitum, & omnis ſcientiæ ratio demoliatur. Quare primum, quòd intellectui notiſſimum occurrit, & in quod omnis intellectus conceptiones reſoluũtur, eſt ens, ac per per hoc, vt Capræolus interpretatur, tàm temporis, quàm adæquationis prioritate, ens noſtri intellectus eſt obiectum: Fundamentalis autem huius dicti ratio eſt, & ſupponitur modo entis conceptus vnus, tàm formalis, quàm obiectiuus, ſiuè formalis ſit præciſus, & diſtinctus, & conceptus obiectiuus qualitercunque vnus aſſignetur proportionalitèr, ſiuè confuſus, aut diſtinctus primi analogati, cum confuſa, & implicita alterius repreſentatione, ita quod ſub ſe omnes differentias, & ſpecies entis poſſibiles comprehendit, tàm prædicatiuè, quàm repræſentatiuè, habens eſſentialem ordinem cùm cęteris quidditatibus, & prior illis ſaltem quoad nos, quòd dico propter conceptum diuini eſſe in ſe. Aſſignatur aliud obiectum materiale noſtri intellectus pro iſto ſtatu, quo à ſenſibus omnis noſtra cognitio oritur, & hoc eſt quiditas rei materialis, quæ connaturale, ac proportionatum nobis dicitur obiectum, in quòd intenſiuè, & extenſiuè, poteſt intellectus ſuum actum exercere, & intelligitur per quidditatē rei materialis, quidditas ſubſtantię compoſitę, ex materia, & forma, in ſeipſa cognoſcibilis, cuius phantaſma haberi poteſt, & tandem immediatè vtraque ſpecies intelligibilis impreſſa, & expreſſa, perfectè ipſam repreſentans. Huiuſmodi ergo quidditas non formale, & adæquatū ac per ſe primum eſt noſtri intellectus obiectū, ſicuti materiale primum, & proportionatum, non ſimplicitèr pro quocunque ſtatu, ſed intellectui coniuncto, ac per hoc poteſt intellectus coniunctus intelligere pro præſenti ſtatu proprium obiectum, & oppoſitum eius, eo quod talis quidditas eſt materiale obiectum, & primum, ideſt primo cognitum non autem formalis ratio obiecti: dicitur quoque verum obiectum noſtri intellectus. Pro quo notandum, quòd verùm poteſt ſumi duplicitèr, Formalitèr, & materialitèr, pro re vera, & pro adæquatione, ſiuè commenſuratione intellectus ad rē, nunc autem formalitèr loquimur de vero, & dicimus ipſum verum eſſe formale, & per ſe obiectum noſtri intellectus, diſtinguendo de formali obiecto, vt quo, & vt quod, quemadmodum liquet in obiecto ſenſus viſus, præſuppoſita re viſibili, tanquam materiali obiecto concurrunt in ratione formalis obiecti lux, & color, lux autem tanquam in quo aliquid viſui obijcitur, color vero, vt id quod videtur. Et hac obiecti diſtinctione in materiale, & formale, quo, & quod, in omnibus potentijs, & habitibus, ac ſcientijs, vt inductiuè in ſua doctrina patet vtitur Sanct. Thom. & præſertim in doctrina diuinitus reuelata, præ oculis eſt habendū, quoniā inde vnitas, & diſtinctio potentiæ, & habitus, ſiuè ſcientiæ habetur: Et ad noſtrum propoſitum redeuntes, dicimus, quòd verùm formaliter ſumptum, quòd eſt re cauſaliter, & ſubiectiuè, ac obiectiuè in intellectu, vt eſt quædam cognitio, ſiuè repreſentatio intellectus, rei intellectæ conformis, vt ab actu ſecundo, & conformitatis relatione diſtinguitur, tanquam cauſa illius adæquationis, eſt obiectum quo intellectus noſtri, cùm intellectus in intelligendo per conformitatem ad rem intellectam, qua conſtituitur, ratio veri perficiatur: vnde verum eſt id, quo aliquid ſit intelligibile, non autem quod, quia intellectus intuitus, ad ipſum, ſicut ad ens, directè non terminatur, vt primo eius ratio ſit intellecta. Nec tantùm formale quo, per ſe obiectum dicitur, verùm quoniam antecedenter concomitanter, & conſequenter ad actum ſecundùm intellectus ſe habet præter id quod formaliter dicit, nàm motus cognoſcitiuæ virtutis ad animam terminatur, cuius oppoſitū eſt in appetitiua virtute, terminatur enim eius motus ad rem: quare veritas, ſiuè verùm, ſecundùm Diuum Auguſtinum eſt id, quòd eſt: & vt inquit, Auicenna ſecundo ſuæ Metaphiſic. veritas cuiuslibet rei, eſt proprietas ſui eſſe, & ſic antecedenter ad actum intellectus ſe habet, nàm ab eo, quòd res eſt, vel non eſt, oratio dicitur vera, vel falſa: & cùm inter intellectum & rem intellectam quædam adæquationis relatio conſurgat, concomitatur ille reſpectus veri rationem, quæ intellectus perfecto iudicio perficitur: & ſic verùm dicitur intellectus cōmenſuratio, ſiuè aſſimilatio ad rem intellectā, ſumendo commenſurationem pro reſpectu. Adhæc, quia veritas eſt id quo res cognoſcitur & eſſe rei declarat, ſequens omnem intellectionem, addens ſuper ens relationem ad intellectum, hinc verùm cōſequenter ad intellectionem ſe habet, ſed formaliter verùm, tunc dicitur conformitas non, pro conformitatis relatione ſumpta intellectus ad rem intellectam, aut pro cognitione, & rei repræſentatione, vt diximus, ſed pro illa repreſentatione conformi ad quam concurrunt intellectus, actus intelligendi, vtraque ſpecies impreſſa, & expreſſa res extra, vt obiectiuè relucens in intellectu, cùm reſpectu inter cognoſcentem, & cognitū,

Ppppp &ſe-

Digitized by Google

& ſequitur actum cognoſcitiuę virtutis, vt cognitum per eam, cùm reflexione ſupra ſeipſam, cognoſcendo naturam ſuam, necnon ſui actus quidditatem, & eius proportionem ad res: Et ſic verùm, eſt quædam paſſio primi obiecti intellectus, quod eſt ens, ſequitur ad apprehenſionem entis, ſecundùm Sāct. Thom. prima parte, quæſt. 16. artic. 3. ad tertium. Ex quibus quid ſit dicendum ad contradictionem patet, videlicet, quòd verùm eſt obiectum formale quo, noſtri intellectus, vt dicitur 6. Metaphiſic. Et ſi alibi hoc negauit, tunc de obiecto formali, quòd illud non affirmabat ſolum conſiderādo verùm, vt entis conceptionem cōſequitur, vt iam eſt declaratum, & ingenioſo lectori prolixa dictorum applicatio relinquatur.

Apparens contradictio. Angelicus Doctor Sanctus Thomas lib. 7. Metaphiſicorum lect. 1. dicit cùm Philoſopho, quòd accidentis eſſe, eſt alteri ineſſe, & non eſt poſſibile aliquid eorum ſeparari à ſubſtantia ſimul in concreto, & in abſtracto, quòad rem ſignificatam nectendo accidentia, tùm quia ſunt entia propter ſubſtātiam, & ſignificant concretum ſubſtantiæ: & prout in ordine ad ipſam ſignificantur, entia dicuntur, tùm quia ſunt entia, ſecundùm quid, & præſupponunt ens ſimpliciter, tū verò, quia ſunt ſubſtantiæ affectiones, quam ſequuntur, & afficiunt: & quoniam quidditas rei materialis eſt proportionatum, & materiale obiectum primi noſtri intellectus, pro præſenti ſtatu, abſq; ea, qua mediante nunc cognoſcuntur omnia, intelligi nequeunt, cùm congnitum quodcūque à potentia, ſub eius obiecto cadat, quòd primo cognoſcitur. Oppoſitum huius lib. 4. ſententiarum, diſtinct. 12. quæſt. 1. artic. 1. ad primùm exprimit, quòd ineſſe non dicit eſſe accidentis abſolutè, ſed magis modum eſſendi, qui ſibi competit ex ordine ad cauſam proximam ſui eſſe. Reſp.

De accidente ſicuti Philoſophus conſiderat lib. Metaphiſicorum dicimus ipſum inter entia realia collocari, negando, quòd ſollummodo ſit ſubſtantiæ affectio, quòd verùm eſt, & probatur de accidente in concreto; & in abſtracto ſumpto, quoniam accidens concretum eſt terminus motus lib. 5. Phyſicorum, & accidens abſtractum reponitur in prædicamento reali: quare habet accidens eſſentiam, & exiſtentiā, quæ realiter inter ſe, & à ſubſtantia diſtinguntur, tùm quia eſt alterum membrum ſubſtantiæ, condiuiſum in diuiſione entis per ſe, tùm quia de ipſo accidente, & ſubſtantia verificatur propoſitio immediata negatiua, tùm verò, quia eſſētiæ prædicamentorum ſunt impermixtæ: quòd ſi accidens eſt actu ens, neceſſariò ſibi eſſentiam, & exiſtentiam determinat, à ſubſtantia diſtinctam, tum quia accidens eſt terminus actionis realis, vt patet de calore recepto in aqua, tùm quia aſſumitur accidens pro inſtrumento in actione reali (generat enim pater potentia generatiua) tùm verò quia accidens recedit ex natura materiæ primæ, ac per hoc non habet eſſentiam purè potentialem. Et ſupponendo, quòd communiter Thomiſtæ dogmatizāt, in omni ente creato, eſſe diſtingui realiter ab eſſentia, plana fiunt quæ præmiſimus, non quod ſimpliciter, ſicuti ſecundùm quid, vt Philoſophus docet, accidentia eſſentiam ſortiātur, & exiſtentiam, ſolummodo enim ſubſtantia ſimpliciter eſt ens, & exiſtit, & hac ratione accidens eſt ens, eo quod taliter entis, ob incompletam eſſentiam, & exiſtentiam, ſubſtantiam ſupponentem quam habet. Et propterea per ſe non exiſtit; inhæret autem ſubſtantiæ, & ſic definitur accidens, quòd eſt natura cui debetur eſſe in alio ob dependentiam quā habet à ſubiecto, in eſſendo, ſaltem aptitudine, & in cognoſcendo. Cuius dependentia cum actuali, vel aptitudinali inhærentia eſt realis relatio, minimè de genere ad aliquid, ad terminū relata, eiuſdem generis, vel alterius: eſt autem tranſcendentalis reſpectus à termino haud à ſubiecto abſolutus, nec quid ſuperadditum naturæ accidentis dicit, ex eo enim quod accidēs eſſentiam, & exiſtentiam incompletam, & ſecundùm quid importat ad ſubiectum in quo ſua natura completur, intrinſecum dicit reſpectum. Diuiditur verò inhærentia accidentis in actualem, & aptitudinalem, ita vt actualis inhærentia ſit; quando actualiter accidens inhæret ſubiecto, & exiſtenter denominat illud: Aptitudinalis autem inhærentia eſt, quando accidens ſecundùm intellectum, vel per diuinam potentiam actu ſeparatur à ſubiecto, ad quod habet dependentiam. Dixi ſecundùm intellectum, quòad cognitionem confuſam accidentis, abſtrahendo ab hac, vel ab illa ſubſtantia, dū modo non ſint accidentia copulata: vtraque inhærentia cùm accidente identificatur, nullū penitus additum dicens ſuper illud, & hoc eſt eſſe, in quod omnes accidens circuit: & eſt modus eſſendi accidentis, licet non ſit de conceptu quidditatiuo accidentis, quoniam conceptus accidentis, abſtrahit ab eſſe per ſe, vel in alio: & eſt natura cui debetur eſſe in alio, & cum non ſit ſuum eſſe; quemadmodum, & ſubſtantia, in genere poteſt intelligi, quòad quid ſit, ignorato an ſit, ita & de accidente dicendū eſt. Sed hoc vltimum dictum, quòd Dominicus de Flandria opinatur de aptitudinali inhærentia, quod non ſit de conceptu quidditatiuo accidentis, omninò eſt abſurdum, vnumquodque enim ſicuti eſt, ita cognoſcitur, eſt autem

acci-

Digitized by Google

accidens natura cui debetur eſſe in alio, ergo habet eſſentialem dependentiam ad illud tale, ſine quo non eſt cognoſcibile. Amplius, inhærentia eſt modus eſſendi accidentis, vel intrinſecus, aut extrinſecus: ſi ſecundùm, tùnc ſignificat, quid ſuperadditum naturæ accidentis, & erit reſpectus de genere ad aliquid, quòd ipſe negat, nàm tranſcendentia non addunt aliquẽ gradum ſupra quiditates genericas, ſpecificas, & indiuiduales. Si primùm admittitur, igitur importat quid identificatum cum natura accidentis, & tunc accidens abſque eo non eſt intelligibile. Præterea, ſicut ſubſtantia eſt natura cui debetur eſſe per ſe formaliter, licet effectiuè conueniat ſibi eſſe ab alio, ita accidens eſt natura cui debetur eſſe in alio formaliter, & non ſuperadditum, atqui ex ſeipſo vt ſic depẽdentiam habet ad ſubſtantiam. Vlterius, quælibet quidditas incompleta, & imperfecta, ex ſeipſa reſpicit, & habet depẽndentiam ad id, ex quo ſuum complementum ſortitur, & perfectionem, vt patet de materia reſpectu formæ, & de commẽſuratione animæ noſtræ ad corpus, eſt autem accidens quidditas ſecundùm quid, & perficitur in eſſendo, & cognoſcendo ex ſubiecto, igitur ex ſe reſpicit illud. Sed inde prouenit deceptio, quoniam non fuit diſtinctum de actuali accidentis inexiſtentia, quæ ab eius eſſentia realitèr diſtinguitur, cùm incompleta accidentis in ſe quidditate, quæ licet in abſtracto quoadmodum ſignificandi nõ ſignificatur, vt inhærens, eſt tamen quo ad rem ſignificatã inhærens, ſicut D. Thom. in eodem lib. & eadẽ lect. dicit, & affirmat. Quare aptitudinalis inhærentia, eſt de quidditatiuo conceptu accidentis, ſine qua non eſt inrelligibile, & ſi in 4. lib. ſententiarum ineſſe accidẽtis modum eius expreſſerit, quia tunc de Sanctiſſimo Euchariſtiæ Sacramento erat ſermo, in quo accidentia ſine ſubiecto remanent, & nouum modum eſſendi induunt, ob alterationes, generationes, & corruptiones, quæ in ſpeciebus ſacramentalibus apprehenduntur, idcircò ineſſe actuale accidentis, eſt eius modus intrinſecus, in ordine ad cauſam proximam, extrinſecus verò in ordine ad cauſã primã, quæ in genere cauſa efficiẽtis, effectũ ſine cauſa ſecũda cõſeruare põt: ſed non ex hoc accidentis ineſſe formale mutatur, quia tunc non eſſet accidens, mutatur verò modus eſſendi, & de hoc verificatur ineſſe non dicit eſſe accidentis abſolutè: & ſic diuerſimodè conſiderato ineſſe oppoſita S. Tho. protulit in Metaphyſ. & in ſentent.

Apparens contradictio. Angelicus Doctor Sanctus Thomas lib. 8. Metaphyſicorum, lect. 1. dicit, quòd materia non eſt ſeparabilis à forma ſecundum rationem, & intellectum, cùm ſit pura potentia in genere entium, & nonniſi in potentia ad formam apprehẽdi poteſt: quòd etiam Philoſophus lib. 1. Phyſicorum, dixit materia ſecundùm proportionem, & analogiam ad formam cognoſcitur, quod abſque ratione non eſt dictum, cùm intelligibilitati actu ens ſubijciatur. Oppoſitum huius ſcripſit in Diſputatis de verit. quæſt. 3. artic. 5. ad 3. quod materia prima, quamuis ſecundùm ſe conſiderata eſſe nõ poſſit põt tamẽ ſecundũ ſe cõſiderari, eo quod prius ſine poſteriori intelligi poteſt & materia generatione præcedit formã, & ꝗ ꝑ indifferentiã, ac ſucceſſiuè reſpicit multa, abſtrahit ab eis, & tunc intelligi non repugnat. Reſp.

Multæ, & quaſi innumeræ, de materia extiterunt quæſtiones, de eius eſſentia, de potentia, & de actu eſſendi, quæ omnia in tractatu de principijs naturæ abſoluemus. Dicamus ſolummodo, qualitèr ad actum intellectus materia ſe habeat, an reſpectu eius rationem obiecti mouentis, & terminantis habeat, & ab ipſa immediatè ſit abſtrahibilis ſpecies, qua intellectus operatione, proprius formetur conceptus; & ſi actu directo, vel reflexo; & an per ſpeciem alterius: non parum enim difficultatis hæc examinare afferunt, nec abſque nimia prolixitate contingit. Subijciatur ergo nobis cum Ariſtot. lib. 7. Metaphyſicorum, text. 8. materiam per ſeipſam, neque quid, neq; quantum, nec aliquid aliud quippiam dici, ſed puram fore potentiam: quòd clarius expreſſit lib. 8. Metaphyſic. text. 3. Materiam autem dico, quæ cum non quid actu ſit potentia, eſt quodquid. Nec euadit aduerſarius, diſtinguẽdo de potentia obiectiua, & ſubiectiua, vel de actu entitatiuo, & formali, ſiuè de eſſe actu, in actu, & eſſe actus: & materia eſt actu, & in actu potentia ſubiectiua, & actus entitatiuus, non autem formalis: hoc enim voluntariè dicitur, quoniam omnis actus apud Ariſtotel. eſt primus, vel ſecundus, 2. lib. de anima text 4. & omnis potentia eſt actiua, vel paſſiua, lib. 9. Metaphyſic. Quare huiuſmodi diſtinctiones ſunt extra ſcholam Peripateticam; cùm nullibi eas Phyloſophus expreſſerit, ſecundum communẽ Græcorum, Arabum, & Latinorum commentationem: quare vt ſic, intelligibilitas per ſe materiæ repugnat; quòd enim non eſt actu ens per ſe, intelligibile non eſt. Nec à materia nudè conſiderata ſpecies eſt abſtrahibilis; quamuis vniuerſalis ſit in repræſentando, eſt tamen diſtinctè repræſentans, hanc vel illam quidditatem genericam, vel ſpecificam. Nec materia per ſe, eſt determinatè actualis quidditatis: & ob id Sanct. Thom. prima parte, quæſt. 15. artic. 3. ad tertium retractauit dictum alibi de



Digitized by Google

Idæa materiæ primæ,in intellectu diuino, quia ſecundùm ſe non eſt cognoſcibilis, & vt ſic, quia materia non eſt creata ſine forma, habet Idæam in Deo,non tamen aliam ab Idæa compoſiti: diſconuenit enim ei ſecundum ſe eſſe,& per conſequens intelligi: oportet enim quod per ſe intelligitur,eſſe diſtinctum,& actu quidditas. Et cùm intellectus noſter intelligat, abſtrahendo à ſingularibus,& materia eſt fundamentum naturæ, atque vltimum in genere ſubſtantiæ, vnius rationis,negatiuè in omnibus generabilibus,& corruptibilibus exiſtens,Tūc quæritur, quid eſt illud quod abſtrahitur, & à quo fit abſtractio? ſemper enim eiuſdem rationis materia, vt materia conſideratur, quod ſi in re non eſt,determinatæ rationis,nec apud intellectum poterit diſtinctè repræſentari: repugnat ergo materiæ cognitio directa, quæ ad rem obiectiuè actu extra exiſtentem terminatur, & directè nihil eſt in intellectu, quin prius non fuerit in ſenſu, & materia per ſe non cadit ſub ſenſu; præuenit enim vt Philoſophus dicit lib.2.de gen.text.6.omnes naturas elemētorum (niſi ſit ſermo de materia nigra,& informi,quam aſſignat Bernardinus Theleſius.) Sed mirum, quòd materia actu exiſtat affecta nigredine,ſub colorato, quòd eſt obiectum viſus, & in aliqua parte vniuerſi non ſit locata, nec ab aliquo ſit reperta. Quod ſi ipſe Theleſius reperit ipſam: Dicat nobis,in qua parte ſuæ magnæ Græciæ? quòd ſi non reperit,& ſēſu atrectauerit. quare ſenſui philoſophari permiſit? annuens modo rationi,quòd ſic ſuadeat; niſi ſe ſomniauerit quando de materia eſt philoſophatus? Abeat ergo Theleſius cùm ſecta cucurbitantium. Dicamus ergo nos,cùm Peripateticorum Principe, materiam per Analogiam ad formam cognoſci, quoniam vnumquodque ſicuti eſt, ita cognoſcitur: ſubſtantia completa,per proprium genus, & propriam differentiam cognoſcitur: accidens, ſiuè ſimplex,ſiuè copulatum,per ſubiectum, quoniam accidentis eſſe eſt inhærere: forma partis includit totum in ſui diffinitione, vel id à quo in entitate completur: relatiuum diffinitur per correlatiuum,& tandem,cùm eſſentia, & quidditas materiæ ſit potentialis, & in primo ſigno ſecundum primam entitatem ſuam incompletam,dicatur in ordine ad formam, propterea abſque forma non eſt cognoſcibilis. Vbi notandum,quòd materia non eſt ens abſolutum tantum,neque ens reſpectiuum de genere relationis,ſed medium quoddam inter ens abſolutum, & reſpectiuum,quia materia eſt ſubſtātia,vt dicit Ariſt. lib.7.Metaphyſicorum, & 8, ſed per ſe habens eſſe determinatum,vel quod ſit exiſtens, ſicuti eſt ſubiectum generationis, quòd ſub vtroque termino manet, & nonniſi propter formam habens eſſe, & idcirco eſt potentia ad actum ordinata. Nec dicas, materiam eſſe ens ſub reſpectu: ordinatur autem ſecundum totum, id quod primo dicit ad formam,& idcirco nonniſi per formam cognoſcitur: atqui vt ſic, conceptum proprium de materia in cognitione directa implicat haberi, vt patet ex ſupradictis. Quibus adde, quòd in quacunque cognitione, ſiuè præſuppoſita formæ conceptus cognitione,ſiuè non præſuppoſita,nullus de materia in ſe conceptus haberi poteſt immediatè (vt patet) nec mediatè,quoniam non per ſpeciem propriam, cùm non ſit actualis quidditas,neque per conceptum formæ, cùm opponantur adinuicem in ratione actus,& potentiæ,& ſpecies ſiuè habitus alterius contrarij oppoſitum eius nonniſi priuatiuè, vel negatiuè repræſentat. Quare cognoſcitur materia,per ſpeciem compoſiti ſubſtantialis, & de ipſa habetur cōceptus interpretatiuus,ſiuè arguitiuus, dùm tale compoſitum nonniſi ex materia,& forma conſtitutum concipitur: & cum compoſitum, cuius eſt eſſe, propriè, fiat lib.7. Metaphyſicorum, & ſubſtet vtrique generationis termino materia, ſic arguendo de generatione compoſiti,& reſoluēdo ipſum in partes, interpretamur materiæ quidditatem, quæ ſine forma vnquam exiſtit, nec cognoſcitur,licèt interpretatiuè, & arguitiuè ad ipſius conſiderationem non primò deueniat intellectus. Et oportet ſic eſſe, ſecus primo, vel ſecundo formando cōceptum proprium de materia ſuæ quidditatis ſpecies apud intellectum eſt reponenda,ſed habere ſpeciem, vt dictum eſt,ſibi repugnat,igitur, &c. Et per hoc patet,quid ſit dicendum ad contradictionē in dictis S.Thomæ, quòd quæ in diſputatione dixit,de conceptu arguitiuo,& interpretatiuo materiæ intelliguntur:cùm quo verificatur, quòd materia in eſſe cognoſcitiuo nunquam à forma denudatur, & eius conceptus arguitiuus, vel interpretatiuus,in conceptu compoſiti ſubſtantialis fundatur,& ab ipſo oritur, & ad materiam in ſe,non propter ipſum terminatur.

Apparens contradictio. Angelicus Doctor lib. 9. Metaphiſicorum lect.8. determinans cū Philoſopho, qualiter opus, vel operatio, aut vſus potentię ſit actus,& finis potentiæ,inquit quòd quando per actionem potentiæ conſtituitur aliquod operatū, illa actio perficit operatum,& non operantem, vndè eſt in operato, ſicut actio, & perfectio eius, non autem in operante. Ex quibus verbis colligitur,de mēte S.Thomæ actionem tranſeuntem, quia eſt perfectio paſſi,ſubiectiuari in paſſo formaliter vt actio eius, & non tantum materialiter, pro

relatio

Digitized by Google

relatione, & motu ſumptam: aut concomitanter pro re acta. Oppoſitum huius affirmat in Diſputatis de Potentia quæſt.7.artic.9.ad ſeptimum, vbi ait, Actio ex eo quod actio, conſideratur vt ab agente, inquantum verò eſt accidens, conſideratur vt in ſubiecto agente. Et ibidem infra quæſt.8.artic.2. Cor. dicit. Nihil prohibet aliquid eſſe inhærens, quod nõ ſignificatur, vt inhærens, ſicut & actio non ſignificatur, vt in agente, ſed vt ab agente. Quæ verba repugnant his, quæ in Metaphyſic. ſcripſit. Reſp.

Difficilis admodum, & ardua eſt quæſtio, determinatè cognoſcere, in quo actio tranſiẽs ſubiectiuatur in mouente, vel in moto, ſiuè in agente, vel in paſſo: Nedum enim cùm exteris, verum inter ſe altercantur Thomiſtæ, iniurijs primum ſe afficientes, & extra Doctoris Sancti Scholam ſe facientes. Nos autem in tot tantiſquè difficijs, malumus cùm Caietano circa hanc materiam errare, quam cum cæteris plus ſapere, quam oporteat ſapere, et ſtatuimus in primis, prædicamenta eſſe entia realia, atqui vt modi eſſendi reales realiter inter ſe diſtincti pœnes id quod propriè addunt ad ens: et cum omnium accidentium genera, id quod ſibi commune eſt vendicent, videlicet ineſſe, quoniam accidentis eſſe eſt ineſſe, ex parte in ordinem dependentiam, et tranſcendentalem reſpectum ad receptiuum dicunt, ſecus naturã accidentis ſubterfugerent. Quod vero ſingula accidentium genera præcisè important, aduenit eorum ineſſe, minimè, vt ſuperadditum, ſicut eſt modus intrinſecus, ac per hoc ſex vltima genera, neque abſolutum neque reſpectiuum tãtum, ſed abſolutum ſub reſpectu dicũt: quod etiam Cap. lib.2. ſententiarum, diſtinct.2 quæſt.1. defendit. Et oportet ſic eſſe, quoniã accidentium genera conueniunt in vna ratione communi accidentis, cum eius prædicationem in recto ſuſcipiant, et diſtinguntur rationibus proprijs: quare proprium, et commune in ipſis eſt accipiẽdum, et illud commune oportet eſſe abſolutũ à termino, nõ aũt à receptiuo, ſecus vltima ſex genera dicerent reſpectũ, ſub reſpectu, ꝙ eſt ridiculum. His prænotatis, addo aliud, quòd vt actio ſit completa, iſthæc omnia concurrunt: Agens quod, vt ignis calefaciens; potentia, qua poteſt agere, & præcedit actum 9. Metaphyſicorum, text. & concurrit, vt inſtrumentum. Et quia de actione prædicamentali ſermo eſt (quicquid ſit de creatione, & gubernatione reſpectu Dei) agente diſpoſito, & paſſo debitè approximato, antequam actu agat, oportet vt mediante potentia eliciat actum ſecundum, qui eſt agere, & poſtmodum ſequitur motus, cum potentia actiua ſit principium tranſmutationis in alia, prout aliud eſt, 9. Metaphyſicorum, tex.2. qui motus ſubiectiuè recipitur in mobili lib.3 Phyſic. & in termino motus conſurgit completa relatio, inter agens, & paſſum, quia tunc perficiuntur adinuicem, præſertim quando agens; & paſſum ſunt eiuſdem ordinis; & patet in inchoato exemplo de igne calefaciente aquam, qui habet potentiam calefaciendi, & elicit actum ſecundũ, dum approximatur aquæ, & poſtea motus alterationis ſubiectiuè in aqua recipitur, & tandem in fine alterationis, conſurgit inter ea actiui, & paſſiui relatio: & hoc affirmabat Philoſophus lib.7. Phyſicor. tex. mouens, et motum oportet eſſe ſimul: quòd D.Thom. in doctrina ſua, de mouente incorporeo, et mouente corporeo exponit, præſertim prima parte, quæſt.8 artic.primo. Cor. quare requiritur illa immediatio, vt ille actus ſecundus, inter potentiam, et motum, ac relationem, medius eliciatur, tãquam potentiæ perfectio, et id quo operatum producitur; nõ ſufficit enim potẽtia abſq; actu ſecundo, ipſam determinante, et ſpecificante. Hinc D.Tho. pluries dicit, quòd relatio paternitatis fũdatur ſuper genuiſſe, et relatio filiationis ſuper genitũ fuiſſe: et cõſtat, ꝙ ſunt relationes actiui, et tñ nõ fũdãtur ſuper potẽtiã generãdi actiue, vel paſſiue, ſed ſuper illũ actũ ſecũdũ, genuiſſe, vel genitũ fuiſſe, quę nec generatio cum præuia alteratione, nec relationes ſunt. Quare actio prædicamentalis (niſi proteruire velimus) diſtinguitur à potentia agentis, à motu, et à relatione, ſi Thomiſtice incedere cupimus. Quod ratione adhuc conuincitur, eo quod agens, ab actione denominatur agens. Nec ſufficit denominatio extrinſeca, aut principij à quo, quoniam potentia agendi realiter eſt in agente, et per conſequens actus potẽtię, cũ finis potẽtię (vt modo ſermo eſt de his quæ agunt per motũ) ſit actus, 9. Metaph. et vt ſic eſt intrinſecus potentiæ, in ratione finis ſpecificantis à priori, intrinſece, tãquam id quod eſt eiuſdem generis, ſicuti actus, et potentia ſunt. Quod ſi actio fluit ab agente, tanquam ex principio à quo, peto ab ipſis, qualiter agens ad paſſum fundet relationem? non enim reperitur relatio ſine fundamento, neque immediate fũdatur huiuſmodi relatio in ſubſtantia, cum non ſit relatio identitatis: nec etiam in potentia agentis fundatur, quoniam inquit Philoſophus lib.5. Metaphyſic. tex.20. Actiua verò, ac paſſiua, ſecundũ actiuã, et paſſiuam potẽtiã, et potentiarũ actiones, vt puta calefactiuũ ad calefactibile, etc. Vbi nota (potentiarũ actiones) vult enim ibi huiuſmodi relatiuorum fundamẽta explicare Philoſophus, quæ ſunt potentiarũ actio-

Digitized by Google

actiones, præter potentias. Hæc ſatis ſint pronunc ad propoſitum noſtrum, cum in Metaphyſicis quæſtionibus quæſitum vndequaque abſoluerimus; cũ Caetani defenſione, ex quorundam calumnia. Quod ſi authoritatem Sanct. Thom. præſertim lib. 9. Metaphyſicorum pro ſe afferunt, quòd actio præter relationem, et motum, nihil aliud importat; Sciant D. Thom. prout opus erat de actione tranſeunte, fuiſſe loquutum, modo ex parte agentis, modo verò ex parte paſſi, et quandoque ex parte vtriuſque: et primo modo dixit in diſputatis, quod relatio eſt inhęrens licet nō ſic ſignificetur: ſecundo modo explicuit actionem in lib. 9. Metaph. ſ. quoniam de opere, qui eſt finis potentia, erat ſermo, et idcirco in paſſo ſubiectiuari dixit; ſed ſi ex parte vtriuſque cōſideremus actionem dixit lib. 1. ſententiarum, diſtinct. 40. quæſt. 1. art. 1. Quædam ſunt actiones, quæ tranſeunt in materiam exteriorem, et in talibus actio eſt recepta in eo, quod fit per modum paſſionis, ſecundum quod motus eſt in moto, vt in ſubiecto, et in talibus eſt inuenire actionem in re agente, et paſſionem in patiente: et infra in eadem reſp. ad primum inquit S. Thom. quod operatio agentis, quædam eſt vt tranſiens in effectum, et hæc proprie actio vel paſſio dicitur, et tali actioni ſemper reſpondet econuerſo paſſio: vnde inuenitur calefactio actio, et calefactio paſſio: et loquitur ibi S. Th. de actione Phyſica, quę realis cùm ſit, in aliquo agente, cum ſit accidens, ſubiectiuatur, non autem in paſſo, quia non eſt actio paſſio, igitur in agente. Et per hanc diſtinctionem reſpondetur ad ea, quæ ex aduerſatijs obijciuntur, falſo opinantibus, præter relationem, & motum nihil aliud actionem prædicamentalem ſignificare: cui fundamento innixi, argumentantur contra Caetanum: immò patet, quid ſit dicendum ad ea, quæ in contradictione ſunt oppoſita, diuerſimodè conſiderando actionem.

Apparens contradictio. Angelicus Doctor Sanctus Thomas lib. 10. Metaphyſicorum in principio, & fine expoſitionis text. 24. explicās poſt Philoſophum, quomodo contraria ſe habeant ad hoc, quod differant genere, & ſpecie, & in fine lect. 10. quod conuenientia in genere non ſunt idem, aut diuerſa ſpecie, cùm ipſo genere, ait, quòd genus eſt materia: & verba Philoſophi ſunt, Nam materia negatione oſtenditur, genus autem materia. Oppoſitum defendit ſupra lib. 7. Metaphyſicorum circa text. 43. lect. 12. vbi probat, quòd genus non eſt materia quia genus prædicatur de eo cuius eſt genus, materia verò non prædicatur, non enim dicimus quod homo ſit caro, aut os, &c. Reſp.

Sed reſpondentes ad hanc apparentem, immò nullam contradictionem, neque in verbis Sancti Thomæ diſſonantiam dicimus, immò vtroque loco eandem doctrinam docere: nam lib. 7. dixit, licet idem ſecundum nomen poſſit eſſe genus, & materia, non tamen idem eodem modo acceptum: & dat duplex exemplum: alterum de corpore quod poteſt accipi, vt materia animalis, & vt genus; ſi enim in intellectu corporis intelligatur ſubſtantia, completa vltima forma, habens in ſe tres dimenſiones, ſic corpus eſt genus, & ſpecies eius erunt ſubſtantiæ perfectæ, per has vltimas formas determinatas, ſicut per formam auri, vel argenti, aut oliuæ, aut hominis: Si autem in intellectu corporis, non accipiatur niſi hoc, quod eſt habens tres dimenſiones, cùm aptitudine ad formam vltimam, ſic corpus eſt materia. Secundum exemplum eſt de voce; ſi enim in intellectu vocis intelligatur ipſa vocis formatio in communi, ſecundum formam, quæ diſtinguitur in diuerſas formas literarum, & ſyllabarum, ſic vox eſt genus: ſi autem in intellectu vocis accipitur ſolum, cui poſſibile eſt aduenire prędictam formationem, ſic vox erit materia literarum. Libuit eadem verba Sancti Thomæ referre aduerſus conciliantes, vbi non eſt contradictio, ex aduerſo modo, vnum idemque conſiderando: Vnde Diu. Thom. lib. de ente, & eſſentia, idipſum confirmans inquit, quod animal conſideratur dupliciter; Primò, vt indiſtinctè ſignificat totum quod eſt in ſuis inferioribus, & ſic ſignificat totum, & prædicatur de illis vt genus: Alio modo poteſt ſignificare inferiora, cùm præciſione differentiarum, & ſic ſe habet per modum partis, & ſe habet vt materia: & homo componitur ex animali, & rationali, tanquam ex materia, & forma: & lib. 10. Metaphyſicorum, vbi ſupra dicit: quod genus eſt quodammodo materia, non autem quod ſit ſimpliciter materia: & ſubdit, quod de genere nunc loquimur, quòd in rerum naturis inuenitur, & non de genere quod in hominibus, vt eſt genus Romanorum, &c. ergo nulla eſt contradictio. Vel dicamus cùm Philoſopho lib. 10. Metaphyſicorum Genus autem materia eſt; id eſt habet in ſuo abſtracto conceptu conſideratum, reſpectu differentiarum, & ſpecierum, proprietatem materiæ, id eſt poſſibilitatem, & contrahibilitatē: cæterum ſecundùm ſuam quidditatem conſideratum genus, diſtinguitur omninò à materia, & de genere naturæ loquentes modaliter tantùm poteſt dici materia. Et ita nulla eſt contradictio, etiam in Philoſopho, ne dum in Diu. Thom. prout in ſuo cōceptu præciſo negatiuè concipitur genus.

Apparens contradictio. Angelicus Doctor San-

Digitized by Google

Sanctus Thomas, prima parte, quæſtione prima, articulo primo, dicit, præter Phyſicas diſciplinas neceſſariam eſſe aliam doctrinam reuelatam, ad humanam ſalutem conſequendam: hoc etiam voluit in prolog. 1. ſententiarum, quæſt. 1. argum. 1. & primo contra gent. cap. 4. & 5. Huius tamen oppoſitum ſcripſit ſecunda ſecundæ, quæſt. 2. artic. 3. quòd ſola fides eſt neceſſaria ad ſalutem, quia ad hoc, vt homo perueniat ad beatitudinem ſupernaturalem, ſufficit vt credat Deo. Hoc idem ſcripſit de Veritate, quæſt. 9. artic. 10. ex ſententia Saluatoris noſtri, apud Marcum, capite vltimo. Qui non crediderit, condemnabitur. Nec dici poteſt ad hanc cōtradictionem, quòd idem intelligit per doctrinam, & fidem; tùm quia doctrina fit ex præexiſtenti cognitione, vt habetur 1. Poſt. tex. 1 non autem fides; tùm quia doctrina de qua loquitur in 1. Poſter. eſt ſcientia, & ſapientia, & argumentatiua, non autem fides; vnde acquiritur ſtudio, & labore, impediturque propter multiplicationem inutilium quæſt. articulorum, & argumentorum, vt affirmat Sanct. Thom. in prologo primæ partis, quæ omnia de fide dici non poſſunt: Vnde apparet in his dictis expreſſa contradictio. Reſp.

Quidam ſoluentes hanc contradictionem, dixerunt Sanctum Thomam, per doctrinam, in prima parte, intelligere cognitionem reuelatam à Deo, quæ cognitio, & dicitur doctrina, & diſciplina, & non præciſè ſcientia, neque fides, ſed abſtrahit ab vtriſque: & ſic abſtractiuè dixit in prima parte, talem cognitionem eſſe neceſſariam; ſecunda autem ſecundæ, voluit fidem eſſe neceſſariam, in qua fide clauditur doctrina Theologica, ſicuti animal in homine: & ſic nulla eſt contradictio. Sed pace iſtorum dixerim, per hanc ſolutionem non tollitur contradictio, quia omnis habitus cognoſcitiuus reponitur ſub aliqua ſpecie ſpecialiſſima, ſed cognitio reuelata, abſtracta à fide, & ſcientia, non ponitur ſub aliqua ſpecie ſpecialiſſima, puta ſapientiæ, aut ſcientiæ, aut prudētiæ, vel artis, aut opinionis, igitur chimerica eſt talis cognitio reuelata, vt ſic. Adde, quod Sanctus Thomas hic per hūc terminum (doctrinam) intellexit illum habitū cognoſcitiuum, quem probauit eſſe neceſſariū, vltra habitus naturali lumine acquiſitos; hic autem habitus non eſt cognitio abſtracta à ratione crediti, & ſciti, vt patet ex probatione quā adducit S. Thom. ex verbis Apoſtoli ſecunda epiſtol. ad Timoth. capit. 3. Omnis ſcriptura diuinitus inſpirata, vtilis eſt ad docendū, ad arguēdū ad corripiendū, ad erudiēdū, ad iuſtitiā; ſcriptura autem diuinitùs inſpirata non pertinet ad Phyſicas diſciplinas, quæ ſunt ſecundū rationem humanam inuentæ, vnde præter Phyſicas diſciplinas neceſſe eſt eſſe aliam ſcientiā diuinitus inſpiratam. Vide quæſo, quomodo S. Thom. exponens ſeipſum, per doctrinam poſitam in titulo articuli, intelligit ſciētiam in probatione: non ergo cognitionem reuelatam abſtractam, vt iſti voluerunt. Propterea alij dixerunt, quòd doctrina, & fides, non diſtinguatur realitèr, ſicut res à re, ſed ſunt vna res, & vna qualitas, & eſſentialitèr idem, diſtinguntur autem realiter, accidentaliter, per intrinſeca connotata, importata in rationibus eorum, & de hoc habitu poteſt aliquid quæri in genere, prout eſt doctrina, & in ſpecie prout eſt fides: Primo modo intellexit hic S. Thomas: ſecundo verò modo, ſecunda ſecundæ. Quibus ſtantibus, nulla apparet contradictio. Sed hæc, quæ iſti dicunt, non ſunt ad mentem S. Thomæ; tùm quia falſum eſt, fidem & ſcientiam nō diſtingui realitèr, ſicut res à re, cùm fides poſſit eſſe ſine Theologica ſcientia, vt patet in pueris, & ruſticis. Adde etiam, quia illi habitus ſunt realiter diſtincti, qui habent obiecta realiter diſtincta, modo fides, & ſciētia Theologica ſūt huiuſmodi, obiectum enim fidei, ſunt principia, ſeu articuli; obiectum ſcientiæ ſunt concluſiones ex illis deductæ, & quia principia, & concluſiones ſunt realitèr diſtincta, ergo, &c. Præterea docet Sanctus Thomas, ſacram doctrinam eſſe argumentatiuam, ex verbis Apoſtoli ad Titum, cap. 1. de Epiſcopo amplectente eam, qui ſecūdùm doctrinam, & fidelem ſermonem, potens ſit exhortari in doctrina ſana, & eos, qui contradicunt arguere: fides autem non eſt argumentatiua, quomodo ergo doctrina ſacra, & fides erunt vnus, & idē habitus realiter? Ex quibus patet ſolutionem datam in genere, & in ſpecie, ab iſtis non eſſe ad propoſitum, præſertim cum Sanctus Thomas propoſuerit, præter Phyſicas diſciplinas eſſe neceſſariam aliam doctrinam, & non dixit aliam diſciplinam, vt verbum verbo reſponderet. Doctrina autem duplex eſt, vt ſcripſit Sadoletus vir eloquentiſſimus 1. Poſter. text. 1. Altera, quæ ore docentis emanat; Altera verò, quæ librorum monumentis, & lucubrationibus tradita præſcribitur: hoc autem de fide dici non poteſt, cùm ſit conſenſus non acquiſitus, vt docuit Damaſc. 1. lib fidei Orthod. cap. 2. non ergo ſtare poteſt iſtorum reſponſio. propterea pro ſalute veritatis, Sciēdum eſt Primò, quod eadem cognitio poteſt dici doctrina, & diſciplina, ſed diuerſo reſpectu: nam vt eſt à Magiſtro docente diſcipulos, dicitur doctrina, (eſt enim doctrina actus docentis) vt autem recipitur in diſcipulis à docente, dicitur diſciplina: vnde doctrina, & diſciplina ſe habent, vt calefactio actiua, & calefactio paſſiua; & ſic omnia

iuſte-

Digitized by Google

miſteria pertinentia ad noſtram ſalutem ex parte Dei reuelantis, dicuntur doctrina; ex parte illorum, quibus facta eſt reuelatio, dicuntur diſciplina. Secundò ſciendum eſt, quòd à prima origine mundi, vſque ad legem ſcriptam Moyſi, tradita fuit doctrina reuelata in Eccleſia, licet non ſcripto, ſed verbo: & poſtquam Deus cœpit loqui Moyſi, tradendo ei doctrinam, Moyſes ipſe tradebat populo, vt habetur Exodi 14. & Deuter. 6. Narrabis hæc, &c. & Deuteron. cap. 31. Interroga patrem tuum, & dicet tibi, & maiores tuos, & annũciabũt tibi; & Iob. 8. Interroga, &c. & Pſal. Quanta audiuimus, &c. Tertiò eſt ſciendum, quod aliquid eſt neceſſarium in aliqua Republica, quod non eſt neceſſarium ſingulis hominibus illius Reipublicæ; verbi gratia, in Republica Chriſtiana ſunt neceſſarij Prælati, non tamen eſt neceſſarium, vt omnes Chriſtiani ſint Prælati: ſic etiam doctrina reuelata (ſuppoſita diuina ordinatione) eſt ſimpliciter neceſſaria in Eccleſia, pro eius conſeruatione, & ſalute, ſiuè ſit verbo, ſiuè ſcripto tradita, non tamen eſt neceſſaria ſingulis hominibus: præſertim doctrina ſcholaſtica, quæ cœpit à tempore Magiſtri ſententiarum, vſque ad noſtra tempora. Fides verò, de qua loquitur Sanctus Thomas ſecunda ſecundæ, quæſt. 2. articul. 3. eſt ſimpliciter neceſſaria ſingulis hominibus, ipſa enim eſt ſubſtantia ſperandarum rerum, argumentum non apparentiũ. Iilis itaque [illegible] nunc ſedatur contradictio: quod in prima parte Sanctus Thomas loquutus eſt de doctrina neceſſaria in Eccleſia: ſecunda ſecundæ autem locutus eſt de fide: cuius ſignum eſt, quod probat ipſe cõcluſionem ſuam ex verbis Apoſtoli ad Hæbreos cap. 11. Sine fide impoſſibile eſt placere Deo: quæ verba de ſingulis hominibus intelliguntur, qui duo credere debent; Alterum, quod Deus eſt; Alterum verò quod inquirentibus ſe remunerator ſit; propterea ſubdebat, Accedentem ad Deum oportet credere, quia eſt, & quod inquirentibus ſe remunerator ſit: hæc duo credere neceſſarium fuit omni tempore à principio mundi, ſingulis hominibus, volentibus conſequi eorum ſalutẽ: Alia verò, vt Deum eſſe trinum, & vnum, & myſterium Incarnationis, & cætera huiuſmodi, nõ fuerunt omni tempore neceſſaria credere, ſed prout Deus ſucceſſiuè reuelauit: vnde ſicut creuit explicatio fidei, creuit, & extenſio credẽdorum. Propterea notanter appoſuit Sanctus Thomas in titulo articuli; An credere aliquid ſupra rationem naturalem ſit neceſſarium? ſcilicet ſingulis hominibus ad ſalutem, &c. Et in tit. 1. par. ait, An ſi neceſſarium præter Phyſicas diſciplinas aliam doctrinam habere? ſcilicet in Eccleſia. Ex quibus patet ſolutio contradictionis, &c.

Apparens contradictio. Angelicus Doctor Sanctus Thomas dicit prima parte, quæſt. 1. artic. 1. in reſpon. ad ſecundùm argumentum, Theologia, quę ad Sacram Scripturam pertinet differt ſecundum genus, ab illa Theologia, quæ pars Philoſophiæ ponitur. Oppoſitum huius habet prima ſecundæ, quæſt. 54. artic. 1. ad primùm argumentum, vbi ſcribit, quod omnes illi habitus, qui ſunt in eadem perſona, ſunt eiuſdem generis, licet differant ſecundùm ſpeciem: modo Theologia reuelata, & Theologia naturalis, ſunt habitus exiſtentes in eadem perſona, ſcilicet intellectiua, igitur erunt eiuſdem generis. Augetur difficultas, quia vt ipſemet Sanctus Thomas citat Ariſtot. 5. Metaphyſicorum text. 17. ibidem, Illa ſunt diuerſa genere, quorum materia eſt diuerſa, ſed Theologia reuelata, & Theologia naturalis verſantur circa eandem materiam, quæ eſt Deus benedictus, igitur erunt eiuſdem generis, & non diuerſi.

Reſpondent aliqui ad hanc cõtradictionem ſecundam, diſtinguentes de genere, quod eſt duplex; Alterum remotum, vt ſubſtantia eſt genus remotum ipſius hominis, & leonis; Alterũ verò eſt genus propinquum, vt animal. Qua diſtinctione ſtante, Volunt Sanctum Thomam in prima parte loquutum fuiſſe de genere propinquo, in prima verò ſecundæ de genere remoto: & ſic exiſtimant contradictionem eſſe nullam. Sed hi ſic dicentes, meo iudicio, valdè hallucinantur: quia cum ambo iſti habitus nẽpè Theologicus, & Metaphyſicus, reponantur in prædicamento qualitatis, & in prima ſpecie, ſequitur, quòd conueniunt tàm in genere remoto, quòd eſt qualitas, quàm in genere propinquo, quòd eſt prima ſpecies qualitatis: quæ quidem ſpecies non eſt ſpecialiſſima, ſed ſubalterna, vt exponunt Simplicius, Ammonius, & Boëtius, & præſertim Caietanus, qui ait, quòd Ariſtotel. enumerauit ſpecies ſubalternas qualitatis, quãdo dixit, ꝙ prima ſpecies qualitatis ẽ habitus, & diſpoſitio; ſecũda, naturalis potẽtia; & in potẽtia tertia, paſſio, & paſſibilis qualitas, &c. Propterea alij dixerũt, Genus eſſe duplex; Logicum, & Phyſicum, & quòd in prima parte loquutus fuerit Sanctus Doctor de genere logico; in prima ſecundæ de genere phyſico. Sed nec iſta reſponſio ſtare poteſt, quia genus logicum eſt genus prædicamentale, modo tàm qualitas, quàm habitus, prædicantur de Metaphyſica, & de Theologia, igitur conueniunt in genere logico: ergo dictum Sancti Thomæ in prima parte, non poteſt intelligi de genere logico. Ob hoc alia eſt meditanda reſponſio. Pro cuius intellectu eſt ſciendum, Primo, quòd diſtinctio habituum eſt triplex; Alia numeralis, alia ſpecifica, alia generica, prima ſumitur à diſtin-

Digitized by Google

à diſtinctione ſubiectorum, vt Theologia Scoti, & Theologia Diui Thomæ, diſtinguntur numero, quia ſunt in intellectibus numero diſtinctis: diſtinctio ſpecifica ſumitur ex diſtinctione rerum, vt ſcientia libri de Cœlo, & ſcientia de generatione, diſtinguntur ſpecie, non genere: tertia ſumitur ex diſtinctione rationum formaliũ, vt phyſica, & mathematica genere diſtinguũtur, quia habent diſtinctas rationes formales. Secundo eſt ſciendum, quòd ratio formalis eſt triplex; Vna ex parte ſcientis, per quam ſciens venit in notitiam obiecti; & hæc eſt ſpecies intelligibilis exiſtens in intellectu ſcientis: Secunda eſt ratio formalis obiecti, vt res eſt, per quã inſunt paſſiones ipſi obiecto, vt mobilitas eſt ratio formalis ſubiecti Phyſicæ, entitas ſubiecti metaphyſicæ, Deitas ſubiecti Theologiæ: Tertia eſt ratio formalis obiecti, in ordine ad habitum, & denominat obiectum, vt obiectum eſt, & eſt diuerſa abſtractio, vt in philoſophia naturali, eſt abſtractio à materia ſenſibili particulari; in metaphyſica ratio formalis eſt abſtractio à materia ſenſibili, & intelligibili. Has rationes formales vocauit Auerr. 60. metaphyſ. comment. 2. diuerſos modos diffiniendi: hinc in deffinitione naturalium accipitur natura, in diffinitione diuinorum Deus, in definitione voluntariorum voluntas. Tertiò eſt ſciendum, quòd genus eſt duplex. Alterum genus rei, quod quidem non eſt materia, ſed eſt ſimile materiæ, vt ſcripſit Auerr. primo metaphyſicor. comment. 17. quia ſicut materia contrahitur, & perficitur per formas, ita genus per differentias; Alterum verò dicitur genus ſcibile, vt ens mobile abſtractum à materia ſenſibili particulari, dicitur genus ſcibile phyſicum; ens quantum, abſtractum ab omni materia ſenſibili, eſt genus ſcibile in mathematica; ens abſtractum ab omni materia ſenſibili, & intelligibili, eſt genus ſcibile in Metaphyſica; ens ſcibile Theologicum eſt genus in Theologia. Iſtis ſic iactis, nunc ſedatur contradictio: quòd quando ait Sanctus Thomas, Theologiam, & Methaphyſicam diſtingui genere, loquitur de genere ſcibili: quãdo verò affirmat omnes habitus exiſtentes in vna potentia eſſe eiuſdem generis, loquitur de genere rei. Quod manifeſtũ fieri poteſt ex titulo quæſiti, vbi dicitur, num diuerſi habitus poſſint eſſe in vna potentia? & concludit, quod ſic, quia Phyſica, Mathematica, Moralis, Metaphyſica, & Theologia, ſunt habitus diſtincti ſecundum genus ſcibile, & tamen ſunt in vno intellectu, tanquam in vna potentia: idcircò neceſſe eſt intelligere omnes hos habitus, eiuſdem generis, rei ſubiicibilis, & prædicabilis. Et ſic etiam ſoluitur confirmatio cõtradictionis, quòd Metaphyſica, & Theologia verſantur circa eandem materiam, quæ eſt genus rei, non autem genus ſcibile, & ſpeculabile. Ex his patet reſponſio ad formam contradictionis.

Apparens contradictio. Angelicus Doctor vult prima parte quæſt. 1. artic. 2. Sacram doctrinam eſſe ſcientiam, cuius oppoſitum dicere videtur in prologo primi ſententiarũ quæſt. 1. artic. 3. quia cum ſacra doctrina ſit habitus infuſus, & reuelatus, ſcientia eſſe non poteſt, quandoquidem ſcientia per ſtudium acquiritur. Reſp.

Hæc contradictio turbauit mẽtem plurimorum Theologorum, ita vt traheret ipſos in diuerſas opiniones; vnde Scotus cum ſuis ſequacibus abſolute negauit, ipſam Theologiam eſſe ſcientiam, quia Ariſtotel. primo poſter. text. 5. vult ad rationem ſcientiæ quatuor concurrere, videlicet, vt ſit de cognito neceſſariò, cauſata à cauſa euidente, intellectui applicata ad cognitũ, per diſcurſũ ſyllogiſticũ, quando dixit, Scire eſt, rem per cauſam cognoſcere, quoniam illius eſt cauſa, &c. & cum hæc non conueniant Theologiæ, potius erit dicenda fides acquiſita, quam ſcientia, Alexand. Alen. 1. parte ſumm. quæſt. 1. memb. 1. tenet eſſe ſapientiam, quia perficit animam ſecundum affectum, mouendo ad bonum, per principia timoris, & amoris. Albertus Magnus, quem ſequtus eſt Henricus Gandauenſis, vult eſſe ſcientiam. Marſilius in prologo quæſt. 1. ait, eſſe ſcientiam, non abſolute, ſed per attributionem ad veram ſcientiam. Durandus in prologo quæſt. 2. & Gregorius, eã volunt non eſſe ſcientiam propriè ſumptam, ſed impropriè. Thomas Argentina quæſt. 2. narrat duas opiniones in prologo, quarum prima diſtinguit Theologiam eſſe triplicem: Primam, qua docentur, quæ ſunt in ſcriptura, & talis eſt fides; Aliam, qua defenduntur ea, quæ habentur in ſcriptura, & talis dicitur defenſiua, Tertiam, qua deducuntur concluſiones ſacræ ſcripturæ ex articulis fidei, & talis Theologia dicitur elicitiua; modo nulla iſtarum Theologiarum poteſt vera dici ſcientia. Secundam opinionẽ narrat, quæ vult Theologiam eſſe ſciẽtiã conſequentiarũ, ſeù conſequentiũ, & non rerũ. Tãdẽ ipſe, ex propria opinione, aſſerit Theologiã eſſe verè ſcientiã, non tamẽ ſicut natura rei ſcibilis patitur, ſed ſicut natura ſcientis. Antonius Andr. in recognitione, quam habet ſuper quatuor lib. Scoti, ait, quòd Theologia in ſe, vt eſt in intellectu Dei, eſt veriſſima ſcientia, quantum ad aliquas cõditiones, & ſic eſt Theologia beatorum, non tamen Theologia viatorum; diſtinguit etiam de Theologia neceſſariorum, & contingentium: & tandem concludit, non eſſe veram ſcientiam. Sic etiam tenet Frãciſcus de Mayronis, Ricardus, Ioan. Ma or, Ni-

Nicolaus de Niſſo,& multi alij. Sanctus verò Thomas, in Diſputatis de Veritate,dicit Theologiam eſſe ſcientiam imperfectam. Propterea, vt videtur contradictio. Sciendum eſt primò, quòd Theologia dupliciter conſiderari poteſt; Vno modo ſecundum ſe, & abſolutè; & ſic eſt euidentiſſima ſcientia,quia eſt de his, quæ ſunt maximæ veritatis,& euidentiæ; Alio modo poteſt conſiderari, prout eſt in nobis viatoribus, & ſic poteſt etiam dici, quòd ſit ſcientia, ſed nō ita perfectè vt primo modo, & hoc non ex defectu rerum ſcibilium,ſed potius viatorum. Secundò eſt ſciendum,quod ſcientia eſt duplex; Altera ſubalternans,vt Geometria; Altera ſubalternata, vt ſcientia perſpectiua; Theologia, vt eſt in nobis viatoribus,non eſt ſcientia ſubalternans,ſed ſubalternata ſcientiæ Dei,& beatorum in qua articuli fidei,qui ſunt principia Theologiæ viatorum, ſunt euidentes, & certiſſimi. Tertiò ſciendum eſt,quòd Theologia viatorum poteſt dupliciter conſiderari;Vno modo reſpectu principiorum,& ſic eſt habitus infuſus,& reuelatus, quemadmodum cognitio principiorū in ſcientijs naturalitèr inuentis, dicitur habitus principiorum à natura; Alio modo reſpectu cōcluſionum deductarum ex articulis fidei: & talis cognitiò non eſt habitus reuelatus, ſed acquiſitus per ſtudium: & laborem: & ſic loquutus fuit Sanctus Thomas prima parte, quòd talis habitus eſt ſcientia, primo modo loquutus fuit,primo ſententiarum. Et in hac deciſione conueniunt omnes Thomiſtæ; & Cap. & Caiet. & Sylueſt.& Chriſoſtom Iauellus. & Dominicus Bannes in expoſitione huius articuli, vt clarius eſt videre apud illos.

Apparens contradictio. Angelicus Doctor prima parte, quæſt. 1.artic.5 in corpore: & ſecundo contra gent.cap.4.dicit Theologiam eſſe digniorem omnibus ſcientijs. Oppoſitum huius docet 2.ſententiarum,diſtinct.24 & primo metaphyſicorum lect. 3. vbi aſſerit, Metaphyſicam eſſe digniorem cunctis alijs ſcientijs, quandoquidem ipſa Metaphyſicorum dirigit omnes ſcientias, vt ratio ſuperior dirigit inferiorem: & primò poſt.lect.1 loquens de ipſa Logica,affirmat,quod eſt dignior cæteris ſcietijs,cùm ſit ars artium, & ſcientia ſcientiarum: quibus in locis aliqua diſcrepantia eſſe videtur. Reſp.

Reſpondendo dicimus,quod ſi quis rectè cōtempletur mentem Sanct. Doctoris in his locis, nulla apparet contradictio,quia prima parte,& 2. contra gent. loquitur comparando Theologiam ad omnes ſcientias humanitus inuentas includendo etiam Metaphyſicam, & Logicam, & ſic dicit,quòd Theologia tranſcendit omnes, tùm propter dignitatem ſubiecti,de quo conſiderat,quod eſt ipſe Deus; tùm propter certitudinem diuini luminis,quòd errare nō poteſt, ſicut lumen humanæ rationis; tùm propter altiorem finem,ad quem Theologia ordinat ſuā conſiderationem: nam ſcientiæ humanitus inuentæ,cōſidarant res ſuas ſecundum illa, quæ conueniunt eis ex propria natura, ſicut igni ferri ſurſum, & quod ſubſtantiæ conuenit ſubijci accidentibus: Theologia verò conſiderat res ſuas,prout referuntur ad Deum,& prout in eis relucet diuina omnipotentia,ſapientia, & gloria: Vnde Theologia primò conſiderat Deum, & deindè alias res: & ex hoc etiam ſequitur, quòd ſit perfectior, quia ſimilior cognitioni Dei, qui ſeipſum cognoſcens alia intuetur: propterea de ea dicitur Deuteron. cap. 4. Hæc eſt ſapientia veſtra,& intellectus coram populis Metaphyſica verò eſt nobilior alijs ſcientijs inferioribus ipſa; in quibus verbis non clauditur Theologia, quia Theologia eſt etiam præſtantior ipſa Metaphyſica. Et hoc voluit Sanctus Thomas ſecundo ſententiarum, diſtinct. 24 art. 2. in reſp. ad 4. argumentum,vbi ait, quod diuerſitas regulantis,& regulati nō demonſtrat diuerſam potentiam, ſed diuerſum habitum: vnus enim habitus eſt regulatiuus alterius, ſicut patet in ſcientijs ſpeculatiuis, quod metaphyſicæ,quæ eſt ſapientia, dirigit omnes ſcientias,& ſapientias,ſcilicet in genere rerum humanarum; & hoc pacto ratio ſuperior inferiorem dirigere dicitur: quòd latius oſtendit Alex. Aphrodiſæus in prologo 1 Metaphyſicorum, vbi aſſignat conditiones,quibus Metaphyſica, ſapientia dicitur, & nominatur. Logica verò dicitur etiam nobilior alijs ſcientijs,non ratione materiæ conſideratæ, aut certitudinis, aut finis, ſed quia eſt adminiculum quoddam ſcientiarum,habens viam cognoſcendi earum principia, hinc dicitur excellentior cæteris ſcientijs vſu ſui ſubiecti, & applicatione eius ad acquirendum alias ſcientias,&c.

Apparentes contradictio. Angelicus Doctor Sanctus Thomas prima parte, quæſt. 1. argum. 5 in reſpon. ad ſecundum argumentum ait, quòd ſcientia imperat alijs ſcientijs,& vtitur eis tanquam inferioribus, & ancillis. Oppoſitum huius dicere videtur prima ſecundæ, quæſt. 17. artic. 1. in corpore,quod imperare eſt actus rationis,& non ſcientiæ, quia imperans ordinat eùm,cui imperat,ad aliquid agendum, intimādo,vel denūciando; ſic autem ordinare per modum cuiuſdam intimationis, ſpectat ad rationem; vti quoque pertinet ad voluntatem, & non ad ſcientiam, vt docet ipſemet Sāctus Thomas prima ſecundæ, quæſt.16. artic. 1. de mente Auguſt.10. de Trinit.cap.6. Vti eſt aſſumere aliquid in facultate voluntatis. Vnde contradicto-

dicere ſibi videtur in his dictis.

Ad rationem imperij tria concurrunt, ſcilicet, ordinatio, intimatio, & motio: quando pręcipitur aliquid à Prȩlato, vt puta ſilentium: ordinatur aliquis, vt non loquatur, & intimatur hoc ei, & mouetur ad hoc ab imperante: ordinatio autem, & intimatio ſpectat ad rationem, tanquam ad principium directiuum, quoad eſſe rei imperatę; motio autem ad voluntatem: & hinc eſt, quod actus rei imperij, componitur ex eo, quòd eſt voluntatis, ideo in imperando voluntas concurrit, vt ſuprema potentia, vt primum mouens ad exercitiū: intellectus verò, vt ordinatiuus, & intimatiuus; & quia intellectus eſt etiam ratio, (cum non diſtinguantur realiter) propterea dicitur, quod imperium eſſentialitèr eſt actus rationis, vt ſcripſit Gregorius Niſſenus in Homilia de Epiphan. quod appetitus; obedit rationi: ponitur etiam in intellectu, ſapientia, ſcientia, prudentia, & ars. hinc ad omnes hos habitus aliquo modo ſpectat imperiū, quia imperare eſt regere, & gubernare, & regere eſt opus ſapientiæ, iuxtà illud: Per me Reges regnant, & legum conditores iura decernunt: ad ſcientiam quoque ſpectat imperare, quòad bene eſſe rei ſcitę, vt ſcita eſt: & hinc Theologia reuelata dicitur imperare omnibus alijs ſcientijs, tanquam principalis omnium. Dicitur etiam vſualis, quia vtitur omnibus ſcientijs in obſequium ſui, vt patet in omnibus artibus ordinatis, quarum finis vnius eſt ſub fine alterius; ſicut finis pigmentariæ artis, quæ eſt confectio medicinarum ordinatur ad finem medicinæ, quę eſt ſanitas, vnde medicus imperat pigmentario, & vtitur pingmentis ab ipſo factis ad ſuū finem: ſic etiam cum finis omnium ſcientiarū ſit infra finem ſcientiæ Theologicę, & ordinetur ad ipſum, ſcientia Theologica debet omnibus alijs ſcientijs imperare, & vti eis tanquam ancillis, reſpectu eorum, quæ in eis traduntur. Ex hix etiam apparet, quomodo imperare attinet quoque ad prudentiam, qua reguntur, & gubernantur opera humana; quomodo etiam ars gubernatoria, ad quam ſpectat vſus nauis, qui eſt finis nauis, & dicitur architectonica reſpectu nauis factiuę, quæ ei famulatur; ſic & equeſtris reſpectu freni factiui, &c. vnde apparet manifeſtè, quomodo imperare ſpectat ad ſcientiā, & rationem, & voluntatem, ad quam ſolam ſpectare non poteſt niſi apud illos, qui dicunt, ſic volo, ſic iubeo, ſic pro ratione voluntas.

Apparens contradictio. Angelicus Doctor loquens de ſubiecto totius Theologiæ, prima parte, quæſt. 1. art. 7. conſtanter aſſeuerat, Deū benedictum eſſe ſubiectum huius ſcientiæ. Oppoſitum huius expreſsè habet 1. ſententiarum, in prologo quæſt. 1. artic. 4. vbi narrat, tres opiniones Theologorum de ſubiecto Theologiæ. Quidam dixerunt, Deum eſſe ſubiectum: quidam opera reſtaurationis: quidam ens credibile. Quibus reprobatis, affirmat ipſe, quòd ens diuinum cognoſcibile per inſpirationem, eſt ſubiectum theologiæ: & aſſignat rationem, quia hoc compræhendit omnia ſupra dicta. Vide apertam contradictionem, quòd enim affirmauit in ſententijs, negat hic. Reſp.

Dicunt aliqui reſpondentes ad hanc contradictionem, quòd Sanctus Thomas in primo ſententiarum loquutus eſt, vt Baccalaureus, ſecundum opinionem aliorum, quibus noluit derogare; in prima autem parte loqutus eſt ſecundū propriam ſententiam, & vt Doctor, & Magiſter Theologiæ. Sed hæc reſpōſio ſtare non poteſt, quia ſi Sanctus Thomas loqutus fuiſſet ad mētem aliorum, non impugnaſſet ipſos, modò videmus quod ipſe impugnauit omnes alios, & alios, & propoſuit nouam opinionem, igitur nō valet iſtorum reſponſio. Quod autem impugnat aliorum ſententias, patet ex verbis eius, ait enim ipſe, Quia ſubiectum habet ad ſcientiam ad minus tres comparationes; Prima eſt, quod quacunque ſunt in ſcientia, debent contineri ſub ſubiecto: vnde conſiderantes hanc conditionem, poſuerunt res, & ſigna eſſe ſubiectum huius ſcientiæ; & hæc opinio eſt Magiſtri ſententiarum ex Auguſtin. cap. 1. de doctrina Chriſtiana, vbi dicit, Omnis doctrina, vel eſt rerum, vel ſignorum: narrat ſecundo opinionem Caſſiodori ſuper Pſalmiſtam, vbi vult, quòd Chriſtus Dominus tanquam caput cum membris eſt ſubiectum. Secunda comparatio eſt, quòd ſubiecti cognitio principalitèr attenditur in ſcientia: vnde quia iſta ſcientia principalitèr eſt ad cognitionem Dei, poſuerunt Deum eſſe ſubiectum; & hanc ſententiam ſequuntur Arabes, inter quos fuit Alpharabius. Tertia eſt cōparatio, quod per ſubiectum diſtinguitur ſcientia ab omnibus alijs, quia ſecantur ſcientiæ, quemadmodum, & res, vt dicitur in tertio de anima text. 58. & ſecundùm hanc conſiderationem poſuerunt quidam, credibile eſſe ſubiectū huius ſcienziæ: hæc enim ſcientia in hoc differt ab omnibus alijs, quia per inſpirationem fidei procedit; & hāc opinionem ſequitur D. Bonauentur. in prologo quæſt. 2. vbi dicit, quòd propriè loquendo, credibile eſt ſubiectum in theologia. Quidam autem poſuerunt opera reſtaurationis; & hanc ſententiam docuit Hugo de Sancto Victore, vt ſcribit Alex. Alenſ. prima parte, quæſtione prima, membro 3. Demum Sanctus Thomas omnes has quiuque opiniones recitatas improbat, aſſignando ſextam, tanquam propriam, dicens: Si autem volumus inuenire ſubiectum, quòd hæc omnia compræhen-

hendat, poſſumus dicere, quod ens diuinum cognoſcibile, per inſpirationem, eſt ſubiectum huius ſcientiæ: vide quomodo non ſequitur opiniones aliorum, ſed propriam ſuam. Propterea alij dixerunt ſubiectum eſſe duplex; Alterū materiale; Alterum verò formale: & quod in prima parte loquutus eſt de ſubiecto formali, in primo autem ſententiarum de ſubiecto materiali. Quę, etiam reſponſio ſtare non poteſt, quia in ſecunda comparatione erat opinio Atabum, aſſerentium Deum eſſe ſubiectū in Theologia, & hanc inter alias impugnat, & Deus per iſtos eſt ſubiectum formale, ergo impugnat opinionem de ſubiecto formali, non autem materiali. Nec valet, quòd dicit Dominicus Bannes Hiſpanus, parte prima, quæſt. 1. artic. 7. quod Sanctus Thomas in ſententijs ſequebatur opiniones vulgares ſcholaſticorum, quia quinque opiniones impugnauit, & nouam, vt propriam adduxit. Præterea, quando Doctores aſſignant ſubiectum proprium inſcientia, loquntur de ſubiecto formali, & non materiali, vt patet apud Thomam Argentinā, quæſt. 1. prologi, tenentem ſubiectum Theologiæ eſſe verū ſummę diligibile, vt proportionatum eſt rationali animæ, nondum perfectæ per habitum luminis luminis gloriæ: & apud Henricum Gand. aſſerentem Deum eſſe ſubiectum, ſub ratione abſoluta, & abiſſali ſuæ infinitæ Deitatis: & apud Guilhelm. Varr. in prolog. quæſt. 6. ponentem, Deum ſub ratione qua bonus, quæ eſt ratio accidentalis: apud Aegidium quoque, lib 3. ponitur, Deus ſub ratione redemptoris, vel glorificatoris, quæ eſt ratio reſpectiua. Apud Scotum quæſt. 2. ponitur Deus, ſub ratione propriæ eſſentiæ, & quidditatis, tàm in Theologia in ſe, quàm Beatorum, & viatorum. Apud Dur. ponitur actus meritorius, apud Sanctum Thomam ponitur Deus, ſub ratione Deitatis, eſſētialitèr, vel participáte. Omnes iſti doctores loqūtur de ſubiecto formali, & nō materiali. Propterea oportet alterum iſtorum dicere, ad hoc vt tollatur contradictio, vel quod S. Thomas retractauit ſe ſic de eo, quod dixit in primo ſententiarum, quòd non eſt inconueniens, cùm hoc Authores grauiſſimi fecerint, vt patet de Auguſtino lib. retractationum; & ipſemet Sanctus Thomas expreſsè in quibuſdam locis ſe retractauit, vt habetur 3. par. quæſt. 70. artic. 4. vbi loquens de circumciſione ait, quòd quidā dixerunt, quòd in circunciſione conferebatur gratia, ſed non ad implendum mandata legis, quòd etiam aliquando mihi viſum eſt: Deinde ſubdit, Sed diligenter conſideranti apparet, hoc non eſſe verum; ideò aliter dicit, quibus apertè ſe retractat; Et ideò non eſt inconueniens dicere, quòd hic etiam implicitè ſe retractat; vel quod loquatur hic de ſubiecto primo primitate principalitatis, & in ſententijs de ſubiecto primo, primitate adæquationis. Additur, & ſubiectum primum, primitate attributionis, & tale eſt Chriſtus Dominus, vt Saluator: quemadmodum in Logica principale ſubiectum eſt, demonſtratio; adæquatum, ens rationis, attributionis ſyllogiſmus: & in Phyſica ſubiectum principale eſt, primus motor, adæquatum ens mobile; attributionis, corpus mobile, & in Metaphyſica principale ſubiectum eſt, genus abſtractorum: adæquatum, ens in quantum ens, attributionis, ſubſtantia; de qua re latius egimus in noſtris dilucida: Metaphyſ.

14 Vltimo eſt labor defenſionis Sancti Thomæ Superiorum meorum Præcepto, & quia argumenta, & quæſtiones Scotiſtarum fundantur in textibus quatuor Librorum Sententiarum propter intelligentiam eorum, & propter intelligentiam expoſitionis Sancti Thomæ eorum, fecimus commentarios in quatuor libros Sententiarum, breuiſſimos. Secundò, quia tempore Magiſtri non erant omnes hæreſes, quæ modo ſunt, ideo in fine cuiuslibet diſtinctionis, & in fine refutauimus omnes hæreſes damnatas, & omnes Gentilitates, & Ethimologias Abecedarias. Tertiò, fuit additio Capræoli formalizati à Soncinate, Prierio, & Hyeronimo Tuctonico dicto Capræolinus, cum argumentis Scoti, & Scotiſtarum vetuſtiorum quibus nos recentiores Scotiſtas appoſuimus ad indicandum, quòd omnes dicunt eandem rem. Quintò in fine cuiuslibet diſtinctionis Magiſtri, & Capræolini quæſtionibus, loca Thomiſtarum, ſoluentia argumenta Patruum Ieſuitarum, vt Suarez, Vaſquez, Molinæ, Valentiæ, &c. & loca facientia argumenta omnium Patruum Ieſuitarum, in fine cuiuslibet diſtinctionis, Quintò, in vltimo quarti Sententiarum ſolutiones ad apparentes contradictiones Sancti Thomæ, quæ reuera non ſunt contradictiones, ſed apud neſcientes totum Sanct. Thom. in mente. Vltimò eſt ſolutio aliquorum argumentorum Scotiſtarum, cum reſolutiſſimo tractatu de formalitatibus, ſeù diſtinctionibus Sancti Thomæ, & Thomiſtarum, Scoti, & Scotiſtarum, cum alijs octo opinionibus in folijs vltimis quarti ſententiarũ. Quæ Opera omnia M. Mauritij de Gregorio vẽduntur apud Iuntas.

# NOS OMNISCIÆ ACADEMIÆ PRINCEPS

## ADM. REV. PAT. MAG. MAVRTIO DE GREGORIO Siculo Camarat. Ordin. Prædic. ex promothoribus ad Doctorandum. Theologo Eminentiſſ. Cardinalis Sabelli. &c.

CVm in omnium ſcientiarum Viridario totam Sancti Thomæ Theologiam, integram Metaphiſicam naturalem, & moralem Philoſophiam, Logicalium libros omnes, Mathematicarum ſpecies cunctas, totius Platonis paraphraſes, Galeni claſſes ſeptem, Iuris Canonici, ac ciuilis enumerationes, & declarationes, vna cum Rethorica, Poetica, nec non, & auteam praxim Sanctæ Inquiſitionis, Turrim ſcilicet prædicti Viridarij: In Concilio Tridentino Hyacinthos, & Margaritas: In Bullarijs cunctarum enucleationes, vſque ad præſentem Summum Pontificem, in conductore Quadrageſimale, Annuale, & Sanctuarium Theologica cum concionandi regulis, Emblematibus, Geroglificis, Medalijs, Impreſijs totius Sacræ Scripturæ, etiam cum Apocalipſis dilucidatione, ſeù Anathomia, & de Scriptoribus Eccleſiaſticis, De Cenſuris, de Sacramentis, de Caſibus reſeruatis, Defenſiones totius Theologiæ Magiſtri Petri Lombardi, ac Sancti Thomæ, Apoſtillam, ſeù Summam omnium caſuum conſcientiæ, Quingentorum Poetarum Rimas, & Proſas Roſarias: Ethnicorum, & Gentilium hiſtorias, & de Antiquitatibus.

Perbelle Typis mandaſti, ideò te Admodum Reuer. Pat. Magiſt. Mauritium de Gregorio, &c. eligimus, creamus, inſtituimus, & facimus vnum de Fundatoribus Academiæ Omniſciæ, cum omnibus gratijs, & Priuilegijs, vt in noſtris Regulis, &c. In Protectorem Sanctum Thomam Arciomniſcium reuerentèr tenendo. Datum Par. die prima Nouembris 1645.

Cum noſtro ſolito † Sigillo.

Omniſciæ Academiæ Princeps M. M.

ADMODVM REVER. PATRI MAGISTRO MAVRITIO DE GREGORIO Viridarij omnium ſcientiarum, Hyacinthi, & Margaritarum Concilij Tridentini, Poetarum Roſarij, Prædicatorum Conductoris, Conſcientiæ caſuum plurium aliorum, & huius Operis Auctori.

Per Doctorem ZIZZAM Academia Otioſa.

POſtquã iucũdos dederint Viridaria fructus,
Quos gremio diuina ſuo ſapientia profert,
Poſt uarios, ſacros Lectos Oriente Lapillos
Seu rutilas Gemmas, ſeu ſulgẽtes Hyacinthos,
Et poſt aonio conſperſa Roſaria rore,

En ſophiæ flores, fructuſq; uolumine paruo
Colligis, ut quondam nux totũ clauſit Homerũ
Exiguus nunc cuncta liber Sapientibus offert,
Liber extremos MAVRITI nomen ad Indos
Defer, & æterno rediuiuus honore legare,

Digitized by Google

*Siſte, & lege antiquum modum faciendi Tabulam Doctorum recitatorum in compoſitionibus.*

CORradus in vltimo Proemio ſui Teatri dicit, quòd recentiores faciunt fruſtra tabulam Doctorum infinitorum allegatorum in ſuis Operibus tanto numero, qui poſtea non reperiuntur in Opere, & Laurentius Pignorius in Prologo ſuæ Coſmographiæ poſt Librum de Fluminibus dicit: Ad quid eſt ammittendum tempus legendi tot nomina? cùm habeantur ad propoſitum materiæ, vel in Proemio vel in compoſitione? Victorius in vigeſimoquinto variarum lectionum dicit, quòd fortaſſe propter oſtentationem. Alumnus; quod propter vanamgloriam; Ideò vetuſtiores apponunt omnes Doctores in Proemio ad propoſitum ſubiecti, & non fruſtra; Qua propter ego tamquam Antiquarius appoſui in Prologo ad propoſitum materiæ, & in opere omnes Doctores, vt pluſquam centum Dominicanos, pluſquam ſexaginta Auguſtinianos, & Carmelitas, pluſquam quinquaginta Franciſcanos, pluſquam triginta quinque eruditos Patres Ieſuitas; pluſquam octuaginta Præsbiteros ſæculares ex Doctoribus Eccleſiæ vſque ad Cardinales Etruſcum, Zabbarellam, Langellottum, Patriarcham Conſtantinopolitanum, Epiſcopum Riccium, & primò, pluſquam quatraginta Summos Pontifices; Prothonotarium Apoſtolicũ D. Baldaſſarium de Gregorio Siculum Cammaratæ; pluſquam ſeptuaginta aliarum Religionum, pluſquam triginta Laicorum, vt Firmianus, Ficinus, Andreas Aquauiua Dux Atri ſuper Plutarcum, Picus Mirandulanus; Aloyſius Sanſeuerinus Princeps ſuper Pſalmos, vſque ad Ducem Alcalà ſuper Titulum Crucis, pluſquam triginta Medicos, ex Galeno, Auicenna, vſque ad Mercurialem, ex Legiſtis ex ſpeculatore Bartolo, Baldo, Iaſonio, vſque ad Regentem Tapiam, Conſtantium, Montanum, &c. Ideò vide eos in Proemio, vel in Opere ad propoſitũ materiarũ, cũ declaratione, & non fruſtrà in vano catalogo.

Ex regulis Galeni in libro de proprijs libris, quem fecit redeundo ab Italia in Græciam; Docetur modus faciendi tabulam Doctorum cum expoſitione Lagonæ Sauanarolæ, Capouaccæ, & cum notanda lege ciuili in ff. caſtigantè pœna falſi ponentes Doctores, qui non ſunt, vt declarat Baldus, Iaſon, & in littera F. Cardinalis Etruſcus, Magnus Legiſta, & Canoniſta.

*Poſſunt eſſe etiam reſponſiones ad Vulpes Laudes ſequentes, & Patres Ciſtercienſes ſimilitèr conſequentes Epiſcopi, Archiepiſcopi, Patriarchæ, Summi Pontifices, & cæteri vltrà decem Pontifices in 4. fol. in principio, quibus etiam reſpondemus ad Vulpes.*

*Laudes S. Thomæ Academiæ Anomolæ Illuſtriſſimarũ Cardinaliũ, Doctorũ Poetarũ Principũ tũc tẽporis canonizationis eiuſdẽ S. Thomæ collectæ ſimul cum laudibus S. Ludouici filij Caroli II. Regis Neapolis per ordinem Ioannis XXII. Papæ, qui Papa canonizauit primo Sanctum Thomam anno 1323. poſtea canonizauit ſupradictum Sanctum Ludouicum filium Regis, &c. qua propter ordinauit colligere laudes amborum Canonizatorum ſimul prædictus Ioannes XXII. quidam quod ſit Ioannes XXI. qui vixit decẽ, & octo annis: vide Ciacconium Dominicanum cum adiunctis Antiquarijs, vide Platinam, Pannuinium, Citarellam, & Franciſcum Petrarcam, qui fecit etiam vitas Pontificum elegantiſſimam Etruſcam. Et pro noua concione S. Th. facienda.*

DE S. Thoma dicunt Cronicæ Patrum Ciſtercienſium Foſſæ nouæ, dum ad meliorem vitam pertranſijt, in ipſius funeralibus in medio hoc dictum poſitum fuiſſe reperitur. Hic eſt ille Aquinas, qui omne ſcibile ſciuit Archiomniſcius mirabiliter enucleando; & à parte dextra, Magnus eſt Albertus, maximus verò Thomas. Quia ſicut D. Hieronymus in exponendis ſacris ſcripturis habet ab Eccleſia pro titulo, & encomio Doctorem Maximum; ita iſti PP. dederunt Encomium de Maximo, non ſolum in ſacra Scriptura, ſed etiam in ſacra Theologia, & in omni alia ſcientia, propterea dixerunt primo: Omne ſcibile ſciuit: & admirabiliter enucleando ſcripſit. In parte verò ſiniſtra hoc aliud erat: In breue conſumptus expleuit tempora multa, & voluerunt dicere illi doctiſſimi Patres, quia vixit 49. annis, inchoante quinquageſimo, & indagando dicunt tanta compoſuiſſe opera, ac ſi vixiſſet pluſquam centum annos, ſuper oſtium vero appoſitum erat: Ordinis Regalis veridicus atque fidelis doctor doctorum, magiſter magiſtrorum Angelicus Thomas Aquinas. Ordinis dicitur Regalis, quia S. Dominicus eſt ex ſtirpe regali, vt declarauit Abbas Foſſæ nouæ in ſermone funebri Sancti Thomæ, & eo amplius dixit: Doctor doctorum, quia Ambroſius Auguſtinus, Hieronymus, Gregorius non cõpoſuere totam theologiam ſcholaſticam contra hæreticos, & ſcholaſticam metaphiſicam, philoſophiam naturalem logicam, & moralem, contra gentiles, vt fecit S. Thomas; ideò dicit ſupracitatus abbas in ſermone funebri, Doctor doctorum; Magiſter vero magiſtrorum, ideſt ſubdebat, magiſter, ideſt maior tribus, videlicet maior in claritate, & ordine Petro Lombardo, Alberto, & Alenſi, modo vero poſſe etiam dici maiorem Bacconio Capite ſcholæ Carmelitarum maiorem in claritate Egidio capite ſcholæ Auguſtinianorum, maiorem in claritate Scoto capite ſcholæ Franciſcanorum; ſubdebat deinde explicando ex ordine prærecitata verba, angelicus, ex tunc enim cepit nuncupari S. Thom. doctor angelicus, quia ſic promptè, & clarè loquebatur, quaſi ſine diſcurſu, vt Angelus, vltimo Thomas Aquinas. Thomas interpretatur abyſſus, aquinas, ab abyſſu aquarum profetizatus á Dauide, abyſſus abyſſum inuocat, vt declarat in ſuo ſermone funebri abbas, in voce catharactarum tuarum, quia iſte doctor Angelicus declarauit omnium obſcuritatem totius Theologiæ ſacræ Scripturæ metaphyſicæ philoſophiæ naturalis, & moralis, logicæ, vide cronicas Patrum foſſæ nouæ. Et propterea omnes ſcientias in ſumma Sancti Thomæ appoſuimus declarando quod dicitur ab iſtis PP. quod omne ſcibile ſciuit, & quod fuerit doctor Maximus in omni ſciẽtia mirabiliter in paruo tempore, &c. eo magis propter præceptum Eminentiſſimi Cardinalis Aquauiuæ


Digitized by Google

doctiſſimi, pro ſuo nepote D. Ioſepho Aquauiua filio Ducis atris fratris eiuſdem Cardinalis.

Ann. 1604. Inter Archiepiſc. Neapol. & patrones appoſita ſtatua argentea in feſtiuitate receptionis per patronum Sancti Thomæ in vno arcu triunphali erat ſcriptum. Quod à Clemente 4. renuit ſcilicet Archiepiſcopatum Neapolitanum, á Clemente Octauo recepit, Nam Clemens Octauus ordinauit Breue dando ipſum per patronum, vt inter Archiepiſcopos ſanctos ſtatua apponatur quod eſt maius Archiepiſcopatu in comuni.

In alio arcu triunphali eiuſdem receptionis per patronum Sancti Thomæ: Genere, doctrina, & ſanctitate ſuperlatiuus Aquinas. Genere quia eſt de primis nobilibus in ſedilibus, doctrina, quia eſt de primis docturibus, ſeu ſuper omnes ad ſenſum Patrum Ceſtercienſium vt ſupra, ſantitate, Virginali praſtans mũditia ſuper alios, &c. ad ſenſum, vt infra

In alio arcu triumphali

*Flos pulcher redolens, ſpes fructus, ac breuis Eui,*
*Mel dat, api ſertum capiti, ſine ſemine naſci.*

Pulcher, omni pulchritudine corporis, nam fuit pulcherrimus corpore dignus imperio animæ propter excellentiam magni intellectus veluti Angeli, ideo dictus Angelicus, & pulchritudine doctrinæ ſuper omnes ad ſenſum Patrum Ciſtercienſium vt ſupra, Flos, Campi regalis religionis Dominicanæ, in quo ſunt tot magni alij Sancti, Papæ, Cardinales, Archiepiſcopi, Epiſcopi, Patriarchæ, Doctores, ſcriptores inquiſitores, & Principes nobiliſſimi. Redolens nam corpus S. Thomæ, vt dicit Abb. in ſermone ſuo funebri redolebat flagrãtia, & odore eminentiori modo, quam corpus magni Alexãdri viuendo, ſpes fructus, Dum in ann. 18. expoſuit helencos Ariſtotelis contra Mennonem, & Mennoniſtas fallaces ſcribendo de *fallacijs*, meliori modo, quam Ariſtoteles. Breuis eui, nam vixit 49. annis, & fecit tot opera, ac ſi vixiſſet plus, quam centum annis. Mel dat api. Omnium ſcientiarum, omnibus ſuis compoſitionibus. Sertum capiti, ideſt corona doctoratus omni doctori, per quem doctoratum in ſanctitate habent aureolam. ſine ſemine naſci, nam per orationem Comitiſſæ matris, & Comitis patris, & aui Ducis alterius ſtatus cum ſemine patris.

In tertio arcu triumphali Sal totius terræ, lux totius mundi, & Ciuitas Ciuitatum, quæ non poteſt abſcõdi. Sal totius terræ contra putredinem omnium hæreſum. Lux totius mundi, ideſt omnium ſcientiarum, & ore, & in ſcriptis plenus. Ciuitas Ciuitatum, quæ non poteſt abſcondi, nam habuit omnes proprietates omnium Ciuitatum, quas aſſignat Ariſtoteles in politicis ibi vide. Et ideò poteſt dici Parthenope græcè, ideſt noua Ciuitas latinè maior omnibus per Sanctum Thomam.

In quinto arcu triumphali alter Sanctus Paulus, & quaſi alter Chriſtus alter Sanctus Paulus, vt probat Abbas moles in integro libro. Quaſi alter Chriſtus quia ſicut Chriſtus in natiuitate egit miracula, ita Aquinas cum carthula Mariæ Virginis, Chriſtus miraculum in panibus. Aquinas tranſmutando panes in flores, Chriſtus in piſcibus, Thomas appetendo in fine vitæ ſuæ piſces miraculosè habuit, Chriſtus in diſputando, Thomas in diſputando, Chriſtus in tentatione habuit Angelos, Thomas in tentatione mulieris fuit ab Angelis præcintus, & ſic applicantur alia miracula ſimilia participatiuè tamen S. Thomas, ſicut: Nolite tangere Chriſtos meos: Ego dixi dij eſtis intelligitur participatiuè.

Iſta quinque dicta, & expoſita in arcubus triumphalibus cum alijs centum nonaginta quinque fuerunt collecta à me ordine Ducis Veteris Fabritij ad iſtantiam Proregis Comitis Beneuenti, & impreſſi, & Miſſa ad Reginam, & Regem Catholicum ſcribentis ad dictum Magnum Regem, quod magis tenetur gloriari de iſto maximo Ciue nobiliſſimo S. Thoma Magnæ Ciuitatis Neapolitanæ, quam de omnibus regnis ſuis, vt dixit filius eiuſdem proregis fratris eiuſdem Ordinis S. Dominici, qui hodie eſt Archiepiſcopus in Hiſpanijs, & olim meus Concatredarius in S. Dominico.

Gabriel Flamma Epiſcopus Clodienſis. ſicut pueri odiunt ferulam, ita inimici veritatis doctrinam D. Tho. ipſe enim eſt: malleus quo errores confunduntur, enſis quo caput hydræ falſarum opinionum amputantur, ignis quo hæreſes ne ſucereſcant prohibentur, vnde, & ſententiarum grauitate, & doctrinæ ordine, ac claritate, ſcriptorum omnium palmam merito tulit.

Sotius Nemo vnquam inimicus euaſit Eccleſiæ, qui prius D. Tho. bellum non indixerit, nec mirum; ipſe enim ſecundum Martinum Perſium, eſt ſcholaſticorum ſignifer, ſecũdum Cardinalem Roſenſem theologiæ Flos, & ſplendor, ſecundum Bullam Paritienſium Sol, & lumen Eccleſiæ ſine quo nihil non tenebroſum, ſecundum Bullam Pij V. certiſſima regula doctrinæ Chriſtianæ, qua Eccleſia Apoſtolica profligatis infinitis hæreſibus illuſtrata eſt, cuius vi, & veritate doctrinæ quotidie orbis terrarum à peſtiferis erroribus liberatur.

Franciſcus Titelmanus. Diuus Tho. celebris Eccleſiæ doctor, merito ab omnibus appellatur Angelicus, omniſcius, adamas, Theologus, theologorum theologus, theologorum Coryphæus, Alpha litterarum omnium, veritatis vnicus artifex, & architectus, omnis litteraturæ delitiæ, primus, medius, nouiſſimus ſapiẽtũ.

Cardinalis Toletus. Pace aliorum Doctorum dixerim vnus D. Thom. inſtar eſt omnium, tantam enim ſuis ſcriptis philoſophiæ ac theologiæ lucem attulit vnus, quantam cæteri omnes poſſint explanatores afferre, nec in hoc arbitror quidquam ex alterius laude detrahi, quia id de D. Thoma dicitur quod *ipſorum* quiſque ſi viueret, & adeſſet de eodem videretur eſſe dicturus in philo. dicit maius.

Card. Bellarminus de ſcriptoribus Eccleſiaſticis dicit Maiora Toleto dum ait non ſolum in doctrina, ſed in ſanctitate, & nobilitate, ſeu ſanguine dicit eminentiam Valentia, Vaſquez pluribus verbis dicunt multa alia ſimiliter, & prierius, vt infra, & multi alij patres Ieſuitæ in principijs primæ partis. Bellarm. de poteſt. Pap. ponit eum primum inter omnes.

Gennadius Patriarcha Conſtantinopolitanus: Diuum Thom. neſcio an aliquis ſuorum ſectatorum plusquã ego admiretur, & colat, ego ſi quis ſuis ſcriptis animũ adhibuerit, hũc nullis alijs indigere opinor.

Franciſcus Varga. Diuus Thom. diligentiſſimus veritatis explorator, nihil abditum, nihil remotum, nihil obſcurum eſſe permiſit, ſed omnia expoſita, prompta, ipſa denique luce clariora omnia fecit neceſſarius eſt non minus philoſophis ac theologis, quam iuris peritis, cui vni in ſapientiæ ſtudijs plus debeo quam infinitis iuriſperitorum verboſis Commentarijs,

Anto-

Digitized by Google

Antonius Campanus Epiſcopus D. Thó. tot tantaq; volumina edidit, vt mirum ſit eius ætatem ad legendum, nedum ad ſcribendum ſufficere potuiſſe, ſanè nullum eſt enigma tam ambiguum, nullus tam intricatus nodus, aut inuolucrum, nullæ tam obſcuræ nubes in quolibet doctrinæ genere quas vir Dei Sanctiſſimus non euoluerit, retexerit, aperuerit, ſemper collectus, diſtinctus, ordinatus, vt alij ſemper ſcidiſſe diuinam Scripturam, hic collegiſſe, illi inuoluiſſe anfractibus, hic direxiſſe in compendium, illi infudiſſe tenebras, & conculcaſſe, hic clariſſimam attuliſſe lucem, & expandiſſe videatur.

Thomas Phædrius, In Logica nullus D. Thom. ſubtilior, in philoſophia nullus profundior, in mathematica nullus acutior, in theologia nullus ſublimior. In eius doctrina nihil infimum (inquit Martinus de Viena) nihil medium, ſed totum ſublime, totum optimum, vtpote, quam ad fontem diuinitatis ebibit ſecundum Paulum Corteſium optima aſſiduè meditatus, ſubtilius cæteris protulit ſecundum Bartholomæum Camerarium:

Picus Mirand. Tacente Thoma mutus ſit Ariſt.

Petrus Pomponaſius. Opinio D. Thom. mea ſententia latinorum omnium maximi, immo fortaſſis non minoris aliquo Ariſt. expoſitore, ſiue grecus ſit, ſiue Arabs omnibus eſt anteponenda.

Sueſſanus. Ex his bone litteræ ad latinos migrarunt, inter quos Tho. Aquinatem inueni, cui merito iura exponendi conceſſa ſunt, hunc habemus nedum in phyſicis verum, & in omnibus alijs fidum Ducem, cui etiam non ſine cauſa nomen expoſitoris tributum eſt: (illo enim pace græcorum dixerim) curioſior, aut vberior, aut (quod rarum eſt) clarior inuentus eſt nemo.

Stephanus pariſiorum Epiſcopus cum tota vniuerſitate pariſienſi in Bulla, Magiſtra rerum experientia. Qui denigrat doctrinam B. Thomæ, occultat veritatem, dehonorat Sanctam Romanam Eccleſiam. Ipſe enim eſt vniuerſalis Eccleſiæ Fulgentiſſimum lumen, Fons Doctorum, Candelabrum inſigne lucens, per quod quotquot ingrediuntur vias vitæ, & ſcholas Doctrinæ ſanæ lumen vident.

Plus Ioannes Vigeſimus ſecundus. In Bulla canonizationis B. Thomæ: Quot articulos compoſuit Sanctus Doctor, tot miracula fecit.

Vrbanus Quintus. In Bulla Laudabilis Deus. Ad vniuerſitatem Tholoſanam. Attendentes quanta ſcientia à Deo Dotatus B. Thomas, Ordinem Fratrum Prædicatorum, & vniuerſam Eccleſiam illuſtrauerit, volumus, & tenore præſentium vobis iniungimus, vt præfati B. Thomæ doctrinam, tanquam veridicam, & Catholicam ſectemini, eamque ſtudeatis totis viribus ampliare:

Innocentius Papa in ſermone. Ecce pluſquam Salomon hic. D. Thomæ ſapientia præcæteris alijs, excepta canonica habet proprietatem verborum, modum dicendorum, veritatem ſententiarum, ita vt qui eam tenuit, nunquam inueniatur à tramite veritatis deuiaſſe, qui autem eam impugnauit, ſemper fuerit de veritate ſuſpectus.

Clemens Octauus in Bulla ad Regnum Neapolitanum, extollens B. Thomam ſuper omne creatum ingenium (nemo enim nouit, quæ ſunt Dei, niſi Spiritus Dei) appellat eum hoc diuino, & ante hac nunquã amplius audito nomine magnus inquit Aquinas. Viuus eſt Diuinæ voluntatis interpres.

Iulius Tertius. Teſtatur Deiparam Virginem, cum Sanctis Apoſtolis Petro, & Paulo oretenus certum reddidiſſe B. Thomam de vitæ eius ac ſcientiæ integritate.

Pius Quintus. In Bulla, Mirabilis Deus, teſtatur Chriſtum Dominum apud Neapolim in templo D. Dominici ſub imagine Crucifixi, viuæ vocis oraculo comprobaſſe doctrinam B. Thomæ in hæc verba: Bene ſcripſiſti de me Thoma.

Decem Diſtich. quinque Epigrammata paruulum Poema, Elegia, Academiæ Andmolæ in Canonizatione S. Thomæ, Cardinalium, etiam Cardinalis Iacobi Caturcenſis, qui poſtea fuit Papa Ioannes XXII. Patriarcharum, Epiſcoporum, Archiepiſcoporum, & Pricipum Laicorum.

*Hic peperit nobis lumen, quo maius in orbe*
*Antè nec effulſit, poſt neq; maius erit.*
*Qui doctis chartis mentes caligine merſas*
*Dirigis, & certam pandis ad aſtra viã,*
*Cuiꝰ ab aſpectu Stygis horrida mõſtra faceſ- (sũt,*
*Et radios ſpargit latius alma fides.*
*In Cruce pẽdentẽ flexo, qui poplite adorãs,*
*Sparſiſti ex oculis flumina larga tuis.*
*Doctrina, & meritis, reſponſis undiq; totus*
*Orbis te obſtupuit, conſuluitq; ſenem*
*Spreuit opes, faſces, tituloſq; modeſtior omni*
*Qui paruo Oceanũ claudere vaſe velit.*
*Exiguo Oceanum vitro concludere, & alta*
*Tangere mortali niterer aſtra manu*
*Diue Thoma, ſi immẽſa tuæ præconia vitæ,*
*Et vellem clarum tollere laude genus:*
*Doctaq; cœleſtis cuperẽ monumẽta Mineruæ;*
*Aut mira imparibus dicere facta modis,*

*Felix Cãpanum Patria ditionis Aquinum,*
*Et loca, quæ talem pulchra tulere virum,*
*Quandoquidẽ purus vobis concedit Eous,*
*Nam lux eſt veſtris pulchrior orta iugis.*
*Nullũ Perraſia quondam decliue ſub Vrſa*
*Seù mare, ſeù gelido vergit ab axe ſolũ,*
*Purior hic radijs, quod nõ percurrat Apollo,*
*Et retegat flamma ſplendidiore diem.*
*Ille recludit iter fluxæ telluris, at iſte*
*Veſter inacceſſas pandit ad aſtra vias.*
*Nobilis egregijs ortus natalibus infans*
*Deliciæ, & gemini cura parentis erat,*
*Vixq; puer tantũ primis adoleuerat annis,*
*Et ſigna ingenij præbuit ampla ſui.*
*Tùm patriæ prima fugiens ætate ruinam,*
*Caſſino fertur delituiſſe iugo.*
*Hic Latiæ cultas impubes Palladis artes,*
*Edidicit, mores compoſuitq; ſuos.*

Et

Digitized by Google

*Et cũ Parthenopen doctã migrauit, vt alma*
*Doctrina maius quæreret inde decus.*
*Vita illum cœpit melioris ſancta cupido,*
*Callaguritanæ religionis amor.*
*Et cũ ſe Gallas iuuenis conferret ad vrbes,*
*Nè deuota tener ſcinderet acta Pater.*
*Conſilium ſancta conanti auertere mentis;*
*E' media fratres eripuere via.*
*Deinde fuit puero mulier ſubiecta pudico,*
*Quæ blanda impuros necteret arte dolos,*
*Quæ florem illecebris teneri corrũperet æui,*
*Et Cyprias fœdo ſubderet igne faces,*
*Torre ſed illa vſto, turpiq; eiecta repulſu,*
*Dicitur infamem corripuiſſe fugam.*
*Ipſe triumphalem ligno tum figit obuſto,*
*Quo fuerat meretrix antefugata crucẽ,*
*Et ſeſe ante alma proſtrauit ſigna ſalutis,*
*Effuditq; die deficiente preces.*
*Hic labor, & cura ſenſim cecidere diurnę,*
*Oppreſſitq; recẽs, lãguida membra ſopor.*
*Tunc ſua virgineo cingi videt ilia cæſtu,*
*Cui laſciua ſolet cedere victa Venus.*
*Illa fuit cacta cęleſtis adorea laudis,*
*Et prima optata palma pudicitiæ;*
*Ad ſua præterea, translatas vota ſorores,*
*Diuerſaſq; illis reſtituiſſe vices.*
*Per funem media demiſſum nocte feneſtra*
*Et ſibi nocturna conſuluiſſe fuga.*
*Quid memorẽ ærumnas, exãtlatoſq; labores?*
*Scripta Cleanthæa peruigilata manu?*
*Quid mirũ ingenÿ ſummis in rebus acumẽ,*
*Et ſenſa à ſummo ſæpè petita Deo?*
*Quis te ſcrutator naturæ arcana profunda*
*Verius obſcuros, ingrediturq; ſinus?*
*Quis te diuinæ cecinit conuiuia menſæ*
*Plenius, Auſonia concelebrata lyra?*
*Tu calamo Fidei prauos interficis hoſtes,*
*Et ſua tartareas cogis ad antra feras,*
*Tu Hiſpanũ impoſitis calcas Auerroa plãtis,*
*Et premis inducto pectus inane pede,*
*Nonne Cruci affixi facies depicta Tonãtis*
*Pollicita eſt calamo præmia digna tuo?*
*Nec minor eximio merces pendenda labori,*
*Quã pro quo fuerat sũptus, & ipſe labor,*
*Sunt tua veridica firmata oracula voce,*
*Optimaq; æternæ ſcripta probata fide.*
*Quævè tuas auſa eſt mulier cõtingere veſtes*
*Tacta præſentem cyclade ſenſit opem.*
*Nãq; retẽta ægra requierũt ſãguine venę,*
*Et qui continuo fluxerat amne cruor,*
*Tu ſtudioſorum præſens tutela virorum,*
*Mortales prona percipis aure preces.*
*Iã tibi pro roſeo ſurgunt delubra Galero,*
*Sacraq; contẽptus thura rependit honor,*
*Et nuuc cuſtodes inter ſeptemq; beatos*
*Põtifices radiãt, qui velut aſtra polo, (nãt,*
*Et qui Parthenopes pulcherrima mœnia ſer*
*Et procul abſterrẽt tartara, bella, famẽ,*
*Solemni pompa maioris culmine templi*
*Conderis, huc omnis confluit ordo virũ,*
*Hic tua ſupplicibus cumulãt altaria donis,*
*Numẽ, & implorant, maxime Diue, tuũ.*
*Certatimq; freques cãdẽti in veſte Sacerdos*
*Ante tuas aras myſtica ſacra facit.*
*Virgineis cũcti mille oſſibus oſcula figunt,*
*Spargũt purpureas ad tua buſta roſas.*
*Pẽdula, & accẽdũt, quæ vincũt lumina Solis,*
*Vrũnt thuricremis dona Sabæa focis.*
*Ergo Parthenopes Patronis addite Aquinas,*
*Cui meritũ Patriæ ſurgit ab Vrbe decus.*
*Aeternũ nobis meritis, precibuſq; Tonantẽ*
*Concilia, & gentis reſpice vota tua.*
*Bos mutus dedit ore ſonũ, quo maximus or-*
*Perſonuit, Stygÿ quo tremuere lacus. (bis*
*Pro tibi torre, Th. quo ſcortũ infame fugaſti*
*Parthenope accẽdit per loca mille faces.*
*Trãſuolat æthereũ pẽnis ſublimis Olympũ*
*Fama Thomæ, & nullo clauditur illa loco.*
*Quid ſignat iubar effulgẽs in pectore Tho-*
*Vnde fluit lucis copia tãta viro? (mę?*
*Eſt ea lux rutilãs Chriſtꝰ, qui pectꝰ Aquini*
*Irradiat, tenebras qui procul orbe fugat.*
*Amphytrioniades nõ tot fera mõſtra ꝑ orbẽ*
*Perdomuit, claua, terribiliſq; manu.*
*Hoſtes quot Fidei, quot relligionis Aquinas*
*Proſtrauit, ſcriptis victor vbiq; ſuis.*
*Illum inter falſos Diuos retulere perenni,*
*Hic cęlo, et terris Diuus honore micas.*
*Cynthius vt primo tenebras oriẽte repellit,*
*Et rutilum reduci ſubuebit ore diem.*
*Sic dũ luxiſti mundo lux, maxime Thoma,*
*Et ſacrum æthereo mittis ab ore iubar,*
*Protinus ex animis hominũ caligine merſis*
*Prima tibi errores pellere cura fuit.*
*Attonitæ fugiũt Stygiæ toto orbe cohortes,*
*Quas nullis pateris iam reſidere locis.*

Relictus eſt ab Impreſſore, in folio octauo titulus ſcilicet laus S. Tho. damnantis cum ſcriptura Concilijs, & Patribus, cunctas hæreſes contra ſecũdum dictum Vulpes in tom. 2. quod ſcilicet S. Th. deficit à legitima propoſitione fidei, contra quem Vulpes ego collegi à 18. vſq; ad 70. folium omnes hereſes mundi per abecedariũ reprobatas à S. Tho. optimo defenſore fidei, & non deficiente à legitima propoſitione fidei, vt Vulpizat Vulpes. Vide eas fol. 18. vſque ad 70.

Digitized by Google

# ILLVSTRISSIMAE PROSAPIAE
# DE AQVINO
## A REGIBVS CVNCTA REGNI OFFICIA;
### VT ADMIRATVS, MAGNI CAMERARII, &c.
### GENERALIVM EXERCITVVM CIVITATES, ET OPPIDA,

*A Pontificibus Epiſcopatus, Archiepiſcopatus, & Cardinalatus, vt Indicus, & alij.*

NEc non, & Familijs ipſis de Aquino Matrimonio coniunctis, vt eſt Aquauiua, Aualos, Aragonia, Balzo, Belprato, Caracciolus, Carafa, Capece, Carretto, Ceſarini, Collalto, Concubletti, Doria, Filamarinus, Gābacorti, Leoneſſa, Loffredo, Marra, Minutuli, Orſini, Pignatelli, Piſcecellus, Rouere, Ruffus, Sabelli, tunc Domini Venafri, ut in regiſt. Sūmariæ, Sanguini, Sangro, Sanſeuerini, Sanuitali, Soardi, Spinello, Tomacello, Tuſo, Tocco, Viſconti; alijque quam plurimi, vt dicunt Sanſouinus, Zazzara de Nobilitate Italiæ, Admiratus, Campanilis, De Petris, Cōſtantius, Mazzilla, &c.

Fr. Magiſt. Mauritius de Gregorio tanquam Antiquarius hanc glorioſam Sancti Thomæ Antiquitatem ex Regiſtro Caroli Primi, & lealitate Regij Archiuarij, vt mox infra. Humillima Reuerentia. D. D. Dedicat.

## *In Regiſtro Caroli Primi 1274. in folio prima.*

*Item ſcriptum eſt eiſdem, &c.*

CVm Religioſus Vir Fr. Thomas de Aquino, dilectus noſter, apud Neapolim in Theologia legere debeat, Nos volentes ſibi exhibere ſubſidium in expenſis, & propter hoc de vna vncia auri ponderis generalis pro quolibet menſe, quamdiù ibidem legerit, ſibi prouideri velimus, fidelitati veſtræ ſub pœna dupli quantitatis ipſius præcipiendo mandamus, quatenus ad requiſitionem Prioris, Fratrum eiuſdem Ordinis in Neapoli, vel certi nuncij eius, de prædicta vncia auri ad generale pondus ſingulis menſibus, donec idem Fr. Thomas ibidem legerit, prę dicto Priori, vel eius certo nuncio pro eodem, per dohanerios Neapoli, de prouentibus dohanę, quàm anno præſenti primæ inditionis exercent, extra ordinariam prouiſionem, quæ ſunt, & erunt, per manus eorum ſine difficultate qualibet ſatisfieri faciatis, recepturi præſentes literas; & de his quæ dederitis idoneas apodiſſas, non obſtante mandato aliquo vobis facto per quod effectus præſentium impediri valeat, vel differri: ſcituri, quòd ſi dilationem, vel defectum vltra debitum commiſeritis, in exequtione præſentium præter dictam pœnam dupli, quam à vobis extorqueri infallibilitèr faciemus, indignationem noſtram exinde incurretis. Datum Neapol. Menſ. Octobris 16. eiuſdem 1274.

Concordat præſens copia cum originali proprio, de verbo ad verbum; In cuius rei fidem infraſcriptus Magnificus Regius Archiuarius manu propria ſe ſubſcripſit, ac ſigillo quo vti conſueuit præſentem copiam muniuit, die 14. Iulij 1591.

Ioſeph Crimaldus Regius Archiuarius.

Loco † Sigilli.

REX

Cuncta ſciet quicunq; leget tua dogmata Thoma
Cui dant angelicum diuina uolumina nomen.

MOMI

Digitized by Google

# MOMI, ET ZOILI
## PRIMÆ MVNDI ACCADEMIÆ
*Malignantium, qui exterminabuntur.*

IN antiquiſſima, & prima Accademia aliarum Accademiarum Momi, & Zoili, fuit problema, ( vt recitat Celius Rodocinus ) an liceat miſcere ſtilum Scolaſticum, cum ſtilo eleganti; & reſpondet Iuſtilipſius cum Quintiliano, non; nam ſtilus elegans eſt obſeruandus in oratione, in Epiſtolis conſcribendis in Tractatu de Fraſibus Poeticis, & in ſcriptis de elegantijs, cum in Scolaſtica, vt aiunt Auguſtinus, vterque Viualdius, quid prodeſt aurea Clauis non aperiens, &c. Mercatus Magnus Medicus, elegantia eſſe laqueum veritatis in ſcientijs, Sueſſanus in naturali Philoſophia melius eſt cum barbariſmo clarè eloqui, &c. Plutarcus de placitis Philoſophorum laudando claritates aliquorum, dicit quod fraſis eſt ſepultura ſcientiarum. Ammonius quod ſtilus elegans in ſcientijs ſemper parit obſcuritatem fugiendam. Licet tamen in paruula Poetica compoſitione aliqua clarè dicere, non vt dicebat Merlinus de Scolæ Magiſtris, contra Pedantes miſeros querentes totia panis, ſed fortaſſe, vt quidam diſcipuli Martialis, & Ouidij faciebant.

Sit procul hinc Momus, procul ſit hinc lingua profana,
Fac ſimile aut melius poſt noſtros carpe labores,
Non eſt quod rodas pia carmina Zoile dente.
Gaudet candidula ſimplicitate Deus.

Ex his quilibet præter intentionem Authoris poteſt defendere contra malignantes, qui exterminabuntur.

Vide Fabricam Mundi Franciſci Alumni, Theatrum vitæ humanæ Corradi contra peſſimos homines maledicentes, Paſquinantes, & Marforiantes, Regen. Tappiam in primo ſuo Opuſculo.

Vide Marmorata uituperia contra maledicentes poſt marmoratas laudes uirtuoſorum Doctoris, & Lectoris in ſua lectura Domni Baldaſſarij de Gregorio Siculi Cāmaratæ Prothonotarij Apoſtolici, Vicarij Generalis Malſ, ex familiaribus Eminentiſſimi Cardinalis Sabelli, cum Troiano Boccalino in ſua Elicona, & Parnaſſo, cum Archiepiſcopo Vrbini Santorij.

Gregorius in Moralibus authoritate Catonis: diſce ab omni opere, cum in Homine ſit imago, & ſimilitudo Dei, ſemper aliquid ingenij relucet.

Auguſtin. epiſt. 57. ad Dardanum in fine. Si qua autem vitia mea perſpexeris vt cariſſimus amicus ignoſcas, eadem ſinceritate dilectionis mihi optans medicinam, qua concedis, & veniam. Vale.

CVRIO-

Digitized by Google

# CVRIOSITAS

## *Siſte, & lege nouum modum faciendi Indicem, ſeù Syllabum errorum:*

ANno 1442. ſeù 1451. per Baronium in Annalibus. Ioannes Cuthembergo Magnus Mathe-
maticus, Nobilis Germanus Ciuitatis Maguntiæ adinuenit mirabilem Imprimendi Artem,
vt ait Theatrum de Inuentoribus, cum Polidoro Virgilio, adinuenit etiam nouum atramentum
viſcoſum imprimendi, cum Torculari. Ponſone, cum vigintitribus caſulis Litterarum, cum
Telare, Vitibus, Clauis, Stellula, Puncta, Baculis ſoreis, Lanis plenis, tanto artificio, quòd
iſta Ars venit nuncupata à Zouio, quaſi miraculoſa, ab Abraham Ortelio in ſua Coſmogra-
fia primum de admirandis in Arte, à Garzonio dicitur miraculoſa ſimplicitèr, à Corrado, octa-
ua Mundi admiratio, propter tantarum rerum admirabilem accomodationem ordine retro-
grado, & eſt geſtorum, & factorum illuſtrium reſurectio, literarum omnium conſeruatio,
Doctorum creandorum facilitas, cum ingeniorum imnaginibus.
Fuit à Nicolao Quinto priuilegijs decorata, cum Beſſarione, & Cuſano Cardinalibus Sancti Petri
vſque ad Leonem Decimum, à Carolo Quinto, & Rege Gallorum gratijs plena, &c.
Poſt primam Impreſſionem Maguntiæ duo Germani frates (vt dixit Volaterranus) Romæ do-
mi de familia Maximi Impreſſerunt Lactantium de opficio Dei, & Auguſtinum de Ciuitate
Dei.
Nicolaus Genſone incepit Venetijs Imprimere tempore Brbarici Ducis.
Neapoli à diſcipulo dicti Nicolai; inde Mediolanum, & Ianuam, Panormum, Meſſanam, &c.
omnes iſte Ciuitates ad videndam iſtam ingenioſam Inuntionem, currebant.
Examinabantur Impreſſores de grammatica, & orthographia propter errores euitandos, & ideo
tempeſtate noſtra fiunt infiniti errores, ut patet hic in quarto Sententiarum de Baptiſmate, dum
uolebat dicere in nomine Patris, & Filij, fecit in nomine Patris, & Filijs, ex quo errore poteſt
conijcere Lector, quòd ſint alia multa errata, etiam uirgulrum, punctorum, linearum, comarum,
& hec eſt noua tabula facienda errorum cum Abulenſe dicente, quod tabula errorum non de-
ſeruit Sapientibus nam ex ſeipſis ſtatim corrigunt, & conoſcunt, nec Ignaris qui non intelli-
gunt, ideò facienda eſt hec noua tabula, ſcilicèt remittendo Sapientibus omnia: Vt ait Iuſtuslip-
ſius quòd propter tot, tantaſque res, & minutias concurrentes ad Impreſſiones impoſſibile eſt
abſque errore fieri, cum nouo Aldo, & Valla.
Quidam Poeta, Eſt opus exiguum: toto celebrabitur orbe.

## FINIS IMPRESSIONIS

IN DIE VICTORIÆ VRBITELLI,

MAGNI PROREGIS EXCELLENTISSIMI

# DVCIS ARCI

Sua ſingulari prouidentia maritima, & terrere, & prçuijs Diuinis
precibus in omnibus, & per omnia, vſque à infirmorum medica-
menta, eidem EXCELLENTIAE miſſe à DEO: conſecratus à
Magiſtro Mauritio de Gregorio tanquam Antiquario, quia antiqui
hoc modo ſcilicet in fine ſuorum Operum Mgnis Principibus pu-
ritate nimia dicabant; vt Ariſtoteles in textu originali Greco, hec
de Philoſophia morali Philippo Regi Macedoniæ dicata.

Digitized by Google

contra quartam concluſionem.

5 vtrum volitio quę prius erat finis,& eius quod eſt ad finem, ſit eadem: primo; diſt. 1.quæſt.1.contra quartam concluſionem.

6 vtrum velle diuinum,& facere ſint idem; ſecundo, diſtinct.1.quæſt.2.

7 vtrum omnem volitionem præcedat intellectus, vel contra: ſecundo, diſtin.3.

8 vtrum voluntas poſſit velle contradictoria, & impoſſibilia; ſecundo, diſtinctio. 4. quæſtio. vnica: contra ſecundam concluſionem.

9 vtrum volitio diuina ſit elicita: primo, diſtinctio.45.quæſtio.1. contra tertiam concluſionem.

10 vtrum creaturæ ſint volitæ à Deo neceſſario: primo, diſtin.45. quæſtio.2. contra ſecundam concluſionem.

11 vtrum Deus determinetur ad producerę per velle ſibi intrinſecum; ibidem, contra tertiam concluſionem.

12 vtrum Deus per ſuum velle ſit cauſa rerum: ibidem, contra quartam concluſionem.

13 vtrum voluntas determinet ſe; ſecundo, diſtinct 24.

14 vtrum voluntas moueat ſe; ibidem contra quintam concluſionem.

15 vtrum volitio poſſit eſſe ſine actuali intellectione: ſecundo, diſt.25.

16 vtrum obiectum cauſet volitionem per ſe; ibidem.

17 vtrum poſt actus voluntatis ſit à Deo; ibidem.

18 vtrum viator abſque Dei auxilio poſſit rectè moralitèr velle agere; ſecundo, diſtin. 38. quæſt.vnica.

19 Vtrum recta ratio ſit regula voluntatis, & actuum humanorum: ſecundo, diſtinct. diſtin.35.quæſt.vnica.

Votum

1 Vtrum votum continentiæ annexum ordinibus ſacris impediat ordinatum ne ſimul habere poſſit plures vxores; quarto, diſtinct.33.

Vti

1 Vtrum vti ſit actus voluntatis; primo, diſtinct.1.quæſt.2.

ZELO SVBTILITATIS.

An maior ſubtilitas intellectus puri hominis poſſit perueniri ad intellectus Angelicum? Albertus Magnus dicit quod non, nam magna ſubtilitas intellectus puri hominis, ſemper eſt cum diſcurſu, intellectus uerò Angelicus ſine diſcurſu, & intellectus Angelicus eſt ordine ſuperioris ſeparati à materia ex his,& patet quod maius encomium eſt Sancti Thomæ, qui dicitur Doctor Angelicus ceteris paribus, &c. quā ſi diceretur Doctor Subtilis. Vide in uerbo Angelus.

XÆNODOCHIVM.

Xænodochio, an liceat bibere, & edere, vt Auis, & Ouis, vt Camælus, & Capra, & vt Succula, vt dicit Pitagora in ſuis ſymbolis, & an liceat omni Religioſo accipere piſtum, & conſumatum pullorum, quæ ſunt cibus,& medicamentum adæquantes humores, ſicut adæquat etiam humores aurum potabile præparatum ſimilitèr, & medicina Teatri chimici: Vide noſtram mædicinam ſcolaſticam in Viridario omnium ſcientiarum.

ZELO AVRI.

An Aurum factum ſucco hærbarum, ſicut clauus noſter, qui eſt medius aureus,& medius ferreus, an illa pars auri poſſit vendi? An aurū cum mædicina chimica,quæ dicitur à Theatro chimico lapis, an poſſit vendi? An aurum ex argento an poſſit vendi? An aurum album Tiberij Cæſaris, quod habebat pondus aureum, & colorem album, an poſſit vendi? An argentum factum crocheum, ſeù flauum apparens aurum poſſit vendi? An æs ſeù rames albefactus multis ſæcretis, poſſit uendi? Vide in noſtro Viridario de mineralibus.

ZELO ARGVMENTORVM.

An argumenta antiquorum Scotiſtarum, (quæ ſunt omnia à nobis poſita in iſto Volumine, cum toto Capræolino) ſint eadem cum argumentis recentiorum Scotiſtarum, aut uirtualitèr, aut formalitèr? Reſp. perlegens omnia argumenta hic propterea addita, quilibet poteſt iudicare, ſi ſint eadem ſic, uel ne.

An zelo Demones fugiant Rutam, Stercora caprina, & ſimilia ab Exorciſtis dicta fumigia, vel quia videntur vilipendi, cum Alberto Magno, vel Speml, in quarto.

Hæc de Tabula, quæ multis nominibus appellatur ab Antiquis, Tabula, Syllabum, Facilitas ad omnia inuenienda, Index, Dictamen, Via dirigens ad cuncta totius Operis, à Ioanne Genuenſe Catholicon, à Legiſtis, Margarita, Repertorium, à quibuſdā Medicis Græcis Endelechia, ab alijs Etelechia, ideſt anima Librorum, ſeù forma Librorum, vt in noſtro Abecedario Græco, & Hæbreo.

FINIS INDICIS.

Digitized by Google

# INDEX LABORVM SEV OPERVM

## *Magiſtri Mauritij de Gregorio Cameratenſis Siculi, quæ omnia venduntur apud Iuntas.*

1 POſt laborem ad Concilium Tridentinum cum ipſomet Tridentino Hyacintorum, Margaritarum, &c. Venetijs multoties impreſſum.

2 Poſt laborem Summæ Sancti Thomæ cum additione ad tertiam partem, in arborem redactam, ac defenſam in Conuentu Sancti Dominici de Neapoli, à Tarquinio Longo bis impreſſã.

3 Poſt laborem Del Condottiere de'Predicatori per tutte le ſcientie, come ſi compone la Predica, come ſi forma il concetto, modo d'eſaminare li Predicatori, e di riſpondere, come s'è predicato dalla creatione del Mondo fin'hoggi. Quadrageſimale, Auento, Domenicale, Santuario, e Mariale, Theologici, e per far concetti alla moderna. Abecedario di tutti i riuerſi di medaglie, d'Impreſe d'Emblemij, di Simboli, di Geroglifici, di Note d'Egitij, di Caratteri allegorici, di Proſopopei, di Semiproſopopei, d'Arciſemiproſopopei, d'Obeliſchi, di Coloſſi, di Piramidi, di Capricci di Pittori, d'Arme di Caſate, d'Immagini di fauoloſi Dei, &c. di Coſmografia, Geografia, Corografia, e dell'Antipodi, con la ſua nauigatione d'vn Eliſeo, della memoria locale, e ſecreti di far memoria. Stampato in Venetia più volte.

4 Poſt laborem de Auxilijs, bis impreſſis à Tarquinio Longo, & à Iacobo Caroleno, ante prohibitionem 1607. fundatis non ſolum in Doctrina Sancti Thomæ, ſed etiam in Magiſtro Sententiarum.

5 Poſt laborem in furore Iuuentutis, Lode di tutte le ſpecie della Poeſia con vna radunanza di cinquecento Poeti, e Poeteſſe, ſeù Donne Illuſtri garreggianti alli quindici miſterij del Santiſſimo Roſario, dedicato à Momiſti, e Zeoliſti. Stampato da Carlino.

5 Poſt laborem Viridarij omnium ſcientiarum: conſecratũ Pauſilippo, & Sebeto, in quo Summa Sancti Thomæ tota, cum additione ad tertiam partem, tota Methaphiſica Ariſtotelis, & tota Philoſophia naturalis Ariſtotelis, & de Animalibus, Plantis, & Medicina Galeni. Poſt primã ſecundæ, & Secundam ſecundæ, tota Philoſophia moralis, cum ſummario omnium legum Ciuilium, & Canonicarum. Poſt tertiam Partem omnia Opera Platonis, quæ ſunt triginta tres libri per Aphoriſmos, tota Mathematica, cum omnibus ſuis ſpeciebus, cum Poetica, & Rethorica antiquorum, & recentiorum, & cum erroribus ſuis. Impreſſa ab Octauio Beltrano.

7 Poſt laborem Turris Praxis Sanctiſſimæ inquiſitionis, quando incepit; quis primus Inquiſitor, quot ſunt omnes hæreſes, abecedariè, & cum earum ethimologijs, ſimiliter de Gentilibus, modus qualificandi propoſitionem, quot ſunt Caſus ſanctæ Inquiſitionis abecedarij, de libris prohibitis, de libris Apocrifis, de libris Geografis, & quando corrigendi. Impreſſa ab Octauio Beltrano.

8 Poſt Expoſitionem omnium Bullariorum, etiam Cherubini, incipientium à Gregorio Septimo, vltra noſtram expoſitionem eſt noſtra additio, a nullo adhuc addita, incipiendo à Diuo Petro, & per ſingulos Pontifices ſequentes, vſque ad Gregorium Septimum, largo modo accipiendo Bullas pro Ordinationibus. Poſtea à Gregorio Septimo, vſque ad Innocentium Decimum, & cum expoſitione breuiſſima omnium Conciliorum Eccleſiæ Sanctæ Dei, cum Summa Caſuum conſcientiæ, Verborum Pontificum, cum Concilijs, & cum omni declaratione Congregationis Rithuum, vltimo eſt forma decretorum faciendorum à Vicarijs Generalibus, ſeù Magiſtris Actorum; etiam ſecularium quibus vſi ſumus in noſtra ſupra intendendentia Aquauiua. Impr. ab Octauio Beltrano.

9 Poſt laborem de Sacramentis, Cenſuris, & Caſibus reſeruatis ad examen Confeſſariorum. Impr. ab Octauio Beltrano.

10 Poſt Summam Caſuum conſcientiæ nuncupata apoſtilla propter ſuam ſummariam Doctrinam nil de relinquendo. Impr. ab Octauio Beltrano.

11 Poſt laborem Anathomiæ totius Bibliæ S. Veteris, & Noui Teſtamenti, & præcipuè Apocalipſis, & de omnibus expoſitoribus ſuis, ſeù de Scriptoribus Eccleſiaſticis, cum ſimilitudinibus Omeri, Virgilij, Ciceronis, & declaratione Emblematum Alciati. Impraſ. ab Octauio Beltrano Neapoli.

12 Poſt laborem dell'Idea di far le Gallerie, doue ſi contengono le proprietà delle Gemme de Medaglie, con l'iſtorie d'Aſſirij: di Perſiani, di Greci, di Caldei, e di Romani, con molti ſecreti, e virtù de Piante, d'Animali, e de Pietre. Stampato da Ottauio Beltrano.

13 Nei furori della Giouentù, Iſola di Sicilia, Beata di S. Domenico, cioè huomini illuſtri



Digitized by Google

d'ottima vita Domenicani. Stampata l'annno 1693. da Carlino in Napoli; e poi riſtampata in Bologna dal Padre Lettor Pio, vnite con l'hiſtorie di tutta la Religione, da detto Padre Lettore, fatto dopoi, per le ſue rare virtù, Maeſtro, e Prouinciale, Inquiſitore di Milano, e prima Inquiſitore d'altre Città.

14 Vltimo eſt labor defenſionis Sancti Thomæ Superiorum meorum Præcepto, & quia argumenta, & quæſtiones Scotiſtarum fundantur in textibus quatuor Librorum Sententiarum propter intelligentiam eorum, & propter intelligentiam expoſitionis Sancti Thomæ eorum, fecimus commentarios in quatuor libros Sententiarum, breuiſſimos. Secundò, quia tempore Magiſtri non erant omnes hæreſes, quæ modo ſunt, ideo in fine cuiuslibet diſtinctionis, & in fine refutauimus omnes hæreſes damnatas, & omnes Gentilitates, & Ethimologias Abecedarias. Tertiò, fuit additio Capræoli formalizati à Soncinate, Prierio, & Hyeronimo Tuetonico dicto Capræolinus, cum argumentis Scoti, & Scotiſtarum vetuſtiorum quibus nos recentiores Scotiſtas appoſuimus ad indicandum, quòd omnes dicunt eandem rem. Quintò in fine cuiuslibet diſtinctionis Magiſtri, & Capræolini quæſtionibus, loca Thomiſtarum, ſoluentia argumenta Patrum Ieſuitarum, vt Suarez, Vaſquez, Molinæ, Valentiæ, &c. & loca facientia argumenta omnium Patruum Ieſuitarum, in fine cuiuslibet diſtinctionis. Quintò, in vltimo quarti Sententiarum ſolutiones ad apparentes contradictiones Sancti Thomæ, quæ reuera non ſunt contradictiones, ſed apud neſcientes totum Sanct. Thom. in mente. Vltimò eſt ſolutio aliquorum argumentorum Scotiſtarum, cum reſolutiſſimo tractatu de formalitatibus, ſeù diſtinctionibus Sancti Thomæ, & Thomiſtarum, Scoti, & Scotiſtarum, cum alijs octo opinionibus in folijs vltimis quarti ſententiarũ. Quæ Opera omnia M. Mauritij de Gregorio venduntur apud Iuntas.

# NOS OMNISCIÆ ACADEMIÆ PRINCEPS

## ADM. REV. PAT. MAG. MAVRTIO DE GREGORIO Siculo Camarat. Ordin. Prædic. ex promothoribus ad Doctorandum. Theologo Eminentiſſ. Cardinalis Sabelli. &c.

CVm in omnium ſcientiarum Viridario totam Sancti Thomæ Theologiam, integram Metaphiſicam naturalem, & moralem Philoſophiam, Logicalium libros omnes, Mathematicarum ſpecies cunctas, totius Platonis paraphraſes, Galeni claſſes ſeptem, Iuris Canonici, ac ciuilis enumerationes, & declarationes, vna cum Rethorica, Poetica, nec non, & auream praxim Sanctæ Inquiſitionis, Turrim ſcilicet prædicti Viridarij: In Concilio Tridentino Hyacinthos, & Margaritas: In Bullarijs cunctarum enucleationes, vſque ad præſentem Summum Pontificem, in conductore Quadrageſimale, Annuale, & Sanctuarium Theologica cum concionandi regulis, Emblematibus, Geroglificis, Medalijs, Impreſijs totius Sacræ Scripturæ, etiam cum Apocalipſis dilucidatione, ſeù Anathomia, & de Scriptoribus Eccleſiaſticis, De Cenſuris, de Sacramentis, de Caſibus reſeruatis, Defenſiones totius Theologiæ Magiſtri Petri Lombardi, ac Sancti Thomæ, Apoſtillam, ſeù Summam omnium caſuum conſcientiæ, Quingentorum Poetarum Rimas, & Proſas Roſarias: Ethnicorum, & Gentilium hiſtorias, & de Antiquitatibus.

Perbelle Typis mandaſti, ideò te Admodum Reuer. Pat. Magiſt. Mauritium de Gregorio, &c. eligimus, creamus, inſtituimus, & facimus vnum de Fundatoribus Academiæ Omniſciæ, cum omnibus gratijs, & Priuilegijs, vt in noſtris Regulis, &c. In Protectorem Sanctum Thomam Arciomniſcium reuerentèr tenendo. Datum Par. die prima Nouembris 1645.

Cum noſtro ſolito † Sigillo.

Omniſciæ Academiæ Princeps M. M.

ADMODVM REVER. PATRI MAGISTRO MAVRITIO DE GREGORIO Viridarij omnium ſcientiarum, Hyacinthi, & Margaritarum Concilij Tridentini, Poetarum Roſarij, Prædicatorum Conductoris, Conſcientiæ caſuum plurium aliorum, & huius Operis Auctori.

Per Doctorem ZIZZAM Academia Otioſa.

POſtquã iucũdos dederint Viridaria fructus,
Quos gremio diuina ſuo ſapientia profert,
Poſt uarios, ſacros Lectos Oriente Lapillos
Seu rutilas Gemmas, ſeu fulgẽtes Hyacinthos,
Et poſt aonio conſperſa Roſaria rore,
En ſophiæ flores, fructuſq; uolumine paruo
Colligis, ut quondam nux totũ clauſit Homerũ
Exiguus nunc cuncta liber Sapientibus offert,
Liber extremos MAVRITI nomen ad Indos
Defer, & æterno rediuiuus honore legare.

Digitized by Google

*Siſte, & lege antiquum modum faciendi Tabulam Doctorum recitatorum in compoſitionibus.*

COrradus in vltimo Proemio ſui Teatri dicit, quòd recentiores faciunt fruſtra tabulam Doctorum infinitorum allegatorum in ſuis Operibus tanto numero, qui poſtea non reperiuntur in Opere, & Laurentius Pignorius in Prologo ſuæ Coſmographiæ poſt Librum de Fluminibus dicit: Ad quid eſt ammittendum tempus legendi tot nomina? cùm habeantur ad propoſitum materiæ, vel in Proemio vel in compoſitione? Victorius in vigeſimoquinto variarum lectionum dicit, quòd fortaſſe propter oſtentationem. Alumnus; quod propter vanamgloriam; Ideò vetuſtiores apponunt omnes Doctores in Proemio ad propoſitum ſubiecti, & non fruſtra; Qua propter ego tamquam Antiquarius appoſui in Prologo ad propoſitum materiæ, & in opere omnes Doctores, vt pluſquam centum Dominicanos, pluſquam ſexaginta Auguſtinianos, & Carmelitas, pluſquam quinquaginta Franciſcanos, pluſquam triginta quinque eruditos Patres Ieſuitas; pluſquam octuaginta Præsbiteros ſæculares ex Doctoribus Eccleſiæ vſque ad Cardinales Etruſcum, Zabbarellam, Langellottum, Patriarcham Conſtantinopolitanum, Epiſcopum Riccium, & primò, pluſquam quatraginta Summos Pontifices; Prothonotarium Apoſtolicũ D. Baldaſſarium de Gregorio Siculum Cammaratæ; pluſquam ſeptuaginta aliarum Religionum, pluſquam triginta Laicorum, vt Firmianus, Ficinus, Andreas Aquauiua Dux Atri ſuper Plutarcum, Picus Mirandulanus; Aloyſius Sanſeuerinus Princeps ſuper Pſalmos, vſque ad Ducem Alcalà ſuper Titulum Crucis, pluſquam triginta Medicos, ex Galeno, Auicenna, vſque ad Mercurialem, ex Legiſtis ex ſpeculatore Bartolo, Baldo, Iaſonio, vſque ad Regentem Tapiam, Conſtantium, Montanum, &c. Ideò vide eos in Proemio, vel in Opere ad propoſitũ materiarũ, cũ declaratione, & non fruſtrà in vano catalogo.

Ex regulis Galeni in libro de proprijs libris, quem fecit redeundo ab Italia in Græciam; Docetur modus faciendi tabulam Doctorum cum expoſitione Lagonæ Sauanarolæ, Capouaccæ, & cum notanda lege ciuili in ff. caſtigantè pœna falſi ponentes Doctores, qui non ſunt, vt declarat Baldus, Iaſon, & in littera F. Cardinalis Etruſcus, Magnus Legiſta, & Canoniſta.

*Poſſunt eſſe etiam reſponſiones ad Vulpes Laudes ſequentes, & Patres Ciſtercienſes ſimilitèr conſequentes Epiſcopi, Archiepiſcopi, Patriarchæ, Summi Pontifices, & cæteri vltrà decem Pontifices in 4. fol. in principio, quibus etiam reſpondemus ad Vulpes.*

*Laudes S. Thomæ Academiæ Anomolæ Illuſtriſſimorũ Cardinaliũ, Doctorũ Poetarũ Principũ tũc tẽporis canonizationis eiuſdẽ S. Thomæ collectæ ſimul cum laudibus S. Ludouici filij Caroli II. Regis Neapolis per ordinem Ioannis XXII. Papæ, qui Papa canonizauit primo Sanctum Thomam anno 1323. poſtea canonizauit ſupradictum Sanctum Ludouicum filium Regis, &c. qua propter ordinauit colligere laudes amborum Canonizatorum ſimul prædictus Ioannes XXII. quidam quod ſit Ioannes XXI. qui vixit decẽ, & octo annis: vide Ciacconium Dominicanum cum adiunctis Antiquarijs, vide Platinam, Panninium, Citarellam, & Franciſcum Petrarcam, qui fecit etiam vitas Pontificum elegantiſſimam Etruſcam. Et pro noua concione S. Th. facienda.*

DE S. Thoma dicunt Cronicæ Patrum Ciſtercienſium Foſſæ nouæ, dum ad meliorem vitam pertranſijt, in ipſius funeralibus in medio hoc dictum poſitum fuiſſe reperitur. Hic eſt ille Aquinas, qui omne ſcibile ſciuit Archiomniſcius mirabiliter enucleando; & à parte dextra, Magnus eſt Albertus, maximus verò Thomas. Quia ſicut D. Hieronymus in exponendis ſacris ſcripturis habet ab Eccleſia pro titulo, & encomio Doctorem Maximum; ita iſti PP. dederunt Encomium de Maximo, non ſolum in ſacra Scriptura, ſed etiam in ſacra Theologia, & in omni alia ſcientia, propterea dixerunt primo: Omne ſcibile ſciuit: & admirabiliter enucleando ſcripſit. In parte verò ſiniſtra hoc aliud erat: In breue conſumptus expleuit tempora multa, & voluerunt dicere illi doctiſſimi Patres, quia vixit 49. annis, inchoante quinquageſimo, & indagando dicunt tanta compoſuiſſe opera, ac ſi vixiſſet pluſquam centum annos, ſuper oſtium vero appoſitum erat: Ordinis Regalis veridicus atque fidelis doctor doctorum, magiſter magiſtrorum Angelicus Thomas Aquinas. Ordinis dicitur Regalis, quia S. Dominicus eſt ex ſtirpe regali, vt declarauit Abbas Foſſæ nouæ in ſermone funebri Sancti Thomæ, & eo amplius dixit: Doctor doctorum, quia Ambroſius Auguſtinus, Hieronymus, Gregorius non cõpoſuere totam theologiam ſcholaſticam contra hæreticos, & ſcholaſticam metaphiſicam, philoſophiam naturalem logicam, & moralem, contra gentiles, vt fecit S. Thomas; ideò dicit ſupracitatus abbas in ſermone funebri, Doctor doctorum; Magiſter vero magiſtrorum, ideſt ſubdebat, magiſter, ideſt maior tribus, videlicet maior in claritate, & ordine Petro Lombardo, Alberto, & Alenſi, modo vero poſſe etiam dici maiorem Bacconio Capite ſcholæ Carmelitarum maiorem in claritate Egidio capite ſcholæ Auguſtinianorum, maiorem in claritate Scoto capite ſcholæ Franciſcanorum; ſubdebat deinde explicando ex ordine prærecitata verba, angelicus, ex tunc enim cepit nuncupari S. Thom. doctor angelicus, quia ſic promptè, & clarè loquebatur, quaſi ſine diſcurſu, vt Angelus, vltimo Thomas Aquinas, Thomas interpretatur abyſſus, aquinas, ab abyſſu aquarum profetizatus á Dauide, abyſſus abyſſum inuocat, vt declarat in ſuo ſermone funebri abbas, in voce catharactarum tuarum, quia iſte doctor Angelicus declarauit omnium obſcuritatem totius Theologiæ ſacræ Scripturæ metaphyſicæ philoſophiæ naturalis, & moralis, logicæ, vide cronicas Patrum foſſæ nouæ. Et propterea omnes ſcientias in ſumma Sancti Thomæ appoſuimus declarando quod dicitur ab iſtis PP. quod omne ſcibile ſciuit, & quod fuerit doctor Maximus in omni ſciẽtia mirabiliter in paruo tempore, &c. eo magis propter præceptum Eminentiſſimi Cardinalis Aquauiæ



Digitized by Google

doctiſſimi, pro ſuo nepote D. Ioſepho Aquauiua filio Ducis atris fratris eiuſdem Cardinalis:

Ann. 1604. Inter Archiepiſc. Neapol. & patronos appoſita ſtatua argentea in feſtiuitate receptionis per patronum Sancti Thomæ in vno arcu triunphali erat ſcriptum. Quod à Clemente 4. renuit ſcilicet Archiepiſcopatum Neapolitanum, á Clemente Octauo recepit, Nam Clemens Octauus ordinauit Breue dando ipſum per patronum, vt inter Archiepiſcopos ſanctos ſtatua apponatur quod eſt maius Archiepiſcopatu in comuni.

In alio arcu triunphali eiuſdem receptionis per patronum Sancti Thomæ: Genere, doctrina, & ſanctitate ſuperlatiuus Aquinas. Genere quia eſt de primis nobilibus in ſedilibus, doctrina, quia eſt de primis docturibus, ſeu ſuper omnes ad ſenſum Patrum Ceſtercienſium vt ſupra, ſantitate, Virginali præſtans mũditia ſuper alios, &c. ad ſenſum, vt infra

In alio arcu triumphali

*Flos pulcher redolens, ſpes fructus, ac breuis Eui,*

*Mel dat, api ſertum capiti, ſine ſemine naſci.*

Pulcher, omni pulchritudine corporis, nam fuit pulcherrimus corpore dignus imperio animæ propter excellentiam magni intellectus veluti Angeli, ideo dictus Angelicus, & pulchritudine doctrinæ ſuper omnes ad ſenſum Patrum Ciſtercienſium vt ſupra, Flos, Campi regalis religionis Dominicanæ, in quo ſunt tot magni alij Sancti, Papæ, Cardinales, Archiepiſcopi, Epiſcopi, Patriarchæ, Doctores, ſcriptores inquiſitores, & Principes nobiliſſimi. Redolens nam corpus S. Thomæ, vt dicit Abb. in ſermone ſuo funebri redolebat flagrantia, & odore eminentiori modo, quam corpus magni Alexãdri viuendo, ſpes fructus, Dum in ann. 18. expoſuit helencos Ariſtotelis contra Mennonem, & Mennoniſtas fallaces ſcribendo de fallacijs, meliori modo, quam Ariſtoteles. Breuis eui, nam vixit 49. annis, & fecit tot opera, ac ſi vixiſſet plus, quam centum annis. Mel dat api. Omnium ſcientiarum, omnibus ſuis compoſitionibus. Sertum capiti, ideſt corona doctoratus omni doctori, per quem doctoratum in ſanctitate habent aureolam. ſine ſemine naſci, nam per orationem Comitiſſæ matris, & Comitis patris, & aui Ducis alterius ſtatus cum ſemine patris.

In tertio arcu triumphali Sal totius terræ, lux totius mundi, & Ciuitas Ciuitatum, quæ non poteſt abſcõdi. Sal totius terræ contra putredinem omnium hæreſum. Lux totius mundi, ideſt omnium ſcientiarum, & ore, & in ſcriptis plenus. Ciuitas Ciuitatum, quæ non poteſt abſcondi, nam habuit omnes proprietates omnium Ciuitatum, quas aſſignat Ariſtoteles in politicis ibi vide. Et ideò poteſt dici Parthenope græcè, ideſt noua Ciuitas latinè maior omnibus per Sanctum Thomam.

In quinto arcu triumphali alter Sanctus Paulus, & quaſi alter Chriſtus alter Sanctus Paulus, vt probat Abbas moles in integro libro. Quaſi alter Chriſtus quia ſicut Chriſtus in natiuitate egit miracula, ita Aquinas cum carthula Mariæ Virginis, Chriſtus miraculum in panibus. Aquinas tranſmutando panes in flores, Chriſtus in piſcibus, Thomas appetendo in fine vitæ ſuæ piſces miraculoſe habuit, Chriſtus in diſputando, Thomas in diſputando, Chriſtus in tentatione habuit Angelos, Thomas in tentatione mulieris fuit ab Angelis præcintus, & ſic applicantur alia miracula ſimilia participatiuè tamen S. Thomas, ſicut: Nolite tangere Chriſtos meos: Ego dixi dij eſtis intelligitur participatiuè.

Iſta quinque dicta, & expoſita in arcubus triumphalibus cum alijs centum nonaginta quinque fuerunt collecta à me ordine Ducis Veteris Fabritij ad inſtantiam Proregis Comitis Beneuenti, & impreſſa, & Miſſa ad Reginam, & Regem Catholicum ſcribentis ad dictum Magnum Regem, quod magis tenetur gloriari de iſto maximo Ciue nobiliſſimo S. Thoma Magnæ Ciuitatis Neapolitanæ, quam de omnibus regnis ſuis, vt dixit filius eiuſdem proregis fratris eiuſdem Ordinis S. Dominici, qui hodie eſt Archiepiſcopus in Hiſpanijs, & olim meus Concatredarius in S. Dominico.

Gabriel Flamma Epiſcopus Ciodienſis. ſicut pueri odiunt ferulam, ita inimici veritatis doctrinam D. Tho. ipſe enim eſt: malleus quo errores confunduntur, enſis quo caput hydræ falſarum opinionum amputantur, ignis quo hæreſes ne ſucereſcant prohibentur, vnde, & ſententiarum grauitate, & doctrinæ ordine, ac claritate, ſcriptorum omnium palmam merito tulit.

Sotius Nemo vnquam inimicus euaſit Eccleſiæ, qui prius D. Tho. bellum non indixerit, nec mirum; ipſe enim ſecundum Martinum Perſium, eſt ſcholaſticorum ſignifer, ſecũdum Cardinalem Roſenſem theologiæ Flos, & ſplendor, ſecundum Bullam Paritienſium Sol, & lumen Eccleſiæ ſine quo nihil non tenebroſum, ſecundum Bullam Pij V. certiſſima regula doctrinæ Chriſtianæ, qua Eccleſia Apoſtolica profligatis infinitis hæreſibus illuſtrata eſt, cuius vi, & veritate doctrinæ quotidie orbis terrarum à peſtiferis erroribus liberatur.

Franciſcus Titelmanus. Diuus Tho. celebris Eccleſiæ doctor, merito ab omnibus appellatur Angelicus, omniſcius, adamas, Theologus, theologorum theologus, theologorum Coryphæus, Alpha litterarum omnium, veritatis vnicus artifex, & architectus, omnis litteraturæ delitiæ, primus, medius, nouiſſimus ſapietũ.

Cardinalis Toletus. Pace aliorum Doctorum dixerim vnus D. Thom. inſtar eſt omnium, tantam enim ſuis ſcriptis philoſophiæ ac theologiæ lucem attulit vnus, quantam cæteri omnes poſſint explanatores afferre, nec in hoc arbitror quidquam ex alterius laude detrahi, quia id de D. Thoma dicitur quod ipſorum quiſque ſi viueret, & adeſſet de eodem videretur eſſe dicturus in philo. dicit maius.

Card. Bellarminus de ſcriptoribus Eccleſiaſticis dicit Maiora Toleto dum ait non ſolum in doctrina, ſed in ſanctitate, & nobilitate, ſeu ſanguine dicit eminentiam Valentia, Vaſquez pluribus verbis dicunt multa alia ſimiliter, & prierius, vt infra, & multi alij patres Ieſuitæ in principijs primæ partis. Bellarm. de poteſt. Pap. ponit eum primum inter omnes.

Gennadius Patriarcha Conſtantinopolitanus. Diuum Thom. neſcio an aliquis ſuorum ſectatorum plusquã ego admiretur, & colat, ego ſi quis ſuis ſcriptis animũ adhibuerit, hũc nullis alijs indigere opinor.

Franciſcus Varga. Diuus Thom. diligentiſſimus veritatis explorator, nihil abditum, nihil remotum, nihil obſcurum eſſe permiſit, ſed omnia expoſita, prompta, ipſa denique luce clariora omnia fecit neceſſarius eſt non minus philoſophis ac theologis, quam iuris peritis, cui vni in ſapientiæ ſtudijs plus debeo quam infinitis iuriſperitorum verboſis Commentarijs,

Anto-

Antonius Campanus Epiſcopus D.Thó. tot tantaq; volumina edidit, vt mirum ſit eius ætatem ad legendum, nedum ad ſcribendum ſufficere potuiſſe, ſanè nullum eſt enigma tam ambiguum, nullus tam intricatus nodus, aut inuolucrum, nullæ tam obſcuræ nubes in quolibet doctrinæ genere quas vir Dei Sanctiſſimus non euoluerit, retexerit, aperuerit, ſemper collectus, diſtinctus, ordinatus, vt alij ſemper ſcidiſſe diuinam Scripturam, hic collegiſſe, illi inuoluiſſe anfractibus, hic direxiſſe in compendium, illi infudiſſe tenebras, & conculcaſſe, hic clariſſimam attuliſſe lucem, & expandiſſe videatur.

Thomas Phædrius, In Logica nullus D.Thom. ſubtilior, in philoſophia nullus profundior, in mathematica nullus acutior, in theologia nullus ſublimior. In eius doctrina nihil infimum (inquit Martinus de Viena) nihil medium, ſed totum ſublime, totum optimum, vtpote, quam ad fontem diuinitatis ebibit ſecundum Paulum Corteſium optima aſſiduè meditatus, ſubtilius cæteris protulit ſecundum Bartholomæum Camerarium:

Picus Mirand. Tacente Thoma mutus ſit Ariſt.

Petrus Pomponaſius. Opinio D.Thom. mea ſententia latinorum omnium maximi, immo fortaſſis non minoris aliquo Ariſt. expoſitore, ſiue grecus ſit, ſiue Arabs omnibus eſt anteponenda.

Sueſſanus. Ex his bone litteræ ad latinos migrarunt, inter quos Tho. Aquinatem inueni, cui merito iura exponendi conceſſa ſunt, hunc habemus nedum in phyſicis verum, & in omnibus alijs fidum Ducem, cui etiam non ſine cauſa nomen expoſitoris tributum eſt: (illo enim pace græcorum dixerim) curioſior, aut vberior, aut (quod rarum eſt) clarior inuentus eſt nemo.

Stephanus pariſiorum Epiſcopus cum tota vniuerſitate pariſienſi in Bulla, Magiſtra rerum experientia. Qui denigrat doctrinam B.Thomæ, occultat veritatem, dehonorat Sanctam Romanam Eccleſiam. Ipſe enim eſt vniuerſalis Eccleſiæ Fulgentiſſimum lumen, Fons Doctorum, Candelabrum inſigne lucens, per quod quotquot ingrediuntur vias vitæ, & ſcholas Doctrinæ ſanæ lumen vident.

Plus Ioannes Vigeſimus ſecundus. In Bulla canonizationis B.Thomæ: Quot articulos compoſuit Sanctus Doctor, tot miracula fecit.

Vrbanus Quintus. In Bulla Laudabilis Deus. Ad vniuerſitatem Tholoſanam. Attendentes quanta ſcientia à Deo Dotatus B.Thomas, Ordinem Fratrum Prædicatorum, & vniuerſam Eccleſiam illuſtrauerit, volumus, & tenore præſentium vobis iniungimus, vt præfati B.Thomæ doctrinam, tanquam veridicam, & Catholicam ſectemini, eamque ſtudeatis totis viribus ampliare.

Innocentius Papa in ſermone. Ecce pluſquam Salomon hic. D.Thomæ ſapientia præcæteris alijs, excepta canonica habet proprietatem verborum, modum dicendorum, veritatem ſententiarum, ita vt qui eam tenuit, nunquam inueniatur à tramite veritatis deuiaſſe, qui autem eam impugnauit, ſemper fuerit de veritate ſuſpectus.

Clemens Octauus in Bulla ad Regnum Neapolitanum, extollens B.Thomam ſuper omne creatum ingenium (nemo enim nouit, quæ ſunt Dei, niſi Spiritus Dei) appellat eum hoc diuino, & ante hac nunquã amplius audito nomine magnus inquit Aquinas. Viuus eſt Diuinæ voluntatis interpres.

Iulius Tertius. Teſtatur Deiparam Virginem, cum Sanctis Apoſtolis Petro, & Paulo oretenus certum reddidiſſe B.Thomam de vitæ eius ac ſcientiæ integritate.

Pius Quintus. In Bulla, Mirabilis Deus, teſtatur Chriſtum Dominum apud Neapolim in templo D. Dominici ſub imagine Crucifixi, viuæ vocis oraculo comprobaſſe doctrinam B. Thomæ in hæc verba: Bene ſcripſiſti de me Thoma.

Decem Diſtich. quinque Epigrammata paruulum Poema, Elegia, Academiæ Andmolæ' in Canonizatione S.Thomæ, Cardinalium, etiam Cardinalis Iacobi Caturcenſis, qui poſteafuit Papa Ioannes XXII. Patriarcharum, Epiſcoporum, Archiepiſcoporum, & Pricipum Laicorum.

*Hic peperit nobis lumen, quo maius in orbe*
*Antè nec effulſit, poſt neq; maius erit.*
*Qui doctis chartis mentes caligine merſas*
*Dirigis, & certam pandis ad aſtra viã,*
*Cuiꝰ ab aſpectu Stygis horrida mõſtra faceſ-*
*Et radios ſpargit latius alma fides. (sũt,*
*In Cruce pẽdentẽ flexo, qui poplite adorãs,*
*Sparſiſti ex oculis flumina larga tuis.*
*Doctrina, & meritis, reſponſis vndiq; totus*
*Orbis te obſtupuit, conſuluitq; ſenem*
*Spreuit opes, faſces, tituloſq; modeſtior omni*
*Qui paruo Oceanũ claudere vaſe velit.*
*Exiguo Oceanum vitro concludere, & alta*
*Tangere mortali niterer aſtra manu*
*Diue Thoma, ſi immẽſa tua præconia vitæ,*
*Et vellem clarum tollere laude genus:*
*Doctaq; cęleſtis cuperẽ monumẽta Mineruæ;*
*Aut mira imparibus dicere facta modis,*

*Felix Cãpanum Patria ditionis Aquinum,*
*Et loca, quæ talem pulchra tulere virum,*
*Quandoquidẽ purus vobis concedit Eous,*
*Nam lux eſt veſtris pulchrior orta iugis.*
*Nullũ Perraſia quondam decliue ſub Vrſa*
*Seù mare, ſeù gelido vergit ab axe ſolũ.*
*Purior hic radijs, quod nõ percurrat Apollo,*
*Et retegat flamma ſplendidiore diem.*
*Ille recludit iter fluxæ telluris, at iſte*
*Veſter inacceſſas pandit ad aſtra vias.*
*Nobilis egregijs ortus natalibus infans*
*Deliciæ, & gemini cura parentis erat,*
*Vixq; puer tantũ primis adoleuerat annis,*
*Et ſigna ingenij præbuit ampla ſui.*
*Tùm patriæ prima fugiens ætate ruinam,*
*Caſſino fertur delituiſſe iugo.*
*Hic Latiæ cultas impubes Palladis artes,*
*Edidicit, mores compoſuitq; ſuos.*

Digitized by Google

Et

Decem Diſtich, quinque Epigrammatā paruulum Poema, Elegia, Academiæ Anomolę in Canonizatione Sancti Thomæ Cardinalium, etiam Cardinalis Iacobi Caturcenſis, qui poſtea fuit Papa Ioannes XXII,

*Et cū Parthenopen doctā migrauit, vt almæ*
*Doctrinæ maius quæreret inde decus.*
*Vita illum cœpit melioris ſancta cupido,*
*Callaguritanæ religionis amor.*
*Et cū ſe Gallas iuuenis conferret ad vrbes,*
*Nè deuota tener ſcinderet acta Pater.*
*Conſilium ſanctæ conanti auertere mentis;*
*E' media fratres eripuere via.*
*Deinde fuit puero mulier ſubiecta pudico,*
*Quæ blanda impuros necteret arte dolos,*
*Quæ florem illecebris teneri corrūperet æui,*
*Et Cyprias fœdo ſubderet igne faces,*
*Torre ſed illa vſto, turpiq; eiecta repulſu,*
*Dicitur infamem corripuiſſe fugam.*
*Ipſe triumphalem ligno tum figit obuſto,*
*Quo fuerat meretrix antefugata crucē,*
*Et ſeſe ante almæ proſtrauit ſigna ſalutis,*
*Effuditq; die deficiente preces.*
*Hic labor, & curæ ſenſim cecidere diurnę,*
*Oppreſſitq; recēs, lāguida membra ſopor.*
*Tunc ſua virgineo cingi videt ilia caſtu,*
*Cui laſciua ſolet cedere victa Venus.*
*Illa fuit cæctæ cęleſtis adorea laudis,*
*Et prima optatæ palma pudicitiæ,*
*Ad ſua prætereo, translatas vota ſorores,*
*Diuerſaſq; illis reſtituiſſe vices.*
*Per funem media demiſſum nocte feneſtra*
*Et ſibi nocturna conſuluiſſe fuga.*
*Quid memorē ærumnas, exātlatoſq; labores?*
*Scripta Cleanthæa peruigilata manu?*
*Quid mirū ingenij ſummis in rebus acumē,*
*Et ſenſa à ſummo ſæpè petita Deo?*
*Quis te ſcrutator naturæ arcana profundæ*
*Verius obſcuros, ingrediturq; ſinus?*
*Quis te diuinæ cecinit conuiuia menſæ*
*Plenius, Auſonia concelebrata lyra?*
*Tu calamo Fidei prauos interficis hoſtes,*
*Et ſua tartareas cogis ad antra feras,*
*Tu Hiſpanū impoſitis calcas Auerroa plātis,*
*Et premis inducto pectus inane pede,*
*Nonne Cruci affixi facies depicta Tonātis*
*Pollicita eſt calamo præmia digna tuo?*
*Nec minor eximio merces pendenda labori,*
*Quā pro quo fuerat ſūptus, & ipſe labor,*
*Sunt tua veridica firmata oracula voce,*
*Optimaq; æternæ ſcripta probata fide.*
*Quævè tuas auſa eſt mulier cōtingere veſtes*
*Tacta præſentem cyclade ſenſit opem.*
*Nāq; retēta ægra requierūt ſāguine venę,*
*Et qui continuo fluxerat amne cruor,*
*Tu ſtudioſorum præſens tutela virorum,*
*Mortales pronæ percipis aure preces.*
*Iā tibi pro roſeo ſurgunt delubra Galero,*
*Sacraq; contēptus thura rependit honor,*
*Et nuuc cuſtodes inter ſeptemq; beatos*
*Pōtifices radiāt, qui velut aſtra polo, (uāt,*
*Et qui Parthenopes pulcherrima mœnia ſer*
*Et procul abſterrēt tartara, bella, famē,*
*Solemni pompa maioris culmine templi*
*Conderis, huc omnis confluit ordo virū,*
*Hic tua ſupplicibus cumulāt altaria donis,*
*Numē, & implorant, maxime Diue, tuū.*
*Certatimq; frequēs cādēti in veſte Sacerdos*
*Ante tuas aras myſtica ſacra facit.*
*Virgineis cūcti mille oſſibus oſcula figunt,*
*Spargūt purpureas ad tua buſta roſas.*
*Pēdula, & accēdūt, quæ vincūt lumina Solis,*
*Vrunt thuricremis dona Sabæa focis.*
*Ergo Parthenopes Patronis addite Aquinas,*
*Cui meritū Patriæ ſurgit ab Vrbe decus.*
*Aeternū nobis meritis, precibuſq; Tonantē*
*Concilia, & gentis reſpice vota tuæ.*
*Bos mutus dedit ore ſonū, quo maximus or-*
*Perſonuit, Stygij quo tremuere lacus. (bis*
*Pro tibi torre, Th. quo ſcortū infame fugaſti*
*Parthenope accēdit per loca mille faces.*
*Trāſuolat æthereū pēnis ſublimis Olympū*
*Fama Thomæ, & nullo clauditur illa loco.*
*Quid ſignat iubar effulgēs in pectore Tho-*
*Vnde fluit lucis copia tāta viro? (mę?*
*Eſt ea lux rutilās Chriſt⁹, qui pect⁹ Aquini*
*Irradiat, tenebras qui procul orbe fugat.*
*Amphytrioniades nō tot fera mōſtra ꝑ orbē*
*Perdomuit, claua, terribiliſq; manu.*
*Hoſtes quot Fidei, quot relligionis Aquinas*
*Proſtrauit, ſcriptis victor vbiq; ſuis.*
*Illum inter falſos Diuos retulere perenni,*
*Hic cęlo, et terris Diuus honore micas.*
*Cynthius vt primo tenebras oriēte repellit,*
*Et rutilum reduci ſubuehit ore diem.*
*Sic dū luxiſti mundo lux, maxime Thoma,*
*Et ſacrum æthereo mittis ab ore iubar,*
*Protinus ex animis hominū caligine merſis*
*Prima tibi errores pellere cura fuit.*
*Attonita fugiūt Stygiæ toto orbe cohortes,*
*Quas nullis pateris iam reſidere locis.*

Relictus eſt ab Impreſſore, in folio octauo titu-lus ſcilicet laus S. Tho. damnantis cum ſcriptura, Concilijs, & Patribus, cunctas hæreſes contra ſecū-dum dictum Vulpes in tom. 2. quod ſcilicet S. Th. deficit à legitima propoſitione fidei, contra quem Vulpes ego collegi à 18. vſq; ad 70. folium omnes hęreſes mundi per abecedariū reprobatas à S. Tho. optimo defenſore fidei, & non deficiente à legitima propoſitione fidei, vt Vulpizat Vulpes. Vide eas fol. 18. vſque ad 70.

Digitized by Google

# ILLVSTRISSIMAE PROSAPIAE
# DE AQVINO
## A REGIBVS CVNCTA REGNI OFFICIA;
## VT ADMIRATVS, MAGNI CAMERARII, &c.
### GENERALIVM EXERCITVVM CIVITATES, ET OPPIDA,
### *A Pontificibus Epiſcopatus, Archiepiſcopatus, & Cardinalatus, vt Indicus, & alij.*

NEc non, & Familijs ipſis de Aquino Matrimonio coniunctis, vt eſt Aquauiua, Aualos, Aragonia, Balzo, Belprato, Caracciolus, Carafa, Capece, Carretto, Ceſarini, Collalto, Concubletti, Doria, Filamarinus, Gābacorti, Leoneſſa, Loffredo, Marra, Minutuli, Orſini, Pignatelli, Piſcecellus, Rouere, Ruffus, Sabelli, tunc Domini Venafri, vt in regiſt. Sūmariæ, Sanguini, Sangro, Sanſeuerini, Sanuitali, Soardi, Spinello, Tomacello, Tuſo, Tocco, Viſconti; alijque quam plurimi, vt dicunt Sanſouinus, Zazzara de Nobilitate Italiæ, Admiratus, Campanilis, De Petris, Cōſtantius, Mazzilla, &c.

Fr. Magiſt. Mauritius de Gregorio tanquam Antiquarius hanc glorioſam Sancti Thomæ Antiquitatem ex Regiſtro Caroli Primi, & lealitate Regij Archiuarij, vt mox infra. Humillima Reuerentia. D. D. Dedicat.

### *In Regiſtro Caroli Primi 1274. in folio prima.*

*Item ſcriptum eſt eiſdem, &c.*

CVm Religioſus Vir Fr. Thomas de Aquino, dilectus noſter, apud Neapolim in Theologia legere debeat, Nos volentes ſibi exhibere ſubſidium in expenſis, & propter hoc de vna vncia auri ponderis generalis pro quolibet menſe, quamdiù ibidem legerit, ſibi prouideri velimus, fidelitati veſtræ ſub pœna dupli quantitatis ipſius præcipiendo mandamus, quatenus ad requiſitionem Prioris, Fratrum eiuſdem Ordinis in Neapoli, vel certi nuncij eius, de prædicta vncia auri ad generale pondus ſingulis menſibus, donec idem Fr. Thomas ibidem legerit, prędicto Priori, vel eius certo nuncio pro eodem, per dohanerios Neapoli, de prouentibus dohanę, quàm anno præſenti primæ inditionis exercent, extra ordinariam prouiſionem, quæ ſunt, & erunt, per manus eorum ſine difficultate qualibet ſatisfieri faciatis, recepturi præſentes literas; & de his quæ dederitis idoneas apodiſſas, non obſtante mandato aliquo vobis facto per quod effectus præſentium impediri valeat, vel differri: ſcituri, quòd ſi dilationem, vel defectum vltra debitum commiſeritis, in exequtione præſentium præter dictam pœnam dupli, quam à vobis extorqueri infallibilitèr faciemus, indignationem noſtram exinde incurretis. Datum Neapol. Menſ. Octobris 16. eiuſdem 1274.

Concordat præſens copia cum originali proprio, de verbo ad verbum; In cuius rei fidem infraſcriptus Magnificus Regius Archiuarius manu propria ſe ſubſcripſit, ac ſigillo quo vti conſueuit præſentem copiam muniuit, die 14. Iulij 1591.

Ioſeph Crimaldus Regius Archiuarius.

Loco † Sigilli.

REX Cuncta ſciet quicunq; leget tua dogmata Thoma
Cui dant angelicum diuina uolumina nomen.

MOMI

Digitized by Google

# MOMI, ET ZOILI

## PRIMÆ MVNDI ACCADEMIÆ

*Malignantium, qui exterminabuntur.*

IN antiquiſſima, & prima Accademia aliarum Accademiarum Momi, & Zoili, fuit problema, (vt recitat Celius Rodocinus) an liceat miſcere ſtilum Scolaſticum, cum ſtilo eleganti; & reſpondet Iuſtilipſius cum Quintiliano, non; nàm ſtilus elegans eſt obſeruandus in oratione, in Epiſtolis conſcribendis in Tractatu de Fraſibus Poeticis, & in ſcriptis de elegantijs, cum in Scolaſtica, vt aiunt Auguſtinus, vterque Viualdius, quid prodeſt aurea Clauis non aperiens, &c. Mercatus Magnus Medicus, elegantia eſſe laqueum veritatis in ſcientijs, Sueſſanus in naturali Philoſophia melius eſt cum barbariſmo clarè eloqui, &c. Plutarcus deplacitis Philoſophorum laudando claritates aliquorum, dicit quod fraſis eſt ſepultura ſcientiarum. Ammonius quod ſtilus elegans in ſcientijs ſemper parit obſcuritatem fugiendam. Licet tamen in paruula Poetica compoſitione aliqua clarè dicere, non vt dicebat Merlinus de Scolæ Magiſtris, contra Pedantes miſeros querentes totia panis, ſed fortaſſe, vt quidam diſcipuli Martialis, & Ouidij faciebant.

Sit procul hinc Momus, procul ſit hinc lingua profana,
Fac ſimile aut melius poſt noſtros carpe labores,
Non eſt quod rodas pia carmina Zoile dente.
Gaudet candidula ſimplicitate Deus.

Ex his quilibet præter intentionem Authoris poteſt defendere contra malignantes, qui exterminabuntur.

Vide Fabricam Mundi Franciſci Alumni, Theatrum vitæ humanæ Corradi contra peſſimos homines maledicentes, Paſquinantes, & Marforiantes, Regen. Tappiam in primo ſuo Opuſculo.

Vide Marmorata uituperia contra maledicentes poſt marmoratas laudes uirtuoſorum Doctoris, & Lectoris in ſua lectura Domni Baldaſſarij de Gregorio Siculi Cāmaratæ Prothonotarij Apoſtolici, Vicarij Generalis Malf, ex familiaribus Eminentiſſimi Cardinalis Sabelli, cum Troiano Boccalino in ſua Elicona, & Parnaſſo, cum Archiepiſcopo Vrbini Santorij.

Gregorius in Moralibus authoritate Catonis: diſce ab omni opere, cum in Homine ſit imago, & ſimilitudo Dei, ſemper aliquid ingenij relucet.

Auguſtin. epiſt. 57. ad Dardanum in fine. Si qua autem vitia mea perſpexeris vt cariſſimus amicus ignoſcas, eadem ſinceritate dilectionis mihi optans medicinam, qua concedis, & veniam. Vale.

Digitized by Google

# CVRIOSITAS

## *Siſte, & lege nouum modum faciendi Indicem, ſeù Syllabum errorum:*

ANno 1442. ſeù 1451. per Baronium in Annalibus. Ioannes Cuthembergo Magnus Mathematicus, Nobilis Germanus Ciuitatis Maguntiæ adinuenit mirabilem Imprimendi Artem, vt ait Theatrum de Inuentoribus, cum Polidoro Virgilio, adinuenit etiam nouum atramentum viſcoſum imprimendi, cum Torculari. Ponſone, cum vigintitribus caſulis Litterarum, cum Telare, Vitibus, Clauis, Stellula, Puncta, Baculis coreis, Lanis plenis, tanto artificio, quod iſta Ars venit nuncupata à Zouio, quaſi miraculoſa, ab Abraham Ortelio in ſua Coſmografia primum de admirandis in Arte, à Garzonio dicitur miraculoſa ſimplicitèr, à Corrado, octaua Mundi admiratio, propter tantarum rerum admirabilem accomodationem ordine retrogrado, & eſt geſtorum, & factorum illuſtrium reſurrectio, literarum omnium conſeruatio, Doctorum creandorum facilitas, cum ingeniorum immaginibus.

Fuit à Nicolao Quinto priuilegijs decorata, cum Beſſarione, & Cuſano Cardinalibus Sancti Petri vſque ad Leonem Decimum, à Carolo Quinto, & Rege Gallorum gratijs plena, &c.

Poſt primam Impreſſionem Maguntiæ duo Germani fratres (vt dixit Volaterranus) Romæ domi de familia Maximi Impreſſerunt Lactantium de opificio Dei, & Auguſtinum de Ciuitate Dei.

Nicolaus Genſone incepit Venetijs Imprimere tempore Barbarici Ducis.

Neapoli à diſcipulo dicti Nicolai; inde Mediolanum, & Ianuam, Panormum, Meſſanam, &c. omnes iſte Ciuitates ad videndam iſtam ingenioſam Inuentionem, currebant.

Examinabantur Impreſſores de grammatica, & orthographia propter errores euitandos, & ideo tempeſtate noſtra fiunt infiniti errores, ut patet hic in quarto Sententiarum de Baptiſmate, dum uolebat dicere in nomine Patris, & Filij, fecit in nomine Patris, & Filijs, ex quo errore poteſt conijcere Lector, quòd ſint alia multa errata, etiam uirgularum, punctorum, linearum, comarum, & hec eſt noua tabula facienda errorum cum Abulenſe dicente, quod tabula errorum non deſeruit Sapientibus nam ex ſeipſis ſtatim corrigunt, & cognoſcunt, nec Ignaris qui non intelligunt, ideò facienda eſt hec noua tabula, ſcilicèt remittendo Sapientibus omnia: Vt ait Iuſtuslipſius quòd propter tot, tantaſque res, & minutias concurrentes ad Impreſſiones impoſſibile eſt abſque errore fieri, cum nouo Aldo, & Valla.

Quidam Poeta, Eſt opus exiguum: toto celebrabitur orbe.

# FINIS IMPRESSIONIS

IN DIE VICTORIÆ VRBITELLI,

MAGNI PROREGIS EXCELLENTISSIMI

# DVCIS ARCI

Sua ſingulari prouidentia maritima, & terreſtre, & preuijs Diuinis precibus in omnibus, & per omnia, vſque ad infirmorum medicamenta, eidem EXCELLENTIAE miſſe à DEO: conſecratus à Magiſtro Mauritio de Gregorio tanquam Antiquario, quia antiqui hoc modo ſcilicet in fine ſuorum Operum Magnis Principibus puritate nimia dicabant; vt Ariſtoteles in textu originali Greco, hec de Philoſophia morali Philippo Regi Macedoniæ dicata.

Digitized by Google

IMPRIMATVR.

Gregorius Peccerillus Vicarius Gener. Neap.

Poteſt Reimprimi.

*Magiſt. Fr. Domin. Grauina Crd. Prædic. Cur. Archiep. Theol.*

Alexander Ruſſus Canonicus Deput. vidit.

*Regiſtr. Fol. 17.*

*Magiſt. Fr. Ioſeph de Rubeis Ordin. Minor. Conuentual. Sac. Theol. Doctor, Eminentiſſ. Cardinal. Filamarini Theologus.*

ANT 1744/S1

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google

*Et cũ Parthenopen doctã migrauit, vt alma*
*Doctrina maius quæreret inde decus.*
*Vita illum cœpit melioris ſancta cupido,*
*Callaguritanæ religionis amor.*
*Et cũ ſe Gallas iuuenis conferret ad vrbes,*
*Nè deuota tener ſcinderet acta Pater.*
*Conſilium ſanctæ conanti auertere mentis;*
*E' media fratres eripuere via.*
*Deinde fuit puero mulier ſubiecta pudico,*
*Quæ blanda impuros necteret arte dolos,*
*Quæ florem illecebris teneri corrũperet æui,*
*Et Cyprias fœdo ſubderet igne faces,*
*Torre ſed illa vſto, turpiq; eiecta repulſu,*
*Dicitur infamem corripuiſſe fugam.*
*Ipſe triumphalem ligno tum figit obuſto,*
*Quo fuerat meretrix ante fugata crucẽ,*
*Et ſeſe ante almæ proſtrauit ſigna ſalutis,*
*Effuditq; die deficiente preces.*
*Hic labor, & curæ ſenſim cecidere diurnę,*
*Oppreſſitq; recẽs, lãguida membra ſopor.*
*Tunc ſua virgineo cingi videt ilia caſtu,*
*Cui laſciua ſolet cedere victa Venus.*
*Illa fuit cæcta cęleſtis adorea laudis,*
*Et prima optatæ palma pudicitiæ,*
*Ad ſua prætereo, translatas vota ſorores,*
*Diuerſaſq; illis reſtituiſſe vices.*
*Per funem media demiſſum nocte feneſtra*
*Et ſibi nocturna conſuluiſſe fuga.*
*Quid memorẽ ærumnas, exãtlatoſq; labores?*
*Scripta Cleanthæa peruigilata manu?*
*Quid mirũ ingenij ſummis in rebus acumẽ,*
*Et ſenſa à ſummo ſæpè petita Deo?*
*Quis te ſcrutator naturæ arcana profundæ*
*Verius obſcuros, ingrediturq; ſinus?*
*Quis te diuinæ cecinit conuiuia menſæ*
*Plenius, Auſonia concelebrata lyra?*
*Tu calamo Fidei prauos interficis hoſtes,*
*Et ſua tartareas cogis ad antra feras,*
*Tu Hiſpanũ impoſitis calcas Auerroa plãtis,*
*Et premis inducto pectus inane pede,*
*Nonne Cruci affixi facies depicta Tonãtis*
*Pollicita eſt calamo præmia digna tuo?*
*Nec minor eximio merces pendenda labori,*
*Quã pro quo fuerat sũptus, & ipſe labor,*
*Sunt tua veridica firmata oracula voce,*
*Optimaq; æternæ ſcripta probata fide.*
*Quæuè tuas auſa eſt mulier cõtingere veſtes*
*Tacta præſentem cyclade ſenſit opem.*
*Nãq; retẽta ægræ requierũt sãguine venę,*
*Et qui continuo fluxerat amne cruor,*
*Tu ſtudioſorum præſens tutela virorum,*
*Mortales prona percipis aure preces.*
*Iã tibi pro roſeo ſurgunt delubra Galero,*
*Sacraq; contẽptus thura rependit honor,*
*Et nunc cuſtodes inter ſeptemq; beatos*
*Põtifices radiãt, qui velut aſtra polo, (uãt,*
*Et qui Parthenopes pulcherrima mœnia ſer*
*Et procul abſterrẽt tartara, bella, famẽ,*
*Solemni pompa maioris culmine templi*
*Conderis, huc omnis confluit ordo virũ,*
*Hic tua ſupplicibus cumulãt altaria donis,*
*Numẽ, & implorant, maxime Diue, tuũ.*
*Certatimq; frequẽs cãdẽti in veſte Sacerdos*
*Ante tuas aras myſtica ſacra facit.*
*Virgineis cũcti mille oſſibus oſcula figunt,*
*Spargũt purpureas ad tua buſta roſas.*
*Pẽdula, & accẽdũt, quæ vincũt lumina Solis,*
*Vrunt thuricremis dona Sabæa focis.*
*Ergo Parthenopes Patronis addite Aquinas,*
*Cui meritũ Patriæ ſurgit ab Vrbe decus.*
*Aeternũ nobis meritis, precibuſq; Tonantẽ*
*Concilia, & gentis reſpice vota tuæ.*
*Bos mutus dedit ore ſonũ, quo maximus or-*
*Perſonuit, Stygij quo tremuere lacus. (bis*
*Pro tibi torre, Th. quo ſcortũ infame fugaſti*
*Parthenope accẽdit per loca mille faces.*
*Trãſuolat æthereũ pẽnis ſublimis Olympũ*
*Fama Thomæ, & nullo clauditur illa loco.*
*Quid ſignat iubar effulgẽs in pectore Tho-*
*Vnde fluit lucis copia tãta viro? (mę?*
*Eſt ea lux rutilãs Chriſtꝰ, qui pectꝰ Aquini*
*Irradiat, tenebras qui procul orbe fugat.*
*Amphytrioniades nõ tot fera mõſtra ꝑ orbẽ*
*Perdomuit, clauæ, terribiliſq; manu.*
*Hoſtes quot Fidei, quot relligionis Aquinas*
*Proſtrauit, ſcriptis victor vbiq; ſuis.*
*Illum inter falſos Diuos retulere perenni,*
*Hic cęlo, et terris Diuus honore micas.*
*Cynthius vt primo tenebras oriẽte repellit,*
*Et rutilum reduci ſubuehit ore diem.*
*Sic dũ luxiſti mundo lux, maxime Thoma,*
*Et ſacrum æthereo mittis ab ore iubar,*
*Protinus ex animis hominũ caligine merſis*
*Prima tibi errores pellere cura fuit.*
*Attonitæ fugiũt Stygiæ toto orbe cohortes,*
*Quas nullis pateris iam reſidere locis.*

Relictus eſt ab Impreſſore, in folio octauo titulus ſcilicet laus S. Tho. damnantis cum ſcriptura Concilijs, & Patribus, cunctas hæreſes contra ſecũdum dictum Vulpes in tom. 2. quod ſcilicet S. Th. deficit à legitima propoſitione fidei, contra quem Vulpes ego collegi à 18. vſq; ad 70. folium omnes hereſes mundi per abecedariũ reprobatas à S. Tho. optimo defenſore fidei, & non deficiente à legitima propoſitione fidei, vt Vulpizat Vulpes. Vide eas fol. 18. vſque ad 70.

Digitized by Google

ILLVSTRISSIMAE PROSAPIAE

# DE AQVINO

## A REGIBVS CVNCTA REGNI OFFICIA,

## VT ADMIRATVS, MAGNI CAMERARII, &c.

### GENERALIVM EXERCITVVM CIVITATES, ET OPPIDA,

### *A Pontificibus Epiſcopatus, Archiepiſcopatus, & Cardinalatus, vt Indicus, & alij.*

NEc non, & Familijs ipſis de Aquino Matrimonio coniunctis, vt eſt Aquauiua, Aualos, Aragonia, Balzo, Belprato, Caracciolus, Caraſa, Capece, Carretto, Ceſarini, Collalto, Concubletti, Doria, Filamarinus, Gābacorti, Leoneſſa, Loffredo, Marra, Minutuli, Orſini, Pignatelli, Piſcecellus, Rouere, Ruffus, Sabelli, tunc Domini Venafri, ut in regiſt. Sūmariæ, Sanguini, Sangro, Sanſeuerini, Sanuitali, Soardi, Spinello, Tomacello, Tuſo, Tocco, Viſconti; alijque quam plurimi, vt dicunt Sanſouinus, Zazzara de Nobilitate Italiæ, Admiratus, Campanilis, De Petris, Cōſtantius, Mazzilla, &c.

Fr. Magiſt. Mauritius de Gregorio tanquam Antiquarius hanc glorioſam Sancti Thomæ Antiquitatem ex Regiſtro Caroli Primi, & lealitate Regij Archiuarij, vt mox infra. Humillima Reuerentia. D. D. Dedicat.

### *In Regiſtro Caroli Primi 1274. in folio prima.*

*Item ſcriptum eſt eiſdem, &c.*

CVm Religioſus Vir Fr. Thomas de Aquino, dilectus noſter, apud Neapolim in Theologia legere debeat, Nos volentes ſibi exhibere ſubſidium in expenſis, & propter hoc de vna vncia auri ponderis generalis pro quolibet menſe, quamdiù ibidem legerit, ſibi prouideri velimus, fidelitati veſtræ ſub pœna dupli quantitatis ipſius præcipiendo mandamus, quatenus ad requiſitionem Prioris, Fratrum eiuſdem Ordinis in Neapoli, vel certi nuncij eius, de prædicta vncia auri ad generale pondus ſingulis menſibus, donec idem Fr. Thomas ibidem legerit, prędicto Priori, vel eius certo nuncio pro eodem, per dohanerios Neapoli, de prouentibus dohanę, quàm anno præſenti primæ inditionis exercent, extra ordinariam prouiſionem, quæ ſunt, & erunt, per manus eorum ſine difficultate qualibet ſatisfieri faciatis, recepturi præſentes literas; & de his quæ dederitis idoneas apodiſſas, non obſtante mandato aliquo vobis facto per quod effectus præſentium impediri valeat, vel differri: ſcituri, quòd ſi dilationem, vel defectum vltra debitum commiſeritis, in exequtione præſentium præter dictam pœnam dupli, quam à vobis extorqueri infallibilitèr faciemus, indignationem noſtram exinde incurretis. Datum Neapol. Menſ. Octobris 16. eiuſdem 1274.

Concordat præſens copia cum originali proprio, de verbo ad verbum; In cuius rei fidem infraſcriptus Magnificus Regius Archiuarius manu propria ſe ſubſcripſit, ac ſigillo quo vti conſueuit præſentem copiam muniuit, die 14. Iulij 1591.

Ioſeph Crimaldus Regius Archiuarius.

Loco † Sigilli.

REX Cuncta ſciet quicunq; leget tua dogmata Thoma
Cui dant angelicum diuina uolumina nomen.

MOMI

Digitized by Google

# MOMI, ET ZOILI

## PRIMÆ MVNDI ACCADEMIÆ

*Malignantium, qui exterminabuntur.*

IN antiquiſſima, & prima Accademia aliarum Accademiarum Momi, & Zoili, fuit problemã, ( vt recitat Celius Rodocinus ) an liceat miſcere ſtilum Scolaſticum, cum ſtilo eleganti; & reſpondet Iuſtilipſius cum Quintiliano, non; nàm ſtilus elegans eſt obſeruandus in orationẽ, in Epiſtolis conſcribendis in Tractatu de Fraſibus Poeticis, & in ſcriptis de elegantijs, cum in Scolaſtica, vt aiunt Auguſtinus, vterque Viualdius, quid prodeſt aurea Clauis non aperiens, &c. Mercatus Magnus Medicus, elegantia eſſe laqueum veritatis in ſcientijs, Sueſſanus in naturali Philoſophia melius eſt cum barbariſmo clarè eloqui, &c. Plutarcus deplacitis Philoſophorum laudando claritates aliquorum, dicit quod fraſis eſt ſepultura ſcientiarum. Ammonius quod ſtilus elegans in ſcientijs ſemper parit obſcuritatem fugiendam. Licet tamen in paruula Poetica compoſitione aliqua clarè dicere, non vt dicebat Merlinus de Scolæ Magiſtris, contra Pedantes miſeros querentes totia panis, ſed fortaſſe, vt quidam diſcipuli Martialis, & Ouidij faciebant.

Sit procul hinc Momus, procul ſit hinc lingua profana,
Fac ſimile aut melius poſt noſtros carpe labores,
Non eſt quod rodas pia carmina Zoile dente.
Gaudet candidula ſimplicitate Deus.

Ex his quilibet præter intentionem Authoris poteſt defendere contra malignantes, qui exterminabuntur.

Vide Fabricam Mundi Franciſci Alumni, Theatrum vitæ humanæ Corradi contra peſſimos homines maledicentes, Paſquinantes, & Marforiantes, Regen. Tappiam in primo ſuo Opuſculo.

Vide Marmorata uituperia contra maledicentes poſt marmoratas laudes uirtuoſorum Doctoris, & Lectoris in ſua lectura Domni Baldaſſarij de Gregorio Siculi Cãmaratæ Prothonotarij Apoſtolici, Vicarij Generalis Malf, ex familiaribus Eminentiſſimi Cardinalis Sabelli, cum Troiano Boccalino in ſua Elicona, & Parnaſſo, cum Archiepiſcopo Vrbini Santorij.

Gregorius in Moralibus authoritate Catonis: diſce ab omni opere, cum in Homine ſit imago, & ſimilitudo Dei, ſemper aliquid ingenij relucet.

Auguſtin. epiſt. 57. ad Dardanum in fine. Si qua autem vitia mea perſpexeris vt cariſſimus amicus ignoſcas, eadem ſinceritate dilectionis mihi optans medicinam, qua concedis, & veniam. Vale.

Digitized by Google

# CVRIOSITAS

*Siſte, & lege nouum modum faciendi Indicem, ſeù Syllabum errorum:*

ANno 1442. ſeù 1451. per Baronium in Annalibus. Ioannes Cuthembergo Magnus Mathematicus, Nobilis Germanus Ciuitatis Maguntiæ adinuenit mirabilem Imprimendi Artem, vt ait Theatrum de Inuentoribus, cum Polidoro Virgilio, adinuenit etiam nouum atramentum viſcoſum imprimendi, cum Torculari. Ponſone, cum vigintitribus caſulis Litterarum, cum Tetare, Vitibus, Clauis, Stellula, Puncta, Baculis eoreis, Lanis plenis, tanto artificio, quòd iſta Ars venit nuncupata à Zouio, quaſi miraculoſa, ab Abraham Ortelio in ſua Coſmografia primum de admirandis in Arte, à Garzonio dicitur miraculoſa ſimplicitèr, à Corrado, octaua Mundi admiratio, propter tantarum rerum admirabilem accomodationem ordine retrogrado, & eſt geſtorum, & factorum illuſtrium reſurrectio, literarum omnium conſeruatio, Doctorum creandorum facilitas, cum ingeniorum immaginibus.

Fuit à Nicolao Quinto priuilegijs decorata, cum Beſſarione, & Cuſano Cardinalibus Sancti Petri vſque ad Leonem Decimum, à Carolo Quinto, & Rege Gallorum gratijs plena, &c.

Poſt primam Impreſſionem Maguntiæ duo Germani fratres (vt dixit Volaterranus) Romæ domi de familia Maximi Impreſſerunt Lactantium de opificio Dei, & Auguſtinum de Ciuitate Dei.

Nicolaus Genſone incepit Venetijs Imprimere tempore Barbarici Ducis.

Neapoli à diſcipulo dicti Nicolai, inde Mediolanum, & Ianuam, Panormum, Meſſanam, &c. omnes iſte Ciuitates ad videndam iſtam ingenioſam Inuentionem, currebant.

Examinabantur Impreſſores de grammatica, & orthographia propter errores euitandos, & ideo tempeſtate noſtra fiunt infiniti errores, ut patet hic in quarto Sententiarum de Baptiſmate, dum uolebat dicere in nomine Patris, & Filij, fecit in nomine Patris, & Filijs, ex quo errore poteſt conijcere Lector, quòd ſint alia multa errata, etiam uirgularum, punctorum, linearum, comarum, & hec eſt noua tabula facienda errorum cum Abulenſe dicente, quod tabula errorum non deſeruit Sapientibus nam ex ſeipſis ſtatim corrigunt, & cognoſcunt, nec Ignaris qui non intelligunt, ideò facienda eſt hec noua tabula, ſcilicèt remictendo Sapientibus omnia: Vt ait Iuſtuslipſius quòd propter tot, tantaſque res, & minutias concurrentes ad Impreſſiones impoſſibile eſt abſque errore fieri, cum nouo Aldo, & Valla.

Quidam Poeta, Eſt opus exiguum: toto celebrabitur orbe.

## FINIS IMPRESSIONIS

IN DIE VICTORIÆ VRBITELLI,

MAGNI PROREGIS EXCELLENTISSIMI

# DVCIS ARCI

Sua ſingulari prouidentia maritima, & terreſtre, & preuijs Diuinis precibus in omnibus, & per omnia, vſque ad infirmorum medicamenta, eidem EXCELLENTIAE miſſe à DEO: conſecratus à Magiſtro Mauritio de Gregorio tanquam Antiquario, quia antiqui hoc modo ſcilicet in fine ſuorum Operum Magnis Principibus puritate nimia dicabant; vt Ariſtoteles in textu originali Greco, hec de Philoſophia morali Philippo Regi Macedoniæ dicata.

Digitized by Google

# IMPRIMATVR.

Gregorius Peccerillus Vicarius Gener. Neap.

Poteſt Reimprimi.

*Magiſt. Fr. Domin. Grauina Ord. Prædic. Cur. Archiep. Theol.*

Alexander Ruſſus Canonicus Deput. vidit.

*Regiſtr. Fol. 17.*

*Magiſt. Fr. Ioſeph de Rubeis Ordin. Minor. Conuentual. Sac. Theol. Doctor, Eminentiſſ. Cardinal. Filamarini Theologus.*

ANT 1744 S1

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google